# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS

SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT

GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

## SCRIPTORVM
TOMVS XVII.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCLXI.

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1925
VERLAG KARL W. HIERSEMANN / LEIPZIG

[illegible] HÖGSK.
4 OKT. 1949
[illegible]

# TOMO SCRIPTORUM SEPTIMO DECIMO CONTINENTUR


| | | Pagg. |
|---|---|---|
| | Praefatio | IX. X. |
| | **FRANCIA ORIENTALIS.** | |
| I. | Annales et notae Babenbergenses, edidit Ph. Jaffé | 634—642 |
| | Dedicatio ecclesiae sancti Petri Babenbergensis a. 1012 | 635. 636 |
| | Notae S. Petri Babenbergensis a. 1024—1472 | 636 |
| | Annales S. Petri Babenbergenses a. 1103—1185 | 636. 637 |
| | Notae S. Iacobi Babenbergenses a. 1072—1147 | 637—639 |
| | Versus Babenbergenses a. 1322—1348 | 639. 640 |
| | Notae sepulcrales Babenbergenses —1501 | 640—642 |
| | **SAXONIA.** | |
| II. | Annales Bremenses a. 750—1307 edidit Ph. Jaffé | 854—858 |
| | **LOTHARINGIA.** | |
| III. | Annales Colonienses maximi ab O. C. — 1237 edidit Karolus Pertz (Tab. V.) | 723—847 852. 853 |
| | Recensio prima a. 576—1175 | 736—788 |
| | Pars prior a. 576—1125 | 736—754 |
| | Pars secunda a. 1126 - 1175 | 754—788 |
| | Recensio secunda et tertia ab O. C. — 1237 | 729—847 |
| IV. | Annales Colonienses minimi ab a. 1193—1206 edidit Karolus Pertz (Tab. V.) | 848—852 |
| | **FRANCIA RHENENSIS.** | |
| V. | Annales Moguntini a. 1083—1309 | 1—3 |
| VI. | Annales Sancti Disibodi a. 891—1200, edente G. Waitz (Tab. I.) | 4—30 |
| VII. | Annales Seligenstadenses a. 1067—1168, edente L. Bethmann | 31—32 |
| VIII. | Annales Sancti Nazarii a. 936—978, edente L. Bethmann | 33 |
| IX. | Annales Wormatienses a. 873—1366 | 34—73 |
| X. | Annales breves Wormatienses a. 1165—1295 | 74—79 |
| XI. | Annales Spirenses a. 920—1272 | 80—85 |
| | **ALSATIA.** | |
| XII. | Annales Argentinenses a. 673—1207, edidit Ph. Jaffé | 86—90 |
| XIII. | Ellenhardi Argentinensis annales et chronica, edidit Ph. Jaffé (Tab. I.) | 91—141 |
| | Ellenhardi annales a. 1132—1297 | 101—104 |
| | Annales hospitalis Argentinensis a. 1279—1389 | 104. 105 |
| | Bellum Waltherianum a. 1260—1263 | 105—114 |
| | Miracula S. Mariae Argentinensis | 114—117 |
| | Catalogus episcoporum Argentinensium | 117. 118 |
| | Ellenhardi chronicon —1299 | 118—141 |

| | | Pagg. |
|---|---|---|
| XIV. | Annales Marbacenses a. 631—1375, edidit R. Wilmans (Tab. I.) | 142—180 |
| XV. | Annales Maurimonasterienses a. 814—1288, edidit Ph. Jaffé | 181. 182 |
| XVI. | Annales Colmarienses, Basileenses, Chronicon Colmariense, edidit Ph. Jaffé (Tab. II.) | 183—270 |
| | Annales Colmarienses minores a. 1211—1298 | 189—193 |
| | Annales Basileenses a. 1266—1277 | 193—202 |
| | Annales Colmarienses maiores a. 1277—1472 | 202—232 |
| | De rebus Alsaticis ineuntis saeculi XIII. | 232—237 |
| | Descriptio Alsatiae | 237—238 |
| | Descriptio Theutoniae | 238—240 |
| | Chronicon Colmariense a. 1218—1304 | 240—270 |

BURGUNDIA.

| | | |
|---|---|---|
| XVII. | Annales Bernenses a. 1191—1405 | 271—274 |
| XVIII. | Notae Cluniacenses a. 412—1359 | 722 |

ALAMANNIA.

| | | |
|---|---|---|
| XIX. | Annales S. Blasii et Engelbergenses | 275—282 |
| | Annales Sancti Blasii a. 932—1143 | 276—278 |
| | Annales Engelbergenses a. 1147—1546 | 278—282 |
| XX. | Annales Suevici a. 1273—1292 | 283. 284 |
| XXI. | Annales Sancti Trudperti — a. 1246 | 285—294 |
| XXII. | Annales Sancti Georgii in Nigra silva a. 613—1308 (Tab. I.) | 295—298 |
| XXIII. | Annales Sindelfingenses a. 1083—1294 | 299—307 |
| XXIV. | Annales Weingartenses Welfici a. 1101—1181 | 308—311 |
| XXV. | Annales Ottenburani Isingrimi et minores (Tab. I.) | 311—318 |
| | Annales Isingrimi maiores a. 1121—1168 | 312—315 |
| | Annales Isingrimi minores a. 1145—1157 | 315 |
| | Annales Ottenburani minores a. 1145—1416 | 315—318 |

BAVARIA.

| | | |
|---|---|---|
| XXVI. | Annales Benedictoburani a. 1109—1278, edidit Ph. Jaffé | 319. 320 |
| | Notae Buranae | 320—322 |
| XXVII. | Notae Diessenses a. 1122—1432, edidit Ph. Jaffé | 323—327 |
| | Catalogus praepositorum Diessensium | 327. 328 |
| | De fundatoribus monasterii Diessensis | 328—331 |
| XXVIII. | Annales et Notae Undersdorfenses, edidit Ph. Jaffé | 332. 333 |
| | Annales Undersdorfenses a. 1180—1472 | 332 |
| | Notae Undersdorfenses a. 1173—1483 | 332. 333 |
| XXIX. | Annales et Notae Scheftlarienses, edidit Ph. Jaffé (Tab. I.) | 334—350 |
| | Annales Scheftlarienses maiores a. 1092—1247 | 335—343 |
| | Annales Scheftlarienses minores a. 814—1272 | 343—345 |
| | De fundatione Scheftlariensi | 345 |
| | Dedicationes Scheftlarienses a. 1148—1341 | 345—347 |
| | Catalogus praepositorum Scheftlariensium a. 1140—1463 | 347—350 |
| XXX. | Annales et historiae Altahenses, edidit Ph. Jaffé (Tab. I.) | 351—427 |
| | Auctarium Ekkehardi Altahense a. 508—1139 | 360—365 |

Pagg.

Annales ducum Bavariae a. 508—907 . . . . . . . . . 365. 366
Catalogus abbatum Altahensium . . . . . . . . . . 366—368
Nomina monachorum Altahensium . . . . . . . . . 368. 369
Hermannus de institutione monasterii Altahensis . . . . . 369—373
De advocatis Altahensibus . . . . . . . . . . . 373—376
Genealogia Ottonis II. ducis Bavariae et Agnetis ducissae . . . . 376—378
Hermannus abbas Altahensis de rebus suis gestis a. 1242—1273 . . 378—381
Hermanni Altahensis annales a. 1137—1273 . . . . . . . 381—407
De Hermanni abbatis abdicatione . . . . . . . . 407. 408
Heinricus Steoro de Hermanni abbatis morte . . . . . . 408
Continuatio Altahensis a. 1273—1290 . . . . . . . . 408—416
Continuatio Ratisbonensis a. 1287—1301 . . . . . . . . 416—420
Iter Altmanni abbatis Altahensis a. 1367 . . . . . . . . 420. 421
Notae Altahenses a. 765—1585 . . . . . . . . . . 421—427

XXXI. Annales SS. Udalrici et Afrae Augustenses a. 1106—1334, edidit Ph. Jaffé . 428—436
XXXII. Notae Baumburgenses a. 1058—1383, edidit Ph. Jaffé . . . . . . 437. 438
XXXIII. Magni presbyteri annales Reicherspergenses, edente W. Wattenbach (Tab. III.) . 439—534
Annales Reicherspergenses a. 921—1167 . . . . . . . . 443—476
Chronica collecta a Magno presbytero —1195 . . . . . . 476—523
Continuatio a. 1195—1355 . . . . . . . . . . . 523—534
XXXIV. Annales Aldersbacenses a. 1273—1286 . . . . . . . . . . 535. 536
XXXV. Annales Osterhovenses a. 43—1433, edidit W. Wattenbach (Tab. IV.) . . . 537—558
XXXVI. Historiae et annales Windbergenses, edidit Ph. Jaffé . . . . . . 559—566
Primordia Windbergensia . . . . . . . . . . . 560—565
Annales Windbergenses a. 1196—1407 . . . . . . . . 565. 566
XXXVII. Annales et notae S. Emmerammi Ratisbonenses et Weltenburgenses, edidit Ph. Jaffé (Tab. II.) . . . . . . . . . . . . . . 567—576
Fragmentum de Arnulfo duce Bavariae . . . . . . . 570
Annales S. Emmerammi brevissimi a. 792—1062 . . . . 571
Annales S. Emmerammi saeculi XI. a. 1036—1046 . . . . . 571
Notae Weltenburgenses a. 1046—1358 . . . . . . . . 571. 572
Notae S. Emmerammi a. 1052—1468 . . . . . . . . . 572—576
XXXVIII. Annales Ratisbonenses —1201, edidit W. Wattenbach . . . . . . 577—590
XXXIX. Eberhardi archidiaconi Ratisbonensis annales a. 1273—1305, edidit Ph. Jaffé . 591—605
XL. Annales Pruveningenses a. 770—1298, edidit W. Wattenbach . . . . 606—612
Necrologium Pruveningense . . . . . . . . . . 609
Notae Pruveningenses a. 1119—1273 . . . . . . . . 610—612
XLI. Chounradi Schirensis chronicon, catalogi, annales, edidit Ph. Jaffé (Tab. IV.) . 613—633
Chounradi chronicon Schirense —1225 . . . . . . . 615—623
De codicibus a Chounrado Schirensi exaratis . . . . . . 623. 624
Chounradi Schirensis catalogi . . . . . . . . . . 624—629
Chounradi Schirensis annales a. 1077—1226 . . . . . . . 629—633

## BOHEMIA ET MORAVIA.

XLII. Annales Gradicenses et Opatowicenses, edidit W. Wattenbach (Tab. III.) . . 643—653
Annales Gradicenses a. 894—1145 . . . . . . . . . 644—652
Continuatio Opatowicensis a. 1146—1158 . . . . . . . 652. 653

| | | Pagg. |
|---|---|---|
| XLIII. | Vincentii et Gerlachi annales, edidit W. Wattenbach (Tab. II.) | 654—710 |
| | Vincentii Pragensis annales a. 1140—1167 | 658—683 |
| | Continuatio Gerlaci abbatis Milovicensis a. 1167—1198 | 683—710 |
| XLIV. | Heinrici de Heimburg annales a. 861—1300 | 711—718 |
| XLV. | Annales Bohemiae brevissimi a. 80—1453 | 719—721 |
| Index rerum, scripsit Ph. Jaffé | | 859—906 |
| Glossarium, scripsit Ph. Jaffé | | 907. 908 |
| Addenda et corrigenda | | 908 |

Tabulae I. ad pag. 4.
II. ad pag. 184.
III. ad pag. 442, in qua et Annales S. Petri Coloniensis ad T. XVI. pag. 734.
IV. ad pag. 614.
V. ad pag. 723.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Tomus scriptorum decimus septimus reliquos aevi Suevici annales in Germania nostra scriptos complectitur. Cui quidem itineribus hoc biennio per Germaniam, Britanniam, Galliam, Italiam susceptis plurima operi perficiendo utilia accesserunt, quorum quae ad res Babenbergenses et Bremenses faciunt tomo decimo sexto supplementa praebent. Sequuntur Annales Colonienses, Moguntini et reliqui in Francia Rhenensi conscripti, tum ex diversis Alsatiae, Burgundiae, Alamanniae, Bavariae,

Bohemiae et Moraviae locis oriundi, quorum uberrima seges ex quam plurimis codicibus collecta lectoribus nostris proponitur. Quibus feliciter absolutis, sequenti tomo qui iam praelo submittitur annales eius aevi in Italia conscriptos proponemus.

Scribebam Berolini in Bibliotheca Regia a. d. 14. Kalendas Maii 1861.

# ANNALES MOGUNTINI.

*Proferimus eos ex codice chartaceo olim Goldasti manu conscripto, qui hodie* 1) *in bibliotheca civitatis Bremensis servatur atque eadem manu Emichonis libellum et Balduini historiam Heinrici VII. exhibet. Goldastus usus erat codice antiquo, cuius ductus si nonnumquam haud bene intellexit: fideliter tamen transscripsisse videtur.*

2) *Consuluimus praeterea editionem anno* 1753 *pag.* 51. 52. *tomo primo Diplomatariorum et scriptorum historiae Germaniae medii aevi opera Christiani Schoetgenii et Kreysigii publici iuris factam, sub titulo „brevis chronici ab anno* 1083—1309“, *cuius textum ex codice membranaceo, in quo Martino Polono adiunctus erat, transscriptum et Lipsia sibi transmissum editor profitetur. Eiusmodi tamen codicem haud amplius Lipsia servat. Schoetgenii editionem Boehmerus noster T. II. Fontium rerum Germanicarum p.* 249—253 *castigatiorem repetiit, relicto tamen hic illic emendandi officio, cui auxilio codicis* 1. *suffecisse credimus.*

*Auctor quisquis fuerit notitias anteriores Moguntiae scriptas nactus, eas ad tempora sua produxit. Clericum Moguntinum se prodit, et saeculo XIV. ineunte archiepiscopi sui et cleri contra Albertum regem partes aperte amplectitur. Nomen Goldastus scribit Wernherum, qua auctoritate incertum.*

*Ordinem temporum a primae iam partis auctore minime servatum fuisse textus docet, quem igitur qualem scriptum invenimus relinquendum censuimus.*

Anno Domini 1083. incipit ordo Arhoasensis[a] [1]
Anno Domini 1098. ordo Cystertiensis[b].
1114. Clarevallis fundata est.
1120 ordo Praemonstratensis.
1153. obiit beatus Bernhardus.
1170. occisus est beatus Thomas Cantuariensis[c].
Item 1198. ordo Trinitatis[2].
Item 900. Cluniacensis[d].
Item 1200. ordo Praedicatorum.
Item 1210. ordo Minorum.
Item[e] 1197. obiit Heinricus[f] imperator.
Item 1189. expedicio Friderici[g] imperatoris.

a) *ita correxi;* achoasensis 1, achoas 2. b) cystercienſium 2. c) *ita* 2, *desunt* 1. d) *ita correxi, solus* 1 *habet* diuiacensis; *desunt* 2. e) *haec subsequentibus postponit* 2. f) henricus 2. g) *haud raro* fredericus 1.

1) institutus a Conone Praenestino in Arida Gamantia silva in loco Arroasia, Arrouaise, inter Peronam et Bapalmam. 2) redemptionis captivorum ab Innocentio III. confirmatus.

Item 1200. obiit Conradus archiepiscopus Moguntinensis.

Item 1208. Philippus rex occiditur.

Item 1211. expeditio puerorum.

Item 1215. factum est concilium generale a papa Innocentio[a].

Item 1220. Fridericus imperator consecratur ab Honorio papa.

Item 1225. Engelbertus archiepiscopus Coloniensis occiditur.

Item 1227. Gregorius IX. fit papa.

Item 1228. Fridericus imperator excommunicatur.

Item 1229. terra sancta imperatori redditur.

Item 1230. dux Bawariae occiditur.

Item 1232. Laurissensis ecclesia unita est ecclesiae Moguntinensi per Fridericum imperatorem et Gregorium papam, procurante Sifrido archiepiscopo Moguntinensi, huius nominis tercio. Item[b] Fritschelaria capta est et incendio devastata.

Item 1234. quidam pro haereticis mendaciter comburebantur.

Item 1235. imperator de Sicilia[c] rediens[d], filiam regis Angliae ducit; Heinricum filium suum de regno deponit, tenens eum captivum.

Item 1241.[e] tres legatos Romanos cepit cum magna pecunia, et multos Ianuenses cum eis, qui eos per mare conducere volebant contra eum. Baias destruitur.

Item 1239. Moguntinensis ecclesia consecratur.

Item 1241. Polonia et Ungaria a Tartaris graviter plagantur, contra quos multi[f] cruce
Oct. 7. signantur. Eodem anno, Sergi et Bacchi, sol patiebatur eclypsin.

Item 1242. cives Moguntinenses excommunicaverunt[g] clerum.

Item 1244. clerici sunt communicati[h, 3].

Item 1245. Fridericus imperator destituitur in concilio Lugdunensi.

Item 1246. lantgravius in regem eligitur; et eodem anno triumphavit contra Conradum regem apud Frankenfuort.

Item 1247. obiit lantgravius, et Wilhelmus comes Hollandiae eligitur in regem.

Item 1248. Aquensis civitas capitur.

Item 1249. obiit Syfridus archiepiscopus Moguntinensis; cui successit Christianus huius nominis secundus. Item castrum ex opposito oppidi Bopardiensis destruitur.

Item 1250. obiit Fridericus imperator.

Item 1252. Christianus cessit ab episcopatu, et mediante Hugone legato Gerhardus filius comitis silvestris substituitur.

Item 1254. obiit rex Conradus. Civitates coniuraverunt, et Ingelnheim destruxerunt.

Iul. 4. Item 1255. Wilhelmus rex triumphavit contra Flemingos in die translationis sancti[i] Martini.

Item 1256. Gerhardus archiepiscopus capitur a duce Bruonoswichensi[k]. Wilhelmus rex occiditur a Frisonibus. Regina capitur a domino de Ritperch[l]. Dux Bawariae occidit uxorem suam. Mense Ianuario Richardus comes Cornubiae et Alfonsus rex Castellae in discordia eliguntur.

Oct. 1. Item 1273.[m] Ruodolfus in regem eligitur Remigii.

1278. Aug. 26. Item 1277. circa Bartholomei idem Rudolfus triumphavit contra regem Bohemiae.

Item 1278. comes Iuliacensis cum 400 nobilibus 17. Kalendas Aprilis occiditur in civitate Aquensi.

Item 1268. Karolus, frater regis Franciae, decollavit Conradinum apud Neapolim.

Item 1282.[4] Rychenstein[5] et Saenecke[n, 6] sunt destructa mense Augusto.

Item 1285. Kalendis Maii ecclesia Ad gradus incendio est destructa.

Item 1283.[o] quidam venit Coloniam et Nussiam, asserens se esse Fridericum imperatorem.

a) *haec desunt* 2. b) *deest* 2. c) secilia 1. d) recedit 2. e) *annum adieci.* f) multitudo 2. g) execraverunt 1. excommunicaverunt 2. h) quiritati 1. q̄otati 2. i) B. 1. k) de bruneswich 2. l) kyperch 1. kyberch 2. rietberch *Böhmer.* m) MCLXXVIII. 2. n) sainecke 2. o) *ita* 1. MCCLXXXVIII. 2. 1284 *B. cf. Annales Argentin. a.* 1283, 1285.

3) Cives Moguntini hoc anno Idibus Novembris celebre illud privilegium adepti sunt, quod apud Gudenum Cod. dipl. I. p. 580 sqq. legitur; qua occasione fortasse et clericos eius civitatis in communionem iterum receperunt. 4) Hic et in proxime sequentibus cf. Ann. Wormatienses minores. 5) castrum destructum in comitatu Wied ad dexteram Rheni. 6) Intelligi videtur Saneck in laeva Rheni, cf. chartam Rudolfi Kal. Iunii a. 1290 Erfordiae editam, et Mon. Germ. SS. III, p. 109. l. 56.

Eodem anno Petrus rex Arragonum cepit principem filium regis Karoli cum plus quam[a] 1284. Iun. duobus milibus; de quibus decollavit citra mille de Gallicis apud Neapolim supra mare.

Item 1285. Nonis Iulii quidam falso asserens se Fridericum imperatorem comburitur a rege Ruodolfo apud Wetslariam. Eodem anno rex Franciae cum magno exercitu exivit contra domnum Petrum quondam regem Arragonum; et triumphavit idem Petrus contra ipsum regem, captis quam pluribus et occisis.

Item 1288. in die Bonifacii, dux Brabantiae, comes de Monte, et cives Colonienses Iun. 5. triumphaverunt contra Syfridum archiepiscopum Coloniensem apud Worneg[b], occisis ab utraque parte quam pluribus, ipso episcopo cum suis fere omnibus captivato.

Item 1287. beatus Wernherus inventus est apud Bachoracum[c].

Item 1291.[c*] obiit Ruodolfus rex in divisione apostolorum. Iul. 15.

Eodem anno, in vigilia Prothi[d] et Iacincti, factus est terrae motus. Eodem anno Sept. 10. 3. Nonas Aprilis Akaron a paganis est obsessa, et continuis impugnationibus 17. Kal. Iunii occisis incolis funditus est destructa.

Item 1293. Nonis Maii Adolfus comes Nassoue[e] in regem eligitur.

Item 1294. in inventione sancti Stephani ante diem horribile tonitruum est auditum. Aug. 3. Eodem anno in crastino Laurentii ad vesperas cecidit grando magna sive[f] maxima. Aug. 11.

Item 1298. in vigilia beati Iohannis baptistae Gerhardus archiepiscopus Moguntinensis, dux Saxoniae, et marchio Brandenbuorgensis, Moguntiae in horto ferarum deposuerunt de facto regem Adolfum, et substituerunt Albertum ducem Austriae. Eodem anno, Processi Iul. 2 et Martiniani, idem Albertus triumphavit contra eundem Adolfum, et ipso Adolfo occiso, Ropertus comes eius filius et plures de suis sunt captivati, et multi occisi.

Item 1301. Moguntinensis, Treverensis et Coloniensis archiepiscopi et dux Bawariae coniuraverunt. Quo cognito, Albertus praedictus cum magno exercitu invasit terram praedicti[g] ducis. Qua pro magna parte devastata, idem dux se reddidit gratiae dicti regis. Post haec rex accessit[h] ad terram episcopi Moguntinensis, ac devastatis multis munitionibus ipsius, profectus est Pinguiam[7], ubi communiones civitatum regi in auxilium convenerunt. Et post paucos dies Pinguia capta et devicta, ipse episcopus opidum Laynsteyn[8], Erenfels[i. 9], Scharpenstein, et Pinguiam cum castro Klop regi resignavit sub certis conditionibus, et sic se regis gratiae confirmavit[k]. Rex vero[l] instante hyeme exercitum remisit. Eodem anno rex Franciae magnum exercitum misit contra Flemingos; qui se et patriam defendentes, Domino annuente triumphaverunt, et de regis exercitu citra 17 milia occiderunt. Deinde idem rex, congregatis denuo aliis exercitibus, personaliter contra Flemingos venit; qui fiducialiter acies suas contra dictum regem dirigentes, de suis adversariis ante et post in diversis[m] conflictibus plus quam 30 milia straverunt, ex ipsis etiam quam pluribus interfectis.

Item anno Domini 1302. Albertus rex contra archiepiscopos Coloniensem et Treverensem direxit expeditionem grandem. Et cum[n] invaderet et devastaret terram episcopi Coloniensis, ipse episcopus datis quibusdam munitionibus se regis gratiae confirmavit; et exinde episcopus Treverensis similiter se regis gratiae confirmavit. Item eodem anno amarum et miserum[o] vinum crevit.

Item 1304. nullum frigus compertum est per totam hyemem. Quam hyemem secuta est aestas sine omni pluvia et tantae siccitatis, quod ad fundum Renus et putei decreverunt. Et hoc anno crevit vinum tam nobile, quod vinum ignobile praeferebatur vino nobilium vinearum.

Item 1306. Clemens papa V. praefecit magistrum Petrum physicum, quondam Basiliensem episcopum, in archiepiscopum Moguntinensem.

Item 1308. Albertus rex a consanguineis suis occisus est, pro eo quod ipse[p] eos terris suis et munitionibus exhereditaverat et in nichilum redegit. De cuius morte nec planctus nec dolor habitus, pro eo quod clerum odivit; nec in eo virtus vel iustitia inventa extitit aliqualis. Eodem anno Heinricus comes Lutzelmbuorgensis[q] ab omnibus principibus in regem concorditer est elevatus.

Et anno Domini 1309 in die epiphaniae Domini apud Aquis est honorifice coronatus.[r]

a) p. q. c. 1. b) wurnec 2. c) betheracum 2. c*) MCCLXXXI. c. d) prochi 1. e) Massoye 2. f) m. s. *desunt* 2. g) dicti 2. h) processit 2. i) erenvels 2. k) conformavit *hic et infra* 2. l) ergo 2. m) divisis 1. n) dum 1. o) misere 2. p) *deest* 1. q) de Luzzelnburg 2. r) Finis *addit* 1.

7) Bingen. 8) Lahnstein. 9) Ehrenfels prope Rüdesheim.

# ANNALES SANCTI DISIBODI


## EDENTE V. CL. GEORGIO WAITZ,

PROFESSORE PUBLICO GOTTINGENSI.


*In monasterio montis sancti Disibodi, Disibodenberg sive Disenberg, ubi Naha et Genna fluvii se coniungunt, haud procul a Moguntia sito*[1], *medio saec. XII. opus conditum est historicum, cuius apographum exstat in codice bibliothecae publicae Francofurtensis Nr.* 104. *mbr. saec. XIV. fol. min.; de quo vide quae SS. V. p.* 483. *scripsi. Interiori tegumenti pagina haec leguntur verba:* Iste liber valet 6 libras ut dixit dominus Wirnherus; sed non credo. Alias cronicas habui pro 5 libris. *Abbas Sancti Disibodi Wernherus intelligi videtur, qui sedit a.* 1294—1305.[2] *Ultimo vero folio recentiori manu scriptum est:* Iste liber debet dari ad liberariam sancti Bartholomei Franckfurden. *et:* Ich Iohan Rabe vicarius des stifftes an sant Barthol. *Ex hac codex postea in publicam urbis bibliothecam transiit. Constat* 116 *foliis, partim in* 4, *partim in* 2 *columnas divisis. Tantum non omnia una eademque manu sunt exarata, pauca tantum post inserta*[3].

*Operi rerum inde a mundi initio gestarum historiam exhibenti Mariani Scotti chronicon fundamento positum est, de quo fol.* 41. *post capitum libri II. indicem legitur:* Incipit liber cronice Mariani Scotti ab incarnatione Domini incipiens; *a.* 741. *autem annotatur:* Huc usque Beda presbyter, ultimus monographorum, Cassiodori aliorumque temporibus premissis, conscripsit. Hinc nullus chronographus adnotatur usque ad tempora Mariani Scoti, nisi quod Eynhardus cancellarius magni Karoli imperatoris adque alii gesta conscripserunt. *Neque tamen genuinus Mariani textus descriptus est, sed multa sunt omissa, alia ex aliis fontibus addita, ita ut novum opus conderetur, quod nullo modo Scotto illi tribui posse, iam alio loco (SS. V. pag.* 483*) monui. In rebus s. VIII—XI. narrandis scriptor secutus est Annales Fuldenses*[4], *Vitam sancti Bonifacii*[5], *Widukindum*[6], *Lambertum Hersveldensem*[7], *maxime vero Annales Sancti Albani Moguntinos (SS. Vol. II. sub nomine Annalium Wirziburgensium editos)*[8]. *His vero alia addidit praesertim de bello inter Heinricum IV. imperatorem ex una et tam episcopos Romanos quam principes Theutonicos ex altera parte gesto, pleraque, ut videtur, viva voce tradita*[9], *eaque Heinrici odio*

1) De quo vide Remling, Urkundliche Geschichte der ehemaligen Abteien und Klöster im ietzigen Rheinbayern I. p. 14 sqq. 2) Böhmer, Font. III. p. XXXIX. 3) Ita quae a. 854. de Iohanna papissa leguntur. — Fol. 115. 115'. nudi annorum numeri 810. 820—1190. 1200. scripti sunt. 4) A. 742 sqq. 828. 829. 5) A. 743. 6) A. 908. 7) A. 826. 835. 838. 841. 844. 852. 855. 894. 903. 908. 8) Alia quoque quae ad S. Albani monasterium spectant in his S. Dysibodi Annalibus legi, iam SS. V. p. 484. n. 16. monui; sive auctor aliud Annalium ibi conscriptorum exemplar adhibuerit sive aliunde compertum habuerit quae in vicino monasterio acta sint. 9) Minus recte Böhmer Fontes III. p. XL, non ante a. 1089. genuina reperiri, statuit.

[illegible]

## *Ellenhardi annales & chronicon cod. S. Pauli.*

*fol. 36. manus I. a. 1291.*

Anno . d . c . xli . Combustum est monasterium argentinense . | rupta est dammat . Anno . d . cc . xviij . facta est cedes in ...

*fol. 65'. manus II. a. 1290.*

A tempore Richardi regis usque ad hunc locum compilatum est ex manda to Ellenhardi procuratoris fabrice ecclesie argent. per Gotfridum nota rium Curie argent. de Ensiningen.

*fol. 66 manus III. a. 1291.*

fletu magno. Dominus tunc Rud. Rex per dictus a Cast. Germsheim se transtulit Spiram inque Civitate Spirensi Reges Romanorum antiquitus consueverunt inhumari

*fol. 67'. manus IV. a. 1299.*

Anno domini . m . cc . lxxxx . ctio. Dns adolfus rex ob sedit Columbariam civitatem que se regi opposuerat. et illam suo

*fol. 71'. manus V.*

Et quod de premissis et subscriptis est siue plenior adhibeatur a quolibet (?) auctore lectore et auditore . Sciendum est quod omnia scripta sunt de ore illorum qui interfuerunt et ea viderunt et specialiter ex relatu Elnhardi magistri ...

*Ph. Jaffé scrips.*

## *Annales Marbacenses cod. Ienenses.*

Porro huius tocius proditionis consci[us] fuisse dicebatur marchio de andehs. Episcopus quoque Babenbergensis [illegible] eodem facto infamatus erat et suspectus habebatur. et ob hoc in modico tempore coguntur exulare. Et ... migrans in pannoniam ad sororem suam Reginam mansit ibi aliquantulum temporis. quousque tandem Romano pontifici se presentans. et ab eo ad sedem suam remissus ad expurgandum se iuxta decreta canonum prout sententiatum fuerat a sede Romana. rectissime satisfecit. Eo ...

*B. Wilmans scripsit.*

## *Annales Isingrimi Ottenburani c. Lugdunensis.*

[illegible]

Anno incarn. m. c. sexagesimo. expugnata est civitas mediolanum a friderico imperatore ... illic utrique partes multis occisis. Expugnata urbe et muris ambitu destructo. reliquos ho...

*Karolus Pertz scrips.*

## *Annales Scheftlarienses c. Monacensis.*

| | | |
|---|---|---|
| M.c.xii. Rex unga rorum cum liupoldo marchione magnum bellum habuit. M.c.xiii. | bili epo babinbg Ottone dedicatur viii. K. aug. Indict. M.c.xxiiii. Mc M.c.xii. xxv. Henricus im | M.c.xxxvi. Liupold marchio. M.c.xxxvii. Luthari imp. o. Henricus frising. epc. o. M.c.xxxviii. Cunradus rex constit. M.c.xxxviiii. Otto epc babing. |

ubique terrarum facta est. Anno verbi incarnati M. cc. xvi. Kunradus Ratisponensis epc. o. ... canonici maguntine ecclesie successit. Eodem anno fames invaluit. M. cc. xvii. Henricus marchio ystrie favente duce bawarie ludewico repatriavit. Wolfratihusen castrum redificavit. honorius papa o. Gregorius successit.

## *Hermanni Altahenses c. Vindobon.*

*fol. 163. a. 1263. Hermanni Annales.*

Otto Patav. epc. obiit circa Id. Apl. vir pyssimus et pater cleri. qui non bellator ...

*fol. 129 Auctarium Ekkehardi Altahense*

Anno . d . dcccc . xc . vi . [illegible] Anno . d . dcccc . xc . vii . Chunrad dux . o . Godehard ... abbas constituitur. Anno . d . dcccc . xc . viii . Iuetta mulier de familia sancti mauricii Altahensis monasterio editura est quinque filios. Anno . d . dcccc . xc . viiii . [illegible] xvii . successit . Adelheit ...

*Ph. Jaffé scrips.*

*plena nec raro a vero valde aliena*[10]. *Etiam res miraculosas, quales in monasteriis referebantur, nonnumquam satis fuse narrat*[11]. *Praeterea vero epistolas aliaque id generis documenta libro suo inseruit, quae res illis annis gestas illustrant, a.* 1090. *Waltrami et Herrandi litteras de lite inter regnum et ecclesiam acta, a.* 1094. *epistolam Anselmi ad Waltramum episcopum missam, anno* 1100. *relationem quam principes terra sancta occupata papae aliisque miserunt, a.* 1110. *Heinrici V. encyclicam de rebus cum Paschali papa gestis; quibus accedit a.* 1147. *epistola a Duodechino*[12] *sacerdote de expugnatione Ulixibonae urbis, quae ansam dedit, ut omnia post Mariani tempora scripta huic auctori alias incognito*[13] *tribuerentur. Quam omni fundamento destitutam esse opinionem, iam satis constat*[14]. *Sed eo fere tempore monachus Sancti Disibodi hoc opus composuisse videtur, et per primam saeculi XII. partem tam res domesticas*[15] *et Moguntinas quam ea quae imperatores egerunt, illa uberius, haec breviter quidem, sed satis accurate, retulit; in eo praesertim laudandus, quod singulis quibusque annis, quo loco imperatores sacros natalis Domini et paschae dies peregerint, annotavit. Errores etiam hac libri parte non prorsus vitavit; a.* 1146. 1147, *quod mireris, falso Conradum III. nativitatem Domini Magdeburgi et Merseburgi celebrasse refert. Nihilominus sunt, quae his ipsis annis vel paullo post libri auctorem in hoc opere conficiendo occupatum fuisse, suadeant ut statuamus*[16]. *Nam in codice post annum* 1147, *quo Dodechini epistola supra memorata continetur, una et dimidia paginae vacuae sunt relictae; tum historia continuatur, sed primis annis* 1148—1150. *tam breviter et ieiune, ut nonnisi paucae eaeque leviores res narrentur; tum ex Annalibus Erphesfurdensibus, quos in priore libri parte numquam adhibitos videmus, a.* 1152—1155. *et a.* 1164. *quaedam sunt descripta; a.* 1155—1163. *historia vero fusius est exposita, denique a.* 1165—1176. 1184. 1189. 1190. 1200. *breves notitiae additae. Quae quum ita sint, alterum eiusdem monasterii monachum annorum* 1153—1163. *historiam conscripsisse, tertium vero Annalibus Erphesfurdensibus adhibitis haec cum priori parte coniunxisse necnon pauca annis* 1165—1176. *addidisse, denique breves illas annorum* 1184. 1189. 1190. 1200. *notitias postea adiectas esse, recte statuere mihi videor.*

*In his annalibus edendis id egi, ut ex aliis fontibus hausta resecarem, pauca tantum ultimis s. XI. annis ex Annalibus Sancti Albani descripta retinens, quae cum genuina scriptoris narratione plerumque arctius sunt coniuncta. Codicem unicum qui extat iam ante multos annos Hannoveram transmissum ipse cum editis contuli et quam fidelissime exprimendum curavi, scribae tamen errores ubi potui correxi, alios certe indicare conatus sum. Aliis subsidiis in textu recognoscendo uti non licuit, quum etiam epistolae libro insertae praeter unam Heinrici V. omnes alibi non extent et inter medii aevi scriptores nemo,*

10) V. praesertim a. 1093. 1106. Illo anno verbis: *ut quidam dicunt, ut dicitur*, aperte ad populi rumorem provocat, cf. a. 1099: *cuius* (sectae griseorum monachorum) *auctor exstitit Adam, ut quidam dicunt.* 11) praesertim a. 1094. quae in monasterio Buccensi acta esse traduntur; cf. a. 1099. de morte Urbani papae cuidam revelata; a. 1117. de signis in Italia praesertim visis. 12) Hoc nomen retinendum esse puto, quamvis in codice non satis certe legi possit; etiam apud Trithemium, qui fortasse hoc codice usus est, Ann. Hirsaug. a. 1144. p. 412. Dudechinus audit. 13) Nam quae Trithemius refert, Annales l. l., de SS. eccl. c. 392, praeter peregrinationis suae historiam in uno volumine digestam, eum etiam epistolas plures scripsisse ad diversos, non magni facienda sunt. Chronicon nec ipse ei tribuit, neque eum S. Disibodi abbatem vel monachum dicit. 14) Remling l. l. p. 31. falso Dodechinum saec. XIII. S. Disibodi abbatem habet. Iam Latomus saec. XVI. an hi annales recte Dodechino tribuerentur dubitavit; v. Serrarius, Rer. Mogunt. I. c. 40. p. 170. 15) A. 1108. 1113. 1128. 1136. 1138. 1139. 1143. 1146. de S. Disibodi monasterio egit, cuius etiam anno 975. mentio fit. 16) Idem iam Böhmer, Fontes III. pag. XL. monuit.

*quod sciam, his usus sit annalibus. Trithemius vero, qui incipiente saec. XVI. quaedam ex ipsis in Chronicon Hirsaugiense recepit*[17], *non ipsa verba retinuit, et fortasse eundem codicem quem nunc habemus adhibuit.*

*Ex hoc etiam codice editiones fluxerunt quotquot extant. Prima sub Mariani et Dodechini nomine a Heroldo publici iuris facta est Basileae apud I. Oporinum* 1559, *quam Pistorius secutus est in Scriptorum rerum Germanicarum collectione (Tom. I. p.* 266 *sqq. — ed. Struve I. p.* 448—656*). Plura praesertim in epistolis omissa sunt. Haec partim Gerken supplevit, varia codicis lectione in librum, quem de itinere per Germaniam facto edidit, recepta*[18]. *Nostris vero temporibus, vera operis indole agnita, Boehmerus Fontium volumine III. hos annales exprimendos curavit (p.* 173—217*); sed epistolas illas prorsus reiecit et alia quaedam praeteriit, initio vero eorum quae ex aliis fontibus, Annalibus Fuldensibus, Sancti Albani, Mariano, hausta sunt, magnam partem retinuit, neque haec a propria et genuina scriptoris narratione satis discrevit. Quo fit, ut hac demum editione genuina operis pars integra proponatur.*

*Gottingae d.* 3. *mensis Ianuarii* 1857.

*GEORGIUS WAITZ.*

Mar. 891. Nortmanni Wormaciam civitatem, occisis habitatoribus, subverterunt[19]. Ubi eciam Sunderoldus Moguntinus archiepiscopus sabbato 6. Kal. Iulii occisus est.

975.[a] . . . . Hoc etiam anno Ruopertus, dominus honestissimus archiepiscopus Moguntinus obiit; pro quo Willegisus constituitur . . . . . . . . . . . . .[b] Qui etiam construxit monasterium sancti Stephani, ibique sepultus est. Restauravit quoque divinum officium in monte sancti Dysibodi cum canonicis[c], quod Hatto praecessor eius vel huius Ruperti archiepiscopi destruxit, expulsis inde monachis[20].

1075. . . . . . . His temporibus, non autem eodem anno, orta est gravis atque feralis discordia in regno Theutonico, inter regem Henricum scilicet et principes Saxoniae, cuius causa, ut fertur, haec erat. Rex Henricus omnes Saxones servituti subicere cogitabat; sed quia hoc tam facile ut speraverat perficere non poterat, accepto consilio, prius principes proposuit honoribus ac dignitatibus suis despoliare, et sic reliquos provinciae populos suo dominio subiugare. Ut ergo voluntatis suae propositum facilius adimplere valeret, in ipsa Saxonum provincia, in monte qui vocatur Hattisberg[d], castrum munitum construxit, ex ipsius montis vocabulo nomen dedit, ut vocaretur Hattesburg[d]. Consummato vero castro, et secundum voluntatem suam omnibus ibidem negotiis regni dispositis, ad effectum desiderii iam dudum conceptum toto conamine suam extendit intentionem. Ottoni itaque ducatum Baioariae abstulit, metuens eum, quia genere Saxo erat; quem protinus Welfoni ad iniuriam Saxonum contulit. Post haec quadam die in eminenti loco eiusdem castri consistens, et elegantiam patriae undique bene possessam respiciens[e], fertur dixisse: *Saxonia regio pulcherrima, sed servi nequissimi*, habitatores videlicet illo praenotans obprobrio. Quod audiens predictus Otto dux, gravius quam credi potest dictum regis suscepit; collocutusque principibus Saxoniae, rebellare omnem simul fecit provinciam. Et merito. Unicam enim et dilectam Domini sponsam, quam redemit de inimico preciosi sanguinis sui precio, quantum in ipso fuit, per concubinarios, id est hereticos, polluere et obfuscare veritus non est, dum spiritualia ecclesiae officia, gratifica videlicet sancti Spiritus munera, per iniqua

a) *antea scriptum erat* 977. Ruopertus archiepiscopus *etc.; alia manus correxit ut edidi.* b) *quae omisi ex Ann. Wirziburg. (S. Albani) sumta sunt.* c) canonis *c.* d) *ita c.* e) respicens *c.*

17) Tomo I. annalium Hirsaugiensium a. 1093. 1108. 1138. 1144. 18) Gerken, Reisen II. p. 381 sqq. 19) Haec alibi non leguntur, sed ex errore nata esse videntur. Annalium scriptor apud Marianum, Sunderoldum Wormatiae occisum esse, legit, indeque hanc urbem a Normannis occupatam dirutamque fuisse sibi statuisse videtur. Unde vero Marianus, Sunderoldi caedem Wormatiae (quod verbum SS. V. p. 552. litteris latius positis exprimendum erat) factam esse, quum eum in pugna ad Guliam (Geole) commissa occisum esse constet, sibi persuaserit, non video. Ex Mariano in Ann. Wirziburg. (S. Albani Mogunt.) aliosque haec transiit notitia. 20) Cf. Remling l. l. p. 20 sqq. Diplomata quae haec illustrant a Gudeno vol. I. Codicis diplomatici edita sunt.

contrariaque fidei katholicae commercia, more Simonis efficeret venalia. Haec et his similia nefanda et inaudita Henrici regis flagitia videntes et audientes fieri katholici viri, per id temporis in ecclesia constituti, cum propheta Helya Domini zelo zelantes pro domo Israel, directis Romam nunciis ad Alexandrum apostolicae sedis antistitem, haec ei et alia quam plurima, quae in regno Theutonico, insanientibus symoniacis hereticis, rege Henrico auctore et patrono, dicta et gesta sunt, tam litteris quam viva voce, gemendo ac dolendo conquesti sunt. Deinde eodem zeli Dei fervore succensi, convenientes in unum, castrum Hattesburg obsessum capiunt, omnia ibidem inventa diripiunt. Fertur etiam, quod plus quam triginta feminae una die eiectae sint de munitione, quae omnes fuerunt violatae, vestibus usque ad nates praecisis ad iniuriam Saxonum; unde ipsi nimium efferati animis, castrum et omnia, quae in eo constructa erant, cum monasterio, clericis undique per fugam dispersis, funditus exciderunt, ossaque filii eius de sepulcro eiecta, per competa disperserunt. Interea domno Alexandro apostolico de medio sublato, suscepit sedem apostolicam Gregorius VII, qui et Hildebrandus, professione monachus. Iste, querimoniis et clamoribus katholicorum iustis adversum Henricum et scelerum eius immanitatem auditis, zelo Dei accensus, iam dictum regem exconmunicatum pronunciavit, maxime propter symoniam. Quod factum katholicis quidem viris bene placuit, symoniacis vero ac fautoribus regis nimium displicuit, qui dicebant, numquam fuisse auditum, regem aliquando excommunicationi subditum. Facta est ergo maxima divisio in ecclesia Dei, katholicis domino apostolico studiose faventibus ac praeceptis eius, scismaticis[a] Henrico et cooperatoribus eius ex corde obedientiam exhibentibus. Inter quos erat princeps et signifer iustitiae dilectus Deo et hominibus beatus Anno Coloniensis archiepiscopus, cuius memoria in benedictione est, cum reverentissimis ecclesiarum rectoribus, Sygefrido Moguntino, Wezelino Magdeburgensi[b], Burchardo[c] Halverstadensi, aliisque episcopis et abbatibus, monachis et clericis, assentientibus quoque principibus totius Saxoniae, Ottone duce, Magno duce, Udone marchione, Ludewico comite, cum aliis innumerabilibus tam nobilium quam infimorum militaribus viris. Quorum fidei devotionem ac fervorem iustitiae venerabilis papa Gregorius audiens, et contra eos sevitiam Henrici fautorumque eius quemadmodum et contra semet ipsum insurgere videns, ne deficerent in tribulationibus, quas sustinebant ab iniquis, sed fortiores, immo constantiae virtute solidiores efficerentur, missis ad eos litteris paucis, hereticorum audatiam, garrulitatem et superbiam, auctore Henrico ac defensore, ad iniuriam et contumeliam sanctae sedis apostolicae perstrinxit elatam; quam ob rem regem anathematis vinculo alligaverit, litteris insinuavit, quibus katholici ad resistendum iniquis hereticis constantiores effecti sunt. Anno praescripto Domini 1075, regni autem sui 19. Henricus, congregato exercitu, Saxoniam hostili animo intrare conatur; quod audientes Saxones, econtra se praeparant ei occurrere. Congregati namque ob[d] patriae libertatem ad introitum Turingiae, iuxta fluvium qui dicitur Unstruth, consederunt; non enim dederant spacium, ut intraret provinciam eorum. Saxonibus ergo super latitudinem terrae diffusis, et iam castra hora 9. metantibus, speculatores Henrici, considerato exercitu, venerunt ad dominum suum, mentiendo dicentes, Saxones se praeparare ad pugnam. Quod audiens, protinus suos praecepit armari, et confestim irruit super ignaros et imparatos. Saxonibus vero, quamvis sero, tamen ferociter ad arma confugientibus, facta est pugna validissima, ita ut fluvius illo in loco viam praeberet itinerantibus super occisorum cadavera. In ista pugna dux Swevorum Ruodulfus, qui postea Saxonibus regnavit, exercitum regis ducens, strennuissime dimicavit. Inter innumerabiles in praelio corruentes interiit ibi comes Gevehardus, pater Lutgeri, qui postmodum imperium assumpsit, qui etiam paucis diebus ante hoc praelium natus fuit. Occidit quoque illo die de exercitu regis Ernestus marchio cum aliis multis. Henricus ergo tantum vicevictoriam habuit, licet cum dolo acquisitam. Hoc bellum consummatum est 5. Idus Iunii. Obiit Widradus abbas Fuldensis. Obiit Henricus Spirensis episcopus; pro quo Huzmannus constituitur. Mar.

1076. . . . . . . Saxones igitur ferociores ex dampno, quod passi sunt, effecti, adhuc rebellare nitebantur. Quos praedictus dux Ruodolfus compescuit, ne hoc facerent, dans eis consilium propter pacem et concordiam, ut in potestatem regis se traderent in fide sua, dicens se accepturum, quod nichil eis noceret. Cuius sequentes consilium, veniente postmodum rege in Saxoniam, principes Saxonum in potestatem eius se dederunt, videlicet

a) ci. henr. et scismaticis coop. *c.* b) mageb. *c.* c) ruth. *vel* ruch. *c.* d) *deest c.*

Wezelo archiepiscopus Magadeburgensis, Bucco Halverstedensis, Otto dux, Magnus dux, Udo marchio; quos omnes rex custodiri praecepit. Videns ergo Ruodolfu dux, qui[a] eis consilium dederat et fideiussor extiterat, quod eos iuvare non poterat, dolorem inde habens non minimum, regi indignabatur nimium. Ipsi autem sine voluntate regis quomodocumque liberati de custodia et ad sua tandem reversi, post Rudolfum miserunt, eumque super se regem fecerunt. Qui ductus Maguntiam, consecratus est a Sygefrido archiepiscopo in regem. Qui statim, congregato exercitu, Werzeburg obsedit; quam continue captam in deditionem accepit. Hoc factum est anno Domini 1077.

1078. Gregorius igitur venerabilis praesul hereticorum insaniam, katholicorum quoque astipulante veritate cognoscens constantiam, Rudolfo regi, missis litteris, apostolicam mandavit benedictionem; in quibus etiam omnibus Christi fidelibus, beato Petro ac sibi vicario eius obedientiam profitentibus, universaliter insinuavit, Henrico propter superbiam, inobedientiam ac falsitatem regni dignitatem ablatam, Ruodulfo vero regi pro sua humilitate, obedientia et veritate auctoritate sancti Petri collatam.

Mar. Henricus rex nativitatem Domini apud Spiram celebravit, et inde in Longobardiam pergens, papa sibi obviam veniente, rex a papa solutionem banni, papa vero sedem apostolicam a rege accepit, et poenitentiam, quam sibi papa constituit, minime servavit; unde et postea eum iterum anathe-
A. Wirzib. matizavit. Bellum iuxta Strowi commissum est 7. Idus Augusti; ubi Wizelo Magdaburgensis archiepiscopus, frater beati Annonis Coloniensis archiepiscopi et similis ei[b] constantia fidei, cum aliis multis occubuit. Ruodolfus rex tamen victoriam obtinuit.

A. Wirzib. 1079. Bellum iuxta Fladecheim 5. Kal. Febr. commissum est; in quo Meinfrit comes[21] cum aliis multis occubuit. . . . . .

A. Wirzib. Mar 1080. Bellum iuxta Elstra committitur a rege Henrico Idus Octobris; in quo Ruodolfus rex occiditur et Merseburg sepelitur. Saxones vero victoriam reportarunt.

1081. Henricus igitur cum magno exercitu profectus est Romam et obsedit eam. Do-
1084. minus autem apostolicus ut audivit multos Romanorum potentes ad eius favorem declinare, quoniam et ibi hereticorum scismata prevaluerant, desperans ei posse resistere, recepit se in domum Theodorici vel Crescentis ut quidam dicunt. Sed cum[c] nec ibi tute se ma-
22 nere prospiceret, cum paucis nocte de munitione fugiens[22], Salernam abiit, ubi et usque ad diem mortis sue habitavit. Videns autem Henricus papam aufugisse, congregatis 30 episcopis fautoribus suis, in ipsa Romanae urbis obsidione iussit haberi synodum, in qua ipse dominus apostolicus Gregorius falsis et inauditis criminationibus, ab hereticis, id est fautoribus Henrici, ficte conpositis, nimium est, quamvis absens, accusatus. Denique dicebant eum profanum, scelestum, amatorem discordiae, virum sanguinum, sedem apostolicam indebite sibi usurpasse, per nigromantiam intrasse. Conspirantes ergo qui convenerant in unum adversus Dominum et adversus vicarium eius dominum apostolicum Gregorium, dampnaverunt eum; et facta dampnationis eius epistola, comminando mandaverunt ei, ne amplius apostolicam sedem pro tantis criminationibus condempnatus intraret. Et quia in proximo erat sacratissimae paschalis diei sollempnitas, inebriati profunda diabolici furoris insania, Wigbertum Ravennae civitatis archiepiscopum rapuerunt ac papam consecrave-
Mart. 31. runt, quem Clementem nominaverunt; a quo ipse Henricus in sancto die paschae una cum uxore sua Bertha, cesarea imposita appellatione, coronatus est. Dominus itaque apostolicus Gregorius audiens ab insanientibus Wigbertum hereticum et invasorem sibi in Romana sede superpositum, congregatis undique quotquot habere potuit catholicis episcopis et abbatibus, primo gradu Ravennatem sedem, invasorem Romanae ecclesiae, potestate sancti Spiritus et auctoritate sancti Petri, apostolici anathematis mucrone multavit; deinde Henricum cum omnibus fautoribus suis, episcopis et abbatibus, monachis et clericis, laicis quoque potentibus cum infimis quibusque personis, sub interminatione terribili generaliter communione privavit.

1082. . . . . . . . . . . Katholici per Saxoniam constituti ex constantia domini apostolici
23 roborati constituerunt super se regem Hermannum[23]. Iste Hermannus natus fuit de Lothoringia, vir sapientia, modestia, genere fortitudineque insignis. Ipsius filius erat Otto palatinus comes de Rinecke.

A. Wirzib. cf. Cont. Mar. 1083. Roma capta est ab Henrico rege, et in exercitu eius maxima pestilentia facta est. — Cyclus

a) q c. b) et c. c) *deest* c.

21) Magdeburgensis. 22) Quod a. 1084. factum esse satis constat. 23) anno 1081.

decennovennalis secundus incipit indictione 6. — Hermannus rex feroci animo orientalem Franciam A. Wirzib. praedando et incendendo ingreditur.

1084. Henricus autem 1084. anno, postquam Romam cepit, de Italia revertitur; Augustaque civitas ibid. ab eo obsidetur et capitur. Sigefridus archiepiscopus obiit[a][24].

1085. Synodus Moguntiae apud Sanctum Albanum iussu Henrici habetur; cui ipse cum legatariis ibid. Wigberti, qui et Clemens, interfuit; cui omnes obedire contra Gregorium potentialiter compulit. Wizelo, ipsius civitatis episcopus, hanc synodum regebat, qui Hildebrandum, qui et Gregorius, depositum pronunciabat. Gregorius papa, qui et Hildebrandus, obiit. Cui successit Desi- ibid. derius, abbas coenobii sancti Benedicti de monte Cassino, quem Victorem nominaverunt, post Petrum 149. Isto rursus post paucos dies decedente, successit Otto cardinalis, qui appellatus est Urbanus, 150. Hic dicitur fuisse monachus apud Cluniacense monasterium. Ipse itaque venerabilis papae Gregorii scripta et dicta contra scismaticos habita confirmavit; Henricum et Wigbertum Romanae invasorem ecclesiae cum omnibus fautoribus suis ab ecclesia Dei excommunicavit. Dietmarus[b] Wormacensis episcopus obiit. Godescalcus abbas ibid. Sancti Albani deponitur; cui Adelmannus successit.

1086. Henricus rex Saxoniam ingreditur, et patriam undique praeda et incendio omnibus iratus vastat. Hermannus autem rex, congregato exercitu quam maximo, occurrit ei iuxta Werzeburg, in loco qui dicitur Bleichfelt; ibique conserto praelio, innumerabilis multitudo hominum ex utraque parte occubuit. Hermannus vero clarissimam victoriam adeptus, cum pace rediit. Urbanus papa 150. post Petrum annis 11. Marianus[25] Scottus et inclusus obiit, et apud Sanctum Martinum sepelitur.

1087. Hermannus rex occisus interiit. Bertha imperatrix obiit, et apud Moguntiam sepulta A. Wirzib. est. Sed postea ab imperatore ad Spiram transfertur. Henricus rex, defuncto Hermanno rege, iam pacifice Saxoniam ingreditur; cui Henricus marchio de Staden foedere pacis sociatur. Sanctus Nicolaus translatus est de Mirea in Barum.

1088. Wezil Moguntinus archiepiscopus obiit. Cui successit dominus Ruthardus. A. Wirzib.

1089. Henricus rex, memor iniuriae, quam sibi Eggebertus marchio anno praeterito apud Merseburg fecerat, marchiam orientalem ei auferens, Henrico cuidam contulerat; congregatoque exercitu quam plurimo, Glico castrum eius valde munitum, quod est in Turingia iuxta Erphesfort ad occidentem situm, in vigilia assumptionis sanctae Mariae obsidione cir- 1088. Aug. 11. cumvallarat, et usque ad nativitatem Domini obsiderat. In cuius exercitu Magnus dux cum multis aliis nobilibus aderat. In vigilia autem natalis Domini, quae in die dominica tunc Dec. 24. evenerat[26], circa vesperam, sole ad occasum declinante, et exercitu quae necessaria erant praeparante, speculatores venerunt dicentes, marchionem cum magna multitudine appropinquare. Conturbatis ergo tali nuncio omnibus, armaque cum festinatione arripientibus, Eggebertus marchio, ut erat audacissimus, super inermes ut turbo vehemens cum suis irruit, et caedis inicium ipse signifer et dux exercitus sui fecit. Facta est itaque concertatio dura usque in profundissimam noctem deducta[c]. In eo denique certamine Burchardus Losannae episcopus interfectus est, qui lanceam regalem ferebat; cum quo etiam multi clericorum, tumultum fugientium ac persequentium, contriti corruebant. De exercitu regis multi sunt occisi, quam plurimi captivati, innumerabiles vero vulnerati, praeda magna sublata, oppidum Glico cum gloria obsidione liberatum. Henricus igitur victus fugam arripuit. Eggebertus autem victor existens, persecutus regem, quoscumque invenit de exercitu eius, cepit, vulneravit et interfecit. Per idem tempus katholici in ecclesia rari habebantur, scismatici vero multiplicabantur.

1090. Waltramus autem Megburgensis[d] ecclesiae antistes, cum esset praecipue favens Henrico regi, missis litteris ad Luodewicum comitem, suggerens ei, ut se subdens saepe iam dicto regi, tueretur partes eius. In quibus litteris, tamquam pro defensione ordinationis Dei, re autem vera favendo regi laborans, beatae memoriae Gregorio papae et piae recordationis Ruodolfo regi, et aliis principibus, qui iam in sompno pacis requieverant, obloquendo detraxerat; dicens, eos, quasi non fuerint, sic perisse; affirmans, eis malum principium fuisse, quos finem pessimum contigisset habuisse. Quarum litterarum modus iste est:

a) S. a. o. *alio atramento c.* b) dyetmarus *c.* c) deductam *c.* d) *ita c.* Megdeburgensis *Pistorius*; Nuenburgensis *Boehmerus*; *cf. infra a.* 1094, *ubi Waltramus Numburgensis nominatur.*

24) Iisdem verbis haec in Cont. Mariani SS. V, p. 562 leguntur. 25) Cf. Mariani cont. SS. V, p. 562. 26) Quod a. 1088. ita fuit.

*Waltramus Dei gratia id quod est, Ludewico serenissimo principi, cum instantia orationum semet ipsum ad omnia devotissimum. Omni regno utilis est concordia, desiderabilis est iustitia. Haec enim virtus mater est probitatis et conservatrix totius honestatis. Qui autem intestina grassando dissensione ad humani sanguinis alios irritat effusionem, profecto vir sanguinum est atque*[a] *illius particeps, qui nostrum sanguinem*[b] *sitiens semper circuit, quaerens quem devoret. Tu igitur, gloriosissime princeps, attendens, quomodo Deus pacis est et non dissensionis, quod ex te est, cum omnibus pacem habeas. Deus caritas est, diabolus odium. Tota lex et prophetae in dilectione pendent. Qui autem odit fratrem suum, homicida est, nec habet partem in regno Christi et Dei. Hoc ipsa veritas, hoc discipulus ille veritatis protestatur, qui de pectore dominico euangelii profundius potatus veritatem, fluminis impetu laetificat habundantius civitatem Dei. Sed ille, vas electionis, qui usque ad tertium caelum raptus, non secundum hominem, sed per revelationem Ihesu Christi, euangelium suum didicit: „Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. Qui autem resistit potestati, Dei ordinationi*[c] *resistit.“ Sicut amici nostri inter mulierculas et simplex vulgus sompniant; regiae potestati subdi non oporteat; falsum est ergo, quod omnem animam potestati subdi oporteat. Sed numquid veritas mendacii arguenda est? An experimentum quaerant eius, qui in apostolo loquebatur Christus? An aemulemur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? Fortiorem se confidit, qui Dei ordinationi resistit, quoniam non est potestas nisi a Deo. Sed quid ait propheta? „Confundantur omnes, qui pugnant adversum te, Domine; et peribunt viri, qui resistunt tibi.“ Ruodolfus, Hildebrandus, Eggebertus et innumeri principes Dei ordinationi in Henrico imperatore restiterunt, et ecce, quasi non fuerint, perierunt; quia profecto necesse est, malum fuisse principium, quorum finis pessimus subsecutus est. Nunc ergo, quoniam, qui ex adversa sunt, suis adversum nos eminus digladiantur ratiocinationibus, vestro*[d] *iudicio ubivis, vel etiam in vestro iudicia conseramus domicilio; tantum non suo usurario, sed Christi et antiquorum patrum utamur testimonio. Ac ne forte recusent, lex huius esto certaminis: vel me in ipsorum transire sententiam, vel ex nostro triumpho vos domino nostro imperatori lucrifaciam. Attendatur et illud: „Si quis aliter euangelizat, praeter quod euangelizatum est vobis, anathema sit.“ Hoc anathema non de profanae novitatis usuario, sed de tertio intonuit caelo. De istis autem, qui ignorantes Dei iustitiam et quaerentes suam statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti, fiducialiter dixerim: „Maledicent illi, et tu benedices; qui insurgunt in me, confundantur. Servus autem tuus laetabitur, quoniam, ut ais, Domine, sine me nichil potestis facere; nec dampnas*[e] *iustum, cum iudicabitur illi: Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Suo domino stat, aut cadit.*

Has sane litteras praedictus comes Ludewicus suscipiens, vocato ad se venerabili Stephano, qui et Herrandus, Halverstadensi episcopo[f], eas tradidit legendas, rogavitque eum, quatinus hiis diligenti examinatione perspectis, iuxta rationem veritatis congrua obviaret responsione, et linguam[g] blasphemantis, os quoque iniqua proferentis contra iustitiam, auctoritate sancti Spiritus et testimonio scripturarum obstrueret[h], ne amplius contra ecclesiam Dei latratus proferret insanos et fureret. Venerabilis autem episcopus, secundum petitionem comitis susceptis litteris ac diligenti examinatione perspectis, vocato praesentialiter notario, epistolam dictavit. In qua primum praescriptum W. episcopum hereticum, symoniacum redarguit, regem etiam Henricum hereticum et excommunicatum ideoque nec regem dicendum comprobavit, episcopatus pro pecunia, pro gladio, pro adulterio, pro sodomitica immundicia vendentem declaravit. Sed ipsius iam epistolae textus exponatur, ut illius venerabilis viri fervor in tenore iustitiae agnoscatur:

*Comes Ludewicus domino Waltramo quidquid tali vocabulo dignum est. Sicut bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, ita malus homo de malo thesauro profert malum. Unde tibi tanta arrogantia, ut me ad indignationem tam iniuriosis iniuriis provocares? Etenim dominos et patres meos, qui me in via iustitiae confortant, viros sanguinum, similes sathanae oblique appellas, et monita salutis, quae suggerunt, inter mulierculas et simplex vulgus sompniare dicis. Numquid Deus indiget tuo iudicio, ut pro illo loquaris dolos? Docuit iniquitas os tuum, et imitaris linguam blasphemantium, ita ut recte de te dicat propheta: „Noluit intelligere, ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo.“ Quamvis ergo, quantum perversus, tantum perversa locutus sis, nos tamen ori nostro custodiam ponere decrevimus et silere, cum consi-*

a) saguinum est adque *c.* b) sagwinem *c. constanter.* c) ordinatione 1. d) *ita levi medela textum restitui; sic enim legebatur:* vestro iudicio ubi ius, vel etiam in vestro iudicio conseramus, domicilio tantum non suo usurario *etc.* PERTZ. e) dapnas *c. const.* f) epi *cod.* g) ligwam *c. const.* h) obstructum *c.*

steret peccator adversum nos; sed excitat nos sermo divinus, dicens: „Responde stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.“ Numquid enim fatuitas personabit, et sapientia obmutescet? Numquid loquetur mendacium, et veritas silebit? Numquid tenebrae operient terram, et Dominus non orietur? Immo lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non conprehenderunt. Qua consideratione concaluit cor nostrum, et in meditatione nostra exarsit ignis. Loquimur igitur et clamamus, vulpesque parvulas, quae vineas Domini demoliuntur, quantum possumus, arcemus, timentes prophetiam illam exprobrantem: „Non ascendistis ex adverso, nec opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini.“ Audiant, non tu, qui aures habes et non audis, qui oculos habes et non vides, qui lumen quod in te est tenebras fecisti; audiant, inquam, omnes cordati, qui aures audiendi habent, quam ad te aut non intelligas, aut intelligere dissimules, neque quod loquaris, neque de quibus affirmas. Ad subiectionem domini Henrici, quem imperatorem dicunt, nos invitas, et in quantum intelligere datur, ut per omnia subditi simus, quasi apostolico argumento necessitatem imponis, dicens: „Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo. Qui ergo potestati resistit, Dei ordinationi resistit.“ Quam apostoli sententiam te male intelligere, peius interpretari, dicimus. Si enim omnis potestas a Deo est, ut tu intelligis, quid est, quod de quibusdam dicit Dominus per prophetam: „Ipsi regnaverunt, et non ex me principes extiterunt, et non cognovi.“ Si omnis potestas a Deo est, ut[a] tu intelligis, quid est, quod ait Dominus: „Si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proice abs te?“ Quid enim est potestas nisi oculus? Certe Augustinus in expositione apostolicae sententiae „Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit“: „Quod si potestas, inquit, aliquid iubeat, quod contra Deum sit, hic contempne potestatem, timendo potestatem alioquin.“ Numquid iniquitas apud Deum? Numquid Christus peccati minister est? Absit. Quid ergo dicemus? Numquid ab apostolo diversa sentiunt propheta, euangelium, Augustinus? Minime. Diversas tibias inflat spiritus unus. Itaque audiamus apostolum concordantem et se ipsum exponentem et inimicum ultoremque suum destruentem: „Non est, inquit, potestas nisi a Deo.“ Quid sequitur? Dic, quid sequitur? „Qui ergo, inquis, potestati resistit“ et reliqua. Absit. Non hoc sequitur. Sed quid sequitur? „Quae autem a Deo ordinata sunt.“ Nempe hic est, quod quaerimus. O lingua dolosa, o cor machinans malum, spiritus vadens et non rediens! Cur mentitus es Spiritui sancto? Arguat te conscientia tua. Ecce fugit impiu nemine persequente. Cur, ut deciperes, subprimere veritatem voluisti? Cur medullam, cur animam huius sententiae furatus es? Nam si haec verba de medio sententiae apostolicae tollantur, contra sibi inconveniens et exanimis iacebit. Impletur sermo divinus: „Qui parat proximo suo foveam, incidet in eam.“ Certe[b], nec culpam furti, nec poenam evadere poteris. Quid, infelix, quid iudici venturo, cum a servis negotiatoribus locum requiret, responsurus es, qui dominicae pecuniae fraudator in medium produceris? Quare non iudicium et laqueum proditoris timuisti, ne similem reatum similis vindicta sequeretur? Praevidens per Spiritum sanctum apostolus, te tuique similes hereticos in ecclesia emersuros, qui bonum malum, malum bonum dicerent, qui tenebras lucem et lucem tenebras ponerent, qui de sententiis veritatis occasionem inducendi erroris captarent; cum praemisisset: „Non est potestas nisi a Deo“, ut coniecturam reprobi intellectus amputaret: „Quae autem sunt, inquit, a Deo ordinata sunt.“ Da igitur potestatem ordinatam, et non resistimus, immo dabimus ilico manus. Miror autem, si in te vel gutta sanguinis est, quod non erubescis, dominum Henricum regem dicere vel ordinem habere. An ordo tibi videtur, ius dare sceleri, fas nefasque, divina et humana confundere? An ordo videtur tibi, in corpus suum peccare, videlicet, proh pudor! proh nefas! uxorem propriam, scelere omnibus seculis mundi inaudito, lupanar facere? An ordo tibi videtur, cum Dominus dicat: „Defendite viduam“, viduas iudicii aequitatem postulantes, nefanda contaminatione prostituere? Haec qui ordinata, qui sana dixerit, hunc insani capitis esse, insanus iurat Orestes[c]. Usque ad haec miserrima tempora natura secretum amavit, sed traditus in reprobum sensum rex vester naturae involucrum detexit, qui omnem pudorem ponit in propatulo. Ut autem illa, quae sine numero sunt, taceamus, videlicet concremationes ecclesiarum, depraedationes, homicidia, incendia, truncationes, et hiis similia, quae ille facere[d] potest, nos enumerare non possumus: ea, quae maxime ecclesiam Dei gravant, loquamur. Audi ergo vera, non fucata! Audi fortia, non faceta! Omnis, qui dignitates spiritales vendit, hereticus est. Dominus autem Henricus, quem regem dicunt, episcopatus et abbatias vendit. Etenim Constantiensem, Babinbergensem, Maguntiacensem et plures alias pro pecunia, Radisponensem, Augustensem, Strazbur-

a) et c. b) Certi c. c) orastes c. d) deest c.

*gensem pro gladio, abbatiam Fuldensem pro adulterio, Monasteriensem episcopatum — quod dicere et audire nefas est — pro sodomitica immunditia vendidit. Quae si impudenter negare volueris, teste caelo, teste terra, omnes etiam a furno redeuntes scioli concludent: ergo dominus Henricus hereticus est. Pro quibus nefandis malis ab apostolica sede excommunicatus, nec regnum, nec potestatem aliquam super nos, quia katholici sumus, poterit optinere. Sane, quia fratrum nos odii fatigas, intellige, nulli nos odium de inaffectione, sed de pietate intendere. Absit, ut dicamus: Henricus inter fratres aut christianos reputetur, qui tociens corripientem ecclesiam non audiens, sicut ethnicus et publicanus habetur. Cuius odium pro magno sacrificio Deo offerimus, dicentes cum psalmista: „Nonne, qui oderunt te, Domine, oderam; et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos; inimici facti sunt michi.“ Cuius odii dignitatem veritas commendans ait: „Si quis non odit patrem et matrem et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.“ Non ergo de odio iuste reprehendimur, qui animam nostram, cum a via Dei exhorbitamus, qui patrem et matrem et omnem affectum, qui nobis in via Dei obstat, odisse praecipimur. Inde est, quod omni studio, omni conatu laboramus, ut hostes ecclesiae nos quoque ut adversarios caveamus, et non quia nostri, sed quia Dei inimici sunt, odio habeamus. Porro quod de pace cum omnibus hominibus habenda persuades, meminisse debes, quia praemisit apostolus: „si fieri potest.“ Fieri autem non potest, ut cum hiis, qui Deo contrarii sunt, pacem habeamus. Quis autem nesciat, dominum Salvatorem non solum pacem commendare, cum dicit: „Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis“; sed etiam ipsam pacem existere, sicut ait apostolus: „Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum?“ Quid ergo ait pax nostra commendans pacem? „Nolite, inquit, arbitrari, quia veni mittere pacem in terram; non veni pacem mittere, sed gladium.“ Quid est hoc? Quare pax gladium, quare pax bellum indicit? Nimirum ut destruatur pax diaboli. Habet enim et diabolus pacem suam, de qua Dominus dicit: „Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet.“ O quam potenter per vos satellites suos atrium suum hoc tempore diabolus custodit, qui scuto falsitatis et galea perfidiae[a] protecti, nulla veritatis iacula, nulla fidei spicula admittitis! Potest tamen Dominus noster, utpote fortior armatus superveniens, fortem vestrum vincere, et arma, in quibus confidit, auferre. Non ergo recte culpamur, si pacem illam omni bello crudeliorem detestamur, quam ipsa veritas super Iherusalem flendo reprobat, dicens: „Equidem in hac die, quae ad pacem tibi“, et quam psalmista super iniquos zelat, pacem peccatorum videns. Quod vero dominum apostolicum Gregorium, regem Ruodolfum, marchionem Eggebertum pessimi interitus dampnas, et dominum tuum, quia illis superstes est, beatificas, liquet profecto, ab omni spirituali te consideratione inanem[b] et vacuum. Nonne beatius est bene mori quam male vivere? Beati enim, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Iam et Neronem, quia apostolis Petro et Paulo, iam et Herodem, quia Iacobo apostolo, iam et Pilatum, quia domino Ihesu Christo supervixerunt, beatos aestimas? Qua opinione quid insanius, quid infelicius dici potest? Quapropter et ab hac blasphemia linguam magniloquam conpesce; nisi forte in numero illorum te constituis, qui in fine iustorum videntes gloriam, seram et infructuosam agentes poenitentiam, prae angustia spiritus gementes dicent: „Hii sunt, quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est? Ergo erravimus a via veritatis, et sol iustitiae non luxit nobis. Quid nobis profuit superbia, et divitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia velud umbra.“ Quae nos verba in memoria adamantina scribentes, omnem altitudinem, extollentem se adversus veritatem Dei, contempnimus, et gloriantes in tribulationibus, calumpniari, proscribi, exterminari, denique occidi possumus, flecti vel vinci non possumus; et cum magno tripudio illud, quod tu puer adolescens, iuvenis frequentans, nondum corde senex concepisti, de patribus nostris exultamus, qui contempnentes iussa principum meruerunt praemia aeterna. Porro sententias tuas diligenti curiositate trutinantes, quasi spiritualia spiritualibus conparare volumus. Sed sicut qui fractam testam[c] glutinat, lusimus operam. Ita enim nil sibi congruit, nil par est, ut nec pes nec capud uni reddatur formae.*

*Amphora[26] coepit*
*Institui; currente rota cur urceus exit?*

*Nam quid ad rem pertinet, quod in calce subiunxisti: „Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit!“ Numquid nos aliquem de intensione[d] aut remissione ieiunii*

a) perfidvi *c.* b) mane' *cod.* c) testem *c.* d) *ita c.*

26) Horat. A. Poet. 22 sq.

*aut de qualitate ciborum iudicamus? Non hoc intellexisse apostolum, et illa sententia manifestat, quae praecedit, et illa, quae sequitur. Praecedit enim: „Qui manducat, non manducantem spernat; et qui non manducat, manducantem non iudicet.“ Sequitur autem: „Tu quis es, qui iudicas alienum servum? suo domino stat aut cadit.“ Potest enim quilibet manducans, non manducans, ieiunans, non ieiunans, stare aut cadere. In huiusmodi*[a] *temeritas et periculum iudicii est. In flagitiis autem nullus stare recte dicitur. Nam et in furto et in mendacio et his similibus cadere quivis potest, stare non potest. Ceterum si iudicii discretio tollenda est, quid est, quod ait apostolus: „Spiritualis autem diiudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur.“ Et rursum: „Quid enim michi de his quae foris sunt iudicare?“ Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? Nonne iudicandi qualitatem natura ipsa commendat, ut paulo minus tam proprium sit homini iudicare, quam vivere? „Iudicabit, inquit apostolus, quod ex natura est praepucium legem consumans, te, qui per litteram et circumcisionem praevaricator legis es.“ Ut autem de sapientibus et iustis taceamus, quis ydeota, quis paganus non recte iudicat? Nam quis fur furtum non reprehendit? Quis mendax mendacium laudat? Quis adulter in uxore sua adulterium non detestatur? „Inexcusabilis es, inquit apostolus, o homo omnis, qui iudicas!“ In quo enim alterum iudicas, te ipsum condempnas. Unde psalmista: „Praevaricatores, inquit, reputavi omnes peccatores terrae.“ Unde nimirum est, quod etiam amicis suis vitium displicet, virtus etiam inimicis suis placet. Non ergo iudicamus aliquos, nisi quorum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium; quorum vero subsequuntur et occulta*[b] *sunt, non iudicamus. Quomodo autem concordiam utilem asseris regno, quod nullum est? Regnum quippe quasi rectum dicitur. An regnum recte dicitur, ubi omnis innocentia laborat, ubi neque rationi, neque iudicio, neque consilio locus est; sed quidquid libitum id licitum putatur? Tale regnum ecclesiam malignantium, concilium vanitatis, denique totius iniquitatis sentinam rectius appellaveris. Tali regno nos concordiam inutilem dicimus. Sicut enim inter bonos laudabilis, ita inter malos reprehensibilis concordia est. Quis enim concordiam latronum, quis furum, quis immundorum, nisi mente captus, approbat? O detestabilem, o Deo odibilem hereticorum hodie concordiam! de quibus propugnator sanctae ecclesiae beatissimus Athanasius ait: „Dicentes, se sapientes esse, stulti facti sunt, et immutaverunt gloriam ecclesiae katholicae in propriam novitatem.“ Nonne vas electionis, concordiae doctor, Phariseis et Saduceis in necem eius concordantibus, quasi proposita quaestione, occasionem discordiae splendide immisit, ut turbata aqua salvaretur unus. Sed quia intima tua proiecisti, et nil nisi corticem mandere nosti, quae omnibus manifesta sunt, vide oculis, audi auribus, et quasi contrecta manibus! Nonne Roma, nonne Tuscania, nonne Longobardia, nonne Alamania, nonne Ungaria sedes regni imperatoris tui fuerunt? Eversae sunt. Quare? Nimirum quia Salvator templum suum ingressus vendentes et ementes eiecit et kathedras vendentium columbas evertit. Perpende, quia vix modicum testae fragmen in manu domini tui remansit, quod ad portandos carbones, unde ignis suscitetur, minime sit idoneum. Frustra igitur conamini illum constituere et fulcire, quem Dominus deponit. Sane non ab re est, te ad te ipsum revocare, ut, in quantis malis sis, nisi te divina pietas penitus deseruit, consideres, illamque sancti Spiritus sententiam ex totis praecordiis pertimescas, quae ait: „Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus“; incipiam te evomere ex ore meo, quia dicis, quod dives sum et locupletatus, et nullius egeo; et nescis, quia tu es miser et miserabilis et pauper et caecus et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias. Vade igitur ad scolas et disce! Disce autem scientiam, non quae inflat, non scientiam huius mundi, quae inimica est Deo, sed illam, de qua dicit apostolus: „Si quis inter vos sapiens vult esse, stultus fiat, ut sit sapiens.“ Quodsi ad divina oracula ut aspis aurem obduras, saltem ille ethnicus*[27] *verecundiam tuam moveat, qui dicit: „Quid medicorum est, promunt medici; tractant fabrilia fabri.“ Unde tanta praesumptio, ut caelestibus te adicis neophitus? num mergeres, qui numquam scolam virtutum intrasti, qui in cubiculum regis aeterni introductus non es? Inde est, quod sub specie medici venena propinas; inde est, quod erroris magister existis, quia veritatis discipulus numquam fuisti. Certe symoniam nullo modo excusare poteris. Nam quia triplex pretii qualitas est, videlicet a manu, ab obsequio, a favore: profecto, etsi non pecunia, quod fortassis incertum est, obsequio episcopatum conparasti. Quid autem prodest homini, si universum mundum lucretur, se ipsum autem perdat et detrimentum faciat animae suae? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Depone ergo episcopatum. Ut quid multorum animas cum tua perdis? ut quid etiam sedem occupas. Aliquando audies a propheta: „Pecca-*

a) *vocabulum deesse videtur.* b) *oculta* c.

27) Horatius, Epist. II, 1, 115 sq.

*tori autem dixit Dominus: Tu vero odisti disciplinam." Si videbas furem, os tuum habundavit, sedens adversus frenum tuum. Existimasti inique. Intelligite haec, qui obliviscimini Deum! Haec et tu exprobras inter mulierculas, quae tamen ad sepulcrum Domini sedent, et inter simplex vulgus, quod tamen principibus sacerdotum, quomodo Ihesum Christum dolo tenerent et occiderent, consilium facientibus: „Osanna in excelsis Christo!" clamat. Amici nostri sompniant; verumtamen, si conviciis tuis expergefecisti, sapientiam inter perfectos loqui cogantur, talia et tanta contra te venient fulgura, quae aeternum tibi inponent silentium.*

A. Wirzib. 1093. Dominus Emehardus ordinatur 6. Kal. April. Werzeburg. Fratrizlaus dux Boemiae in venatu repente de equo cadens, subitanea moritur morte. Cuonradus, filius Henrici imperatoris, patri suo hac de causa rebellavit. Henricus rex Adelheidam[27] reginam, quam duxerat uxorem, odio coepit habere, ita ut maius esset odium quam dilectio, qua prius eam dilexerat. Nam in custodiam posuit eam, et concessit, ut plerique vim ei inferrent. Dicitur etiam talem incidisse dementiam, ut praedictum filium suum hortaretur, quatinus ad eam ingrederetur. Quo recusante patris polluere stratum, eum adhortando rex non suum, sed peregrini filium esse affirmavit, cuiusdam videlicet principis de Suevia[a], cuius etiam faciem praedictus Cuonradus plurimum assimilavit. Regina autem, post plurima et inaudita malorum genera sibi innocenter illata, de custodia, qua tenebatur, quoquomodo Dei miseratione liberata, ad praepotentissimam[b] tunc temporis feminam Mathildam nomine fugiendo pervenit. Quae susceptam reginam ad venerabilem virum perduxit Urbanum apostolicae sedis antistitem; cuius provoluta pedibus, profusis lacrimis ac intimis singultibus omnem suae quam pertulerat calamitatis intimavit miseriam[27*]. Dominus vero apostolicus, agnita reginae calamitate, humanitatis miseratione conpassus, facta concione[c] catholicorum, denuo Henricum regem excommunicavit pro illicitis ac nefandis omnibusque seculis inauditis rebus in legittima uxore sua perpetratis. Regina autem reversa est in regionem suam, et ingressa monasterium, facta est abbatissa, ut quidam dicunt. — Eclipsis solis facta est tertia hora diei, et draco visus est. — Cuonradus igitur, ut supra visum est, patri suo rebellans, venit ad papam Urbanum, et solutus ab excommunicatione, in Longobardia regnavit contra patrem. Erat denique, ut dicitur, Cuonradus iste in omni bonitate et probitate conspicuus, humilis, modestus et caritativus; quique paucos annos supervivens, postquam coronatus est, immatura morte vitam finivit.

A. Wirzib. 1094. Pestilentia magna fuit. Tempore hoc floruit in ecclesia Cantuariensi beatissimus ac Deo dignus Anshelmus archiepiscopus. Cuius sanctitati testimonium praestant libri eius rectissimi et luculenti, qui in multis habentur ecclesiis. Hic beatus vir, prius quam ad episcopatum esset vocatus, in Becci monasterio pater extitit monachorum, quos per semitas iustitiae tam verbo doctrinae quam sacratissim rum operum executione ad vitae patriae caelestis amorem informandos erudire studuit. In hoc monasterio quam maxime effloruit cum exercitio monasticae religionis in liberalibus artibus studium lectionis. Inter varia ergo studentium studia quidam in gentilium, quidam vero in divinorum librorum occupabantur lectione. Facta est autem gravissima mortalitas in regione eadem, et passim infinita multitudo populi in mortem cadebat. Ipsum quoque monasterium iam iamque feralis illa clades occupaverat. Morientibus itaque fratribus, timor cunctos sollicitabat; unde et orationes ad Dominum creberrimae fiebant. Quadam vero nocte angelus percutiens cum venabulo visus est in dormitorio pausantibus fratribus, qui et unumquemque in proximo moriturum tangendo designabat. Ad quemdam ergo iuvenem venerat, qui epistolis beati Pauli animum dederat. Angelus autem Domini, percussore astante et dubitante, ait: *Quid stas?* At ille respondit: *Parco.* Angelus dixit: *Feri! Quid cessas?* Respondit: *Parco fideli.* Angelus ad haec dixit: *C ?* — *Paulo puero.* Angelus autem Domini ad iuvenem ait: *Tali gratulare magistro, per quem mortem evasisti.* Et sic mortalitas illa sedata est. — In eodem monasterio iuvenis quidam gravissimam carnis temptationem sustinebat; cui beatus pater sibi confitenti assidua consolatione suggerebat, ut se omnino cautissime contineret. Iuvene vero consilium beati patris omni conanime prosequente, repente membra illa ita tumore distentabantur, ut vix incedere praevaleret. Sed ista molestia fratris beatum patrem latere non potuit. Interrogatus namque ab eo, quid molestiae sustineret, passionem suam licet cum rubore confessus est. Beatus autem pater, elevata manu signum sanctae crucis faciens, ait: *Credo in Deum meum, quia ex hora liberaberis.* Et continuo omnis ille tumor solutus est, et passio

a) swevia *c.* b) prepotissimam *c.* c) cōsciōe *c.*

27) sive Praxedem. 27*) Cf. de hoc loco, ubi falsa veris mixta sunt, Stenzel Fränk. Kaiser I, p. 552.

carnis sedata. — In eodem monasterio audivi rem contigisse valde mirabilem et ideo multorum memoriae iure commendandam. Quadam die dum fratres ad mensam consedissent, fuit inter eos quidam senior valde religiosus praecipue contemplationi deditus. Hic apertis oculis mentis suae promeruit a Domino ut videret prae aliis ea quae gerebantur ad correctionem multorum. Unde accidit, ut quadam die in comtemplatione positus conspiceret Ethyopem parvulum, statura brevissimum, pannis obsitum, in medio ipsius domus refectionis stantem et per funiculum a superioribus sportam non modicam emittentem. Quam in medio posuit, et currens undique sub mensis edentium fratrum, micas per negligentiam[a] elapsas in sinum suum collegit collectasque ad praedictam sportam diligentissime conportavit. Deinde tracto funiculo ipsam sportam in sublime extulit, ipse quoque post eam per trabes et laquearia sub omni festinatione ascendit. Quod videns senior, vehementer expavit, et rursus eadem post paucos dies fieri conspiciens, a mensa surrexit, ipsumque adiurans per nomen Domini, quis esset et quid faceret et quamdiu haec fecisset, inquisivit. At ille coram omnibus: *Si nosse*, inquit, *desideras, quis sim, formam aspice. Opus vero meum scias esse negligentias vestras diligenter notare, quatinus habeam vos in die iudicii in conspectu equissimi Iudicis accusare. Hoc opus ab initio fundationis loci huius agere inchoavi et usque in hanc horam non deficiendo perduxi.* Heu quam subtilissimis ac multimodis hostis humani generis nos miseros persequitur insidiis! Proinde omnes generaliter fratres et domini, divites et pauperes utriusque sexus ammonitos[b] esse volumus, quatinus haec considerantes donis Dei non abutimini, sed potius de his quae vobis et minus superflua videntur, de micis dico et fragmentis, indigentium sinus repleatis. Nam Dominus dixit: *Colligite, quae superaverunt fragmenta, ne pereant.* — Beatus igitur pater Anshelmus in praedicto monasterio dum adhuc abbatis nomine fungeretur, praesumpta est talis assertio in Francia a quodam clerico. *Si*, inquit, *in Deo tres personae sunt, una tantum res, et non sunt tres res, unaquaeque per se separatim, sicut angeli aut tres animae, ita tamen ut voluntate et potentia sint idem omnino; ergo Pater et Spiritus sanctus cum Filio est incarnatus.* Verum auctor istius perversi[c] dogmatis. a patribus et doctoribus ecclesiasticae fidei circumventus et convictus, ac pene a populo neci traditus, ut mortem evaderet, errorem abiurasse dicebatur. Contra quem errorem pater Anshelmus epistolam abbas inchoavit, episcopus consummavit, scribens ad Urbanum apostolicae sedis antistitem. Ad Walramum quoque Numburgensem episcopum de processione Spiritus sancti scripsit epistolam, in cuius capite ipsum[d] Walramum episcopum, fautorem Henrici, vehementer redarguit, seque domini apostolici Urbani dictis et sanctionibus per omnia subditum ac obedientem declaravit. *Anshelmus servus ecclesiae Cantuariensis[e] Walramo Nuenburgensi episcopo. Scienti breviter loquor. Si certus essem, prudentiam vestram non favere[f] successori Iulii Cesaris et Neronis et Iuliani apostatae contra successorem et vicarium Petri apostoli, libentissime vos ut amicissimum et reverendum episcopum salutarem. Quoniam autem ad defensionem veritatis, quam contra Grecos quaeritis, secundum posse nulli deesse debemus, opusculum vobis misi, quod de Spiritus sancti processione contra illos edidi. De sacrificio vero, in quo idem Greci nobiscum non sentiunt, multis rationabilibus katholicis videtur, quia quod agunt Greci, non est contra fidem christianam.* Quam quidem epistolam, quia longissima est sicut superior, propter devitandum fastidium hic interserere supersedentes, ad alia festinamus. Ad Wilhelmum etiam Hersaugiensem abbatem brevem quidem epistolam scripserat; in qua, secundum quod interrogatus fuerat, de quodam comite ab apostolica sede excommunicato, de presbiteris uxoratis, de lapsis sacros ordines habentibus, de occultis criminibus pollutis et confessis, de his qui propter verecundiam aut stultitiam seu duritiam confiteri nolunt et tamen superbe officium suum appetunt, cum maxima discretionis examinatione, humilem quidem, sed scripturarum auctoritate firmatum reddidit responsum. Fecit etiam libros divina auctoritate equidem firmatos, unum de incarnatione Domini, qui dicitur *Cur Deus homo*, secundum quem vocavit Monologion, tertium quem intitulavit Prosogion. In meditationibus quoque et orationibus componendis plurimum laboravit, in versibus aptandis exametro pentametroque exstantibus aliquantulum desudavit.

1095. Adelmannus abbas Sancti Albani obiit. Item Lupoldus marchio, et Henricus palatinus comes obierunt. A. Wirzib.

Anno Domini 1095. ac sequenti, id est 1096, quaedam caelitus[g] portenta seculis inminere, antea nec visa nec audita, signis frequentibus praesagabantur; de quibus duo ponamus,

a) neglientiam *c.* b) amon. *c.* c) peruerse *c.* d) *bis scriptum in cod.* e) cantuargensis *c.* f) fauore *c.* g) scelitus *c.*

ut de reliquis fidem certiorem habeamus. Species ignis in modum fulguris ad longitudinem hastae formatus, sed latior, clarissimo die et in ipso solis fulgore discurrens, oculos intuentium terrore improviso percutiebat, et tamen nemini nocebat. Super haec quadam die, sole ad occasum ruente et nubecula in aere nulla apparente, ignei quasi globi diversis aeris in locis emicuerunt, rursusque aliis in firmamenti partibus se condiderunt. Hoc quidam non ignem, sed angelicas fuisse opinabantur potestates, commotionem gentium, quae secuta est, praefigurantes. Dum ergo ista prae oculis adhuc haberentur, ecce quidam inclusus, cui nomen erat Petrus, in finibus Hispaniae constitutus, claustris egressus totum commovit orbem, quandam circumferens cartulam, quam asserebat de caelo lapsam, in qua continebatur, universam christianitatem armis instructam de cunctis mundi partibus ire debere Ierosolimam, eamque, paganis inde pulsis, perpetuo possidere cum finibus suis. Hoc autem euangelico confirmabat testimonio: *Et Iherusalem*, inquit dominus Ihesus, *calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium.* Unde provocati non solum rustici, sed etiam reges, duces ceteraeque mundi potestates, ad maiora veniam, episcopi, monachi, reliqui quoque ecclesiae ordines ad hoc iter movebantur. Postremo consentientibus dictis eius cunctis, regna rectoribus, urbes pastoribus, vici vastantur habitatoribus; et non tantum viri et pueri, sed etiam mulieres quam plurimae hoc iter sunt aggressae. Mirabilis enim spiritus illius temporis[28] homines impulit ad hoc iter aggrediendum. Nam feminae in hanc expeditionem exeuntes virili utebantur habitu et armatae incedebant. Congregatis ergo in unum omnibus, qui ad hoc iter aggrediendum se signaverant, consilium inierunt, ut Iudeos ubicumque constitutos, sponte seu coactos, ad christianitatem traherent, ne alicubi Iudaici nominis memoria remaneret, sed passim omnes interficerentur, quicumque christianitatis nomen cum fidei signaculo non amplecterentur. Unde factum est, ut quidam ex eis, quamvis inviti, ad baptisma confugerent, ne rerum suarum substantiam simul et vitam amitterent. Plures tamen occidebantur, quorum substantiae a[a] christianis diripiebantur. Huius itaque doloris immanitate conpulsi Iudei in se ipsos irruerunt, et cultris se invicem vulneratos interemerunt. Viri uxoribus et cognatis non pepercerunt, matres filios cum filiabus mortificaverunt. Ierosolimitae autem itinere suo pergentes, usque urbem Pannoniorum, quae vocatur Merseburg, attingentes, magna ex parte interfecti sunt. Et merito, quia enim viri cum mulieribus, ut supra dictum est, incedebant, inmunditiae fornicationum et abhominationum factae sunt inter eos. Idcirco iram Dei promeruerunt. Godefridus autem et Baldewinus, frater eius, cum reliquis perrexerunt, et cum maximo labore Anthiochiam ac postremo ipsam Ierosolimam cum reliquis urbibus ceperunt, Christo eis largiente virtutem et victoriam de inimicis. Post aliquot annos Godefridus dux obiit, et locum sepulturae ad sepulcrum Domini promeruit. Balduinus vero ab exercitu christianorum rex constituitur; per aliquot annos super christianos regnavit; et paganis latius expugnatis, terras eorum cum
A. Wirzib. urbibus, quas possederant[b], christianis subiugavit. Theodoricus abbas Sancti Albani constituitur.

ibid. Anno 1097. Henricus de Italia rediit, et Iudeis de praeterito anno vel coacte baptizatis legem et ritus iudaizandi concedit[29]. Praxedis regina discessit ab imperatore[30].

ibid. 1098. Ruthardus Moguntinensis archiepiscopus regi excommmunicato favere noluit, gratiam eius perdidit, et in Turingiam secedens, per aliquot annos ibidem stetit.

ibid. 1099. Imperator pascha Radisponae celebravit, ubi his diebus magna mortalitas est facta, in qua Rabodo palentinus comes cum aliis multis moritur. Cuonradus Traiectensis episcopus 4. feria paschae a negotiatore Fresico crudeliter occiditur; pro quo Burchardus constituitur. Hermannus Coloniensis episcopus obiit. Cui Fridericus successit. Cuonradus Eihstedensis[c] episcopus obiit; pro quo Cuonradus constituitur. Urbanus papa, qui et Otto, obiit. Cui Reynherus[d] abbas, qui et Paschalis, successit, post Petrum 151, annis 18. Urbano defuncto, cuidam religioso in visione revelata est mors ipsius. Cui interroganti, quis post eum futurus esset pontifex, respondit is qui apparuit: *Reinherus abbas.* Rursus illo interrogante, quamdiu vivere deberet: *Respice*, ait, *ad suppedaneum lectuli tui.* Cumque respexisset, vidit iacentem scedulam[e] parvulam, ex una parte pilosam et ex alia puram, paucis litteris taliter inscriptam: *Terni, ter quaterni, ternique.* Qui simul iuncti 18 fiunt. Rursus autem illo sciscitante, cur praedicta scedula[f] partim pilosa et partim esset pura, respondit: *Tempus pontificatus eius ex*

a) *deest c.* b) possiderant *c.* c) einst. *c.* d) reyherus *c.* e) zedulam *c.* f) zedulam *c.*

28) *illius temporis* non cum vocabulo *spiritus*, ut Böhmerus opinatus est, iungenda sunt, sed „de illius temporis hominibus" scriptor loquitur. 29) Cf. Ekkeh. a. 1097, ex quo plerumque Ann. Wirzib. (Sancti Albani) hauserunt, haec tamen omittentes. 30) Cf. a. 1093. Male ex alio procul dubio fonte haec hoc anno repetivit auctor.

*parte erit placidum ac serenum, ex parte vero turbulentum ac dissolutum erit.* Quod verissime futurum fuisse, sequentia demonstrabant. His temporibus exorta est secta monachorum, qui non nigris, sed griseis induuntur vestimentis; cuius auctor exstitit Adam, ut quidam dicunt. Paschalis igitur pontifex in specula totius ecclesiae constitutus, iuxta tenorem antecessorum suorum, Alexandri, Gregorii, Urbani, contra invasores spiritualium carismatum decretum promulgavit; ac denuo Henricum regem cum omnibus fautoribus suis excommunicatum pronunciavit. Interea Wigbertus, Romanae et apostolicae sedis invasor, moritur; et quia non habuit successorem suae sectae, ruit omnis populus ad Paschalem papam, et sic adnichilata est heresis eius, quae hactenus vigebat. Quidam autem de fautoribus eius rumorem sparserunt in populum, ad sepulcrum eius se vidisse divina micuisse luminaria. Quapropter dominus apostolicus Paschalis zelo Dei inflammatus iussit, ut effoderetur et in Tybrim iactaretur. Quod et factum est. Venerabilis autem Paschalis et apostolicae sedis antistes statuit, ut quicumque de scismate hereticorum ad unitatem et concordiam sanctae ecclesiae katholicae reverti vellent, prius omnem heresim anathematizarent; sicque promissa apostolicae sedis pontifici Paschali eiusque successoribus obedientia, sub testimonio Christi et ecclesiae, paci et unitati reconciliarentur. Ordo reconciliationis huiusmodi est: *Anathematizo omnem heresim, et praecipue illam, quae statum praesentis ecclesiae conturbat, quae astruit et docet, anathema contempnendum et ecclesiae ligamenta spernenda esse. Hanc cum suis auctoribus dampno et anathematizo. Promitto autem obedientiam apostolicae sedis pontifici Paschali eiusque successoribus, sub testimonio Christi et ecclesiae, affirmans quod affirmat et dampnans quod dampnat sancta et universalis ecclesia.* — Ierosolima Idus Iulii capta est a christianis, eo die quo divisio apostolorum facta est ibidem, Godefrido duce exercitum ibi regente; et statim eum christiani regem super se constituerunt. A. Wirzib.

1100. Anno praesenti actum est quod sequitur. *Domno Paschali papae Romanae ecclesiae et omnibus episcopis et universis christianae fidei cultoribus, Pisanus archiepiscopus, et Godefridus dux, gratia Dei ecclesiae sancti sepulcri nunc advocatus, et Regemundus comes Sancti Egidii, et universus Dei exercitus, qui est in terra Israel, salutem et orationum multiplicare preces et orationes cum iocunditate et exultatione in conspectu Domini, quoniam Deus magnificavit suam misericordiam, complendo in nobis ea quae autiquis temporibus promiserat. Etenim cum capta Nicea cunctus exercitus inde discesserat, plus quam trecenta milia armatorum ibi fuerunt. Et licet haec tanta multitudo, quae universam Romaniam occupare poterat, atque*[a] *epotare flumina omnia et pascere omnes segetes una die posset, tamen cum plenitudine tanta conduxit eos Dominus, ut de ariete nummus et de bove vix 12 acciperentur. Praeterea etsi principes et reges Sarracenorum contra nos surrexerint, tamen Deo volente facile victi et conculcati sunt. Ob haec quidem feliciter acta quia quidam intumuerant, opposuit nobis Deus Anthiochiam, humanis viribus inexpugnabilem; ibique per novem menses nos detinuit, atque in obsidione extra ita humiliavit*[b]*, ut in toto exercitu nostro vix centum boni equi reperirentur. Aperuit nobis Deus copiam suae benedictionis et misericordiae, et induxit nos in civitatem, atque*[a] *Turcos et omnia eorum potestati nostrae tribuit. Cum haec quasi viribus nostris acquisita teneremus, nec Deum, qui haec obtulerat, digne magnificaremus, a tanta multitudine Sarracenorum obsessi sumus, ut de tanta civitate nullus egredi auderet. Praeterea fames ita convalueral, ut vix ab humanis dapibus se aliqui abstinerent. Longum est enarrare miserias quae in civitate fuere. Respiciens autem Dominus populum, quem ita diu flagellaverat, benigne consolatus est eos. Itaque primo quasi pro satisfactione tribulationis lanceam suam, munus invisum a tempore apostolorum, pignus victoriae nobis contulit. Deinde corda hominum adeo animavit, ut illis, quibus aegritudo vel fames ambulandi vires negaverat, arma sumendi et viriliter contra hostes dimicandi virtutem infunderet. Deinde cum triumphatis hostibus fame et taedio deficeret exercitus multum Anthiochiae et maxime propter discordias principum, in Syriam profecti, Barram et Marram, urbes Sarracenorum, expugnavimus, et castella regionis optinuimus. Cumque ibi moram disposuissemus, tanta fames in exercitu fuit, ut corpora Sarracenorum iam foetentium a populo christiano iam commesta sint. Denique cum divino monitu in interiora Hyspaniae ingrederemur, largissimam atque*[a] *misericordem et victoriosissimam manum omnipotentis Patris nobiscum habuimus. Etenim cives et castellani regionis, per quam procedebamus, ad nos cum multis donariis legatos praemittebant, parati servire nobis et oppida sua reddere. Sed quia exercitus noster non multus erat, et in Iherusalem unanimiter venire festinabant, acceptis securitatibus,*

a) adque c. plerumque. b) *quaedam desunt; v. Ekkeh. a. 1098. SS. VI, p. 209, qui hanc epistolam exscripsit.* c) ad c.

*tributarias eas fecimus; quippe cum de multis una civitatibus, quae de maritimis illis sunt, plures homines haberet, quam in exercitu nostro fuissent. Cumque auditum esset Anthiochiae atque Laodiciae et Rohas, quia manus Domini nobiscum esset, plures de exercitu qui ibi remanserant consecuti sunt nos apud Tirum. Sic itaque Deo conviatore et cooperatore nobiscum usque ad Iherusalem pervenimus. Cumque in obsidione multum exercitus laboraret, maxime propter inopiam aquae, habito concilio, episcopi et principes circinandam esse civitatem nudis pedibus praedicaverunt, ut ille, qui pro nobis humilitate eam ingressus est, per humilitatem nostram pro se ad iudicium de suis hostibus faciendum nobis eam aperiret. Placatus itaque Dominus hac humilitate,* 8. *die post humiliationem cum suis hostibus civitatem nobis tribuit, ea*[a] *videlicet die, qua primitiva ecclesia inde abiecta fuit, cum festum de dispersione apostolorum a multis fidelibus celebratur. Et si scire desideratis, quid de hostibus ibi repertis factum fuerit, scitote, quod in porticu Salomonis et in templo eius nostri equitabant in sanguine Sarracenorum usque ad genua equorum. Deinde cum ordinatum esset, qui civitatem retinere deberent, et alii amore patriae et pietate parentum suorum redire voluissent, nunciatum est nobis, quod rex Babiloniorum Ascalonam venisset cum innumerabili multitudine paganorum, ducturus Francos qui Ierosolimis erant in captivitatem et expugnaturus Anthiochiam, sicut ipse dixerat. Aliter autem Dominus de nobis statuerat. Itaque cum in veritate comperissemus, exercitum Babiloniorum Ascalonem esse, conscendimus obviam illis, relictis sarcinis et infirmis nostris in Iherusalem cum praesidio. Cumque exercitus noster et hostium se conspexissent, genibus flexis adiutorem Deum invocavimus, ut, qui in aliis nostris necessitatibus legem christianorum confirmaverat, in praesenti bello, confractis viribus Sarracenorum et diaboli, regnum Christi et ecclesiae a mare usque ad mare usquequaque dilataret. Nec mora; clamantibus ad se Dominus affuit, atque tantas audaciae vires administravit, ut qui nos in hostem currere vidit, fontem aquae vivae sitientem cervum segnem adiudicavit; miro videlicet modo, cum in exercitu nostro non plus quam* 5 *milia militum et* 15 *milia peditum fuissent, et in exercitu hostium* 100 *milia equitum et* 400 *milia peditum esse potuissent. Tunc mirabilis in servis suis Dominus apparuit, cum, antequam confligeremus, pro solo impetu nostro hanc multitudinem in fugam vertit, et omnia arma eorum diripuit, ut, si deinceps nobis repugnare vellent, non haberent arma in quibus sperarent. De spoliis vero non est quaerendum quantum captum sit, ubi thesauri regis Babiloniae occupati sunt. Ceciderunt ibi plus quam* 100 *milia Maurorum gladio. Timor autem eorum tantus erat, ut in porta civitatis ad duo milia suffocati sunt. De his vero qui in mari interierunt non est numerus. Spineta etiam ex ipsis obtinuerunt. Pugnabat certe pro nobis orbis terrarum. Et*[b] *nisi spolia castrorum de nostris multos detinuissent, pauci essent de tanta multitudine hostium qui renunciare potuissent de bello. Et licet longum sit, tamen praetereundum non est: pridie quam bellum fieret, multa milia camelorum et boum et ovium cepit exercitus. Cumque iussu principum populus haec divisisset ad pugnam progrediens, mirabile dictu! multas et multiplices turmas istorum cameli fecerunt, similiter et oves et boves. Haec autem animalia nobiscum comitabantur, ut cum stantibus starent, cum procedentibus procederent, cum currentibus currerent. Nubes ab aestu solis nos defenderunt et refrigerabant. Celebrata itaque victoria, reversus est exercitus Iherusalem, et relicto ibi duce Godefrido, comes Sancti Egidii et Rupertus comes Normanniae et Rupertus comes Flandrensis Laodiciam reversi sunt. Ibi classem Pisanorum et Boemundi invenerunt. Cumque archiepiscopus Pisanus Boemundum et dominos nostros concordare fecisset, Iherusalem regredi pro Deo et fratribus suis Regemundus disposuit. Ad*[c] *igitur tam admirabilem fratrum vestrorum fortitudinis devotionem, ad tam gloriosam et concupiscibilem omnipotentis Dei retributionem, ad tam exoptandam omnium peccatorum nostrorum per Dei gratiam remissionem et Christi katholicae ecclesiae et totius gentis Latinae invitamus vos exultationem, et omnes episcopos et bonae vitae clericos et monachos et omnes laicos, ut ille vos ad dexteram Dei consedere faciat, qui vivit et regnat Deus per omnia etc. Rogamus et obsecramus vos per dominum Ihesum, qui nobiscum semper fuit et collaboravit et ex omnibus tribulationibus nos eripuit, ut fratrum sitis memores vestrorum*[d]*, qui ad vos revertuntur, benefaciendo eis et solvendo debita eorum, ut vobis Deus benefaciat et ab omnibus vos peccatis absolvat, ut in omnibus, quae vel nos vel illi apud Deum meruimus, partem vobis concedat, Amen.*

A Wirzib. Hyemps dura et fames magna. Clemens papa, qui et Wigbertus, obiit. Otto Argentinensis episcopus obiit. Udo marchio et alii plures Saxonum barbaros, qui et Liutici[e] vocantur, invasit, et cum honore triumphavit. Godefridus rex obiit apud Iherusalem, qui exercitum christianorum regebat, et sepultus est iuxta Calvariae locum, ubi

a) et *c.* b) quod *add. c. fortasse post deletum.* c) Et *c.* d) *fortasse* nostrorum? e) luitici *c.*

dominus noster Ihesus Christus crucifixus est; et statim christiani fratrem eius Balduinum super se regem constituerunt.

1101. Imperator natale Domini Moguntiae celebrat, pascha autem Leodii. Cuonradus, filius imperatoris in Italia obiit, et sepultus in civitate Florentia. Egilbertus Trevirorum archiepiscopus obiit; pro quo Bruno constituitur. Liemarus Bremensis archiepiscopus obiit. Ann. Wirz. Apr. 21.

1102. Cyclus 19. incipit[a] indictione 10. Imperator natale Domini Moguntiae celebrat. Imperator Flandriam cum exercitu adiit, et pacifice rediit. Rupertus episcopus Babinbergensis obiit; pro quo Otto constituitur. Hartwigus Magedeburgensis archiepiscopus obiit; pro quo Henricus constituitur.

1103. Imperator natale Domini Moguntiae celebrat. Cuono comes occiditur.

1104. Imperator natale Domini Radisponae celebrat, pascha autem Moguntiae. Iohannes Spirensis episcopus obiit. Apr. 17.

1105. Henricus, filius Henrici imperatoris, invaso regno, coepit regnare, vivente patre. Voluit autem Henricus senior Saxoniam hostili manu invadere propter quosdam katholicos; quod minime perficere potuit, quia filius eum detestabatur, quemadmodum et cuncti fideles, quoniam excommunicatus denunciabatur a tribus apostolicae sedis praesulibus, Gregorio scilicet, Urbano et Paschali. In ipsa vero expeditione, quia Saxoniam moliebatur intrare, filius quadam nocte de exercitu eius cum paucis aufugit. Henricus de discessione filii tristatus, intermissa iam dicta expeditione, infecto negotio revertitur. Filius vero Sueviam[b] petens, a legato Romani pontificis Gevehardo Constantiensi episcopo de excommunicatione absolvitur et matris ecclesiae gremio restituitur. Inibi ergo ecclesiasticis rebus satis prudenter ordinatis, assumpto secum legato Romano, Boariam Saxoniamque petiit, invasores synodaliter deposuit, reliquos vero fautores heresiarchae ab officio suspendit ac subiacere examini domini apostolici coegit. Ruthardus Moguntinus archiepiscopus octavo anno postquam discesserat, propriae sedi restituitur. Imperator natale Domini Moguntiae celebravit, pascha ibidem. Emehardus Werzeburgensis episcopus obiit. Apr. 9.

1106. Imperator ante natale Domini a filio capitur. Henricus rex natale Domini Moguntiae celebravit, ibique conventum habuit de habenda pace. Communicato consilio principum, patrem suae curiae praesentavit, qui pridie Kalend. Ianuar. apud Ingilheim praedicto filio suo coram quibusdam principibus regnum tradidit. Et licet haec fecisset, tamen nequaquam ea quae pacis sunt a filio adipiscitur. Cometa stella visa est. Magnus dux Saxoniae obiit, cuius ducatum obtinuit Lutgerus comes, filius Gevehardi, cum non haberet heredem. Henricus iunior Coloniam obsidet ad iniuriam patris; sed interim moritur pater apud Leodium constitutus, et Spiram deportatus, in quandam desertam ecclesiolam deponitur insepultus, pro eo quod a tot et tantis patribus tanto tempore permansisset excommunicatus. Verum ut brevi epilogo honerosam istius viri complectar historiam: Henricum hominem perversum et iusto iudicio ab ecclesia eiectum, omnibus revera constat manifestum. Vendidit enim omnia spiritualia, fuit inobediens apostolicae sedi, et in ipsam sedem fecit supplantationem, substituendo Wigbertum Gregorio, in legittima uxore sua modum christianitatis excedendo, apostolicae sedis sententiam parvipendendo. Hinc orta est maxima persecutio in ecclesia Dei, faciente invidia et discordia; quoniam unus alium persequebatur, frater fratri obloquebatur; quidam favebat regi, alius papae; unde factum est, ut multi perirent. In tantum enim crevit hoc malum, ut apostolica censura pro nichilo haberetur; et ipsa excommunicatio iam fere ignorabatur. Enimvero ut de illo omnia loquar, erat valde misericors. Aliqui enim, dum sederet ad requisita naturae, eum perforare volentes, capti sunt, et ante[c] eum ducti; qui convicti et confessi, abire iussi sunt impuniti. Multi etiam principes, qui ei multa mala fecerunt atque magnum contemptum ingesserunt, mox ut ei se prostraverunt, omnia eis condonavit. Et quamvis esset valde compatiens et misericors in elemosinis pauperum, obstinata tamen mente in excommunicatione permansit; quae omnia bonitatis eius opera obnubilant. Pater eius apud Botfeld cum aegrotaret — nam in iecore cervi mortem comederat — rogavit ad se principes, et rogando rogavit, immo imperando imperavit, ut filio suo iurarent ad optinendum imperium; quod quidem fecerunt, cum esset octo annorum et nondum baptizatus. 1105. Dec. 31.

Romanorum 96. quintus Henricus, filius Henrici tertii imperatoris, regnavit annis viginti.

a) *bis scriptum c.* b) sweviam *c.* c) eum ante d. *c.*

Apr. 14. 1107. Rex natale Domini Radisponae celebrat, pascha vero Moguntiae. Henricus rex dum in Goslariensi oppido conventum abuisset et iura regni prout voluit disposuisset, subito tempestas nimium horribilis fulgurum, choruscationum, tonitruorum exorta, regem et omnem populum perterruit. Adeo enim vehemens fuit, ut ensem regalem perstringens, partem non modicam in acumine cum balteo clipei regalis absumeret coriumque interius clipei per partes in rugam converteret. Dicitur etiam, quod vulnusculum regi in maximo digito pedis dextri inflixisset, et hoc idem portaverit quamdiu vixisset. Eodem anno rex Flandriam cum valida manu intrat, ferro et igne cuncta devastat, Rupertum comitem cum omni populo subiugat.

1108. Rex Aquisgrani natale Domini celebrat. Henricus rex Pannoniam ingreditur, ubi ob infidelitatem quorundam principum nichil memoriae dignum ab eo agitur. Eodem anno Boemorum fere ad tria milia virorum a proprio duce necati sunt. — Hoc anno, scilicet 1108, inceptum est in monte sancti Dysibodi novum monasterium construi. Piae namque memoriae Burchardus abbas Beati Iacobi in Moguntia, quem dominus archiepiscopus
31 Ruthardus ecclesiae beati Dysibodi primum abbatem praefecerat[31], 2. Kalend. Iulii primum fundamenti lapidem iussu praefati praesulis posuit.

1109. Rex natale Domini Moguntiae celebravit. Eodem anno desponsata est ei filia regis Anglorum. Henricus rex Coloniam ingreditur, eaque[a] praeda et incendio vastata, revertitur. Ruthardus archiepiscopus Moguntinus obiit. Cui successit Adelbertus cancellarius regis.

1110. Rex valida manu Italiam ingreditur, eiusque oppida, castella, municipia rapina et incendio depopulatur. In cuius exercitu erant 30 milia armatorum militum, excepta servorum sequentiumque multitudine, quorum non opus videtur numerum describere. Pascha-
1111. lis pontifex universalis, collecto concilio Romae in basilica beati Petri apostoli, praesente Henrico rege, pronunciavit decretum, seque illud complere velle cum iustitia et auctoritate confirmavit: scilicet ut ecclesiae decimis et oblationibus contentae essent, rex vero praedia et regalia, ducatus scilicet, marchias, cometias et advocatias, dudum a Karolo eiusque successoribus christianis imperatoribus ecclesiae collatas, reciperet; ea conditione, ne pontifices regali manu anulo et virga investirentur, quae sancto Spiritui auctoritatique sanctorum canonum contraria viderentur. Sed qualiter haec gesta sint, scripta ipsius imperatoris
32 melius insinuabunt[32]:

*Henricus Dei gratia Romanorum imperator augustus omnibus Christi ecclesiae fidelibus. Notum esse volumus dilectioni et discretioni vestrae, ea quae inter nos et dominum illum Paschalem erant, quomodo incepta, tractata*[b] *sint, scilicet de conventione inter me et ipsum, de traditione Romanorum in me et meos, ut audita intelligat, intellecta examinet, examinata diiudicet. Igitur dum in eo totus essem, ut me ad ecclesiae utilitatem et ipsius votum, si iustum esset, componerem, coepit exaltationem et dilatationem regni super omnes antecessores meos promittere; studebat tamen subdole, quomodo regnum et ecclesiam a statu suo discinderet, tractare. Quod sic facere aggressus est. Regno quidem, iam a*[c] *Karolo 300 et amplius annis et sub 63 apostolicis investituras episcopatuum eorundem auctoritate et privilegiorum firmitate tenenti, absque omni audientia auferre volebat. Et cum per nuncios nostros ab eo quaereremus*[d]*, quid de nobis fieret, in quo regnum nostrum constaret, quoniam*[e] *fere omnia antecessores nostri ecclesiis concesserunt et tradiderunt, subiunxit: „Fratres ecclesiae decimis et oblationibus suis contentae*[f] *sint; rex vero praedia et regalia, quae a Karolo et Ludewico, Ottone et Henrico ecclesiis collata sunt, sibi et successoribus suis recipiat et detineat.“ Ad haec cum nostri responderent, nos quidem nolle violentiam ecclesiis inferre nec ista subtrahendo tot sacrilegia incurrere, fiducialiter promisit et sacramento pro eo firmaverunt, dominica Esto mihi in d., se omnia haec cum iustitia et auctoritate ecclesiis auferre nobisque et regno cum iustitia et auctoritate reddere*[g]*; nostris itidem firmantibus, si hoc, ut praemissum est, complesset — quod tamen nullo modo fieri posse sciebant*[h] *— me quoque, uti quaerebat, investituras ecclesiarum refutaturum, sicut in carta conventionis plenius poteritis*[i] *videre. Haec est carta conventionis eius ad me: „Dominus papa praecipiet episcopis praesentibus in die coronationis regis,*

a) eamque *c.* b) ac peracta *add. G. Alb.* et pacta *add. ed. Legg. l. l.* c) *deest c.* d) omnibus his sublatis *add. ed. l. l. eadem post* fieret *add. G. Alb.* e) quomodo *c.* f) *ita c.* g) sub anathemate confirmare et corroborare *ed. l. l. G. Alb.* h) sciebat *c.* i) poteris *c.*

31) canonicis remotis; v. diploma Ruthardi 5. Id. Maii datum apud Gudenum I. p. 37. 32) Edita est haec Heinrici encyclica Mon. Legg. II. p. 70. ex codice Udalrici Babenbergensis, SS. VIII. p. 244. in Gestis Alberonis archiep. Treverensis. Textus satis inter se differunt.

*ut dimittant regalia regno, quae ad regnum pertinebant tempore Karoli, Ludewici, Ottonis, Henrici et aliorum praedecessorum eius, et scripto firmabit*[a] *sub anathemate, ne quis eorum, vel praesentium vel absentium vel successorum eorum, intromittant se ullo modo, vel invadant eadem regalia, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias, omnia iura centurionum, id est*[b] *villicorum*[33]*, curtes et*[c] *villas, quae*[d] *regni erant, cum omnibus pertinentiis suis, militiam et castra*[e]*; nec ipse regem et regnum super his ulterius inquietabit, et privilegio suo sub anathemate confirmabit, ne posteri sui inquietare praesumant. Regem benigne et honorifice suscipiet, et more praedecessorum suorum katholicorum scienter, non subtracto, coronabit, et ad tenendum regnum cum his omnibus officii sui auxilio adiuvabit. Si dominus papa haec regi non adimpleverit, ego Petrus Leonis iuro, quod tota potentia mea tenebo ad dominum regem. Obsides autem, nisi effugerint, reddemus altero die post coronationem regis. Si per papam remanserit*[f] *ut non coronetur, similiter reddemus. Dominico die, cum rex ad processionem venerit, obsides dabo Gratianum filium meum et filium Wizonis filii*[g] *et filium sororis meae, si eum habere potero.“ Haec sunt sacramenta ex parte domini papae: „Ego Petrus Leonis iuro vobis, quia dominus papa proximo die dominico adimplebit regi, quod in carta conventionis scriptum est.“ Haec sunt sacramenta ex parte regis: „Ego comes Hermannus, ego comes Godefridus, ego Volgmarus, ego Adelbertus iuro vobis, quia dominus rex proxima 4. vel 5. feria ita principes iurare faciet et obsides dabit, sicut in carta conventionis scriptum est. Et sic observabunt domino papae, eo tenore si dominus papa proximo die dominico sic adimpleverit regi per omnia, sicut in carta conventionis scriptum est.“ — Ego*[h] *vero ut ostenderem, nullam ecclesiarum Dei disturbationem ex velle nostro procedere, in cunctorum oculis astantium et auribus hoc decretum promulgavi: „Ego Henricus Dei gratia Romanorum imperator augustus affirmo*[i] *Deo et beato Petro, omnibus episcopis et abbatibus et omnibus ecclesiis, omnia, quae antecessores mei reges vel imperatores eis concesserunt vel tradiderunt, et quae illi pro spe aeternae retributionis optulerunt Deo, ego peccator pro timore terribilis iudicii ullo modo subtrahere recuso.“ Hoc decreto a me lecto et subscripto, petii ab eo, ut, sicut in carta conventionis eius scriptum est, michi adimpleret. Cum ergo supradictae postulationi insisterem, scilicet ut cum iustitia et auctoritate promissam michi conventionem firmaret*[k]*, universis in faciem eius resistentibus et decreto suo palam heresim inclamantibus, scilicet episcopis, abbatibus, tam suis quam nostris, et omnibus ecclesiae filiis, hoc, si salva pace ecclesiae dici potest, privilegium proferre voluit: „Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Henrico regi eiusque successoribus imperatoribus*[l]*. Et divinae legis institutione*[m] *sanctitum est et sacris canonibus interdictum, ne sacerdotes curis secularibus occupentur, neve ad comitatum, nisi pro dampnatis eruendis atque pro aliis qui iniuriam patiuntur, accedant. Unde et apostolus Paulus inquit: „Iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.“ In vestri autem regni partibus episcopi vel abbates adeo curis secularibus occupantur, ut comitatum assidue frequentare et militiam exercere cogantur; quae nimirum aut vix aut nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis aut homicidiis exhibetur. Ministri vero altaris ministri curiae facti sunt; quia civitates, ducatus, marchias, monetas, curtes*[n] *et cetera ad regni servitium pertinentia a*[o] *regibus acceperunt. Unde etiam mos ecclesiae intollerabilis inolevit, ut electi episcopi nullo modo consecrationem acciperent, nisi prius per manum regiam investirentur*[p]*. Aliquando etiam vivis episcopis investiti sunt. His et aliis plurimis malis, quae per investituram plerumque contigerant, praedecessores nostri, Gregorius VII. et Urbanus II. felicis memoriae pontifices, excitati, collectis frequenter episcopalibus conciliis, investituras illas manus laicae dampnaverunt; et si qui clericorum per eam tenuissent ecclesias, deponendos, datores quoque communione privandos percensuerunt, iuxta illud apostolicorum canonum capitulum, quod ita*[q] *se habet: „Si quis episcopus seculi potestatibus usus ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant.“ Quorum vestigia subsequentes et nos, eorum sententiam episcopali concilio confirmamus. Tibi itaque, fili karissime Henrice*

a) firmauit *c.* b) id est v. *desunt ed. Legg. II. p. 67; sed in G. Alb. leguntur.* c) et v *desunt ed. l. l.* d) q. manifeste *ed. l. l.* e) c. regni *ed. l. l.* f) remanserint *c.* g) filij *c.* h) *ante haec verba in ed. l. l. et Gestis Alberonis leguntur quae hic in fine posita sunt:* De traditione — perveni. i) affirmando *c.* k) promissa m. conventione firmiter *c.* l) s. in perpetuum *ed., deest G. Alb.* m) institutois *c.* n) *deest ed. Legg. II. p. 68.* o) a. r. *desunt ed. l. l.* p) *in editione l. l. et G. Alb. plura adduntur.* q) *deest c.*

33) Haec verba in Gestis Alberonis a scriptore Trevirensi addita esse, minus recte opinatus sum SS. VIII. p. 244. Ipse Heinricus ea inseruit, qui etiam alia epistolae verba mutasse videtur, nisi in cod. Vaticano, ex quo editio Legg. II. p. 67. fluxit, quaedam correcta esse statuere velis.

*rex, et nunc per officium nostrum Dei gratia Romanorum imperator*[a], *et regno regalia illa dimittenda praecepimus, quae ad regnum manifeste pertinebant tempore Karoli, Ludewici, Ottonis et ceterorum praedecessorum tuorum. Interdicimus etiam et sub anathematis districtione prohibemus, ne quis episcoporum seu abbatum, praesentium vel futurorum, eadem regalia invadant, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias, iura centurionum et curtes quae*[b] *regni erant, cum pertinentiis suis, militiam et castra*[c]*; et ne se deinceps, nisi per gratiam regis, de ipsis regalibus intromittant. Sed nec posteris nostris liceat, qui post nos in apostolica sede successerint, aut te aut regnum super hoc inquietare negotio. Porro ecclesias cum oblationibus et hereditariis possessionibus, quae ad regnum manifeste pertinebant, liberas manere decrevimus, sicut in die coronationis tuae omnipotenti Domino in conspectu totius ecclesiae promisisti. Oportet enim episcopos, curis secularibus expeditos, curam suorum agere populorum, nec ecclesiis suis abesse diutius. Ipsi enim iuxta Paulum apostolum pervigilant, tamquam rationem pro animabus eorum reddituri." De*[d] *traditione vero in nos vel in nostros sic se res habet. Vix portas civitatis ingressi sumus, cum, nostris infra muri moenia secure vagantibus, quidam vulnerati, alteri interfecti, omnes vero spoliati aut capti sunt; ego tamen quasi pro levi causa non motus, bona et tranquilla mente usque ad ecclesiae beati Petri ianuas cum processione perveni.* Quod[e] sic gestum fuisse, rei veritas, multorum astipulata testimoniis, qui interfuere, protestatur.

1111. Rex natale Domini apud[f] civitatem Florentiam celebrat[g], et post pascha a papa imperator consecratur.

1112. Imperator natale Domini Goslariae celebrat. Adelbertus episcopus capitur.

1113. Imperator natale Domini apud Erphesford celebrat. Burchardus abbas Sancti 34 Iacobi obiit, qui etiam fuit primus abbas in monte sancti Disibodi[34]. Cui successit dominus Adelhunus, vir in omni opere strenuus et in universa morum probitate conspicuus, annis 15.

1114. Imperator natale Domini Babinberg celebrat, et post epiphaniam apud Moguntiam nuptias fecit. Ludewicus de Turingia capitur. Principes regni coniurant adversus regem.

1115. Imperator natale Domini Goslariae celebrat, et post octavam epiphaniae cum Apr. 18. Saxonibus pugna facta, multos suorum perdens, revertitur, et pascha Moguntiae celebrat. Adelbertus episcopus de captivitate liberatur.

1116. Imperator natale Domini Spirae celebrat; et post octavam epiphaniae Adelber- 35 tus archiepiscopus apud Coloniam in festo sancti Stephani prothomartyris[35] ab Ottone Babinbergense episcopo consecratur. Imperator Italiam secundo intravit. Theodoricus abbas Sancti Albani obiit; pro quo Bertolfus constituitur.

Ian. 3. 1117. In octava sancti Iohannis ewangelistae terrae motus bis inter diem et noctem tam terribilis per totum orbem terrarum factus est, ut multa aedificia corruerent et homines vix effugerent; sed maxime in Italia, ubi tam periculosus et horribilis fuit, ut manifestum Dei iudicium super se homines expectarent; cum per diversa loca Italiae civitates, castella, villae cum hominibus inibi commorantibus subito ab hiatu terrae deperirent. Nam et montes scissi sunt, et flumina, terra deglutiente, exsiccata sunt, ut qui vellent pedibus transire possent. Necnon fluvius Padus de alveo suo se erigens, in modum fornicis in altum se extulit, ut via pateret inter terram et aquam, et aperte daretur intelligi, quod elatis fluctibus mundo exitum minaretur. Cumque sic diutius aqua penderet, tandem in semet ipsam tanto sonitu demittitur, ut murmur illius per miliaria audiretur. His tam[h] mirandis tamque tremendis signis circumquaque divulgatis, tribusque diebus in ieiuniis et orationibus per totam Italiam ab omnibus peractis, apud Cremonam quidam infantulus in cunis iacens, pannis obsitus, in primam loquendi vocem contra naturam os aperuit, matremque suam, escas parantem fratri suo maiori, qui plorando panem petiverat, a corporis curis conpescuit, asserens, sibi visam[i] Dei genitricem Mariam, ante tribunal Christi stantem, instantissimisque precibus pro iudicio, quod mundo propter peccata sua dare intenderat, ipsi supplicantem; ac post haec deposuit eloquium usque ad tempus humanae conditioni congruum. Haec autem tanta et tam horribilia mirabilia hi qui viderunt et pericula

a) imperatori *c.* b) q. manifeste r. *ed. l. l.* c) c. regni *ed. l. l.* d) De — perveni *supra leguntur ed. l. l. et G. Alb.* e) *reliqua desunt ed. l. l. et G. Alb.* f) *bis scriptum c.* g) *deest c.* h) hiis (*ita plerumque*) in *c.* i) *deest c.*

34) Burchardum post a. 1113. obiisse, Ioannis SS. R. Mogunt. II. p. 816. ostendit. 35) Hoc festum 26. Decembris celebratur, nec post octavam epiphaniae (Ian. 13).

mortis vix evaserunt, non sunt compuncti, nec gratias egerunt Deo pro evasione sua; qui vero audierunt tam stupendum signum, non glorificaverunt Deum, sed indurati in maliciis suis, maiora peccata prioribus addiderunt. Nam hoc eodem anno multa perpetrata mala, coniurationes iniustae, incendia, homicidia, concremationes ecclesiarum et abstractiones bonorum inibi Deo servientium; sed maxime in partibus Galliae, ubi cives contra cives consurgunt, et sibi non consentientes capiunt, bona diripiunt, civitates, castella, domos, villas destruunt, incendunt, homines non humano, sed pecudum more dilaniunt atque interimunt. Bis etiam hoc anno eclipsis lunae facta est, scilicet 16. Kalend. Iulii et 3. Idus Decembris. Mirabile quoque signum 17. Kalend. Ianuar. in caelo aparuit, variis coloribus permixtum[a].

1118. Imperator de Italia revertitur.

1119. Obiit Obertus Leodiensis episcopus, et Adelgoz Magdeburgensis archiepiscopus, et Henricus de Suchwende. Obiit et Iohannes papa, qui et Gelasius, apud Cluniacum[b]. Cui successit Otto, qui et Kalistus, Viennensis archiepiscopus, 153. Imperatoris et principum conventus iuxta Moguntiam in festivitate Petri et Pauli habitus. Remensi synodo praesedit Iun. 26 Kalistus papa Kalend. Octobris. Volpertus abbas Sancti Albani constituitur.

1120. Dieggerus Methensis episcopus obiit.

1121. Fridericus Leodiensis episcopus obiit; pro quo Adelbero, frater Godfridi ducis, constituitur.

Cyclus 24. incipit indictione 14.

1122. Generalis absolutio banni per Lampertum tunc Ostiensem episcopum, post papam effectum et dictum Honorium. Cuno Argentinensis episcopus deponitur, et Brun constituitur. Gebehardus in Wirzeburg episcopus constituitur.

1123. Brun Spirensis episcopus obiit; cui Arnoldus successit.

1124. Brun Trevirorum episcopus obiit. Eclipsis lunae 3. Non. Februarii contigit.

1125. Henricus quartus imperator, sed huius nominis quintus rex, obiit; pro quo Lotharius dux Saxoniae 3. Kalend. Septembris Moguntiae constituitur, et Idibus Septembris Aquisgrani coronatur a Friderico Coloniensi archiepiscopo. Honorius[c], papa 154. post Petrum, sedit annis 5, mensibus 2 et diebus 8. Mathildis regina in Anglia ad patrem suum proficiscitur, manum sancti Iacobi secum deferens; per quod irreparabile dampnum regno Francorum intulit. Rege apud Radisponam in conventu principum inquirente, praedia iudicio proscriptorum a rege si iuste forifactoribus abiudicata fuerint, vel pro his quae regno attinent commutata, utrum cedant . . . . . . . . .[d] vel proprietati regis: iudicatum, potius regiminis subiacere ditioni quam regis proprietati. Legati pro confirmando rege Romam mittuntur Gerhardus cardinalis, Cameracensis et Virdunensis episcopi.

1126. Romanorum 97[us] regnavit Lotharius, qui et natale Domini celebravit . . . . . . .[e] Obiit Hartwinus Radisponensis episcopus; pro quo Cuono Sygebergensis abbas constituitur. Filius ducis Baioariae ducatu Saxoniae a rege donatur. Mortuo Magdeburgensi archiepiscopo, rex ibidem curiam in pascha habuit. Arnoldus Spirensis episcopus obiit; Apr. 11. pro quo Sygefridus constituitur. Nortbertus, vir religiosus, Magdeburgensi ecclesiae apud Wormatiam praeficitur. Arnoldus Magdeburgensis episcopus occiditur. Rex dum Ottonem quem ducem ordinaverat, hiemis tempore Boemiam introducere vellet, Udalricus, qui terras illas occupaverat, ducatum sibi defendere parabat. Sed dum miles ferro viam per silvam aperit, repente hostes supervenientes ipsum Ottonem aliosque multos fortes viros interficiunt. Adelbertus marchio capitur.

1127. Rex natale Domini Coloniae celebrat. Heinricus dux Bawariorum defungitur. Castrum Nurinberg obsessum per duos menses a rege et duce de Boemia; sed sine effectu absoluta est obsidio. Wilhelmus princeps Burgundiae a suis occiditur. Karolus comes Flandriae, super omnes sui temporis principes iustitiae mirabilis sectator, coram altari in orationibus a suis hominibus occisus occubuit. Rex dominicae resurrectionis festum Gos- Apr. 3. lariae celebravit. Cuonradus de Ceringa coram plerisque Burgundionum optimatibus principatu Burgundiae apud Spiram sublimatur. Rex in penthecosten apud Merseburg duci Mai. 22. Bavariorum filiam suam iuxta regalem magnificentiam coniugio sociavit. Obierunt

a) *post haec tria vel quatuor vocabula erasa sunt c.* b) gluniacum *c.* c) Honorius — VIII. *in marg. suppleta.* d) *quaedam deesse videntur;* ditioni regiminis *suppl. Pistorius ex sequentibus.* e) *loci nomini spatium relictum in cod.*

Theodoricus Monasteriensis, Uldalricus Constantiensis, Eberhardus Argentinensis, Podel-
36 bornensis[a], Leodiensis[36], Godeboldus Traiectensis episcopi.

1128. Rex natale Domini Werzeburg celebrat, ubi Embrichonem episcopum constituit. Spira obsessa ab Idibus Augusti usque Kalendas Novembr. Leodiensis electus Alexander Moguntiae investituram suscepit a rege. Bernhardus Podelbornensis episcopus consti-
Apr. 22. tuitur. Traiecti episcopus ordinatur Andreas, praepositus Leodiensis. Rex pascha Merse-
Apr. 21. burg regio more celebrat, ubi filium ducis Boemiae in sabbato sancto ad hoc ipsum directum de sancto fonte suscepit. Obiit Henricus marchio de Staden. Cuius marchiae Udo Franchenlauf praeficitur. Lubaldus quoque marchio de Steyre, vir corpore et animo praestans, defungitur. Marchio[b] Tiebaldus rogatu ducis Boariae in gratiam regis recipitur. Adelhunus secundus abbas in monte sancti Dysibodi defungitur 15. Kal. Iulii. Cui successit Fulcardus abbas.

1129. Spira secundo obsessa ab Idibus Iulii usque Kalendas Ianuarias. Rex natale Domini Wormatiae celebrat. Halverstadensis episcopus a suis canonicis Romae inique accusatus, ab apostolico deponitur. Henricus Virdunensis episcopus a Matheo Albanensi, apostolico legato, deponitur. Bruno Argentinensis episcopus interventu reginae et episcoporum, quadriennio expulsus, gratiam regis consequitur. Cuonradus dux, frater Friderici ducis Sueviae[c], Trevirensem archiepiscopum apud Longobardiam cepit et Parmensibus
Febr. 2. pro sexcentis libris tradidit. Rex purificationem sanctae Mariae apud Altenam[37] fecit, ubi Gisilbertum, Traiectensis ecclesiae oppressorem, decollare fecit 4. Idus Ianuarii[d].

1130. Spira deditione subacta. Obiit Honorius 154. papa; pro quo constituti sunt duo, id est Gregorius, qui dictus est Innocentius, et Petrus, qui cognominatus est Anacletus, filius cuiusdam potentis viri Romanorum Petri Leonis. Et apud Cluniacense coenobium
38 monachus Bertholdus Hiltinensis[38] episcopus obiit; pro quo Bernhardus magister scolarum constituitur. Volpertus abbas Sancti Albani obiit; pro quo Wernherus constituitur. Burchardus Cameracensis episcopus obiit. Udo de Frankenleuf ab hominibus Adelberti comitis occiditur. Hermannus de Winzenburg Burchardum de Lochenheim, virum regi fidelissimum, in colloquium vocans, occidit. Ludewicus comitatum, Hermanno iudicio sublatum, Turingiae a rege suscepit. Castrum Nurinberg regi traditur. Dedicatum est altare sancti Stephani, quod in australi parte novi monasterii situm est, a domino Adelberto Moguntino archiepiscopo in honorem domini nostri Ihesu Christi, et beatae Mariae virginis, et omnium praecipue martyrum, et nominatim sancti Stephani prothomartyris, Laurentii, Vincentii, Albani.

1131. Rex natale Domini Gandersheim transegit. Gerhardus cardinalis cum legatione apostolica supervenit, nuncians, dominum papam colloquium ipsius super omnia desiderare. Concilio Remensi praesedit Innocentius, papa 155., 14. Kalend. Novembris, praesente Ludewico rege Franciae; cuius filium adhuc parvulum regem consecravit. Rex Lotharius Leodium cum principibus totius regni, archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, palatinis, comitibus, et ceteris nobilibus ad curiam condictam venit. Advenientem ibi papam[e] rex magnifice suscepit. Dominus papa regem ad comprimendam tirannidem Petri Leonis, apostolicae sedis invasoris, Romam invitabat, plenitudinem imperii in eadem Ro-
39 mana civitate, sicut decebat, offerens. Concilium Moguntiae habitum[39], praesente Lothario rege, praesidente Matheo Albanensi cum Moguntino archiepiscopo, ubi Bruno Argentinensis episcopus, praesentibus Augustense, Eihstedense[f], Babinbergense, Wirzeburgense, Spirense, Wormatiense episcopis, a clero et populo super violentia, intrusione et consecratione impetitus, in manus archiepiscopi et cardinalis Argentinensem reconsignavit episcopatum. Obierunt archiepiscopi Fridericus Coloniensis et Meginherus Trevirensis.

1132. Rex natale Domini Coloniae celebravit, ubi constituti sunt archiepiscopi Brun Coloniensis et Adelbero Trevirensis, qui mox consecrati sunt a Wilhelmo Praenestino, apo-
Aug. 15. stolici legato. Rex in assumptione sanctae Mariae in Italiam expeditionem movit. Cuno Radisponensis episcopus obiit.

a) podelbero *c. quod Boehmerus* Adelbero *correxit.* b) machio *c.* c) swevie *c.* d) Februarii *legendum esse monet Jaffé l. l.* e) p. r. m. s. d. p. *in margine, manu eadem.* f) einstedense *c.*

36) Adelbero Leodiensis d. 1. Ian. 1128. mortuus est, Heinricus episcopus Paderbornensis die 15. Oct. 1127. 37) Elten; cf. Jaffé, hist. Lotharii p. 78 n. 38) i. e. Hildesheimensis. 39) De cuius tempore v. Jaffé l. l. p. 103.

1133. Imperator de Italia revertitur, consecratus ab Innocentio papa in ecclesia Lateranensi. Eodem anno 4. Non. Augusti, 27. luna, sol obscuratus est 7. hora diei, et tenebrae factae sunt, ita ut stellae in caelo apparerent.

1134. Eberhardus Med.[40] episcopus obiit.

1135. Imperator natale Domini Spirae[41] celebrat. Dedicatum est altare, quod situm est ad aquilonem in novo monasterio, a domino Adelberto Moguntino archiepiscopo, in honorem domini nostri Ihesu Christi et sanctae crucis et praecipue sancti Petri apostolorum principis et omnium apostolorum.

1136. Imperator secundo Italiam revertitur cum exercitu contra Ruggerum Syciliae tyrannum. — 5. Idus Novembris obiit piae memoriae Fulchardus, tertius abbas Sancti Dysibodi. Cui successit dominus Cuono, ordinatus 6. Kalend. Ianuarii a domino Adelberto seniore Moguntino archiepiscopo. Eodem anno 11. Kal. Ianuarii obiit divae memoriae domna Iudda, 24 annis in monte sancti Dysibodi inclusa, soror Megenhardi comitis de Spanheim. Haec sancta mulier inclusa est Kalend. Novembris, et aliae tres cum ea, scilicet Hyldegardis et suimet vocabuli duae; quas etiam, quoad vixit, sanctis virtutibus imbuere studuit.

1137. Imperator, in Italia rebus prospere et magnifice gestis, revertitur, et apud castrum quoddam Boariorum ducis, 3. Kalend. Decembr. defungitur. Corpus vero eius in Saxoniam apud Lutheram ipsius monasterium sepelitur. Obiit Adelbertus Moguntinus archiepiscopus 9. Kalend. Iulii. Monasterium principale in Moguntia cum aliqua parte civitatis conbustum est.

1138. Conventus principum apud Confluentiam factus est in cathedra sancti Petri[42]; Febr. 22. ubi Cuonradum, Henrici imperatoris ex sorore nepotem, regem constituunt. Qui deinde mediae quadragesimae dominica a Ditwino cardinale Aquisgrani consecratus est. — Dedicatum est altare confessorum in sanctuario novi monasterii[43] ad aquilonarem plagam Mart. 13. situm de domino Siwardo Debsalensi[44] episcopo, in honorem domini nostri Ihesu Christi et omnium confessorum, sed nominatim sancti Clementis papae et martyris, Gregorii papae, sancti Martini et Nycolai episcoporum. Qui venerabilis praesul ab ecclesia sua iniuste expulsus, venit in episcopatum Moguntinum; quoniamque eo tempore praesule caruit, multas inibi ecclesias et altaria licentia Moguntinae ecclesiae consecravit. Eodem anno et eodem die dedicatum est altare sancti Benedicti retro tumbam sancti Dysibodi positum a praedicto praesule, in honorem sancti Benedicti et omnium confessorum. Ipso anno 4. Kal. Martii dedicatum est altare in sanctuario ad australem plagam situm ab eodem episcopo, in honorem sancti Iohannis ewangelistae, Margarethae, Agathae et Luciae et omnium sanctarum virginum. Acta sunt haec sub domino Cunone Sancti Dysibodi quarto abbate.

Romanorum 98. Cuonradus huius nominis tertius regnavit. Rex pascha Coloniae Apr. 3. celebrat. Inde ascendens 3. ebdomada post pascha, Moguntiae cum magno favore cleri et populi susceptus est. Ibi Adelbertus, defuncti archiepiscopi ex fratre nepos, communi omnium consensu, data a rege praeceptione, episcopus designatus est. Rex curiam apud Babinberc in penthecosten habuit; ubi principes totius regni convenerant, Saxones quoque Mai. 22. omnes, excepto duce Bavariae Henrico, defuncti imperatoris Lotharii genero. Adelbertus Moguntinus electus sabbato 12 lectionum presbyter ordinatus, sequenti die, octavis videlicet Mai. 28. Mai. 29. penthecostes, ab Ottone ipsius ecclesiae antistite episcopus consecratur. Legati a rege ad Henricum ducem Boariae directi, Radisponae receptis regalibus regi occurrunt. — Hoc eodem anno, die parasceue paschae, Kalend. Aprilis, post celebratos matutinos, mox a fratribus apertum est sepulchrum sanctissimi patris nostri Dysibodi, praesentibus venerabilibus personis, domino scilicet Cuonone, ipsius loci quarto[a] abbate, domino Gerhardo abbate Sancti Maximini Trevirensi et domino Bernhelmo primo abbate in Spanheim, cum omni congregatione eiusdem ecclesiae, et ab uno fratre sigillatim allatae sunt foras eiusdem patris reliquiae. Repertae[b] sunt autem in veteri monasterio, ubi reconditae fuerant a domino Willigiso archiepiscopo.

a) quarti *c.* b) Reperti *c.*

40) Inter Germanicos huius temporis episcopos nullus Eberhardus invenitur. — An Norbertus Megdeburgensis? 41) Hoc anno 1134. Aquisgrani, sequenti vero Spirae; cf. Jaffé p. 159. 42) Haec non de tempore (die Febr. 22.), sed de loco, ecclesia S. Petri, intelligenda esse, Jaffé, hist. Conradi III. p. 66, opinatur. Cui vix assenserim; sed conventus die 22. Febr. indictus, electio vero, ut alii scribunt, postea d. 7. Martii facta esse videtur. 43) scilicet S. Dysibodi. 44) Quis fuerit, nescio.

1139. Rex natale Domini Goslariae celebrat. Henricus dux Saxoniae moritur; pro quo Adelbertus marchio ducatum suscepit, contra quem omnes pene principes Saxonum coniurant. Richinza imperatrix obiit. — Reliquiae sancti Dysibodi translatae sunt Kalend. Novembr. a veteri ecclesia in novum monasterium, migrante una omni congregatione sub praefato domino Cuonone abbate.

Febr. 2. 1140. Cyclus decennovennalis 5. incipit indict. 3. Rex purificationem sanctae Mariae
Apr. 7. apud Wormatiam transegit; et pascha Werzeburc celebravit. Gebehardus Argentinensis episcopus obiit. Otto Babinberc obiit. Adelbertus Moguntinus episcopus a papa Innocentio vocatus, Romam adiit; a quo et benigne suscipitur. Castrum Winsberg a rege obsessum. In qua obsidione Welf, frater Henrici ducis, cum rege in eodem loco bellum commisit, in
Dec. 21. sabbato 12 lectionum; et rex tandem victor extitit, multis praedicti Welfonis interfectis et nonnullis captis; ac non longe post castrum cepit. Rex dedit abbatiam sancti Maximini Sancto Petro Trevirensi.

Mai. 18. 1141. Rex curiam apud Radisponam in penthecosten habuit[45], ubi nonnulli principes Saxonum affuerunt. Adelbertus Moguntinus archiepiscopus cum Saxonibus adversus regem coniurat[a]; et non post longum moritur 16. Kalend. Augusti; pro quo Markolfus constituitur.

Apr. 19. 1142. Rex pascha Werzeburg celebravit, et inde post festum transiens, Francenvort
Mai. 3. venit in dominica Misericordia; et ibi curiam habuit, ubi convenerunt omnes pene principes Theutonici regni; ubi et Saxones in gratiam regis venerunt; et filius Henrici ducis ducatum Saxoniae suscepit; cuius matrem rex fratri suo Henrico marchioni ibidem copulavit ac ducatum Boariae tradidit. Markolfus Moguntinus archiepiscopus obiit; pro quo Henricus, maioris domus praepositus, constituitur, et a rege in Frankinvort investituram accepit, praesentibus cardinalibus Gregorio et Ditwino. — Dedicata est capella in hospitali 5. Kal. Iunii a domino Wygero Brandenburgensi episcopo in honorem domini nostri Ihesu Christi et sancti Nycolai. Proxima die anni eiusdem dedicata est capella in infirmaria ab eodem praesule, in honorem beatae Mariae Magdalenae, 4. Kalend. Iunii.

1143. Hyemps dura. Adelbero Trevirorum archiepiscopus, expulsis prioribus monachis de Sancto Maximino, Celestinus[b] 155. papa constituit ibi abbatem Sygerum nomine. — Hoc anno, indictione 6, dedicatum est novum monasterium in monte sancti Dysibodi et principale altare a domino Henrico Moguntino archiepiscopo, in honorem domini nostri Ihesu Christi, et gloriosae genitricis eius Mariae, et beati Iohannis ewangelistae, ac beatissimi patris nostri Dysibodi confessoris atque pontificis. Eodem anno et eadem die dedicatum est in vestibulo monasterii altare a praefato archiepiscopo in honorem victoriosissimae crucis et sancti Iohannis baptistae. Ipso nichilominus anno vel die reconditae sunt ac reconsignatae reliquiae sancti Dysibodi patris nostri a supradicto praesule 3. Kalend. Octobris in tumulo lapideo, retro principale altare, positae in locellis duobus plumbeis; altero eorum, scilicet minore, ossa continente, altero maiore cineres. Impositae sunt ipso tumulo tria corpora de collegio sanctarum 11 milium virginum in loculis ligneis, et quaedam de Thebea legione. Acta sunt haec domino Cunone cooperante eius loci quarto abbate.

1144. Hyemps valida et ventuosa. Lucius papa constituitur 157. et obiit.

Apr. 15. 1145. Rex pascha apud Werzeburg celebrat. Eugenius papa 158. constituitur. Cometa apparuit in Maio. Hoc anno Rohas a Sarracenis capta est in sacra nocte natalis Domini. Quorum rex extitit quidam Sanguin nomine.

1146. Hoc anno dedicata est capella sanctae Mariae virginis Kalend. Novembr. a domino Henrico Moguntino archiepiscopo, in honorem domini nostri Ihesu Christi et sanctae crucis, et praecipue laudem et gloriam Dei genitricis Mariae perpetuae virginis, et sanctissimi patris nostri Dysibodi, atque Felicis papae et martyris, et omnium sanctorum.
46 Rex natale Domini in Megdeburc celebrat[46]. Hoc anno terrae motus factus est magnus quindecim vicibus.

47 1147. Rex natale Domini in Merseburch[47] celebrat; ubi Moguntinus archiepiscopus et omnes pene principes Saxonum aderant. Signum in palmis apparuit. Etenim cum episcopus et omnis populus clerusque, qui ad diem festum convenerant, adstarent, quasi yris

a) coniurant c. b) C. 155. papa *forlasse post* nomine *ponenda sunt.*

45) Rex pentecosten Wirciburg celebravit, post Ratisponam profectus est, v. Jaffé l. l. p. 40. 46) Anno 1144, a. vero 1145. Aquis; v. Jaffé p. 63. 74. 47) Spirae; v. Jaffé p. 112.

in caelo apparuit, ac in medio cruces ostensae sunt. Rex pascha Domini Babinberch cele- Apr. 20.
brat. Sygefridus Spirae episcopus obiit; pro quo Guntherus constituitur. Emercho Werze-
burgensis episcopus de Graecia rediens, Aquileiae moritur, ibique sepelitur; pro quo Syge-
fridus constituitur. Eggebertus Babinbergensis episcopus obiit; pro quo Eberhardus ordi-
natur. Cuonradus rex Ungariam intrat, ac ducem eorum Wardiz nomine bello petit, igne
praedaque vastat universa, et rebellem ducem obsides dare sibique iureiurando fidelitatem
confirmare coartat. Pestilentia magna facta est.

*Domino[48] Cunoni Dei gratia venerabili abbati et fratribus Deo in monte sancti Dysibodi
famulantibus Duodechinus[a] eadem gratia in Loginstein humilis sacerdos orationes et servicium.
Iussioni vestrae, pater karissime, in omnibus parere cupientes, de navali expeditione, quae
per Dei virtutem apud Ulixibonam facta est, quoniam id vestra deposcit auctoritas, summatim
aliqua vobis scribere curavi. Quam si quis prolixius explicare voluerit, quot tempestatibus
marinis quassati, quot miseriis in terris et in mare tribulati, et rursus per Dei gratiam conso-
lati fuerimus, librorum seriem et longam texere videtur historiam. Nos vero ea quae digna
relatu sunt summatim perstringentes, sicut coram positi vidimus, paternitati vestrae intima-
mus. Anno dominicae incarnationis 1147. in octava paschae, quae fuit 5. Kal. Maii, movit* Apr. 27.
*navalis exercitus a Colonia. 14. Kal. Iunii venimus in portum Angliae qui Derthmute[48'] dicitur,* Mai. 19.
*ubi comitem A. de Areschoth cum 200 fere navibus tam Anglorum quam Flandrensium inveni-
mus. Ibi per triduum commorati, 6. feria ante rogationes navigavimus continuos octo dies* Mai. 23.
*et noctes in alto mari laborantes. In vigilia et sancta sollempnitate ascensionis saevissima tem-* Mai. 28. 29.
*pestate quassati, octava demum die in portum Hispaniae qui Gozzim[49] dicitur cum 50 fere
navibus, ceteris circumquaque dispersis, applicuimus[b]. Ubi per triduum corpora fessa curantes,
rursum in portum eiusdem littoris[c] qui Viver[49'] dicitur venimus. Inde exeuntes, feria 6. ante* Iun. 6.
*penthecosten in portum Galiciae qui Thamara[50] dicitur venimus, qui portus a Sancto Iacobo
octo miliaribus distat. Ad cuius venerabile corpus in vigilia penthecostes venientes, sanctam* Iun. 7. 8.
*sollempnitatem cum magna hylaritate celebravimus. Unde ad portum revertentes, in octava* Iun. 15.
*penthecostes navigavimus, et 2. feria ad civitatem Portugal[51] per alveum fluminis qui Dorius* Iun. 16.
*dicitur applicuimus. Ibi episcopum eiusdem civitatis adventum nostri cum magno tripudio ex
praecepto regis praestolantem repperimus. Ubi per dies 11 adventum comitis A.[52], qui a nobis
praedicta tempestate divisus erat, expectantes, aequam venditionem tam vini quam ceterarum
deliciarum ex benivolentia regis habuimus. Exinde comite A. et ceteris sociis receptis, navigantes,
et alveum fluminis qui Tagus dicitur intrantes, 2. die apud Ulixibonam[53] in vigilia Petri et Pauli* Iun. 28.
*applicuimus. Quae civitas, sicut tradunt historiae Sarracenorum, ab Ulixe post excidium Troiae
condita, mirabili structura tam murorum quam turrium supra montem humanis viribus insu-
perabilem[d] fundata est. Circa quam tentoria figentes, Kal. Iulii suburbana eius, virtute divina* Iul. 1.
*adiuti, potenter cepimus. Post haec circa muros assultos varios non sine magno nostrorum
detrimento facientes, usque ad Kalendas Augusti in machinis faciendis tempus protraximus[e].* Aug. 1.
*Siquidem duas turres iuxta litus, unam in orientali parte, ubi Flandrigenae consederant, aliam
in occidentali, ubi Angli castra locaverant, magno sumptu construximus. Pontes etiam quatuor
in navibus septem, per quos nobis aditus in civitatem pateret, composuimus. Quae omnia circa
assumptionem beatae Mariae[54] admoventes, cum magno nostrorum detrimento a Sarracenis* Aug. 15.
*repulsi sumus. Nam Sarraceni, cum machinis suis turres nostras diruentes et de civitate poten-
ter exeuntes, turrim Anglorum iniecto igne penitus deleverunt. Similiter et machinam, quae ad
subfodiendum murum composita erat, cum magistro eius cremaverunt. Praeterea mortes innume-
ras, tam mangenis[f] quam sagittis nostris inferentes, ipsi quoque simili morte multipliciter a
nostris puniti sunt. Nostri de iactura[g] machinarum et suorum contritione aliquantisper fracti,
in misericordia divina sperantes, ingenia et machinas reparare coeperunt. Interim fame nimia
Sarraceni coartari[h] coeperunt et, quod horrendum dictu est, tam canes quam cattos devorare
non abhorrebant. Mutti etiam de civitate clam fugientes, christianis ultro se tradiderunt, quos
partim baptizatos in societatem christianorum susceperunt, aliquos decollaverunt, alios mutilatis*

a) *vel* duodechutus *c.* b) aplicuimus *c.* c) litteris *c* d) insuperabilis *Arn. ap. Mart.* e) pert. *c.?* f) magnellis *Arn. ap. Mart.* g) fractura *Arn. ap. Mart.* h) coartati *c.*

48) Cf. epistolam ab Arnulfo ad Milonem episcopum Tarvanensem de eadem expeditione datam, ap. Martenium Coll. I, p. 800 sqq. Utraque initio iisdem verbis scripta est. 48') *Tredemunde* vel *Tredemude* Arnulfus; fortasse Dartmouth in comitatu Devonshire non longe a Plymouth. 49) *Gollim* vel *Gossem* Arnulfus. 49') Vivero Galliciae. 50) *Fambre*, Arnulf. Tamarus vel Tambre sinus Galliciae prope S. Iacobum dicebatur. 51) Oporto. 52) *Arnoldi de Artescot* Arnulf. 53) Lissabon. 54) *in inventione beati Stephani protomartyris*, i. e. 3. Aug., Arnulf., qui sequentia aliter narrat.

*membris in civitatem remiserunt. Multa nobis adversa vel prospera, secundum quod varius est belli eventus, acciderunt, quae nos propter prolixitatem vitandam[a] silentio transimus, et eis, si qui forte sint, qui ea latius explicent, reservamus. Tandem quidam Pisanus natione, vir* Sept. 8. *magnae industriae, circa nativitatem sanctae Mariae turrim ligneam mirae altitudinis in ea parte, qua prius Anglorum turris destructa fuerat, coaptavit; et opus laudabile, tam ex regio sumptu, quam ex totius exercitus labore, circa medium Octobris consummavit. Sed milites etiam quidam ex nostratibus sub muro civitatis ingentes cavationes fecerunt, quas multis lignis[b] replentes, multum renitentibus Sarracenis, circa idem tempus, quo turris perfecta est, consumma-* Oct. 16. *verunt. Siquidem in ipsa nocte sancti Galli abbatis lignis ignem supposuerunt, et murum longitudine 200 fere pedum usque ad solum ruere fecerunt. Nostri de tanta ruina sompni expergefacti, sumptis armis cum ingenti clamore ad muri ruinam contendentes, et sine omni difficultate intrare putantes, Sarracenos de ruina muri sui territos acriter repugnantes et nostris aditum prohibentes, in armis paratos invenerunt, et sic nostri frustrati multisque plagis affecti, in castra reversi sunt. Sarraceni vero reliquum noctis in restauratione muri laborantes, terra et lapidibus aggerem ad mensuram humanae staturae comportaverunt. Super quem tabulata navium et hostia domorum conpingentes, ad resistendum christianis viriliter se munierunt. Nostri e contrario mangenis et sagittis et omni genere armorum ab incepto opere tota nocte prohibentes, in aurora surgentis diei, invocata Christi clementia, unanimiter ad destructionem novi muniminis convenerunt; sed ab hostibus iterato cum multis vulneratis, quam plurimis etiam mortificatis, potenter repulsi sunt. Tandem nostri, suis viribus et fere omni consilio destituti, invocata lacrimabiliter Christi clementia, turrim superius memoratam, viminibus et taurinis coriis coopertam, virtute armatorum refertam, muro potenter applicuerunt. Quae supra turres et domos Sarracenorum prospectans, magnam defensoribus civitatis incussit formidinem, adeo ut, depositis armis, divina potius quam humana virtute territi, dexteras sibi dari peterent. Quod et factum est, et pactum inter nos et eos ita firmatum est, ut nobis omnem suppellectilem, tam in auro quam in argento, vestibus et equis, mulis, regi civitatem redderent; ipsi vero, si pactum inter nos non infringerent, cum integritate membrorum depositis armis abirent. Con-* Oct. 21. *summata est haec multum desiderata et vix expectata per Dei virtutem victoria in festo 11 milium virginum Christi, quod nos per earundem suffragia contigisse non dubitamus, et sanctorum patrocinia nobis affuisse, signis evidentibus intelleximus. Nam in eo loco, ubi corpora martirum nostrorum extra castra sepulta sunt, multis, quibus haec divina pietas concessit, nocturno tem-* Oct. 10. *pore lampades lucere visae sunt. Duo praeterea muti in toto exercitu bene cogniti, unus in festo* Nov. 1. *sancti Gereonis et eius sanctae societatis, alius in festivitate omnium sanctorum in eodem loco locutionis usum receperunt. Quod nos de spiritu nostro non proferimus, immo multis et veracibus asstipulati testibus, oculis nostris vidimus et manibus attrectavimus. His ita feliciter gestis, nostri in eadem civitate usque ad Kalendas Februarii hiemaverunt; exinde per varia discrimina navigantes, sicut devoverant, ad dominicum sepulchrum pervenerunt. Valeat sanctitas vestra.*

---

## CONTINUATIO.

A. Erph. 1148.[c] Signum circa solem apparuit mirabile in mense Februario.

A. Erph. 1149. Cuonradus rex ab Ierosolimis reversus est, nichil dignum memoriae referens.

A. Erph. 1150. Sygefridus Wirzeburgensis episcopus obiit.

A. Erph. 1151. Fames valida et mortalitas hominum.

A. Erph. 1152. Hermannus comes de Wincenburg cum uxore sua interemptus est. In mense Ianuario magna inundatio aquae in partibus Rheni fuit. Cuonradus rex obiit 15. Kalend. Martii. Romanorum 99[us] Fridericus, fratruelis Conradi regis, regnavit.

A. Erph. 1153. Signum in sole apparuit 7. Kalend. Februarii. Henricus archiepiscopus Moguntinus in penthecosten ex praecepto Eugenii papae depositus est, et Arnoldus cancellarius electus est. Henricus Moguntinus archiepiscopus obiit Kalend. Septembris.

A. Erph. 1154. Fridericus rex in Italiam proficiscitur. Magna inundatio aquae fuit Translatio sancti Adelharii in Erphesford 11. Kal. Maii. Eugenius papa obiit. Cui Adrianus successit.

A. Erph. 1155. Fridericus Romae ab Adriano papa imperator factus est. Bellum fuit inter Arnoldum archiepiscopum et Hermannum palatinum comitem. Dominus Cuono, quartus abbas in monte sancti Dysibodi, obiit 6. Non. Iulii. Cui dominus Helngerus quintus successit 16. Kal. Augusti. Imperator de

a) vitandem *c.* b) *ita ex Arnulfo supplevi, qui haec fusius narravit.* c) *pars huius paginae et sequens, quaternionis ultima, vacant. Tunc pergit eadem manus.*

Roma revertitur. Rex nativitatem Domini Wormatiae celebravit, ubi Hermannus palatinus comes et Emicho comes de Lynengen et Godefridus de Spanheim et Henricus de Kazzenelenboge et Cuonradus comes de Kirberg, Henricus comes de Dissen[a] et alii ex parte praedicti Hermanni canes portaverunt; et sic dominus Arnoldus episcopus ab excommunicatione eos absolvit. Ex parte vero episcopi canes portare quidem coeperunt Luodewicus comes de Lohim et Wilhelmus comes de Glizberg et alii; sed ob reverentiam archiepiscopi cessare ab imperatore iussi sunt.

1156. Arnoldus archiepiscopus a quibusdam appellatus ad apostolicam praesentiam, Adrianum papam adiit, a quo honorifice susceptus, apostolicam legationem promeruit, reversusque Moguntiae honorifice suscipitur. Hoc ipso anno Fridericus imperator Agnetem, principis Burgundiae filiam, uxorem duxit, repudiata priore legittima uxore apud Constantiam; unde in ecclesia gravissimum exortum est scisma. Hermannus palatinus comes obiit. Cui A. Erphesf. successit Cuonradus, frater imperatoris ex patre.

1157. Imperator pascha Wormatiae celebravit, ubi pene omnes principes Teutonici Mart. 31. regni convenerunt et in Longobardiam sequenti anno cum rege se ituros iuraverunt. Post haec ipso anno imperator effecerat arte, ut abbates et praepositi et meliores quidam de ministrialibus Moguntinae ecclesiae fidem in manum regis et in manus quorundam amicorum eius darent, ut, cum suus episcopus Arnoldus quovis casu defecisset, alium non eligerent, nisi consilio eorum ipse medius interesset.

1158. Imperator cum principibus Theutonici regni circa penthecosten Longobardiam Iun. 8. intravit, et urbem Brixiam cum aliis cepit, post quam Mediolanum in manu valida, videlicet 50 milibus Teutunicorum seu etiam Longobardorum, obsedit. Discordes enim erant inter se Longobardi. Cumque Mediolanenses arta obsidione se circumdatos viderent, imperatori civitatem seque tradiderunt. Quo facto, imperator Teutonicos milites ex magna parte repatriare iussit. Quidam ex clero Moguntinae ecclesiae, scilicet Godefridus abbas Sancti Iacobi et Burchardus praepositus Sancti Petri, cum aliis, omnesque simul urbani, maiores cum minoribus, episcopum suum Arnoldum nimis exosum coeperunt habere, et imperatorem adversus eum saepe interpellaverunt; soli qui Silehovera[55] dicuntur partibus episcopi favebant.

1159. Cyclus decennovennalis 6. incipit indictione 7. In Longobardia Crema a caesare obsessa, facientibus et adiuvantibus illis de Cremona. Adversarii episcopi Moguntinensis post festum sancti Remigii synodum armata manu, ut eum exturbarent, ingressi; sed comi- Oct. 1. tibus cum suis ad arma alacriter convolantibus, turpiter redire sunt coacti. Qua de re post festum omnium sanctorum episcopus Longobardiam petit, super hoc imperatori querimo- Nov. 1. niam facere. Sed et adversarii eius euntem haut segnes subsequntur. Mense Octobri obiit[b] Adrianus papa post Petrum 160, qui imperatorem pro coniugii[c] discidio excommunicare disposuerat, sed mense Octobri morte praeventus est. Pro quo duo constituti sunt, id est Orlandus, qui dictus est Alexander, qui praedecessoris sui sententiam per omnia approbabat, et Octavianus, qui cognominatus est Victor, qui imperatori plurimum favebat.

1160. Imperator iussit post octavam epiphaniae concilium Pavegiae haberi, ubi Victor Ian. 13. papa affuit, et Alexander abfuit. Quapropter Victor confirmatur, et Alexander reprobatur. His ita gestis, Arnoldus episcopus Moguntinus revertitur, et in nativitate sancti Iohannis Iun. 24. baptistae a Moguntinensibus occiditur in monasterio sancti Iacobi; monasterium vero incendio et praeda vastatur. Scelere peracto, sceleris auctores cum clero licet coacto Ruodolfum, filium Cunradi ducis de Zeringen, episcopum substituerunt, postposita fide, quam prius in manus imperatoris dederant. — Temporibus Ottonis huius nominis tertii imperatoris praefuit ecclesiae Moguntiae Willegisus archiepiscopus memoria dignus, qui ipsum Ottonem adhuc valde puerum et imperatorem educavit et interim per 16 annos Romanum rexit imperium. Hic fecit crucem auream, et in monasterio sancti Martini posuit eam. Patibulum erat cypressinum, laminis aureis et lapidibus pretiosis superintectum, imago aurea, ut dicit versus in eadem fabrificatus:

*Auri sexcentas tenet haec crux aurea libras.*

Huius imaginis alterum pedem Marcolfus episcopus tulit et Romam pro pallio misit, alterum cum cruribus Arnoldus episcopus accepit et Hermanno comiti palatino cum eo rebellavit[d].

a) didissen *c.* b) *dimidia linea vacat c.* c) coniugio *c.* d) *i. e.* auro adiutus bellum intulit. P.

55) Dicebantur ita a parte quadam civitatis, Selehoven dicta, hodie auf dem Graben, ex qua oriundus erat Arnoldus, prout Georgius Helwich not. ad Conradi s. Christiani chron. sect. II. §. 1. p. 107. demonstravit. Vide etiam Serarium lib. V. p. 558. STRUVE.

1161. Totum quod residuum fuit supradictus Ruodolfus cum beneplacito Moguntiensium sumpsit, et placaturus sibi et illis imperatorem, Longobardiam pergit; sed frustra perrexit, quia Cunradus palatinus alium nomine Cristianum episcopum levavit, et rex munera Rudolfi et aurum sprevit; sicque Moguntienses cum suo episcopo delusi sunt.

1162. Imperator in Longobardia res puplicas agens, Cristiano priore electo interim neglecto, cum electione priorum Moguntinae ecclesiae, qui tunc inibi plures praesentes affuerunt, episcopum constituit Moguntinae sedi Cuonradum, fratrem Ottonis palatini. Urbs Mediolana rursus a caesare obsessa, insimul etiam in brevi capta; populus expulsus, murus in circuitu deiectus, aedes, exceptis sanctorum templis, solo tenus destructae. Reinoldus Coloniensis episcopus corpora trium magorum, quae adhuc incorrupta durant, qui ad Christum adorandum stella duce olim pervenerunt, quique hactenus, Mediolanis scilicet, servabantur, clam auferens, secum ad Coloniam singulis in loculis transtulit, et in maiori ecclesia beati Petri apostoli cum gloria et tripudio populi collocavit. Imperator ad terras Teutonum in pace revertitur.

Mart. 24. 31. 1163. Imperator pascha Wormatiae celebravit, et in octava cum principibus Moguntiae curiam habuit. Urbani pene omnes, exceptis valde paucis de infimis et quibusdam qui ad gratiam caesaris prius venire meruerunt, de civitate fugerunt, ne inveniret eos illic caesar. Unus quidam de tanta turba sceleratorum, Brunger nomine, captus et ante caesarem ductus, capitalem sententiam accepit. Godefridus abbas Sancti Iacobi imperatori praesentatus, ut se de obiectis expurgaret, inducias accepit; sed non valens, pulsus est ab abbatia et patria. Monachi vero, iussu caesaris in una domo clausi, qui ante obedientiarii erant, videntes in malo se positos, alii per fenestras, alii quocumque ingenio fugam captabant, reliqui abire permissi sunt. Sicque illo in loco divina obmissa sunt. Murus etiam civitatis, iubente caesare, in circuitu destructus est.

cf. A. Erph. 1164. 1165. 1166. 1164. Conradus Moguntinus electus confoederatus est Orlando, qui et Alexander, fide et iuramento; unde et ab imperatore pulsus est episcopatu. Cui successit Cristan, qui ante eum fuerat electus. [Victor[a] papa obiit.]

1165. Imperator Longobardiam cum valida manu intravit, nichil dignum memoriae peragens.

1166. Roma ab imperatore obsessa; innumerabilis multitudo Romanorum occisa; maxima pestilentia in exercitu imperatoris facta.

1167. Imperator de Longobardia vix clam egressus est.

1168. Castrum Sarebrucha comitis Symonis iussu imperatoris confractum cum aliis tribus castris eiusdem comitis.

---

1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. Imperator cum maxima multitudine Longobardiam intravit circa nativitatem beatae Mariae.

1175. Caesareani[b] milites de Longobardia sine effectu magnificentiae vix et aegre repatriaverunt.

1176. Rursum Theutones ad auxilium imperatoris Longobardiam intraverunt; sed in ingressu pene omnes a Longobardis occisi et capti sunt, et pauci fugati. Monasterium et claustrum sancti Iacobi reaedificari Moguntiae inceptum est.

1177. 1178. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183.

1184. Imperator penthecosten Moguntiae celebravit, famosum conventum habens; quo peracto in Italiam perrexit.

1185. 1186. 1187. 1188.

1189. Ingens terrae motus media nocte 3. Kal. Martii factus est.

1190. Romanorum 100us Henricus, filius Friderici imperatoris, regnavit.

1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199.

1200. Murus Moguntinae civitatis reparatus est.

1201. 1202. 1203. 1204.

a) *alia manu post additum c.* b) Cesarea *c.*

# ANNALES SELIGENSTADENSES

## EDENTE V. CL. LUDOVICO BETHMANN

BIBLIOTHECARIO WELFERBYTANO.

*Adolfus Overham monachus olim S. Ludgeri Helmstadiensis, a.* 1687 *defunctus, in schedarum suarum quas servat archivum Guelferbytanum VII, B.* 30. *tomo VII. n.* 29 *excepit quaedam „ex libro ms. Seligenstadensi, in quo descriptae sunt vetusta manu epistolae S. Pauli atque vetus opus chronologicum, scriptum a.* 1139, *nam imperatores usque ad Lotharium una manu scripti sunt, sequentes vero alia." Excerpsit Overham quae ibi legebantur nomina regum Francorum, imperatorum, regum Franciae, deinde catalogum pontificum Romanorum a Petro ad Leonem III, tum tabulam inde a Christo nato usque ad a.* 1185 *singulos annos cum indictionibus referentem, cui adscripta sunt binis columnis nomina pontificum atque imperatorum cum singulis annis regni. Ottoni I, II, III, Henrico II et IV, et Iohanni XII et XIII paucula alia adscripta sunt, ut videtur ab ipso qui totam tabulam confecit librario, notatu non digna. Inde ab anno autem* 1067 *alius ut apparet vel alii plures variis annis varia adiecerunt, prouti acta sunt; quae inde collecta ex apographo Overhamiano hic proponimus. Ex quibus quicquid petitur utilitatis, totum id debetur diligentiae monachi illius vere Benedictinae, qui summa cum assiduitate plus quam duodecim volumina magnae molis congessit ex libris atque diplomatis Westphaliae maxime, iamiam ex parte deperditis*[1].

1067. Cometa visus.

1075. Nocte natalis Domini captus est papa Gregorius super sanctum altare, sed eo die a Romanis recuperatus est.

1076. Dux Robertus venit Salernum et cepit.

1079. Dux Robertus venit Romam debellaturus; sed obsistentibus Romanis, cum papa Gregorio sine effectu reversus est.

1081. Henricus imperator valida manu Romam venit.

1083. Henricus rex iterum Romam venit et porticum sancti Petri destruxit.

1084. Idem rex a quibusdam Romanis intromissus, post duos menses a Roberto duce fugatus est. Iste dux papam Gregorium de Urbe erutum[a] Salernum perduxit.

1085. Fames et mortalitas maxima fuit.

1086. Gregorius papa Salerni moritur.

1095. Stellae innumerabiles de caelo quasi pluere visae sunt prope diem versus occidentalem plagam caeli ubique terrarum, mense Aprili.

1096. Innumera Francorum turba mare transivit.

1098. Ierusalem a cristianis capitur. Hoc anno via ignea par totam noctem in caelo apparuit, indictione 7. Cometes apparuit, et Antiochia a cristianis capitur.

1111. Hic captus est domnus papa Paschalis ab Henrico Teutonicorum rege, Henrici

a) . . . . tum *c. cf. Ann. Casinates.*

1) Notae cum annalibus Cavensibus et Casinatibus plurimum congruunt; et Continuationis auctor, ut ex nota anni 1156 vel 1157. apparet, aliquo tempore Romae praesens fuit. PERTZ.

regis filio, post quindecim et eo amplius securitatis sacramenta ab ipso sibi concessa, ab eodem rege cum multis episcopis et cardinalibus et Romanis clericis captus et in vinculis retentus diebus sexaginta novem.

1117. Henricus imperator venit Romam.

1122. Stellae innumerabiles cadere et quasi pluere visae sunt per totum orbem, pridie Non. Apr.

1128. 1127. Papa in Apuliam contra comitem Rogerium, qui ducatum occupaverat, egressus est, cum quo facta tandem concordia, ducatum ei aput Beneventum firmavit.

1130. ind. 8. hac die in schismate eliguntur Guibertus Sancti Angeli diaconus, dictus Innocentius, et Petrus, filius Petri Leonis, cardinalis Sanctae Mariae trans Tiberim, dictus Anacletus. Innocentius Lotharium regem Germanorum, Anacletus Rogerium ducem advocat, eumque constituit regem Siciliae.

1132. Lotharius Romam venit et coronatur ab Innocentio papa anno regni septimo.

1133. Rogerius rex Apuliam intravit, et comitem Conversanensem et Andrensem exheredavit.

1137. Anacletus moritur, sed a suis fratribus eligitur heresiarcha quidam Gregorius, qui et ipse post tres menses ab Innocentio deponitur, reditque pax ecclesiae.

1138. Innocentius papa, facta synodo plenaria, mediante quadragesima deposuit et condempnavit totam partem Petri Leonis et ordinationem ipsius.

## CONTINUATIO A. 1140—1168.

1140. Mons Vesuvius eructat incendium per multos dies, ita ut cineres Salernum ultra effunderet. Rex utique Rogerius venit in Apuliam, eamque cepit totam, praeter Barim et Troiam, quam obsedit. Contra quem Innocentius papa cum exercitu venit. Quem rex iuxta Gallusium sine pugna in fugam versum comprehendit, et mox pace facta, relaxatis omnibus quos comprehenderat, acceptoque papa ab eo et a filiis eius sacramento cum proprio hominio, confirmavit illi totam terram a fluvio Cartello et infra, filiisque principatum atque ducatum. Post quae iussu apostolico Neapolim et Troiam tradiderunt se ei; Barim vero per duos et eo amplius menses obsidens, tandem pacto recepit eam, sicque Siciliam reversus est.

1147. Expeditio contra Saracenos, Conrado rege Romano et aliis principibus ordinantibus [a].

1155 [b]. Fridericus Romam venit, et a papa Adriano in basilica sancti Petri coronatur, ubi plurimi Romani seditionem moventes occiduntur. Antea Spoletum destruxerat, et 15. Kal. Maii die dominico Terdona destruitur, viginti septimanas ab imperatore obsessa, anno 1155, primo ingressu in Italiam.

1156. Fridericus imperator Herbipoli nuptias celebrat, ubi ducem Bohemiae regem coronat.

1156 [c]. Hoc anno 7. Id. Ian. levata sunt corpora sanctorum Bartholomei apostoli et Paulini confessoris, et posita super aram [2].

1159. Schisma oritur in ecclesia, Octaviano cardinale in Victorem consecrato, inde Rolando cancellario Adriani papae in Alexandrum papam ordinato. Victor ab imperatore accipitur, Alexander a rege Francorum, a rege Grecorum, a rege Siciliae et a multis aliis. Victor Papiae a concilio, quo evocatus Alexander per septem dies expectatus dum non veniret, confirmatur Victor et damnatur Alexander papa a concilio etc.

1162. Mediolanum destruitur 8. Kal. Aprilis.

1166. Iterum intravit imperator Italiam. Quo anno vel sequenti obiit Wilhelmus rex Siciliae mense Madio.

1168. Mirandula fundatur. Alexander papa contra imperatorem fundat novam urbem Alexandriam inter fluvios Burmiam et Tanarum et Padum, quae urbs anno 1174, cum imperator tertio in Italiam veniret, septimo conditionis suae anno, mense Octobri, 6. Kal. Nov. obsidetur. Alexander Lombardiam ab imperatore avertit; coronam imperii modo regi Grecorum modo regi Siciliae promittit.

a) *ita lectio codicis* ord. *explicanda. P.* b) 1158. *c. P.* c) *fortasse* 1157 *legendum; cf. Acta SS. Iunii T. IV. p.* 234; *sed laudatum ibi Octavii Panciroli scriptum videre haud contigit. P.*

2) scilicet in ecclesia S. Bartholomaei Romae; cf. Acta SS. Iunii T. IV. p. 233. 234. P.

# ANNALES SANCTI NAZARII

## EDENTE V. CL. LUDOWICO BETHMANN

BIBLIOTHECARIO WELFERBYTANO.

*Liber sacramentorum S. Nazarii Laurissensis, iam Vaticanus inter Palatinos n.* 495. *saeculo undecimo exaratus, versus finem continet cyclum Dionysianum a.* 931—1006 *cum notulis quibusdam historicis, quae omnia manus eadem quae totum codicem exaravit, ex antiquiore descripsit, in quo variis eas manibus annotatas fuisse credendum est.*

936. Heinrihus rex obiit bone memorie.
938. Otto comes obiit.
939. Signum in sole in similitudinem dimidium lune. Eberhart comes occiditur.
951. Ordinatio Gerbodonis abbatis.
952. Civile bellum inter Chuonradum et Reginherum.
955. Otto rex fecit bellum cum Ungaris[a], et in ipso anno cum Sclavis.
962. Otto rex habuit generale placitum Wormacie. Et obscuratus est sol.
963. Otto imperator appellatur.
964. Gerbodo abbas Romam petiit, et ab imperatore cartam electionis acquisivit.
968. Willihelmus archiepiscopus obiit.
970. Hatto archiepiscopus obiit.
972. Gerbodo abbas obiit, et Salamannus ei in regimen successit.
978. 6. Non. Iul. in ipso crepusculo diei terremotus.

a) unguris *codex.*

# ANNALES WORMATIENSES.

*Vangionum civitas, quam aestate tandem praeterita visitare licuit, situ, terrae fertilitate, regionis amoenitate, Rheni praeterfluentis navigio commercioque ab antiquo florens, post Attilae vastationem Francorum regum palatio et conventibus procerum Karolo Magno, Hludowico Pio et Germanico grata resplenduit, usquedum saeculo nono exeunte Normannorum ense iterum eversa corruit. Resurgentem civitatem Burchardus episcopus undecimi saeculi initio muro circumdedit, qui civium virtute defensus Heinrico IV regi asylum praebuit. Abinde gratis regum Heinrici IV et V, Friderici I et II privilegiis dives, carmine quoque perenni ut Guntheri et Brunichildis quondam regia, Nibelungorum gaza, rosarum horto decora celebratur. Saeculo decimo tertio quum pontificum cum Friderico II imperatore de summa rerum certamina Italiam et Germaniam hostiles in partes dilaceratas bellis intestinis vastarent, bellicosi Wormatiae cives vel inter summa discrimina imperio fideles, Friderico atque Conrado contra aemulos intestinos, episcopos scilicet qui libertati civitatis invidebant, et exteros, Wilhelmum Hollandiae comitem in regem elevatum, archiepiscopum Moguntiae, atque principes et nobiles vicinos valido civium exercitu et classe parata viriliter adfuerunt; tum reliquis Rheni civitatibus foedere iuncti, pacem et Romani imperii unitatem restituere naviter aggressi sunt. Quum igitur iis suorum atque imperii iurium defendendorum necessitas frequenter incumberet, magistratus posteritati provisuri non solum privilegia civitati concessa summa cura servaverunt, sed libro etiam communis condito, acta ei publica et notitias ad historiam utiles inferri curaverunt, quo evoluto posteris rerum gestarum seriem intelligere liceret. Qua providentia factum est ut sequentibus saeculis in diuturnis litibus adversus episcopos Wormatienses actis civitas haberet, quae iura sua defensura haud semel supremae Camerae imperii offerret et scriptis publicis evulgaret. Liber iste communis in membrana scriptus a.* 1512. *excerpta praebuit Camerae oblata, necnon chronicorum scriptoribus, Zornio praecipue a.* 1570. *aliisque patuit, qui notitias inde decerptas libris suis manu scriptis inferre curaverunt. Sed in calamitate maxima, qua tota civitas per manus Gallorum mercenariorum Ludovici XIV regis iussu incensa a.* 1689. *periit, liber quoque iste membranaceus interiisse videtur, dum in apologia iurium a.* 1695. *edita probationes in excerptis supremo iudicio oblatis extantes laudantur. Quum igitur de restituendo codice spes fere nulla relinqueretur, Boehmerus noster fragmenta saltem eius hic illic dispersa colligere summo studio incepit, quaeque feliciter collegerat in ordinem redacta a.* 1845. *secundo tomo Fontium rerum Germanicarum inseruit*[1]*, subiectis viginti quinque chartis Wormatiensibus et regestis per annos* 1074—1522[2]. *In textu edendo ita vir de historia patria meritissimus processit, ut primo loco notitias de incendiis civitatis, secundo loco res civitatis cum episcopis, tertio notitias varii argumenti in ordinem temporum redactas, postremo fragmenta de Brunichilde regina, de descriptione civitatis, de camerariis et iudiciis aliaque*

1) pag. 158—215. 2) pag. 215—249.

*id genus disponeret, vocatis in usum editionis subsidiis Wetzlariae, Wormatiae, Francofurti conquisitis tum manuscriptis tum typis editis. Quae omnia lectionibus variis, explicationibus geographicis et tabula civitatis Wormatiensis qualis anno* 1630. *ante Suecorum adventum extabat illustrata, historiae patriae cultoribus fuere acceptissima.*

*Quum vero in eo esset, ut Monumenta Germaniae annalibus hisce loco suo haud diutius carere possent, a viro amicissimo ut ipse alteram operis sui editionem susciperet vellet flagitavi. Cui quidem voto haud annuit, at quo mihi ipsi novae editionis parandae facultas tribueretur, quaecumque subsidia collegerat, tam apographa sua, quam textum editioni priori paratum, necnon apographum inter Würdtweinii schedas nuper bibliothecae, cui ipse egregie praeest, Francofurtensi illatum, atque apographum chronici Zorniani, quod olim ad Schlosserum pertinuit, ultro transmisit.*

*Postquam igitur, adhibito etiam chronico episcoporum Wormatiensium per monachum Kirschgartensem initio saeculi XVI. conscripto, operi me accinxi, Boehmeri vestigia secutus subsidia quae ad manus erant duplicis generis esse facile animadverti. Tum vero quaecumque fragmenta ex libro civitatis ad verbum transscripta essent, ea primo loco statuenda et praecipuam eis fidem habendam esse constitui, reliqua vero non ex primario fonte proflua sed per alveos diversos inde deducta nonnisi ubi illa deessent in subsidium vocanda iudicavi; quod quidem in omnia cadit ex libris non civitatis, sed episcopi vel ecclesiae cathedralis Wormatiensis derivata, quae pro instituto clericorum variis modis a fonte primario recedere, collato utroque textu, liquido constat. Quumque annales civitatis, non vero chronicon episcoporum quantum fieri posset restituere conarer, ante omnia haec consulenda erant subsidia:*

1) *Excerpta annalium civitatis, scilicet foliorum* 12, 18, 19, 21, 23, 12 *iterum,* 28, 35, *anno* 1512 *Camerae imperiali exhibita, et a Iohanne Fiemel, camerae eiusdem lectore iurato, cum codice ipso authentico civitatis Wormatiensis membranaceo collata et vidimata, atque in tabulario imperii Wetslariensi adservata, quorum quidem apographum Boehmeri manu confectum adhibui. Subministrant notitias ad historiam annorum* 1231, 1233—1235, 1245, 1246. *pertinentes*[3]. *Quibus accedunt fragmenta foliorum* 39 *et* 54 *ad annos* 1255. *et* 1259. *pertinentia et ex „veteri chronico" vel „veteri chronico membranaceo" hausta, quae in exemplaribus chronici civitatis Wormatiensis a Zornio a.* 1570. *conscripti*[4] *Boehmerus aeque reperit et exscripsit.*

2) *Exemplum chronici Wormatiensis civitatis a Zornio a.* 1570. *compositi, quod a.* 1756 *Elias Christophorus Hanitsch civitati obtulit, hodie in tabulario civitatis adservatum, foliis* 541—631 *exhibet „Quaedam notabilia ex veteri manuscripto libro Latino chronicorum Wormatiensium." Exscripsit ea et eorum ope maiorem annalium partem a medio saeculo XIII. usque ad annum* 1278. *una cum notitiis saeculum XII. praecedentibus et appendicibus luci dedit Boehmerus, cuius schedas magno cum fructu adhibui. Quum vero vel sic in anteriore annalium parte plurima desiderarentur, eae lacunae adhibitis apographis librorum ecclesiae Wormatiensis explendae erant. Et adhibere licuit:*

3) *Boehmeri nostri apographum codicis olim capituli cathedralis Wormatiensis haud diu post annum* 1520. *conscripti, chartacei in folio, cuius auctor ecclesiae Wormatiensis chartis librisve, et fortasse notitiis ex ipso civitatis*

3) Nonnulla huius excerpti loca in Apologiam civitatis Wormatiensis a. 1695, indeque in Moritz Abbandlung von Worms p. 486 et 489 transisse, Boehmerus docet.

4) Inde et Bodmannum in Antiquitatibus Ringoviensibus p. 105 et Schaabium in historia confoederationis civitatum Rheni hausisse, Boehmerus aeque monet.

*libro derivatis usus fuisse videtur. Exhibet notitias de incendiis civitatis annis* 1221—1298, *de adventu Tartarorum a.* 1241, *de expeditione Wormatiensium cruce signatorum a.* 1227, *de persecutionibus hereticorum a.* 1231 *sqq., de adventu fratrum Minorum a.* 1221. *et Praedicatorum a.* 1226, *de rebus a.* 1261. *cum comite Bipontino habitis; deinde narrationem litis civitatis cum episcopis Wormatiensibus ab anno* 1232. *usque ad a.* 1266, *atque inscriptiones nonnullas. Ultimo loco catalogum episcoporum Wormatiensium nullius pretii Boehmerus legit*[6]. *Liber hodie in tabulario serenissimi Magni Ducis Hassiae Darmstadii adservatur. Proxime ad eum accedit*

3[b]) *Codex bibliothecae civitatis Francofurtanae cum aliis Würdtweinii schedis acquisitus, chartaceus, saec. XVIII. ineunte conscriptus. Continet praeter versus eadem, quae codici* 3. *inesse diximus, ordine quoque eodem. Textus nonnumquam paullo brevior omissis vocibus* civitatem Wormatiensem *et eiusmodi, quae Wormatiensi civi superflua videri poterant, et licet scriptoris vitio haud raro corruptus, compluribus tamen locis veram lectionem servavit.*

3[c]) *Auctor chronici episcoporum Wormatiensium, Kirschgartensis monachus, qui saeculo XVI. ineunte scripsit catalogum et gesta episcoporum, et ipse ex libro ecclesiae*[7] *hausisse videtur. In scribendo ut monachus et recentioris aevi auctor a more civium et saeculi XIII recedit; plurima tamen servavit, quae in reliquis aut plane desideres aut paullo aliter narrata invenias. Quare eum in rem nostram vocare placuit, ubicumque annalibus inniti videbatur, quod tamen praeter saeculum XIII. medium vix liquido apparet; ideoque saeculo XIII. elapso paucas tantum notitias easque dubiae originis inde decerpsimus.*

*Libro capituli Wormatiensis aut ex eo excerptis usum esse Trithemium in chronico Hirsaugiensi, iam Boehmerus vidit, sed annalium textui restituendo nihil conducunt.*

4) *Ultimo loco quaedam a Boehmero ex annalibus Wormatiensibus a.* 1726. *in* 4° *conscriptis allata, anno* 1241. *inseruimus ex Paraleipomenis ad Chronicon Urspergense laudata, utpote sententia immutata edita uncis inclusimus, necnon ex Zornii codicibus laudata repetere iuvit.*

*Quibus subsidiis adhibitis editionem nostram ita instituimus, ut codices numeris* 1. *et* 2. *signatos fundamenti loco poneremus, lacunas iis praecipue locis ubi fragmenta codicum illorum in* 3a. b. c. *textui inserta habentur, eorum auxilio explere conaremur; reliqua omnia utpote ex ecclesiasticis libris profecta uncis inclusa*[8] *civilibus adiecta sunt, ea lege ut omnia quae supersunt uno temporum ordine servato una serie inde a sexto usque ad decimum quintum saeculum decurrant.*

*Annales ad intelligendum statum Germaniae superioris per saeculum decimum tertium magnae sunt utilitatis, et auctoritas eorum chartis epistolisque quae supersunt quam plurimum confirmatur. Et epistolae quidem numero* 65 *intra annos* 1245. *et* 1247. *conscriptae, in codice Trevirensi membranaceo exstant, quas in usum nostrum exscribi feci. Tractant de rebus tam publicis quam privatis Wormatiensium, quales paullo ante obitum Friderici II.*

5) V. praefationem eius p. XXII, ubi et Schannatum, in Historia episcopatus Wormatiensis, codice ceu „Anonymi chronico Wormatiensi manuscripto“ usum esse p. 214. 218. 219. 365. 371. 373. 379 et loca nonnulla inde protulisse monet. 6) Mentionem facit libri sui his verbis: *Istam compositionem* (scil. a. 1233. Febr. 27. ictam) *invenies in libro meo transactionis fol.* 48, *in libro privilegiorum fol.* XX. Similia a. 1264. leguntur. 7) Laudat inter alia subsidia quibus nixus librum suum composuit *cronicam episcoporum nostrorum* et *historiam sancti Arnoldi archiepiscopi Moguntiacensis.* 8) Quod orthographiam attinet, litteram *t* in vocibus *etiam*, *Wormatia* et aliis eiusmodi in Boehmeri apographis apud Schannatum et in codicibus 3[b]. 3[c]. obviam retinendam duximus.

*fuisse ex annalibus nostris intelligimus, et in collectione nostra Epistolarum luci dabuntur. Chartas tam clerus quam cives Wormatienses plures publici iuris fieri iusserunt. Sed qui partes cleri tutandas suscepit, Schannatus in historia episcoporum Wormatiensium in fol. a. 1734, mala fide egit, dum chartas nec sinceras nec integras expressit; qua iniuria civitas commota, calamo Iohannis Friderici Moritz tractatu de origine civitatum liberarum imperii, in specie civitatis Wormatiae, anno 1756. vernacula lingua in 4° iura sua proponi et chartis adiectis probari voluit; quibus nostro aevo diplomata Boehmeri opera in codice diplomatico Moenofrancofurtano et secundo Fontium tomo editae accesserunt. Quae igitur veritatis studiosum lectorem adire iubemus.*

*De*[a] *Brunichilde.* Brunichildis plura sacerdotum et monachorum collegia apud Burgundios Austrasiosque exstruxit. Inter que apud Lugdunum pre muris adhuc visitur divi Vincentii cenobium, apud Heduos alterum, ubi assentiente Lothario sepulta est, scilicet Lingenfelt[a'], et alia diversis locis templa divo Martino, cui devotissima erat, dicavit. Ita ut si impensam cum Brunichildis fortunis conferas, mireris sane tot uno seculo templa suisque[b] proventibus mulierem edificasse potuisse. Hec Brunichildis Wormatie contra Clotarium morata fuit, que capud Vangionum populorum est.

Descriptio[c] urbarii[d. 9] Wormatiensis civitatis facta a Theodolacho episcopo Wormatiensi, 873.
anno 873, qui obiit in Neuweiller anno 914. Kal. Septembris, episcopatus anno quadragesimo primo. De loco qui dicitur Frisonen-Spira usque ad Rhenum ipsi Frisones restauranda muralia procurent. Rudolscheim[e] Gunsheim Eichana Hamum Ubersheim Turkheim Alsheim Mettenheim a supradicta Frisonen-Spira usque ad locum qui Rheni-Spira vocatur provideant. In eodem latere civitatis familia Sancti Leodegarii portam quandam reedificare debent. Deinde usque ad Pawenportam urbani qui Heimgereiden vocantur operando pervigilent. Hinc usque ad angulum meridianum Bobenheim Ligrisheim Roxheim Agersheim et omnes iuxta Rhenum habitantes usque ad Hemmingesheim provideant. Media pars de Rucheim, et sic omnes ab alia parte platee Rheni habitantes usque ad fluvium qui Karlebach vocatur, in occidentali angulo terminum operis ponant. De quo angulo incipientes ex utraque parte Karlebach usque ad Kirchheim et usque ad sancti Andree portam. Ab hinc omnes ex utraque parte fluvii qui Ysana vocatur sedentes usque ad Mertesheim, muros civitatis usque ad portam Martini procurent. De qua omnes iuxta utramque fluvii partem qui Prymma vocatur, quousque Malesbach eundem fluvium influit usque ad iam dictam Frisonen-Spiram provideant. Preterea de media parte Muntzenheim usque ad Dienheim tam hi quam omnes infra ambitum predictorum fluviorum et villarum habitatores eandem civitatem cum propugnaculis et omnibus necessariis prout temporis locus exegerit incessanter insistant.

[In[f] antiquissimis tapetis ecclesie maioris Wormatiensis, datis quondam a Nibolungo, dicte ecclesie custode ac Sancti Pauli preposito[10], quibus primi episcopi dicte ecclesie Wor- 1145.
matiensis intexti sunt, hec habentur carmina. Sanctus Petrus loquitur:

„Est mihi primatus solvendi vincla reatus.“

Super capita episcoporum:

„His bene crevisti, presens o vinea Christi,
Quos pietas iure recolit signantque figure.
Nobilitas, morum probitas, et in his meritorum,
Nomini fecerunt famam laudemque, vigere
Nunc quasi convive Petri vel sicut olive.“

In tapeto cum apostolis et prophetis depicto:

„Primicias fidei pandit et acta diei,
Iuris apostolici primates, regis amici,
Sunt meritis aucti, quia pneumatis organa sancti
Enarrant isti septem miracula Christi,
Gracia quo crevit qua celos cive replevit.“

a) *haec praebet* 2. a') *an* Liugenfelt? b) *ita correxit B.* cuique 2. c) *ex codice* 2. d) Descriptio Urbani episcopi W. c. 2. *quod correxi; B. omisit* U. e. e) *Schannat p.* 211. *nomina paullo aliter habet; quisnam melius, dum authentica charta latet, non liquet.* f) *haec praebet* 3ª. 9) districtus urbis. 10) vixit circa 1145.

In circumferentia capitis sancti Petri in sigillo:

„Semper eris clipeo gens mea tuta meo.“

In circumferentia sigilli consulatus Wormatiensis iste versus exaratus est:

„Te sit tuta bono Wormatia Petre patrono.“

In circumferentia[a] sigilli sancti Andree:

„Te sacer Andrea bullata figurat ydea.“]

1221. Iul. 13. [Anno Domini 1221. in die sancte Margarete in civitate Wormatiensi incensus est ignis in crepusculo in domo Reimari[b] ex opposito fori. Et concremate[c] sunt omnes crame[d] et veteres gades usque ad hospitale. Et sic per totum forum[e] ignis grassatus est, similiter et per vicum Hagenonis et per maiorem partem vici lane[e']. Per quod incendium[f] cives Wormatienses[f] magna dampna incurrerunt.]

[Eodem anno[g] pervenerunt primo in Wormatiam fratres Minores. Et tunc receperunt domum ad Sanctum Nazarium. Postea transtulerunt se prope vicum sancti Petri[g'].

1226. Fratres Predicatores intraverunt primo Wormatiam ad commorandum anno Domini 1226. comparantes curiam Wernheri militis inter sellatores, et inceperunt ibi edificare. Domnus autem Heinricus episcopus erat ipsis contrarius, sed cives favebant eis. Institit vero episcopus modis omnibus qualiter eos de civitate removeret, clero sibi semper assistente. Et nichil proficiebat. Habebat etiam filium fratris sui comitis de Liningen in ordine, nomine Eberhardum, qui obiit in eadem domo et sepultus in area fratrum ibidem. Quo accedens, iussit eum effodere. Et convocato toto clero, iussit portari eum et honeste eum sepeliri in claustro ecclesie maioris. Tandem vero post multas litigationes oportebat ipsos fratres recedere, et structuras eorum deponere de loco illo. Ipsi vero divino auxilio ad locum meliorem et ampliorem se transtulerunt, videlicet ad curiam Hiltegundis[i] dictam, ante monetam, quam etiam suis denariis auxilio bonorum hominum comparaverunt, domus et areas circumiacentes sibi modis omnibus adtrahentes.]

Anno[h] 1226. fratres Predicatores intraverunt primo Wormatiam, comparantes curiam Wernheri militis, inceperunt ibi edificare. Sed episcopus Henricus fuit ipsis contrarius, cives vero favebant. Post multas igitur litigationes oportuit eos cedere, et structuras eorum deponere de loco illo ad curiam Hildegundis dictam ante monetam.

Anno 1226. Heinricus episcopus Wormatiensis incepit monasterium in Kirsgarten extra muros civitatis Wormatiensis[i'] in area sive hortu dominorum maioris ecclesie.

[Anno[k] Domini 1227. mense Martio egressi sunt de civitate Wormatiensi simul et semel plus quam quadringenti cives cruce signati ad subsidium terre sancte ad partes ultramarinas. Eodem quoque tempore transfretavit domnus Fridericus eius nominis secundus imperator magnificus. Et subiugasset subito sibi terram sanctam, si domnus papa civitates suas in Apulia et Sicilia in ipsius absentia non invasisset, excommunicans etiam imperatorem tam illa parte maris quam ista. Et sic oportebat eum pro innumerabilibus gravaminibus et dampnis que ipsi domnus papa inferre procuravit et intulit, a terra sancta sine omni fine ad sua reverti. Et hoc oberit populo christiano usque in extremum diem. Peregrini etiam qui supervixerant ad sua sunt reversi. Cum enim domnus imperator ad partes et terras reversus fuerat suas, statim ipse et domnus papa reconciliabantur. Postea pagani intraverunt civitatem sanctam Ierusalem, et ibi commorantes, turrim David etiam destruentes, et multa mala populo christiano inferentes.]

1231. [Anno Domini 1231. mense Iulio in[l] civitate[l] Wormatiensi[l] incensus est ignis in domo Herbordi[m] militis in vico panis, in[m'] quo stat domus dicta Dymerstein. Et sic exustum est monasterium sancti Pauli, et[n] ex una parte usque ad portam Iudeorum et ex altera parte superius usque ad portam pavonum, et quidquid[o] erat adversus[p] Renum. Quod dampnum intulit inestimabile.]

[Anno[q] Domini 1231. supervenit plaga miserabilis et sententia durissima divina permissione. Venit namque quidam frater dictus Conradus Dorso, et erat laicus totalis et de

a) circumferenciis 3ª. b) freimari 3ᵇ. c) consumate 3ª. d) domus mercatorum *codex unus. B.* e) f. et vicus hagenonis et maior pars de vico 3ᵇ. e') de lano. Item ecclesia sancti Pauli etiam concremata est cum medietate civitatis 3ᶜ. f) *desunt* 3ᵇ. g) *ex codicibus* 3ª.ᵇ. *pauca habentur in* 3ᶜ. g') *in alio cod.:* Anno 1229. Minores ingressi sunt. *B.* h) *cod.* 2. i) hildegundis 3ᵇ. i') versus Spiram 3ᶜ. k) *haec praebent* 3ª.ᵇ. l) *desunt* 3ᵇ. m) herboldi dicti m. 3ᵇ. m') in — dymerstein *desunt* 3ᵇ. n) *deest* 3ᶜ. o) p. quod quoque erat 3ᵇ. p) versus 3ᵇ. q) *ex codd.* 3ª.ᵇ.

ordine Predicatorum, et adduxit secum quendam secularem nomine Iohannem, qui erat 1231 luscus et mancus et vere totus nequam. Hii duo incipientes in partibus superioribus, primo in pauperibus, dicentes se noscere hereticos, et inceperunt illos cremare, quibusdam confitentibus se reos esse et nolle a sua secta recedere. Et cum vidisset populus se tales comburere, continuo favebant et assistebant eis, et merito, quia digni erant mortis. Cum autem ipsi duo vidissent sibi populum sic faventem, continuo processerunt ulterius, et ceperunt in qualibet civitate seu villa quos volebant, non aliud testimonium proferentes nisi quod iudicibus dicebant: *Isti sunt heretici, nos deponimus manus ab ipsis.* Et sic oportebat iudices illos et tales comburere. Et non servabant modum et seriem scripture sancte. De quo clerus ubique valde dolebat. Et quia semper vulgus istis iniustis iudicibus[a] ubique adherebat[b], prevaluit ubique voluntas eorum. Et multos condempnabant qui in hora mortis dominum nostrum Iesum Christum toto corde invocabant, et auxilium sancte Dei genitricis et omnium sanctorum etiam in igne valido clamore implorabant. Audite quanta fuit hec miseria! Tunc videntes isti iudices imperfecti et sine misericordia, quod sic prevalere non possent sine adiutorio dominorum, adtraxerunt sibi domnum Heinricum regem et dominos in hunc modum: *Ecce nos comburemus divites multos, et bona ipsorum habebitis. Et in civitatibus episcopalibus recipiet episcopus medietatem, et rex vel alius iudex aliam partem.* Et gavisi sunt domini assistentes ipsis, et ducentes eos in civitates et villas suas, fodentes foveas et incidentes in eas. Et sic multi innocentes interierunt propter bona sua per dominos ipsa accipientes. Videns hec populus, misertus et timens dixit ad eos: *Quare sic proceditis?* Et ipsi enormiter respondendo dicebant: *Vellemus comburere centum innocentes inter quos esset unus reus.* Tunc tota terra tremuit, et volentes non valebant. Illi duo, ut fortiores fierent, accesserunt ad fratrem Conradum de Marburg[c], qui erat confessor sancte Elizabethe, et quasi propheta reputabatur. Et attrahentes sibi illum, processerunt in omni facto suo, quia ipse erat iudex sine misericordia. Et tunc viam quam invenerant fortiter tenebant, videlicet quod omnes[d] ceperunt per iudices quos volebant. Qui vero confitebatur heresim, sicut plures fecerunt innocentes ut vitam retinerent, illos raserunt in capillis super aures, et sic oportebat illos incedere quam diu ipsis placebat. Qui vero negaverunt, illos combusserunt. Et prevaluit ubique voluntas eorum, quia frater Conradus erat homo litteratus et apprime disertus[e]. Impulsabant itaque hii tres multos dominos et nobiles ac milites et[f] cives, et multos ex illis raserunt et plures combusserunt. Et ecce mirum! quidam de Predicatoribus et de fratribus Minoribus totaliter adheserunt eis, quod ipsi ab eis mandata recipientes, qui tamen nullum mandatum a sede apostolica habebant, et obedierunt eis et combusserunt sicut et illi.

Videntes igitur se nullam resistentiam habere, alloquebantur domno regi et episcopis et multis honestis clericis, volentes ipsos trahere pro heresiarchis[g]. Et valde institerunt domno Heinrico illustri comiti Seinensi[h], qui erat vir christianus prepotens et dives et honestissime vivens, quem affirmabant equitasse in cancro, dicentes nisi confiteretur, quod castra sua, que erant peroptima, ipsi cum veteris mulieribus vellent auferre et inquirere[i]. Ipse vero comes, tamquam vir christianissimus, suam fidem catholicam volens toto posse defendere, rogavit domnum Sifridum archiepiscopum Moguntinum ut suos suffraganeos episcopos et clerum totius sue provincie convocaret. Quod ita factum est in Moguntia. 1233. Iul. 25. Quo tunc accessit frater Conradus de Marburg et sui coniudices. Et ipse comes coram omnibus vitam suam probavit per innumerabile[k] testimonium virorum fide dignorum et religiosorum, suam fidem catholicam honestissime et sufficienter comprobando. Cui testimonio omnes episcopi et totus clerus sufficienter consentiunt. Attamen fratri Conrado durissimo iudici non suffecit, nec ipse cum suis ab eorum proposito desistebant, omnibus episcopis et clericis sibi reclamantibus. Et sic certe omnes angustiati consuluerunt comiti, quod ad sedem apostolicam appellaret. Quod fecit continuo. Et rogavit ut sibi de clero boni magistri concederentur. Quod statim admissum[l] est. Itaque decanus Moguntinus bonus clericus, et magister Volzo canonicus Wormatiensis clericus peroptimus, et de Spira et de Argentina et alii continuo ad defendendum comitem ac dominos et totam Theutoniam ire ad curiam Romanam promiserunt. Et sine mora preparati accesserunt ad domnum papam.

a) radicibus 3b. b) Ita eciam adheserunt Luthero *in margine* 3a. c) marckburck 3b. *ita et infra.* d) *deest* 3b. e) *ita coniicit Boehmer;* prime dilectus 3a, b. f) *deest* 3a, b. g) *ita* 3b. heresi 3a. h) seynensi 3b. i) *i. e.* visitare, *theudisce* heimsuchen *B.* k) immemorabile 3b. l) admissus 3a.

1233. Cui per bonas litteras tam domni regis episcoporum dominorum atque civitatum processum istius nefandi negotii totaliter proposuerunt, et[a] districte conquerendo per omnia quae gesta fuerant intimaverunt. Audiens hec summus pontifex sepius ingemiscendo dixit: *Miramur quod talia inaudita[b] iudicia tam diu apud vos sustinuistis, nobis ea non declarantes; nolumus enim ut talia diutius permittantur, sed ea penitus deponimus et cassamus; talem miseriam ut nobis dixistis non permittimus.*

Accidit autem interea cum isti sollempnes nuntii decesserant, quod frater Conradus de Marburg et frater Gerhardus[c] Lutzelkolbo de ordine Minorum, suus socius, volentes ire
Iul. 30. domum et sic equitantes, quidam milites et alii, quos ipsi tam in parentibus[d] eorum quam in propriis personis infamaverant et dampnificaverant, ipsos consequentes[e] occiderunt. Frater vero Dorso fuit occisus apud Argentinam, et Iohannes suspensus apud Frideberg. Et statim de fratribus Predicatoribus qui propter ipsos sui honoris et sacre scripture imitatores existerent[f], nuntium ad curiam Romanam de eorum interfectione miserunt. Audiens hec domnus papa, in presentia nuntiorum dixi : *Ecce Alemanni semper erant furiosi, et ideo nunc habebant iudices furiosos.* Et statim expeditis nuntiis dominorum Alemannie iocunde eos remisit, firmiter inhibendo ne sententie tales unquam servarentur, sed sanctorum patrum et sacre scripture series et instituta unquam in perpetuum super talibus negotiis que tangunt inquisitionem hereticorum firmiter observarentur. Affirmabat etiam domnus papa, omnes clericos esse irregulares qui huic facto interfuerunt consenserunt vel viderunt. Et sic divino auxilio liberata est Theutonia ab isto iudicio enormi et inaudito. Quanta enim tam in Wormatia quam alibi per ipsos fuerint perpetrata, vix describi possent aut dinumerari.]

Fuerunt[h] olim multis temporibus in civitate Wormatiensi quadraginta consules, videlicet viginti octo cives et duodecim[i] milites ecclesie ministeriales, qui per se sine episcopo totam rexerunt civitatem. Et si unus decessit, ipsi per se alium constituerunt, pacem etiam iudicantes. Et hec fuerunt ab imperatoribus et regibus Romanorum stabilita, et eorum privilegiis data et confirmata[11].
fol. 12. Videns[k] hec venerabilis pater domnus Heinricus Wormatiensis episcopus, vir sapiens et circumspectus, quod ipse nullo honori nisi solo iudicio utebatur, et[l] a civibus quasi alius prelatus reputabatur, attendens honorem ecclesie sue, accessit ad curiam domni impe-
1232. Ian. ratoris Friderici in Ravenna civitate celebratam. Et ibi coram multis principibus super istis domno imperatori, et super consortio fraternitatum[m] cuiusque operis suas querimonias[n] demonstravit; affirmans instanter, se propter multitudinem consulum et societatem fraternitatum in civitate Wormatiensi[o] pro nichilo reputari. Audiens hec domnus imperator, sedens cum principibus, per sententiam eorum hec ulterius stare non posse abiudicavit, litteras suas bullatas super hoc
Mai. domno episcopo tradidit[12].

Reversus itaque cum gaudio dictus dom-

Erant[p] enim in civitate Wormatiensi quadraginta consules, qui per se sine episcopo centum annis consilio presiderunt, iudicantes pacem et ordinantes commoda et iura civitatis secundum privilegia ab imperatoribus et regibus ipsis tradita. Et dicti consules uno mortuo alium substituerunt. Emerunt etiam dicti consules domum lapideam maximam et fortem in vico Hagenonis militis[q], dictam ad Thelonearium[r], cuius area tendebat usque[s] prope capellam sancti Nazarii. Et statim inceperunt domum illam decentius et melius edificare; et fiebat pulcherrima domus totius terre, et constitit plus quam duo milia marcarum. In illa domo semper consilio presiderunt; et episcopum suum quasi pro nihilo reputaverunt.

Accidit autem cum idem domnus Heinricus episcopus, volens arripere iter ad curiam domni imperatoris Friderici versus Ravennam, peteret[t] subsidium a civibus ut eo honestius cum aliis prelatis[u] Alemanie posset accedere[v]. Et ipsi cives sibi in suis precibus nihil consenserunt, nec in aliquo sibi succurrere voluerunt, licet ipse domnus episcopus ipsis[w] iura civitatis meliorare, et quasi ipsorum nuntius esse promittebat. Seniores vero et prudentiores civitatis valde de hiis

a) et — intimaverunt *addidi ex* $3^{b}$, *desunt* $3^{a}$. b) mandata $3^{b}$. c) g. de l. $3^{b}$. d) parentes $3^{a,b}$. e) insequentes $3^{a}$. f) existerant $3^{a}$. h) *ex codd.* $3^{a,b}$. i) *deest* $2^{b}$. k) *ex* 1. $3^{a}$, $3^{b}$. l) ut $3^{b}$. m) quae vulgariter vocatur die brüderschaft $3^{c}$. destruxit ad commodum et libertatem omnium vendentium et ementium $3^{c}$. n) lucrimonias 1. o) sua $3^{a,b}$. p) *hinc* 1. 2. $3^{a,b,c}$. q) *deest* $3^{a}$. $3^{b}$. r) thetentarium $3^{b}$. vulgariter dictam der burckhof $3^{c}$. s) ubique 1. t) petitur 1. exegit $3^{a,b}$. u) principibus $3^{a,b}$. v) procedere $3^{a,b}$. w) *deest* $3^{a,b}$.

11) Cf. Friderici I. chartam a. 1156. Oct. 20. et Friderici II. a. 1220. Apr. 20. apud Moritz Abhandlung und Ursprung der Reichsstädte, insonderheit der freien Reichsstadt Worms 1756 in 4. Appendix Docum. p. 146, 156. 12) Schannat hist. ep. Worm. 369.

nus episcopus, misit in civitatem litteras inhibitionis domni imperatoris per Reinhardum scultetum de Lutra, quas cives minime curaverunt. Tandem domnus episcopus videns eorum resistentiam, gladium suum spiritalem admisit, ponens totam civitatem sub interdicto; postea cives universos denuntiavit. Et hiis[a] se[b] nichil proficere ut vidit, clerum totum exire civitatem iussit, nullo ibi permanente nisi parrochianis, qui ab infirmis cautionem acceperunt, ut reddita ipsis sanitate domno episcopo obedirent per omnia; et tunc ipsos, et non aliter, communicaverunt; attamen mortuos non sepelierunt.

Et cum hec sententia de die in diem aggravata fere per annum durasset, quidam de civibus[c], maxime monetarii, se ista ulterius nolle sustinere affirmabant. Audientes consules et universitas, timentes[d] peiora sibi supervenire, quia domnus episcopus induratus erat, conquerens[e] etiam amicis suis et consanguineis, erat enim valde nobilis[e'], et frater comitis de Lyningen, convenerunt in unum, mittentes nuntios ad domnum episcopum. Et post multos tractatus dimissum est ex utraque parte in arbitros[f] viros discretos, quosdam de capitulo maioris ecclesie et quosdam de civibus. Qui accedente consensu domni Heinrici regis Romanorum[15], sine quo hec fieri non poterant, ipse enim multum confortavit cives, quia favebat eis in omnibus, sed tandem[f'] hec forma est inventa et sigillo regis confirmata et a civibus observari in perpetuum est iuratum. Et data desuper littera civium eorum sigillo roborata, et recepta a civibus desuper littera episcopi et capituli Wormatiensis, sub tali forma ut sequitur infra scripta: *Heinricus dei gratia Wormatiensis episcopus universis hoc scriptum cernentibus salutem in actore salutis. Hec est forma compositionis regio accedente consensu inter dominum nostrum Heinricum episcopum cum ecclesia sua et cives Wormatienses: Prepositus maior vel decanus vel custos Nove Domus, unus istorum, iurabit in animam domni episcopi, quod idem dominus noster eliget inter cives suos novem viros, quos esse viderit potiores et utiliores sibi et ecclesie ac toti civitati.*

1232. doluerunt, rogantes quod saltem sibi sexaginta libras darent; quod iuvenes totaliter recusaverunt, et miserunt ad curiam suos[g] nuntios, qui eos plus quam trecentas marcas constiterunt. Et sic domnus episcopus indignatus est[h], ac cedens[i] procuravit omnia mala civitati Wormatiensi[i'].

Et[k] de communi domo conquestus Ravenne, obtinuit eandem domum cum fundo suam esse debere, acceptis super his privilegiis[16]. Quidam nempe de civibus timentes quod per illam domum civitas posset perpetuo gravari, ita quod de imperatore posset fieri de illa domo munitio firmissima, volentes[k'] sibi providere iusserunt incendi, et contremuit civitas per ruinam eius. Acta sunt hec anno 1232. dominica Iubilate post pascha hora tercia. Mai. 2.

[Cum[l] itaque domnus episcopus Heinricus per modum ut dictum est pervenisset Ravennam ad curiam domni imperatoris Friderici, incepit graviter de civibus[m], qualiter ipsum tamquam pro nichilo reputaverunt, et per se consilia et iudicia[n] in confraternitatibus uniuscuiusque operis inter se haberent[n], iudicia episcopi quasi pro nichilo reputaverint. Audientes hec episcopi Alemanie, omnes favebant ei. Et sic in sententia obtinuit[o], quod domnus imperator hec omnia cassavit. Et de communi domo conquestus[o], obtinuit eandem domum cum fundo suam esse debere. 1232. Mai.
Acceptis itaque privilegiis imperialibus desuper coram principibus, tunc[p] civitatem leтanter accessit, et postmodum sicut infra scriptum est omnia determinavit.

Cum itaque omnia essent in bono statu, quidam de civibus timentes quod per illam honestissimam domum civitas posset perpetuo gravari, ita quod ab imperatore vel episcopo posset de illa domo fieri munitio firmissima, volentes sibi providere, iusserunt lapicidas in muro domus inferioris[q] exsecare lapides et ligna includere. Et hiis peractis igni ipsam succenderunt. Et fiebat ignis validissimus per noctem comburens, et sic heu illa domus pulcherrima et valde fortis vehementer corruit totaliter super terram. Et contremuit civitas pre[r] ruina eius. Acta

a) cum hiis $3^{a}$. in hiis $3^{b}$. b) p. non vidit $3^{a,b}$. c) c. et m. $3^{a,b}$. d) *deest* $3^{b}$. e) conquerentes $3^{b}$. e') n. f. videlicet $3^{a,b}$. utpote comes de Sarbrück $3^{c}$. f) *hinc inde ex* $3^{a,b}$. f') tamen $3^{b}$. g) tres $3^{a,b}$. h) i. e. ac *desunt* $3^{a,b}$. i) recedens $3^{a,b}$. i') $3^{a,b}$. *addunt:* Haec est forma compositionis regis accedente consensu inter nos cum ecclesia et cives Wormatienses etc. Istam compositionem invenies in libro meo transactionis folio 48. in libris privilegiorum fol. XX. k) *cod.* 2. k') volens *c.* l) *hinc* $3^{a,b}$. m) conqueri *videtur desiderari. B.* n) iudicia — iudicia *desunt* $3^{b}$. o) obtinuit — obtinuit *desunt* $3^{b}$. p) et t. $3^{b}$. q) inferius $3^{a}$. r) per ruinam $3^{b}$.

15) 1232. Aug. 4. Böhmer Fontes II. p. 219. 16) 1232. Mai. Böhmer Fontes II, 218.

**sunt hec anno Domini 1232. in dominica Iubilate post pascha hora tercia.]**

1233. *Iidem novem iurati eligent sex milites in civitate quos esse crediderint potiores et utiliores domno episcopo, ecclesie et civitati. Qui quindecim una cum domno episcopo semper consilio presidebunt. Quod si domnus episcopus ierit extra provinciam, personam ydoneam que nomine suo consilio presideat subrogabit. Item domnus episcopus cum istis quindecim super iuramentum prestitum eligent scultetum cum officiatis in festo Martini, ita quod nec ipse domnus episcopus nec isti quindecim umquam exigent vel recipient inde aliquam pecuniam, tales eligendo qui possint domno episcopo et civitati servire, nullam amicitiam vel inimicitiam in hiis eligendis attendendo. Item ad constituendum exactionem vel ungelt, domnus episcopus cum predictis quindecim de qualibet parrochia quatuor viros assumet, eorum et quindecim virorum consilio civitatis commodo provisurus. Quod si unus ex illis novem decesserit, domnus episcopus alium substituet sub forma prioris iuramenti. Si de sex militibus quisquam decesserit, illi novem prestito iuramento sub forma predicta alterum subrogabunt. Si quis vero quindecim consiliariorum contra iuramentum suum venerit, convictus duabus vel tribus personis de consortio suo, auctoritate domni episcopi a consilio eicietur, altero illi sub forma priori subrogato. Si de sex militibus aliquis se per annum absentaverit, alter in locum eius ab illis novem eligetur. Si vero de novem civibus se aliquis per annum absentaverit, domnus episcopus in locum eius alterum subrogabit. Si quis autem de quindecim consiliariis peregrinatus fuerit, alter usque ad reditum illius assumetur, ita quod si fuerit miles, novem consiliarii alterum militem assument, si fuerit civis, domnus episcopus alterum civem substituet. Si vero predicti quindecim super aliquo consilio inter se dissenserint, assentiendum est maiori parti. Item domnus rex ex novem burgensibus consiliariis eliget unum in magistrum civitatis, mutando ipsum si placuerit de anno in annum, vel inmutatus ab eo in eodem officio pro sue voluntatis arbitrio permanebit. Sed domnus episcopus de sex militibus unum eliget in festo Martini, et ipsum de anno in annum commutabit. Item omnes fraternitates husgenoz et wiltwerkere illis exceptis ammodo penitus cessabunt. Preter hec omnia que supra dicta sunt, domnus episcopus omnia iura, omnia privilegia, bonas consuetudines civitatis salvas conservabit confirmabit et meliorabit. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa et inviolabiliter observentur, formam hanc compositionis domni regis et domni episcopi sigillis roboratam ecclesie nostre sigillo fecimus communiri.*

*Testes: Nibelungus maior prepositus. Landolfus decanus. Wernherus custos. Nicolaus. Constantinus. Burcardus prepositus Wileburgensis. Fridericus de Bobardia. Baleiz. Cuno de Elewangen. Benzo. Cunradus de Wolveskelen. Heinricus Suevus. Volzo et Iohannes magistri. Albertus Rapa, et ceteri confratres nostri. Acta sunt hec anno Domini 1233, tertio Kal. Martii, indictione 6.*

[His omnibus peractis et compositione memorata confirmata, venit domnus Heinricus episcopus cum clero Wormatiensi Nuhusam[a]. Et[b] accesserunt cives universi ad ipsum; illuc[c] pedes et genua[d] incurvantes super terram, absolvit domnus episcopus ab excommunicatione. Et sic cum gaudio omnes simul reversi sunt in civitatem, ei divina continue constituta[e]. Et statim cum domnus episcopus intravit civitatem suam, continuo elegit sub forma prenotata novem consules; et convocato populo per campanam coram in stega sua, presente clero et[f] universitate, ipsos novem denominavit, qui etiam in continenti sex milites denominaverunt. Et isti quindecim viri idonei et discreti statim tactis sacris[g] reliquiis sanctorum iuraverunt manifeste, quod secundum statuta privilegii prescripti una cum domno episcopo Wormatie[h] semper consilio presiderent, et quod domno episcopo et ecclesie fideles semper existerent eorum iura in omnibus defendendo, et quod ipsi iura civitatis et honestas consuetudines defenderent et augmentarent, et iuste iudicarent clero laico Iudeo, et super interrogata iuste et rationabiliter in animas suas responderent, ac secreta[i] consilii per omnia occulta[k] haberent, scultetum magistrum[l] et officiatos sine omni dolo eligerent, reos nunquam defenderent et innocentes non condempnarent, et quod hec omnia et alia civitatis utilia absque omni dolo perficerent et totis viribus ad ea astarent, omni fraude re-

a) neuhusam 3b. b) *ita Schannat p.* 218 ac 3a.b. c) illic *Sch.* d) *deest* 3a.b *praebet Sch.* e) constituto 3a. f) et u. *desunt Sch.* g) *deest* 3a. h) wormaciensi 3a. i) secreto 3b. k) occulte 3a. l) scultetos magistros 3a.

mota, amicitias sive[a] inimicitias aut dona data vel promissa non[b] respiciendo. Domnus 1233. episcopus vero iurabit et etiam inter consules vel faciet capellanum suum iurare in animam suam, quod fidelis sit civitati et civibus, iura eorum in omnibus promovendo vel[c] meliorando, iuste iudicando, secreta consilii firmiter celando, iudices sine pecunia eligendo, in omnibus hiis amicitias vel inimicitias absque omni dolo et fraude non[d] inspiciendo. Hiis dictis et verbis completis dicet capellanus: *Hec iuro in animam domini mei episcopi ab ipso fideliter observanda, ut sic episcopum Deus adiuvet et conditor[e] sanctorum euangeliorum.* Et hiis honeste peractis sedit domnus episcopus cum hiis quindecim iudicando et civitati ac civibus se providendo. Migravit enim a seculo idem venerabilis pater domnus Heinricus anno Domini 1234. secundo Idus Septembris, et sepultus est in choro Sancti Petri. Ipse etiam paucis 1234. Sept. 12. ante obitum suum temporibus inchoaverat claustrum ad hortum sancte Marie, ad quod omnem suam addiderat[e'] diligentiam.]

[Post obitum vero predicti domni episcopi pie memorie ad tres ebdomadas electus fuit concorditer domnus Landolfus decanus in episcopum. Cui primo valde bene successit, quia breviter a domno archiepiscopo Moguntino confirmatus fuit. Et statim accedens Ezzelingen[f] a domno Heinrico[g] rege ibidem existente regalibus est investitus. Postmodum reversus est 1234. Nov. 1. et honeste a clero et a civibus receptus, et assumens quindecim consules constitutos, consilio frequens presedit[h]. Decesserat enim unus consulum vir honestus et discretus Ebelinus[i] in vico sancti Petri, cuius loco ipse unum substituit.]

Anno[l] 1233. 3. Kalendas Martii episcopus Heinricus statim constituit novem cives saltem in senatu et sex milites, depositis quadraginta antiquis. Testes Cunradus episcopus Spirensis, Hermannus marchio de Baden, Eberhardus de Eberstein, Wernherus dapifer de Bolandia, Cunradus pincerna de Clingenberg, Cunradus de Sundevelt et alii plures.

[k]Anno Domini 1233. tunc primo incepit domnus Heinricus Romanorum rex et dux Suevie opponere se totis viribus domino et patri suo Friderico Romanorum imperatori, Iherusalem et Sicilie regi. Offenderat enim in multis patrem suum, et in hoc maxime quod nobilissimam matronam domnam Margaretham coniugem suam, illustris ducis Austrie filiam, deserere voluit, et sibi assumere sororem regis Bohemie. Timuit ergo patrem in multis que fecerat, et sciebat eum se gravasse. Et ideo institit rex omnibus modis, qualiter imperatori viam ingrediendi Theutoniam precluderet. Assumptis suis consiliariis et eorum super hoc usus consilio, poscebat obsides a suis civitatibus, ut per hoc sibi resistere et patri adherere non possent. Dati sunt ei itaque obsides ab aliquibus civitatibus. Misit etiam pro civibus Wormatiensibus, et institit cum omnibus modis, ut sibi denuo iurarent et eum iuvarent et etiam astarent contra quemlibet hominem viventem. Ad quod cives unanimiter responderunt, profitentes se ipsi ei iurasse sicut suo regi et domino, et quod nullo modo sibi aliud iuramentum vellent neque deberent facere, nisi prenominato in hoc patre suo domno imperatore, quem nequaquam excluderent ipso vivente. Ad quod rex respondit, quod mentionem domini et patris sui in hoc iuramento non admitteret. Cives vero respectu iustitie et etiam dilectionis quam habebant ad domnum imperatorem ipsum excludere nolebant.

Postea statim venit domnus rex apud Wormatiam, et iterum diligentissime commonuit cives multis bonis promissionibus, et etiam incutiens[l'] eis minas et terrores. Sed tamen ab eorum proposito eos minime removere valebat. Erant etiam cives Spirenses cum Wormatiensibus in hoc articulo aliquamdiu stantes; sed in brevi per episcopum eorum domnum Conradum dictum de Than tandem

[Anno Domini 1234. die que precedit vigiliam sancti[m] Iohannis baptiste incensus est etiam ignis in curia Sigolonis[n] Gozmari, que nunc dicitur Schoeneck[o]. Et exusta fuit civitas totalis, inferius usque ad murum civitatis, superius usque ad finem vici sancti Petri prope ripam, cum[p] inestimabili dampno.] Iun. 22.

[Interea opponit se domnus Heinricus[q] rex domno imperatori, patri suo, cui cives

a) s. i. *desunt* $3^{b}$. b) *deest* $3^{a}$. *additum supra lineam in* $3^{b}$. c) et $3^{a}$. d) *deest* $3^{a}$. *add. supra lineam in* $3^{b}$. e) conditores $3^{a}$. e') addidit $3^{a}$. f) *ita correxit chartam regiam secutus Böhmerus;* hagenaiam $3^{a, b}$. g) *ita emendavit B.* conrado $3^{a, b}$. h) possedit $3^{a, b}$. i) ebolinus $3^{b}$. k) *quae sequuntur* 1. *et* 2. *praebent.* l) *cod.* 2. l') includens 1. 2. m) nativitatis $3^{c}$. n) *ita* $3^{a, b}$. sigilonis $3^{c}$. o) schoneck $3^{c}$. p) c. i. d. *desunt* $3^{a, b}$. *adsunt* $3^{c}$. q) conradus $3^{a, b}$.

1234. seducti consentierunt regi, et iuraverunt ad omnem eius voluntatem.

Videns itaque rex quod nullos haberet sibi resistentes in hiis partibus et in hoc negotio nisi solam civitatem Wormatiensem, iratus et commotus est supra modum. Misit ad eos multos nobiles nuntios, et etiam domnum episcopum Wormatiensem nomine Landolfum, qui eodem anno post obitum domni Heinrici episcopi in quinta die Octobris electus fuit in episcopum. Qui etiam multum laboravit cum civibus, ut voluntas regis admitteretur. Et in hoc nichil profecit, quia a domno imperatore eos nemo separare potuit. Rex vero hoc videns infremuit, excludens cives Wormatienses a gratia ipsius, licentians omnibus eis nocere in rebus et personis. Invasit[a] insuper eos cum omnibus suis spoliis incendiis et rapinis. Hec enim et hiis similia[b], quecunque potuit, mala ipsis inferre totis viribus conabatur. Hiis vero temporibus nullus civium ausus fuit egredi civitatem, sustinentes dampna magna et innumerabilia propter domnum imperatorem[c], sustinentes etiam expensas multas in equis armis et sagittariis, unusquisque civium tenens pro posse, et etiam Deo teste ultra posse. Quamvis enim in omnibus hiis afflicti et dampnificati, tamen a sua fide ad valorem fabe nu quam declinaverunt.

1235. Cum enim rex per has penas magnas cives Wormatienses vincere non posset, statim post pascha anno 1235, Apr. 8. convocatis omnibus suis fautoribus in partibus istis, venit. Et convenerunt apud Oppenheim. Et in die Apr. 25. sancti Marci ewangeliste mittens eos Wormatiam cum quinque mille[d] armatis et pluribus. Qui venientes hora prima, volentes civitati nocere, quod adimplere non poterant; sed tamen in suburbio civitatis quod dicitur ad sanctum Michaelem, triginta[e] domos vel paulo plures combusserunt. A civibus vero taliter coacti sagittis et pugnis, statim hora sexta reversi sunt Oppenheim ad suum regem. Erat autem inter eos Fridericus comes de Liningen, et silvester comes, et alii multi comites et nobiles, quorum aliqui interim cum civibus composuerunt tam petitionibus quam etiam denariis.

per omnia assistebant et favebant. Attamen Landolfus episcopus propter bona sibi impensa a domno Heinrico[f] rege, exstitit sibi devotus et familiaris. Quod cives non repugnabant, et eo minus domno imperatori[g] non adherebant. Diligebant etiam[h] cives domnum Landolfum episcopum valde, et ideo permiserunt eum equitare ad regem, qui ipsis gravis extitit, quandocunque[i] voluit. Et ecce decanus et octo et alii de capitulo qui eum elegerunt[k] valde benigne, incipiebant sibi invidere, machinantes ei mala que poterant. Erat enim domnus imperator in veniendo contra filium suum; ad quem dicti canonici miserunt, accusantes domnum episcopum valde graviter.

Accidit autem cum domnus imperator intrasset primo Wormatiam, et sicut decuit honestissime a clero et a civibus fuerit receptus, anno Domini 1235. in die sancti Udalrici aderant duodecim episcopi pontificalibus induti, inter quos erat domnus Landolfus episcopus. Quem cum imperator vidisset, ante monasterium stetit, et iussit eum abire de aspectu suo. Et quia dominus tunc erat nimis prepotens, timuit enim eum omnis homo, et continuo exutus est episcopus et[l] intravit domum Constantini capellani sui. Et continuo accesserunt cives ad domnum imperatorem, rogantes diligentia qua poterant, necnon obsequiorum suorum ipsum commonentes, pro episcopo eorum, ut ipsum gratie sue reciperet. At[m] ipse imperator totaliter ipsis denegavit, quod certe cives supra modum grave ferebant. Et propter instantiam adversariorum domni episcopi oportebat eum exire civitatem. Et inde contristatus exivit ad moniale monasterium in curiam abbatisse[n].

Supervenit itaque breviter domna Elisabeth[o] imperatrix, soror domni regis Anglie, cum qua domnus imperator[p] celebravit nuptias in Wormatia sollempniter in divisione apostolorum[q]. Celebratis itaque nuptiis die predicta anno Domini 1235. assumpta domna imperatrice accesserunt[r] Hagenowiam[s]. Traditores vero domni Landolfi episcopi, qui honorem ecclesie sue totaliter[t] relinquentes ipsum insequebantur, et qui[u] ad hoc insta-

a) invadit 2. b) similiter 2. c) 3c. *scribit:* armatos equites et pedites ad se recipientes et in domibus suis eos nutrientes secundum possibilitatem singulorum. d) cum D. 1. quinque millia 3c. e) quadraginta 3c. f) conrado 3a. b. g) Ille imperator fuit a papa depositus quare Wormacienses ei adheserunt, quod semper fecerunt, et hodie etiam contra papam et ecclesiam Romanam facere non cessant. 3a. *in marg.* h) enim 3b. i) quocumque 3b. k) eligerunt 3a. l) *deest* 3a. b. m) Ac 3a. n) 3c *pergit:* Et sic superior conventio, tempore Heinrici episcopi, immutata fuit et non tenta ad tempus, donec iterum interdicto posito supradicta conventio recepta iterum fuit, pro eo quod Heinricus filius imperatoris favebat Landolpho episcopo. o) elizabeth 3a. p) d. i. *desunt* 3a. b. *supplevit B.* q) *haec anno* 1262 *perperam adsignat* 3c. r) *deest* 3b. s) hagenawam 3b t) *deest* 3b. u) quia 3a. b.

Orta[a] est enim interea discordia et guerra maxima inter domnum Gregorium papam nonum et domnum imperatorem, ita quod eum excommunicationibus et aliis malis omnibus quibus poterat fatigabat.

[Heinricus tamen ubicumque potuit annis fere duobus gravissime impugnavit. Postea adveniente Friderico secundo cum gaudio magno Wormatiensium, ab Heinrici regis[b] insidiis liberati sunt. Dehinc Heinricus rex[b] veniens ad patrem in Wormatia misericordiam petiit, sed non obtinuit, fecitque eum capi pater suus et in domum magnam lapideam circa Sanctum Andream includi, a quo perductus fuit[c] Heidelbergam[18]; et inde[d] ad Altzheim. Dehinc in Siciliam missus est cum galera; ubi usque ad diem mortis suae in castro quodam sub arcta et diligenti custodia fuit. Imperator autem iram suam contra adiutores filii effundens, omnes persequi coepit, et quam maxime Landolfum episcopum, quem ab urbe fugavit. Sed intercedentibus pro eo multis, misericordiam impetrare non potuit.

Interea Fridericus pergens ad Lombardiam, Conradum[e] regem filium suum et regnum Teutoniae commisit Conrado archiepiscopo Moguntinensi.

Sed excommunicato Friderico, episcopus praefatus publicare noluit, licet saepe a papa ammonitus fuit, quia ipse procurator sive tutor Conradi filii eius fuit.

Mortuo autem papa anno Domini 1242, Conradus praedictus suis mandavit suffraganeis praedictam excommunicationem; propter quod et timor et tremor omnes invasit et mala plurima secuta sunt.]

bant quod domnus Heinricus de Cathanea[f] prothonotarius a domno imperatore episcopus Wormatiensis constitueretur, ideo habebant litteras quascunque volebant, statim procurabant litteras ad cives ut domnum episcopum a loco illo unanimiter removerent[g]. Quod cives facere noluerunt, et ideo statim iudicem[h] a domno imperatore missum Wormatiam[i] Marquardum nobilem virum de Sneitde[k] procuraverunt. Videns hec domnus episcopus, breviter se expediens una cum venerabilibus patribus domno Conrado de Than Spirensi episcopo et domno Hermanno Herbipolensi episcopo, qui in eadem dampnatione erant, accessit ad curiam Romanam. Iudex vero Marquardus, assumens sibi quatuor milites et septem cives, consilio presedit, et iudicanda[l] iudicavit, ac tributum in ministeriales ecclesie posuit et recepit. Hiis omnibus valde inviti cives consenserunt[m], quia aliud facere non audebant. 1235.

Audiens autem imperator hos episcopos ad domnum papam accessisse, valde timuit. Et continuo misit fratrem Hermannum magistrum domus Theutonice, virum valde prudentem, ad curiam Romanam. Qui cum illuc venisset, invenit hos tres episcopos ibi. Et domnus papa totaliter iratus fuit in imperatorem quod hec facere audebat; voluit eum denuntiare et totam terram suam ponere sub interdicto. Que omnia frater Hermannus sua astutia deposuit, et reduxit episcopos, promittens domno pape ipsos gratie[n] domni imperatoris honeste et secundum voluntatem eorum restituere. Qui continuo cum ipso exeuntes, duxit ad imperatorem, et perfecit omnia que promisit.

Hiis honeste peractis, domnus Landolfus episcopus reversus est Wormatiam; et honestissime receptus, restituit divina que in recessu suo per totam civitatem suspenderat, quam suspensionem clerus et cives propter ipsum libenter sustinuerant, quia ipsum diligebant. Venit itaque die dominica qua in ecclesia cantatur *Gaudete in Domino*, que[o] ipsa die celebrata fuit[p] in ecclesia maiori cum maximo gaudio, quod episcopus sic vicerat tribulationes suas. Et ante introitum suum oportebat iudicem exire civitatem; et sic confusi sunt sui[q] adversarii. Attamen domnus imperator rogaverat domnum episcopum, ut eos gratie sue reformaret. Statim etiam domnus episcopus resumens suos quindecim consiliarios, consilio honeste et potenter presedit.

Procuraverant etiam adversarii sui, quod domnus imperator misit ei litteras, 1238. Nov. 6.
consulendo et rogando quod cum quatuor militibus ecclesie ministerialibus et cum octo civibus huic consilio presideret[r]. Hec procuraverant adversarii domni episcopi ob hanc causam, ut ipsum ab episcopatu removerent si statuta predecessorum sui infringeret, que per omnia salva et rata iuraverat conservare. Ad hanc

a) 1. *pergit fol.* 19. b) *deest* 3c. c) f. ad H. 3c. d) ab illo 3c. e) *haec ita restituere tentavi;* 3c. Conrado filio Teutoniam commisit et episcopum Conradum Moguntinensem. f) kathania 3b. g) removeret 3b. h) iudices 3a. b. i) wormacie 3a. k) schneitde 3b. l) iudicando 3b. m) consencierunt 3a. n) gratia 3b. o) qua 3b. p) sunt 3b. q) *deest* 3b. r) praesiderent 3b.

18) cf. Annales Erphesfordenses a. 1234.

1238. litteram domnus episcopus respondens ait: quod prius de corona capitis usque ad plantam pedis vellet excoriari, quam minimum articulum, sui predecessoris maximis laboribus et expensis ac cleri obtentum, in vita sua deponere vellet. Et sic cessavit domnus imperator, nolens contra iuramentum suum aut aliquo contraire.

Ian. 25. Postea statim in conversione sancti Pauli duxit domnus episcopus griseas moniales in Nunnenmünster, volens perficere pium opus quod antecessor suus noviter inchoaverat. Priores vero domine nigre, super ipsum clamantes, occidere eum intendebant[a], inpalpantes eum minus honeste in loco pudibundo quando post prandium ipsa die[b] deambulabat in eadem ecclesia. Et in veritate si Ulricus Militellus marscalcus suus non affuisset, ipsum interemissent. Ipse autem continuo captivans abbatissam neptulam suam, misit ad Lapidem castrum suum. Relique vero moniales continuo surgentes[c], accesserunt ad imperatorem, dicentes quod de antecessoribus suis essent fundate, et quod ipse eorum esset advocatus. Et postulabant consilium et[d] auxilium, super ipsum gravissime conquerentes; et commorabant in curia acquirentes sibi amicos minus honeste. Accidit autem quod domnus imperator, volens per festum pentecosten esse in Spira, vocavit domnum episcopum et alios quos habere potuit principes. Quo accedens domnus episcopus cum honesto comitatu, et ecce invenit domnas moniales coram imperatore graviter de ipso conquerentes, et habebant multos advocatos. Imperator dixit: *Domne episcope, audite et respondete!* Dixit statim episcopus: *Audite omnes domini mei episcopi et principes, quod domnus imperator assistit istis monialibus ne serviant Deo. Et si sciret, qualiter ipse in curia sua acquisissent hos advocatos, nequaquam ipsis assentiret.* Hec et alia que ad honorem Dei conveniebant, et etiam qualiter domnus papa hec fieri precepit, et qualiter essent fundate et ecclesie sue alligate, peroptime proponebat. Et statim omnes domini surgentes, domnum imperatorem rogabant, ut melius crederet principi suo quam talibus personis. Et domnus imperator statim ad ista consentiebat, dicens monialibus: *Ite et obedite episcopo vestro.* Audientes hec moniales, maximo clamore et lacrimis abierunt.

Dixit autem domnus imperator: *Quia vidimus in privilegiis earum advocatiam claustri et ville nobis attinentem, absolvimus eam et concessimus burggravio[e] nostro de Spiegelberg*[19]. Ad que domnus episcopus respondens instanter rogavit, ut sibi et ecclesie sue ac civitati talia que possent ipsos gravare deponeret, ut si[f] ab ipso burggravio[e] hec redimere posset, sua bona voluntate fieri permitteret[g]. Similiter et cives, quorum multi aderant[h], cum diligentia rogabant. Et domnus imperator preces istas benigne admisit. Tandem vero domnus episcopus post aliquos dies vocato burggravio[i] pro centum libris Wormatiensibus cum ipso terminavit, quas cives solverunt. Et ideo quicunque est magister civium, advocatus Nunnenmünster existebit. Et sic per Dei gratiam a tali domino civitas est perpetuo liberata.

Die vero pentecosten celebravit domnus Landolfus episcopus missam sollempnem coram domno imperatore in ecclesia Spirensi. Feria vero tertia domnus episcopus, peractis feliciter omnibus negotiis suis, cum suo comitatu et maximo gaudio reversus est Wormatiam.]

1241. [Anno[k] Domini 1241. supervenerunt magna et horribilia mala, videlicet quod congregatio Tartarorum innumerabilis et inexpugnabilis potenter transivit per Ungariam, et ibi maxima dampna et inaudita ac miserabilissima[l], populum christianum occidendo, civitates opida et villas destruendo. Et cum iam essent in introitu terre Austrie, nullus illis potuit resistere. Audiens hec domnus Sifridus archiepiscopus Moguntinensis, volens huic provincie terre et populo christiano providere[m], habito consilio sano, indixit per totam provinciam Moguntinensem stationes processiones cum reliquiis et orationes cum missis contra Tartaros. Que omnia observabantur, quia homines fuerunt quasi desperati. Iussit quoque et indixit per totam provinciam prememoratam crucem predicare. Et sic predicata est cum maxima diligentia per omnia loca sub tali forma, quod qui signarentur contra Tartaros, remissionem omnium peccatorum suorum reciperent; et qui propria persona ire non

a) intentabant palpantes 3[b]. b) p. p. diu 3[b]. c) insurgentes 3[a]. d) et a. *desunt* 3[b]. e) *ita B. ex codice;* reingravio 3[a, b]. f) sibi 3[b]. g) promitteret 3[b]. h) a. similiter *c.* 3[a, b]. i) reingravio 3[b]. k) *quae sequuntur praebent* 3[a, b]. l) *scilicet* inflixit. m) *deest* 3[b].

19) arx a meridie Germersheim sita. *B.*

possent nec vellent, de bonis suis secundum quod Dominus inspirasset tribuerent[a], quod 1241. aliis euntibus et non habentibus distribueretur[b]. Et sic fere totus populus est signatus. Et congregata est pecunia ubique locorum infinita. Supervenerunt itaque iisdem temporibus alia nova, quod Tartari ad alias partes secessissent. Tunc episcopi et domini pecuniam congregatam inter se diviserunt. Sed domnus Landolfus episcopus Wormatiensis pecuniam Wormatie congregatam et in episcopatu, singulis reddi iussit.]

[Anno[c] 1241. in auctumno offensi sunt quidam cives Wormatienses a quibusdam de Osthofen. Itaque cives has iniurias nequaquam poterant tolerare sine vindicta. Et statim in crastino sancti Galli exiverunt cives, ac domnus Landolphus episcopus Wormatiensis Oct. 17 cum eis, Osthofen versus, ut ibidem sua gravamina vendicarent. Quo viso, tam milites quam rustici eiusdem ville cemiterium suum, quod valde bene munitum erat, intraverunt. Accesserunt etiam cives, volentes eandem munitionem ab eis inquirere, et non valebant attemptantes omnibus modis. Ipsi enim tam per iacturas quam per sagittas se defendebant taliter, quod per eos quatuor ex civibus vitam finiverunt. Erat autem cemiterium fossis et propugnaculis bene munitum. Cives autem multum conturbati recesserunt. Et orta est magna dissensio inter cives et villam. Sed tandem composita per domnum Marquardum scultetum de Oppenheim, et dictum cemiterium in suam recepit potestatem, attemptans compositionem inter partes. Tandem per consensum Conradi regis definitum est, et cemiterium in manus civium traditum. Ipsi statim accedentes, munitionem eius totaliter confregerunt. Milites etiam et rustici dampna omnia que civibus fecerant emendebant et persolvebant, insuper addito iuramento, quod dicti de Osthofen civibus Wormatiensibus unquam paratos[d] ac subditos ad quelibet servitia se exhiberent, et cemiterium sine voluntate civium nunquam[e] reedificarent. Super his indignati sunt civibus domnus Wiricus de Duna et domnus Conradus de Wartenberg, qui advocati sunt ville eiusdem, dicentes cives eorum districtum potenter intrasse, volentes eorum esse inimici. Tandem vero coram domno rege factus est domnus Wiricus civitatis amicus. Similiter domnus Conradus ~~factus est amicus~~ civium coram domino nostro episcopo. Et sic omnia felici pace perfecta[f].]

Anno 1242. in die palmarum excitatus est ignis casualiter prope Andree, et combusti plus quam trecenti homines, quorum pars in cemiterio sancti Iohannis hospitalis, pars in sancti Magni, pars in sancti Sylvestri in una fossa sepulti sunt. Quo incendio dampnificata est civitas tam in edificiis quam in annona vino et aliis plus quam centum et viginti milia marcarum preter miserabilem suffocationem hominum, quod maximum est.

[Anno Domini 1242. in die palmarum 1242 Apr. 13 Idus Aprilis hora vesperarum ipsa die incensus est miserabilis ignis prope ecclesiam sancti Andree. Et plus quam medietas civitatis totaliter cum ecclesiis infra iacentibus concremata est penitus. Et plus quam trecenti homines in igne exusti et suffocati. Quis hec estimare poterit? Qui[g] tamen in cemeterio sancti Magni sepulti sunt.]

Eodem anno Sifridus archiepiscopus Moguntinus capitalis Wormatiensium hostis factus est ob hanc causam, quod cives ei nolebant ministrare neque vendere victualia, cum ipse cum magno exercitu iacebat in rure quod dicitur gaw[20] circa Wormatiam, volens nocere domno Ottoni palatino comiti Rheni et duci Bawarie[21]. Et eodem tempore multa mala fecit claustris sanctimonialium Mulne et etiam Frankenthal, quod per incendium dampnificatum et devastatum fuit. Depredavit etiam cives Wormatiences ad valorem mille marcarum, cives etiam multos captivando et multis afflictionibus puniendo, aliquos ex eis ad mortis supplicium affligendo.

Anno supradicto obsedit Castellam volens eam devastare, sed tandem per domnum Philippum de Hoenfels et domnum Philippum de Falkenstein imperatori fuit presentata. Cum ergo venisset Moguntinus episcopus cum suis ante dictam civitatem, et castra metatus esset, et instrumenta eius bellica

[Insuper[h] et eos excommunicavit, et alios ad hoc instigavit, maxime episcopum Wormatiensem; et si hoc non fecerit, presbiteros omnes ab eius obedientia absolvit. Sed cives cum episcopo hoc non acceptantes, ad curiam appellabant, licet tunc papa non esset electus.

a) tribueret 3[a] b) distribuerentur 3[a]. c) *ex annalibus Wormatiensibus a.* 1726 *in* 4° *exaratis.* d) *ita emendavi.* partes 4. e) unquam 4. f) *hucusque codex* 4. *anni* 1726. g) Qui — sunt 3[c]. *desunt* 3[a]. [b] h) *ita pergit, omissis quae hic e latere legimus,* 3[c].

20) i. e. pagus Wormatiensis. 21) Hermannum etiam marggravium Badensem pro viribus adfuisse civibus scribit 3[c].

1242. posuisset, erat namque Marquardus scultetus de Oppenheim in Castella; audientes hoc cives, preparaverunt naves suas bellicas et bene munitas, venerunt apud Moguntiam. Videns autem eos episcopus Maguntinus tam fortes advenire, recessit de obsidione, comburens sua instrumenta propria. Cives vero Wormatienses, liberata civitate et sculteto, et acceptis navibus episcopi, cum gaudio reversi sunt Wormatiam. Quod constitit cives in expensis quadringentas marcas. Ponebant etiam sagittarios in Castele ad defensionem, qui constiterunt in expensis sexaginta marcas et plus.

Eodem anno[a] mense Augusto venit Conradus rex Wormatiam, petens auxilium ab eis in Ringoviam. Preparaverunt itaque statim naves peroptime constructas propugnaculis bellicis, et descenderunt Ringaviam cum ducentis armatis et expensis honestissimis, sequentes regem per sex hebdomadas, expensis propriis super civitatem Wormatiensem factis ad trecentas marcas et amplius.

Electo vero papa, iterum interdictum statutum est in civitate nostra anno Domini 1245, propter quod multi exierunt sacerdotes et monachi. Coeperuntque imperatorem[b] Conradum regem multi persequi episcopi, et non erat pax in omni terra. Si quis autem exierit civitatem tunc temporis, huc usque in perpetuum non licuit amplius ingredi, amissa etiam omni civitate[22] et iurisdictione. Eratque tunc temporis tribulatio magna in civitate Wormatiensi tam ab[c] episcopo proprio quam Moguntino et Coloniensi archiepiscopis, qui intus cum interdicto et extra vexationibus et tribulationibus eos multum molestabant, dicentes eos hereticos et non christianos bonos, eo quod adherebant imperatori heretico Friderico et schismatico. Inter hec tamen licet innumera paterentur damna rerum, adhuc tamen ab imperatore Friderico recedere noluerunt; sed multi ex hoc cives depauperati, in forma mendicantium civitatem exierunt.]

Postquam vero rex villas fere omnes succenderat, reversus est et cives cum eo
Sept 8. in nativitate sancte Marie virginis.

1243. Anno 1243. venit iterum domnus rex Conradus mense Augusto cum exercitu potenti, ducens secum episcopos et abbates et principes et multos magnates, volens sicut debuit nocere episcopo Moguntinensi et sibi requirere Castellam civitatem, quam ipse episcopus magna fraude et pecunia promissa fraudulenter in suam traxerat potestatem. Transivit nempe cum suo exercitu per Bergstrassiam, veniens ante castrum quod dicitur Starkenberg, de quo multa dampna civibus Wormaciensibus sunt illata ad estimationem quingentarum marcarum. Misit ergo ad cives postulans auxilium. Qui statim cum medietate civium exeuntes in auxilium, et ad precepta illius exsecantes vineas, et commorantes cum rege octo diebus propriis expensis ad estimationem ducentarum marcarum et amplius, et reversi sunt. Procedens autem domnus rex potenter pervenit Castellam, et obsidens eam, et statim tradita est ei. Et muniens eam, cum suis statim descendit in Ringaw ad Rudenesheim[23]. Et subito misit pro Wormatiensibus, ut ad eum descenderent. Qui cum expensas et labores maximos sustinuissent, has etiam sustinere non recusabant, et mox cum navibus suis bellicis preparatis et centum armatis et sagittariis descenderunt, Rudenesheim pervenientes. Et ibidem multis laboribus et expensis existentes tribus septimanis ad estimationem ducentarum marcarum, postea reversi sunt cum domno rege. Commisit etiam domnus rex Castellam domno Wirico de Dune, qui magnum telonium ibi a Moguntinensibus et Wormatiensibus et aliis civitatibus extorquebat.

1244. His etiam temporibus passi sunt Wormatienses multa dampna magna et innumerabilia a domno Moguntinensi episcopo et suis fautoribus, similiter a domno Cunrado Coloniensi archiepiscopo et domno de Isenburg, qui cives Wormatienses depredaverunt ad estimationem quingentarum marcarum. A fidelitate tamen sua nunquam declinaverunt. Tandem itaque in his positi angustiis, poscebant auxilium a domno rege, per quod tam domnus episcopus quam ipsi se et sua tuta possent conservare. Ad quod domnus rex statim inclinatus, mittens eis auxiliatores, videlicet domnum Philippum de Hohenfels et domnum Philippum de Falkenstein, quos ipse propria sua pecunia conquisivit, et iniunxit ipsis ut per annum cum

a) *haec et in Bodmann Rheingauische Alterthümer p. 105 leguntur.* b) *deest* 3c. c) *deest* 3c.
22) iure civis Wormatiensis. 23) Rüdesheim.

eorum familia in civitati Wormatiensi permanerent, iuvantes et astantes civibus omnes. 1244. Intraverunt ergo civitatem dicti domini nobiles anno 1244. in die sancti Mathei apostoli et euangeliste, et ipsa die iuraverunt domno episcopo et civibus Sept. 21. astare contra quemlibet.

Anno 1244. in die sancti Thome apostoli Castella prodita episcopo Moguntino, Dec. 21. qui adversabatur dominis Philippis, ab Eberhardo de Eychezill, funditus eversa est ab episcopo.

Curia[a] enim Romana in optimo erat statu apud Lugdunum, quia de concordia fol. 23. magna erat confidentia, super eo quod domnus papa imperatorem ad sanctum vocaverat concilium. Accesserunt itaque ad summum pontificem ante pascha Maguntinus et Coloniensis archiepiscopi, et multa apud eum contra domnum imperatorem ibidem tractaverunt; promittentes etiam domno pape, quod si imperatorem deponeret, regem potentem in loco suo sibi et ecclesie absque mora et indubitanter presentarent. Super quo curia multum congratulabatur. Hiis enim promissionibus et suggestionibus domnus papa a dictis archiepiscopis ad hoc inductus est, quod statim in cena Domini[23] cum divina in Lugduno celebraret, 1245. domnum imperatorem sollempniter et coram omni populo excommunicatum tam a predecessore suo domno Gregorio quam ab ipso publice denuntiavit. Super quo perterriti et admirati sunt universi. Hiis vero peractis, statim ad sua reversi sunt archiepiscopi memorati, et per totam Theutuniam quecunque poterant mala imperatori tractare modis omnibus conabantur, temptantes etiam ubique, ubi regem super eum possent invenire.

Anno vero Domini 1245. proxima dominica post nativitatem gloriose virginis fol. 21. Sept. 10. Marie omnes tam vicarii quam parrochiani simul tacuerunt, divina non celebrantes, excepto solo domno Conrado de sancta Cruce, qui tamen in proxima nativitate Domini etiam cum aliis tacuit.

Anno[b] 1245. Simon de Schowenberg composuit cum Wormatiensibus secundum consilium domni Friderici comitis de Liningen, domni Philippi de Hohenfels, domni Philippi de Falkenstein ac domni Conradi Hirsuti comitis et sculteti de Oppenheim.

Excessus Iacobi militis de Lapide, qui nunc ii de Oberstein dicuntur: Domnus episcopus deposuerat eum propter fraudem quam fecerat ei, deponens homines suos de eodem castro quando domnus episcopus captus fuit a Romanis. Iacobus vero, volens innocens esse, restitui postulabat. Domnus episcopus timens maiora, hec sibi fieri totaliter recusabat. Et Iacobus domnum episcopum ac suos in quibus poterat molestare non desistebat. Accidit autem cum domnus episcopus esset Lugduni apud domnum papam, idem Iacobus consilio fratris sui Alberti dicti Rape cantoris Wormatiensis maxima fraude et astutia volebat acquirere dictum castrum ad Lapidem[24]. Preparaverat vero duos currus magnos et bonos, reponens super 24 illos sedecim armatos et balistarios, et desuper pannis contectos avenam superponens, ita quod omnibus videntibus currus avenam deportantes videbantur. Quos etiam currus ad Lapidem transmisit, et a longe cum multis armatis secutus est eos. Transeuntes Rhenum apud Ibernsheim, currus pervenerunt prope castrum. Primum pontem transeuntes clamabant ductores illis super castrum: *intromittere hanc avenam que missa est vobis*. Illi nempe gavisi, exierunt in occursum avene. Pauci autem tunc erant in castro, quia Heinricus de Hoheneck, frater domni episcopi, cui castrum erat commissum, non erat tunc ibi. Familia vero, non propriis sensibus sed Dei gracia muniti, ulterius non progrediebantur. Videntes hec ductores quod familia quasi premunita staret ante portam, fugam capientes reversi sunt. Iacobus etiam cum equitantibus domum succendit, et statim recessit. Et ecce fraus eius et fratris sui cantoris astutia nichil profuit. Acta hec sunt 1245. dominica prima adventus Domini. Dec. 3.

a) *quae sequuntur praebent* 1. 2. b) *ab hinc pergit* 2.

23) Immo Fridericus d. 17. Iul. 1245. excommunicatus est. B. 24) Castrum zum Stein Wormatiensibus ad septentrionem situm erat in dextera Rheni ripa, ubi Weschnitz influit. B.

1246. fol. 28. Anno[a] Domini 1246. mense Martio orta est discordia in Wormatia, volentes ut essent quadraginta consules, qui a venerabili domno Heinrico quondam Wormatiensi episcopo in quindecim personas fuerant mutati. Auctores vero huius scismatis primi et precipui erant: Gerhardus Magnus, Marquardus Buso, Otmarus inter gades, Wuzo[a*] Militellus, Heinricus Helcrapho, Sigelo Eigelmari[b], Heinricus Rufus, Wuzo[c] Dirolfi, Herburdus Raparius, Iacobus Marggravii, Heinricus de Pfeffelnheim[d], Heinricus dictus Iudeus et eorum fautores[e]. Imponebant nempe isti multa et detractiones consiliariis Wormatiensibus, quorum erant duodecim, et tres mortui tunc erant et non- fol. 35. dum erat numerus eorum impletus. Erat[f] enim quedam discordia diu exorta et durata temporibus venerabilis domni Landolfi episcopi inchoata, ita quod sepius resistebatur illis quindecim consiliariis, qui secundum formam olim inter domnum Heinricum quondam episcopum et cives compositam erant constituti, ut pacem iudicarent aut consilio presiderent; propter quod multa mala sepius perpetrata inulta remanserunt. Hanc itaque voluntatem et propositum cives perficere volentes, totis viribus verbis et factis ad hoc instíterunt domno regi, ut permitteret eos quadraginta consules eligere secundum formam antiquam ab imperatoribus ipsis concessam.

Aug. 5. Anno[g] 1246. in die sancti Oswaldi regis conflictum habuit Conradus rex prope fluvium Nidda, ad quem Conrado miserunt Wormatienses armatos et naves bellicas, que constiterunt eos in expensis et aliis centum et quinquaginta marcas Colonienses. Et quia Landolfus episcopus huic conflictui non interfuit, dampnificatus est a domno Moguntino ad centum marcas et amplius.

Anno 1246. Conradus rex duxit in uxorem filiam Ottonis palatini Kal. Septembris.

1249. Aug. 22. Anno 1249. in octava assumptionis gloriose Virginis orta est quedam discordia a servis Zurnonis marescalci[26] cum servis domni Philippi de Hohenfels. Et clamor pervenit in civitatem, et statim communis populus irruit in eum. Et invitis melioribus de civitate intraverunt hospitium domni Ludevici, filii ducis palatini comitis Rheni, qui tum erat

[Postea sedit domnus Landolfus episcopus et consules quindecim civitatis, cum honore regentes et gubernantes. Accidit autem[h] post paucos annos, quod quoddam homicidium sub noctis silentio in quodam iuvene nomine Eberhardo fuerat perpetratum, in quo excessu quidam consul nomine Marquardus Buso dicebatur interfuisse. Et licet cum[i] hoc probari per noctem non potuisset, tanta relatione et signis domnus episcopus consules testificari[l], lesas totaliter habebant conscientias; et sic anxiati qualiter a predicti Marquardi consortio liberarentur, omnes consules simul consilio unanimi exierunt, dantes in manus episcopi ut eligeret quos vellet. Ipse vero episcopus assumens in animam suam omnes preter quinque, et in locum illorum alios substituit, et sic iterum cum illis quindecim consulibus sedit in pace.

Tandem vero post aliquos annos illi eiecti assumentes Gerhardum militem, dominum magnum, fecerunt conspirationem, et attraxerunt sibi omnes potiores civitatis milites cum multis aliis, ita quod tota civitas ipsis adherebat, volentes illos quindecim consules destituere et quadraginta reparare. Videns enim hoc domnus episcopus, una cum clero et cum illis quindecim ipsis potenter resistebant; et quamvis duos de illis quindecim ad eorum voluntatem habuissent, tamen propter sententias domni episcopi quas in ipsos fulminare intendebat, a suo proposito eos decedere totaliter oportebat. Et sic sedit domnus episcopus in bona pace et tranquillitate usque ad extremum vite sue, et diligebatur multum a civibus.

Supervenit itaque quod domnus Sifridus archiepiscopus Moguntinus dedit[m] domno Landolfo episcopo in mandatis valde districte, quod domnum Fridericum imperatorem et domnum Conradum regem, natum suum, ac[n] omnes fautores eorum publice, incensis candelis et campanis pulsatis, singulis diebus festivis denuntiaret. Et quia cives dictis dominis totaliter adherebant, domnus episcopus nolens et timens[o] eos offendere, sua pecunia magna et suis cleinodiis apud domnum archiepiscopum has sententias sepius liberavit, ita quod[p] ad maxima debita fuerat perductus.

Migravit igitur ab hoc seculo hic pius

a) *haec praebent* 1. 2. a*) unter den gadamen, wernherus 2. b) engelmari 2. c) wernherus 2. d) pfeffelkeim 2. e) *hic desinit* 1. f) Erat — concessam *habent* 1. 2. g) *hinc pergit solus* 2. h) tamen $3^{a}$. i) *vox superflua.* l) *ita correxi;* tristificari $3^{a,b}$. *scilicet* habebat, quod. m) dicto $3^{b}$. n) et $3^{b}$. o) timuit $3^{a}$. p) itaque $3^{a}$.

26) Erat Zorno annis 1247 et 1248 advocatus ducis Bawariae, comitis palatini Thuroni ad Mosellam; cf. Günther Cod. Rheno-Mos. II, 198 et 229, Gest. Trev. apud Hontheim 801: *Inter quos quasi alter Nero quidam dictus Zorno marschalcus ducis Bawarie castrum Thurum in commisso tenens* etc. et Böhmer Wittelsbacher Regesten p. 20.

in civitate in domo fratrum de Schonauvia, accipientes ibi equos et quicquid deprehendere poterant, vulnerantes etiam aliquos Bavaros et unum occiderunt. Supervenientes autem meliores de civibus, valde doluerunt. Et domnus dux cum suis ac Zurno ducti sunt ad alia hospitia. Mane autem facto convenerunt cives, et mediante domno Heinrico Hirsuto comite ac domno Philippo de Hohenfels omnia ista gravamina ad bonum pacis perducta sunt; ita videlicet quod dux plane reconciliatus est civibus, remittens plane et precise omnes iniurias et gravamina sibi et familie sue illatas. Et super hoc suas edidit litteras, ac domni Conradi regis, domni Ottonis patris sui, domni marchionis de Baden, domni Friderici comitis de Liningen et domni Emichonis fratris sui, domni Eberhardi de Eberstein et domni E. filii sui, comitis de Sein, et domni Ottonis de Eberstein, domni comitis Geminipontis, domni Heinrici Hirsuti comitis, domni Iohannis comitis de Spanheim et fratrum suorum, domni Philippi de Hohenfels et domni Wirici de Duna, in hunc modum: quod has iniurias nunquam vindicabit vel vindicare procurabit, et si forte in hoc excesserit, omnes isti magnates et domini civibus Wormatiensibus totis viribus contra dictum domnum Ludevicum ducem assistant. Et id ipsum etiam iuraverunt eius consiliarii ratum permanere. Zurno insuper pro se dedit litteras domni ducis Ottonis et filii sui domni Ludevici, quod si ipse hec unquam vendicaret vel vindicari hec procuraret, dicti domni duces civibus hoc totaliter removerent; tradens etiam super hoc fideiussores in solidum, videlicet Philippum de Hohenfels, Reinhardum de Lutra, Morsellum de Than, Albertum de Lichtenstein, Hertwicum de Hirzberg, W. fratrem Zurnonis, Wildericum filium Borgonis, Gozzonem et Wernherum cognatos Zurnonis, qui hoc fideliter fide data promiserunt, si Zurno contra cives Wormatienses in aliquo excesserit, volens se super hoc facto vindicare vel procurans vindicare, predicti cives ipsos commonere debeant, et statim Wormatiam intrabunt dicti fideiussores, non egressuri nisi civibus satisfiat in omnibus quibus Zurno eos gravavit vel molestavit. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1249. in octava sancti Laurentii martyris.

Anno 1250. Wilhelmus rex, electus contra Conradum instinctu pape ab episcopis, in die sancti Iacobi apostoli cum suis sollempniter accessit in villam Berchholvesheim

pastor et bonus dominus Landolfus Wormatiensis episcopus pie memorie anno Domini
1247.[a] in die sancti Medardi episcopi 6. Idus 1247.
Iunii, et sepultus est in ecclesia Nunnenmün- Iun. 8.
ster ante altare[b] Virginis gloriose. Cuius ecclesie conversationis ipse auctor et fundator existebat. Et per Dei gratiam et propter ipsius fidelitatem, Domino cooperante, tam diu durabat successorum suorum litigatio, quousque fideiussores sui sua magna debita totaliter fiebant absoluta.

Post obitum vero ipsius concorditer fuit electus in episcopum a capitulo domnus Conradus decanus Moguntinus, qui dictum domnum Landolfum episcopum[c] in multis gravaverat et in sententiis dampnificaverat. Hic cum esset triginta diebus electus, accessit Nussiam, et ibidem a domno legato tunc ibidem existente in episcopum fuit consecratus. Et statim ascendens et volens accedere Wormatiam venit Lorcham, et ibi infirmitate gra-
vissima detentus, obiit Nonas Octobris trige- Oct. 7.
simo primo die consecrationis sue. Et ductus Moguntiam, sepultus est in ecclesia maiori ante altare sancti Petri.]

[Tandem vero post ipsius obitum fuit electus domnus Eberhardus prius prepositus, vir bonus et iustus et bonis moribus per omnia adornatus, comitis Irsuti filius, qui statim a domno Sifrido archiepiscopo Moguntino fuit confirmatus, et presentate fuerunt sibi munitiones ecclesie. Et credens se vivere et sedere in pace, substitutus sibi fuit a domno Petro legato domnus Richardus, frater Wirici de Duna. Litigabant igitur simul multis temporibus tam apud Lugdunum domno papa ibi existente, quam apud Romam domno papa illuc perveniente, quo idem domnus Eberhardus personaliter accessit graves expensas faciendo. Tandem vero obtinuit domnus Richardus, et confirmatus fuit. Postea fuit concordia facta inter eos, ita quod domnus Richardus[d] episcopus daret domno Eberhardo temporibus vite sue centum libras Wormatienses. Et hec compositio facta, postea stabilita fuit per serenissimum dominum Wilhelmum regem Romanorum.

Intravit itaque domnus Richardus[e] epi- 1252.
scopus anno Domini 1252. in civitatem Wor-
matiensem in vigilia kathedre sancti Petri. Feb. 21.
Et statim post ipsius introitum accesserunt ad ipsum cives, valde diligenter eum rogantes et affectuose insistentes, quia credebant[f] ab eo obtinere quod vellent, ut ipse quadraginta consules restitui permitteret. Quod

a) MCCXLVI. 3c. b) altari 3a. c) *deest* 3b. d) Reinhardus 3a.b. *saepius; infra et Schannat p.* 219. e) Reinhardus *Schannat* 219. *perperam.* f) videbant 3b.

1250. prope Odernheim. Et ibi permanens, omnes villas domni Philippi de Hohenfels defendentis Boppardiam igne cremavit, exceptis illis que se pecunia redemerant. Et etiam extorsit infinitam pecuniam de aliis villis circumiacentibus et etiam nominatim de Osthoven et Westhoven. Erant autem apud ipsum novum regem Christianus Maguntinus episcopus et sui cives, Conradus Coloniensis et Treverensis, Heinricus Spirensis, Eberhardus Wormatiensis, sylvester comes et filius suus, comes de Nassauwen, comes de Wilenowe, comes de Katzenelnbogen, Conradus Hirsutus comes, Ulricus de Minzenberg, Wernherus de Bolandia et filius suus, Wiricus de Duna et multi alii. Statim vero feria sexta
Iul. 29. post Iacobi revertentes iterum supra Rhenum, castra metati sunt apud cruces inter Moguntiam et Oppenheim. Adhuc autem permansit domnus Conradus rex apud Oppenheim. Ibi primo in Iulio castra metatus est ante civitatem versus Dynenheim. His peractis a novo rege, statuit dimissis omnibus suis ad sua redire. Ipse nempe personaliter intravit Moguntiam.

Continue vero sine mora exsurgens domnus Conradus rex processit versus Moguntiam, et quasi in suburbio civitatis prope claustrum quod dicitur Dalen castra metatus est. Et combussit omnes villas civibus Moguntinis et episcopo attinentes, exceptis tamen illis que se pecunia graviter redemerunt. Et cum ibi per dies quinque permansisset et interea novo rege in Moguntia existente, domnus Conradus rex cum suis accedens Vlanheim[27] et illud totaliter subvertit, mittens interea pro civibus Wormatiensibus. Qui suis precibus annuentes, miserunt ei medietatem
Aug. 12. civitatis feria sexta ante assumptionem Marie virginis parrochiam sancti Petri et sancti Andree. Qui honestissime cum duobus milibus armatorum et centum balistariis pervenerunt ad domnum Conradum regem ante Vlanheim, quos honorifice et letanter accepit. Expeditio hec constitit septingentas marcas et plus.
Aug. 13. Primo mane autem die sabbati progressi sunt exinde in provinciam silvestris comitis, devastantes et concremantes totaliter eam. Reversus exinde venit Mouwenheim[28] prope Bolandiam, volens ibi Wernhero de Bolandia omnia sua devastare; quod Philippus de Falkenstein renuit, omnibus modis defendendo fratrem suum. Et ad eius preces domnus rex ipsis dictus domnus episcopus totaliter facere sive permittere negavit, quia non poterat nec audebat. Audito hoc cives a suo proposito desistebant. Et continuo assumptis et restitutis tribus consulibus qui decesserant, cum illis quindecim[a] consilio presidebat. Et similiter adimpleto munere illorum, sedecim secundum formam compositionis iudicabant et civitati providebant.

Suis etiam temporibus et laboribus civitas Wimpinensis, que diu a matre sua ecclesia Wormatiensi abstracta fuerat, rediit in manus et potestatem atque possessionem ipsius episcopi et ecclesie sue. Constiterat eum[b] hec[c] quandam summam pecunie, videlicet ducentas marcas argenti, pro quibus ipse bona[d] quedam ecclesie obligavit, alias[e] expensas de suis accepit. Migravit itaque[f] ab hoc seculo idem domnus Richardus episcopus anno Domini 1257. in vigilia sancti Andree apostoli, et sepultus est ante altare sancte crucis in ecclesia maiori.

Post obitum domni Richardi episcopi continuo domnus Eberhardus prior electus intravit civitatem Wormatiensem, quia ipse erat illis temporibus apud Neuhausam, et venerat noviter de curia Romana. Cepit enim laborare apud prelatos et canonicos maioris ecclesie pro episcopatu diligenter, intendens quod ait apostolus[28']: *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Et constitutus est finalis dies eligendi in diem sanctorum innocentum anno Domini 1258[g]. Superveniente autem die venit domnus H. Spirensis episcopus, comes[h] de Eberstein et comes E.[i] de Leiningen et alii amici sui. Et ipso die sanctorum innocentum anno Domini 1258. tunc inchoante electus est venerabilis domnus Eberhardus a maiori parte et saniori. Et eadem die electus est contra ipsum domnus Burchardus decanus maioris ecclesie. Qui cum ambo confirmari petiissent a venerabili domno Gerhardo archiepiscopo Moguntino, constituit eis diem in Pinguiam in proximam sextam feriam ante octavam epiphanie Domini[i], que tunc fuit 3. Idus Ianuarii. Ad quem accedentes cum bonis advocatis, et[k] multis allegacionibus coram domno archiepiscopo factis, tandem domnus archiepiscopus, assumpto domno H. Spirensi episcopo, compositionem inter ipsos inquirebant. Et domnus Eberhardus, licet pars sua fuerit sanior et potior, tamen pre oculis habens quod ait

a) consilio — sedecim *desunt* 3b. b) enim 3b. c) hoc 3a. d) b. sua q. e. 3b e) aliis expensis 3b. f) i. de vigilia, *media desunt* 3b. g) a. d 1258 *desunt* 3a h) c. d. e. *desunt* 3b. i) *deest* 3b k) *deest* 3a.

27) Flonheim prope Alzei. 28) Mauchenheim. 28') 1 Tim. 3. 1.

recepit pecuniam ab omnibus villis domni Wernheri, tamen Mouwenheim combussit. Et sic recedens inde, venit Heppenheim prope Wormatiam, et ibi castra metatus est. Cives Wormatienses in civitatem reversi sunt. Conradus rex mansit sex diebus ante Heppenheim. Et tractantibus illis de Eberstein ut comitem Emichonem sibi subiugarent, nichil profecerunt, quia Heinricus Spirensis episcopus, frater ipsius, declinare ipsum ad regem non permisit. Quod videns rex, processit sabatho ante decollationem baptiste[29] Didensheim, comburens illud et omnia que attinebant episcopo Spirensi.

Anno 1251. Idibus Aprilis ab episcopo Heinrico Spirensi, qui fuit comes de Lyningen, reddita sunt divina Wormatiensibus, exeunte Conrado ad obsidionem Wirzburg[a]. Que 13. Kal. Septembris rursus illis sunt detracta.

Eodem anno Gerhardus episcopus Moguntinus wildgravius[b] sua castra metatus est ad Primmam contra Conradum regem prope villam Crichesheim[30]. Et in vigilia assumptionis Marie succenderunt villam Peternsheim totaliter.

apostolus: *redimentes tempus, quoniam dies* Ephes. 5. 16. *mali sunt*[c] etc., et assumptis viris prudentibus, compositionem[c*], ita quod daret domno[d] decano temporibus vite sue annis singulis quadraginta libras Wormatienses, et sub hac conditione renuntiavit decanus pure et plane electioni sue. De quo multi sunt gavisi, quia domno Eberhardo electo totus populus favebat.

Confirmatus est itaque venerabilis domnus Eberhardus electus a domno Gerhardo archiepiscopo feria sexta quasi in crepusculo noctis in ecclesia sancti Martini in Pingnia 1258. 3. Idus Ianuarii anno Domini 1258. Ian. 11. In octava vero epiphanie, que tunc erat dies dominica, Ian. 13. intravit domnus electus civitatem Wormatiensem. Et gloriosissime receptus a clero et a civibus, qui omnes ineffabiliter gaudebant et supra modum ipsum diligebant, statim assumptis suis quindecim consiliariis, incepit iudicare pacem, et civitatem honeste et pacifice gubernare, defectum decedentium semper secundum formam adimplendo; similiter ad illos sexdecim sicut debetur constituendo, iura libertates et honestas consuetudines civitatis sue per omnia et in omnibus conservando et paterne augmentando. Absolvit etiam redditus ecclesie, quos domnus Richardus episcopus bone memorie pro Wimpina occupaverat.

Erat etiam temporibus suis et antequam plus quam viginti annis ungeltum in civitate, ita quod mensura vini fuit pro parte minuta, de quibus proventibus civitatis murus et turres construebantur, debita communitatis et necessaria solvebantur[e]; de quo clerus civibus multum invidebat. Attamen ipse domnus Eberhardus episcopus cives in eodem, tanquam pius pater eorum necessitatibus intendendo, semper fovebat, multa bona a clero promissa ad depositionem ungelti propter cives derelinquendo.]

Erat enim quedam discordia diu exorta et durata temporibus venerabilis domni fol. 35. Landolfi episcopi inchoata, ita quod sepius resistebatur illis quindecim consiliariis, qui secundum formam olim inter domnum Heinricum quondam episcopum et cives compositam erant constituti, ut pacem iudicarent aut consilio presiderent; propter quod multa mala sepius perpetrata inulta remanserunt. Hanc itaque voluntatem et propositum cives perficere volentes, totis viribus verbis et factis ad hoc instituerunt domno regi, ut permitteret eos quadraginta consules eligere secundum formam antiquam ab imperatoribus ipsis concessam.

[Eberhardus contentiones etiam cum civitate habuit; fuitque etiam civitas nostra sub interdicto posita ob regimen[f] civitatis, quia potens erat, et regimen sibi iterum sumere conabatur. Unde cum civitas praeliis prioribus exhausta esset et calamitatibus, iterum interdictum renovans cum sacerdotibus exivit. Fuitque iste Eberhardus I. electus in episcopum contra Richardum supradictum. Et fuit contentio magna in civitate. Richardus namque, cum essent sibi sacerdotes obedientes, praecepit, ut consulatus nullum exerceret iudicium, et neque interdictum neque excommunicationem in civitate observabant, quia unusquisque iura sibi usurpavit episcopatus, et sic confusio magna in civitate fuit. Anno Domini 1252 acta sunt haec. Item nullus intrare permittebatur ecclesiam, in qua occulte 1252. divina celebrabantur, nisi sub iuramento promitteret, se nolle amplius obedire Friderico

a) wirtzburg 2. b) wildtgravius 2. c) suut 3b. c*) init *vel simile quid deest. B.* d) *deest* 3b. e) d. c. et a. s. *desunt* 3a, *adsunt* 3b. *et Schannat p.* 379. f) regionem 3c. 29) d. 27. Aug. 1250. 30) Kriegsheim.

1252. imperatori, sed papae et regi Wilhelmo atque episcopo velle obedire in omnibus. Interea nova partialitas insurrexit, eo quod quidam coeperant Friderico imperatori, quidam vero sacerdotibus adhaerere. Sed quidam primores civitatis a parte sacerdotum declinantes, magnam suscitabant inter cives partialitatem. Postea partes imperatoris timentes homines sibi in maiori convenerunt ecclesia, et ibi colloquentes multos sibi attraxerunt homines, ita ut pater esset contra filium, et filius contra patrem. Non longe tamen post, octo cives ad hoc electi confoederati sunt, et sic consilio praelatorum missus est prior Praedicatorum vir venerabilis ad episcopum Richardum pro interdicto tollendo. Et sic in die purificatio- 1253. Febr. 2. nis beatissimae virginis Mariae cantare inceperunt 1253. Dehinc Innocentii papae iussu confirmatus est Richardus, eo quod contradixit imperatori Friderico schismatico. Sed cum pararet se ad intrandum civitatem, rogabant eum consulatus, ut suam protelaret intronisationem, eo quod multi ex civibus inclinati essent Eberhardo adversario suo. Interea inclusit se Richardus in Kirsgarten tribus diebus occulte ante festum sancti Petri cum suis. Quod audientes cives, portas claudere volebant, eo quod consulatum suspectum habebant. Et ad hoc pervenit, ut multi ex consulatu iuramento cogerentur se excusare coram eis. Tandem inducti sunt cives per sacerdotes et Praedicatores atque Minores, ut Richardum ad modum cleri simplicis civitatem intrare permitterent. Et erat causa illa tunc principalis, quod si hoc non fecissent, iterum interdicto subiacuissent.]

Anno 1253. David, Iacob de Lapide, Wolfram de Dürckheim, Gorron de Moro, Gorron de Sultzen, Cunradus Dirolfi, Henricus Richeri, Wernherus retro monetam, Heintz Zippura, Cuntz de arbore rosarum, Heintz Holdtmundt, Eberro in vico lane, Heintz Ruffo et Edelwinus fuerunt senatores Wormatienses mense Novembri.

Anno 1253. valuit marca puri argenti duas libras et septem solidos Hallenses.

[Tempore Richardi episcopi Emicho quoque comes de Leiningen totis suis coepit viribus ipsum Richardum episcopum velle capere. Quod perpendentes cives, ne eis in magnum eveniret detrimentum, ipsum Richardum civitatem intrare permiserunt; et consilio quorundam consulum ipse Richardus portam exivit sancti Andreae, et statim auxilio multorum armatorum per portam sancti Martini reintravit urbem. Sed altera die missem cantans cum sacerdotibus et civibus curiam habet. Simile autem apud nos nunquam contigit. Febr. 22. Actum anno Domini 1253. in cathedra Petri habebantque tunc sacerdotes ad tempus pacem. In aliis tamen locis pene nulla pax erat. Richenstein castrum iuxta Bingen et Rhenum captum est. Et licet episcopus tali, ut dictum est, modo intrasset, cives tamen illius nolebant facere voluntatem. Rex Wilhelmus misit unum militem de Epenstein et Rüdelsheim ad Wormatienses, ut secum componerent; sed responsum non receperunt de hoc, et sic iterum civitas interdicto supponenda erat, sed providentia abbatis Waltheri de Erbach protelatum est. Sed cum nec post illud tempus cives Wormatienses ab imperatore Friderico et filio eius Conrado desisterent, licet de hoc saepe ab episcopo Richardo ammoniti essent, iterum civitatem Wormatiensem interdicto supposuit dominica post assumptionem glorio- Aug. 17. sae virginis Mariae. Interea, convocatis omnibus de parte regis Wilhelmi in curia sua, qui nominabantur timentes Deum, dulciter et amicabiliter satis ab illis consilium quaesivit, quomodo subveniendum esset sanctae matri ecclesiae. Tunc illi unanimiter respondentes dixerunt: *Nos secundum omnem possibilitatem nostram tibi et ecclesiae assistemus.* Quo audito laetus factus est episcopus, eo quod dissolvit colligationem civium suorum. Et veniente Sept. 14. exaltatione sanctae crucis in dominica die, sedit cum praelatis suis in palatio ante curiam suam, convocatis omnibus populis suis ante se; dixitque tunc cunctis audientibus, cunctos adhaerentes Friderico et Conrado esse excommunicatos, utpote non obedientes ecclesiae Dei. Actum est istud anno Domini 1253. Statimque dissolvit interdictum, eo quod dissolvisset colligationem suorum. Sed ut partialitas illa ab eo facta fortius insurgeret, per quam voluntas sua fieret, ordinatum fuit, ut adhaerentes Friderico dicerentur non timentes Deum, exclusi ab omnibus ecclesiae et Christi sacramentis. Dixit quoque idem episcopus eodem die, ut quicunque sacerdos celebraret, prius se vertens ad populum diceret, omnes adhaerentes Friderico esse excommunicatos et nequaquam missae participes esse vel officio assistere debere. Item post offertorium iterum iubebantur egredi adhaerentes Friderico, vel si alii eos adesse scirent, expellerent ab ecclesia et adesse nequaquam permitterent, et sic multi ab ecclesia expulsi recesserunt. Item episcopus antefactus praecepit saepe, ut nequaquam sacramentum administrarent alicui ex his praedictis, nisi in domibus

consentientibus partialitati suae. Ubi vero aliquis ex parte Friderici vel Conradi filii infirmabatur, 1253. non facta unctione inungebatur, neque in coemeterio sepeliebatur. Ante tamen sacrae eucharistiae susceptionem compellebatur abiurare omnem Friderici imperatoris societatem. Item prohibitum fuit, ut nullus ex societate episcopi, qui nominabantur timentes Deum, visitarent aliquos in infirmitate constitutos vel alios. Et sic omnia sacramenta et Christi fidelium iura praedictis prohibita fuerunt et abrogata, qui de Friderici societate fuerunt. Super haec omnia iura tam civilia quam spiritualia illis prohibita fuerunt, ita quod omnia iura contra eos prolata effectum non haberent, et pro eis dicta omnino non valerent. Ista attendentes partes imperatoris quod non possent amplius resistere parti alteri, tanquam compulsi subiecerunt se parti episcopi. Praecipuique alterius partis famosiores voluntarie quidam ex eis cesserunt, et sic in quatuor septimanis omnes pene cives urbis nostrae compulsi, ad partem episcopi declinaverunt. Acta sunt haec 1253. in mense Octobri. Inter haec nova surrexit controversia de constitutione consulum, ut supra fuit Octobr. tempore Henrici II; sed Richardus, vir prudens, ait, hoc non esse potestatis suae sine consilio sacerdotum et praelatorum; quod si hoc permitteret, privarent eum dignitate sua. Et sic in civitate nullum ius nullaque iudicialis potestas exercebatur ad vindictam malorum, neque aliquis securus in civitate fuit. Quod videntes cives, omnino sustinere non poterant, et tamen cottidie huiusmodi augmentabantur. Episcopus autem hoc considerans cum presbyteris, vidit quod ob hoc huiusmodi desistere oportebat, ne civitas eorum ex toto partitioni succumberet, et iterum interdicto subderetur. Post practicas itaque multas episcopus iuxta priora constituta novem constituit viros. Actum anno Domini 1253. die sancti Hieronymi. Stetitque controversia ista pene 20 annis, ita ut nullum regimen et ordinem sape- Sept. 30. rent. Insuper propter civitatis combustionem et praelia et dampna civitatem exibant iam depauperati. Sed et multi manentes ibidem depauperati, nullum ius et certitudinem sive iustitiam sapere potuerunt, et partiales quoque erant, ut supra dictum est, propter quod et cottidie deficiebant, et sic ad partem episcopi declinare compellebantur, atque ita iuxta primam institutionem tempore Henrici secundi redire compellebantur. Quodsi ad hoc cives non declinassent, nullo modo ad regimen aliquod pervenissent, et in fine ab omnibus absoluti fuissent. Tempore illo Conradus, Friderici imperatoris filius, suscipiens regnum Siciliae, cum felicitate et prosperitate obsedit Capuam et Neapolim, sed papae gratiam obtinere non potuit. In diebus illis Wilhelmus rex ab episcopis in Alemanniam promotus, praeliari coepit contra dominos terrarum illarum, et sic occasione guerrarum istarum multae factae sunt incensiones et mortes atque miseriae pene per totam Alemanniam per multas civitates, in quibus positum fuit interdictum, quod nolebant separari ab obedientia Friderici. Unde et multae civitates imperii ab imperio separatae sunt usque in hodiernum diem. Tempore illo tanta fuit carestia, quae nunquam visa fuit et audita. Unde et episcopus Richardus in civitate continuit se solis reditibus ibi cedentibus, quia Eberhardus contra eum electus, adiutorio comitis de Lyningen sibi omnia usurpavit alias in terminis dioecesis suae sibi cedentibus; episcopus autem saepius adiutorium a civibus expostulans, nullum ab eis recepit adiutorium, licet nondum promeruisset ab eis. Et sic episcopus ipse a civitate recessit occulte, ac aliquot suos inveniens in castro Eptenstein, potentissimi ad Laudenburg[31] accesserunt, et pecora eorum abstulerunt. 31

Anno 1254. in Februariis colligaverunt se perpetuis temporibus Wormatienses et 1254. Febr. Moguntinenses, qui tamen priscis temporibus diu inimicitias exercuerant.

Instrumentum concordie inter Wormatienses et Moguntinenses:

*In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ministeriales, consules, iudices, scabini et universi cives Wormatienses. Universis presentem paginam inspecturis, perfectam notitiam subscriptorum. Mirifici Creatoris clementia pacem et concordiam in hominibus operatur, cuius nomen est in secula benedictum. Huius itaque spiritu et favore, sine quo nihil laudabile aut perfectum, nos antique fidei ac dilectionis memores, que inter nostram et Moguntinam civitates agebatur temporibus retroactis, idem fedus concordie et unitatis digne duximus innovandum, et ne labatur per secula confirmare. Civibus quidem eiusdem civitatis nos unanimiter et publice astrinximus iuramento, quod eorum fideles esse tenebimur in perpetuum adiutores contra universos, qui ipsos propulsaverint iniuriis aut presumpserint contra iustitiam molestare. Preterea*

31) Ladenburg ad Nicrum.

1254. *omnia iura civilia in sententiis, iudiciis, necnon in universis aliis iustitiis et ungeltis, que civitatem nostram contingunt, ipsis in civitate et districtu nostro, tanquam nostris concivibus, exhibebimus equa lance, ita quod hiis iidem, existendo nostri concives, una nobiscum perhenniter coutentur. Que profecto ipsis rite observabimus sine dolo, et ipsi nobis similiter iuraverunt et observabunt hec omnia vice versa. Ad removendum autem omnem litis occasionem aut discordie fomitem, que inter nos et predictos concives nostros Maguntinos, nobis specialiter dilectos, posset aliquatenus suboriri, quatuor viros inter nos elegimus, et ipsi similiter inter se quatuor statuerunt, qui auctoritate utriusque civitatis omnes questiones et negotia inter nos utrosque amicabiliter vel per iustitiam terminabunt. Quorum cum aliquis decesserit, alter loco ipsius a consilio statuetur. In quorum robur et evidentiam perhennalem, presentem litteram ipsis tradidimus, sigilli nostri munimine consignatam. Actum anno Domini* 1254.

Cum itaque hec inter cives Moguntinenses et Wormatienses super confederatione pacis et concordie tractarentur, medio tempore ac prius longo tempore cives Oppenheimenses divinis caruerunt. Qui videntes concordiam prelibate pacis esse perutilem, cum desiderio postulaverunt se civium Moguntinensium ac Wormatiensium collegio associari. Restitutis igitur eis divinis a Gerhardo episcopo Moguntino, conditionaliter sunt recepti
Apr. 3. anno 1254. feria sexta ante diem palmarum. Post hec vero cives Oppenheimenses cum prehabitis duabus civitatibus astricti sunt invicem sub hac forma:

*In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Arnoldus camerarius, Fridericus scultetus, iudices, consilium et universi cives Moguntini; ministeriales, consules, iudices, scabini et universi cives Wormatienses; Marquardus scultetus, scabini, milites et universi cives in Oppenheim. Omnibus presentem litteram inspecturis salutem in eo, qui auctor et principium est salutis. Cum terrarum pericula et viarum discrimina nonnullos ex nostris iam per multum temporis discursum destruxerint penitus, et plerosque bonos et idoneos traxerint in ruinam, ut innocentes opprimerentur sine calculo rationis; ad obviandum huiusmodi tempestatibus et procellis modum rimari oportuit et perquiri, per quem nostri saltem termini et districtus, omissa equitatis digressione, possint ad pacis orbitam revocari. Hinc est, quod nos serie presentis scripti cupimus innotescere universis, tam presentibus quam futuris, quod nos, cooperante domino Iesu Christo, pacis auctore, per quem totius boni exordium est et via, propter culturam pacis et iustitie observationem convenimus unanimiter in hanc formam, obligatione prestiti iuramenti publice nos ad invicem adstringendo, quod fide reciproca ac dilectione mutua tenemur in perpetuum esse coniuncti auxilio et consilio contra quoscunque nobis iniuriam irrogantes, nos relativis amminiculis nullatenus deserendo, ut quicunque ex nobis a quibuscunque contra iustitiam molestantur, manus aliorum ex nobis, tanquam pro re propria, sentiant adiutrices. Tanta quoque federis firmitate servabitur hoc promissum, ut non solum maiores inter nos hoc communi presidio gratulentur, verum universi minores cum maioribus, clerici, seculares et omnes religiosi cuiuscunque ordinis nobis attinentes, laici et Iudei, qui nobiscum convixerint commorantes, hac tuitione perfrui debeant in eternum. Propter questiones tamen, si que iam habentur inter nos, aut fortassis in posterum emergere videbuntur, ne de hiis, quod absit, nunc aut in futuro fomes discordie vel litis occasio valeat suboriri, inventum est circa hoc remedium salutare, quod videlicet in qualibet civitatum nostrarum quatuor viri consules, fide digni et iurati, super hoc specialiter sunt electi. Moguntie: Arnoldus camerarius, Ingebrandus, milites, Arnoldus Walpodo et Ulricus de arbore rosarum. Wormatie vero: Iacobus, Wolframus de Peternsheim, milites, Henricus Richeri et Eberzo in vico lane. Oppenheim quoque: Gerlacus de Bibelnheim, Iacobus de Litwilre, milites, Uto, Theodericus Rotcolbe. Qui duodecim, auctoritate plena sibi per nos tradita, tamen sub debito iuramenti, universas questiones iam inter nos existentes vel in posterum hinc inde forsitan orituras per compositionem amicabilem aut per iustitiam terminabunt. Quodsi per ius aut amicabilem viam has causas descindere nequiverint et sopire, quicunque quatuor ex predictis iuraverint, quod sua civitas ad id, quod ei imponitur, non teneatur iuxta iuris ordinem persolvendum, ea civitas super illo penitus absolvetur. Item si alicui civitatum molestie vel gravamina inferuntur, super eo prefati duodecim convenient et de consilio civitatum tractabunt qualiter id honorifice valeat referiri. Et ita hii duodecim huius ordinationis officium vite sue temporibus exercebunt; decedente vero aliquo inter ipsos, a consulibus civitatis unde fuerit, alter ipsius loco continuo eligetur. Si vero aliquis ipsorum egrotaverit vel peregre extra provinciam profectus fuerit, usque ad illius reditum alter idoneus statuetur. Ne autem hec premissa successu temporis possint in dubium pervenire aut aliquo modo vacillare, ad*

*ipsorum robur et memoriam sempiternam presentem paginam sigillis nostris duximus esse muniendam. Actum anno Domini 1254.* 1254.

*Cum terrarum pericula et viarum discrimina nonnullos ex nostris iam per multum temporis discursum destruxerint penitus, et plerosque bonos et idoneos traxerint in ruinam, ut innocentes opprimerentur sine calculo rationis; ad obviandum huiuscemodi tempestatibus et procellis modum rimari oportuit et perquiri, per quem nostri saltim termini et districtus, omissa equitatis digressione, possint ad pacis orbitam revocari. Hinc est, quod nos serie presentis scripti cupimus innotescere universis, quod nos, cooperante domino Iesu Christo pacis auctore ac amatore, per quem totius boni exordium est et via, propter culturam pacis ac iustitie observationem convenimus unanimiter in hanc formam, prestitis iuramentis nos invicem astringendo, a festo sancte Margarete nunc instanti ad decem annos, videlicet anno Domini 1254. pacem generalem iuravimus firmiter observare. Quam utique pacem venerabiles patres ac domini Gerhardus Moguntinus, Conradus Coloniensis, Arnoldus Trevirensis, archiepiscopi, Richardus Wormatiensis, Henricus Argentinensis, Iacobus Metensis, Bertoldus Basiliensis, episcopi, necnon multi comites et nobiles terre nobiscum iuraverunt; sua thelonia iniusta etiam, sicut et nos, tam in terris quam in aquis benigne et liberaliter relaxantes. Tanto quoque federe firmitatis servabitur hoc promissum, ut non solum maiores inter nos hoc communi presidio gratulentur, verum universi minores cum maioribus, clerici, seculares et omnes religiosi cuiuscunque sint ordinis, laici et Iudei, hac tuitione perfrui se gaudeant, et in tranquillitate sancte pacis valeant permanere. Quicunque vero huius pacis violatores ac perturbatores extiterint, contra illos totis viribus insurgemus, ipsos usque ad condignam satisfactionem compellendo. Propter questiones tamen, que iam inter pacis federe coniuratos habentur, ac fortassis in posterum emergere videbuntur, ne de his, quod absit, nunc aut in futuro fomes discordie vel litis occasio valeat suboriri, inventum est circa hoc remedium salutare, quod videlicet in qualibet civitate, vel a quolibet domino nobis coniurato, quatuor viri fide digni adiurati super hoc eligantur, qui auctoritate plena ipsis super hoc tradita, sub debito iuramenti universas questiones per amicabilem compositionem vel per iustitiam terminabunt. Quod si per ius aut per amicabilem viam has causas discindere nequiverint et sopire, quicunque quatuor iuraverunt, quod suus dominus aut sua civitas ad id, quod ei imponitur, non teneatur iuxta iuris ordinem persolvendum, idem dominus vel civitas super eo, quod ei imponitur, penitus absolvatur. Si vero horum quatuor aliquis discesserit, alius loco sui substituetur. Si pax in aliquo dominio vel in aliqua civitate fuerit perturbata, predicti quatuor a dominis vel a civitatibus ad hoc deputati, propter perturbationem pacis et super negotio pacis tractando convenient, et de consilio communi tractabunt, qualiter id honorifice valeat refieri et sancte pacis forma possit stabiliri. Actum anno Domini 1254.*

Divina cooperante gratia multi se huic paci copulaverunt. Resistente tamen domino Wernhero de Bolandia; obsessum est castrum suum quod construxerat in Ingelheim, de quo multos gravaverat. Et dictum castrum expugnatum fuit a civibus Moguntinis et aliis pacis confederatoribus anno 1254. Idibus Septembris et funditus destructum. Super quo Sept. 13. commoti sunt omnes amici domini Wernheri, convenientes in unum apud Odernheim: dominus Emicho comes de Liningen, Hirsuti comites, dominus comes de Eberstein, et alii multi nobiles totis viribus suis. Civitates etiam honorifice et potenter se congregantes et ipsis occurrere volentes. Mediante vero episcopo Moguntino et silvestri comite et aliis dominis, per multas preces ad hoc inducte sunt civitates, quod treugas cum ipsis dominis inierunt usque ad festum sancti Michahelis proximo venturum, ita tamen quod dominus E. de Eberstein, Wernherus de Bolandia, dominus Philippus de Hohenfels, dominus de Eppenstein, dominus de Falkenstein et omnes domini ungelta et telonia sua in terris et in aquis totaliter et de plane remiserunt. Acta 1254.[a] in vigilia sancti Martini. Nov. 10.

Negotium pacis generalis constitit cives Wormatienses mille marcas et plus, et dederunt Iudei hoc anno rursus centum et quinquaginta libras Hallensium ad conquirendos soldarios in subsidium pacis anno 1255.

fol. 39. Constitit[b] hec generalis pax Wormacienses primo anno tam in expensis quam soldariis conquirendis plus quam mille marcas; Iudei vero dederunt ad subsidium pacis generalis ducentas libras Hallensium cum quibus soldarii sunt appreciati[c].

a) MCCLVIIII 2. *perperam. B.* b) *haec praebet* 1. c) *ex codice olim Schlosseri iam Francofurtano.*

1254. Mai. 20. Mortuo autem Conrado rege, Wilhelmus rex in[a] inferioribus erat partibus, et civitates Moguntia, Oppenheim et Wormatia nullum habebant adiutorium et consolamen; et in subsidium praedictae pacis omne telonium in Rheno depositum, licet ex parte guerrarum multis implicatum essent debitis. Miseruntque ad civitates varias ut similiter facerent, et illi, licet difficulter hoc facerent, convenerunt in Moguntia, quibus episcopus Gerlacus Moguntinus iuravit, illis cum multis nobilibus velle assistere; similiter et civitates Wormatia, Moguntia, Francofurdia, Oppenheim, Gelnhusen[b], Friedburg, Wetzlar, Bobardia, Wesa- Iul. 12. lia, Pinguia hoc idem fecerunt. Actum Margarethae anno Domini 1254. Inter haec in tota Teutonia magnus fuit tremor et perturbatio, ex quo Romanorum rex nullus erat, quia rex Conradus, mortuo Wilhelmo rege, in regno se statuit, propter quod regnum defecit in multis; de quo multum dicendum esset, eo quod multi Wilhelmum pro rege non susceperant, quamvis multos corrigere tentaret supra vires suos. Item Wilhelmus rex cum con- 32 iuge saepe in Wormatia erant, et cum quadam vice regina Triveld[32] pergere tenderet a Wormatia, quidam Hermannus dictus de Ritberg ipsam cepit reginam iuxta Oderheim[33] 34 et comitem de Waldach[34] cum ea, et praedata fuit omni clinodia, ducens eam captivam ad Ritberg anno 1254. in Decembri, licet eam postea liberam dimiserat.

1255. Nov. 5. Anno Domini 1255. Wilhelmus rex reversus est ad partes superiores feria sexta ante festum sancti Martini, et continuo convocatis omnibus civitatibus pervenit Oppenheim super negotio sancte pacis confirmando regali privilegio in hunc modum: *Wilhelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis presentes litteras inspecturis, dilectis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Gratias agimus domino Deo nostro gratiarum omnium largitori, pro eo quod clamoribus pauperum bellorum et gwerrarum temporibus ex affliccione continua per perversorum tyrannidem miserabiliter obpressorum, auditis paterne et misericorditer exauditis, tranquillitatem et pacem que iam dudum exilium passa est, largiflua sue pietatis gratia per ministerium et labores humilium maxime hiis diebus, quibus Romani regni gubernacula feliciter obtinemus, miraculose et potenter induxit et contulit toti mundo, ad laudem et gloriam sui nominis ac salutem et comodum tocius populi christiani. Nos igitur in nomine domini nostri Iesu Christi pacem instauratam salubriter et consulte iuratam totis affectibus et puro corde zelantes, auctoritate maiestatis regie confirmamus, volentes et desiderabiliter affectantes, ut clerici, seculares, monachi, moniales, et omnes religiosi cuiuscumque ordinis, laici etiam et Iudei, huius pacis et tranquillitatis comodo gaudeant perpetuo et fruantur. Ut autem inter nobiles terre et civitates non possit dissensionis vel discordie scrupulus suborriri, per quem hoc sanctum pacis negocium impediri valeat vel turbari, de concordi consensu et unanimi voluntate nobilium et etiam civitatum, ex matura deliberatione nostri consilii sic decrevimus statuendum, ut nobiles et domini terre iudiciis suis iuste utantur, ac iura sua per omnia obtineant sicut debent, ab illis etiam hominibus qui in eorum iurisdictionibus commorantur, ea servicia et iura recipiant et requirant, que ipsi et progenitores eorum ante triginta vel quadraginta seu quinquaginta annos iuste facere consueverunt, et illis etiam ipsi domini sint contenti. Omnes etiam ecclesie, civitates et opida et earum quelibet, iuxta specialia iura sua gaudeant perpetuo et fruantur pacifice et quiete illis libertatibus honoribus et iuribus generalibus et specialibus, que obtinuerunt hactenus ex antiquo. Si autem nobiles et domini predicti per civitates sibi illatas iniurias conquerantur, ipsi propter hoc nullum captivabunt ex eis, nec eorum pignora capient, nec etiam ex motu proprio contra ipsos procedent aliquatenus ad vindictam; sed coram nobis, vel A. comite de Waldeke nostro iusticiario, aut . . sculteto Boperdiensi, . . sculteto Frankenvordensi, . . Oppenheimensi, . . Hagenowensi, . . vel Columbariensi sculteto, suas iniurias recto iudicio et per iustam sententiam prosequentur. Civitates etiam et opida iniurias suas, si que ipsis illate fuerint, iusto iudicio, sicut premissum est, coram nobis vel aliis prosequentur. Ita quod quilibet nobilis et unaqueque civitas et opidum recursum habeat ad iudicem unum de predictis plus sibi vicinum pro suis iniuriis prosequendis Si autem civitates et opida propter negligentiam iudicis non poterunt iudicium et iusticiam obtinere, ex tunc nobiles et civitates propter observationem pacis iurate totis viribus eorum collectis, contra illum iniuriatorem procedent hostiliter, nec ex eo pax censebitur violata. Si vero civitates vel opida aliqua nobiles vel quicumque alii pacem violaverint in aliquo predictorum, sub obtentu gratie nostre districtissime precipimus ab omnibus pacis federe coniuratis, procedi hostiliter contra*

a) *vocem inserui.* b) gelshusen *ed.*

32) Trifels prope fluvium Queich. 33) Edisheim e septentrione civitatis Landau. 34) Waldeck.

1255.
*illos, ut sic pax ab omnibus reformetur, et in posterum inconcussa permaneat et illesa. Ut autem hec salubria et iusta nostra statuta rata et firma permaneant et ab omnibus inviolabiliter observentur, has litteras regie maiestatis sigillo duximus roborandas. Actum apud Oppenheim, anno Domini* 1255. *in vigilia beati Martini, indictione* 14.

Nov. 10.
Eodem tempore deposuit Wilhelmus per presentiam principum cives qui dicuntur palburgere, ita ut de cetero nulla civitatum tales habeat vel recipiat. Dicti autem sunt palburger cives non residentes.

1256. Oct. 31.
Anno 1256. in vigilia omnium sanctorum Diether comes de Catzenelnbogen violavit pacem in civibus Moguntinensibus. Civitates vero obsederunt castrum suum Rhinfels super Rhenum. Que expeditio constat cives Wormatienses duo milia marcarum.

Anno 1257. in pentecoste obsederunt civitates Rudolphum marchionem de Baden in Seltz. Sed superior fuit marchio, et cepit de civitatibus tam milites quam cives octoginta quinque, quorum octodecim erant de Wormatia. Atque in hoc conflictu dampnificata fuit Wormatia etiam a Philippo de Hohenfels, coniurato civitatis Wormatiensis, plus quam ad tria milia marcarum argenti, pro quibus etiam vendiderunt in continenti triginta quatuor libras Wormatienses in censibus annualibus. Postea autem facta est compositio inter marchionem de Baden et civitates per procurationem civium Argentinensium, ita quod quelibet civitas suos captivos ab ipso liberavit. Et pro sex de Wormatia recepit marchio 254 marcas argenti.

Anno 1257.[a] hat koenig Richarten Oppenheim sich ergeben, totaliter cum ipso terminantes, quod destructio castri in civitate eorum nunquam ad malum ipsis imputaretur et quod ab ipso rege nunquam reedificaretur, et quod per triennium absoluti et liberi ab omni servitio permanerent; et si potior rex a domno papa confirmatus superveniret medio tempore, quod ulterius in nullo sibi essent astricti; sabbato in octava nativitatis Marie. Et fecerunt fidelitatem regi. Et constituit eis sculteturn Iacobum militem dictum Litwilre.

Anno 1257. in vigilia sancti Michahelis factus est illustris dominus Emicho comes de Lyningen adiutor civitatis Wormatiensis contra omnes eorum iniuriatores a festo sancti Martini tunc instantis ad duos annos. Et tunc adhuc tam ipse comes quam domnus Philippus de Falkenstein retinebant undecim cives, quos Seltzen ceperant, a quibus extorserunt 350 marcas argenti. Pro adiutorio autem civitatis Wormatiensis data sunt domno Emichoni a civibus trecente marce Colonienses.

Anno 1258. 17. Kal. Februarii Spirenses et Wormatienses unanimi consensu confederati sunt in hunc modum: quod si domnus

1256. Mai. 27.
[Interim rex Wilhelmus congregans exercitum in inferioribus partibus ad Frisones compescendos, a quibus interfectus anno Domini 1256. in Ianuario. Tunc regina recedens a Spigelberg[35] ad Hollandiam rediit, in qua vitam finivit. Post haec ad eligendum regem statuta fuit dies in Magdburg. Et tum dux Brunswic[b] captum tenebat Gerlacum archiepiscopum Moguntinum, propter quod et loci inconvenientiam alii archiepiscopi noluerunt[c]. Sed in Francofordia transposita fuit; 1257. Ian. 13. putabantque plurimi marggravium Ottonem[36] fuisse electum in regem; sed nihil actum est tempore illo, quia Richardus, Angliae regis frater, totis ad hoc instabat viribus ad suscipiendum regni Romani gubernacula. Unde et Gerlacum episcopum supradictum e vinculis liberavit tali conditione pro octo milibus marcarum, ut sibi in electione vocem suam daret; de quibus nihil ad praesens. Richardus ergo electus a quibusdam Aquisgrani coronatus, 1257. Mai. 17. Aug. multas invasit civitates scilicet Bobardiam quam cepit; deinde Bingen, post hoc Moguntiae veniens, ab eis tanquam Romanus rex acceptus est, quod tamen Wormatia et aliae civitates facere noluerunt, donec vi eas compelleret. Wormatienses et Spirenses hoc omnino renuerunt, neque precibus neque vi neque pecuniis compelli potuerunt, propter quod multas eis suscitavit molestias, quia episcopus Wormatiensis partis eius fuit. Similiter et episcopus Coloniensis Conradus contra Colonienses simultates magnas habuit, propter quod nullibi pax neque in terra neque in aqua, sed ubique discordia et tribulatio. Actum anno Domini 1258. Et quoniam contra Richardum regem electus fuit Alphonsus, rex Hispaniae, multi episcopi et abbates ad ipsum Alphonsum venerant ad ipsum promovendum in regem Romanorum, et sic discordia fuit magna. Unde et episcopi plurimas civitates Rheni invaserunt et sic regni potestas[d] plurimum diminuta est. Post hoc Richardus veniens Moguntiam ad domnum Eberhardum, episco-

a) 1258. 2. *emendavit B.* b) brunschwigk 3c. c) *scilicet* venire. d) potestates *ed.*

35) castro e meridie Germersheim olim sito. 36) Brandenburgensem.

1258. Alphonsus Romanorum rex electus in suo promisso, sicut etiam iuravit, stare vellet, regnum Romanorum sibi assumendo et pro viribus defendendo, quod etiam civitates in eius servitio constantes permanerent; sin autem, quod tamen nunquam ad aliquem regem declinarent nisi unanimi consilio; et
37 in hoc simul constare et persistere fideliter promiserunt nunquam se invicem in hac parte separandos. Hec autem promiserunt magistri civium Wormatienses Wolframus miles et Wernherus retro monetam, in manus domni Spirensis pro tota civitate.

Anno 1258. dominica Le re que fuit 5.
Mart. 3. Non. mensis Martii de abundantia nivis tanta venit abundantia aquarum et tam vehementi torrente processit, quod vallus civitatis Wormatiensis prope cemiterium Iudeorum in maxima quantitate rumpebatur, ita quod super ponte porte sancti Andree duo submersi fuerint.

Iul. 25. Eodem anno in die Iacobi intravit Richardus rex primo Wormatiam. Et confirmavit civibus christianis et Iudeis omnia privilegia eorum, et dedit eis rex mille marcas argenti; Iudei vero episcopo et civibus ducentas marcas, ut eos in iure suo conservarent.

Iul. 29. Anno 1258. 4. Kal. Augusti facta est reconciliatio inter cives Wormatienses et Henricum militem de Ruprechtsberg mediante episcopo Wormatiensi. Et hec inimicitia orta fuit inter eos, propter quod cives fregerunt eidem militi castellum quod construxerat intra Wormatiam et Spiram prope villam Mudach. Hec reconciliatio constitit cives octoginta marcas.

Anno 1258. temporibus Eberhardi episcopi, fuit Hirsutus comes de Beyenburg, et ante plus quam viginti annis ungeltum in civitate fuit mensura vini pro parte diminuta, de quibus proventibus civitatis murus et turres construebantur, debita communitatis et necessaria solvebantur, de quo clerus civibus multum invidebat.

1257. Rursus de Iacobo milite. Anno 1257. idem Iacobus miles mortuo Alberto fratre suo cantore Wormatiensi possedit curiam ipsius prope Sanctum Andream. Et sub domno Richardo episcopo[b] assumptus est in consilium et pro tempore magister civium effectus, atque de quatuor diffinitoribus inter civitates Moguntinam, Wormatiensem et Oppenheimensem, secundum statuta confederationis unus fuit assumptus et constitutus. Et hiis temporibus multos honores obtinuit, et a quibusdam dominis tam predia quam vadia sive alia bona auxilio eorum sibi usurpavit. Interea tamen tales excessus perpetravit, quos consules salvo iuramento sine iudiciis preterire non audebant. Super quibus iuste et rationabiliter convictus, secundum iura et consuetudinem civitatis Wormatiensis in consilio proscriptus fuit; quod tamen a consulibus tacite conservabatur. Ipse vero hec considerans, quecunque potuit mala consulibus et tamen occulte machinabatur. Interea accidit quod quedam discordia inter ipsum Iacobum et quendam civem de consilio Edelwinum, in vico sancti Petri residentem, per verba contumeliosa a Iacobo predicto exorta fuit, ita quod postea Edelwino modis quibus potuit detraxit volens ipsum coram domno episcopo convenire; ad que domnus episcopus secundum iura civitatis semper se paratum exhibuit. Quod tamen quibusdam hone-

pum Wormatiensem, cum aliis dominis multis ad inducendum eos prece et minis ad suscipiendum regem Richardum; sed responsum non acceperunt. Ideo Richardus contra eos motus est valde, unde et postea ipsum Gerlacum archiepiscopum Moguntinum ad Wormatiam misit, sed nec ille aliquid effecit[37]; et sic misera res et miserior vita fuit in terris illis, quia rex Richardus omnibus suis partas libertates dedit et immunitates in civitatibus et aliis locis, ut eum in regem Romanum manutenerent. Inter haec Wormatienses magnas habuere inimicitias cum Iacobo von den Stein et Simone de Gontheim, qui multos ex civibus eorum ceperat; quod tamen rectificatum et concordatum fuit anno Domini 1260. Post hoc rediit Richardus rex ad Angliam, committens Philippo comiti de Falckenstein die Wittrau; et Alsatiam domino episcopo Wernhero Argentinensi, plus ex favore quam ex iustitia. Similiter et Philippo de Hoenfels Bobardiam et Wesaliam[a] cum suis attinentiis; qui omnia ad suam redegerunt utilitatem, et nullibi pax inventa est.]

a) resaliam *ed.* b) *Boehmeri apographum hic inserit:* (nobilis heros a Daun).

37) Civitatem intravit mense Iulio a. 1258.

stis personis ad decidendum commissum ex utraque parte extitit, et sic prefatus 1257.
Edelwinus nullum sui timorem habuit. Accidit autem quod predictus Edelwinus
una cum Wernfiero Dirolfi pro necessitate civium Wormatiensium Moguntiam
missi, navigio descenderunt. Hec cum audisset Iacobus miles, qui adhuc cum
uxore et tota familia sua Wormatie habitabat, ascensum ipsorum considerans,
convocatis amicis suis, insidias ipsis imposuit. Et sic die sabbati circa meridiem
8. Kalend. Septembris de curia sua exiens, ita quod nullum malum de ipso fieri Aug. 25.
presumebatur, apud Durencheim super Rhenum ipsos armata manu invasit, volens occidere Edelwinum, qui divina protectione evasit. Wernherum vero Dirolfi
diris vulneribus afflictum quasi semivivum secum Altzeiam deduxit. Idem vero
Wernherus suus prius erat familiaris et specialissimus amicus, nullum malum de
illo confidens. Vulnerati sunt etiam ibidem a dicto Iacobo et suis complicibus tres
de civibus, videlicet Hartlibus filius Gerlaci, Edelwinus filius sororis Edelwini prenominati, et quidam nauta, qui omnes se viriliter defenderunt. Acta sunt hec
anno Domini 1257. die sabbati 8. Kalend. Septembris eo tempore quando domnus Aug. 25.
Richardus, qui se pro rege gerebat, processerat de obsidione Bopardie, volens
Moguntiam intrare.

Statim post paucos dies remissus est Wernherus Dirolfi captivus, et duxit
eum dapifer de Altzeia in Wormatiam valde debilem, ita quod magnis laboribus
evasit de vulneribus. Postea convocavit idem Iacobus amicos suos in villam Westhoven, et procedens cum armatis ducentis in contumeliam civium Wormatiensium equitavit prope Pfeffelnkeim, verbis et factis quibus poterat ipsos subsannavit. Cives vero super modum conturbati, iniurias et opprobria sibi ab ipso illatas vindicare conabantur; attamen mediantibus honestis et nobilibus personis ad
tempus aliquod fuit sepius pacificatum. Preteritis vero aliquibus diebus mortuo Nov. 8.
domno Richardo Wormatiensi episcopo, successit sibi venerabilis domnus Eberhardus, qui electus fuit in die innocentum et confirmatus a domno Maguntino Dec. 28.
archiepiscopo in vigilia Oculi anno 1258. Qui statim sibi assumpsit ad faciendam 1258.
concordiam inter cives et prefatum Iacobum. Quod tandem mediante domno Febr. 23.
Emichone comite de Liningen pure et plane dicto domno Eberhardo Wormatiensi
electo fuit recommissum, salvo tamen per omnia iure civitatis Wormatiensis.
Ipse vero domnus electus post multos tractatus, quasi impotens Iacobi, sic stare
promisit.

Dictus vero Iacobus feria quarta in pascha anno 1258. cum suis egrediens Mart. 27.
de castro Guntheim accessit Lidrichisheim, et ibi pistrinum et domus Edelwini
corruit et secavit, ac postmodum accedens Nitdensham horreum C. Dirolfi incendit mense Maio. Peractis vero hiis commotus est venerabilis dominus Eberhardus
electus Wormatiensis, et convocatis amicis suis diligenter, volens hostiliter et
potenter procedere contra dictum Iacobum. Videns hec Iacobus, misit ad domnum
electum illustrem virum Hirsutum comitem, fratrem ipsius domni electi, compromittens et subiciens se totaliter et de plano suo arbitrio. Et ad preces domni
electi cives id ipsum fecerunt. Et sic pulsata campana super curiam, convocato
populo episcopus Wormatiensis concordiam et amicitiam inter cives et Iacobum
militem promulgavit. In pentecoste vero cum domnus electus causam sibi com- Mai 12.
missam utrique parti diffinitive pronuntiare voluisset, dictus Iacobus totaliter contradixit aliquo modo se velle conservare, nisi episcopus suam voluntatem per
omnia pronuntiaret. Et sic factus est novissimus error peior priore, et episcopus
supra modum commotus. Postea idem Iacobus nolens desistere a proposito maligno, 1258. in Iunio misit quosdam de suis in villam Lidrisecheim et succendit ibi
horreum Edelwini. Et similiter etiam aliqui de suis intrantes villam Sultzen, torcular Henrici Richeri ibi secaverunt. De quibus iterato domnus episcopus conturbatus, supervenerunt illustres viri domnus Emicho comes de Liningen et Philippus de Hohenfels, assumentes sibi hanc discordiam totaliter sopiendam, sub hac
forma quod omnia dampna a Iacobo civibus illata post episcopi promulgationem
pacis vel facta usque ad festum sancti Iacobi ad integrum restaurari deberent. Iul. 25.
Si vero dictus Iacobus episcopi vel predictorum dominorum arbitrio in aliquo

1258. resisteret, per hoc domnus de Hohenfels ipsum Iacobum et suos fautores ab omnibus munitionibus totaliter eiceret, et sibi vel suis nullum adiutorium prepararet vel prestare a suis amicis permitteret.

Iul. 25. Interea anno 1258. in festo sancti Iacobi supervenit domnus Richardus Romanorum rex in Wormatiam, qui sibi etiam ista assumpsit, et treugas fecit usque Aug. 24. ad festum sancti Bartholomei quod erat in proximo. Et tum per domnum regem medio tempore nichil super eo fuit attemptatum sive terminatum. Postea superveniens domnus Philippus de Hohenfels, sepius treugas fecit pro eo maxime, quod iuratus erat civibus contra ipsorum iniuriatores. Et licet super hoc sepissime commonitus a civibus, tamen nullum ipsis auxilium impendebat, promissorum et iuramenti immemor extitit; et quod maximum erat, infra treugas ipsius domni Philippi dictus Iacobus cives offendit quantum potuit, agricolas eorum in Aug. 13. villis de omnibus eorum expellendo. Nam in die sancti Hyppoliti processit Iacobus scultetus de Oppenheim cum quibusdam de civibus suis et illis de Altzeia ante civitatem Wormatiensem molendinum Eberhardi militis secare et incendere, in Herlesheim horreum Henrici Richeri plenum annona concremavit.

Erat enim ipso tempore quidam cantor maioris ecclesie Wormatiensis nomine Iacobus, qui erat fratruelis istius Iacobi, de cuius consilio hec omnia mala profecta processerunt. Habebant nempe quendam consanguineum nomine Conradum Sulgeloch, qui una cum Wernhero fratre suo et eorum complicibus multa mala civibus in stratis et in aquis machinabatur, predantes quosquos reperierunt, christianis et Iudeis sua auferendo, et aliquos captivando, alios vero vulnerando. Inter ista etiam mala, quod peius erat, commiserunt. Videlicet dictus Sulgeloch cum quibusdam de Altzeia sub noctis silentio Wormatiam accedentes, horreum et edificia Conradi Dirolfi civis Wormatiensis, sita extra muros super rivum versus et in opposito claustri ad hortum sancte Marie in strata Spirensi, clam et sub umbra noctis totaliter et furtive succenderunt. Et transeuntes prope claustrum, cuidam viro fide digno, nomine Wernhero de Mulenheim, procuratori dicti cenobii, iacente in lecto suo, sibi proclamantes, viva voce ad ipsum loquentes, hec se fecisse fatebantur; nichilominus ipsum rogantes, ut dicto Conrado et civibus hec vellet proferre ex parte ipsorum, et precipue Sulgeloch eum dicere rogavit. Acta autem sunt hii nefandi excessus anno 1258. in prima nocte post diem Oct. 28. Nov. 22. apostolorum Simonis et Iude. Postea vero in die sancte Cecilie acceperunt civibus Wormatiensibus idem Sulgeloch, Wernherus frater suus, Wernherus Rufus, Lulei Livinus, Gwenselinus et quidam alii de Altzeia eorum complices, equos octodecim ante portam sancti Andree, et deduxerunt eos in Altzeiam. Super hiis vero invocabant episcopus Wormatiensis ac cives auxilium amicorum et dominorum suorum. Et habita honesta congregatione amicorum suorum prima dominica Dec. 1. in adventu Domini, mediante illustri viro Emichone comite de Liningen inductus precibus amicorum Conradi de Sulgeloch, fideiussores dati sunt a dicto Sulgeloch ad restituenda omnia dampna tam per incendium quam per rapinas civibus factas, emendam vero super offensis episcopi et civium secundum consilium domni Emichonis comitis, Godelmanni de Metis et Berchtoldi de Lumersheim faciendam. Dec. 11. Postea vero feria quarta ante festum sancte Lucie virginis obtulit se Iacobus miles dictus de Lapide in manus episcopi Wormatiensis, dans sibi fideiussores faciendi simpliciter et precise et sine omni conditione quicquid ipsum iuberet facere super omni discordia et emenda inter ipsum et cives Wormatienses. Et sic reconciliati sunt cives arbitrio venerabilis episcopi cum predicto Iacobo pure 1259. et plane anno 1259. mense Ianuario. Et sic reversus est idem Iacobus in civitatem cum sua familia in curiam suam.

Anno 1259. Eberhardus episcopus intravit potenter civitatem Ludevici palatini comitis que vocabatur Nuwenstadt, et subiugavit sibi eam. Ob hanc causam Febr. 21. idem dominus detinuit violenter bona ecclesia. Acta 9. Kal. Martii.

Apr. 30. Anno Domini 1259. in vigilia apostolorum Philippi et Iacobi incensus est ignis in

Item anno Domini 1259. in die Philippi et Iacobi incensus est ignis in domo cuius-

domo Weinheimers[a] ex opposito curie Wackerpili[b] hora completorii. Et sic plus quam media civitas est exusta miserabiliter, ita quod non haberet aspectum civitatis. Nam ignis duravit per totam noctem, et gravissima dampna intulit. In[c] hoc miserabili incendio dampnificata est civitas Wormatiensis ad centum et quinquaginta milia marcarum et amplius. Et specialiter habebat communitas civium machinas et instrumenta, molendina equorum, que omnia exusta sunt in curia cum curru qui dicitur stanthart ad estimationem mille marcarum. 1259.

dam iuxta Praedicatores circa crepusculum noctis. fuitque tunc ventus validus, qui ignem hinc inde iactans totam pene medietatem civitatis meliorem a Praedicatoribus usque ad portam pavonum combussit. Episcopus autem Eberhardus, tunc temporis praesens, ait compati eis in tantis eorum calamitatibus, sed ex corde non fuit. Interea quidam canonici maioris ecclesiae eodem tempore impetrantes in Moguntinensi civitate Romanum iudicem sive imperialem contra civitatem Wormatiensem, pro eo quod consulatus sublevaret de vino ungeldt; quod tamen magis episcopi videbatur, sicut ab antiquo tentum fuit, feceruntque propter commune bonum, et sic Wormatienses ad Moguntiam citaverunt. Nunc autem episcopus Moguntinus inclinatus civitati non fuit, militem quendam incolam civitatis, nomine Memminger praefecit, et sic melius ibi iudicari potuerunt favore dominorum. Cantor vero collegii, vir superbus, cum aliis quibusdam canonicis, amicos suos erga civitatem incitaverunt, ad vexandum cives incendiis, depraedationibus et variis tribulationibus. Alii vero simulantes falsam amicitiam ab extra ostenderunt, quam tamen in corde non habebant. Nonnulli tamen ibi probi viri existentes, cordialiter eis compatiebantur. Sed episcopus cum collegiis nihil ad hoc fecerunt, et sic inter haec inter sacerdotes et cives simultas insurrexit nova, propter quod et sacerdotes in timore erant, quia optima pars civitatis combusta fuit, et multi cives ob hoc depauperati erant. Ideo episcopus cum quibusdam canonicis supra dictam citationem ad iudicem imperialem in Moguntia ob pacem et concordiam abiecerunt et cassaverunt.

Anno 1259. in die apostolorum Petri et Pauli quo fuit estas calida et sicca sic ut a Iun. 29.
Martio usque ad Augustum parum vel nichil pluerit, et tamen vini et omnium frugum magna fuit abundantia ut vasa carius quam vinum venderentur, complanati sunt cives Moguntini Wormatienses et Oppenheimenses, renovantes inter se fedus amicitie et confederationis pristine, constituendo inter se soldarios ad defensionem observare unicuique civitati pro posse competenti. Et sic habebant Wormatienses soldarios, qui per illum annum constabant quadringentas marcas argenti. Iudei dederunt in subsidium civibus ducentas libras Hallensium et quinquaginta marcas argenti.

Anno[d] 1259. in vigilia nativitatis Domini redemit ecclesia hospitale apud Sanctum Dec. 24.
Iohannem pro trecentis libris Hallensium et sex iugeribus vinearum in Nusatz ante novam portam. Eodem anno renovate sunt fenestre monasterii que constiterunt 51 libras. Eodem anno factum organum constitit 163 libras, preter pretium magistri quod fuit computatum ad 200 libras.

Accidit anno Domini 1260, 6. Kal. Februarii. Eberhardus miles filius Gerhardi cum 1260.
quibusdam suis concivibus egrediens Wormatiam, pervenit in villam Osthoven, volens ibi Ian. 27.
advocatie sue iustitiam exercere in nullius dispendium aut gravamen. Et cum illorum in numero essent viginti duo, supervenerunt domnus Philippus iunior de Hohenfels, quem Simon miles de Guntheim secum[e] una cum Iacobo milite dicto de Lapide et aliis multis, centum et ultra armatis, super cives Wormatienses congregati, nulla diffidatione premissa, hostiliter ipsos invaserunt. Attamen licet civium Wormatiensium contra tantos essent paucissimi, tamen auxiliante Domino ipsis honeste ante cemiterium Osthoven occurrerunt, conflictum durum ineuntes, de dextrariis ipsorum triginta sex interimentes. Tandem vero capti sunt de civibus Wormatiensibus septem, videlicet Emericho camerarius, Wilhelmus de Frisenheim, Ulricus frater Eberhardi, Germanus de Bocgenheim, Iohannes de Hochheim, Simon de Hugelheim et Cuntzo filius sororis Cunradi de arbore rosarum. Deducti autem sunt in castrum Gundtheim et ibidem vinculis mancipati, permanentes ibidem in captivitate usque in diem sancti Lamperti. Sept. 17.

a) wernheri 3c. b) wackerpylae 3c. c) *ex Zornii chron. usque marcarum desunt* 3. d) *haec habentur et in codice b. m. Schlosseri iam bibl. Francofurtensis.* e) *scilicet duxerat vel habuit.*

1260. Hiis itaque sic traditiose peractis, continuo insurgens episcopus Wormatiensis Eberhardus, et convocatis civibus per iustam sententiam Iacobo militi, suo ministeriali antedicto, curiam suam honestam et bonam, prope ecclesiam beati Andree sitam, iussit funditus destrui et subverti. Et ad istam destructionem universitas animo ardenti extitit promptuosa, pro eo quod dictus Iacobus et sua parentela civitatem sepius offenderunt, et maxime quod dictus episcopus reconciliationem inter predictum Iacobum et cives fecerat, quod ipse Iacobus violenter postmodum infregerat. Destructa est autem domus Iacobi Ian. 29. anno 1260. feria quinta ante purificationem. Et cives de Oppenheim hoc tempore sui iuramenti immemores, Iacobum de Lapide et suos fautores in eorum civitate detinuerunt, litteras etiam in malum civium Wormatiensium eisdem tradiderunt. Et statim convocavit Eberhardus amicos in civitatem Wormatiensem, qui[a] cum episcopo et civibus egredientes, edificia Iacobi et Simonis ubicunque fracturis et incendiis devastarunt. Et etiam predicti hostes horrea civium succenderunt. Et qui incendia civium commiserunt, quidam erant de Gundtheim, quidam vero de Altzeia, et quidam de Oppenheim, egredientes et ingredientes Oppenheim, hec dampna civibus intulerunt. Et dampnificati sunt cives per incendia extra civitatem plus quam ad duo milia marcarum. Erat etiam in illis temporibus quidam cantor maioris ecclesie Wormatiensis, filius fratris Iacobi de Lapide, malefactoris civium Wormatiensium. Et idem nomine Iacobus cantor, vir bellicosus, qui etiam aderat conflictui in Osthoven, et inter partes colloquendo equitabat, ita quod suspectus totaliter a civibus est reputatus. Et idem cantor postea civitatem non frequentabat. Ac similiter Berlewinus canonicus maioris ecclesie, filius domne Utde sororis Iacobi. Et sic tota progenies illa, innumerabilia mala dampna rapinas civibus Wormatiensibus indesinenter inferebat. Nomina autem illius prosapie sunt: Hesene, Buntrime, Hependip, Rube, Rode vel Ruffi, Gransones, Sulgeloch filii Utde, Gunckeshorn, Grenni, Ziunii et eorum complices et sequaces. Iudei vero videntes cives in hoc facto denariis indigere, dederunt ipsis trecentas libras Mart. 14. Hallensium anno 1260. ante dominicam Letare, de quibus cives amicis domni Eberhardi militis dederunt quadraginta duas libras Hallensium.

Mai. 29. Accidit autem die placiti, videlicet sabbato intra octavas pentecostes, statuta apud Hochheim coram Eberhardo episcopo Wormatiensi et Henrico Spirensi, presentibus nobilibus viris H. R. et C. Hirsutis comitibus, Philippo de Hohenfels et filio suo Philippo, Wirico de Duna et Wernhero de Bolandia, facte sunt treuge inter cives Wormatienses et adversarios eorum Iacobum et Simonem ad quindecim dies. Et expleto placito, ipsa die quidam adolescens nomine Iohannes de Liechtenstein exiens civitatem, confidens de treugis, pervenit Mumesheim. Et ecce quidam miles nomine Robelo de Bischoffesheim et Sulgeloch et quidam alii, ipsi Iohanni insidiantes ut eum caperent vel occiderent, persecuti sunt eum. At ille Iohannes divino sibi cooperante auxilio manus ipsorum evadens, occidit Conradum Sulgeloch ipsa die in foro, et reversus fugiendo intravit Wormatiam. Et sic tota provincia liberata est a maximo tyranno et malefactore. Erat autem hiis temporibus Iacobus cantor extra civitatem contra cives incedens. Illis vero temporibus auxilio Spirensis episcopi factus est auxiliator illustris dominus Emicho comes de Liningen episcopi et civium Wormatiensium adversus Iacobum de Lapide, Simonem de Gundheim et eorum complices, ac contra omnes eorum iniuriatores, et similiter ipsi sui, sicut in litteris super hoc confectis Iun. 5. continetur anno 1260. in die sancti Bonifacii.

Iul. 1. Anno 1260. in octava sancti Iohannis baptiste exiverunt cives Wormatienses cum multis dominis terre ad destruendam speluncam latronum Altzeiam. Que expeditio constitit cives Wormatienses mille marcas et amplius, in cuius subsidium Iudei civibus dederunt quadringentas libras Hallensium in Iulio. Ibi autem viriliter et potenter existentes, accesserunt etiam illuc in malum dicte civitatis Wernherus Maguntinus, Heinricus Spirensis et Eberhardus Wormatiensis episcopi, et comites E. et F. de Liningen, S. de Sponheim, Cunradus comes silvester cum duobus filiis Emichone et Godefrido, Heinricus Rupertus et Conradus comites Hirsuti, Dietherus comes de Catzenelnbogen et E. frater suus, comes de Nassowen, comes de Dietz, comes de Wilenowe, Wernherus et Philippus domini de Bolanden et alii multi. Cives Wormatienses cum universitate et vexillo ac curru suo heerwagen potenter aderant, et cum machinis et instrumentis ac sagittariis maximam ibi habuerunt expensam; victualia etiam de Wormatia abundanter advenerunt. In hac obsidione capti-

a) *vocem supplevit B.*

vatus fuit Wernherus dapifer senex cum aliis duobus militibus suis. Et ipsum dapiferum 1260. vulneratum ac milites domno E. comiti de Liningen presentaverunt[a], qui ipsum Liningen deduxit et ab ipso quadringentas marcas accepit. Domnus Philippus de Hohenfels solus in Altzeia erat, contra omnes dominos provincie ipsos cum suis adiuvando. Postea mediante episcopo Moguntino Wernhero totaliter fuit pertractatum, quod liceret dominis et civitatibus muros valla Altzeiensia disrumpere et devastare. Et super hoc communitas Altzeiensis omnibus dampnis suis pure et de plano renuntiaverunt. Et sic factum est in vigilia sancte Margarethe. Et propter recessum valde celerem dominorum festinantium[b] fuit ad Iul. 12. plenum destructum, de quo multi dolebant. Et antequam a loco recessissent, totaliter inter se composuerunt et ordinaverunt, ac fideliter sub debito iuramenti compromiserunt, quod si aliquis unquam eorum qui erant in obsidione ab illis de Altzeia lesus fuerit aut gravatus sive dampnificatus illorum facto de Altzeia aut procuratione per fautores sive amicos eorum, hoc factum quisque dominorum sive civium tanquam proprium sibi[c] factum reputaret et vindicaret. Et super hoc litteras suas in robur et testimonium invicem tradiderunt.

Anno 1260. feria secunda ante festum sancti Andree, causa[d] discordie a Richardo[38] Nov. 29 concordate cives de Oppenheim in multis excesserunt contra cives Wormatienses, eorum predones et incendiarios fovendo et tenendo, totaliter immemores iuramenti et confederationis inter ipsos confirmate[e]. Rixam etiam inter Iacobum de Lapide et Simonem de Gundheim et cives in conflictu Osthoven exortam sopivit[39] in die sancti Lamperti anno quo Sept. 17. supra, ita ut de suo daret predictis nobilibus ducentas marcas Coloniensium et cives trecentas marcas terminis statutis in absolutionem captivorum et restaurum dampnorum. Et sic ipsa die redditi sunt civibus septem captivi liberi et soluti, qui apud Gundheim[f] erant octo mensibus detenti. Philippus de Hohenfels et Falkenstein compositionem regis prestito iuramento cum predictis Iacobo et Simone confirmarunt.

Anno 1261. in vigilia sancti Kiliani facta est reconciliatio inter Iacobum et Simonem 1261. Iul. 7. et cives Wormatienses totaliter perfecta, et etiam cum Eberhardo filio Gerhardi et suis complicibus totaliter terminatum. Dedit episcopus Wormatiensis eidem Eberhardo centum libras Hallensium et cives similiter centum libras Hallensium. Et sic iuratum est a partibus ambabus reconciliationem domni Richardi regis per omnia conservare.

Anno[g] 1261. Hoc anno domnus antiquus comes Geminipontis civitatem Wormatiensem multis annis retro impetivit.

Sciendum[h] est et memorialiter retinendum, qualiter domnus antiquus comes Geminipontis civitatem Wormatiensem multis annis[i] retro impetivit[k] et impulsavit omnibus modis, asserens se esse burggravium Wormatiensem[l], et de iure iudicandum super edificia solius civitatis, quod dicitur uberzimbere[m], et alia multa et magna iura ibidem[n] affirmabat se habere, civibus sibi ad omnia resistentibus. Ipso vero defuncto, illustris dominus Henricus filius suus ipsi successit, qui id[o] ipsum totis viribus contra civitatem et cives affirmare incepit, spolians ipsos et alios[p] quos[q] potuit aggravando. Tandem vero post multa tempora, mediantibus viris discretis et pacificis, ad hoc perductum est divino auxilio, quod dictus domnus Henricus comes in duodecim personis concordavit, quod quidquid illi scrutari possent[r] et que[s] prestito iuramento dicerent, ratum et firmum apud ipsum et suos heredes perpetuo permaneret. Qui duodecim statuta sibi die coram dicto domno comite et suis consiliariis, in presentia et in palatio venerabilis domni Eberhardi episcopi Wormatiensis et multorum dominorum et aliorum comparentes, ea que perceperant vel[t] perscrutati erant, sive que sciebant aut ipsis[u] cognita fuerant super omnibus iuribus que ipse domnus comes in civitate habebat, prestito iuramento corporali proferebant. Videlicet quod prefatus domnus comes non aliud iuris haberet in civitate, nisi duodecim libras Wormatiensis monete, quas comes, qui eligitur in festo sancti Martini singulis annis, sibi vel cuicunque destinaverit solvere et dare quatuor vicibus, videlicet in quatuor temporibus, teneretur, et ipsum domnum comitem etiam habere curiam prope Sanctum Kilianum sitam. In hiis tam ipse quam domnus Eberhardus comes filius eius pro se et omnibus heredibus sive

a) preseruauerunt 2. *correxit B.* b) festinandorum 2. *corr. B.* c) sive 2. *corr. B.* d) cause 2. e) confirmati 2. f) gundtheim 2. g) *codex* 2. h) *ex codd.* 3a. 3b. i) a. r. *desunt* 3b. k) impedivit 3b. l) wormatiae 3b m) uberzunemen 3b. n) idem 3b. o) ad 3b. p) aliis 3b. q) quibus 3b. r) poterant 3b. s) qui 3b. t) praeceperant et 3b. u) s. et c. 3b.

38) rege. 39) rectius d. 16. Sept.; v. Boehmeri Regesta.

1261. successoribus suis manifeste consentientes, litteras suas venerabilis domini nostri episcopi et eorum sigillis confirmatas[a] super hoc tradiderunt. Similiter et cives suas litteras cum sigillo eorum super eodem contulerunt, profitentes etiam ex utraque parte suis litteris sub debito iuramenti, quod ad invicem super omnibus[b] his et ipsis iurantibus perpetuo debeant[c] esse adiutores, civibus excipientibus domnum regem et eorum episcopum. Acta sunt hec anno Domini 1261.]

Anno 1261. a duce palatino, in Heydelberg cum armatis commorante, cives Wormatienses non parum damnificati sunt, et captivati sunt aliqui de civibus Wormatiensibus in Bacherach et depredati, et similiter alii ab hominibus ducis in Wolvesberc deducti. Et sic multa mala a Bavaris perpetrata sunt, et maxime domino de Stralenberg, qui totis viribus se ipsis potenter opponebat et resistebat viriliter, et ideo multa dampna tam sui quam ipse propter Wormatienses sustinebat. Sed tandem hec guerra composita est; in octo nempe personas ab utraque parte, procurante viro bono nomine Wernhero Masungo de Altzeia, est compromissum, et eorum arbitrio pure et totaliter commissum. Quorum nomina ex parte Wormatiensium hii sunt: Rupertus Hirsutus comes frater episcopi Wormatiensis, Berchtoldus dictus de Metis vicedominus Wormatiensis, Wolframus de Lewenstein, Heinricus dictus Nortgesser de Dirmstein; ex parte ducis: Philippus de Hohenfels, dominus de Horncheim, dominus de Hegeneberg, dominus Wernherus dapifer de Alzeia. Qui omnes Aug. 16. prestito iuramento in crastino assumptionis Marie virginis predicto anno accesserunt Guntheim. Ubi instinctu fratris Mastingi et fratris Waltheri dicti de Sultz ordinis fratrum domus Theutonice, episcopus Wormatiensis et dux palatinus pure et de plano sunt reconciliati; ita ut domnus dux receperit a domno episcopo omnia feuda que ab ecclesia Wormatiensi dinoscitur habere. Et precipue villam Neckerawen cum appenditiis suis iure feudali dinoscitur retinere ab ecclesia Wormatiensi. Dampna autem que idem domnus dux et sui tam in Rheno quam in stratis fecerant civibus Wormatiensibus, huic compositioni non fuerat interclusum vel a civibus renuntiatum. Erant nempe domnus de Stralenberg et illi de Hirtzberg adiutores Wormatiensium, quibus dux mala que poterat in omnibus machinabatur. Ad subsidium huius guerre dederunt cives episcopo trecentas libras Hallensium anno 1262. mense Februario.

Anno 1261. suspensa sunt divina per totam civitatem propter excessum quorundam Oct. 28. ex istis qui tum commiserunt in Laurissa. Et durabat a festo Simonis et Iude usque ad septemdecim dies. Postea expulsi sunt de civitate, donec satisfacerent. Et illi malefactores Emicho camerarius, Gerardus de Wachenheim et Ulricus filius Gerardi in malum civium resignabant iura sua civilia.

Anno 1261. mense Novembri dederunt Iudei civibus ad refectionem muri ducentas et triginti libras Hallensium et ungeltum de vino dederunt viginti libras Hallensium.

1262. Anno 1262. in magistratu fuerunt Henricus camerarius miles et Henricus Holdtmundt.

Sept. 28. Anno 1262. in vigilia sancti Michaelis factus est illustris comes Emicho de Lyningen adiutor et tutor civium Wormatiensium per duos annos contra omnes eorum iniuriatores ac invasores, dantes sibi pro eodem quingentas libras Hallensium.

Nov. 11. Anno 1262. in festo sancti Martini dederunt cives domno Philippo de Hohenfels et filiis suis ducentas libras Hallensium, et sic explanata sunt omnia inter eos, et ad expensas arbitrorum viginti quinque libras Hallensium.

1263. Mai. 1. Anno 1263. in festo sancte Walpurgis, quando Iudei iterato fuerunt commissi a domno Richardo rege domno Henrico Spirensi episcopo, tunc dederunt ipsi Iudei civibus Wormatiensibus ducentas et viginti libras Hallensium.

Anno 1263. fuit magister civium Fridericus dictus de Osthoven.

1264. Anno 1264. mense Februario propter conflictum habitum cives villam Peternsheim intrantes, ipsa die quicquid invenernnt totaliter acceperunt, et villam per incendium totaliter subverterunt; hoc tamen invitis consulibus et melioribus civitatis est perpetratum. Authores nempe huius dampni erant: Henricus miles dictus de Eych, de Wirtzenberg, Emmericho camerarius et Gerardus de Wachenheim. Propter quod iuniores de Hohenfels domus et horrea civium ubique incenderunt. Tandem tamen Wormatiensis et Spirensis episcopi et domni comitis Friderici de Lyningen intercessione[d] complanata sunt omnia, ita quod domnus de Hohenfels cum filiis suis pure et precise et plane renuntiaverunt omni

a) confirmato 3[b]. b) o. ipsis iniuriantibus perpetui 3[a]. c) debent 3[b]. d) intercedentes 2.

actioni et omni dampno usque in illum diem ipsis et suis per cives Wormatienses in Pe- 1264.
ternsheim et ubique locorum illatis. Constiterunt hec cives quod dederunt domino de
Hohenfels septingenti et quinquaginta libras Hallensium et dominis ad expensas quadrin-
gente libre Hallensium.

Anno 1264. mense Decembri Augustiniani ingressi sunt Wormatiam sub Eberhardo Raugravio episcopo. Eodem tempore etiam ingressi sunt fratres de saccis.

[Eodem anno fratres Augustinenses Wormatiam intraverunt, et ibi monasterium aedificare coeperunt.] Dec.

Anno[a] 1264. de eodem ungelto seditio in civitate orta est, populo et potioribus dicen-
tibus, quod illi ungeltum non in civitatis sed suam utilitatem collocarent; et perfractus est
murus sanctimonialium in Nonnenmunster. Episcopus igitur ante festum omnium sancto- Octobr.
rum divina suspendit. Tandem in vigilia sancte Cecilie inventa est forma compositionis ad Nov. 21.
episcopi beneplacitum.

[Accidit autem iisdem temporibus anno Domini 1264. mense Iunio, quod quidam[b] de Iun.
civibus iuvenes et potiores simul conspiraverunt, attrahentes sibi populum civitatis per multas falsas suggestiones, affirmantes et dicentes communitati, quod consules et illi sedecim viri bona civitatis de ungelto[c] recepta secundum voluntatem eorum distribuissent, et incitabant universitatem super eos. Et continuo assumpserunt sibi receptionem ungelti et provisionem civitatis. Videns igitur domnus episcopus in his honori suo et ecclesie sue ac iure et privilegiis suis non modicum detrahi[d], et consulibus suis ac illis quindecim[e] viris in honore ac iure eorum multum derogari, valde conturbatus, conspiratores illos diligenter commonuit ut ab iniuria eorum cessarent; et ostenso privilegio nil profecit. Ipse vero insurgens statim[f] exivit civitatem. Adversariis vero convenientibus, concitaverunt populum, et minis impositis conventui sanctimonialium in Nunnenmunster coegerunt eas frangere murum, quem domnus episcopus et consules ad earum maximam necessitatem facere indulserant. Domnus episcopus vero foris existens, suis litteris per tres quindenas commonuit, quod a receptione ungelti et communitate fraternitatum[g] cessarent. Sed nichil profecit. Et statim extendens gladium spiritalem, divina per totam civitatem ante festum omnium sanctorum suspendit. De quo civitas tota fuit contristata. Videntes itaque conspiratores quod contra stimulum non possent recalcitrare, convocato clero, fratribus Predicatoribus et Minoribus, petierunt instanter quod eorum auxilio domnus episcopus in vicinum locum civitatis accedere vellet, ut cum ipso aliquid boni possent tractare. Quod utique domnus episcopus fecit aliquibus vicibus, in quo nichil profecit. Ultimo vero per magnas
preces accessit ad Nunnenmunster, et ibi in vigilia sancte Cecilie mediantibus viris Nov. 21.
discretis et fratribus Predicatorum et Minorum, per multos tractatus inventa est forma compositionis ad beneplacitum domni episcopi. Ipse vero, die secunda convocato capitulo suo et clero, eorum usus consilio, tractatum admisit, ita quod conspirati emendam honestam et condignam sibi facerent, et ei iure suo et ecclesie sue et[h] consilio Wormatiensi semper totis viribus assisterent et consentirent. Et domnus episcopus indulsit ungeltum recipi a proximo festo purificationis gloriose Virginis per annum. Ad cuius receptionem sedecim viros ex quatuor parrochiis ipsius civitatis, ut iustum est, una cum consulibus constituit. Date etiam sunt domno episcopo trecente libre Hallensium tam pro moneta quam pro ungelto. Fraternitates vero suo arbitrio sunt totaliter commisse. Hiis vero omnibus complanatis, restituit domnus episcopus divina, et intravit civitatem in die
sancte Cecilie anno Domini 1264. Et postea deposuit societates fraternitatum[i], si in ali- Nov. 22.
quibus convenerant contra continentiam privilegii[k].

Sub eodem domno Eberhardo venerabili episcopo intraverunt fratres sancti Augustini et fratres de saccis civitatem Wormatiensem, licentiati a domno episcopo, civibus totaliter
irrequisitis. Acta sunt ista anno Domini 1264. mense Decembris ante natales.] Dec.

[Postea anno Domini 1265. post pentecosten inceperunt cives domunculam in curia 1265.
eorum in vico Hagengassen[l], quam ipsi 42 annis quiete possederant ad conservationem ballistarum civitatis. Videns hec domnus Eberhardus episcopus et clerus, commoti sunt,

a) *codex* 2. b) quibusdam 3ª. 3ᵇ. c) ungeltis 3ᵇ. d) distrahi 3ᵇ. e) XVI. 3ᵇ. *Schannat.* f) *deest* 3ᵇ. g) fraternitatis 3ᵇ. *Schannat.* h) et c. W. *omis.* 3ᵇ. *Schannat.* i) f. quibus 3ᵇ. *media desunt.* k) Compositionem inter ipsum domnum Eberhardum et civitatem factam invenies in meo libro transactionis folio 57. 3ª. 3ᵇ. l) hagungassen 3ᵇ.

1265. timentes ibi fieri edificia ubi cives possent ad consilia convenire. Et idem domnus episcopus requisivit eandem curiam a civibus, dicens eam esse suam et ecclesie sue, et datam domno Heinrico episcopo predecessori suo a serenissimo domno Friderico imperatore, et ostendens litteras suas desuper traditas. Cives vero commoti, totis viribus resistebant, ita quod ad mandatum venerabilis domni episcopi Eberhardi et capituli maioris ecclesie totus clerus civitatem exire volebant. Tandem vero mediante venerabili domno Henrico Spirensi episcopo et aliis viris discretis et idoneis, Domino concedente, honeste est terminatum et concordatum; ita videlicet, quod curia totalis cedet ad perpetuos usus civitatis sub hac forma, quod per mediam curiam transit vicus a vico Hagenonis usque ad Sanctum Nazarium, et ex utraque parte concedentur domus pro annuo censu edificando. Et census ex parte civium a magistro civitatis recipientur, et vicus ille qui nuncupabitur vicus civium nunquam obstruetur, domus vero lapidea[a] erit etiam in usum civium ad balistas et scuta et ad alia. Si vero id[b] proficere[c] non videbitur, pro annuo censu etiam concedetur. Et ianua domus exibit versus vicum Hagenonis. Et pro eodem ungelto dederunt cives domno Eberhardo episcopo trecentas libras Hallensium. Acta et perfecta sunt hec anno Domini 1266. Iul. 12. 1266. in vigilia sancte Margarethe. Expiraverat tunc terminus[d] ungelti, quod usque a festo sancti Martini proximo ad annum fuit ex voluntate domni episcopi Eberhardi prolongatum[e].]

1269. Anno Domini 1269. prope Predicatores circa medium noctis incensus est ignis Wormatie miserabilis, et propter venti vehementiam pene dimidia civitas fuit exusta.

Mart. 7. Eodem anno 1269. feria quinta ante festum sancti Gregorii pape Richardus rex venit Wormatiam, et Fridericum comitem de Liningen in suam familiaritatem accepit. Resignavit etiam eodem tempore domno regi regalia Philippus de Falckenstein, et in Wormatia, quam valde dilexit, diu permansit cum suo filio, qui tunc erat undecim annos natus.

Apr. 14. Postea post dominicam Iubilate indixit colloquium in Wormatia, Et procuravit, quod pax generalis, que diu subtracta fuerat, ab omnibus nobilibus et magnatibus iuraretur, deponendo omnia iniusta telonia, tam in terris quam in aquis, in civitatibus ungelta, pedagia que in Rheno et in stratis sine misericordia ab omnibus sua mercimonia deferentibus exigebantur et extorquebantur. Et sic Domini auxilio landfride iurabatur. Depositum est etiam ungeltum de minutione mensure vini in civitate Wormatiensi, et in ipsius vicem reposita fuit antiqua mensura anno 1269. dominica die ante ascensionem Domini 3. Non. Mai. 5. Maii. Aderant autem isti principes: Wernherus archiepiscopus Moguntinus, Henricus Treverensis, Eberhardus Wormatiensis, Henricus Spirensis episcopi, Henricus Curiensis; Ludewicus palatinus comes Rheni, Emicho et Fridericus comites de Liningen, Dietherus comes de Catzenelnbogen, Eberhardus comes frater huius, Emicho sylvester comes, Rupertus et Conradus Hirsuti comites, comes de Hohenburg, Philippus de Hohenfels et duo filii sui Philippus et Theodericus, Philippus domiuus de Falckenstein et filii sui Philippus et Wernherus, item Wernherus et Philippus fratres de Bollandia, dominus de Hohenloch, Engelhardus[f] dominus de Winsperg, dominus de Nife et alii multi.

1270. Anno 1270. Wernherus archiepiscopus Moguntinus sancte pacis propagator, assumens sibi Henricum episcopum Spirensem, Emichonem comitem de Lyningen fratrem eius, item cives Wormatienses cum medietate civitatis, videlicet parochia sancti Ruperti et sancti Lamperti, in partes superiores transierunt. Et sic pervenerunt Ladenberg[g], et quoddam castrum in opposito illa parte Rheni vocatum Eschesheim funditus destruxerunt. Et ascendendo, telonia in Germersheim quod erat illorum de Thann, et in Udenheim quod erat domini Simonis comitis Geminipontis, totaliter deposuerunt. Similiter in Husen, castro domni ducis Bavarie super Necara, factum est. Hec expeditio tunc facta constitit cives Wormatienses mille marcas. Et inter cives eosdem et dapiferos de Alzeia discordia deposita est. Et sic de civitate Argentinensi usque in Coloniam omnia telonia deposita sunt.

Anno 1270. fuerunt canonici maioris ecclesie Iohannes de Richenbach diaconus, et Gerhardus de Liechtenstein subdiaconus, et alius canonicus Gisebertus filius Dizonis militis de Bolandia, item nobiles de Lewenstein, qui diffidaverunt cum amicis Wormatienses, et incendiis et rapinis eos impugnaverunt. Sed lis composita est tandem in villa Heppenheim 1271. anno 1271. presentibus domno Emichone comite de Lyningen et Rudolfo Hirsuto comite.

a) lapideo 3a. b) ad 3a. 3b. c) perficere 3b. d) tempus 3b. e) *hic expliciunt* 3a. 3b. f) *ita correxit B.* engelbertus 2. g) ladenbergk 2.

Et absoluti sunt et iudicati Wormatienses innocentes. Illi autem canonici Gerhardus et 1271.
Ioannes ob id quod conflictum habuerunt pronuntiati rei, et ad persolvendum omne
dampnum quod civibus Wormatiensibus intulerant. Hoc anno dederunt Iudei ducentas et
quinquaginta libras Hallensium in allevationem expensarum quas habuerunt contra illos
de Liechtenstein.

Anno 1272. inceptum dare ad parandas vias et tecta et vallos civitatis, qui fere peri- 1272.
erant, de quolibet maldro quod cives comedebant duo Hallenses. Et hoc incepit in cra-
stino purificationis sancte Marie. Milites vero dare renuerunt. Febr. 3.

Anno 1273. in die sancte Iuliane virginis institutum est ungeltun in annona et vino 1273.
consensu episcopi Wormatiensis. Febr. 16.

Anno 1273. in festo sancti Luce euangeliste Anna, regina Rudolfi Habspurgii in cesa- Oct. 18.
rem noviter electi, Wormatiam venit. Cui cives honestissima clenodia et alias presenta-
tiones honestas plus quam ad sexaginta marcas ministrabant. Eodem anno in die sancti
Andree Rudolfus rex pervenit Wormatiam, et ibi cum inestimabili honore decentia et Nov. 30.
gaudio ingenti ab episcopo clero ac civibus receptus fuit, et una cum domna regina pala-
tium intravit. Proxima nempe dominica sequenti, que fuit dominica prima in adventu Do- Dec. 3.
mini, fecerunt eidem domno regi cives Wormatienses iuramentum fidelitatis in curia, pul-
sata campana, civibus congregatis ante stegam, coram principibus dominis et nobilibus
terre solempniter et aperte. Hoc civium iuramentum in hec verba protulit et predixit toti
populo domnus Eberhardus episcopus Wormatiensis, omnibus ipsius domini nostri episcopi
verba[a] repetentibus hoc modo lingua Teutonica: *Das wir burgere von Wormes zu unserm
hern dem Romischen konige Rudolf der hie gegenwortig ist, also holt und also getruwe sin,
also zu rechte ein frie stat deme riche von Rome sal sin, die da ist gefürstet von dem riche,
sin riche zu waren[b], sine schaden zu warnen, wider maniglichene ane alle arge liste, so uns
God helfe unde die heiligen.* Permansit etiam domnus rex in Wormatia cum domna regina
ac tota familia sua tribus septimanis.

Anno 1275. in festo sancti Mathei apostoli opposuerunt se cives in Oppenheim, et non 1275.
milites, domno Rodolfo regi. Quod ipsis cessit in maximum detrimentum, quia castrum, Sept. 21.
quod ipsi fregerant, fortius reedificatum est ab ipsis, preter alia dampna.

Anno 1278. Iudei dederunt Wormatiensibus civibus quadringentas libras Hallensium 1278.
pro almenda, quam ipsi in duobus vicis apud eos occupaverant, et pro cemiterio eorum,
cuius munitionem cives frangere voluerunt.

Anno Domini 1298. in festo[c] apostolorum Philippi et Iacobi magna pars civitatis Wor- 1298.
matiensis apud arcum[d] et[d] ripam lanionum et cerdonum per incendium absumpta[e] fuit. Mai. 1.
In hiis magnis incendiis civitas Wormatiensis tam inestimabiliter fuit dampnificata, ita
quod hec dampna innumerabilia vix unquam poterit superare. Interea etiam multa incen-
dia exorta sunt, que hiis non comparantur, et que per singula non possunt annotari.

---

Inter[f] cetera virilia acta Adolfi haberi, quod terram Misnensem in asperrimis frigoribus debellarit imperioque subegerit. Et dum quodam anno in auxilium regi Anglie veniendo contra regem Francie expeditionem instauraret, archiepiscopus Moguntinus Gerhardus de Eppenstein, episcoporum comitumque usus consiliis, ob dicti regis humiliationem fraude occulta laboravit, non quiescens donec venenum mente conceptum crudeliter exspueret, asserens quod ante electionem regis Adolfi pollicitationes de conferendo regno facte essent Alberto duci Austrie, filio regis quondam Rudolfi, sub certis instrumentis per idoneos barones internuncios sibi misit. Ita induxit episcopus Albertum, et persuasit ut collecto exercitu ad partes Rheni veniret ad capiendum imperium ad quod antea fuerat designatus. Qui vix confisus verbis archiepiscopi, qui ipsum primo electum defraudaverat Adolfum preferendo, tamen conscripto magno exercitu, et collectis de Ungaria et Bohemia sagittariis optimis sed inermibus, impulsus episcoporum et comitum huius terre consiliis et auxiliis, transito Rheno iuxta Argentoratum descendit, figens tentoria sua iuxta castellum Alzeia. Adveniensque archiepiscopus cum civibus Moguntinensibus devastaverunt idem oppidum, elegitque ibi, aliis contradicentibus et absentibus electoribus, dictum Albertum ducem in regem apud villam Schafhusen[40], pertractantes invicem quomodo

a) *deest* 2. b) *ita corrigo;* warnen 2. mehren *coniicit B.* c) f. sanctae Walburgis in nocte et in die magna 3c. d) *deest* 3a. 3b. e) devastata 3a. f) *haec in Paralcipomenis ad Conradi Urspergensis chronicon ita laudantur:* De Adolfo in codice vetusto Wormatiensi chronico sic legitur,

40) ab oriente Alzeiae. B.

1298. amantissimum regem Adolfum perderent occiderent vel privarent. Hiis ita habitis rex Adolfus collecta copiosa manu, habens secum inter alios duces et barones palatinum comitem Rudolfum ducem Bavarie, suum filiastrum et filium sororis dicti ducis Austrie Alberti, insecutus eum papiliones in prato Heppenheim collocavit. Cui in auxilium cives Wormatienses honorabiliter occurrerunt. Sed dum rex se procingeret contra hostes iturus, bona fortuna redierunt.

Sequenti die dum dux Albertus paulisper a loco declinaret, opinatus rex aufugere eum velle, celeri gressu in hostem debacchatur, transverberat et occidit illum qui in armorum similamine oppositi ducis occurrebat. Dum itaque rex Adolfus in spe viriliter usque ad lassitudinem corporis debellaret, dux Bavarie suus filiaster terga vertit in fugam sine omni vulnere, suis omnibus eum sequentibus et fugam incutientibus, sicut cum avunculo predicto duce Alberto pridie, ut firmiter credimus, fuerat preconceptum. Et sic suorum adiutorio destitutus rex Adolfus occubuit, sepultus in monasterio Rosental. Postea spatio mensis unius non transacto, sollertia archiepiscopi Mogontinensis electores omnes Frankenfort conveniunt et Albertum Austrie ducem eligunt[a]. . . . . . . .

Heinricus septimus fit imperator; scripta chronica Wormatiensia testatur, quod in eo via iustitie et trames equitatis bases suas fixerit. Nam per comitatum Lutzelburgensem mercatoribus mercibus et aliis peregrinantibus maior fuit securitas quam sit in aliquibus provinciis ecclesiarum immunitas. . . . . . . .

---

*De[b] officio camerarii.* Camerarius domni Wormatiensis possidebat tria placita super curia, quod dicitur dinc. Et quodlibet placitum sequitur aliud post quatuordecim dies quod vocatur ungeboden dingk. Est autem eorum terminus feria tertia prima post epiphaniam Domini, item feria tertia prima post octavam pasche, item prima feria tertia post nativitatem Iohannis baptiste. Ad ista placita prima et sequentia parabunt illi sexdecim iurati heimburgere[c] sedes in curia camerario sculteto iudicibus et scabinis desuper residentibus. Et quilibet eorum habebit baculum in manu sua. Et ad interrogationem domni camerarii sub debito iuramenti accusabunt quicquid noverint esse contra iustitiam et nocivum civitati in vicis et plateis. Tenetur etiam camerarius ea deponere et iudicare intra tres quindenas sententia scabinorum que[d] per ipsos sexdecim sibi fuerint accusando publicata. Insuper omnes curie in civitate vendite, que sunt censuales camere, debent ibi recipi a camerario sculteto et comite. Habet etiam camerarius de iure, quod Iudei a nullo nisi de ipso vel eius nuntio ad iudicium domni episcopi possint citari. Idem camerarius reservabit Iudeos illos in sua custodia qui conventi fuerint per iudicium et non potuerunt fideiussores vel cautionem sufficientem habere. Et tales cum sibi presentati fuerint, completo iudicio vel facta compositione cum actore, camerario tres Wormatienses solidos solvent.

*De origine camerariorum Wormatiensium qui nunc nobiles de Dalberg[e] vocantur.*
41 Supremus[41] aliquando in hac urbe iudex camerarius fuit, qui singulis annis, postea quam iuris aliquid in cives episcopi sibi arrogare ceperunt, tria iudicia, que tum illis temporibus placita vocabant, in episcopali curia exercebat. In Ianuario unum, in Aprili alterum, in Iunio tertium. Iudicio huic camerario pretore et iudicibus presidentibus, apparitores sedecim, quos heimburgios appellabant, presto erant. Iudicum quilibet, baculum manu tenens, a camerario, cui se fidei sacramento ante obstrinxerat, rogabatur: Ecquid sciret quod contra ius et equum in civitatis perniciem uspiam in urbe perpetratum esset, ut id iudicaret. Si quid commissum erat, de assessorum sententia, quos illi tum scabinos appellabant, camerarius statuebat, ut pro facti conditione delinquentibus mulcta irrogaretur, intra quindenas tres persolvenda. Ipsi preterea ratio de censu quem camere appellabant reddenda erat. Et Iudei singulari quodam modo illi erant devincti. Progressu temporis, cum ob fidelitatem in obeundis episcopi negotiis optime meritus esset, non tantum hoc officium hereditario obtinuit, unde se camerarius abolito officio perpetuo nominat, sed ad eam etiam potentiam pervenit, ut peculiare quoddam iudicium in suburbio Martiniano ipsis exercere quotannis
1315. Febr. 17. liceret, quod tamen anno 1315. feria secunda post Reminiscere respublica Wormatiensis permutatione quadam, data videlicet pensione annua sex librarum Hallensium, ad se transtulit. Et sic camerariorum amplissimum aliquando munus atque officium familie huic

a) quae in Paraleipomenis. b) ex 2. c) heimburgern 2. d) qui 2. e) dalburg 2.
41) cf. Ludwig Reliquiae II. p. 78.

peculiare atque perpetuum authoritatem non parvam addidit. Ante annos 463 plus minusve Heribertus quidam archiepiscopus Coloniensis, et ante annos 358 Erkenbertus qui Frankenthalium exstruxit, hanc familiam celebrem reddiderunt[42].

*De sculteto, et que durante suo officio expendere cogebatur.* Scultetus Wormatiensis, qui in die sancti Martini a domno episcopo et consulibus eligitur et constituitur ad iudicandum civibus per annum illum, et serviendum domno episcopo et solvere feudata infeudatis ab ipso, transacto anno liber permanebit ab omni onere officii temporibus vite sue. Dabit autem scultetus domno episcopo singulis diebus quartale vini optimi quod venale invenitur. Item quotiens domnus episcopus in passagio Wormatiensi, quod dicitur burgervar, Rhenum transierit et sculteto intimaverit, ministrabit sibi quartale vini melioris quod tunc venale invenitur. Item dabit domno episcopo omni septimana per annum decem pullos qui vocantur cappones, excepta quadragesima in qua dabit duos centenarios olei. Et quando cappones non possunt haberi venales, dabit duos iuvenes pullos bonos pro cappone, vel tres gallinas pro duobus capponibus[a]. Antiquitus autem dabatur aneta „antvogel" pro cappone. Item etiam dabit scultetus domno episcopo sedecim libras Wormatienses statim post receptionem officii et triginta solidos ad vini emptum, quod dicitur weinkauf. Tenebatur quoque dare multis militibus libras, ut vicedomino Wormatiensi et aliis, quorum summa fuit octoginta et octo libre Wormatienses, preter vinum et cappones et alia. In die palmarum tribus fratribus camerariis etiam dare cogebatur sex libras minus quinque solidis et dimidium gruem et dimidiam libram piperis. Item dominis maioris ecclesie in cena Domini unam libram ad mandatum et quinque libras olei olive ad sanctum chrisma. Hec servabantur 1259. Recipiebat autem scultetus ab antecessore suo viginti libras Wormatienses, a civibus viginti libras Wormatienses, ab officiatis „ampteman" viginti libras, a sedecim heimburgensibus duodecim libras Wormatienses. Item dant et extractores vasorum, qui vocantur burnedregele „borndreger", septem libras et ventrem agni. Item dant sibi examinatores vasorum, qui vocantur icheri „eicherer" unam libram, cordewenarii „kornder, mitterer" unam libram, macellarii „metzler, fleischhauer" unam libram, Iudei decem solidos, heimburgenses[b] ante portam sancti Martini octo uncias. Dabitur etiam sculteto de qualibet curia que venditur et a camerario recipitur aureus denarius, vel quinque solidi Wormatienses. Item quicunque civium habebit oleum venale dabit unam libram, cordewenarii quadraginta denarios pro duobus ocreis, de quolibet vaso qui examinatur „so geeicht wird" Hallensem.

*De heimburgis.* In festo Martini denominabit pedellus civitatis in stega sedecim viros, qui dicuntur heimburgen, quos ipse solus per se in quatuor parrochiis eligit et constituit. Et illi sedecim iurabunt coram magistris civium, quod per annum illum mensuras qualescunque ab omnibus exigant examinent et iustificent, falsas dirumpant sine dolo, nullas amicitias et inimicitias attendendo. Item quod ad pulsationem campane curie semper parati existant. Item quod cum a camerario requisiti fuerint, quod ea accusent que noverint accusanda.

*De iudicio condempnatorum antiquitus in urbe Wormatiensi.* Sciendum est, quod super curia domni episcopi sicut attingitur a monasterio usque ad capellam sancti Stephani et sic extra domus in curia edificatas[c] potest unusquisque usque ad hovedor suum, malefactorem iniuriatorem sive debitorem per iudices seculares civitatis convenire. Et tales si fuerint conventi, debent a iudicibus secundum formam conventionis custodie sculteti mancipari. Item omnes malefactores deprehensi, in primo mane, si non fuerit dies festivus, ducentur super curiam, et ibi secundum commissum a consulibus et iudicibus sive scabinis per sententiam condempnabuntur, et hoc facto campana curie tribus vicibus pulsabitur ad populum convocandum. Et tunc pedellus civium ascendens stegam, ad penam sive ad mortem, secundum recessum iudicii, illos vel illum coram omni populo deiudicabit. Quem continuo scultetus recipiens, ad locum pene deducet, et ibi ipsum vel ipsos comiti presentabit, qui super hoc iudicium edictum supplebit vel perficere continuo procurabit. Si fuerit fur, cum ad portam quam vocant hovedor deductus fuerit, statim ab illo qui habuerit telonium domni episcopi, quod dicitur cuntzoll, funis suspensionis collo furis imponetur. Loca

a) capponis 2. b) hamburgen. 2. c) edificatis 2.

42) Haec Boehmero monente a. 1483 vel 1484 scripta esse oportet, quum Heribertus a. 1021 obierit, et Frankenthal a. 1125 fundatum sit.

vero supplicii iudicialis hec sunt: furum in patibulo, homicidarum in rota in strata Maguntinensi exterius vallum exteriorem, mutilatio capitum erit extra portam sancti Andree super Asgraben prope cemiterium Iudeorum. Item mulieres que viros suos occiderunt, comburentur in strata ubi via de Pfeffelnkheim et Hocheim contingunt. Item mutilatio manuum erit in porta sancti Martini. Item exustio maxillarum et pena crurum et cutis, que dicitur scherz umb willen, erit in porta sancti Andree. Si aliquis malefactor in civitate repertus fuerit in domo alicuius, illum potest comes civitatis excipere et educere, exceptis domibus et curiis clericorum ministerialium monetariorum et wiltwerker husgenos. Sed in domibus ministerialium educet camerarius, de domibus monetariorum magister, vel solus magister eorum, de mansionibus wiltwerker husgenos magister eorum. Et tunc presentantur iudicibus.

Singulis annis in die sancti Martini constituuntur iudices civitatis, videlicet scultetus comes et duo officiarii vulgariter dicti ammetman.

Preterea hoc tempore in numerum civium nullus receptus fuit, qui bona fide non promitteret, se intra anni spatium empturum domum vel aliam hereditatem ad valorem decem librarum in civitate Wormatiensi. Receptus etiam dare cogebatur episcopo quartale vini optimi venalis, cuilibet consulum dimidium quartale, notario civium dimidium quartale.

*De privilegio quod habent cives Wormatienses in nundinis Frankenvordensibus.* In nundinis Frankenvordensibus tenentur cives Wormatienses ista dare antiquo iure et consuetudine observata: Sculteto civitatis ibidem datur pileus comparandus pro solido Frankenvordensi, et due chyrothece pro solido comparate, et una libra piperis. Item preconi civitatis dantur similiter pileus et due chyrothece eiusdem valoris. Item scabinis ibidem quadraginta et duo denarii Frankenvordenses. Nuntio autem civitatis Wormatiensis qui illuc mittitur in nundinis a civibus ut exequatur iustitias civium et etiam presit civibus, ille recipiet a quolibet civi ibi negotianti unum denarium, et ipse nuntius perhibet sibi testimonium quod civis sit Wormatiensis, si necesse habuerit. Hec itaque iustitia in nundinis Frankenvord data, cives Wormatienses ab omni thelonio ibidem liberi erunt. Si vero aliquis civium Wormatiensium denarium, cum ab ipso per nuntium Wormatiensis civitatis requisitus fuerit, non dederit, nuntius civium cum domum reversus fuerit, potest illum inquirere et convenire, et emendabit ei secundum sententiam scabinorum [a].

---

*Quae sequuntur ex 3°. decerpsimus.*

1300. [Eberhardus episcopus. Iste consensit in civitate Wormatiensi, quod sedecim admittuntur de universitate ad consilium Wormatiense annuatim in die sancti Martini anno Domini 1300, qui annus tunc iubilaeus dicebatur et habebatur.

1325. Oct. 28. Anno Domini 1325. in die sanctorum Simonis et Iudae apostolorum post prandium ventus fuit validissimus undique, deiecitque ecclesias multas et aedificia varia propter nimiam tempestatem suam, ecclesiam fratrum Praedicatorum in Wormatia subruit, quam postea vix reaedificaverunt pene per triginta annos, antequam ad statum pristinum reduxerunt. Quam tunc consecravit dominus Iohannes Schadelant episcopus ecclesiarum Wormatiensis, Culmensis, Hildershemensis, Augustensis, ut infra de eo scribitur, qui fuit ordinis Praedicatorum vir gloriosus.

1333. Salmannus dehinc electus tempore Ioannis XXII. et per papam Benedictum duodecimum confirmatus, fuit autem de Moguntia natus, sed ut apparet, inde non libenter susceptus; propter quod interdicto civitas ipsa ad tempus subiacuit, prout in loco uno inveni scriptum, et multi canonici Nuhusenses qui eis rebelles fuerunt excommunicati. Unde Clemens papa sextus, ut eo celerius episcopatus sui Wormatiensis possessionem valeret pacificam adipisci, dedit praedicto episcopo Salmanno apostolicam auctoritatem absolvendi omnes, qui incidebant in sententias excommunicationis maioris propter rebellionem sive inobedientiam et contradictionem factam contra praedictum consulem. Et quia canonici Nuhusenses, qui etiam nominantur ibi, a rebellione et contradictione praedicti antistitis destiterunt, et dimisso devio in eorum episcopum Wormatiensem receperunt et ei de expensis iniuriis atque damnis satisfecerunt et petiverunt ab eisdem humiliter se absolvi,

a) *hucusque* 2.

igitur praedictus episcopus Salmannus auctoritate apostolica omnes et singulos a sententiis 1343. praedictis et poenis in Dei nomine absolvit et absolutos publice denunciavit et super irregularitatibus misericorditer cum eis dispensavit. Datum et actum Wormatiae habitationis domni episcopi anno Domini 1343. Iste episcopus etiam concessit sororibus in Libenaw et in Hochheim, tempore interdicti, nihil per hoc impediri, sed de aliis monasteriis non invenio, hoc idem illis indulsisse.

Tempore Iohannis Schadelant, episcopi Wormatiensis, iterum contentio fuit inter clerum et cives, anno Domini 1366; sed concordavit eos palatinus et alii, ut infra dictum 1366. est. Inprimis ibi constituit episcopus sex milites, qui iuramentis promitterent fidelitatem episcopo et civibus, ut supra tempore Heinrici secundi episcopi dicitur. Item, sedecim eligent viginti quatuor ex singulis plebaniis, et ex illis episcopus sedecim, qui sunt honesti viri, si non poterit adesse etc. Alia quoque multa in eadem habentur concordia. Ibi quoque habetur, quod omnia bona episcopi et dominorum sive sacerdotum tam in corpore quam in bonis eorum, erunt in tuitione civitatum sive civium. Subdit quoque ita: quod domini ipsi maioris ecclesiae tali conditione ipsos defendant cives, prout ab antiquo consuetum est. Item, ut nullum telonium vel ungelt ponatur super bona sacerdotum, quae in civitate sunt vel extra. Si tamen fructus vel vinum emerint vel vendiderint, de illis faciant ut cives alii. In necessitate tamen civitatis, de consilio episcopi et civium in huiusmodi fructuum et vini venditione fiet de bonis sacerdotum ut de bonis civium, exceptis dominis de Nuhusen, qui in suis permanebunt privilegiis. Item si laicus in iudicio spirituali causam habuit erga sacerdotem, coram iudice suo iuxta antiquam faciet consuetudinem. Item omnes sacerdotes omnium collegiorum libere possunt agros suos, vineas, curias, domos, hortos, prata redimere, ubicunque impignorata fuerint, iuxta consuetudinem aliorum civium civitatis. Item, si occasione iusta episcopus in civitate non esse poterit, tunc poterit in presbyterum vel civem, in civitate tamen habitantem, omne suum committere ius, in die Martini episcopi constituere officiales scilicet sedecim et magistrum civium et alia episcopum concernentia, ac si episcopus esset praesens. Item, ut de cetero in omnibus, quae gesta sunt inter episcopum, perpetua sit pax et indultum usque in hodiernum diem, similiter et inter amicos et ministros eorum. Item post multa concludit iunior domnus dux Bavariae haec praecedentia cum multis aliis adiutorio civitatum Moguntiae et Spirensis conclusisse et sigillo suo cum aliis communiisse rogatu episcopi domni Iohannis et collegii sui, similiter et civium Wormatiensis civitatis. Anno Domini 1366, in die sancti Pauli conversionis. Affueruntque hic in contractu multi solennes viri, ut in Ian. 25. litera patet.]

# ANNALES BREVES WORMATIENSES.

*Exscripsit eos anno* 1838 *Waitzius noster ex codice bibliothecae universitatis Havniensis inter Arnae Magnaeanos in* 4° *Nr.* 830 *signato, chartaceo saeculi XV. exeuntis, ubi haec in capite leguntur:* „Sequentia que contigerunt temporibus Frederici primi imperatoris eiusque sequacium sumpta et transscripta sunt ex quodam antiquissimo libro qui iam pre sua vetustate vix extitit legibilis; discerptus enim erat ac proiectus veluti inutilis.“ *Sunt notitiae ordine in universum chronologico congestae, sed erroribus chronologicis scatent, quare veros annorum numeros ubi necesse fuit in margine indicavi. Scriba alios quoque errores commisit, quos, quantum fieri potuit, correxi; nonnulla tamen hic tantum adnotata historiae saeculi XIII. illustrandae inserviunt. Quum de origine eorum minime constaret, eos propter notitias a.* 1293 *de incendio Wormatiae et rebus aliis Wormatiensibus ei civitati adscribendos iudicavi; et incendium illud iisdem fere verbis in annalibus Wormatiensibus anno* 1298 *adscriptum, ab ipso fortasse non diversum fuit. Res nonnullae in Annalibus Moguntinis memoratae hic etiam, aliis tamen verbis, enarrantur.*

Anno Domini[a]

1165. 1170. a Frederico huius nominis primo imperatore Conrardus archiepiscopus Moguntinensis deponitur et Christianus primus ei substituitur.

1166. Eodem anno murus civitatis Erfordie a Ludovico lantgravio Thuringie cognomine Probo destruitur.

1170 Eodem anno sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus ab Heinrico rege Anglie martyrio coronatus et Cantuarie honorifice sepelitur.

1182. 1172. Fredericus imperator huius nominis primus, Henrico duce de Brunswick tam
iuribus principum quam imperii censura substrato, victrices aquilas ad Rheni fluenta
Mai. 16. revexit, et in die sancto pentecostes cum Henrico filio, tunc adhuc rege, et cum imperatrice
sua culto regio decoratus, et apud Moguntiam coronatus, presente Philippo archiepiscopo Coloniensi ac pluribus principibus et baronibus necnon ducibus in monasterium sancti Albani a capella sancti Albani, que est baptisterium predicte ecclesie sancti Albani quasi in limine ipsius posita, solempni processione progreditur, ibique ebdomadans de statu imperii et pace ecclesiarum plurima ordinat et pertractat.

Eodem tempore et anno[b] comes Flandrie[1] imperatori et Henrico filio eius in dedicionem coactus subicitur, unumque de filiis imperatoris comes sibi heredem instituit, si eum discedere contingeret absque liberis vel herede.

1183. 1173. Christianus huius nominis primus Moguntinensis archiepiscopus moritur, et
Aug. 25. 1184. prenominatus Conradus in episcopatum restituitur. Eodem anno Erfordie multi nobiles et
principes in quadam privata[2] submersi sunt.

a) Anno Domini *ante numerum anni ubique legitur.* b) *codex* tempore Hamino *habere videtur.*

1) Philippus; cf. Sigeberti cont. Aquic. a. 1182 SS. VI. p. 420 et Friderici I. chartam d. 22. Iun. 1182 Moguntiae, in qua Philippus testis occurrit, Oesterr. Akad. Notizenblatt 1851. p. 148. 2) i. e. cloaca.

1191.[a] in vigilia sancti Iohannis baptiste generalis eclipsis solis facta est. Ian. 23.

1192. Fredericus huius nominis primus imperator submersus est, cui Henricus filius 1189. eius per electionem principum in imperatorem substituitur.

1198. Philippus contra Henricum[b] imperatorem in imperium eligitur. Mart.

1200. Conrardus archiepiscopus Moguntinensis obiit, cui Sifridus huius nominis primus successit.

1201. translata est sancta Kunigundis imperatrix et virgo apud Babenberg.

1204. Philippus imperator Wizenze obsedit, et Odoacrum ducem Bohemorum in regem Iul. coronavit, et Bohemiam in posterum regnum vocari et esse censuit. Aug.

1208. Philippus apud Babenberg occiditur. Eodem anno Otto de Brunswyck ab omnibus principibus in regnum extollitur. Eodem anno incepit ordo fratrum Minorum et Predicatorum.

1210. mortuo Henrico imperatore, Fredericus filius eius huius nominis secundus, admodum puer, ab Hermanno lantgravio Thuringie ad regnum instituitur, et tandem contra Ottonem eligi procuratur.

1212. Otto rex Salzaha[3] expugnat et Wizenze obsidione cingit.

Eodem anno regina Hungarie, mater sancte Elizabeth de Marburg, occiditur. Eodem anno pueri eciam profecti sunt ultra mare.

1214. frater Conrardus de Marburg predicare incepit, et hereticos quoscumque volebat per totam Teutoniam nullo contradicente combussit, et sic decem et novem annis predicavit.

1216. Hermannus lantgravius Thuringie, maritus sancte Elizabeth, moritur. Eodem anno ordo fratrum Predicatorum confirmatur.

1218. Otto iam imperator effectus obiit, et sic Fredericus tum favente precipue sede apostolica in imperio stabilitur, et sic 32 annis post Ottonem imperavit.

1219. sanctus Dominicus institutor ordinis fratrum Predicatorum moritur et Bononie sepelitur.

1226. sanctus Franciscus pater ordinis Minorum moritur, et apud Assisium sepultus requiescit.

1227. Ludovicus lantgravius Thuringie, filius Hermanni, mare transfretavit, et ipso anno obiit. Ordo penitencium eodem anno a papa confirmatur.

1231. sancta Elizabeth de Marburg obiit. Anno sequenti

1232. Friteslaria[c][4] a Conrardo lantgravio Thuringie, filio Ludovici, capta tota destruitur.

1233. frater Conrardus qui hereticos combussit, a militibus qui de Derenbach[5] vocabantur occiditur.

1236. sancta Elizabeth de Marburg canonizata est et translata. Eodem anno Frede- 1235. ricus imperator aput[d] Moguncïam curiam celebrat generalem. Eodem anno Henricum regem filium suum rebellare sibi conantem in exilium mittit, qui quinto exilii sui anno moritur.

1237. Fredericus imperator a papa Gregorio nono[e] excommunicatur imperii sui anno 1238. 30, et a fratribus Minoribus a partibus est fugatus. Eodem anno Conrardus filius eius a quibusdam principibus in regem a patre eligi procuratur.

1238. Tartari de locis suis cum infinita multitudine exeuntes, Hungariam Poloniam Moraviam et terras adiacentes in maxima parte destruxerunt, contra quos principes de Merseburg cruce signantur. 1241.

1241. eclipsis solis facta est generalis. Mai.

1244. Fredericus imperator Lugduni in generali concilio ab Innocencio papa huius 1245. nominis quarto ex sententia deponitur. Iul. 17.

1246. post destitutionem Frederici imperatoris Conrardus filius eius iunior imperium sibi usurpat. Contra quem Henricus lantgravius Thuringie dictus Raspe a principibus eligitur, qui pugnam apud Franckenfurt conserunt. Conrardus victus cum suis in Italiam se Aug. 5 recipit.

1248. Lodovicus pius rex Francorum mare usque Cartaginem Affrice et usque Thunicium cum maximo exercitu transfretavit, et primo Damiatam nobilissimam Saracenorum urbem capit, infinita eorum multitudine interfecta. Deinde in secundo conflictu a Saracenis

a) *recte.* b) *lege* Ottonem. c) *ita emendavi;* fuslaria *c.* d) aput *corr.* apud *c.* e) *ita correxi,* quinto *c.*

3) Langensalza, ubi die 16. Iulii chartam edidit. 4) Fritzlar. 5) Derenberch?

vincitur; in quo Robertus, frater Lodovici regis, et multi Francorum nobiles occiduntur, et ipse rex capitur, et cum pluribus carceri mancipatur. Tandem conventione facta, trecentis milibus aureorum se et suos redimit a captivitate, reddita hostibus Damiata, et sic Lodowicus redit in Franciam cum suis, ducens secum ossa fratris sui Roberti et aliorum baronum qui fuerant interfecti. Lodowicus rex, totus christicola, domus fratrum Predicatorum et Minorum et sancti Martini penitencium ac canonicos ad capellam regis nec non domum trecentorum cecorum in civitate Parisiensi fundavit, et extra civitatem ecclesiam ad montem regalem vocatam constituit, ubi fratres ordinis Cisterciensis collocavit.

1253. Iun. 12. Hoc tempore Innocencius papa Karolum fratrem regis Lodowici in regem creat Sicilie contra Conrardum filium Frederici imperatoris.

Lodowicus pius rex Francorum anno regni sui 40. in pace moritur, et in ecclesia sancti Dionisii apud progenitores suos reges honorifice sepelitur. Cui succedit Philippus, filius eius ex Margareta filia comitis Provincie. Theobaldo rege Navarre sine herede mortuo, succedit Henricus frater suus, cui Philippus rex Francie Iohannam sororem suam tradit uxorem. Henricus rex ex Iohanna solam sobolem generat videlicet Iohannam, quam postea Philippus Philippi rex Francie, nepos Lodowici pii, ducit uxorem.

Mart. 9. 1249. Sigefridus magnus archiepiscopus Moguntinensis moritur, qui Fredericum imperatorem expugnabat et excommunicabat, cui succedit Christianus secundus.

1250. Fredericus secundus imperator moritur.

1254. Anno quarto post mortem Frederici Conrardus filius eius, pater Conrardini, moritur. 1254. mortuo rege Conrardo filio Frederici imperatoris, succedit Conrardus filius eius, quem Longobardi nominant Conrardinum; contra quem Karolus predictus una cum auxilio pape 1268. congreditur, et prima facie papa cum Karolo a Conrardino vincitur. Post bellum Theutonicis qui cum Conrardino erant prede et spoliis inhiantibus, repente Karolus cum suis recuperata manu irruit, et improvise Conrardinum capit cum plurimis[a] de suis. Conrardinus iste pulcherrimus ut Absolon, consilio pape ob invidiam Theutonici nominis et propter Frederici avi sui[b] a Karolo cum pluribus comitibus et nobilibus Alamannis crudeliter decollatur, in quo defecit genealogia Frederici imperatoris[c].

Mortuo rege Henrico Raspe, Willekinus sive Wilhelmus comes Hollandie in regem eligitur. Qui Frisones cupiens subiugare, ab eis occiditur anno Domini 1256.

1257. occiso iam Willekino, principes omnes excepto Arnoldo archiepiscopo Treverensi Richardum, fratrem regis Anglie, in regem eligunt. Qui veniens cum infinito thesauro, principes et barones terre magis pecunia quam vi sibi servire coegit. Solus Arnoldus Treverensis archiepiscopus Alphonsum regem Hispanie eligens, solennes nuncios mittit; sed Alphonsus vel contempnens vel non curans Romanorum imperium, nuncios magnis muneribus donatos remisit promittens se venturum; non tamen venit. Richardus autem deficiente pecunia cum uxore sua domina de Valkinburg, quam propter excellentem suam pulchritudinem duxerat, in Angliam rediit, ibique vitam finivit.

Imperium usque ad tempora Rudolphi regis vacabat.

1273. 1274. vacante aliquamdiu Romano imperio, Rudolphus comes de Habeſburg celebri Sept. 29. et communi principum electione apud Franckinfurt absens eligitur in regem circa festum sancti Michaelis, et regnavit decem et novem annis minus septem ebdomadis.

1276. Rudolphus rex tertio regni sui anno per Ratisponam et Pataviam Danubium transit, et regem potentissimum Venceslaum, qui et Odoacer, in propria eius terra invadit, et primo Wiennam[d] principalem civitatem Austrie vallatam obsidione capit. Odoacer sine bellorum strepitu colla submittit, et Austriam Stiriam et Carinthiam et plures alias provincias ac terras imperii, quas dudum tenuerat, Rudolpho reddit, et regnum Bohemie in feudo accipit. 1278. Postea consilio regine uxoris rupto federe et iureiurando quod Rudolpho prestiterat, denuo Aug. 26. rebellat. Instaurato itaque ab utroque rege exercitu dum pugna committitur, Odoacer cum multis ab utraque parte occiditur.

1278. Odoacro iam occiso, Rudolphus filiam suam Venceslao filio Odoacris in matrimonium copulat, reddito sibi regno paterno et provincia Karniola sibi ac Moravia concessa in dotem. Denuo Rudolphus latronibus a terra propulsis, filio suo Alberto ducatum Austrie 4 et Stirie ac dominium Portusnaonis[4] concedit, tradita eidem Alberto in matrimonium filia Meynhardi comitis de Thirol. Cui eciam Meynhardo ducatum Karinthie tradit.

a) plu *c.* b) *scilicet* odium *vel tale quid excidit.* c) *rubro colore additur:* ut supra pluriter ante tria folia, *ubi legitur historia Aeneae Silvii.* d) W. capit et p. *codex.*

4) Pordenone.

Hartmannus comes primogenitus Rudolphi regis inter Basiliam et Argentinam in Reno [1281 Dec. 20.] submergitur, cui filia regis Anglie fuerat desponsata.

Gregorius papa decimus circa principium regis Rudolphi apud Lugdunum Gallie con- [1274.] cilium celebrat generale, ubi Henricum de Montfurt episcopum Leodiensem, qui ut dicebatur pater quadraginta puerorum de totidem matribus fuit, ex sentencia depositum pontificatu privat.

Eodem concilio durante, Greci convertuntur a scismate suo; et Tartari pro maiori parte baptizantur primo anno regni Rodulphi.

1279. Wernherus archiepiscopus Moguntinensis pugnans apud Genzingen cum comite de Spanheim triumphavit, de Vehingen, de Liniugen comites, Ringravium ac multos alios captivavit. Item eodem anno castrum Rinberg obsidione vallatum cepit et destruxit.

Eodem tempore Engilbertus, de Hohinvels natus, Coloniensis archiepiscopus moritur, qui cum Wernhero archiepiscopo Moguntinensi Rudolphum elegerat et coronaverat; cui Sifridus de Westirburg Moguntinensis ecclesiae prepositus subrogatur.

Rudolphus rex rebus in Austria Bohemia et aliis vicinis provinciis bene dispositis in Germaniam rediit, et conventu principum sive[a] curia primo apud Nurenberg deinde apud [1281.] Franckinfurt[b] celebrata, omnia castra[c] in quibus predones et spoliatores strate regie se [Iul. 25.] detinebant destruxit.

Postea Rudolphus expeditionem contra comitem Burgundie movet, et primo Vesonti- [1283.] num[5] civitatem obsidione vallat; cui ipse comes cum maximo obviat exercitu, sed tandem [Mart.] in deditionem cogitur a Rudolpho et se amicabiliter componit. [Apr. 17.]

Rudolphus a Burgundia rediens Columbariam, Thuregum, Verenam[6] et Hagenawe [Mai. 24.] civitates rebellantes capit, auctoribus rebellionis partim occisis partim proscriptis.

1282. Rudolphus rex Richenstein et Schonecke cooperantibus civitatibus sibi destruxit. Eodem anno in vigilia Marcellini et Petri, hoc est Kal. Iunii, vinee universaliter floruerunt.

1283. anno regni Rudolphi nono feria secunda pasche christiani in civitate Moguntinensi Iudeos invaserunt, multis ex eis occisis, omnem substanciam eorum sibi diripuerunt; que plaga omnes Iudeos per totam Alemaniam percussit.

1285. ecclesia sancte Marie ad gradus, una turris maioris ecclesie Moguntinensis et nove ypothece ibidem sunt combuste. Eodem anno quidam usurpans sibi nomen et personam Frederici imperatoris, primo in Nusia deinde in Westphalia multos sibi attraxit, tandem ex precepto Rudolphi vivus exuritur in vigilia Kiliani. [Iul. 7.]

1286. Iudei apud Wesaliam quendam christianum nomine Wernherum interfecerunt; qui postea ductus Bachracum, multis signis claruit et ibidem a Christi fidelibus honorifice veneratur.

Anno regni Rudolphi decimo Wernherus Eppinstein Moguntinensis archiepiscopus [1284.] moritur et in cathedrali ecclesia sua sepelitur. Sede autem fere per triennium vacante, eo [Apr. 2.] quod duo essent in discordia electi, videlicet Petrus Basiliensis canonicus prepositus ecclesie Moguntinensis, et Gerardus de Eppinstein canonicus Moguntinensis et archidiaconus Treverensis, negocio itaque in Romana curia diu ventilato, vacante interim sede apostolica, tandem Honorius papa creatus, cassata utriusque electione, fratrem Henricum in ordine Minorum tunc Basiliensem episcopum in archiepiscopum ordinat Moguntinensem, et Basiliensi ecclesie preficit antedictum. [1286.]

1287. anno 14. regni Rudolphi, pontificatus fratris Henrici anno secundo, Iohannes Tusculanus episcopus cardinalis apostolice sedis legatus in Theutoniam venit, et in Herbipoli presente Rudolpho concilium celebrat. In quo quia presumebatur quod quedam essent [Mart.] per subreptionem ordinanda seu statuenda, que contra libertatem cleri ac precipue trium archiepiscoporum, videlicet Moguntinensis Treverensis et Coloniensis, super electione Romanorum regis facerent, primo Sifridus Coloniensis archiepiscopus, post eum Tullensis episcopus per interpositas personas solennissime appellant. Unde tumultu facto concilioque soluto, nichil dignum memoria predictus legatus gessit; infectoque negocio Romam revertitur, sed in redeundo multo thesauro apud Cameracum spoliatur.

Regina uxore Rudolphi, que soror fuerat comitis de Heigerloch, mortua, Rudolphus filiam ducis Burgundie sibi accipit in uxorem, sed nullam ex ea sobolem generat.

a) *deest cod.; cf. infra* 1291. b) frackinfurt *cod.* c) strata *c. vitio scribae.*

5) potius Burnedrut. 6) Bern.

1287. Postea Rudolphus Fredericum de Bolandia natum, episcopum Spirensem ob nutum regine ut dicitur factum, extra fines terre in Gallias fugat, qui usque ad mortem Rudolphi numquam ad episcopatum est reversus.

Eo tempore frater Henricus archiepiscopus Moguntinensis Rudolphum secum in Thuringiam ducit, et sic Erfordienses suos rebelles et barones terre sibi subicit.

Rudolphus in Thuringia et in confinibus eius omnia castella predonum destruit usque ad solum, innumerabilibus ex eis occisis et pluribus de terra fugatis.

Mart. 17. 1288. regni Rudolphi 15. frater Henricus archiepiscopus Moguntinensis pontificatus sui anno 3. apud Haginnauwe moritur, et in cathedrali ecclesia tumba simplici sepelitur. Postea Gerardus de Eppinstein canonicus Moguntinensis et archidiaconus Treverensis, et Emmiricus de Schonecke scolasticus Moguntinensis in discordia eliguntur, sedesque Ro-
6 mana[6] per annum vacat.

Eo tempore Henricus de Vinstingin archiepiscopus Treverensis moritur, et Gerardus de Eppinstein predictus contra Boimundum dictum prius canonicum Treverensem in discordia eligitur, et sic cum duplici electione Gerardus Romam pergit; ubi a Nicolao papa, qui antea Iheronimus dictus, generalis fratrum Minorum fuerat, Gerardus in Moguntia, Boimundus in Treveri archiepiscopi ordinantur.

1278. Iam eciam aliquo tempore antea comes Iuliacensis de scitu et consensu Sifridi archiepiscopi Coloniensis cum multa milicia et familia in civitate Aquensi ab ipsis Aquensibus est interfectus.

Iul. 1289. Rudolphus rex iterum cum multo exercituum apparatu Burgundiam petit, et primo Paterniacum civitatem obsidione vallans, comitem Montis beliardi, comitem Sabaudie et ipsum comitem Burgundie potentes potenter subiugavit.

Ipso anno mortui sunt domnus Gerlacus senior de Limpurch, domnus Emicho comes de Liningen[a]. Item comes de Vehingim, comes de Rinecke senior, Ditherus filius domni Ebirhardi comitis de Kazzenelenbogen, Waltherus de Gerolsecken apud nigram silvam pariter interierunt.

1288. Iun. 5. Postea pugna famosa inter Sifridum archiepiscopum Coloniensem et Iohannem nobilem ducem Brabancie apud Wurung conseritur, ubi victoria favente et arridente duci predicto, Sifridus archiepiscopus cum multis captivatur. Comes de Lutzelenburg cum tribus suis fratribus et Henrico de Westirburg fratre archiepiscopi cum pluribus aliis nobilibus interficitur, comite Gelrie et Adolpho comite de Nassouwe, postea rege Romanorum, captivatis.

Mai. 20. 1291. Rudolphus rex conventum principum sive curiam apud Franckinfurt celebrat generalem, ubi Albertum filium suum ducem Austrie in regnum nititur sublimare, sed contradicentibus electoribus voluntatem suam non potuit implere. Iam aliquo tempore antea mortuus est Rudolphus filius Rudolphi regis, qui filiam habebat[b] regis Bohemie occisi. Eodem anno Andreas rex Hungarie interfectus est per quendam militem suum, qui eum apud uxorem suam invenit.

Postea filius domini Ludowici ducis Bavarie senior ex filia ducis Polonie, apud Nurenberg in hastiludio lesus ab illo de Hohenloch, sed tamen inscienter, interiit.

1291. Iul. 15. 1292. in octava divisionis apostolorum Rudolphus rex anno regni sui decimo nono incompleto diem claudit extremum, et apud Spiram honorifice sepelitur. Eodem anno Saraceni civitatem Akon captam destruxerunt et multos christianos tam seculares quam religiosos interfecerunt. Eodem anno dominus Gerardus archiepiscopus Moguntinensis concilium apud Aschaffinburg celebravit provinciale, presentibus tantum sex episcopis videlicet Eistedensi, Spirensi, Augustensi, Herbipolensi, Babenbergensi et Hildensheimensi, ubi Gerardus filius domini de Kazzenlenbogen, tunc clericus existens prepositus Traiectensis, episcopum Spirensem a concilio redeuntem in Mogo circa villam Kesticbac captivavit.

Eo tempore Symon de Schonecke Wormaciensis episcopus vir mire probitatis obiit.

1292. Mai. 5. 1293. circa festum sancte Walpurgis[7] Adolphus comes de Nassouwe communi et concordi principum electione et assensu apud Franckinfurt in regem eligitur Romanorum ammirantibus universis.

1293. Mai. 1. Eodem die[8] et in nocte magna pars civitatis Wormaciensis apud arcum et in ripa carnificum et cerdonum est per incendium devastata. Eodem anno Gerhardus Irsutus comes

a) Linnigen *cod.* b) hebebat *c.* 6) Honorio IV. mortuo d. 3. Apr. 1287, Nicolaus IV. d. 22. Febr. 1288 electus est. 7) die 1. Maii, sed cf. Böhmeri Regesta p. 156. 8) cf. Annales Wormatiensses a. 1298.

primo, et postea dominus de Stralinberg, Wormacienses episcopi electi, in parvo temporis spacio moriuntur.

Postea Emicho comes Irsutus, prepositus ecclesie sancti Petri Wormaciensis, in episcopum Wormaciensem eligitur canonicorum unanimi et concordi electione, qui postea consulibus et melioribus cum popularibus in civitate altercantibus[a] et aliquibus hinc inde occisis, populares et communitatem sibi attraxit, ut consules eo melius domaret. Tandem mortuus, cum innumerabili multitudine candelarum a popularibus exhibita in sua ecclesia sepelitur.

1294. regni Adolphi anno primo, vacante fere per triennium sede apostolica ex morte Nicolai pape, Petrus tandem quidam heremita, qui antea miles fuerat, papatum suscipit, *Iul. 5.* fitque Celestinus quintus. Qui cum tumultum curie et curas sustinere non posset tamquam insuetus, a quibusdam cardinalibus ut fertur inductus fecit primo constitutionem novellam, quod papa posset renunciare, et sic papatui renunciavit, primo creationis sue anno; cui *Dec. 13.* succedit Benedictus diaconus cardinalis, fitque Bonifacius octavus. *Dec. 24.* Anno primo creationis sue Bonifacius papa Celestinum predecessorem suum misit in custodiam apud Cassinum montem. Deinde in sua eum custodia usque ad eius mortem detinuit. Anno 2. pontificatus sui Bonifacius duos legatos, videlicet Albanensem qui Rothomagensis archiepiscopus fuerat, *1296. Aug.* et Penestrinum, Lugdunensem archiepiscopum, misit in Franciam ad concordandum reges, Philippum regem Francie et Edoardum[b] regem Anglie..

Item iste Bonifacius novam compilationem sexti decretalium edidit. Item yconomicam Aristotelis per interpretes de Arabico in Latinum transtulit cum pluribus aliis philosophie libris.

1295. Lodowicus dux Bavarie senior, comes palatinus Reni, in Heidelberg moritur et in Furstendal in finibus Bavarie postea sepelitur. Ipso anno Iohannes nobilis dux Brabancie, gloria nobilium et flos principum, apud Bare in hastiludio interiit.

a) altricantibus *cod.* b) odeardum *cod.*

# ANNALES SPIRENSES.

*Leguntur in codice diplomatum ecclesiae quondam Spirensis, qui vulgo codex minor audit, membranaceo saeculi XIV. in fol. binis columnis conscripto, qui hodie in tabulario Carlsruhano adservatur, ubi a Boehmero nostro reperti atque tomo II. Fontium pag.* 147—158 *editi sunt. Potiorem eorum partem, annales scilicet annorum* 1184—1259, *saeculo XIII. exeunte ope notitiarum in libris ecclesiae adservatarum conscriptam esse putaverim; reliqua tum ex catalogis et genealogiis imperatorum et regum male intellectis, tum ex annalibus Argentinensibus, Wipone et notitiis Spirensibus haud bene concinnata, vitiis scatent nec magnam sibi fidem conciliant.*

*Textum ex codice unico, iussu serenissimi Magni Ducis Badensis Berolinum transmisso, repetere licuit.*

Heinricus rex, ab imperio Augusti Cesaris octogesimus tercius, anno ab incarnatione Domini 920. regnâvit gloriose, et post multas victorias regni sui anno 17. dum ad obtinendam coronam imperii Romam tenderet, morbo correptus obiit.

Otto Heinrici filius, anno Domini 937. patri succedens, post multa et gloriosa opera anno regni sui 37, imperii vero 13. diem ultimum clausit. Hic Magdeburgensem ecclesiam, ubi regio cultu humatus cernitur, plurimis ornamentis decoravit.

Anno Domini 975. Otto secundus, magni Ottonis filius, patre vivente coronatus a Romano pontifice, anno imperii sui 9. Rome moritur, et in ecclesia beati Petri in conca marmorea humatur. Hic propter ferocitatem suam dictus est pallida mors Sarracenorum.

Otto tercius anno Domini 984. puer patri successit in imperio. Hic imperii sui anno 17. obiit, et in ecclesia sancte Marie Aquisgrani sepelitur, et dictus est mirabilia mundi.

Anno Domini 1001. Ottone sine herede mortuo, Heinricus nacione Noricus eiusque gentis dux, ab omnibus primoribus electus, cum esset rex christianissimus, episcopatum Babenberg fundavit. Qui imperator piissimus post multas virtutes regni sui anno 24. imperii vero 11. mortuus, in ecclesia Babenberg humatur, et sepulchrum eius crebris miraculis celebre habetur.

Anno Domini 1025. defuncto Heinrico sine herede, Cunradus nacione Francus regnum sortitur; uxorem Giselam nomine, de antiquo et glorioso Karolûm sanguine originem ducentem[a], habuit. Hic inter Ottonem[b] Anglorum et Ruodolfum Burgundie reges procedens, honorifice a summo pontifice Iohanne coronatus, ab omni populo Romano imperatoris et augusti nomen accepit. Hic tandem sanctum penthecosten in inferiori Traiecto celebrans infirmatus, 17. regni sui anno, imperii vero 13. diem ultimum clausit, sepultisque intestinis Wipo c. 39. suis, reliquum corpus suum in ecclesiam Spirensem deductum humatur.

Anno Domini 1040. Heinricus tercius, dicte Gisele filius, qui patre vivente regnare ceperat, ipso mortuo regnavit. In ipsoque dignitas imperialis, que per longum iam tempus a semine Karoli exulaverat, ad generosum et antiquum germen reducta est. Hic per omnia

a) *ita emendavi;* ducens 1. *cf. Wiponem cap.* 4. b) *lege* Chuutonem; *Wipo c.* 16.

patrem in virtutibus non solum equasse set transcendisse perhibetur. Hic 17. regni sui anno, imperii 12. obiit, et apud patrem sepultus est.

Anno Domini 1057. Heinricus quartus, Heinrici filius, puer patri successit sub custodia Agnetis matris sue. Qui post multa gloriosa que commisit, anno Domini 1103. nativitatem Domini Moguncie celebravit, ibique Heinrico filio suo rege post se designato, rebellionem ab eo sensit propter excommunicationes Romanorum pontificum, sub specie religionis regno miserabiliter diviso; maloque tali intestino durante, tandem apud Leodium moritur, filio libere regnante.

Anno Domini 1125. Heinrico quinto defuncto absque herede, Lotarius nacione Saxo, invitus ad regnum tractus, per omnia progeniem imperatoris[1] humiliavit. Quo anno Domini 1138. defuncto, Conradus, imperatoris Heinrici sororius, eligitur in Confluencia, Heinrico duce et Saxonibus, qui non interfuerunt, eum electum per subrepcionem calumpniantibus. Qui tamen Heinricus ante potentissimus vix in Saxoniam cum paucis reversus est, resignatis regalibus que habebat.

---

Romani imperatores regnaverunt in Alemania usque ad tempora Lotharii[2] regis Francorum, qui attrivit Syagrium, ducem Romanorum, temporibus Mauricii imperatoris, et fugavit de Alemania. 48.

Lotharius genuit Dagobertum bellicosissimum, qui raptus fuit in Carisyaco in conventu principum Alemanorum[a] et Francorum per turbinem ad tribunal Dei corporaliter propter devastaciones ecclesiarum quas fecit, et ad preces sancti Dyonisii restitutus est corporaliter. Et postea 25 annis regnavit, et multas ecclesias et monasteria in Alemania fundavit. Cuius filium Hildericum beatus Arbogastus episcopus[3] triduanum a mortuis suscitavit, ob cuius amorem ecclesiam Argentinensem multis prediis dotavit et ditavit. Hic eciam restauravit Moguntiam in meliorem situm, quam Huni destruxerant, et Erfordiam fundavit, et Medeburgensem archiepiscopatum inchoavit. Regnavit autem 45 annis per Alemaniam et Franciam, Aquitaniam, non per Ytaliam. Cui[b] successit Hyldericus filius eius in hiis regnis. Cui Anchysus filius. Cui Pipinus primus, filius eius. Cui Hylpericus filius eius. Post hunc Pipinus filius eius. Post hunc Karolus Tutudes, filius eius. Post hunc Pipinus filius eius. Hic Pipinus genuit Karolum magnum. Hic primus adeptus est imperium Romanorum, egrotante Michahele imperatore apud Constantinopolim, sub Zacharia et Leone papa, anno dominice incarnacionis 768. Regnavit autem annis 47 per Alemaniam Ytaliam Galliam Aquitaniam. Hic quatuor filios genuit ex Hyldegarde sorore ducis Gotfridi Swevie, scilicet Gryffonem, Pipinum, Karlomannum, Ludewicum, quorum[c] ante eum vita defuncti sunt. (cf. Ann. Argent.)

Post hunc regnavit Ludewicus pius, filius eius, in eisdem regnis. Cui successit Karolus calvus, filius eius. Post quem Ludewicus balbus, filius eius. Post hunc Karolusmannus filius eius. Post hunc Ludewicus nilfaciens, filius eius. Post quem Karolus simplex, filius ejus. Post hunc Rupertus alienus, qui prole caruit. Post hunc Ludewicus Karoli filius. Post hunc Lotharius filius eius. Post hunc Ludewicus filius eius. Post hunc Karolus filius eius. Post hunc Arnolfus filius eius. Post hunc Ludewicus filius eius.

Post hunc ad Theutonicos translatum est imperium Romanum anno Domini 912, Cunrado Ludewici imperatoris fratris filio in solium regni apud Theutonicos elevato. Ex hoc tempore per Ytaliam et Germaniam regnare ceperunt Theutonici imperatores in hodiernum diem. Et sic divisa est successio Karoli in regnum Alemanie et[d] Francie.

Post Cunradum primum imperatorem de Theutonicis successit Heinricus primus, filius eius. Post hunc Otto magnus, filius eius. Post hunc Otto rufus, filius eius. Post hunc Otto iuvenis, quem suscitavit beatus Willigisus Moguntinus archiepiscopus a mortuis, qui et tutor illius fuit. Post hunc Heinricus claudus, qui Babinberg fecit. Post hunc Cunradus nobilis. Hic Giselam imperatricem, sororem Ottonis ducis Brabancie Saxonie et comitis Flandrie, de genere Karoli duxit. Qui de Burgundia gloriose triumphavit. Sub quo scisma de celebracione adventus Domini apud Argentinam sub sancto Barthone[e] archiepiscopo Moguntino decisum est et Limpurch peractum. Anno dominice incarnacionis 1038, indictione 6, luna 10, regnante Cunrado imperatore anno 15. disceptatio de adventu Domini

a) alemaniorum 1. b) cuius 1. c) tres priores *deesse videtur*. d) *deest* 1. e) barchone 1.

1) praedecessoris sui. 2) lege *Ludowici*. 3) Argentinensis.

1038. facta est. Nam cum predictus imperator cum filio suo Heinrico, Burgundie regione sibi subiecta, rediret, et Argentinam die dominica, que extitit 5. Kalend. Decembris adiret, episcopus eiusdem loci nomine Wilhelmus cum omnibus clericis suis celebrabat adventum Domini. Set imperator et omnes qui cum eo venerant adhuc exspectabant unam ebdomadam. Sequenti autem die dominica, que extitit 3. Non. Decembris, venit imperator ad Limpurch, novam abbatiam suam, et inventa ibi imperatrice Gisela communiter celebrabant adventum Domini. Fuit autem ibi episcopus Hazecho de Wormatia, Reginboldus episcopus de Spira, Waltherus episcopus de Berna[4], Heribertus episcopus de Exsthedin, Godehardus episcopus de Hildensheim, Gozelo[a] prepositus de Moguntia, et legati multorum episcoporum, qui omnes contradixerunt episcopo de Argentina et pariter firmaverunt adventum Domini non esse celebrandum nisi in quinto Kalend. Decembris et 3. Nonarum eiusdem mensis.

Cunradus et Gisela unicum habuerunt heredem Heinricum, quem in senio genuerunt, quod prophetaverat eis sanctus Bartho[b], sub cuius tempore Sybicho et Reginbaldus episcopi gubernabant ecclesiam Spirensem. Qui Cunradus successit Ottoni duci fratri Gisele, qui palacium Schiphirstat habebat, in omnibus possessionibus et principatibus sitis suis, quia prole caruit. Genito Heinrico tertio vigilia Margarete erexit primarium lapidem Limpurc, et ieiunus venit Spira, et erexit ibi primarium ad maiorem ecclesiam et ad Sanctum Iohannem ewangelistam, et reliquid imperfectas; quas filius perfecit. Amator fuit sanctorum et comportator reliquiarum. Theoderіcus episcopus Methensis, filius sororis sue, brachium sancte Lucie quod est Limpurc contulit sibi, ergo familiam suam dedit sancte Lucie.

Post hunc Heinricus pius vel niger, filius eius, qui tres fabricas patris perfecit Spire et Limpurc. Post hunc Heinricus senior filius eius, qui quinquaginta annis regnavit, et scisma cum Pascali papa habuit. Post hunc Heinricus quintus, filius eius. Qui tres filias habuit, quas desponsavit vivens, unam duci Saxonie Willelmo[c], alteram Cunrado duci orientalis Francie de Rotinburc, terciam Friderico duci Swevie monoculo de Sthouf. Ipse autem imperator habebat in uxorem sororem Welfonis ducis Noricorum. Post hunc successit Lutherus Saxo grandevus quia filiis caruit[5], et oppressit genealoyam Karoli. Contra quem erexit se Conradus dux de Rothinburc, filius filie imperatoris Heinrici. Et Lutherus eodem anno mortuus est. Qui Cunradus Rome in consecratione sua periit. Cui successit Fridericus filius monoculi, frater ducis Swevie. Cui successit Heinricus imperator filius eius. Cui Philippus rex. Cui Otto imperator Saxo. Cui Fridericus augustus, filius Heinrici imperatoris.

---

1090 | 1104. Iohannes episcopus, filius Wolframi comitis Arduenne, qui multos comitatus habebat, scilicet in Creychouwe et Enzeberch et multas possessiones, qui genuit eum de Azela, sorore Heinrici senioris. Cuius episcopi Iohannis Spirensis frater fuit Ceizolfus comes, et Adilheidis comitissa fuit filia fratris sui, que habuit Heinricum palatinum de Tuwingen, que comitissa prole caruit. De genere illorum venit Kestenburc et Meystersel et Diethensheim ecclesie Spirensi.

Heinricus senior contulit filio sororis sue episcopatum Spirensem dum puer esset. Iohannes episcopus Sunnisheim archidiaconus erat et spectabat ad Wormaciam. Et Iohannes episcopus cambivit cum episcopo Wormaciensi et dedit sibi duas parrochias Bathinheim et Neberouwe pro ecclesia Sunnesheim. Sunnisheim ecclesia fundata erat a proavis dicti Iohannis episcopi et disposita erat per canonicos. Quos transtulit inde Spiram ad Sanctum Germanum et fecit ibi archidiaconatum. Et transtulit monachos[d] de Sancto Germano Sunnesheim, quos Dagobertus rex illic locaverat, et introduxit eciam cum eis Sybergenses monachos, et valde ditavit eam. Contulit Spirensi ecclesie allodium suum Stheinwilre, et patronatum ibidem monasterio sancti Lamperti quod restauravit. Preter hec multa contulit ecclesie Spirensi, omnes fasallos suos milites contulit ei, rusticanam familiam contulit Sunnesheim; pro dilectione ipsius comitisse Adelheydis contulit comiciam suam in Enzeberch, Sunnesheim et multa predia. Dedit eciam ecclesie Spirensi multas possessiones. Construxit eciam abbaciam in Blaburra[6] in Swevia. Iohannes episcopus prebendas auxit Spire, et cum eo et per eum Heinricus senior ampliavit dotem ecclesie Spirensis. Postquam 16

a) Bozelo 1. b) Barcho 1. c) Will. 1. d) modo c.

4) i. e. Verona. 5) scilicet Heinricus V. 6) Blaubeuern.

annis rexit ecclesiam Spirensem, mortuus est in scismate, quod erat inter Paschalem papam et Heinricum quartum avunculum ipsius. Sepultus est Sunnesheim iuxta matrem Azelam et fratrem Ceyzolfum comitem. Sepultus est et ibi pater suus Wolframus comes, et Sifridus comes et sancta Adelheidis comitissa et tota generacio de regibus que non potuit transferri Spiram.

Post mortem Iohannis episcopi Adelheydis comitissa Romam ivit pro absolutione ipsius, quia steterat cum avunculo suo in scismate. Et donavit multa dona Pascali pape, qui absolvit eam.

Iohannes episcopus virgo fuit et sanctus. Et magnus planctus factus est de morte ipsius tam a principibus quam a clero et omni populo. Valde occupatus fuit in restaurandis ecclesiis et distribuendis elemosinis. Omnia que habuit ex morte parentum suorum, contulit Deo et ecclesiis. Pulcher fuit homo, mansuetus et verecundns, et noctibus agebat vigilias et circuivit oratoria Spire. Valde dilexit pauperes. Mortuus est anno etatis sue 41.

---

Post Ludewicum, qui fuit adhuc de progenie Karoli, Cunradus successit in regnum. Post hunc Heinricus auceps factus est rex. Cuius filius Otto primus post mortem patris factus est imperator. Et isto defuncto filius eius Otto secundus imperator factus. Quo defuncto etiam filius eius Otto tercius in imperatorem consecratus est. Et in eo cessavit imperare progenies illa. Post mortem huius cepit regnare Heinricus claudus dux Bauwarie, qui construxit ecclesiam Babenbergensem, in qua et requiescit. Post hunc, quia filiis caruit, suscepit regnum Cunradus Swevus auxilio et consilio tam Suevorum quam aliorum quorundam. Et die quodam summo diluculo Moguntie intronizatus propter Heinricum quendam ducem Bauwarie, quem habebat adversarium cum multis tam Bauris quam aliis qui cum in regem elegerant. Cunradus igitur iam dictus regnare cepit anno dominice incarnationis 1025, et mortuus est anno 1039. Qui fundavit abbaciam Lintpurch, et edificare cepit ecclesiam sancte Marie in Spira, in qua et corpus eius quiescit. Post hunc filius eius Heinricus dictus niger imperavit, qui reliquias sancti Widonis Spiram transtulit. Cui successit filius eius Heinricus cognomine senior, non propter etatem tantum, quantum pro eo quod quinquaginta annos regnavit. Qui ecclesiam Spirensem, propter Cunradum avum suum et aviam suam et patrem Heinricum nigrum in ea sepultos, ornatu ecclesiastico et prediis multis ditavit. Ipse etiam postmodum in eadem ecclesia Spirensi filio suo, qui dictus est iunior Heinricus, regnum tradidit, qui completo tempore vite sue iuxta patrem positus est. Postea Lutherus Saxo regnavit. Post hunc Cunradus Swevus, sub quo peregrinacio magna facta est anno Domini 1147. Nota quod regnum per successionem numquam pervenit ultra quartam lineam sue prolis, nisi in prole Karoli. Post hunc regnare cepit et imperare Fridericus Swevus, sub quo facta est expedicio anno 1189, in qua expedicione ipse imperator submersus. Huic successit imperio Heinricus filius eius, rex Sicilie et Alemanie, sub quo facta est expedicio peregrinorum anno 1197. sub papa Celestino. Huic successit Philippus rex frater suus in regno tantum. Qui tandem Babenberg occisus, corpus eius delatum[a] est Spiram, et sepultum in ecclesia sancte Marie. Post hunc electus est in regem Otto filius Heinrici ducis Saxonie, qui statim consecratus est in imperatorem a papa Innocentio, et opposuit se ecclesie Romane, unde excommunicatus ab eo, usque ad finem vite sue in ipsa excommunicatione perstetit. Post hunc regnare cepit Fridericus rex Sicilie. Qui postquam consecratus est in imperatorem, reliquit regnum Theutonie filio eius, et ipse se transtulit in Siciliam. Et mortua imperatrice, duxit filiam regis Iherosolimitani, unde eciam rex factus Iherosolimitanus.

---

Anno dominice incarnationis 1184. in penthecosten militaverunt duo filii Friderici imperatoris, rex Heinricus scilicet et Fridericus dux Swevie. Eodem anno comites perierunt in latrina apud Frankenvort[7]. 1184 Mai. 20.

Anno 1194. post nativitatem Domini domnus Richardus rex Anglie, datis imperatori Heinrico centum et quinquaginta milibus marcarum, absolutus est a captivitate sua, et post absolucionem suam suscepit regnum suum ab ipso, et fecit ei homagium. 1194.

a) dilatus 1.

7) intellige Erpesfort.

Anno 1197. facta est expedicio peregrinorum sub papa Celestino et imperatore Heinrico circa nativitatem Domini. Eodem anno facta est tanta fames quod multi mortui sunt; modius enim siliginis valuit octo uncias denariorum et modius tritici pro novem unciis vendebatur.

Anno Domini 1208. 11. Kal. Iulii occisus est rex Philippus apud Babenberg a nequissimo Ottone comite palatino de Witelingesbach. Eodem anno communi principum accedente consilio et consensu electus est Otto circa festum sancti Martini apud Vrankenvort.

Anno Domini 1212. facta est magna peregrinacio tam masculorum quam puellarum, tam senum quam iuvenum, set tantum de plebe 8. Kal. Augusti.

Anno Domini 1215. coronatus est rex Fridericus Aquisgrani. Eodem anno celebratum fuit concilium Rome a papa Innocente III, et confirmatus est rex Fridericus in regno Romano.

Anno Domini 1219. filia regis Philippi tradita fuit nuptui regi Hyspanie et traducta. Eodem eciam anno capta fuit Damiata a christianis Nonis Novembris.

Anno Domini 1220. Heinricus dux Svevie, filius Friderici regis, nominatus fuit in regem apud Vrankenvort.

Sept. 24. Anno Domini 1221. perdita fuit Damiata a christianis in concepcione Iohannis baptiste.

Anno Domini 1222. mense Maio electus est et consecratus rex Heinricus Aquisgrani adhuc puer.

Anno 1225.[a] contraxit cum filia ducis Austrie apud Nuorenberg, ubi multi oppressi interierunt. Eodem anno 7. Idus Novembris occisus est Engilbertus Coloniensis archiepiscopus.

Iul 4. Anno 1235. in festo beati Ulrici venit imperator Fridericus Wormaciam, ubi captivavit filium Heinricum regem.

Anno 1236. intrante Maio est sancta Elizabet translata per manus Friderici imperatoris.

Anno 1242. exusta est civitas Wormacie in die palmarum et multi homines perierunt.

Anno 1243. exusta est civitas Spirensis in festo Marci. Item anno sequenti et eodem die exusta est.

Anno 1245. celebratum est concilium in Lugduno a papa Innocencio IV, ubi communi sententia destitutus est imperator Fridericus; et mortuus est anno quinquagesimo in die
Dec. 13. beate Lucie; triginta annis imperavit rex et imperator.

Aug. 5. Anno 1246. Oswaldi regis devictus est Cunradus rex apud Frankenvort a lantgravio Heinrico.

Anno 1247. mandavit domnus Fridericus imperator eici clerum Spirensem a civitate Spirensi per Fridericum comitem de Liningen.

Anno Domini 1249. Cunradus prepositus Sancti Widonis, dictus de Steinach, arripuit iter in die omnium sanctorum eundi in Austriam, ubi functus est legationis officio suscepto a domno Coloniense archiepiscopo tempore Innocencii pape quarti.

Oct. 4. Anno 1250. in die Francisci obiit Hermannus dux Austrie et marchio de Baden. Eodem etiam anno mortuus est Fridericus imperator in festo Lucie.

Anno 1251. domnus Heinricus electus Spirensis arrepuit iter eundi Lugdunum in
Apr. 16. quadragesima. Et statim post pascha recedente papa, abinde reversus est cum rege Wilhelmo et domno Hugone legato.

Anno 1253. celebravit nupcias idem rex Wilhelmus cum Elizabet filia ducis de Bruonswich 9. Kal. Februarii, et palacium ducis consumptum est igne in ipsa nocte nuptiarum.

Anno 1254. domnus Heinricus de Liningen electus Spirensis, cui providerat domnus papa Innocencius quartus per provinciam Moguntinam in episcopatu quem duceret acceptare, vacante sede Herbipolensis ecclesie per mortem domni Hermanni, et domno Iringo eidem per formam arbitrii substituto et ab archiepiscopo Gerhardo Moguntino in eadem sede confirmato, vocatus a decano prelatis et clero universo consulibus et plebe civitatis Herbipo-
Mai. 31. lensis circa penthecosten venit Herbipolim, et occupavit sedem ipsam, expugnando viriliter et potenter municiones et castra ipsius ecclesie. Expulso ab ipsa sede domno Iringo, tamdiu occupavit ipsum episcopatum, quousque concertacio inter eos sopita fuit per quosdam cardinales apud Anagniam[b] sub papa Alexandro, ita quod domnus Iringus obtinuit

a) *hinc saepius numerus omisso millesimo et centesimo scribitur in codice.* b) aragniam 1.

episcopatum et domno electo Spirensi refuse sunt pro expensis tria milia marcarum. Eodem eciam anno domnus electus Spirensis ivit Romam circa festum Bartholomei pro eodem Aug. 24. negocio. Eodem etiam anno predicavit frater Bertolfus Spire extra civitatem apud Sanctum Germanum infra octavam assumptionis beate Virginis.

Anno 1255. reversus est frater Bertolfus Spiram, et predicavit in civitate circa epiphaniam Domini.

Anno 1257. obiit domnus Richardus Wormaciensis episcopus in vigilia Andree. Anno Nov. 29. etiam eodem electus est domnus Eberhardus, frater comitis Hirsuti, in episcopum Wormatiensem ipso die innocentum. Eodem etiam anno venit domnus electus Spirensis de Hy- Dec. 28. spania et secum prepositus Sancti Widonis Cunradus de Steinach, qui interfuerunt eleccioni domni Eberhardi Wormacie.

Anno 1258. confirmatus est apud Pinguiam 2. Idus Ianuarii a domno Eberhardo archiepiscopo Moguntino. Eodem anno obiit Cunradus prepositus Sancti Widonis. Eodem etiam anno maxima fuit corrupcio vini et frumenti et aliarum frugum, et appellatus est annus idem a vulgo munkeliar[8]. Anno quoque eodem venit domnus electus Babenbergensis Spiram in vigilia Domini et secum avunculus suus prepositus Spirensis. Ipso autem Dec. 24. die nativitatis Domini celebravit domnus archiepiscopus Moguntinus missam maiorem in ecclesia Spirensi, et domnus Babenbergensis electus legit ewangelium ad missam et octavam lectionem ad matutinas, et domnus Spirensis nonam, et prepositus Sancti Widonis Otto nonum versum cum cantore Argentinensi.

Anno 1259. ipso die Iohannis ewangeliste reversus est prepositus Spirensis Babenberg, ubi obiit feliciter in Domino 7. Idus Aprilis. Eodem anno crevit optimum vinum et frumentum.

---

Cunradus episcopus sive cancellarius de Scharphenberc[a] mortuus est; isti successit Berngerus de Entringen anno Domini 1224. 6. Kal. Aprilis. Cui Berngero successit Cunradus de Dan anno Domini 1233. Cui Cunrado successit C. de Eberstein anno 1237. Agnetis Ian. 21. virginis. Cui C. de Eberstein successit Heinricus de Liningen anno 1245. feria sexta ante Oct. 27. omnium sanctorum. Cui successit Fr. de Bolandia nepos eius anno Domini 1272. 4. Non. Martii.

a) Sarphenberc 1.

8) annus obscuritatis, caliginis.

# ANNALES ARGENTINENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Incendio castri Taberniensis conflagravit die* 8. *mensis Septembris anni* 1779. *membranaceus saeculi XIII. ineuntis codex, praeter antiquum ecclesiae Argentinensis necrologium hosce etiam complectens annales, quos illinc petitos in Histoire d'Alsace II, pièces justificatives pag.* 63—67, *proposuit Grandidier. Quorum quidem scriptorem inito saeculo XIII. fuisse, quum iam et ex codicis proprietate et ex fine libelli anno* 1207. *constituto suspicari licuerit, omnis tandem de ea re dubitatio tollitur eo, quod vivo Heinrico II. de Veringen episcopo Argentinensi* (1202—1223) *sese in conficiendis annalibus versatum esse, nequaquam obscure significat ipse ad annum* 1202. *hoc modo:* Heinricus de Veringen successit. Hic religiose vivit —

*Neque vero codicem illum duxerim ipsius, qui composuit annales, manu scriptum fuisse, immo potius veri est simillimum, non esse usum Grandidier nisi exemplo annalium, aequali quidem, sed imperfecte tamen parato. Maximam enim annalium nostrorum partem quum in* Annales Marbacenses *illatam esse constet, et* Annalium Maurimonasteriensium *quoque scriptorem sciamus ex Argentinensibus hausisse, ad eundem fontem communem revocandae etiam eae res videntur, quibus Marbacenses a.* 1099, 1152, 1155, 1157, 1162, *et Maurimonasterienses a.* 1098, 1152, 1155, 1158, 1162 *conveniunt. Eoque maior huic coniecturae accedit probabilitas, quod ii ipsi annalium nostrorum loci, qui in codice illo servati erant, quosque videmus a Marbacensi scriptore receptos esse, negligentiam librarii manifestam faciunt; namque desiderantur hic illic verba singula, quae quidem commode suppleri ex Marbacensibus potuerunt. Caeterum ultra annum* 1207. *etiam contextos annales nostros procedente tempore fuisse, indicia reperimus. Etenim* Ellenhardi annales, *qui ante annum* 1208. *omnia fere ab illis habent, ita cum iis, quos modo dixi, Maurimonasteriensibus tum sub anno* 1208. *tum* 1218. *congruunt, ut in utroque delitescere annalium nostrorum continuatio censenda sit.*

*In prioribus autem congerendis annalium Argentinensium partibus subsidia adsumpsit scriptor tam domestica quam extranea. Et in exordio quidem collocavit* Catalogum episcoporum Argentinensium, *quem mirum est non transgredi Gebehardum episcopum* (1131—1140). *Deinde libata quaedam reperimus ex* Bernoldi chronico *et* Chronico Ebersheimensi[1] *et* Vita Pirminii[2]; *nec* Vitae S. Hildulfi[3], Wibertique vitae Leonis IX.[4] *annalista videtur ignarus fuisse.*

1) apud Grandidier Hist. d'Alsat. II, 10—36. 2) apud Mabillon Act. SS. saec. III. P. II, 140—153. 3) apud Mabillon l. l. p. 477—486. 4) apud Muratori SS. III, 282 sq.

*Nostra editio in editione Grandideriana quidem niteretur propter defectum scriptorum codicum necesse fuit. Attamen curae nobis erat, ut adiumento et Marbacensium et Ellenhardi annalium nonnunquam textus paullo emendatior solidiorque fieret.*

*Subiecimus ex codice Guelferbytano* 71, *lectionarium saeculi XII continente, notam de aedificatione monasterii Argentinensis, manu saeculi XIII scriptam mense Septembri anni* 1275.

*Berolini* 3. *Idus Martias* 1857.

*Hic incipiunt omnia nomina episcoporum Argentinensium:* Sanctus Amandus, primus episcopus; sanctus Iustus, secundus; sanctus Maximinus, tercius, et sic per ordinem usque ad finem; sanctus Valentinus; sanctus Solarius; Biulfus; Magnus; Garoynus; Landebertus; Ruodibaldus; Magenbertus; Lobiolus; Gundoaldus; Gando; Udo; Aldus; Ruotharius; sanctus Argobastus; sanctus Florentius; Ansaldus; Vingernus; Wandalfridus; Aulidolfus; Eddo; Remigius; Rachio; Udo; Erlehardus; Adallochus; Bernoldus; Radoldus; Reginhardus; Waltrammus; Otbertus; Gozfridus; Richwinus; Ruthardus; Uto; Erchenbaldus; Vinderoldus; Altwicus; Wernharius; Wilhelmus; Hezil; Wernherus; Theobaldus; Otto; Baldewinus; Cuno; Bruno; Geberhardus.

Anno Domini 673. floruit beatus Arbogastus, qui filium Dagoberti[5] a morte suscitavit. Eodem tempore extitit 5
Florentius, qui filiam eiusdem regis a demonio vexatam liberavit. Ambo Argentine vicissim succedentes episcopi claruerunt.

Eodem quoque tempore Leudesius, quem Germani Luthericum vocant, filius Erchinoldi, consilio Leodegarii, Augustodunensis episcopi, maior domus palatii constituitur. Chr. Ebersheim. c. 4-6.
Leudesius duxerat uxorem de prosapia sancti Sigismundi, regis Burgundie, genuitque ex ea Athicum seu Adelricum, qui, patre adhuc superstite et Hilderico regnante, uxorem duxerat Berswindam nomine, filiam sororis sancti Leodegarii, sororem videlicet regine. Ob hanc causam consanguinitatis a prefato rege ducatum Germanie adeptus est; habuitque sedem in villa regia Ehenheim[6], et in castro, quod Hohenburg[7] nominatur. Genuit vero Athicus filiam a nativitate cecam, nomine Odiliam, que a sancto Erhardo, Ratisponensi episcopo, et Hidolfo Treverensi baptisata, in sacro fonte visum recepit. cf. Vit. S. Hidulfi c. 14.

Anno Domini 724. sanctus Pirminius, abbas et chorepiscopus, in Augia insula cenobialem vitam instituit. Bernoldi chron. 724, 727, 734.
Anno dein 727. ob odium Karoli a Theobaldo, Gotifridi ducis filio, ex ea pulsus, Ethonem, postea Argentinensem episcopum, qui etiam Ethenheim[8] cenobium construxit, pro se abbatem constituit; et ipse Alsatiam, Alemanniam atque Bavariam, alia constructurus cenobia, petiit, quorum nomina hec sunt: Altahe[9], Phevers[a,10], Murbach[11], Schuttere[12], Gengenbach[13], Swarzahe[14], Wissenburg[15], Hornbach[16], Moramünster[17], Nuwilre[18]. Vit. Pirminii c. 14. 18

Anno Domini 887. Richarda imperatrix, Karoli regis uxor, adulterii vitio cum Liutwardo Vercellensi episcopo incusata, divino iudicio se ab omni virorum commixtione integram et virginem probavit, quamvis iam duodecim annis in coniugio imperatoris apparuit; moxque ab imperatore separata in Andelahe[19], cenobium virginum a se constructum, secessit, ibique Deo serviens virgo regina permansit. Bernoldi chron. 887.

Anno Domini 999. imperatrix Adelheidis obiit. Hec post mortem Ottonis magni imperatoris, mariti sui, sancte et religiose vivens longo tempore, multa contulit ecclesiis de regali munificentia, et ad ultimum super littus Rheni fluminis nobile cenobium construxit, dictum nomine Selse[20], et illud prediis et aliis opibus ditavit, ubi et ipsa postea moriens quievit.

Anno Domini 1001. obiit Altwicus Argentinensis episcopus, cui Wernharius successit.

Anno Domini 1002. natus est Leo papa[21], qui et Bruno, de castro Egensheim[22]. 22

Anno Domini 1015. monasterium sancte Marie virginis in Argentina surgit primo a fundatione sua.

Anno Domini 1019. Wernharius episcopus contra Burgundiones pugnavit et vicit[23]. 23

Anno Domini 1028. Wernharius Argentinensis episcopus primus obiit et Wilhelmus successit.

a) *sic correxi ex Annal. Marbacens.* Rhevers *apud Grandidier.*

5) Dagoberti II. 6) Oberehnheim media fere via inter Argentinam et Schlettstadt. 7) ab Oberehnheim ad occidentem. 8) Ettenheim in magno ducatu Badensi. 9) De Altaha inferiore dioec. Pataviensis anno 741. condito cf. Wolfherii Vita Godehardi SS. XI, 198. 10) Fabaria, Pfäffers, dioec. Curiensis. 11) Murbach prope Gebweiler, dioec. Basileens. 12) Schuttern in magno ducatu Badensi, d. Argent. 13) in magno ducatu Bad., d. Argent. 14) Schwarzach ibid. 15) Weissenburg d. Spirensis. 16) prope Zweibrücken, d. Mett. 17) Maurimonasterium, Marmoutier ab Elsass-Zabern ad meridiem, d. Argent. 18) Neuweiler prope Buchsweiler, d. Argent. 19) Andlau a Schlettstadt ad septentrionem, dioec. Argentin. 20) Seltz dioec. Argent. 21) Cf. Wiberti Vit. Leonis noni c. 1 et 2. 22) Egisheim a Colmaria ad meridiem. 23) Cf. Herimanni Aug. chron. 1020. SS. V, 119.

Anno Domini 1031. monasterium sancti Thome apostoli in Argentina a Wilhelmo consecratur, et sancti Petri ab eodem inchoatur.

Anno Domini 1045. dedicatum est monasterium Hohenburg in honore beate Marie
24 virginis a venerabili Brunone, Tullensium episcopo, postea apostolico[24].

Anno Domini 1047. Wilhelmus Argentinensis episcopus obiit, cui Hezil successit.

Anno Domini 1065. Hezil Argentinensis episcopus obiit[25], cui successit Wernharius secundus.

Anno Domini 1077. Bertholdus[26] dux Carinthiorum, qui de Zeringen, vir catholicus[a], obiit.

Anno Domini 1079. Wernharius Argentinensis episcopus obiit, vir schismaticus, cui Theobaldus successit.

Anno Domini 1082. Theobaldus Argentinensis episcopus obiit, cui Otto schismaticus successit.

Anno Domini 1090. fundata est Marbach[27] ecclesia sancti Augustini a militari et illu-
28 stri viro, Burchardo de Gebelswilre[28]; cuius adiutor et cooperator fidelissimus magister Manegoldus de Lutenbach[29] extitit.

Bernoldi chron. 1091. Anno Domini 1091. in Teutonicis partibus caro cum sanguine pluit et bufones cum piscibus celo ceciderunt et sanguis de panibus fluere videbatur.

Anno Domini 1098. Otto Argentinensis episcopus cum Godefrido duce et aliis quam
1099. pluribus Hierosolymam tendit; et in sequenti anno Ierusalem capitur.

Bernoldi chron. 1100. Anno Domini 1100. facta est fames incomparabilis et mortalitas horribilis. Otto quoque Argentinensis schismaticus, de Ierosolymitano itinere reversus, sed in schismate ut putabatur non emendatus, diem clausit extremum; cui Baldewinus, sex tantum victurus hebdomadas, successit. Huic eodem anno Cuno successit.

Anno Domini 1122. Bertholdus[30] dux de Zeringen in Mollesheim[31] occiditur.

Anno Domini 1123. Cuno Argentinensis episcopus de sede pellitur, cui Bruno episcopus supraponitur.

Anno Domini 1128. constructum est monasterium, quod vocatur Novum castrum[32], in fundo Rainaldi comitis de Lutzelnburg[33], cepitque crescere in personis et rebus et religione ad laudem Iesu Christi.

Anno Domini 1130. combustum est maius monasterium Argentinense primo.

Iun. 7. Anno Domini 1131. rex pentecosten in civitate Argentina celebravit, et Bruno eius-
34 dem loci episcopus Argentinensem resignavit episcopatum, Gebehardo sibi succedente[34]. Eodem anno facta est pugna inter Gebehardum episcopum et Fridericum ducem Alemannie apud Gugenheim[35].

Anno Domini 1132. combusta est Rodesheim[36].

Anno Domini 1136. facta est rursus cedes magna inter episcopum Gebehardum et Fridericum ducem in Dunzenheim[37].

38 Anno Domini 1140. combustum est monasterium Argentinense[38] secundo.

Anno Domini 1141. Gebehardus episcopus obiit, cui Burchardus successit.

Anno Domini 1142. combustum est monasterium Argentinense tertio.

Anno Domini 1148. facta est expeditio Iherosolimitana sub Cuonrado rege Romanorum, Ludovico rege Francorum, Bernhardoque abbate Claravallensi.

Anno Domini 1150. combustum est monasterium Argentinense quarto.

Anno Domini 1158. monasterium in Novo castro consecratur in predio Reinaldi comi-
Mai. 4. tis de Lutzelnburg 4. Non. Maii a reverendis episcopis Burchardo Argentinensi et Henrico Trecensi in honore sancte crucis et beate Marie virginis.

a) et Heinrico omnimodis contrarius *add. Annal. Marbac.*

24) Cf. Reg. pont. Rom. Nr. 3228. 25) d. 13. Ianuar. Ex necrolog. Honaug. ap. Mone Zeitschr. für Gesch. d. Oberrheins IV, 251. 26) Bertholdus I. 27) a Colmaria ad meridiem, prope Hattstadt. 28) Gebersweiler prope Herlisheim, inter Colmariam et Ruffach. 29) Lautenbach prope Münster in Gregorienthal. 30) Bertholdus III. 31) Molsheim ab Argentina ad occidentem. 32) Neuburg ab Hagenoa ad occid., d. Argent. 33) Lützelburg in Alsatia, a Pfalzburg ad meridiem. 34) Cf. Annal. Saxon. 1131. et Ann. Magdeburgens. 1131. 35) a Brumat ad occidentem. 36) Rosheim inter Molsheim et Oberehnheim. 37) media via inter Elsass-Zabern et Brumat. 38) Concordat necrologium Altdorfense f. 67: *Ann.* 1140. *combustum est monasterium in Argentina.* GRAND.

Anno Domini 1162. Horburg[39] a comite Hugone de Dagesburg[40] destruitur[41]. Ipso 39
anno Burchardus Argentinensis episcopus obiit, cui Ruodolfus successit.

Anno Domini 1176. combustum est monasterium Argentinense quinto.

Anno Domini 1177. facta est cedes magna in Lagelnheim[42] iuxta Columbariam, Cunone de Horburg et Egelolfo de Urselingen[43] inter se preliantibus.

Anno Domini 1179. factum est concilium magnum sub Alexandro papa, in quo fuerunt fere quingenti episcopi et abbates, aliique religiosi innumerabiles; in eo Bremensis archiepiscopus Bertholdus, Argentinensis Rudolphus, Basiliensis Ludovicus et Theodericus Metensis episcopi deponuntur. Inchoabatur hoc concilium 5. Kalendas[44] Martii et terminatum est circa finem Aprilis. Anno eodem in vigilia Thome apostoli, Argentinensis epi- Dec. 20.
scopus eligitur Cuonradus; qui proximo anno 1180. [eodem die[a]] sepelitur, et Heinricus 1180. Dec. 20.
cathedre preficitur.

Anno Domini 1180. dedicata est maior ecclesia Inferioris-monasterii[45] apud Hohen- 45
burg in honore sancte Dei genitricis Marie a Mantuano [episcopo[b]], apostolice sedis legato.

Anno Domini 1185. castrum Brisache[46] a rege Heinrico initiatur.

Anno Domini 1186. erat hyems calida, ita quod in Decembri et Ianuario multe arbores florerent, in quibus circa Februarium pyra, quantitate in modum avellane magna conspiciebantur. Sed proxime sequenti anno circa Martium magna aeris inclementia et aspe- 1187.
ritas algoris veniens fere usque ad Kalendas Iunii duravit, ita quod in pentecoste, videlicet Mai. 17.
in medio Maio, nix magna cecidit et fere omnia poma perierunt.

Anno Domini 1187. Argentina in mense Maio ex magna parte incendio vastata est. Eodem anno capta est Iherusalem a Saladino rege.

Anno Domini 1190. mense Iunio submersus est Fridericus imperator in flumine Salef. Eodem anno 1190. Heinricus Argentinensis episcopus in annunciatione sancte Marie vir- Mart. 25.
ginis, die pasche[47], ex hac luce migravit, cui Chuonradus successit. 47

Anno Domini 1191. Fridericus dux Alemannie, frater Heinrici imperatoris, in obsidione Acharon obiit et in domo Teutonicorum sepultus est; pro quo Cunradus, frater eius, ducatum Suevie accepit.

Anno Domini 1192. Chuonradus Argentinensis episcopus capitur a quibusdam ministerialibus eiusdem civitatis.

Anno Domini 1195. Heinricus imperator Sibillam, reginam Sicilie, uxorem Tancredi, filiasque eius in monasterio Hohenburg custodie mancipavit. Eodem anno facta est maxima fames in terra.

Anno Domini 1198. Haldenburg[48] et Mollesheim destructa sunt a rege Philippo[49].
Anno sequenti predictus rex obsedit civitatem Argentinensem et minime profecit[c]. 1199.

Anno Domini 1199. ante nativitatem Domini combustum est monasterium Hohenburg.

Anno Domini 1200. Otto comes[50], frater Philippi regis, in bona confessione et longa egritudine apud Bisuntium defungitur[51].

Anno Domini 1202. obiit Chuonradus Argentinensis episcopus, cui Henricus de Veringen[52] successit. Hic religiose vivit, cepitque guerras et prelia declinare. Et cum sedes Moguntinensis esset in errore, vix a domino apostolico[53] licentiam ordinationis sue impetra-
vit; tandem ut Senonensis archiepiscopus[54] ipsum consecraret vix obtinuit anno Domini 1207. 54

a) eodem die *addidi ex Ann. Marbac.* b) episcopo *addidi ex Ann. Marbac.* c) *sic scripsi pro* perfecit *ap. Grandid.; cf. Ellenhardi annal. infra.*

39) a Colmaria ad orientem. 40) Dagsburg, Dachsburg a Pfalzburg et Lützelburg ad meridiem. 41) Idem factum memorat antiqua abbatiae Neoburgensis notitia his verbis: *Tempore venerabilis Burchardi Argentinensis episcopi comes Hugo castrum Horburch obsedit, auxiliante sibi Stephano Metensi episcopo, et duce de Ceringen.* GRANDID. 42) inter Neu-Breisach et Herlisheim. 43) Urslingen prope Irslingen et Rotweil in regno Wirtemberg.; cf. Stälin Wirtemberg. Gesch. II, 587 sq. 44) immo 3. Non.; v. Reg. pont. Rom. p. 783. 45) Niedermünster ad radices Hohenburgi s. montis S. Odiliae. V. Gall. Christ. V, 842. 46) Breisach. 47) Ad eundem diem 25. Mart. mors eius refertur in Necrol. Honaug. apud Mone Zeitschrift IV, 251. 48) ab Argentina ad septentrionem, prope Nieder-Hausbergen. 49) Necrologium Altdorfinum enarrat quoque ad a. 1198: *Civitas Molshemensis a Philippo rege penitus destructa est.* GRANDIDIER. 50) comes palatinus Burgundiae. 51) d. 13. Ian., ut docet Dunod Hist. de Bourgogne II, 186. ex necrol. S. Vincentii Bisuntin. 52) Vöringen prope Sulz in regno Wirtemberg. 53) Cf. Innocentii III. ep. d. d. 8. Oct. 1205. ap. Schöpflin Als. diplom. I, 314. 54) Petrus II. 1200—1222.

Anno Domini 1206. datum fuit in Argentina unum quartale vini pro duobus solidis;
sequenti ebdomada dabatur pro duobus denariis, et vas vacuum pro duabus libris.
Anno Domini 1207. Henricus episcopus [in pentecoste[a]] in Argentina celebravit ordi-
Iun. 16. nes, 16. Kalendas Iulii fere quingentos clericos ordinans et consecrans; summa vero sacer-
55 dotum centum et quatuor extitit. Ipsa die christianissimus et piissimus rex[55] in urbe fuit
cum principibus suis.

---

*In cod. Guelferbytano 71 fol. 99' mense Septembri 1275. haec notata sunt:*

Sept 7. Anno Domini 1275, 7. Idus Septembris vigilia nativitatis beate Virginis completa est
structura media testudinum superiorum et tocius fabrice preter turres anteriores ecclesie
Argentinensis, regnante Ruodolfo Romanorum rege, regni eius anno secundo; qui annus
electionis eius secundus est terminatus et elapsus feria secunda proxima post nunc instans
Sept. 30. festum Michahelis[56].

a) in pentecoste *addidi ex Ann. Marbac.*

55) Philippus. 56) Quibus verbis scriptor Rudolfum regem die 30. Sept. 1273. electum esse significat.

# ELLENHARDI ARGENTINENSIS

## ANNALES ET CHRONICA.

### EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Ellenhardus*[1] *magnus sive maior*[2] *ante*[3] *monasterium*, der grosse Ellenhart 1
vor dem münster[4], *nobili genere Argentinensi fuit natus; cuius quidem generis*
*usque sextum decimum saeculum domesticis in monumentis existunt vestigia*[5].
*Huic contigit, ut non modo rerum a civibus gestarum gloria perfrueretur, sed*
*etiam nomen suum connecteret cum decore urbis illo splendidissimo, cathedrali*
*inquam S. Mariae ecclesia. Etenim bello Waltheriano interfuit, quo libertatem*
*ab episcopi dominatione cives tuebantur prospere, ipsiusque proelii ad Haus-*
*bergen die* 8. *Mart.* 1262, *quum summa res decerneretur, custodis partes est*
*exsecutus*[6]. *Annis autem post duobus et viginti, id est anno* 1284, *munere pro-* 6
*curatoris seu gubernatoris fabricae ecclesiae S. Mariae ornatus est*[7]; *quod*
*officium ex eo tempore, quamdiu vigebat, continenter servasse videtur. Inveni-*
*mus eum enim iis in muniis anno* 1290[8], 1291[9], 1292 *cum collega Luca*
*milite*[10], *eodemque anno cum Heinrico collega*[11], *anno* 1294[12], 1295[13]; *cum* 13

1) Modo Ellenhardus, modo Elenhardus, Elnhardus, Elnhartus, Ellehardus vocatur in scriptis, quae eduntur infra. 2) *Magnus* dicitur in Belli Waltheri c. 28, Miracul. c. 1 cet., *maior* in Ellenhardi Annal. 1292 et in Chronico ad a. 1291, ut ex corporis proceritate sic eum esse significatum facile perspicias. 3) sive *prope*. V. Annal. l. l. 4) Ita recte eum appellat Closener Strassburg. Chronik in Bibliothek des literar. Vereins I, 72. 5) V. Mone Zeitschrift für Gesch. des Oberrheins VII, 191. 192. Schöpflin Als. dipl. I. p. 37, Als. illustr. II, 643. Praeterea uber de hoc genere memoria inest in Lück genealogisches Wappenbuch, qui liber ms. in bibliotheca Argentinensi asservatur, teste v. cl. Iung, professore et bibliothecario Argentinensi; cuius liberalitati gratissimae debemus etiam exempla earum codicum ecclesiae S. Mariae Argentinensis tabularum, quae in annotationibus nostris leguntur infra. 6) V. Belli Waltheri c. 28. 7) Nihil enim est dubitationis, quin sic accipienda sint verba cap. 28. Belli Waltheri ista: *qui nondum* (die 8. Mart. 1262) *erat procurator fabrice, sed post diem conflictus per spacium* 22 *annorum effectus est procurator* cet. 8) V. Ellenhardi chron. ad a. 1290 et Miracula S. Mariae Argent. c. 1. 9) V. Bellum Waltheri c. 28 et 32, et Ellenhardi chron. ad a. 1291. 10) V. Ellenhardi annales 1292. 11) teste tabula cod. ms. S. Mariae Arg. f. 167, qua Iohannes de Sarburg et Sophia eius uxor agros duos fabricae ecclesiae dono dederunt „presentibus Elnhardo et Henrico procuratoribus fabrice ecclesie Argentinensis — Actum feria secunda post festum beate Lucie virg. (15. Dec.) anno Dom. 1292.“ 12) in tabula cod. ms. S. Mariae Arg. f. 40, qua Reimboldus miles de Stouffenberg „Elnhardo magno, civi Argentinensi, nomine fabrice ecclesie Argentinensis“ reditum domus cuiusdam vendidit „12. Kalend. Sept. 1294.“ 13) V. infra not. 21.

14 *Heilmanno collega tum anno* 1299[14], *tum* 1301[15], 1302[16]; *et* 1303 *denuo cum collega eodem*[17]. *Praeterea pauperum quoque praebendariorum Sancti Spiritus Argentinensium gubernatorem agebat, atque id, quantum nobis compertum est, anno* 1291[18] *et* 1292[19]. *Nec vero gerendis honorificis illis contentus negotiis, omnes etiam suas fortunas in salutaria civitatis commoda convertit civis egregius. Namque una cum Gisela uxore continuandae aedificationi ecclesiae S. Mariae*
21 *dono dedit domum quandam die* 16. *Maii* 1290[20], *aliam die* 1. *Iunii* 1295[21],

14) Haec enim tabula, d. d. 31. Ian. 1299, habetur in cod. ms. eccl. S. Mariae Argent.: *Wir Albrecht Ruolenderlin der meister und der rat von Strassburg dunt kunt allen den, die disen brief sehent oder hörent lesen, das Ellenhart und Heilman unsere burgere, die von unsern und unsere stette wegen unser frowen münster werges pfleger sint, mit unserm willen und durch des werkes nutz hant verliehen alles das reht, daz das werg hette oder haben möhte an der hovestette, die do lit zwüschent des Widen hovestat und der hovestette, do Agnes die Sweiffen was uf gesessen gegen der schuppfen über, meister Gotfride, unser stette schriber . . . . iren erben und nachkomen zu eime erbe . . . . . . . Do noch so hant dieselhen Elnhart und Heilman ouch mit unserm willen und durch des werkes nutz und notdurft alles das reht das das werg hette an der andern hovestette, die an der vorgenant hövestat gelegen ist, do Agnes die Sweiffen was uffe gesessen an der Stumpfin hovestette, gegeben zu kauffende demselben meister Gotfride . . . . Geben am samestage vor unser frowen liehtmesse do von Gotz geburte worent zwelf hundert und nün und nüntzig iare. Hiran worent her Iohannes schilt, her Götse von Grostein . . . . der Rat.* 15) Haec enim ex cod. eccl. S. Mariae Arg. f. 2 excerpsit Mone Zeitschrift VI, 435: *Heilmannus et Elnhardus procuratores seu gubernatores fabrice ecclesie Argentinensis* 1301. In alio cod. ms. eiusdem eccl. leguntur tabulae duae, quarum una (f. 212) Nicolaus Felix, praebendarius ecclesiae Argentinensis aream domus suae censualem esse fabricae eccl. S. Mariae confitetur „presente Elnhardo procuratore fabricae; datum 2. Kalend. Febr. anno Dom. 1301"; altera Iohannes miles Elnhardo magno, procuratori seu gubernatori fabrice eccl. S. Mariae, vendit reditum domus suae, „datum 4. Non. Nov. an. Dom. 1301." 16) V. infra not. 24. 17) V. infra not. 27. 18) V. Ellenhardi chronic. ad a. 1291. 19) V. infra, ubi de prima codicis manu dicetur. 20) Continet enim cod. ms. eccl. S. Mariae f. 40 tabulam hanc: *Coram nobis iudice curie Argentinensis constituta in figura iudicii Anna, filia domine dicte de Collin, relicta quondam Eberlini dicti Spiser, vendidit et tradidit, vendidisse et tradidisse se publice est confessa Elnhardo magno et Gisele, uxori eius legitime, civibus Argentinensibus usufructum domus et aree ac edificiorum et attinentium eidem site inter aulam domini episcopi Argentinensis et domum Uolrici dicti Stöckere in civitate Argentinensi, quem habuit in domo et area et attinentiis suis predictis pro tempore vite sue ratione donationis propter nuptias sibi facte a quondam Eberlino predicto, et aliud quodcumque ius sibi competens in domo et area et attinentiis suis predictis occasione dicte donationis seu alia occasione qualicumque, pro quadraginta libris denariorum Argentinensium. Quam pecuniam dicta Anna confessa est se a dictis coniugibus plene et integraliter recepisse, sibique numeratum et traditum esse et in utilitatem suam convertisse, constituens se et heredes suos universos warandos dicti usufructus predicte domus seu iuris predicti erga predictos emptores adversus quemlibet, ut est iuris. Abiuravit etiam dicta Anna usufructum et omne ius, quod sibi in predicta domo ratione dotis seu donationis propter nuptias seu alia occasione qualicumque competebat aut competere poterat in futurum; renuncians pro se et heredibus suis universis exceptioni non numerate pecunie non tradite non solute et in utilitatem non converse, doli mali in factum beneficio restitutis in integrum et quo deceptis ultra dimidium iusti pretii subvenitur, omnique iuris auxilio canonici et civilis consuetudinibus et statutis, exceptionibus et defensionibus aliis quibuscumque, quibus iuvari posset ad veniendum contra premissa vel aliqua premissorum, in iudicio vel extra, in posterum vel ad presens. — Peracto itaque huius vendicionis contractu, predicti coniuges predictam domum, et ius predictum sibi competens in eadem, fabrice ecclesie Argentinensis donaverunt et tradiderunt, donasse et tradidisse se publice sunt confessi pure, libere, irrevocabiliter et in remedium animarum suarum nec non simpliciter propter Deum, ita quod ipsi ambo et utrique ipsorum post mortem alterius quamdiu vixerint predictam domum seu usufructum dicte domus teneant et possideant, quodque predicta domus seu usufructus eiusdem post obitum ipsorum amborum ad dictam fabricam libere devolvantur, promittentes se dictam donationem ratam et gratam perpetuo habituros, nec contra eam venire in iudicio vel extra, in posterum vel ad presens. In quorum evidentiam sigillum curie Argentinensis presentibus est appensum. Actum feria tertia ante festum penthecostes, anno Domini* 1290. 21) secundum istas litteras ex cod. ms. eccl. S. Mariae Arg. descriptas: *Coram nobis iudice curie Argentinensis constituti in forma iuris Elnhartus, procurator fabrice ecclesie Argentinensis, et domina Gisela, uxor eius legitima, manibus coadunatis domum suam sitam iuxta palatium domini nostri episcopi Argentinensis, quam de bonis suis communiter conquisitis ut asserebant construxerunt, in remedium animarum suarum fabrice ecclesie Argentinensis predicte donaverunt et tradiderunt, donatione et traditione inter vivos donasse et tradidisse se publice sunt confessi pure et libere, irrevocabiliter, simpliciter et in totum; et quod procuratores dicte fabrice post mortem amborum coniugum predictorum recipere debeant omnia supellectilia et utensilia ac omnia alia bona, que in dicta*

*tertiam die* 25. *Octobris* 1298[22], *vineas quasdam die* 16. *Iulii* 1299[23]. *Mortua vero Gisela, et capitulo ecclesiae Argentinensis die* 23. *Ianuar.* 1302 *legatum scripsit annuorum solidorum triginta capponumque duorum de domo*

*domo reperta fuerint tempore obitus eorundem, vino, plado et argento dumtaxat excepto; promittentes dicti coniuges pro se et heredibus suis universis, quod dictam donationem ratam et gratam habeant, nec contra eam veniant in iudicio vel extra, in posterum vel ad presens; sic tamen, quod perpetuo in singulis anniversariis dictorum coniugum vigilie ad altare beate Virginis decantentur in sero et missa pro defunctis de mane celebretur cum solempnitate in remedium animarum coniugum predictorum et omnium fidelium defunctorum; et quod nihilominus gubernator fabrice seu operis predicti, qui pro tempore fuerit, singulis diebus festivis et non festivis perpetuo inter missarum solempnia offeret unum denarium ad altare beate Virginis gloriose in remedium similiter animarum coniugum predictorum; item quod procuratores dicte fabrice, qui pro tempore fuerint, singulis annis de censu domus predicte in anniversario Gisele uxoris sue predicte decem solidos denariorum Argentinensium . . . alium et in primis Elnharti . . . . . . camerario maioris ecclesie Argentinensis dent et assignent in remedium animarum suarum, ita ut ipse camerarius, qui pro tempore fuerit, dictam pecuniam presentibus in choro ecclesie predicte canonicis et prebendariis in hunc modum distribuat: in vigiliis anniversarii Gisele quinque solidos denariorum Argentinensium, et in die anniversarii ad missam quinque solidos, item in vigiliis Elnharti predicti quinque solidos, et in die anniversarii similiter ad missam quinque solidos denariorum Argentinensium, ita ut in dicto choro per canonicos et prebendarios in anniversariis predictis in sero vigilie et in mane missa pro defunctis celebretur. Si vero factum fuerit secus tam ex parte camerarii, quia forte non divideret pecuniam in modum predictum, vel si vigilie et misse pro defunctis in modum predictum non celebrarentur in choro predicto, voluerunt dicti coniuges quod ex tunc dictum legatum perpetuo sit extinctum et quod dicta libra denariorum apud dictam fabricam perpetuo remaneat pleno iure. Usufructu tamen dictorum bonorum ante omnia dictis coniugibus reservato, quamdiu vixerint, et alteri eorum post mortem alterius pro annuo censu videlicet dimidia libra cere, solvenda singulis annis in festo purificationis beate Virginis ipsi fabrice a predictis coniugibus et altero eorundem coniugum post mortem alterius, in signum proprietatis et dominii bonorum predictorum, spectantium ad fabricam antedictam. Et si secus factum fuerit ex parte procuratorum fabrice predicte, ordinaverunt dicti coniuges, quod dicta donatio sit cassa ipso facto. Iniungentes dicti coniuges omnibus heredibus suis, ut et ipsi dictam donationem ratam habeant atque firmam, sic quod in omnem eventum domus cum area et bona predicta maneant apud fabricam predictam. Et super premissis dicti coniuges renunciaverunt expresse pro se et heredibus suis universis exceptioni deceptis doli mali in factum et aliis beneficiis restitutis in integrum et que deceptis subvenitur, exceptionibus et defensionibus quibuscumque, omnique iuris auxilio canonici et civilis, quibus iuvari possent ad veniendum contra premissa vel aliqua premissorum. In cuius rei testimonium sigillum curie Argentinensis ad petitionem dictarum personarum presentibus est appensum. Actum in Kal. Iunii, anno Domini* 1295.

22) teste codicis ms. eccl. S. Mariae f. 44 tabula hac: *Coram nobis iudice curie Argentinensis constitutus Elnhardus magnus, civis Argentinensis, motus affectu pio, quem se habere dicebat erga fabricam ecclesie Argentinensis, eidem fabrice domum suam cum area sitam in civitate Argentinensi apud Sanctum Petrum seniorem in vico dicto der Criegesselin iuxta dictam Werben Negelin et Iohannem militem de Wollensheim cum omni iure, quod ad eum pertinet et pertinere posset quovis modo, in remedium anime sue donavit et assignavit, donatione et assignatione inter vivos donasse et assignasse se publice est confessus pure, libere, irrevocabiliter et in totum; transferens ex nunc idem Elnhardus in dictam fabricam omne ius, possessionem et dominium, vel quecumque ipsi in dicta domo et area competiit vel competere possit quoquomodo; promittens bona fide se dictam donationem perpetuo ratam et firmam habiturum, nec contra eam venturum aliqua ratione vel causa; renuncians quoque ad hoc exceptionibus et defensionibus omnibus et singulis, quibus contra premissa vel aliqua premissorum in iudicio vel extra venire posset vel iuvari. In premissorum evidentiam sigillum curie Argentinensis ad petitionem Elnhardi predicti literis presentibus est appensum, et actum* 8. *Kalend. Novembris anno Domini* 1298.

23) Etenim in cod. ms. eccl. S. Mariae Arg. f. 9 inest tabula haec: *Coram nobis iudice curie Argentinensis constitutus Elnhartus magnus, procurator fabrice ecclesie Argentinensis, vineas seu agros inferius significatos fabrice ecclesie Argentinensis donatione inter vivos donavit et resignavit, donasse et resignasse se publice est confessus cum omni iure, possessione, proprietate et dominio, tali conditione adiecta, quod singulis annis perpetuo post suum obitum de vino excrescente super dictis vineis quatuor ame vini in vigilia assumptionis beate Virginis, octo vero ame in vigilia dedicationis ecclesie, videlicet festo Adelfi, et in vigilia nativitatis beate Virginis quatuor ame vini omnibus qui dictis tribus festivitatibus causa devotionis advenerint et in ecclesia Argentinensi pernoctaverint et per noctem ibi permanserint, distribuantur, in remedium anime sue uxori et progenitorum suorum, et ob laudem beate virginis Marie et simpliciter propter Deum; promittens, se dictam donationem ratam et gratam habiturum, nec contra eam venire quoquo modo in posterum vel ad presens. Specificatio autem dictorum agrorum est hec: videlicet* 2 *acker, in uno salto in banno Scherwilre an dem nuwen wege siti, qui quondam fuerunt Sigewini et dicti Riterer; item unus ager in banno Kestenholtz in der obern gebreite prope Werlinum dictum Wahsman et dictum Schürer; tali conditione adiecta,*

24 *quadam sua*[24], *et hospitali (maiori) Argentinensi aliam legavit domum*[25], *ea conditione ut in choro ecclesiae S. Mariae in hospitalisque capella S. Erhardi*[26] *tum uxoris defunctae tum ipsius anniversarius dies ageretur. Postremo ipsam quam supra diximus, fabricam ecclesiae S. Mariae heredem ex asse instituit* 27 *die* 30. *Aprilis* 1303[27]. *Pro tot tantisque beneficiis eodem die ab Heilmanno*

*quod procuratores fabrice, qui tunc pro tempore fuerint, sibi medietatem vini excrescentis super dictis vineis absque dampno suo singulis (annis) tradere teneantur absque dolo. In cuius rei testimonium sigillum curie Argentinensis presentibus est appensum. Datum anno Domini* 1299, 17. *Kal. Augusti.* 24) Haec enim tabula habetur in cod. eccl. S. Mariae Arg., quam Mone quoque (Zeitschrift V, 329) edidit: *(Datum per copiam sub sigillo curie Argentinensis feria quinta ante palmas sub anno Domini* 1313:*) Coram nobis iudicibus curie Argentinensis constitutus Elnhardus magnus, procurator seu gubernator fabrice ecclesie Argentinensis, redditus annuos triginta solidorum denariorum Argentinensium et duorum capponum, quos se habere dicebat de area domus site in civitate Argentinensi inter domum dictam zuo der Kevien* (al.: *Kefigen*) *apud vicum dictum Spitalgassen* (al.: *Spittelgasse*) *et domum dictam zuo dem griene, decano et capitulo ecclesie Argentinensis legavit in remedium anime sue et simpliciter propter Deum ita, et tali condicione adiecta, quod singulis annis anniversarium suum et Gisele, uxoris sue defuncte, quod erit quolibet anno tercia die ante festum beati Andree apostoli, in choro ecclesie Argentinensis cum plenis vigiliis et missis, prout fieri solet, fideliter peragantur, quodque decem solidi dictorum triginta solidorum in vigilia anniversarii sui et decem solidi de mane in missa, item quinque solidi in vigilia anniversarii uxoris sue predicte, quolibet anno et quinque solidi de mane in missa presentibus in choro, dictis vigiliis et missis, assignentur et inter presentes ibidem equaliter dividentur; cappones vero cedere debent annuatim collectori triginta solidorum et distributori eorundem dictis dominis in choro predicto; et ius, quod dicitur erschats, quandocunque* (al. *quodcunque*) *dari contigerit, quod hoc cedere debeat fabrice ecclesie Argentinensis. Et cum ipsum Elnhardum de hoc seculo disposicione divina migrari contigerit, voluit quod corpus suum in ambitu dicte ecclesie tradatur ecclesiastice sepulture, in quo etiam loco elegit ecclesiasticam sepulturam, et quolibet anno in die anniversarii sui finita missa pro defunctis per dominos presentes in choro tumulus suus visitetur et ibidem, prout fieri solet, sui seu anime sue memoria habeatur. Et si aliquo anno dicta anniversaria in modum predictum non peragerentur, voluit, statuit et ordinavit idem Elnhardus, quod eodem anno dicti triginta solidi cedere debeant fabrice ecclesie Argentinensis; nolens tamen idem Elnhardus, quod ex huiusmodi sepultura dominis decano et capitulo predictis seu ecclesie ipsorum ab heredibus seu successoribus ipsius Elnhardi, seu ab alio quocunque aliquod preiudicium generetur; statuens, volens et ordinans, quod nullus heredum seu successorum suorum aliquod ius in sepulchro huiusmodi seu tumulo habere debeat, seu aliquod ius sibi debeat aliquatenus vendicare racione sepulture sue predicte. Voluit insuper idem Elnhardus, statuit et ordinavit, quod si premissum legatum valere non possit in modum predictum, valeat saltim iure codicillorum ut quelibet ultima voluntas, vel prout alias melius valere vel subsistere poterit quoquo modo. In cuius rei testimonium sigillum curie Argentinensis una cum sigillo dicti domini decani ad peticionem predictorum dominorum presentibus est appensum. Nos vero decanus et capitulum ecclesie Argentinensis, recognoscentes pium motum et affectum, quem habet et habuit idem Elnhardus ad nos et nostram ecclesiam, promittimus pro nobis et successoribus nostris omnia premissa, per ipsum Elnhardum superius ordinata, fideliter adimplere et inviolabiliter observare, et in evidentiam premissorum omnium sigillum domini decani predicti presentibus est appensum. Datum anno Domini* 1302, 10. *Kal. Februarii.* 25) V. Code de Strasbourg I. Notice sur l'histoire de la guerre de l'évêque Gauthier p. 58. n. 24. 26) De hac capella cf. Schoepflin Als. ill. II, 301. 27) hac tabula, ex cod. ms. S. Mariae Arg. descripta: *Coram nobis iudice curie Argentinensis constitutus Elnhardus magnus, procurator seu gubernator fabrice ecclesie Argentinensis, omnia bona sua mobilia et immobilia et que tempore obitus sui reliquerit, et specialiter omnia bona agros et possessiones, quos habet in villis et bannis Künigesheim, Kestenholtz et Scherwiler, nec non duas partes domus et attinentium pro indiviso, quas se habere asseruit in oppido Offenburg, quam domum asseruit appellari des Cletten hus, fabrice ecclesie Argentinensis donatione inter vivos donavit et resignavit, quod in vulgari dicitur usser siner gewer, in remedium anime sue vel simpliciter propter Deum. Preterea idem Elnhardus voluit statuit et ordinavit, quod annuatim sedecim ame vini advenientibus et pernoctantibus in ecclesia Argentinensi predicta in tribus festivitatibus, assumptione videlicet et nativitate beate Virginis et in dedicatione ecclesie Argentinensis predicte, de vineis datis ipsi fabrice per eundem Elnhardum, in bannis Künigesheim, Kestenholtz et Scherwiler sitis, perpetuo ministrentur, et de vino tantum quod excrescit in bannis antedictis: videlicet in assumptione beate Virginis de nocte quatuor ame vini, et in dedicatione dicte ecclesie octo ame, in nativitate vero beate Virginis quatuor ame vini; asserens, quod etiam antea dictis advenientibus ordinaverit dari de vineis suis seu distribui in dictis festivitatibus quandam summam vini, quam summam vini prius deputatam voluit in istas sedecim amas vini computari, ita quod de priori ordinatione et de secunda per totum ministrentur sedecim ame vini. Adiecit etiam idem Elnhardus, quod per presentem donationem donationes seu legatum per ipsum Elnhardum prius factas locis et personis quibuscumque non intendit aliquatenus revocare; sed eas vult et voluit in suo robore firmiter perdurare. Item dictus Elnhardus*

*collega „confrater fabricae" renunciatus, parique cum sacerdotibus praebenda domus fabricae impertitus est. Post paullo autem venit supremus eius dies, qui in codice ecclesiae S. Mariae Argentinensis fol. 133 sic est annotatus:* 3. Idus Maii, sancte Marie ad martyres — Elnhardus magnus, procurator fabrice, obiit. Dedit omnia bona sua[28]. *Decessit igitur die 13. mensis Maii, et* 28 *anno quidem, ut pro certo dicere possumus,* 1304[29].

*Sed Ellenhardus, quum tam multifariam de Argentina mereretur, maximam tamen laudem sibi peperit eo, quod accensus studio et civium suorum et temporis illius regum res gestas persequendi, non modo copiosioris historiae Argentinensis est initium quoddam orsus, verum ad summi regni Germanici etiam memoriam cognoscendam haud mediocriter contulit. Atque ego optime quidem perspicio planeque sciri volo, non fuisse Ellenhardum ipsum scriptorem earum, quas nomine eius putavi insigniendas, historiarum; quum dubitari non possit, quin ad eas formandas aliorum et ingenia et manus adhibuerit. Fuerunt ei nihilo minus tribuenda omnia, propterea quod et conquisivit scriptores, et iis tum argumenta proposuit, tum ipsa memoriae suae plerumque facta porrexit, et librorum denique multiplicanda exempla curavit: ut idem sit parens verus iustusque auctor existimandus monumentorum illorum, quibus nos constat, si Ellenhardus non exstitisset, nequaquam fructuros fuisse. Ceterum eo minus praemium debitum persolvere viro optime merito cunctabar, quod excepto uno reliquorum, quibus est usus, scriptorum nomina penitus occultantur.*

*Commentarii autem Ellenhardi, quos quidem habemus, omnes in uno codice reperiuntur. Est* 98 *foliorum membranaceorum, fuit foliorum* 100*; postrema enim folia duo resecta esse videmus. Scriptus vero ita est exeunte saeculo XIII*[30]*, ut pagina quaeque bipartita in longitudinem sit. Levi opera* 30 *discernuntur partes eius diversae, quas apparet a manibus variis iisque aequalibus profectas esse.*

***Prima manu*** *enim, quae in pagina quaque bis posuit versus* 32*, impleta*

*voluit statuit et ordinavit, quod si aliquis heredum suorum contra dictam donationem venire vel eam retardare presumpserit, quod ipso facto et ipso iure sit privatus iure sibi succedendi in omnibus bonis suis seu in aliqua parte eorumdem. Quam inquam donationem idem Elnhardus coram nobis fecit in modum et* (ut cod.) *sub conditionibus prescriptis, Heilmanno itemque (in a qua* cod.*) procuratore seu gubernatore dicte fabrice presente, et huiusmodi donationem a prefato Elnhardo nomine et vice dicte fabrice recipiente. Ac ipsi Elnhardo dicta bona tenenda, possidenda et utifruenda pro tempore vite sue nomine fabrice supradicte locavit et concessit singulis annis pro uno solido denariorum Argentinensium, solvendo per ipsum Elnhardum annuatim in festo nativitatis Domini fabrice predicte nomine census in signum, quod proprietas dictorum bonorum ad ipsam fabricam pertineat pleno iure. — Peracta itaque huiusmodi donatione idem Heilmannus, attendens et recognoscens prefate fabrice multa grata servitia et beneficia, ab eodem Elnhardo impensa, eundem Elnhardum recepit pro confratre dicte fabrice, ac sibi prebendam super domo eiusdem fabrice deputavit, ita quod, quamcumque voluerit, sibi predicta prebenda ministretur pro tempore vite sue, prout uni sacerdotum celebranti in altari beate Marie virginis fabrice predicte absque dolo. Et in testimonium premissorum sigillum curie Argentinensis ad petitionem partium predictarum presentibus est appensum. Datum* 2. *Kal. Maii anno Domini* 1303. *(Huius instrumenti duo sunt paria, quorum unum remanet apud dictum Elnhardum, reliquum vero apud fabricam supradictam.)*

28) V. Code de Strasbourg I. I. p. 59 n. 25.

29) In vivis etiam d. 12. et 26. Iunii 1303 fuisse Ellenhardum, docent tabulae duae cod. ms. eccl. S. Mariae Arg., quarum una Waltherus de Mülnheim, decanus eccl. S. Petri Arg., bona quaedam fabricae eccl. S. Mariae donavit „presentibus Heilmanno et Elnhardo procuratoribus seu gubernatoribus dicte fabrice; actum 2. Idus Iunii a. D. 1303"; altera Reimboldus dictus Stubenweg, natus Hugonis dicti Stubenweg militis Argentinensis, molam quandam fabricae tradidit „presente Elnhardo magno, procuratore dicte fabrice et huiusmodi legato nomine et vice dicte fabrice; actum 6. Kal. Iulii a. D. 1303." Post d. 26. Iunii 1303 mentio Ellenhardi nostri neque in chartis neque alibi reperitur. Praebent autem tabulae cod. ms. S. Mar. procuratorem fabricae anno 1304 solum Heilmannum, a. 1305 et 1306 Heinricum sacerdotem, 1307 Mangoldum clericum cet. Itaque d. 13. Maii a. 1304 obiisse Ellenhardus censendus est.

30) exceptis foliis 82—93, de quibus dicemus infra.

*sunt folia* 1—47. *Et initium facit rubrica haec:* Anno Domini 1292 Elnhardus magnus hunc librum scribi fecit, et alia multa compilavit diversa. Quilibet lector oret pro ipso dominum Iesum Christum. *Sequitur* 1) Honorii Augustodunensis Imago mundi *f.* 1—36, *cui continuo f.* 36—36′ *appositae sunt* 2) primae notae historicae *horum annorum sicque dispositorum:* 1140, 1142, 1126, 1132, 1187, 1190, 1097 (1197), 1098 (1198), 1208, 1211, 1219, 1218, 1214, 1228, 1246, 1262, 1270 (1273); *quibus recentior manus addidit* 1291. *Deinde f.* 37—47 *legitur* 3) Alberti Magni De impressionibus aeris liber, *his verbis exitui adiectis (fol.* 47*):* Explicit liber de inpressibus domini Alberti episcopi Ratisponensis; quem scribi fecit magnus Elenhardus procurator fabrice maioris ecclesie. *Subsequitur rubra inscriptio haec:* Anno Domini 1292 Elnhardus magnus, procurator fabrice maioris ecclesie et prebendarum Sancti Spiritus ista miracula scribi fecit et de aliis libris excepit et alia multa compilavit diversa. Quilibet lector oret pro ipso dominum Ihesum Christum et sanctam Mariam, matrem eius. *Neque vero miracula allata sunt ulla. Vacuum enim dimisit is, qui Ellenhardo a manu erat, reliquum folii* 47 *spatium, in quo variae saec. XIV et XV manus perscripserunt quaedam ad hospitalem domum Argentinensem spectantia; quae quidem postea ita erasa sunt, ut ne* 31 *tinctura adhibita quidem legi omnia potuerint*[31]. — *His deductis additionibus, universa, quae fol.* 1—47 *continentur, anno* 1292 *exarata esse, antecedentia affatim docent.*

*Secunda manus, quaque in pagina bis lineis* 31 *usa, scripsit* 4) secundas notas historicas *fol.* 48—49, *quibus haec praemissa verba sunt:* Hic incipit pars cronice de eis, que acciderunt in dyocesi Argentinensi, *quaeque hoc ordine comprehendunt annos sequentes:* 1132, 1136, 1187, 1197, 1214, 1219, 1240, 1253, 1279 (1179), 1211, 1224, 1251, 1216, 1221, 1224, 1225, 1241, 1251, 1245, 1250, 1248, 1251, 1252, 1253, 1254, 1255, 1260, 1261, 1267, 1268, 1275, 1258, 1288, 1270, 1232, 1228, 1208, 1198, 1219, 1212, 1190, 1142, 1228, 1195, 1233, 1206, 1257, 1259, 1282. *(His alius librarius aequalis postea subiunxit* 1292, 1291, 1292, 1293, 1294; *et alius* 1297.*) Eidemque manui secundae debentur* 5) Ellenhardi chronici *pars, quae in anno* 1290 *sic desinit:* — ut et ipse ex hoc meritum consequatur apud Deum, *quaeque in codice implet folia* 50—65; — *tum* 6) Miracula S. Mariae Argentinensia *f.* 94—97; — *deinde* 7) Catalogus episcoporum Argentinensium *usque ad Conradum de Lichtenberg anno* 1273 *electum, f.* 98—98′ *(exceptis illis, quae ab alio scriba apposita sunt, adiectionibus anni* 1299, *f.* 98′*).* — *Itaque quum et ea, quam diximus, pars chronici ad annum* 1290 *perducta sit, et Miracula S. Mariae, ut infra videbimus, eodem sint anno exarata, neque Notae historicae secundae (praeter additamenta), neque Catalogus episcoporum (item accessionibus remotis) hunc annum transgrediantur, non debet ambiguum haberi, quin omnia secundae manus anno* 1290 *facta sint.*

31) Quae cognoscere licuit, haec sunt: a) *Hugo cellerarius instituit post obitum suum in suo anniversario decem uncias denariorum de bonis suis in Dambach, unicuique sacerdoti 2 denarios et sacriste unus.* b) *Noverint universi, quod Wernherus dictus Bopp, pistor et frater hospitalis, presentavit predicto hospitali 30 libras argenti. Et pro hac pecunia promisimus et promittimus, predicto Wernhero dare et assignare singulis annis inter festum M . . . . . et nativitatem beate Virginis septem quartalia tritici nomine pensionis quamdiu vixerit. Post obitum vero predicti Wernheri tria quartalia tritici in capite ieiunii distribuendi sunt in communem refectionem tam sanis quam infirmis, et unicuique sacerdoti 3 denarii et sacriste unus. Item tria quartalia tritici simili modo distribuendi sunt proximo sabbato ante festum sancti Iohannis baptiste et etiam unicuique sacerdoti tres denarii et sacriste unus. Et predicti sacerdotes memoriam ipsius Wernheri habeant in missis et vigiliis.*

*Tertia manus nihil effecit, nisi ea (fol. 66.), quae in* Ellenhardi chronico *gestis Rudolfi regis adiuncta sunt ex annis* 1291 *et* 1292; *et scripta anno* 1292 *esse videntur.*

*Quartae manus, quae bis* 30 *versus collocavit in pagina quaque, sunt in fol.* 67—73. *ea, quae in* eodem chronico *de Adolfo et Alberto regibus habentur. Quae, quum anno* 1299 *exitus iis impositus sit, eodem anno aut paullo post esse litteris consignata, facile conieceris.*

*Quinta manus, bis versibus* 31 *per paginam quamque adhibitis, fol.* 74—81. *exaravit* 8) Bellum Waltherianum, *idque aut anno* 1291 *aut post paullo, ut docebimus infra.*

*Quod folium est posteriori tegmini agglutinatum, id* 9) Notas historicas tertias *comprehendit variarum saec. XIII et XIV manuum.*

*Adventicia sunt folia* 82—93, *et ecclesiarum Romanarum et dioecesium universarum indicem exhibentia. Recedunt enim ab aliis foliis tum forma minore tum scriptura saeculi XIV, praeterquam quod laxius tantummodo insuta codici sunt. Ea Bohemi cuiusdam fuisse, demonstrant verba superiori folii* 82. *margini inscripta haec:* Pauli Choczna, *ut in Bohemia, ubi codicem non ignoramus aliquamdiu servatum esse, in eum pervenisse hanc accessionem pro certo dicere possimus.*

*Quae adhuc ostendi, ex iis nullo negotio animadvertitur, codicem non continenter exaratum, sed ex diversis diversorum annorum libris constitutum esse, idque non ante annum* 1299[32]; *ideo quod folia* 67—73. *ad hunc pertinere annum accepimus. Nec dubitem, quin ipse Ellenhardus eum connectendum curaverit. Devenit autem codex, etiam vivo ut accrediderim Ellenhardo, in eum, de qua illum aliter quoque bene meruisse supra indicavi, hospitalem domum Argentinensem. Ibi enim additamenta ea, quorum quaedam supra in annotatione* 31. *attuli, saeculo XIV et XV illata esse, neminem praeterierit. Quo pacto quoque tempore illinc codex abierit, omnino ignoramus. Repertus vero est circiter anno* 1777 *in Bohemia Brzesnicii, comitum Kolowratensium civitate, a Pelzelio*[33], *qui eum non ita multo post ducatis quos dicunt duodecim vendidit abbati Sancti Blasii in Nigra Silva*[34]. *Ibidem utebatur codice et Grandidier anno* 1784[35] *et Gerbertus in conscribendo secundo Historiae Nigrae Silvae tomo, qui prodiit anno* 1788. *Monasterium vero S. Blasii quum anno* 1806 *exauguratum esset, fratres demigrantes codicem in Carinthiae coenobium S. Pauli pertulerunt, ubi hodie etiam asservatur. Quem reverendissimus S. Pauli abbas, Ferdinandus Steinringer, quanta est benignitate liberalitateque, ad nos afferendum curavit, ut iaci solidissima editionis nostrae fundamenta quirent.*

*Reliquum est, ut de singulis, quae sumus publicaturi, operibus separatim dicamus.*

1) *De Ellenhardi annalibus. Constitui eos ex* (1) primis *et ex* (2) secundis notis historicis. *Refecto autem annorum ordine, textuque ex ambabus notis, quae aliquoties res easdem nonnihil diverse praebent, suppleto, annales exstiterunt, quos aptissime Ellenhardi dici placuit. Et annos* 1292—1294, *eadem evidenter manu illatos, scripsit qui ab ecclesia S. Mariae Argentinensi erat, quod anni* 1292 *verbis his:* Comparavimus organas *cognoscitur. Ad priores autem conficiendas partes adhibiti sunt* Annales Argentinenses *eorumque continuatio, quae*

32) Bohemicum nimirum additamentum doduco.
33) V. Magni Ellenhardi chronicon ed. Pelzel, Pragae 1777, in praefatione scripta d. 1. Mart. 1777.
34) teste Grandidier. V. Notice d'un manuscrit intéressant in Almanach d'Alsace pour l'année 1785 p. 299.
35) V. Notice d'un manuscr. l. l.

*iam non exstat*[36], *atque annales, qui item periisse videntur, Praedicatorum Argentinensium, quemadmodum patet ex annis* 1221, 1224, 1251, 1253, 1254, 1255, 1260, 1267. — *Vulgati sunt abhinc annis quatuor annales isti, neque vero integri, e codice nostro a Boehmero in Font. III,* 113—117, *hoc titulo inscripto:* Notae historicae Argentinenses.

2) *De Annalibus hospitalis Argentinensis. Codicem post paullo, quam est effectus, in hospitalem domum Argentinensem incidisse, ibidemque saeculo XIV et XV habitum esse, testimonia sunt data supra. Quo circa nequedum editas* tertias notas historicas *folii posteriori tegmini adhaerentis attribuere hospitali non sum cunctatus; quum praesertim iis, quae ad annum* 1279 *reperiuntur, iste notarum seu annalium ortus luculenter probetur.*

3) *De bello Waltheriano. Historia huius belli, annis* 1261—1262 *gesti, quo Waltherus episcopus Argentinensis libertatem eripere civibus infeliciter conabatur, ex ingenio victorum civium est exposita. Et capite* 28.[37] *quidem docemur, ipsis belli adiutoribus, ideoque rerum illarum bene peritis, maxime vero Ellenhardo nostro referentibus, quo quidque modo esset actum, scriptorem narrasse. In extremo autem libello legimus,* ea scripta esse et completa anno 1291 feria quinta in paschis (*Apr.* 26). *Neque tamen in hanc sententiam accipi ista verba debent, tum narrationem ipsam prodiisse primum. Closener enim, relatione illa anno* 1362 *Germanice reddita, diserte pronunciat, eam die* 3. *Aprilis* 1290 *esse confectam*[38] *Praeterea in Belli capite* 13. *invenimus haec, neque vero in codice postea adiecta sed in contextu eadem manu posita, verba:* et tota civitas (*Mulhusensis*) obediebat comiti Ruodolfo (*postea regi*) recipiens eum pro domino; et permansit dominus dicte civitatis u s q u e a d o b i t u m s u u m. *Obiisse autem Rudolfum regem scimus die* 15. *Iulii* 1291. *Huc adde, quod apud Closenerum quoque loco eodem eadem sic reperiuntur*[39]: und noment die burgere grofen Rudolfen zu eime herren und bleib ir herre untze noch sime tode. *Ex his ergo efficitur* 1) *fuisse exemplum historiae nostrae die* 3. *Aprilis* 1290 *factum,* 2) *Closenerum habuisse aut idem exemplum, in quod illa de morte Rudolfi regis verba post illata essent, aut apographum eiusdem,* 3) *aliud libri exemplar die* 26. *Aprilis* 1291 *exaratum esse,* 4) *ex hoc exemplari, mentione mortis illius postea aucto, illud quod codex noster continet exemplum profectum esse, et quidem post diem* 15. *Iulii* 1291. *Codice igitur tantum abest ut scriptoris autographum contineatur, ut certissime tertium saltem apographum, etiamsi aequale, inesse in eo dicendum sit. Quapropter non mirabimur, tot scripturae menda unde accesserint ad ipsius auctoris minus elegantem sermonem. Is vero bellum spatio annorum* 1284 *et* 1290 *exposuisse censendus est, quoniam in capite* 83. *procuratorem fabricae appellat Ellenhardum, quam dignitatem ab eo constat anno* 1284 *acceptam esse, exemplumque libri iam anno* 1290 *exstitisse docuimus. Caeterum ex tam multis libri brevi tempore confectis exemplis sentire licet, quanto opere lectitata haec narratio sit ab illius temporis civibus, quantumque iis delectationis attulerit. Iacobus Twinger etiam, qui est de Koenigshoven appellatus, ex ipso nostro ut affirmaverim codice historiam belli in angustum hic illic coactam inseruit chronico*

36) V. praefationem nostram in Annales Argentin. supra p. 86. 37) in capita enim relatio haec a me divisa est. 38) *Und wart die geschrift gar vollebrohte von diseme kriege an d e m e m e n d a g e n o c h d e m e o s t e r d a g e, do man zalte von Gottes geburte* 1290 *ior.* Sic habet Closeneri autographum; v. Code de Strasbourg I. Croniken von Closener und Koenigshoven p. 85. Cf. ibid. Notice sur l'histoire de la guerre p. 41 n. 7. In Closeners Chronik, Bibliothek des Stuttg. litterar. Vereins I, 72 perperam scriptum est: *an deme ostertage* (2. Apr.). 39) In Code I. I. p. 76, in Bibliothek des Stuttg. lit. Vereins I, 6.

*suo Latino nondum edito*[40], *eamque inscripsit* Conflictus in Husbergen[41]. *Quem quidem titulum retinuerunt ii viri docti, a quibus opusculum imprimi antehac iussum est: Strobel*[42], *qui Twingeri chronico est usus; Schneegans, qui ex nostro codice editionem paravit in* Code historique et diplomatique de Strasbourg I. II. 221—238; *Boehmer*[43] *Font. III,* 120—136. *Narratio vero quum in referendo proelio Hausbergensi se non contineat, sed totum bellum potius complectatur, indicem rei accommodatiorem deligendum putavi. Atque etiam de nomine scriptoris historiae nostrae debemus Strobelio ac Boehmero adversari, qui Gotfrido de Ensmingen eam attribuerunt. Nam Gotfridum ob eam causam, quod alia quaedam petente Ellenhardo memoriae mandaverit*[44], *etiam hanc relationem fecisse, non modo non necessarium duco, sed ne veri simile quidem. Hic enim in chronico, de quo paullo post dicetur, quid scripsisset et in principio et in exitu adeo diligenter determinavit, ut vel minutum additamentum postea ab eo appositum insignire suo nomine non negligeret. Idcirco quum ius nostrum esse tum officium etiam arbitrabar, ut omnia, quae ipse sibi non addixit, eadem non facta ab eo censeremus. Alia de scriptore opinio a Bruschio in medium prolata est, qui in:* Magni operis de omnibus Germaniae episcopatibus epitome, *Norimbergae* 1549 *p.* 65. *haec retulit:* Huius belli totam historiam Carmelita quidam Petrus copiose descripsit in chronicis Argentinensibus; *id quod longa deinceps virorum doctorum series plus minusve accurate repetierunt*[45]. *Recte autem iam a Boehmero est animadversum, non debere Petro Carmelitae opusculum adiudicari, propterea quod ipsos Carmelitas constet anno* 1326 *demum civitate Argentinensi receptos esse. Unde valde suspicor, apographum libri nostri paratum a Petro illo nomineque eius insignitum fefellisse Bruschium. Quae quum ita sint, neque ulla de scriptore libelli signa certa reperiantur, cogimur fateri, eum a quo sit liber prorsus ignotum nobis esse.*

4) *De Miraculis S. Mariae Argentinensibus. Gotfridus de Ensmingen, notarius curiae Argentinensis, miracula sanctae Mariae in cathedrali ecclesia Argentinensi anno* 1280 *acta, decennio post, i. e. die* 20. *Iunii* 1290, *non primus quidem mandavit litteris, verum scripta iam antea, exhortante Ellenhardo, in novam formam convertit. Declarat enim ipse in capite* 1, *se tantummodo* rescripsisse infrascripta signa et redegisse sub tenore infrascripto. *Et exploratum capite* 7. *habetur, iam anno* 1280 *primum annotatas res illas esse, propterea quod pro* „usque 1280" *verba* „usque nunc" *posita illic videmus. Neque est dubium, quin prior miraculorum scriptor ex ipsius ecclesiae S. Mariae sacerdotio fuerit, quoniam ad eam significandam identidem verba* hoc templum, haec ecclesia *adhibita sunt*[46]. *Libellum etiam a Iacobo Koenigshoven in chronico suo Latino ms. f.* 144. *sq. descriptum esse, testis est Oberlinus in dissertatione de Iacobo Twinger p.* 12. *Nunc demum lucem videbit, in capita a me divisus.*

5) *De catalogo episcoporum Argentinensium. Hunc catalogum cum illo, qui in exordio annalium Argentinensium legitur*[47], *de eodem manasse fonte, concordantia amborum initia testantur, quamvis et ordine et numero episcoporum inter se non leviter discrepent. Iste vero anno* 1290, *ut fidem faciunt ea,*

40) V. Oberlini Dissert. de Iacobo Twingero, Argent. 1789, p. 12, et Godofredi ab Ensningen relatio de conflictu in Husbergen ed. Strobel, Strasburg 1841, Vorwort p. IV. 41) „per cives Argentinenses et episcopum". 42) V. supra n. 40. 43) Gotfridi de Ensmingen Argentinensis relatio de conflictu apud Husbergen. 44) ut infra videbimus.

45) ut Simler, Possevinus, Vossius, Zeillerus, Alegreus Cassanatus, de Lezana, Daniel a Virgine Maria, Fabricius, Du Cange, Schoepflin, Koch. Cf. Bibliotheca Carmelitana, Aurelianis 1752. II, 550 et Code de Strasbourg I, II. Notice p. 44. 46) V. cap. 7. 9. 10 cet. 47) V. supra p. 87.

*quae supra de secunda codicis manu scripsimus, usque ad Conradum de Lichtenberg adductum est; relatio autem de huius obitu deque Friderici institutione accessit anno* 1299. *Edidit ante nos catalogum, eodem usus codice, Boehmer Font. III,* 5—8.

6) *De Ellenhardi chronico. Quatuor ex partibus compositum opus istud est. Quarum prima ab initio pendet ex* Honorii Augustodunensis et Imagine mundi et Summa, *atque ex* Genealogia Carolorum *(Mon. SS. II,* 308. *sq.), perductaque est ad annum* 1256: — Wilhelmus rex a Frisonibus occisus est. *Pars secunda, cuius quidem compilatorem sese fuisse, tam ante quam post eam asseverat Gotfridus de Ensmingen, comprehendit annos* 1257—1290: — et suis inimicis inimicus severus; *haec anno* 1290 *conscripta est, ac post diem* 3. *Iunii quidem, ut eo loco comperimus, ubi de morte Friderici I episcopi Curiensis fit mentio. Tertia pars, ab eodem Gotfrido anno* 1291 *formata, hunc solum annum continet, addita postea Adolfi regis anno* 1292 *electi commemoratione exigua:* — ab omnibus principibus in regem Romanorum. *Pars quarta incipit verbis his:* Hec sunt gesta Alberti regis *et usque ad libri finem protenditur; quae pars quum novissime de mense Martio anni* 1299 *agat, haud dubie circiter eo tempore absoluta est. — Totum chronicon non esse a Gotfrido de Ensmingen expeditum, ex eo facillime perspectu est, quod partis primae confectionem ipse a se plane reiicit.* Ab isto loco *enim se scripsisse ait in primae et secundae partis confinio. Similis in quarta parte, anno* 1299 *exposita, ratio est. Non enim hanc sibi assignat Gotfridus. Ellenhardus autem locis quatuor, ad annum* 1256, 1290, 1291, 1299, *non scriptor quidem sed impulsor tamen auctorque expediendi chronici totius nominatur. His de causis non Gotfridi sed Ellenhardi chronicon inscribi duximus oportere, quemadmodum iam a Pelzelio appellatum est, qui primus chronicon* 48 *e codice nostro anno* 1777 *emisit*[48], *dum Boehmer, qui Pelzelii textum repetiit Font. II,* 111—147, *extremas operis partes tres in unum Gotfridum transfert. — Universum chronicon, non carens temporum erroribus, eo est animo pronunciatum, ut Argentinensis civis studia non obscure appareant usquam. Inde mira erga Habsburgenses voluntas, indidem acerbissima illa ac paene protestantica improbatio actorum Iohannis episcopi Tusculani, sedis apostolicae legati. Et omnino personarum rationem ab exsequendo opere remotam non fuisse, ea potissimum narratione intelligitur, quae est de proelio Petri episcopi Basileensis adversus comitem de Montpeiliart facto anno* 1287. *Ex loco pugnae enim quum Egino comes Friburgensis foede profugisset, hanc armorum Germanicorum contumeliam acriter castigavit scriptor tertiae chronici partis, quam cognovimus anno* 1290 *absolutam esse. Annales Colmarienses maiores*[49] *autem edocent nos, eodem anno* comitem Egynonem Friburgensem dedisse filio suo filiam 50 ducis Lotharingiae in uxorem, et Conradum episcopum Argentinensem[50] harum nuptiarum causa in Argentina magnam curiam celebrasse. *Parumque abest quin sentiam, gliscente ita Eginonis apud Argentinenses gratia accidisse, quod Ellenhardus offensionis vitandae causa negotium dederit, ut ex amara illa relatione nomen Eginonis quam diligentissime tolleretur. Cernimus enim in codicis fol.* 60. *(cf. infra ad a.* 1287) *in rasura esse posita verba:* nobilis quidam de (Brisgavia), *sub quibus vestigia harum litterarum remanserunt:* E.........burgo in (Brisgavia). *Paulloque post invenimus* nobilis ille, cuius nomen non ignoratur,

48) V. supra p. 97. n. 33. 49) V. infra. 50) cuius quidem sororem Catharinam in matrimonio habebat Egino.

*item in loco raso sic exarata, ut transluceant:* E. . . . . . . . . burgo; *deinde simili modo* nobilis ille de Brisgavia. *Praeterea fol.* 62'. *(v. infra ad* 1289) *ad eandem fugam reversus in rasuris collocavit scriptor:* (fugam) episcopi Basileensis et eorum qui cum eo erant, *et:* (domini) fugientes, *et:* (domini) delinquentis. *Closener autem, qui omnes fere Ellenhardi historias adiit, cuique aliud chronici nostri exemplum sine dubio praesto fuit, Eginonem comitem Friburgensem fugisse, diserte commemorat eo loco*[51], *qui folio* 62. *codicis nostri convenit.* 51

*Berolini Kalendis Augustis* 1857.

# ELLENHARDI ANNALES.

*Hic incipit pars cronice de eis, que acciderunt in dyocesi Argentinensi.*

Anno Domini 1132. combusta[a] est Rodesheim. A. Argent.

Anno eiusdem 1135.[b] facta est cedes magna[c] inter episcopum Gerhardum et Fridericum ducem in Dunzenheim[d].

Anno Domini 1142. combustum est monasterium in Argentina[e].

Anno[f] verbi incarnati 1148.[g] facta est expedicio Iherosolimitana a Cuonrado et Bernhardo abbate.

Anno Domini 1179.[h] concilium Romanum sub Alexandro papa tercio temporibus Friderici imperatoris, ubi Theodericus Metensis episcopus deponitur et alii quam plures.

Anno Domini 1187. capta est Ierusalem a[i] Salatino[k] rege[l].

Anno Domini 1190. Idus Iunii[m] submersus est Fridericus imperator in flumine Salef[n]. Iste[o] destruxit muros Mediolanenses; et tres reges, inde ablati, translati sunt in Coloniam.

Anno Domini 1195. facta est maxima fames in terra.

Anno Domini 1197.[p] Heinricus imperator mortuus est a festo Michahelis[q]. Sept. 29.

Anno Domini 1198.[r] Haldenburg et Mollesheim destructa[s] sunt[t] a rege Philippo. Eodem tempore predictus rex obsedit civitatem Argentinensem et minime profecit etc.

Anno Domini 1206. datum fuit unum quartale vini pro 2 solidis; sequenti ebdomada dabatur pro 2 denariis, et vas vacuum pro duabus libris.

Anno Domini 1208. rex Philippus[u] occisus est[v] a festo Albani[w]. Iun. 21.

Anno Domini 1211. ordines fratrum Predicatorum et Minorum inceperunt sub Innocentio papa tercio et Ottone imperatore.

Anno[x] 1211. Fridericus rex venit in partes Alemanie. Eodem anno fuit iter stultorum puerorum. [Anno Domini 1212. expeditio puerorum.] 1212.

Anno Domini 1214. occisi sunt Lupi[52] 10. Kal. Februarii[y].

Anno Domini 1216. ordo fratrum Predicatorum confirmatur a domino Honorio papa tercio[53].

Anno Domini 1218.[z] facta est[*] cedes Gallicorum[a] in Rodesheim[54].

Anno Domini 1219. capta est Damiat[b][55].

Anno Domini 1221. obiit beatus Dominicus.

Anno Domini 1224. venerunt fratres Predicatores primo in Argentinam sub domino episcopo Heinrico de Veringen.

Anno Domini 1224. circa quadragesimam inchoata est domus fratrum Predicatorum in Argentina extra muros sub domino Heinrico[c] episcopo de Veringen.

Anno Domini 1225. obiit beatus Franciscus.

Anno[d] 1228. Argentinenses obtinuerunt triumphum contra quatuor civitates sub episcopo Bertoldo et primicerio[56] comite Alberto de Habethburch. Accidit hec cedes apud 56

a) conbusta 1. b) anno 1126. 1. c) *deest* 1. d) Duncenheim 1. e) Argentinense 1. f) Anno — abbate *desunt* 2. g) 1140. *cod.* (1.) h) 1279. *cod.* (2.) i) In 1. k) Saldino 1. l) *deest* 1. m) Idus Iunii *desunt* 2. n) i. f. S. *desunt* 2. o) Iste — Coloniam *desunt* 1. p) 1098. 1. q) a f. M. *desunt* 2. r) 1097. 1. s) capta est Haldenburc et Molsheim destructa. 1. t) sunt — profecit *desunt* 1. u) Ph. rex 2. v) occiditur 2. w) a f. A. *desunt* 2. x) Anno 1211 — stultorum puerorum 1. Anno D. 1212. exp. puer. 2. y) Anno 1214 sunt lupi 1. z) 1219. 2. 1218. 1. *) facta est *desunt* 2. a) *deest* 1. b) Darmat 1. c) H. *cod.* (2.) d) Anno — Iunii 1. Anno Domini — Tecke 2.

51) Bibliothek des Stuttg. litterar. Vereins I, p. 33. 52) Closener Strassb. Chronik p. 81: *Do man zalte* 1214 *do wurdent die Wolfe erschlagen die rittere.* 53) bulla d. d. 22. Dec. 1216, ap. Ripoll et Bremond Bullar. ord. Praed. I, 2. 54) Cf. Richer. Senon. III. c. 22 ap. Boehmer Font. III, 43. 55) Damiette. 56) Cf. Ellenhardi chronicon infra, ubi Albertus comes dicitur *dux milicie et vector vexilli civitatis Argentinensis.*

Iun. 8. Bladolzheim[57] 6. Idus Iunii. *Alias:* Anno Domini 1228. facta est cede[a] in Bladolzheim sub
domino Bertoldo Argentinensi episcopo, dicto de Tecke[b][58].
Anno Domini 1228. vinee floruerunt in Aprili et mature uve habebantur in festo beati
Iun. 24. Iohannis baptiste.
Anno Domini 1232. facta est persecutio hereticorum.
Anno Domini 1233. Wernherus Probus marschalcus obiit[59].
Anno Domini 1240. facta est discussio inter Gregorium papam et Fridericum impe-
1241. ratorem. Sequenti anno obiit idem papa.
Anno Domini 1241. crux predicata fuit contra Tartaros.
Anno Domini 1245. concilium Lugdunense sub Innocentio papa quarto celebratum
est, ubi deposuit Fridericum imperatorem.
Aug. 5. Anno 1246. factus est conflictus inter duos reges in campo Frankenfurt, videlicet
Cuonradum[c], filium Friderici imperatoris, et Heinricum serenissimum[d], a sede apostolica
et per archiepiscopos[e] Alemanie et episcopos in regem promotum. Cui Heinrico[f] Dominus
dedit victoriam in festo sancti Oswaldi regis.
Anno Domini 1248. crux predicata est contra Fridericum imperatorem et suos fautores.
Anno Domini 1250. obiit Fridericus imperator.
Anno Domini 1251. multitudo pastorum in Francia congregatur.
Anno Domini 1251. intraverunt Predicatores ad locum, ubi nunc sunt, sub domino
Heinrico[g] de Stalecken[60]. *Alias:* A. D. 1251. temporibus Innocentii pape quarti et domini
Heinrici[g] episcopi Argentinensis transtulerunt se Predicatores ad locum, ubi nunc sunt[h].
Anno Domini 1252. occiditur apud Mediolanum beatus Petrus[61] de ordine Predicato-
62 rum cum suo socio Dominico[62]. Ipso anno obiit apud Argentinam venerabilis pater, frater
Iohannes eiusdem ordinis, episcopus.
Anno Domini 1253. canonizatus est apud Parusium 7. Idus Marcii[63] beatus Petrus
predictus sub domino Innocentio papa.
Iul. 9. Anno Domini 1253. 7. Idus Iulii quartale veteris annone vendebatur pro 16 solidis, et
Iul. 10. in crastino eiusdem diei dabatur pro 7 solidis; quartale novi tritici pro quatuor solidis.
Iun. 26. Anno Domini 1254. 6. Kalend. Iulii inchoata est prima fossio fundamenti ecclesie fra-
trum Predicatorum; postea 6. Kal. Iulii positus est lapis primarius a domino Heinrico[g] epi-
scopo de Stalecke retro maius altare inter cornu dextrum et murum circa pedes 8 subtus
Iun. 28. terram, et nomen episcopi scriptum est in eodem; et 4. Kal. Iulii inchoatus est murus.
Oct. 31. Anno Domini 1255. in vigilia omnium sanctorum Predicatores inceperunt celebrare
divina in ecclesia sua nova.
Iun. 24. Anno Domini 1257. festo Iohannis baptiste facta est cedes in Selse.
Anno Domini 1258. tanta fuit aeris intemperies, quod annona computrivit in terra;
et botri crudi et immaturi remanserunt, ita quod tempore vindemiarum gelu superveniente
in sportis et in saccis inferebantur[i] et in torcularibus[k] cum calciis calcabantur[l], et effluxit
1259. glacies cum vino. Sequenti autem anno crevit optimum vinum.
Anno Domini 1259. dabatur quartale vini pro 4 solidis et quartale frumenti pro 4
solidis in[m] curia domini de Dalmazingen[64].
Anno Domini 1260. consecrata est ecclesia Predicatorum a domino Iacobo, Metensi
episcopo[65], in capitulo generali[66] sub domino Walthero, electo Argentinensi.
Anno Domini 1261. orta est penitentia quedam flagellatorum in Tuscia et in Roma;
et per Lumbardiam venit in Theutuniam, ita quod de partibus superioribus una simul

a) cedens *cod.* (2.) b) d. d. T. *in loco raso.* c) Cuoradum *cod.* (1.) d) fenrissimum *cod.* (1.) e) archiepiscopatos *cod.* (1.) f) H. *cod.* (1.) g) H. *cod.* (2.) h) *Et* Intr. — Stalecken, *et* temp. — nunc sunt *in* 2. i) inferebatur *cod.* (2.) k) cortularibus *cod.* (2.) l) caltiis caltabantur *cod.* (2.) m) i. c. d. d. D. *addidit alia manus.*

57) Blodelsheim prope Rhenum fl., a Neu-Breisach ad meridiem. 58) Teck prope Owen in regno Wirtemberg. 59) Cf. Schöpflin Als. ill. II, 622. 60) Staleke prope Bacharach. 61) Veronensis. 62) Cf. Innocentii IV. epp. d. d. 15. Mai. et 31. Aug. 1252 ap. Ripoll et Bremond Bull. I, 213 et 216; et de S. Petro martyre in Act. SS. Febr. III, 678 sq. 63) immo 8. Kal. April., v. Innocentii IV. bullam d. Perusii d. 25. Mart. 1253 ap. Ripoll et Bremond I, 228. 64) Thalmässing in Franconia, ab Eichstädt ad septentrionem. 65) 1239–1260. 66) Praedicatorum, Argentinae celebrato d. 23. Maii (pentecoste, quo die festo agi capitula generalia Praedicatorum solebant). V. Quetif et Echard Script. ord. Praed. I. p. XVI.

processionaliter bini et bini venerunt in Argentinam, dorsis denudatis se flagellando, plus quam 1200; et ibidem cessavit.

Anno Domini 1262. habitus est conflictus inter episcopum Argentinensem, Walterum Mart. 8. videlicet de Gerolzeck[67], et cives Argentinenses. Et ipsi cives anno Domini predicto, feria quarta post dominicam Reminiscere victoriam habuerunt.

Anno Domini 1267. translatus est beatus Dominicus in tummam novam, capitulo generali Bononie celebrato[68].

Anno Domini 1268. Karolus rex Sycilie capite fecit truncare[a] Conradinum filium Conradi apud Neapolim, cum vellet invadere regnum Sycilie, quod ad se dicebat iure hereditario pertinere, temporibus Clementis pape quarti.

Anno Domini 1273.[b] comes de Habechsburc Ruodolfus per principes electus est apud Sept. 29. Frankenfurt festo Michahelis. Cuius tempore exustus est Theodoricus Holzschuoc[69], qui 1285. finxit se esse cesarem. Et idem rex Ruodolfus regnavit 18 annis et obiit in divisione apo- 1291. Iul. 15. stolorum[c].

Anno Domini 1275. fuerunt deleti ordines Saccitarum[70] et quorundam aliorum in 1274. concilio Lugdunensi per dominum papam Gregorium decimum.

Anno Domini 1279. tantum venit frigus sabbato ante Oculi et duobus diebus sequen- Mart. 4. 5. 6. tibus, quod omnes fructus arborum perierunt.

Anno Domini 1282. feria 5. ante Iacobi Wegelenburg[71] castrum expugnatum est a civibus Argentinensibus et domino[72] de Ohsenstein[73], advocato Alsatie.

Anno Domini 1288. vise fuerunt glacies circa festum beati Urbani, et choruscationes Mai. 25. et tonitrua circa festum undecim milium virginum. Ipso anno vinum periit, annona autem Oct. 21. in tantum profecit, quod quartale tritici vendebatur pro 30 denariis, quartale siliginis pro 20, ordei pro 13 denariis.

*Alia manu:*

Anno Domini 1292. expugnatum est opidum Sermersheim apud Kagenheim[74] a do- 74 mino Cunrado[d] episcopo de Lichtenberch[75] et a civibus civitatis Argentinensis. Item eodem anno comparavimus organas, que constabant quingente libre Argentinensis monete. Eodem tempore fuerunt procuratores fabrice Lucas miles et Ellenhardus maior prope monasterium. Et magister Guncelinus de Frankenfort paravit predictas organas.

Anno Domini 1292.[e] feria tercia post Philippi et Iacobi electus est Adolfus, comes Mai 6. de Nasowe, in regem Romanorum apud Frankenfurt concorditer per omnes principes imperii. Eodem anno coronatus fuit apud Aquisgrani.

Anno Domini 1292. in quadragesima translata est ecclesia Honaugensis[76] apud Rin- Febr. 19. augensem civitatem[77] per dominum Cunradum, episcopum Argentinensem de Lichtenberc Mart. 30. propter inundationem Reni. Causa translationis fuit magna insolencia canonicorum ibidem.

Anno Domini 1293.[78] in quadragesima expugnatum fuit opidum Sermersheim per 78 dominum Cunradum[f] episcopum Argentinensem, quod opidum fuit Cunonis militis de Bercheim[79], et funditus evulsum.

Anno Domini 1293. in auctumpno obsidio[g] facta est per Adolfum regem opidi Columbariensis; et expugnatum fuit castrum Gemere[80], quod fuit domini[81] de Rapoltsteine[82], qui etiam tunc captus fuit cum aliis pluribus.

Anno Domini 1294. in die beate Margarete virginis annona valuit in Argentina: siligo Iul. 15 videlicet tredecim solidos et triticum 14 solidos; et in die Marie Magdalene sequenti non Iul. 22. inveniebatur panis venalis in tota civitate Argentinensi, eodemque die fracta fuerunt omnia

a) trunca *cod.* (2.) b) 1270. *cod.* (1.) c) *recentior manus addidit haec:* anno Domini 1291; cui successit Adolphus de Nassauw. Hic postea occubuit in proelio, quod habuit contra Albertum, filium praefati Rudolphi, electum in regem Romanorum. d) C. *cod.* (2.) e) 1291. *cod.* (2.) f) C. *cod.* (2.) g) obsidia *cod.* (2.)

67) Hohengeroldseck. 68) d. 5. Iunii, v. Quetif et Echard l. l. 69) Cf. Annal. Maurimonaster. 1285. 70) sive Saccorum, Saccatorum, Saccinorum. 71) Wegelburg inter Weissenburg et Bitsch. 72) Ottone. 73) Ochsenstein prope Elsass-Zabern, inter Geroldseck et Dagsburg. 74) Sermersheim et Kogenheim ad Ill fl. inter Benfelden et Schlettstadt. 75) Lichtenberg inter Bitsch et Buxweiler. 76) condita in insula Rheni Honau, infra Argentinam. 77) Rheinau. Cf. infra Annales Colmarienses maiores 1290. 78) Cf. supra 1292. 79) Oberbergheim a Schlettstadt ad meridiem, inter S. Hippolyt et Rappoltsweiler. 80) Gemar inter Schlettstadt et Colmariam. 81) Anselmi. 82) Rappoltstein prope Rappoltsweiler.

scampna panificum per vulgum civitatis Argentinensis. Eodem die Margarete cives Argentinenses dederunt in elemosinis pauperibus centum quartalia siliginis una vice.

*Alia manu:*

Anno Domini 1297. tempore auctumpnali tanta excrevit habundancia vini, quod vacuum vas vendebatur pro una libra, et quicumque habuisset centum vacua vasa, habuisset quinquaginta plena vini pro quinquaginta vacuis. Vetus vero vinum dabatur gratis, ut vacuarentur vasa et implerentur novo vino; et clamabatur publice in civitate: *Bonum vinum gratis* in diversis cellariis. Et quartale annone vendebatur pro 7 solidis.

---

# ANNALES HOSPITALIS ARGENTINENSIS.

Anno Domini 1279. omnes fruges terre Alsacie per mures suffocate sunt et perierunt, et in aliis partibus circumiacentibus quasi nichil nocuerunt. Et hoc anno vendebatur quartale tritici pro 6 solidis, et quartale siliginis pro 2 unciis, et quartale ordei pro 30 denariis. Et hoc anno habuit hospitalis Argentinensis de omnibus redditibus suis vix quadraginta quartalia.

Iul. 25. — Sept. 29. 1281. Anno Domini 1280.[a] a festo Iacobi usque festum Michahelis et per annum subsequentem coram ymagine beate Virginis in monasterio multi a diversis infirmitatibus sanati sunt meritis Virginis gloriose[83].

Anno Domini 1281. obiit regina[84], uxor Rudolfi regis, in Boemia, et sepulta est in Basilea. Eodem anno submersus est filius predicti regis, dictus comes Hartmannus, apud Rinougiam[85], et dominus de Blumenberc[86] cum eo et cum aliis sex servientibus; qui predictus comes fuit 18 annorum, cui maritata fuit filia[87] regis Anglie[88].

Aug. 15. Sept. 14. Anno Domini 1282. in die assumptionis beate Virginis nova vina habebantur venalia in Argentina. Eodem anno festo crucis dabatur vetus vinum pro duobus solidis, et novum vinum pro duobus denariis.

*Manu saeculi XIV:*

c. Mai. 16. Anno Domini 1372. circa festum penthecostes vendebatur una carrata vini pro 27 libris denariorum Argentinensium. Item in autumpno[b] eodem anno solvebatur una carrata 2 libris vel 30 solidis.

Ian. 8. Item anno Domini 1373. obsessa fuit opidum cum castro Herleszheim[89] per advocatum Alsatie[c], dictus de Walsheim. qui obtinuit die sabbati post epiphaniam Domini; et decollabantur Stupfes, Flafenucz, Ely Iohannes zu dem wege, et quam plures.

Iun. 1. Anno Domini 1372. Kalendis Iunii, que erat feria tercia post diem sanctissimi corporis Christi factus est magnus terre[d] motus in Alsatia ante horam prime.

Sept. 24. Item anno Domini 1372. feria sexta ante diem beati Michahelis vendebatur una mensura vetus vini in cellario Iohannis Masung, alias nuncupatus Lowe, civis Argentinensis, pro uno solido denariorum Argentinensium; et cottidie evacuebatur unum magnum vas. Item eodem die vendebatur una ama novi vini pro uno solido. Item eodem die vendebatur unum quartale siliginis pro quatuor solidis denariorum Argentinensium.

Nov. 10. Item anno Domini 1372. in vigilia beati Martini episcopi recessit Iohannes Moislwin et Iohannes Lentzelclin propter debita infinita, in quibus erant obligati, et fuerunt omnia bona ipsorum arrestata.

*Alia manu saec. XIV:*

1389. Febr. 1. ..... et[e] post hoc in vigilya purificationis eadem civitas[90] incendyo devastabatur fere.

a) 1270. *cod.* b) auptumno *cod.* c) Alsaltie *cod.* d) tere *cod* e) *spectant haec ad relationem quandam, quae sine dubio in praecedenti codicis folio* 100, *quod una cum folio* 99. *rescisum esse iam in praefatione diximus, scripta fuerat; id quod etiam signo hoc* Π, *ante verba* et post hoc in *posito, probatur.*

83) Cf. infra Miracula S. Mariae Arg. 84) Anna. 85) Rheinau inter Argentinam et Brisacum. 86) seu Florimont, a Pfirt ad occidentem, prope Delle. Videtur ille esse Ulricus dominus de Blumenberg, qui memoratur in tabula d. medio mense Maio 1281 ap. Trouillat Monuments de l'hist. de Bale II, 257. 87) Iohanna. 88) Edwardi I. Cf. Pauli, Die ältesten Beziehungen des Hauses Habsburg zu England, in Allgemeine Monatschrift für Wissensch. und Literatur 1854 p. 561 sq. 89) Herlisheim inter Colmar et Ruffach. 90) Brumat; cf. Koenigshoven in Code hist. de Strasb. I, 176.

Et hoc accidit ex permissione divina, quia si non factum fuisset, quasi tota terra omnino 1389. fuisset devastata et magnis periculis tribulata. Post hoc, videlicet post quindene spacium, Febr. 15. Argentinenses muros devastarunt, ac domos, que remanserunt incendio, destruxerunt, ita quod introitus et exitus facti ibi erant per muros et per portam tanquam per stratam publicam.

Item eodem anno feria sexta post Letare quam plures ville ab illa parte Reni fuerunt Apr. 2 incendio devastate quasi in numero ducente vel plures, ut tunc temporis evidenter videbatur.

---

# BELLUM WALTHERIANUM.

1. Anno Domini 1260. feria tercia[91] post dominicam Reminiscere obiit dominus Hein- 1260. Mart. 2. ricus de Stahelecke, episcopus Argentinensis, et in subsequenti sabbatho ante palmas Mart. 27. electus fuit dominus Waltherus de Gerolzecke-ultra-Renum[92] in episcopum Argentinensem, et postea in estate confirmatus per archiepiscopum Maguntinensem[93], et in sacerdotem et episcopum consecratus. Sequenti vero festo purificationis beate Virginis celebra- 1261 Febr. 2. vit in ecclesia maiori Argentinensi primam missam, ad quod festum prime misse multi nobiles et magnates venerunt. Abbas videlicet Sancti Galli Bertoldus[94] nomine venit cum mille equitaturis; abbas vero Bertoldus[95] de Morbaco[96], filius amite dicti episcopi, cum quingentis equitaturis; et multi alii et infiniti nobiles, comites, barones et magnates.

2. Post hec in quadragesima subsequente venerunt flagellatores, de quibus superius[97] Mart. 9 – Apr. 16. mentio facta est. Et estimatum fuit et numeratum, quod de civitate Argentinensi mille et quingenti facti fuerunt flagellatores, qui omnes numerati fuerunt, cum ierant bini et bini in processione.

3. Et postea ante festum pentecostes[98] eodem anno orta fuit materia discensionis ante Iun. 12 inter dictum episcopum et cives Argentinenses super quibusdam iuribus, que dictus episcopus asseruit ad se pertinere. Et cum hoc non posset sedari multis ad hoc laborantibus, in ebdomada pentecostes, videlicet feria secunda, tercia et quarta, exiverunt dicti cives Iun. 13. 14. 15 civitatem muniti et armati, destruxerunt seu minuerunt[a] montem[b] Haldenburg et impleverunt vallum circa dictam munitionem fossatum, qui multum erat profundus et firmus, timentes quod dictus episcopus ibidem castrum construeret in eorum preiudicium[c] et gravamen.

4. Post hec dictus episcopus precepit sub pena excommunicationis et privationis officii et beneficii omnibus canonicis et clericis tam magnis quam parvis, scolaribus eciam, ut civitatem Argentinensem exirent. Quod tamquam filii obediencie omnes fecerunt preter dominum Bertholdum[d] de Ohsenstein, decanum maioris ecclesie, et dominum Heinricum de Gerolzecke-an-den-Wasichen[99], cantorem ecclesie Argentinensis, qui post obitum dicti domini Waltheri in episcopum Argentinensem fuit promotus. Decanus vero predictus propter maturitatem et debilitatem corporis de licencia dicti episcopi remansit; cantor autem predictus contra voluntatem episcopi remansit, quia opposuit se episcopo, et opposuerat se in electione dicti episcopi. Et cum sic totus clerus civitatem exierit, dictus episcopus posuit generale interdictum in civitatem, eciam quod omnia ecclesiastica sacramenta fuerunt interdicta tam parvulis quam infirmis. Hoc facto, dicti cives procuraverunt apud quosdam sacerdotes extraneos, quod venerunt ad civitatem, pauci tamen, tres vel circa, fol. 74 et sacramenta ecclesiastica parvulis et infirmis ministrabant contra mandatum episcopi.

5. Cum autem canonici, milites, ministeriales ecclesie, Kagones, Begerones, Burggravii[1] et alii quam plures exierant civitatem, omnia bona sua preter quod erat in pecunia, videlicet vina annonam carnes et alia bona, in civitate dimiserunt consignata et intitulata

a) *sic correctum in cod.* minierunt. b) destruxerunt montem seu minuerunt *cod.* c) proiudicium *cod.* d) Ber. *cod.*

90) Brumat; cf. Koenigshoven in Code hist. de Strasbourg I. p. 176. 91) *quarta* praebet Catal. epp. Arg. infra. 92) Hohengeroldseck in magno duc. Badensi, a Lahr ad orientem. 93) Wernherum 1259—1284. 94) de Valkenstein, 1244—1272. 95) de Steinbrunn. 96) Murbach mon. d. Basil., prope Gebweiler. 97) V. Ellenb. Annal. 1261. 98) iam ante d. 4. Iunii 1261, ut docent Waltheri episcopi litterae eo die datae ap. Schöpflin Als. dipl. I. 433. 99) Geroldseck ad Vosagum, prope Elsass-Zabern et Hoh-Barr. 1) Kage, Beger, Burggraf, gentes nobiles Argentinenses.

1261. per eos, ut scire possent estimationem, quia sperabant solutionem eorumdem. Ipsis autem sic exeuntibus, dicti cives invaserunt bona et res eorum, distribuentes eas inter se pro libito voluntatis, et destruxerunt curias eorum[a], qui exierant, funditus, et multas arbores infinitas eorumdem truncaverunt. Curie autem canonicorum vacue remanserunt, et quilibet intravit, vagi et quicumque voluerunt, auferentes vectes, clausuras, scampna, postes, et quicquid rumpere poterant deportantes pro libito voluntatis.

Iul. 6. Episcopus autem congregato magno exercitu, videlicet archiepiscopo Treverensi[2], avunculo suo, qui venit cum[b] septingentis armatis, abbas vero Sancti Galli cum multis, abbas vero Morbacensis cum multis, comes Ruodolfus de Habesburg[c], qui postea promotus fuit in regem Romanorum, et alii multi comites, barones et nobiles — quod quicquid erat extra muros civitatis, eciam in proximis villis, opposuerant se civitati — obsedit civitatem
3 Argentinensem. Et primo congregaverunt se in Holzheim[3] et obsederunt castrum Lingolvisheim[4], quod modice valoris seu firmitatis fuit, et illud obtinuerunt, ita quod illi, qui super dicto castro fuerunt, recesserunt et intraverunt civitatem cum omnibus rebus suis illesi. Quod castrum dictus episcopus munivit cum suis. Obtento autem dicto castro, dictus episcopus cum exercitu suo obsedit civitatem, statuens tentoria sua et dictum exercitum in
6 prato iuxta villam Eckebolzheim[5], quod est inter Kiunegeshoven[6] et Eckebolzheim.

Iul. 15. 7. Et cum ita venissent super dictum pratum, archiepiscopus Treverensis nondum ad eos cum exercitu suo venerat, sed super dicto prato eodem die venit cum exercitu suo ad ipsos. Et cum dictus archiepiscopus ita transitum fecerit de Huspergen versus Eckebolzheim, ultimo sequebatur quidam currus archiepiscopi, ferens arma et alia. Et quidam istrio venit nomine Bitterphil, trahens moram in civitate[d], assumptis sibi aliquibus exivit civitatem et invasit dictum currum, deducens eum ad civitatem. Hoc ercepto in exercitu, homines dicti archiepiscopi nondum abstraxerant[e] arma; assumptis sibi quam pluribus de
Iul. 15. terra, quos armatos invenerunt[f], videlicet dominis[7] de Liethenberg, marscalco de Huneburg[8] cum suis et aliis quam pluribus, venerunt cum magno impetu versus civitatem. Et cum venissent ad portas aput Sanctam Aureliam[9] iuxta Kiunegeshoven, invenerunt ibi quosdam de civibus, et tamen paucos, quia in prandio erant; et fere pro maiori parte, qui ibidem in custodia iacuerant, intraverunt civitatem ad prandium. Tamen invenerunt ibi panifices et quosdam alios, dominum Reinboldum, dictum der lange Reimbolt, fratrem antiqui Liebenzellarii, et paucos alios, quibus dicte porte[f] ad custodiendum fuerant commisse,
10 et hoc in die beate Margarete[10]. Exteriores milites et armati, omnes sedentes super bonis[g] dextrariis, invaserunt custodientes dictas portas, volentes intrare contra eorum voluntatem suburbium[h] civitatis. Dictis vero civibus, qui ibi fuerant, resistentibus, factus fuit conflictus, ita quod exterioribus interfecti fuerunt circa sexaginta dextrarios, sed nullus eorum qui . . . . .; de interioribus autem interfecti fuerunt tres pauperes, et capti fuerunt de interioribus dominus Reinboldus longus, frater Liebenzellarii, et aliqui masculi qui ierant in ortu ad videndum exercitum episcopi, videlicet Reinboldus dictus Frumolt, filius fratris dicti domini Reimboldi Liebenzellarii, Bockelinus ante monasterium[i] et Eberdus
Iul. 16. dictus Sicke et pauci plus. Quo facto, in crastino Margarete quibusdam religiosis partes suas interponentibus[k], treuge facte fuerunt inter dictum episcopum et civitatem Argentinensem usque post messes. Et quilibet de exercitu episcopi reversus fuit, unde venerat.

8. Et cum durantibus huiusmodi treugis dicta discordia sopiri non poterat multis ad hoc laborantibus, finitis dictis treugis, dictus dominus episcopus circa autumpnum congre-
12 gavit exercitum, de quo aliquos posuit aput Geispolzheim[11], aliquos aput Kochersberg[12], et maiorem partem aput Mollesheim. Et quicquid erat extra muros opposuerat se civitati,

a) eorum *addidit Bohmer*. b) *in cod. sequitur* mille *sed inductum*. c) *sic correctum in cod.* Hagesburg. d) civitatem *cod.* e) abstraxant *cod.* f) *sequitur in cod.* erant. g) bonos *cod.* h) suburbuum *cod.* i) mon̄ *cod.* k) interponentebus *cod.*

2) Heinrico II. de Finstingen 1260—1286. Cf. Gesta Heinrici, in Gest. Treviror. ed. Wyttenbach et Müller II. p. 11. 3) Holtzheim ab Argentina ad occidentem. 4) Lingolsheim prope Argentinam. 5) Eckbolsheim ab Arg. ad occid. 6) Koenigshoven, vicus destructus ante portam turris albae Argentinensem (*Weissenthurmthor*). 7) Heinrico et Ludovico fratribus. 8) Hunenburg inter Neuweiler et Lützelstein (*Petite-Pierre*). 9) Ecclesia S. Aureliae est prope portam turris albae sita. 10) S. Margaretham d. 15. Iulii cultam Argentinae esse, docet infra Ellenhardi chronicon, in quo Rudolfi regis obitus, quem constat d. 15. Iulii fuisse, ad »festum Margarete« revocatur. 11) ab Argentina ad meridiem. 12) in media via inter Argentinam et Elsass-Zabern.

exceptis domino Ottone[13] de Ohsenstein seniore cum aliquibus militibus, domino Burcardo 1261. de Hohenstein[a, 14] cum duobus militibus, Weltrone de Girbaden[15], cum duobus fratribus dictis die Ringreven, qui astiterunt civitati pro stipendio, et stipendiarii extranei pedes sagittarii et aliqui eques circa sexaginta. Episcopus vero cum exercitu suo et cum illis, qui erant super Lingolvesheim, non permisit, quod eodem autumpno sola gutta vini venisset ad civitatem. Et tamen dicto autumpno crevit tanta habundancia vini, quod ama boni vini dabatur undique in terra pro quatuor denariis et plenum vas vini pro vacuo vase; et hec fuit causa quod magna fuit habundancia vini et quod vina non poterant duci ad civitatem. Karistia[b] tamen nulla fuit in' civitate. Quartale enim frumenti vendebatur pro quatuor fol. 75. solidis, quartale vero vini pro quatuor denariis.

9. Pendente itaque huiusmodi discordia, Ruodolfus de Habesburg, promotus postea Sept. 18. in regem, dominus Gotfridus comes de Habesburg patruus[16] suus, Hartmannus[17] comes in 16 Kiburg, cui dictus dominus Ruodolfus postea successit in comitatu Kiburg, item comes Conradus de Friburg[18] et dominus Heinricus de Nuenburg[19], prepositus ecclesie Basiliensis, promotus postea in episcopum Basiliensem[20], qui postea multas et maximas guwerras habuit cum dicto domino Ruodolfo de Habesburg, venerunt ad civitatem Argentinensem, conspiraverunt[21] cum dictis civibus contra episcopum predictum et suos fautores, et iuraverunt[c] 21 universis civibus et populo civitatis Argentinensis, dicto populo ad hec congregato cum campanis publice in atrio dicto fronhove, assistere[d] civitati fideliter contra omnem hominem perpetuo, quamdiu viverent. Cives vero vice versa[e] similiter ipsis iuraverunt.

10. Postea autem dicti cives sepius exiverunt ad comburendum villas et devastandum terras eorum adversariorum et maxime domini de Liehtenberg et de Gerolzecke-ultra-Renum patris[22] episcopi, comitis Sigeberti de Werde[23], et de Racenhusen[24] et aliorum dominorum. Episcopus vero vice versa omnia bona civium, que habebant[f] in dyocesi devastavit, agros quoque et vineas eorum distribuit inter milites suos et coadiutores, ita quod dicta bona ipsis et successoribus eorum perpetuo deberent remanere.

11. Durante autem huiusmodi discordia usque ad nativitatem Domini subsequentem, Dec. 25. in die Thome Cantuariensis exiverunt cives cum omnibus coadiutoribus suis, comitibus et Dec. 29. aliis, ita quod pauci homines remanserunt in civitate, venientes Bruischwickersheim[25] ad expugnandum quandam munitionem militum ibidem residencium, a qua plures iniurias sustinuerunt. Cum autem venissent ad dictam villam, invenerunt dictam villam plenam de novo vino, de quo pauperes homines tantum cum appetitu biberunt, quod multi eorum inebriabantur, quia eodem anno non biberunt de novo vino. Et cum sic iacerent, episcopus congregatis omnibus adiutoribus suis, quia prescierat istud, tam pedites quam equites quasi tocius terre — quia statutum erat per dictum episcopum: quando maior campana pulsabatur aput Mollesheim, quod postea in proxima villa pulsabatur et sic per omnes villas in Sletzstat[26] et Rinowe[27], Zaberniam[28] et Hagenoam[29] — et congregaverunt se omnes 29 ad dictum episcopum. Cum quibus dictus episcopus veniens contra dictos cives, habens plures armatos peditum et equitum, quam ipsi cives; et venit super montem, qui est inter Wickersheim[30] et Kolbozheim[31], ita quod bene videbantur ab istis, et ita in propinquum venit, quod ad invicem loquebantur', volens habere conflictum cum civibus. Et fol. 76. tamen erat quedam ripa[32] inter episcopum et cives, que aliquantulum profunda erat in 32 fundo, quod difficilis erat transitus per eandem. Que si non fuisset, maximus ibidem fuisset conflictus; et dicebatur, quod si dictus conflictus ibidem factus fuisset, quod episcopus obtinuisset. Cives vero, cum episcopus non bene potuit habere accessum ad ipsos propter

a) *sic scripsi pro* Ohsenstein *cod.*, *cf. infra cap.* 25, *et tabulam d. d.* 3. *Maii* 1261. *apud Schöpflin Als. dipl. I*, 433.
b) Karista *cod.* c) narraverunt *cod.* d) asistere *cod.* e) viceverso *cod.* f) habant *cod.*

13) fratre Bertholdi, decani Argentinensis. 14) ab Arg. ad occid., inter Wangenburg et Mühlbach ad Breusch fluv. 15) inter Mühlbach et Rosheim. 16) immo patruelis. 17) [illegible] es, ut videtur. 18) Freiburg im Breisgau. 19) Neuenburg, *Neuchâtel sur le lac.* 20) Heinricum III, 1262—1274. 21) Charta foederis legitur apud Schöpflin Alsat. dipl. I, 432, d. 1261. Sept. 18: *an dem sonnendage, der allernehste was vor sant Matheses dage, der vier evangelisten und der zwelf botten unseres Herren einer was.* 22) Patri item Waltero nomen erat. Vid. tabulam 586. apud Schöpflin l. l. p. 428. 23) Werth ad Ill fluv., inter Erstein et Benfelden. 24) Rathsamhausen, Rotzenhausen prope Schlettstadt. 25) Breuschwickersheim ab Argent. ad occidentem. 26) Schlettstadt. 27) Rheinau. 28) Elsass-Zabern. 29) Hagenau. 30) Breuschwickersheim. 31) Kolbsheim a Breuschwickersheim ad meridiem. 32) rivus, fluvius.

1261. Dec. 29. ripam predictam, timidi certe et perterriti redierunt. Et aliqui pauperes inebriati vino novo, cum cives recesserint, noluerunt[a] exire villam, quicumque super hoc moniti fuissent et quasi conpulsi; et cum ita cives recesserint a dicta[b] villa, dicti pauperes circa decem vel quindecim[c] remanserünt aput vinum. Et inimici superveniebant. Quos dicti inebriati salutaverunt, exhibentes eis vinum. Inimici vero regratiabantur eis de dicta salutatione, amputaverunt eis manus et pedes, et interfecerunt eos. — Quod in conflictu eis fuit solutum aput Husbergen; ibi plures interfecti fuerunt, prout sequitur; quod forte non accidisset, si istud pretermisissent, et quod multi fuissent capti, qui interfecti fuerunt. — Cum autem dicti cives intraverunt civitatem, conbusserunt in via dictam villam Wickersheim, Achenheim,
33 Schaftolzheim[33] et Wolfesheim[34]; et ita reversi sunt ad civitatem. Post hec vêro dicti comites redierunt ad partes suas.

12. Et Columbaria, Keisersberg[35] fuerunt cum dicto episcopo, ita quod potens fuit in dictis civitatibus, et nulli alii servierunt, nisi ipsi episcopo, quia tunc imperium vacabat. Et erat quidam scultetus in Columbaria nomine Iohannes[36], multum parentatus et dilectus hominibus de Columbaria, qui propter partes, que fuerunt in Columbaria, expulsus fuit ab una parte, quam fovebat dictus episcopus. Ille idem Iohannes ordinabat cum comitibus
37 Ruodolfo de Habesburg et Gotfrido patruo[37] suo, quod idem scultetus secrete vellet intrare civitatem et ordinare cum amicis suis, quod una porta civitatis de nocte apperiretur, et quod tunc dicti comites muniti venirent cum hominibus; ipse vellet eos intromittere et dare civitatem Columbariensem. Quod postea factum fuit. Dictus enim scultetus intravit civitatem in uno vase bene clauso in utroque. Venit[d] in curiam cuiusdam canonici ibidem, consanguinei sui, cui factum constabat. Mittens pro amicis suis potentioribus, secrete ordinaverat cum eis, prout dictum est. Nocte quoque veniente comes Gotfridus predictus, miles valens et animosus, valde audatior comite Ruodolfo et iunior, munitus erat cum multis armatis militibus et aliis, stetit cum suis extra civitatem ad longitudinem duorum agrorum
fol. 76'. vel ultra, expectans signum, quando porta apperiretur. Dictus scultetus cum suis venit dicta nocte ad portam predictam et procuravit eam apperiri; et incenso pondere straminis posito[e] ad lanceam, signum dedit porte apperte. Quo viso, exteriores venerunt cum impetu magno, intraverunt dictam civitatem potenter. Et procuratum fuit et ordinatum primo, quod in quolibet vico iacuit pondus straminis. Que incensa fuerunt, ita ut eo melius viderent et viderentur. Et hoc erat circa primum sompnum. Et cum ita sic intrassent, equitaverunt de vico ad vicum evaginatis gladiis, clamantes: *Habesburg!* Hoc percepto inimici dicti sculteti et pars adversa, aliqui sine bracis et calciis, fugierunt et ceciderunt ultra muros civitatis, et aliqui capti et interfecti. Et sic obtinuerunt dictam civitatem; de quo gaudebat maior pars civitatis. Mane facto intravit comes Ruodolfus dictam civitatem, et omnes cives receperunt eum gratanter[f] pro domino et obediebant sibi quousque factus fuit rex; ex tunc pocius obediebant sibi. Postea obtinuit Keisersberg, quod eciam obtinuit[g].

38 13. Erant eciam tunc temporis partes et discordia in civitate Mulnhusen[38], que civitas fuit episcopi predicti. Et cum[h] percepissent factum quod Columbarie accidit, una pars secreto mittens ad dictos comites et promiserunt eis, quod una nocte muniti venirent, vellent eis dare dictam civitatem et apperire unam portam, et dictum comitem Ruodolfum recipere pro domino, sicut Columbaria fecerat; quia episcopus predictus nimis angariavit eos, habens
39 super castro suo fortissimo, quod erat in muro civitatis, dominum de Steineburne[39], filium amite sue, pro sculteto, qui multis iniuriis et insolenciis ipsos cives cottidie offendebat. Et sicut prescriptum est, dicti comites obtinuerunt civitatem Mulnhusen predictam, et tota civitas obediebat comiti Ruodolfo, recipiens eum pro domino; et permansit dominus dicte civitatis usque ad obitum suum. Quo facto castrum civitatis Mulnhusen predictum opposuit se comiti et civitati predicte. Comes autem predictus obsedit dictum castrum, cum civibus et hominibus suis iacens ante dictum castrum duodecim septimanis antequam ipsum expugnasset. Et ultimo expugnavit, capiens omnes qui super dicto castro fuerant, tenens

a) voluerunt *cod.* b) ad dictam *cod.* c) quincim *cod.* d) *an* in eoque venit? e) posuit *cod.* f) gratenter *cod.* g) *an* obedivit? h) Et una pars cum *cod.*

33) Ober-Schäffelsheim. 34) Wolfisheim; Achenheim, Schäffelsheim, Wolfisheim sunt inter Breuschwickersheim et Argentinam. 35) Kaisersberg a Colmaria ad septentrionem. 36) Iohannes Rösselmann, cf. Chron. Colmar. infra. 37) patrueli. 38) Mühlhausen. 39) Steinbrunn, a Mühlhausen ad meridiem, prope Landser.

aliquos in captivitate duodecim annis; qui liberati fuerunt, postquam in regem fuit promo- 1261 tus. Et obtento dicto castro, destruxit ipsum ad preces civium dicte civitatis. Et sic tota terra superior et usque in Basileam, excepto Rubiaco[40], opposuit se episcopo predicto, 40 assistens civitati Argentinensi.

14. Quo facto, quidam milites iuxta Columbariam et nobiles ex consilio episcopi et 1262. cives, qui expulsi fuerant de Columbaria, inientes consilium, quod vellent intrare civita- fol. 77 tem Columbariam, et eam expugnare, prout fecerat dictus comes Et uno mane venerunt armati ad portam[a] civitatis Columbariensis, confidentes de amicis et parte, quam habebant adhuc in civitate predicta; et de consilio eorundem, cum porta predicta primo diluculo apperiretur, intraverunt dictam civitatem circa centum, armati optime, habentes galeas in capitibus et gladios evaginatos, clamantes signum episcopi Argentinensis. Quo percepto, dictus Iohannes scultetus armavit se festinanter et vocavit omnes amicos suos, quos habere poterat, quia fere omnes adhuc dormierunt. Et de populo aliquis venit contra illos, qui intraverunt, habens conflictum cum eis in civitate; et prima vice interfectus fuit ipse scultetus[41]. Hoc acto, acies populi et dicti sculteti augmentabatur; dolebant multum de morte 41 dicti sculteti, quem ultra modum diligebant, et ipso viso mortuo, commoti sunt plus contra eos, et invaserunt eos, ita quod dicti inimici non poterant resistere. Et hoc viso, aliqui eorum ex eis fugierunt versus portam, ubi intraverant, et evaserunt; reliqui vero, qui remanserant, fuerunt interfecti, ita quod nullus ex eis capiebatur. Aliqui eciam de civibus, de quibus suspicio habebatur de premissis, similiter interficiebantur in impetu illo, et aliqui tracti per caudam equi sub patibulo positi super rotas.

15. Medio tempore episcopus Argentinensis et cives Argentinenses, quo istud actum fuit, habuerunt semper hinc inde discordiam, devastantes totam terram cottidie ex utraque parte Reni inter Prissaugiam[42] et Selse incendiis et rapinis. 42

16. Durante itaque huiusmodi discordia, cum nemo poterat eam sedare, multis nobilibus et religiosis ad hoc sepius laborantibus, accidit quod feria quarta[b] post dominicam, qua Mart. 8. cantatur *Reminiscere*, anno Domini 1259[c, 43], dicta guerra adhuc durante, cives fere omnes, eques cum peditibus populi civitatis Argentinensis circa mediam[d] partem exierant civitatem cum lapicidis et aliis operariis, destruentes turrim ecclesie in Munolzheim[44], que turris erat valde fortis, lapidea et alta; timentes, quod dictus episcopus faceret[e] munitionem ibi quoad tempus guwerre, propter vias, que tendunt de Hagenoa, Bruomat[45], Hochvelden[46], Zabern, ne aliquid vel aliquis transitum faceret ad civitatem. Et cum dictam turrim 45 sic destruerent, episcopus[f] hoc percepto, habens secum magnum exercitum, fecit pulsare campanas in Mollesheim. Qua audita, pulsabantur omnes campane, ut predictum est, quasi per totam terram, et venerunt omnes milites ad episcopum; et sic congregavit, quod habuit, circa trecentos milites armatos in dextrariis, circa quinque milia peditum. Venit de Dabichenstein[47] cum exercitu suo versus civitatem. Avidus enim fuit et desiderabat habere fol. 77' 47 conflictum cum civibus, sperans habere victoriam in eis, et quod alias guerra finem non haberet nisi per conflictum. Et penetravit[g] eciam ipsum, quod dictos cives aput Wickersheim, prout prescriptum est, non invasit cum eis habendo conflictum; propter quem cum magno impetu venit ad debellandum illos, qui exierant civitatem propter destructionem turris.

17. Cum autem dicti cives, qui erant aput dictam turrim, perceperint, episcopum venire contra eos, miserunt in continenti nuncios ad civitatem velocissime currentes. Qui cum intraverunt civitatem, iverunt per totam civitatem clamando, quod episcopus veniret contra cives aput dictam turrim et invaderet eos. Et magna fuit conpulsatio campanarum per totam civitatem. His auditis tota civitas exivit versus episcopum. Cives autem, qui erant aput turrim, munierunt se. Venientes de villa Munolzheim et ascenderunt montem iuxta Haldenburg et steterunt ibi cum erectis vexillis, et viderunt, quod tota civitas ipsis venit obviam in auxilium et in tantum, quod eciam campus vix videri poterat pre hominibus. Et cum dicti homines pedes et eques de civitate obviam eis venerint, exteriores

a) partem *cod.* b) quarta *in loco raso.* c) *sic correctum in cod.* M . CC . LX primo. d) diei *videtur excidisse.* e) *in cod. sequitur* in. f) episcopo *cod.* g) penituit *scribendum fuisse videtur.*

40) Ruffach. 41) Cf. Annal. Colm. 1262 et Chron. Colm. infra. 42) Breisach. 43) immo 1262. 44) Mundolzheim ab Argentina ad septentrionem. 45) Brumat, Brumt. 46) Hochfelden inter Brumat et Elsass-Zabern. 47) Dachstein ab Argentina ad occidentem, prope Molsheim.

1262. Mart. 8. cives direxerunt gressus suos, tamen semper super dicto monte, eundo versus superiorem villam Huspergen[48]; et ibidem steterunt, quousque interiores venerunt in propinquo. Tunc demum descenderunt montem inter dictam villam Huspergen et aliam villam 49 Huspergen mediam[49], venientes ad villam predictam Huspergen superiorem. Et cum illuc venissent, non erat eis via per dictam villam; vertebant aciem suam et vexilla versus civitatem, querendo viam, qua eis transitus versus episcopum pateret. Et sic propter quendam, qui erat extra dictam villam, fossatum[a], quem cum equis comode transire non poterant, verterunt vexilla sua et aciem suam, quasi directe vellent versus civitatem, sicut eciam fecerant[b] in Wickerseim.

18. Hoc viso per episcopum et suos, multum ex hoc animati fuerunt et omnes clamaverunt: *Ipsi fugiunt!* Episcopus vero cum suis fuit super montem iuxta curiam dicti Stu- 50 benweg[50], et cum vidisset, quod cives declinabant seu vertebant se versus civitatem[c], secundum quod fugere vellent, descendit de monte cum suis et tantumodo cum illis, qui cum eo eques fuerant, quia nondum pedites sui ad eum venerant, et in planiciem versus civitatem. Et multum animabat suos et confortabat, promittendo eis multa et magna, se- fol. 78. cundum quod domini in[d] eorum conflictibus facere solent', et stetit cum suis in dicta planicie.

19. Cives autem cum dictum fossatum circumvenissent, verterunt se directe et vexilla sua contra episcopum, euntes directe contra eum. Et cum venissent ab eo ad longitudinem unius agri, steterunt ordinantes acies suas et confortantes et animantes se invicem, et maxime pedites, quibus dicebatur: *Pugnetis hodie forti animo et sine timore pro toto honore civitatis nostre et libertate nostra perpetuo et liberorum nostrorum et successorum.* Et cum dicti cives sic declinaverunt gressus suos directe contra episcopum, omnes alii cives, exeuntes de civitate in adiutorium eorum, venerant ad ipsos. Quos tamquam capitalis duxit dominus Nicolaus dictus Zorn quondam antiquior. Quem cum suis exteriores cives cum gaudio magno susceperunt, et precipue dominus Reimboldus dictus Liebenzeller antiquior, salutans dictum Zornonem dicens: *Bene veniatis, dilectissime domine Zorn; numquam in tantum desiderabam vos videre.*

20. Et cum sic convenissent, ordinaverunt populo seu peditibus civitatis duos informatores ad informandum eos, videlicet dominum Hugonem dictum Kuchinmeister et Hein- 51 ricum de Ache[51], cives honorabiles, contra quos conflictum habere deberent; et ita statuebant, quod omnes pedites civitatis illis duobus obedire deberent, ad informationem eorum se regere. Quod omnes facere promiserunt et fecerunt. Ordinaverunt itaque, quod omnes sagittarii civitatis fuerunt segregati ab aliis, et iniunctum fuit eis, quod nullatenus se intromitterent[e] de bello seu conflictu, sed tantumodo opponere se deberent hominibus episcopi pedes venientibus in adiutorium eius, qui adhuc non advenerant, et per tela sua non admitterent eos accessum habere ad conflictum. Et ita ordinatum fuit, quod medietas dictorum sagittariorum quando sagittare deberent et sagittarent, quod alia medietas sagittariorum intrahere deberent arcus balistarum suarum. Et tot eorum fuit in numero, quod estimatum fuit, quod quando centum et quinquaginta sagittabant, quod tunc tot intrahebant arcus balistarum suarum. Et ita ordinaverunt acies suas contra episcopum et suos, intendentes sine ulla retractatione[f] bellum[g] seu conflictum habere cum episcopo predicto.

21. Episcopus vero vice versa ordinavit acies suas contra cives et suos, et multum confortabat suos, quia intentionis sue erat habere conflictum; tamen contra voluntatem meliorum sapientum et strennuorum, quos habebat, qui bene considerabant[h] antea, quod non poterant habere victoriam in tanta multitudine et fortitudine civium. Et cum dicto fol. 78'. episcopo hoc retulerint, increpabat eos dicendo, ipsos esse pusillanimes, et si vellent recedere quod recederent. Et ita causa honoris, prescientes mortem suam, multi ex eis intraverunt bellum.

22. Et cum hinc inde se preparaverunt et se munierunt, galeis suis indutis ex utra- 52 que parte et gladiis evaginatis, ex parte civium dominus Marcus de Eckeversheim[52], miles probus et honorandus, qui nondum erat miles sed iuvenis, ducens lanceam primus venit

a) fossatus *cod.* b) fecerat *cod.* c) civitate *cod.* d) in *deest in cod.* e) intromitterent *cod.* f) illa retractione *cod.* g) bellum *addidi; cf. infra c.* 25. h) considerabat *cod.*

48) Ober-Hausbergen. 49) Mittel-Hausbergen. 50) Stubenweg, gens nobilis Argentinensis. 51) Achen a. Bitsch ad occidentem. 52) Eckwersheim a Brumat ad meridiem.

contra hostes. Cui obviavit quidam[a] Beckelarius ex parte episcopi similiter cum lancea; 1262. Mart. 8. et ambo ita viriliter sibi invicem obviaverunt, quod lanceis eorum ambis ruptis, prostrati fuerunt ambo cum equis ad terram, equi ambo[b] mortui remanserunt. Quem Marcum dicti cives omnes festinanter sequebantur, levantes eum de terra, et posuerunt eum super alium equum, et evasit. Alter vero statim interfectus fuit. Quem omnes milites et armati dicti episcopi cum magno impetu sequebantur viriliter, tamquam probi et viriles, absque peditibus suis, qui accessum propter sagittarios habere non poterant. Et sic convenerunt hinc inde habentes conflictum.

23. Et cum ita eques ex utraque parte aliquamdiu invicem dimicassent, pedites civitatis sine numero sequebantur cum magna festinatione suos. Et secundum quod instructi fuerunt, circumvolverunt tam amicos quam inimicos et insequebantur omnes equos inimicorum suorum cum cuspidibus suis et eciam amicorum, quos in illo impetu cognoscere non poterant. Quia instructi fuerunt per antiquum Liebenzellarium, quod interficere deberent omnes equos tam amicorum quam inimicorum, pro eo: cum cives essent propinqui civitati et episcopus remotus a loco suo, si tunc ex utraque parte omnes essent pedites, cives levius traherent seu portarent exteriores et paucos ad civitatem propinquam, quam[c] exteriores pauci traherent plures seu portarent ad locum remociorem. Et ita interfecerunt omnes equos exteriorum, ita quod omnes milites et armati episcopi fuerunt prostrati ad terram et debellati.

24. Episcopus vero illa die fortissime tamquam probus miles cum suis strennuissimis pugnavit propria manu, armatus tamquam miles; sub quo duo equi fuerunt interfecti. In tercio, quando vidit quod debellatus fuit, fugam dedit cum duobus militibus qui eum custodierunt, videlicet Burchardo dicto Murnhart, et Wolfhemo dicto Meienris de Achenheim, socio dicti Burchardi. Hoc peracto et viso a civibus, intellexerunt dicti cives, quia de hoc clamor magnus factus fuit, quod episcopus fugam dederit. Quo audito, omnes equites fol. 79. civitatis secuti fuerunt episcopum, ut caperent eum eundo versus curiam dicti Stubenweg super montem; et cum eum habere non poterant, reversi fuerunt ad campum ubi factus conflictus fuit.

25. Et medio tempore omnes adversarii eorum, quos dimiserant iacentes in campo predicto, extracti fuerunt, quod nulli eorum braca remansit de illis, qui interfecti fuerunt; quorum erant sexaginta et plures milites et nobiles. Inter quos interfecti sunt dominus Hermannus de Geroltzecke, frater dicti episcopi carnalis, miles valde strennuus, qui erat advocatus institutus seu gubernator per Richardum de Anglia, regem Romanorum, a Basilea ex utraque parte Reni usque Selze et Wissenburg, dominus de Tiersberg, patruus episcopi, Wafelarius antiquus cum duobus filiis suis militibus, tres fratres de Eckerich[53], tres Scholini de Enesheim[54], duo Uselliini de Virdenheim[55], Burgravius rufus, unus Begero, Iohannes miles de Werde[56], Iohannes de Buitenheim[57] dictus Tirlin et multi alii usque ad sexaginta. Et[d] septuaginta sex fuerunt capti[e], nobiles[f] videlicet exceptis pauperibus, ducti ad civitatem propriis funibus[g], quos illuc duxerant ad deducendum cives, videlicet dominus lantgravius[58] Sigebertus de Werde, tres de Landesberg[59], de Andelahe[60], marschalcus[61] de Huneburg et alii[62] usque septuaginta duos. Reliqui per fugam evaserunt. Ex parte autem civium nullus remansit interfectus, excepto solo carnifice, nomine Peregrinus, quem duxerunt captivum illi, qui fugam dederant; et cum eum duxissent Geispolzheim sanum et illesum, et intellexerunt, quod amici eorum erant interfecti in bello, dictum carnificem deliberato animo interfecerunt. In conflictu[h] autem predicto tantummodo fuerunt cives et non eorum adiutores, excepto domino de Ohsenstein et domino de Hohenstein et de

a) cuidam *cod.* b) ambe *cod.* c) qui *cod.* d) Et — pauperibus *in loco raso.* e) *sequitur* et occisi, *quae verba delenda putavi* f) nobles *cod.* g) funeribus *cod.* h) conflicto *cod.*

53) sive Eschery prope S. Marie aux Mines, in valle Leberia, a Schlettstadt ad occid. 54) Enzheim prope Argentinam, inter Lingolsheim et Dippigheim. 55) Firdenheim, Fürdenheim ab Arg. ad occid. 56) Cuius titulus sepulcralis legitur ap. Schöpflin Als. ill. II, 525. n. m.: „*Anno Domini* 1262, 8. *Id. Martii obiit Iohannes miles de Werde.* Cf. Gervandi burggravii Werdensis tabulam d. 1267. apud Wencker App. arch. p. 176: *de morte dilecti fratris nostri Iohannis, ab ipsis* (*Argentinensibus*) *in conflictu interfecti.* 57) vicus destructus, ut videtur prope Dachstein. 58) Alsatiae inferioris. 59) Landsberg ab Andlavia ad septentrionem. (Aliud castrum Hohen-Landsberg est prope Colmariam). 60) Andlau. 61) marschalcus episcopi Argentinensis; cf. Schöpflin Alsat. ill. II, 622. 62) Cf. Code hist. et dipl. de Strasb. II, 2. p. 234.

1262. Mart. 8. Girbaden superius[63] nominati, et nullus comes vel stipendarius interfuit, quia omnes prius
recesserant.

26. Peracto itaque huiusmodi conflictu, cives cum captivis suis cum gaudio intrave-
runt, interfectis dimissis nudis iacentibus in campo; quos de nocte collegerunt amici
Mart. 9. eorum et sepelierunt. Mane autem facto cives exiverunt versus Lingolvesheim, invene-
64 runt castrum vacuum; quod incendio devastarunt[a]. Et deinde accesserunt villam Northus[64],
et dictam villam incendio totaliter devastarunt. Et terror magnus erat per totam dyocesim,
fol. 79'. ita quod quocumque declinassent, quod sine aliqua resistencia obtinuissent voluntatem.
De villa autem Northus intraverunt civitatem.

Mart. 10. 27. Crastina autem die episcopus misit religiosos viros ad civitatem ad tractandum
de concordia et pace, et propter bonum pacis relaxavit interdictum latum in ecclesias civi-
tatis; divina celebrabantur undique in civitate. Demandavit etiam civibus, quod benivole
tractarent captivos suos, quos captivaverant in conflictu, et specialiter fratrem suum, do-
minum Hermannum advocatum terre, quem adhuc putabat vivere et esse in captivi-
tate. Qui tamen fuerat interfectus, et in tantum vulneratus inter oculos et circa[b] mutu-
65 lationem manuum[65], quod non poterat cognosci inter alios interfectos, quando nudi collige-
bantur in campis et ducti versus Doroltzheim[66] ad sepeliendum. Et cum alii sepeliebantur
cum honore et cum magno luctu et merore[c], dictus dominus Hermannus ex quo cognosci
non poterat, proiectus fuit in quandam speluncam, quia putabatur esse civis Argentinensis.
Cives vero inter omnes captivos suos quesierunt dictum dominum Hermannum et non
invenerunt, quia gavisi fuissent ipsum habuisse in captivitate. Et cum non inveniretur
nec infra civitatem, nec extra ex parte episcopi, cives putabant et suspicabantur, quod ali-
quis eum occulte[d] teneret et eum redderet clamdestine; et fecerunt statutum, quod publi-
cari et proclamari preceperunt: quicumque eum detineret clam et eum non presentaret
civibus, quod ille cum tota parentela sua deberet exstupari[66*] et evelli extra civitatem, et
bona eius deberent publicari sine qualibet spe restitutionis; quicumque autem eum presen-
taret civibus, centum marcas argenti habere deberet. Et cum sic nec infra civitatem nec
extra inveniri[e] poterat, recordati fuerunt exteriores, qualiter aput Doroltzheim unus, qui
non cognoscebatur, proiectus fuit in speluncam, extraxerunt eum, et sic fuit inventum[f] per
quoddam vulnus, quod habuit in uno crure et per alia signa, quod ipse erat dominus Her-
mannus predictus. Et tunc cum maxima reverencia et maximo merore fuit honorifice se-
pultus in hospitali Doroltzheim ante maius altare.

28. Et quod premissis et subscriptis fides plenior adhibeatur a quolibet lectore et
auditore, sciendum est, quod omnia scripta sunt de ore illorum, qui interfuerunt et ea
viderunt, et specialiter ex relatu Elnhardi magni ante monasterium, procuratoris fabrice —
1284. qui nondum erat procurator fabrice, sed post diem conflictus per spacium 22 annorum
fol. 80. effectus est[67] procurator fabrice Argentinensis, civis honestus et probus, qui die conflictus
68 erat institutus custos[68], quod vulgariter dicitur wartman — et aliorum quam plurium.

1262. 29. Cum itaque discordia huiusmodi peractis premissis sedari non poterat, multis
religiosis et fide dignis se interponentibus, episcopus revocavit relaxationem interdicti, ita
quod divina erant interdicta totaliter ut prius per totam civitatem Argentinensem. Captivi
autem positi fuerunt super dormitorium et ambitum maioris ecclesie Argentinensis, et cum
magna diligencia et vigiliis custodiebantur. Episcopus vero deinde nullam habuit poten-
ciam nec resistenciam, sed solus quasi iacuit super Dabichenstein. Et quicumque[g] poterat
facere pacem cum civibus de exterioribus, iniit pacem cum eis, ita quod omnes ville exte-
riores quasi venerunt ad civitatem pro necessariis suis emendis, vendendis. Et cum ita
duraverit usque post messes, cives exiverunt potenter sine aliqua resistencia versus Ehen-
heim superiorem[69], que nondum erat firmata muro sicut nunc est, et dictum opidum tota-
71 liter incendio devastarunt. Deinde euntes Igmarsheim[70], Bischovesheim[71], Doroltzheim et

a) devasterunt *cod.* b) *praeter* excidisse videtur. c) *sequitur* dominus *in cod.* d) oculte *cod.* e) veniri *cod.* f) inventus *cod.* g) quecumque *cod.*

63) cap. 8. 64) Nordhausen, sive Nartz ad Ill fluv., infra Erstein. 65) Closener: *und was alse sere verwundet under sime antlize, und gestummelt an henden und fuszen.* 66) Dorlisheim inter Molsheim et Rosheim. 66*) caedi virgis, ausgeſtäupt werden. 67) i. e. anno 1284; cf. supra p. 91. n. 7. 68) i. e. speculae custos, ut censet Böhmer Font. III. p. XXX. 69) Oberehnheim. 70) vicus destructus prope Oberehnheim. 71) Bischofsheim inter Oberehnheim et Dorlisheim.

alias villas quam plures episcopatus, quas similiter devastarunt; venientes Mollesheim, 1262. quod[a] non devastarunt propter quandam summam pecunie, quam eis tradidit populus eiusdem opidi; transeuntes villam Dabichenstein, quam similiter incendio devastarunt cum villa Arnolzheim[72], Kolbotzheim, Buitenheim, Sulze[73], Wolfgangesheim[74], Holzheim et 72 aliis villis quam pluribus, et postea cum magno gaudio intraverunt civitatem. Post hec vero transierunt ultra Renum et obsederunt opidum Willesteten[75], valde bene lignis et vallis ac 75 tentoriis munitum; a quo opido tempore guwerre multas perpessi fuerunt iniurias et dampna gravia, et dictum opidum vi obtinuerunt, capientes et rapientes omnia interiora, et cum magno gaudio redeuntes. Et cum hec duraverint usque ad autumpnum, omnes exteriores quasi concordati fuerunt cum civibus, ita quod omnia vina et bladum ac alia intimonia ducta fuerant ad civitatem iuxta consuetudinem antiquam.

30. Illo autem tempore Richardus de Anglia, Romanorum rex, venit aput Hagenoam Nov. et laborabat pro pace et concordia inter episcopum et cives predictos. Et cum coram se vocaverit episcopum et cives, qui illuc venerant cum sexaginta equis valeratis, tractavit de bono pacis et concordie inter ipsos. Et cum hoc processum habere non poterat, episcopus loquebatur quedam, furore succensus — que si obticuisset, rehabuisset omnes fol. 80' captivos suos, et gratis — dicens enim: *Ex quo non potest fieri concordia, non curo; quia in brevi, Domino concedente, rehabebo captivos meos.* Hiis auditis, dicti cives notaverunt verbum, et quasi hospite non salutato reversi sunt, quanto velocius poterant, ad civitatem Argentinensem, venientes ad captivos et respexerunt unicuique vincula sua et circulos ferreos et kathenas, quibus ligati erant, et invenerunt, quod omnia vincula eorum erant scissa et rupta per limas subtiliter factas, et quesiverunt undique sub lectis eorum dictas limas, funes et alia instrumenta, cum quibus evasisse debuissent. Et invenerunt multa instrumenta et limas ac funes, et sic transeuntes de lecto ad lectum, levantes stramina totaliter usque ad fundum. Et cum sic transissent ad lectum cuiusdam nomine Conradus de Schutura[76] et ibi querere vellent similiter, prout aliis fecerant, idem Conradus finxit 76 se infirmum usque ad mortem, dicens: qui eum tolleret vel eum aliquo modo moveret, quod mors sua esset. Tamen verbis suis non auditis, levatus fuit de loco, et inventum fuit sub eo unum magnum foramen[b] per quod omni nocte ierant in cellarium, quod est sub dormitorio cum fune magno nodato pluribus nodis; quem funem similiter ibidem invenerunt. Invenerunt etiam in dicto cellario unum magnum foramen fossatum per murum versus curiam fratrum. Et si episcopus premissa non revelasset, eadem nocte omnes exivissent et evasissent.

Hiis peractis posuerunt dictum Conradum in turrim dictam zu den[c] undurſtegen, et refecerunt murum predictum et foramina, et caucius munıverunt vincula custodias et vigilias. Et cum dicti captivi viderent, quod nulla erat spes redempcionis, quicumque poterat fecit concordiam et pacem cum civibus, redimendo se ipsum, assistentes civibus contra episcopum per iuramentum. Et ita pro maiori parte restituti fuerunt pristine libertati.

31. Adveniente itaque festo nativitatis Domini, ante epiphanyam exiverunt cives civi- Dec. 25. tatem una nocte frigidissima, que quasi umquam visa fuit, cum captivis suis, quos liberos 1263. ante Ian. 6. dimiserunt, videlicet comite Sigeberto de Werde, dominis de Andelahe, tribus de Landesberg et aliis quam pluribus. Iverunt Bischoveswilre[77] et dictam villam incendio totaliter 77 devastarunt, et mane reversi fuerunt.

Durante itaque huiusmodi discordia et guwerra usque in quadragesimam, in capite ieiunii obiit dominus Waltherus episcopus predictus; et dicitur quod pre maximo dolore et Febr. 14. tristicia obiisset. Et sepultus est aput Doroltzheim iuxta[*] tumbam fratris sui, domini fol. 81. Hermanni predicti.

32. Post obitum vero dicti domini episcopi, canonici laborabant pro concordia et pace aput cives. Quam concordiam et perpetuam pacem obtinuerunt cum omnibus exterioribus pro maiori parte sub tali forma, quod omnia dampna illata hinc inde durante guerra predicta ante omnia remiserunt sibi invicem hinc inde. Et sic intraverunt dicti canonici civitatem sine aliqua refusione dampni ipsis illati in curiis eorum. Et ad preces civium

a) quos *cod.* b) foramen *deest cod.* c) dē *cod.*

72) Ernolsheim prope Dachstein. 73) Sultz inter Dachstein et Wangen. 74) Wolxheim prope Sultz. 75) Willstett in magno ducatu Badensi, inter Offenburg et Kehl. 76) Schuttern in magno duc. Bad., a Lahr ad septentrionem. 77) Bischweiler ab Hagenau ad meridiem.

1263. elegerunt in episcopum concorditer dominum Heinricum de Geroltzecke-an-den-Wasichen, cantorem ecclesie Argentinensis, qui remanserat in civitate contra voluntatem dicti episcopi, quemadmodum est prescriptum. Et sic facta est concordia inter dictos cives et canonicos usque in hodiernum diem.

1291. Hec scripta sunt et completa de guwerra predicta anno Domini millesimo ducentesimo
Apr. 26. nonagesimo primo, feria quinta in paschis.

---

# MIRACULA S. MARIAE ARGENTINENSIA

## RETRACTATA A GOTFRIDO DE ENSMINGEN.

fol. 94. **Hic incipiunt signa et prodigia, que omnipotens Dominus ob laudem sue matris Virginis gloriose in ecclesia Argentinensi dignatus est operari, infrascripta.*

1290. 1. Anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo, regnante domino Ruodolfo Dei
Iun. 20. gratia Romanorum rege semper augusto, anno regni sui septimo decimo, duodecimo Kalendas Iulii, tempore illustris principis Dei gratia domini Conradi de Lietenberg, episcopi Argentinensis speciosi valde, rescripta sunt infrascripta signa et prodigia, que creator omnium rerum Deus sua divina potentia et clementia ob laudem et gloriam sue sanctissime matris gloriose virginis Marie, et ut iusti in divinis ferventiores reddererentur obsequiis, et ut eciam ad Creatoris devotionem salubrius redirent peccatores, dignatus est operari — et per Gotfridum, notarium curie Argentinensis, ad preces Ellenhardi magni, procuratoris fabrice ecclesie Argentinensis, redacta sunt sub tenore infra scripto — pace nichilominus existente gratia Dei, suaque ineffabili potentia desuper influente, Spirituque sancto cooperante, coadiuvante domino Ruodolfo serenissimo principe, Romanorum rege predicto secun-
1 Cor. 3, 9. dum apostolum dicentem: *Nos coadiutores Dei sumus.*

1280. 2. Hec enim miracula et prodigia divinitus claruerunt anno Domini millesimo ducen-
Iul. 28. tissimo octuagesimo a dominica proxima post festum beati Iacobi apostoli usque ad subse-
Sept. 29. quens festum beati Michahelis in conspectu fide dignorum canonicorum, clericorum, militum et civium civitatis Argentinensis, dextera faciente Altissimi.

*Initium signorum hoc est:*

3. Cum clerus et universa cohors populi civitatis Argentinensis pro serenitate aeris circa campi segetes cum reliquiis reverenter incederet, ecce omnes candele quantumcumque ibidem grandes pre nimia pluvie ingentis irrigatione exstincte sunt; et sole quatuor ille candele, que ymagini beate Virginis preluxerunt, usque ad redditum in ecclesiam inexstincte penitus permanserunt. Item cum eadem ymago fores domus, in qua quidam
f. 94'. detinebatur* captivus, attingeret in superiori strata huius civitatis, pre nimia gravedine eius ulterius procedere non poterant portitores ante captivi liberationem. Item de predicte virginis Marie ymagine sudor visus est ab omni populo copiosus exstillare; qui in diversis pannis receptus et vasis cristallinis reverenter est inclusus.

4. Item Marquardus, maritus dicte Huoberin, in publica curia contractus et soror Sybilia, furchis et baculis reiectis, gressum liberum receperunt. Item soror quedam in novo vico Predicatorum, cessante paralisi, menbrorum est usibus restituta. Item uxor dicti Gruiwel ex illa parte pontis Sancti Stephani brachii et cruris sanitatem recepit, que arida sex annis et amplius exstiterunt.

5. Item quedam mulier de Tancratzheim[78] visum recepit. Item puer Friderici de Novillari[79] carnificis et quidam puer de hospitali gressum liberum receperunt. Huic dominus Conradus, Dei gratia Argentinensis episcopus, tunicam et unum quartale siliginis donavit. Item quidam puer cuiusdam auriquesitoris apud Sanctum Stephanum residens gressum recepit. Item quedam mulier de partibus inferioribus visum recepit. Item quidam lanifex de Hagenoa, crus habens inflatum ad modum canti[80] semper sanguifluum, sanitati restitutus est, dum super sabulo Hagenoensi iter ageret ad beatam Virginem super byga. Postea filia Scrubonis Elsa et visum et gressum pariter recepit.

78) sive Dancratesheim, hodie Dangolsheim, a Molsheim ad septentrionem. 79) Neuweiler a Buchsweiler ad occid. 80) canthi.

6. Item quidam puer de Bischovisheim, qui fuit aridus, sanatus est. Item uxor 1280. Wetzelonis sartoris Ellina manus aride usum recepit. Item quidam visum recepit, quo septem annis caruerat. Item quidam puer gressum recepit, quem mater eius deposuit reversura ad eum post negotia sua completa, et cum retrospiceret, puer surrexit sanus et sequebatur eam. Item quedam mulier de hospitali pluribus agnita per septem annos et dimidium contracta, sanata est et eiecit duas furcas. Postmodum . . . custos Sancti Leonardi[81], per decem et novem annos paraliticus in uno latere, resumpsit pristinam sanitatem. Item quidam de Bischovisheim visum recepit. *Item quedam de Hagenoa visum fol. 95. recepit, quo sex annis caruit.

7. Item quedam mulier de Vendenheim[82] visum recepit, cuius filius iam sunt sexdecim anni eam de Colonia secum adduxit, volens eam presentare beate Odylie super Hohenbuorg, quemadmodum illuc votum fecerat. Et cum venisset apud Vendenheim, dixit matri sue: *Mater, hic sedeas; ego post paululum ad te redeam.* Et abiit nec adhuc ad eam est reversus. Milites autem et incole de Vendenheim eam usque nunc enutrierunt cecam. Cum illuc miracula gloriose Virginis insonuissent, miles quidam dictus H. Hovmesser eidem ait: *Mater, ire debes ad beatam Virginem in Argentina; et sicut alii ibidem homines, ita tu quoque gratiam consequeris.* Que respondit: *Fili karissime, quomodo illuc veniam?* Et eam super byga iussit adduci; que in nocte illa visum recepit. Mane autem facto venit universitas de Vendenheim cum reliquiis in hoc templum; et cum singuli ad se invicem dicerent: *Videre debemus, quomodo se habeat mater nostra,* ecce mater eorum veniens, eos singulos nominatim salvere iussit, et eos dominos suos et amicos nominans, ait: *Auditu auris audivi vos, nunc autem oculi mei vident vos.* De quo Altissimo unanimiter et beate Virgini gratias referentes, cum gaudio sunt reversi.

8. Item quedam mulier de Novillari visum recepit. Item quedam ceca per octo annos et irrepens terre per duos annos et visum et gressum recepit. Item quidam puer gressum recepit. Item quidam de Burcheim[83] contractus per octo annos sanatus est. Item tercia decima die, scilicet sabbato, post inchohationem horum signorum acciderunt Aug. 10. triginta miracula varia et diversa.

9. Item mutus quatuordecim annorum cepit loqui; et similiter puer quinque annorum. Item quedam mulier de Nugerte[84] per tres annos paralitica, quam primum cepit venire pro gratia, statim sanata est. Hoc coram populo publice est confessa. Item quidam, furatus securim, intravit cum illa in hoc templum nec exire potuit, nisi promitteret se illam redditurum[a]; et accedens ad illum, cui eam abstulerat, et* narravit ei, qualiter exire fol. 95'. non poterat cum securi. Et ambo simul venerunt et hoc miraculum populo retulerunt, et ipsam securim in huius rei testimonium in hoc templo[b] appenderunt.

10. Item quidam de Haselahe[85], contractus per decem annos in ambobus cruribus, curatus est hic, cum stetit cum domino thesaurario huius ecclesie; et erat bene notus. Item quidam puer contractus prorepsit de matre sua, ea inscia, et sanatus est. Quem cum mater ambulare prospiceret, flevit pre nimio gaudio, et prorumpens in vocem, hoc miraculum publice enarravit. Item quidam puer, in utraque manu contractus, in conspectu populi digitos erigens est curatus. Item surdus octo annorum auditum recepit. Item quidam caduco morbo laborans per decem et novem annos evasit. Item quedam mulier de Tunzenheim[86], dicta de Rande, visum recepit. Videntes illam vicini eius, pre nimio gaudio fleverunt. Que postmodum cum vicinis suis cum reliquiis reversa, obtulit in sacrificium viginti duo quartalia annone; et pro una libra cere beate Virgini annuatim se reddidit censualem. Item quidam auditum recepit, protestans publice, dum inspiceret ymaginem beate Virginis, quod[c] erat[d] ei non aliter, quam si cornu in auribus eius insonuisset. Item quidam puer contractus sanatus est. Item quedam mulier contracta, quam primum vovit venire, curata est, et venit et furcam appendit cum accionibus gratiarum.

11. Item quedam mulier de Mauromonasterio[87], contracta per quindecim annos et per octo annos per posteriora irrepsit nec aliter moveri poterat, hec est curata. Et cum

a) reddituram *cod.* b) templum *cod.* c) quod *addidi.* d) erit *cod.*

81) S. Leonhard prope Oberehnheim. 82) Wendenheim inter Argentinam et Brumat. 83) Burgheim inter Niederehnheim et Barr. 84) Neugartheim media fere via inter Argentinam et Elsass-Zabern. 85) Haslach a Molsheim et Mutzig ad occidentem. 86) Dunzenheim v. supra Ann. Argent. 1136. 87) Mauersmünster, Marmoutier.

1280. homines sibi credere noluissent, venit procurator dictus Stange et ait: *Bene nosco istam*, et dixit ei: *Mater, tu millesies pausasti ante hostium meum in Maurimonasterio.* Ipsa autem respondit: *Verum dicitis.* Cumque fama huiusmodi signi pervenisset ad Mauromonasterium, videbatur omnibus valde miraculosum et adeo alienum, quod etiam Iudei illius loci dicebant, se velle baptisari, si verum esset. Omnesque incole, abbas[88] videlicet et conventus, fol. 96. et domini de Geroltzeke[89] cum dominabus et cum tota universitate Maurimonasterii et villarum in marchia circumiacentium cum reliquiis reverenter nudis pedibus venerunt, missam de beata Virgine sollempniter decantantes.

12. Item quedam virgo de Buohlahe[90], per totum corpus arida, sanata est omnino. Item quedam ad abscindendum bursam cuiusdam viri manum suam apposuit, et ille volens denarium ad sacrificandum accipere, attigit manum latronisse. Que volebat manum removisse, sed non potuit. Rogavit autem eum, ut ob reverentiam beate Virginis eam dimitteret; et dimisit eam in conspectu populi universi. Item quedam mulier de Berse[91] ceca quinque annis cum dimidio, nota multis, visum recepit. Item quidam puer, decumbens contractus super lapide, est sanatus. Item quedam mulier visum recepit. Item quidam puer zabulatoris dicti Bone submersus et suffocatus in aqua; oblatus est super altare beate Virginis et spiritum vite recepit in conspectu populi universi.

13. Item quedam mulier in Hagenoa residens super Kiselsteige ceca nata in uno oculo, et in altero carens lumine per octo ebdomadas, visum recepit in utroque. Item quidam conversus de Swarzahe, contractus circa[a] viginti annos, sompniavit, quod beata Virgo ei diceret, quod deberet beatam Virginem visitare. Quo sompnio intellecto, ipse abbas cum monachis et cum predicto contracto, qui confessionem suam pure fecerat, iter arripuit; et ipse contractus in medio itinere est sanatus. Quod abbas et monachi coram populo sunt publice protestati. Item idem abbas adduxit unum servum de curia eorum apud Reinicheim[92], qui per biennium paralisi tenebatur. Et cum in navi pervenisset ad curiam abbatis, quam habet in platea viculi[b], et ex illa deberet deportari paraliticus, surrexit et perrexit ad monasterium cum abbate. Postea quidam surdus auditum recepit; et quidam senex de Tennebach[93] visum recepit. Item quedam mulier de Rodesheim visum recepit. Item quidam puer contractus sanatus est. Item quedam mulier, habens a pri-
fol. 96'. mevo origine oculos clausos, et apperuit illos et vidit.

14. Item quidam de Clyngenouwe[94], habens quasi apostema in gutture, obdormivit in oratione ante ymaginem Virginis gloriose, et visum est ei, quod beata Virgo sibi dixerit: *Surge, bone homo, et letare, quia sanus es.* At ille evigilans comperit, sic esse; et hoc toti populo publice enarravit. Item quidam puer de Geispoltzheim, cecus circa sex annos, habens calculum in oculo, liberatus ab illo et visum recepit; cuius parentes eum in religione includere voluerunt. Item quidam contractus de Sarbuorg, de sanitate desperans cogitavit recedere, et tamen ante suum recessum licentiam de beata Virgine recedendi voluit obtinere. Accessitque cum furchis ante ymaginem beate Virginis, et ait lacrimose plorans alta voce: *O beata domina, date michi licentiam abeundi. Si velletis aut possetis aliquem iuvare, tociens ego rogavi vos, quod eciam michi gratiam fecissetis. Sic quoque beatum Nicholaum ad portum pluries rogavi, nec ille me iuvare dignatus est. Date igitur michi, gloriosa domina, licentiam recedendi. Numquam plus attemptabo.* Et plorans intime, hec dicebat publice coram populo, qui eciam compaciendo sibi lacrimatus est. Inspecta autem seriosa infirmi intentione, beata Virgo curavit eundem, et crepedo ossium est audita.

15. Item quedam mulier, habens manum aridam et brachium curvum, sanata est; et tangens cum manu curata nodum, quem habuit super humeris, similiter de illo liberata est. Item quedam honesta matrona de Beienheim[95] visum recepit, quo per quinque annos carebat in uno oculo. Item quedam mulier de Wormatia visum recepit. Item quedam puella visum recepit. Item alia mulier visum recepit. Item quidam puer contractus de Fleigesheim curatus est. Item quidam puer submersus et mortuus positus super altare beate Virginis, spiritum vite recepit. Pater eius fuit quidam pictor dictus

a) citra *cod.* b) vicculi *cod.*

88) Iohannes. 89) Geroldseck ad Vosagum. 90) Bülach in Helvetia, inter Zürich et Eglisau. 91) Börsch inter Oberehnheim et Rosheim. 92) Renchen in magno duc. Bad., media fere via inter Offenburg et Bühl. 93) Tennenbach, Thenenbach mon. d. Constant., in magno duc. Bad. prope Emmendingen. 94) Klingnau ad Aar fl. in Helvetia. 95) Beinheim prope Seltz.

Grasewurm, residens super valle. Item quidam puer de Wiltberg[96] contractus gressum 1280. recepit. Item quedam mulier visum recepit*, quo diu in uno carebat oculo. Item fol. 97. quedam contracta sanata est. Item quidam de Gengenbach, in utroque pede contractus, sanatus est.

16. Item quedam mulier abscidit alteri mulieri, uxori scilicet Heinrici pellificis de Achenheim, bursam cum viginti septem denariis et obolo; nec exire potuit monasterium, nisi bursa et pecunia restitutis. Item quidam ioculator, captus in terra comitis Iuliacensis, vovit venire ad beatam Virginem, ut eum de inminente morte liberaret, et mox catenis dissolutis et appertis ianuis, abiit illesus et viellam[97] suam in memoriam huius appendit. Item cuidam mulieri, que consuevit benedicere oculos infirmorum, accidit ut quadam nocte adeo inflaretur, quod pre tumore ventris pedes videre non poterat. Hec in sompnis vidit, ut publice coram omni populo confessa est, quod beatus Iohannes ei porrexit anphoram et beata Virgo aquam infudit in eandem et inposuit tantum de prunellis, quod aqua supernatans effluxit; et tunc de prunellis partem excepit et dedit ei bibere, dicens: *Bibe, et sanata es.* Que bibit, et videbatur ei, quod esset effusa intus et extra per totum corpus unguento precioso. Et evigilans vidit, se esse curatam, et veniens gratias agebat beate Virgini coram populo universo.

17. Item due mulieres visum receperunt, quo altera illarum caruit per 15 annos. Item tres pueri contracti sanati sunt, quorum uni manus erant connexe ad modum crucis, et de alio videbatur manifeste, quod unus digitus post alium se erexit. Item quinquaginta homines de Fryburgo, volentes beatam Virginem visitare, in Reno sunt submersi nocte, et omnes evaserunt. Item quidam pistor de Sarwerde[98] multis annis paraliticus, postquam vovit venire ad beatam Virginem, mox curatus est. Item quidam puer contritus in Fryburgo per currum oneratum lapidibus et mortuus et positus fuit ibidem super altare beati Nicholai diu et non revixit. Et mox voverunt eum beate Virgini, et revixit, et adductus est vivus et omni populo ostensus, et signa clavorum rotarum in eo publice apparebant. Item Loselinus, dives civis in* Slestat[99], contractus per quadraginta annos, ductus huc in cam- fol. 97'. pistro, sanitati est restitutus. Item quidam de Wizenburg[1] cecus visum recepit. Item quidam miles et quedam domina de Aquis et quidam puer, contracti omnes, sanati sunt meritis Virginis gloriose.

*Expliciunt miracula et prodigia suprascripta.*

---

# CATALOGUS EPISCOPORUM ARGENTINENSIUM.

**Hic incipiunt omnia nomina episcoporum Argentinensium.* fol. 98.

Sanctus Amandus primus. Sanctus Iustus secundus episcopus. Maximinus tercius, et sic per ordinem usque ad finem. Valentinus. Solarius. Sanctus Arbogastus. Sanctus Florentius. Aansaldus. Duulfus[2]. Magnus. Aldus. Garoynus. Landebertus. Ruotharius. Ruodibaldus. Magenbertus. Lobiolus. Gundoaldus. Gando. Udo. Vingernus. Wandalfridus. Eddo. Aulidolfus. Remigius, fundator ecclesie in Eschowe[3], anno Domini 803 temporibus Karoli magni. Rachio. Udo. Erlehardus. Adallochus. Ber- 803. noldus. Uto. Badoldus. Grymoldus. Radoldus. Reginhardus. Waltrammus. Orbertus. Gorfridus. Richwinus. Ruthardus. Uto. Enthenhardus. Baldus. Vinderoldus. Altwicus. Wernharius. Wilhelmus. Hezil. Wernherus. Theobaldus. Otto. Baldewinus. Cuno. Bruno; iste fuit circa annum Domini millesimum centesimum tricesimum. Gebe- 1130. hardus. Buorchardus. Ruodolfus. Cuonradus. *Heinricus. Conradus. fol. 98'.

Heinricus de Veringen. Sub isto venerunt Predicatores primo ad Argentinam anno 1224. Domini 1224.

Bertoldus de Tecke.

96) Wildberg ad Nagold fl. in regno Wirtemberg. ab Argentina ad meridiem, inter Ill et Rhenum fl. 97) instrumentum musicum: violinam. 98) Saarwerden prope Saar-Union. 99) Schlettstadt. 1) Weissenburg d. Spir. 2) Biulfus. 3) Eschau

Cf. Notitiam fundationis parthenonis de Hascowia, Gall. Chr. V. Instr. p. 473.

1251. Heinricus de Stalecke. Sub isto intraverunt Predicatores locum, in quo nunc sunt,
1260. Mart. 3. anno Domini 1251. Et obiit anno Domini 1260 feria quarta post Reminiscere.

Waltherus de Geroltzeke trans Renum. Qui habuit gwerram cum civibus Argentinen-
1261. Iul. 15. sibus anno Domini 1262[4] in festo Margarete, et obsedit civitatem Argentinensem manu
forti, congregato exercitu magno. Inieruntque conflictum cives predicti cum episcopo ante-
1262. Mart. 8. dicto anno Domini millesimo ut supra[5], feria quarta post Reminiscere in campo apud
Hugesbergen; et obtenta victoria a civibus, occiderunt[a] sexaginta nobiles, et captivarunt
ex eis de potioribus nobilibus terre septuaginta quinque, et eos durissimis vinculis manci-
1263. Febr. 14. parunt. Eodem itaque anno[6] obiit episcopus antedictus.

Heinricus de Geroltzeke prope Borre[7].

1273. Conradus de Lietenberch electus fuit anno Domini 1273.

*Alia manu.*

1299. Iul. 29. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, feria quarta ante festum ad
vincula Petri predictus dominus Conradus de Liehtenberch, Argentinensis episcopus spe-
ciosus valde et potens, cum fuisset in potissimo suo statu, per miserabilem et inopinatum
casum in obsidione Friburgensi proh dolor! letaliter exstitit vulneratus; et ex ipso vulnere
Aug. 1. in festo ad vincula Petri predicto, quod erat sabbato sequenti, viam fuit universe carnis
Aug. 2. ingressus. Cuius corpus die dominico sequenti in capella sancti Iohannis baptiste in eccle-
sia Argentinensi cum magno, sicut decuit, honore ecclesiastice fuit traditum sepulture[8].
Cuius etiam magnifici principis potencie fama suis temporibus pre omnibus prelatis eccle-
sie per totum claruit mundum.

Sept. 15. Post hoc anno Domini 1299. crastino exaltationis sancte crucis dominus Fridericus, prepositus ecclesie Argentinensis, frater recolende memorie domini Cuonradi noviter defuncti episcopi quondam Argentinensis, electus est concorditer in episcopum in presencia serenissimi domini nostri, domini Alberti Dei gratia Romanorum regis, necnon venerabilium patrum et dominorum, domini Gerhardi[9] archiepiscopi Maguntini, Heinrici[10] episcopi Constantiensis. Qui etiam domini, dominus noster rex Romanorum illico ei contulit regalia feoda sua, dominus vero Maguntinus eadem vice confirmavit eundem; quod numquam a predecessoribus suis longis retroactis temporibus, immo numquam dicitur factum fuisse.

---

# ELLENHARDI CHRONICON.

fol. 50. *Incipiunt omnia nomina regum ab incarnatione Domini.*

Hon. Aug. Imag. mundi. Sexta etate regnavit Augustus Cesar quinquaginta sex annis et mensibus sex; huius tempore Christus natus est.

Tyberius privignus Augusti triginta tribus annis; huius tempore crucifigitur Christus.

Gayus Caligula decem annis et[b] mensibus 10; huius tempore Matheus ewangelium scripsit Philadelphie.

Claudius annis tresdecim, mensibus 7; huius tempore Marchus ewangelium scripsit.

Nero tresdecim annis; huius tempore Lucas ewangelium scripsit.

Galba mensibus 7.

Otto mensibus 3.

Vitellius mensibus 8; hunc Vespasianus occidit.

Vespasianus[c] annis novem, mensibus 11, dies 22; hic Ierusalem destruxit, que stetit annis mille 88.

Tytus annis duobus.

Domicianus, frater Tyti, annis quindecim, mensibus 5.

Nerva annum unum, menses quatuor; huius tempore Iohannes ewangelium scripsit.

Traianus[d] annis 19, mensibus 6, dies 15.

Helyus Adrianus annis 21; hic Ierusalem reedificavit, et Helyam nominavit.

Anthonius pius cum filiis Aurelio et Lucio regnavit 22 annis, mensibus 3.

Marchus Anthoninus Verus cum fratribus Lucio et Aurelio Comodo annis 19, mense uno.

Lucius Anthonius Comodus annis 13.

Helius Pertinax mensibus 7; hunc Iulianus miles occidit. Idem Iulianus regnavit mensibus 7; hic occiditur a Severo.

a) ociderunt *cod.* b) et *bis legitur in cod.* c) Vespesianus *cod.* d) Craianus *cod.*

4) imo anno 1261. 5) anno 1262. 6) anno 1263. 7) Hoh-Barr prope Elsass-Zabern. 8) Sepulcri elogium descripsit Boehmer: *Anno Domini 1299 Kal. Augusti obiit Conradus secundus de Lichtenberg natus, Argentinensis episcopus, hic sepultus. Qui omnibus bonis condicionibus, que in homine mundiali debent concurrere, eminebat, nec sibi visus similis est in illis. Sedit autem annis 25 et mensibus sex. Orate pro eo.* 9) 1289—1305. 10) 1293—1306.

Severus Affer annis 17. Hss. Aug.
Albinus imperator annis 5.
Anthonius Castilla annis 7.
Macrinus anno 1.
Marcus Aurelius et Anthonius annis quatuor.
Aurelius Alexander annis 13.
Maximinus annis 3.
Gordianus annis 7.
Philippus cum filio suo Philippo annis 7; hic per Origenem christianus factus est; hunc cum filio Decius occidit.
Decius anno uno, mensibus 6; a dyabolo occiditur.
Gallus cum Volustano filio annis novem, mensibus 3. fol. 50'.
Emulius mensibus 3.
Galicius cum filio annis 7; a Partis capitur et cecatur, filius occiditur.
Valerius cum filio Galieno annis 15.
Genuus annis 10 a Nursis occiditur.
Emulianus Moguncie occiditur.
Marius ibidem occiditur.
Victorinus a Gallis occiditur.
Tetricus a militibus occiditur.
Obnatus in Syria ab uxore occiditur.
Claudius anno 1, mensibus 9.
Quincillus frater eius, dies 17 regnans occiditur.
Aurelianus annis 5, mensibus 6.
Datianus menses sex; apud Pontum occiditur.
Florianus menses 2 et dimidium; in Tharso occiditur.
Probus annis 6, mensibus quatuor.
Garus cum filiis Garino et Numeriano annis 2.
Dyocletianus cum Herculo et Maximiniano annis 20; alter pellitur, alter occiditur.
Constantius cum Valerio Maximino annis 10.
Corasius annis 7.
Achilleus in Egypto occiditur.
Constantinus Constantii filius ex Helena concubina 30 annis, mensibus 10; hic a Silvestro baptizatur et ab hoc Nicena[a] synodus congregatur.
Maxentius et Lucinius annis 10; ambo à Constantino occisi sunt.
Balmacius imperator a militibus occiditur.
Constantinus cum Constantino et Constante fratribus, filii Constantini, viginti quatuor annis, mensibus 5, dies 13.
Iulianus apostata[b] anno 1, mensibus 8.
Iustianus annis 2, mensibus 8.
Iovinianus mensibus 8.
Valentinianus cum Valente fratre annis 11.
Valens cum Graciano et Valentiano filiis fratris annis quatuor.
Gracianus cum Valentiniano annis 6.
Theodosius cum Valentiniano post mortem Graciani annis 11.
Archadius filius Theodosii cum fratre Honorio annis 13.
Honorius cum Theodosio filio fratris annis 15.
Halaricus rex Romam vastavit, que stetit annis 1163.
Crispus Constantinus et Licinius, filii Licinii, a Constantino occisi sunt. fol. 51.
Theodosius minor filius Archadii 26 annis.
Valentinianus filius Constantini 12 annis. Athala rex Hunorum in illo tempore exstitit.
Martianus cum Valentiniano 7 annis. Angli Brythaniam invadunt.
Leo 17 annis imperat orienti.
Zenon 17 annis.
Anastasius 28 annis.
Iustinus maior 8 annis.
Tyberius Constantinus 7 annis.
Mauritius 21 annis. Gregorius papa claruit.
Focas 8 annis. Anglia convertitur.
Heraclius 26 annis. Crux exaltatur.
Heraclonas cum matre Martina annis 2.
Constantinus filius Heraclone mensibus 6.
Constantinus filius Constantini annis 28.
Constantinus filius eius 18 annis.
Iustinianus filius eius 10 annis; hic regno pellitur.
Leo, qui Iustinianum regno privavit, tribus annis; hunc Iustinianus occidit.
Tyberius annis 7; hunc Iustinianus in custodia occidit. Pypinus rex Francorum exstitit.
Iustinianus secundo cum Tyberio filio exstitit 6 annis.
Philippus anno 1; mensibus 6; hic ab Anastasio excecatur.
Anastasius annis 6; hic a Theodo captus presbyter ordinatur.
Theodosius anno 1; hic catholicus obiit.
Leo filius Constantini annis 8.
Constantinus filius Leonis cum matre Hyrene annis 19.

Hucusque regnum Romanorum; ex hinc regnum Francorum. Sed prudens lector notet, quod ante Karolum Magnum reges erant in Frantia in parva potestate et minimo honore. Nunc autem

a) uicena *cod.* — b) apostota *cod.*

ab antiquo genere invictissimi regis Karoli monstremus, qualiter per progeniem eius et eum dilatatum est regnum Francorum et ad Teuthunicas partes translatum.

fol. 51'. Legitur, quod quidam Troianus nomine Francus, destructa Troia profugus venerit in Frantiam, ex cuius nomine terra Frantia et gens Francorum populus appellatur; huius generosa propago regnum Francorum gubernavit usque ad tempus Isenberti, qui de eadem stirpe natus extitit. Ad hunc[a] progeniemque suam recurramus.

Gen. Carol. Isenbertus, qui fuit ex genere Francorum, nobilis et multis divitiis pollens, accepit filiam Lotharii regis Francorum, nomine Blydit, et genuit ex ea tres filios et unam filiam. Primogenitus eius Arnoldus, secundus Feriolus, tertius Modericus; puella vero Tarsitia nomine. Ex quibus Feriolus episcopus in Utecia ordinatus ibique martyrio coronatus est, ubi multa per eum miracula fiunt; Modericus frater eius episcopus in Arisido ordinatus est; Tharsitia virgo Christi Redonis quiescit, que fertur mortua mortuum suscitasse. Porto Arnoldus genuit Arnolfum, Arnolfus genuit Flodulfum, Walchysum et Anthysum; Walchisus genuit Wandregilfum confessorem Domini; Flodulfus genuit Martinum, quem interfecit Ebronius; Achysus genuit Pypinum seniorem et ducem; Pypinus genuit Karolum seniorem; Karolus dux genuit Pypinum, quem Stephanus pontifex consecravit. Idem Pypinus rex genuit Karolum gloriosum cesarem, quem Leo Romanus pontifex consecravit. Karolus imperator genuit Ludowicum, piissimum augustum. Ludowicus genuit tres filios ex Irmengarde regina, Lotharium, Pypinum, Augustum; ex Iudith imperatrice genuit Karolum gloriosum regem.

Post mortem Ludowici imperatoris Lotharius, ante obitum patris 18 annis unctus in imperatorem, contra fratres suos exercitum.... Post cruentissimum vero prelium diviserunt inter se regnum Franchorum. Et Lotharius accepit regnum Romanorum et totam Ytaliam et partem Francie orientalemque totam Provintiam; Luodowicus vero preter Noricam, quam habebat, tenuit regna que pater eius dederat ei, id est Alemanniam, Turyngiam, Saxoniam; Karolus vero medietatem Frantie ab occidente et totam Britaniam et maximam partem Burgundie, Gotiam, Vasconiam, Aquitaniam tenuit.

fol. 52. Et post hec obiit Luodowicus rex, cum regnavit quatuor annis. Karolus vero occidentalium Francorum anno regni sui 36. in Ytaliam pergens orandi causa ad limina apostolorum pervenit, ibique a cuncto populo Romanorum in imperatorem eligitur et a Iohanne papa consecratur. Inde in Galliam prospere reversus est. Anno vero regni sui 38. et imperii 3. incohante, in Ytaliam iterum perrexit et colloquio Iohannis pape usus in Galliam revertens transcenso[b] Cyniso monte presentis luminis caruit visu. Cui successit in regno filius eius Ludowicus. Deinde anno regni sui secundo nondum expleto obiit. Deinde filii eius Luodowicus et Karolusmagnus regnum eius inter se disperciunt, Luodowicus vero predictus in pago Viminato cum Normannis bellum gerens triumphum est adeptus, et non multo post obiit.

Cf. Hon. Aug. Summa et Im. mundi. Karolus vero Magnus Pypini filius cum fratre Karlemanno regnavit annis quatuor, postea vero solus 42 annis.

Luodowicus filius eius 27 annis. Ansgarius episcopus Swevos convertit.

Lotharius filius Luodowici annis septem.

Ludowicus filius Lotarii cum fratribus Lothario, Karolo et Pypino annis 36; cui Lotharius successit, qui Luodowico regnum tradidit, seculum relinquens in Pruina monasterio monachus effectus est. Luodowicus imperium cum fratre Lothario 18 annis tenuit; qui ex Hemma regina tres filios genuit, Karlomannum, Luodowicum et Karolum, qui regnum inter se diviserunt. Karolus iunior cum[c] fratre suo Karlomanno et Ludowico 11 annis.

Arnoldus filius Karlomanni 11 annis.

Luodowicus filius Arnoldi admodum puer 12 annis.

Hic desinit prosapia sancti Arnolfi, abhinc regnum Romanorum variatur in diversos.

Hon. Aug. Im. mundi. Luodowico successit Conradus filius Conradi comitis de Hessen, et 7 annis regnavit.

Heinricus dux Saxonum 18 annis.

Otto magnus filius Heinrici 38 annis.

Otto filius eius 9 annis.

Otto filius superioris 18 annis.

Heinricus dux Bawarie 23 annis et menses 5.

fol. 52'. Rabunboto construitur. Ryrtipolotii et Ungari facti sunt christiani.

Conradus annis 20. Spira conditur.

Heinricus filius suus pius 18 annis.

Heinricus filius eius 49 annis.

Heinricus filius superioris 17 annis.

Lotharius 8 annis; hic peregre in montibus obiit.

Conradus filius Friderici ducis 12 annis.

Fridericus de Stoufen, dux Swevie, 39 annis; hic in expeditione Iehrosoloimitana submergitur in aqua, que vocatur Ferrum.

Heinricus filius suus, qui Apulyam, Galabriam et Zyzyliam suo subiugavit imperio.

Philippus frater eius 11 annis; hic ab Ottone palatino de Wittelisbach occiditur.

Otto filius Heinrici ducis Saxonum rex et imperator efficitur, et anno tercio imperii sui a summo pontifice ab imperio deponitur.

Fridericus filius Heinrici inperatoris natus in Sycilia, qui auxilio Innocentii pape tercii
1220. promotus est in regnum Romanorum et ab eodem papa consecratus in imperatorem. Hein-
ricus filius eius auxilio patris electus est in regem et cum patre regnavit annis.... Cum autem
1234. Fridericus pater in Ytaliam reverteretur et cum aliquo tempore mansisset ibidem, filius suus
1235. Heinricus sibi se opposuit. Fridericus hec audiens reversus in Alemaniam, filium Heinricum
1242. captivavit et eum in Apuliam transmisit vinculatum; ibique in captivitate mortuus est et
sepultus.

Fridericus vero postposito iuramento, quod fecerat Innocentio pape usurpavit sibi bona
1227. ecclesie et tenuit ea usque ad papam Gregorium, a quo fuit excommunicatus; sed facta
compositione absolutus fuit. Transactoque brevi tempore compositionem violavit usurpando sibi bona ecclesie, et tenuit ea violenter usque ad mortem Honorii et Celestini pape

a) hanc *cod.* b) trancenso *cod.* c) cum *bis legitur in cod.*

per auxilium civium Romanorum, qui eum contra apostolicos fovebant. Cum autem infra
discordiam Innocentius papa quartus electus et exaltatus fuisset et in urbe Roma non posset 1243.
resistere Friderico, transtulit se oculte in civitatem Ianuensem; et a Ianua postea* rece- 1244. fol. 53.
dens venit in civitatem Lugdunensem[a], ibique convocatis cardinalibus et multis pontificibus
et prelatis ecclesiarum prefixit et statuit concilium, et citavit Fridericum, ut in concilio com-
pareret, super obiectis coram principibus responsurus. Qui non conparuit, sed responsales
pro se transmisit minus sufficientes. Innocentius autem papa celebrato concilio, medianti- 1245.
bus patriarchis Anthiochie, Aquilegiensi, imperatore Constantinopolitano et multis maiori-
bus ecclesie, recitavit eis dampna et gravamina, excessus plurimos et multa crimina Fride-
rici, et lata sententia excommunicavit eum et privavit eum imperio et omni honore.

Principes vero Alemanie, scilicet archiepiscopus Moguntinus, Coloniensis, Treverensis 1246.
cum ceteris episcopis Argentinensi, Spyrensi, Metensi et aliis elegerunt apud Herbipolim Mai. 22.
Heinricum lantgravium Turyngie in regem. Electione vero facta idem rex prefixit principi-
bus curiam sollempnem apud Frankenfurt. Cum autem Fridericus depositus imperator filium
haberet in Alemania, qui rex Conradus dicebatur, ille curiam prefixam in Frankenfuort pre-
venire cupiens et impedire volens, collegit magnum exercitum et venit ad campos apud
Frankenfurt. Heinricus autem rex, qui curiam prefixit cum episcopis et fautoribus ecclesie,
collegit magnum exercitum, et insequebatur Conradum regem usque ad eosdem campos;
ibique facta est pugna et maximus conflictus inter predictos duos reges in festo beati Os- Aug. 5.
waldi, et Deus dedit victoriam ecclesie et regi Heinrico. Conradus autem rex fugiens ami-
sit multos milites et maxima bona, et imposuit Swevis, qui cum eo venerant et cum ipso[b]
multis amissis fugierunt, quod ipsi eum infideliter prodidissent. Swevi[c] proinde ira moti
conspiraverunt cum ecclesia et rege Heinrico, moventes bellum in regem Conradum et suos
fautores per Sweviam et circa Danubium et Mogum et ubique. Episcopus vero Argentinen-
sis nomine Heinricus de Stalecke obsedit in Alsatia munitiones, opida et castra, que Fride-
ricus et filius suus possidebant, et expugnavit firmissima et nobilissima duo castra Wikers-
heim[11] et Cronenberch[12], que funditus destruxit et alia* minuta castra igne consumavit; fol. 53'.
fautores vero eiusdem episcopi expugnaverunt ex altera parte Reni nobile castrum Mal-
berch[13] et castrum Husen[14] et multa opida. Post hec expugnavit idem episcopus castrum
Ortenberg[15], et subiugavit sibi opidum Offenburg, et Kinzinchental[16], et Gengenbach. Con-
radus autem rex filius Friderici, videns quod non poterat resistere fautoribus ecclesie, duxit 15
filiam[17] ducis Bawarie[18] spe consilii et auxilii, sed parum profuit ei, quia Swevi fugaverunt
eum de civitate in civitatem; et cum rege Heinrico obsederunt civitatem Uolmen in Swevia, 1247.
sed non expugnaverunt; propter magnum frigus et defectum pabuli oportebat eos recedere
de civitate. Rex autem Heinricus ab Uolma recens venit in Duryngiam, et mortuus est anno
ab incarnatione Domini 1247. mense Februario, et non regnavit per unum annum. Febr. 17.

Mortuo vero Heinrico rege papa Innocentius pro alio rege[d] laborabat, et inter principes
non invenit aliquem, qui se de regno vellet intromittere contra Fridericum et filium suum
Conradum. Tandem dux Brabantie[19] filium sororis sue[20], Wilhelmum comitem Hollandie, 19
domno pape et episcopis Alemanie presentavit. Quem episcopi elegerunt in regem apud Oct. 3.
Coloniam, promittentes ei iuramento prestito rebus et personis fideliter assistere. Qui cum 1248.
episcopis, comitibus et nobilibus obsedit Granis-aque[21] et firmissimum castrum Werde[22] in
fluvio Reni et Ingelnheim, que omnia sibi subiugavit. Colonia, Maguntia, Argentina eccle- 1249.
sie assistebant, sed Wormatia, Spira et alie civitates et opida Reni et Swevie, Bawarie et
Metis favebant Friderico et filio suo sub vinculo excommunicationis et eorum favore. Con-
radus autem, natus Friderici, tenuit bellum contra ecclesiam, et terram adversariorum suo-
rum devastavit incendio et rapina usque ad mortem patris sui Friderici, et ipse mortuus 1250. 1254.
est, et filium reliquit nomine Conradinum, genitum a filia ducis Bawarie. Post hec Wil-
helmus rex a Frisonis occisus est. 1256.

a) *sic corr. alia manus* Lugdoniam. b) ipsis *cod.* c) Swei *cod.* d) *sic corr. alia manus* papa.

11) Illwickersheim ab Arg. ad meridiem; cf. Heinrici Raspe tabulas ap. Wencker App. arch. p. 164. 12) Kronenburg ab Arg. ad occid., inter Marlenheim et Wasselonne. 13) Mahlberg in magno duc. Bad., inter Lahr et Ettenheim. 14) Hausach in magno duc. Bad., ad Kinzig fl., inter Haslach et Wolfach. 15) in magno duc. Bad., inter Offenburg et Gengenbach. 16) das Kinzigthal. 17) Elisabeth. 18) Ottonis II. 19) Heinricus II. 20) Mathildis. 21) Achen. 22) Kaiserswerth.

*Ab isto loco usque ad finem[23] compilatum est per Gotfridum, notarium curie Argentinensis, dictum de Ensmingen, ad preces magni Ellenhardi, procuratoris fabrice Argentinensis et gubernatoris prebendariorum pauperum Sancti Spiritus Argentinensis.*

Episcopus autem Coloniensis[24] post hec Angliam perrexit et inde duxit Richardum 1257. fol. 54. ducem Cornvalie, quem ipse et episcopus Maguntinus elegerunt in regem. Quibus dedit multam pecuniam et ceteris episcopis Alemanie et nobilibus terre. Et cum adhuc opulentus esset in diviciis, vehebatur per principes Alemanie ad singulas civitates et opida imperii super fluvium Reni, et ab omnibus civitatibus ob reverentiam principum, qui cum eo aderant, honorifice est receptus. Cum autem Richardus rex pervenisset usque ad civitatem Basiliensem, defecit ei substantia; tunc reliquerunt eum principes Alemanie solum, dicentes, quod eum non dilexerint ratione persone sed ratione substantie, et dederunt ei libellum repudii; et per aliam viam reversus est in regionem suam. Cuius regis memoria cum sonitu periit.

1250—1273. Tunc vacavit regnum Romanorum annis 23 usque ad tempora domini Ruodolfi, Dei gratia Romanorum regis.

1267. Vacante autem regno predicto, Conradinus, Conradi regis filius filii imperatoris Friderici, adhuc adolescens, pollens divitiis et honore, de morte patris sui Conradi et avi sui Friderici imperatoris dolens, cum esset infra dies luctus, consilio usus suorum volens et patrem et avum ulcisci, licet esset teneris sub annis, collegit exercitum magnum, venit in Ytaliam, volens invadere regnum Sycilie, quod ad eum ex successione hereditaria asseruit 1268. pertinere, tempore domni Clementis pape quarti. Hoc audiens Karolus, qui tunc ex donatione apostolica sibi assumpsit regni Sycilie gubernacula gubernanda, collegit vice versa exercitum. Et inito cum proceribus qui cum eo aderant consilio, qualiter et quomodo ipsi Conradino et suis resistere posset, favore tamen et auxilio domni Clementis pape congre-Aug. 23. gati sunt, ac acies hinc inde ordinate, aggressi sunt conflictum et bellum magnum, et facta est ibi cedes hominum magna, et obtinuit prima facie ficte Conradinus et sui victoriam; et cum[a] Theutunici insistentes spolio fugarent adversarios, adhuc Conradino existente in tentoriis, supervenit quedam acies Karoli et Conradinum captivare conantes; et cum se delu-Oct. 29. sum videret, fugiit. Demum captus et capite truncatus. De cuius morte tota dolet Germania.

## fol. 54'. INCIPIUNT GESTA INVICTISSIMI DOMINI RUDOLFI ROMANORUM REGIS.

Cum autem regnum Romanorum vacaret a tempore Rychardi regis, qui Romani imperii, licet profecisset modicum, assumpsit gubernacula gubernanda, et nullus Alemanie principum propter metum aliquorum nobilium Alemanie sibi Romani regni regimen assumere vellet, qui partem imperatoris et suorum contra ecclesiam fovebant[b], et medio tempore in partibus Alemanie et aliarum circumiacentium per diversos spoliatores viarum et nobiles ipsius terre fuerint insolentie quam plurime perpetrate, tempore domni Gregorii pape decimi, apud quem per diversos Alemanie nobiles et alios transeuntes sepe et sepius querimonia super tanta inportunitate vertebatur; inito consilio precepit principibus Alemanie, electoribus dumtaxat, ut de Romanorum rege, sicuti sua ab antiqua et approbata consuetudine intererat, providerent infra tempus eis ad hoc a domno papa Gregorio statutum; alias ipse de consensu cardinalium Romani imperii providere vellet desolationi.

1273. Mandato autem apostolico viso ab ipsis principibus et recepto, convenerunt apud Frankenfurt de electione Romanorum regis tractaturi. Qui utique electores, diversis inter se tractatibus et diverticulis habitis, non poterant de electione concordare, reducentes sibi invicem memoriam universorum nobilium per omnem gyrum Alemanie regionis. Cum autem essent in tractatu electionis Romani regis celebrande, venit inspirante desuper divina cle-25 mentia burgravius comes de Nuerenberg[25]. Cum audiret, quod inter se non poterant concordare, hortabatur eos, ut omnes et singuli in dominum Ruodolfum comitem de Habichesburg eligendum in Romanum regem vellent consentire, quem iustitia, equitas et rectitudo ab antiquo stabilirunt. Quem omnes principes mox cum nomen eius audissent, qui inibi presentes aderant[c], consensum suum benivolum adhibentes, elegerunt ipsum dominum Ruodolffum in regem Romanorum, excepto solo rege Bohemie qui absens erat, qui in eum tanquam in regem noluit consentire, Othokaro[26] videlicet, quinto rege Bohemie[d]; qui tamen

a) cum *bis in cod.* b) *sic corr. in cod.* fovebant. c) adderant *cod.* d) rege Bohemie *addidi.*

23) Cf. infra ad ann. 1290. 24) Conradus 1238—1261. 25) Fridericus. 26) secundo.

postmodum ab ipso domno Ruodolfo vitam finivit extremam, et a regno Bohemie destitutus omnino. 1273. Consensu vero inter electores habito communi, festinanter burgravium ante dictum pro ipso domno Rudolfo de electione sua confirmanda destinarunt. fol. 55.

Itinere itaque arrepto pervenit burgravius predictus ad terram Alsatie superioris, ad civitatem videlicet Basiliensem ibique invenit honorandum dominum Ruodolfum in obsidione, qua obsederat civitatem Basiliensem ante dictam. Oct. Et cum nuntiaret ei statum prosperum sue electionis facte per principes Alemanie, gavisus[a] obstupuit ex eo, quod omnium rerum creator Deus eum ad tantum honorem et regie maiestatis culmen dignatus esset, licet indignum, evocare. Mox relicto exercitu, anhelavit ad opidum Frankenfurt; et cum pervenisset in propinquitate dimidie leuce, factus est sibi occursus magnus a principibus et nobilibus, et precipue ab archiepiscopo Coloniensi[27], et honorifice receptus ac in regem 27 ab omnibus electus Romanorum, nec non electio de ipso facta cum magna sollempnitate ab omnibus, sicut decuit, confirmata. Principes vero et electores feoda sua ab eo reverenter receperunt cum obedientia debita et consueta, iuramento etiam ab ipsis prestito corporali, quod sibi tamquam Romanorum regi assistere vellent contra invasores et detentores bonorum imperii Romani. Quod etiam fideliter, ipso domino Ruodolfo coadiuvante, ad debitum, prout decuit, perduxerunt effectum; in tantum etiam, quod retraxit ad se bona imperii, illa videlicet, que predecessores sui imperatores et reges a retroactis longis temporibus suo non poterant dominio subiugare, sicut patebit inferius cuilibet infra scripta gesta legenti.

Electione vero de ipso domino Ruodolfo anno Domini 1273.[b] Kal. Octobris celebrata et confirmata cum magna sicut decuit sollempnitate et omnibus rite actis, que ad talem dignitatem expediri videbantur, insonuit status prosperus sue regie dignitatis per diversas mundi partes. Et inter cetera invaluit rumor ad civitatem Basiliensem, quam ipse dominus Ruodolfus primo obsederat cum exercitu magno et populo innumerabili. Et cum pervenisset ad episcopum Basiliensem dominum Heinricum[28] videlicet de Nuiwenburg[29], irruit in eum timor et tremor, tantus etiam quod pre nimio livore post modicum tempus mortuus est, 1274. Sept. 15. dicens circumstantibus: „quod asperius nichil esset inopi, cum surgeret in altum", ex eo fol. 55'. quia fortuna arriserat principi antedicto, dicens susurrando et vertendo se hinc inde propter amirationem, quam audierat: „quod si homini in hac vita viventi patere posset meatus ad Deum et in locum ipsius succedendi, quod ipse dominus Ruodolfus succederet in locum eius". Medio tempore autem dominus Ruodolfus rex laxatis habenis ad propria remeavit, 1274. Ian. et facti sunt mutuo inimici amici.

Dominus enim Ruodolfus rex Romanorum nobili ex prosapia exstitit oriundus, utpote filius Alberti comitis in Habichburg, qui fuit lantgravius Alsatie superioris, et in militia a iuventute nutritus. Erat enim dux milicie et vector vexilli civitatis Argentinensis usque ad tempora vite sue, et multa comoda et victorias conflictuum civitas Argentinensis tempore domini Heinrici de Veringen et domini Bertoldi de Decke episcoporum Argentinensium est consequta per eundem[30], de sursum tamen, a quo bona cuncta procedunt. Mater[31] vero 30 ipsius domini Rudolfi nobilis, quia filia comitis[32] in Kiburch, que virtutibus multis claruit et nobilitate. Mortuo autem patre ipsius domini Ruodolfi ipse dominus Ruodolfus successit in locum patris et factus fuit similiter dux militie civitatis Argentinensis et sequtus vestigia patris, in tantum etiam quod ipse solus timebatur per totam Alsatiam et Sweviam, favente tamen sibi civitate Argentinensi. Prevaluit enim contra comitem Petrum de Savoi, qui divitiis et milicia pollebat, expugnando castra sua, Baden[33] videlicet et Morsberg[34], castrum 33 Kiburg[35] et opidum Winterduir, et comitatum de Kyburg sibi subiugando ac comitem predictum ad propria fugando. Insecutus fuit eum cum mille et quingentis militibus armatis, suffragante civitate Argentinensi, et obsedit Beronam[36] et reddidit eos tributarios. Prevaluit etiam contra comitem de Tockenburg[37], quem omnino depauperavit, ita[c] quod semen eius querit panem. Dominos etiam de Regensberg[38], de Griesberg[39] et de Clingen[40] suo posuit sub iugo, et ipso facto fama per partes mundi volavit, quod non esset bellicosior eo.

a) gavvisus *cod.* b) *ante* Kal. *videtur* 3. *excidisse; cf. Ellenh. Annal.* 1273 *supra.* c) ita — panem *delevit alia manus.*

27) Engelberto II. 1261—1274. 28) Heinricum III, 1262—1274. Sept. 15. 29) Neuchâtel. 30) Cf. supra Ellenhardi Annal. 1228. 31) Heilwiga. 32) Ulrici. 33) ad Limmat fl. 34) Morimont inter Pfirt et Bruntrut, prope Levoncourt. 35) Kyburg a Winterthur ad meridiem. 36) Bern? 37) Toggenburg. 38) a Zürich ad septentrionem. 39) Griesenberg ad Thur fl., prope Busslingen, in Thurgau. 40) Duo castra hic respicienda sunt: Altenklingen a Constantia ad meridiem prope Wigoldingen, et Hohenkling ad Rhenum prope Stein, supra Schaffhausen.

fol. 56. Anno Domini 1273. 9. Kalend. Novembris, id est primo mense sue electionis, Ruo- 1273. Oct. 24. dolfus rex Aquisgrani coronatus est, et per archiepiscopum Coloniensem in regem est inunctus.

Dec.? Post hec reversus ad terram Alsatie, et post modicum tempus collecto exercitu expugnavit, arridente sibi fortuna, fortissima castra et opida Mulenberg[41], Crezingen[42] et Duor- 43 lach[43] ac totam terram Swevie ex alia parte Reni, que erat marchionis[44] de Baden, et orta fuit pax magna per Germaniam a montibus Ytalie usque ad lacum Anglicani maris.

1276. Sept. Anno Domini 1276. dominus Ruodolfus illustris Romanorum rex collecto exercitu Oct. magno una cum principibus Alemanie versus Austriam iter arripuit, ibique obsedit civitatem Wiennam contra regem Bohemum. Et subiugavit sibi civitatem Wiennam predictam, que capud est tocius ducatus Austrie, volens retrahere de manu regis Bohemie ducatum Austrie predictum, qui illum[a] violenter detinebat contra Romanum imperium. Et statuit sibi predictus dominus Rudolfus mansionem in civitate Wienna predicta. Videns autem rex Bohemus Othakarus, quintus rex Bohemorum, quod non posset resistere potentie et viribus illu- Nov. stris regis Romanorum, consilio suorum usus fedus iniit cum rege Romanorum et feoda sua ab eo receperat, ac omnia opida et castra ducatus Austrie existentia ad manus domini Ruodolfi resignavit. Post hec dominus Ruodolfus, quietam in terra Austrie cupiens sibi ducere vitam, retinuit sibi paucos nobiles Alemannie; et exercitum suum cum nobilibus ad Alemaniam remisit.

1278. Hec audiens Othakarus Bohemorum[b] rex, spiritu seductus reprobo, et fracto federe et iuramento, quod fecerat domino regi Romanorum, et indixit prelium collecto exercitu Ruodolfo regi predicto. Illustris vero dominus Ruodolfus Romanorum rex, videns se illusum ab Othacaro ex eo, quia dimiserat exercitum suum et nobiles Alemanie et fideles imperii, incitatus ad iram, nuntios suos misit festinanter ad fluvium Reni, ut subito sibi in auxilium venirent. Pauci tamen venerunt propter metum Heinrici ducis Bauwarorum, qui fol. 56'. adversarius* erat domini Romanorum regis et fautor Otthachari Bohemorum regis, preterquam dominus Basiliensis episcopus, frater Heinricus de ordine Minorum, et alii nobiles Reni usque ad numerum 300, qui per quasdam astutias transierunt terram ducis Bawaro- Aug. rum et venerunt Wiennam, cum die sequenti deberet esse conflictus.

Rex vero Ruodolfus illustris, implorato auxilio regis[45] Ungarorum, qui similiter ei in adiutorium venerat contra Bohemum, licet gentes essent inermes et non bellicose, congressus est cum paucis militibus valeratis in acie sua existentibus, qui erant de Swevia et 46 Reno, ad campum quemdam situm inter aquam que dicitur Mar[46] et opidum Marreche[47], nolens iniuriam sibi illatam inpunitam transire. Invocato Dei omnipotentis auxilio, qui eum pre cunctis principibus Alemanie ad culmen regie maiestatis dignatus fuit evocare, collocata pre oculis equitate, asserens se potius mori velle, quam talem posse iniuriam tollerare. Inventoque rege Bohemo in eodem campo cum exercitu magno et populo innumera- Aug. 26. bili super arenam maris, aggressus est Bohemum et suos tamquam leo animosus 7. Kalend. Septembris, que tunc fuit feria sexta. Plus arridente sibi domina fortuna quam pugnantium suorum fortitudine, contrivit Bohemum; qui contritus et occisus est, de suis vero 14 milia submersi et occisi sunt et plures captivati sunt. Et facta est cedes magna. Et retraxit de manibus et iugo persecutionis Bohemi totum ducatum Austrie, nec non totum regnum Bohemie suo subiugavit imperio, et siluit Austria et Bohemia in conspectu eius. Perierunt tamen paucissimi milites ex parte Romanorum regis.

Post hec statuit sibi mansionem in civitate Wienna per triennium; timuitque tamen sibi timore magno propter traditionem populi terre ex eo, quod Bohemus reliquerat filium unum[48], cuius avunculi erant marchiones de Brandenburg, qui se regi opposuerunt propter Nov. Dec. filium Bohemi. Tandem inito consilio cum suis, desponsavit filio Bohemi filiam suam[49] in uxorem et restituit sibi regnum Bohemie. Et sic facta est pax in die illa. Instituit etiam Ruodolfus rex filium suum Albertum de consensu principum ducem Austrie. Illo namque fol. 75. die quo* conflictus exstitit inter predictos duos reges, rumor ad civitatem pervenit Argentinensem, quod dominus Ruodolfus Romanorum rex prevaluerit contra Bohemum, quod

a) illud *cod.* b) Bohemaorum *cod.*

41) Mühlburg a Carlsruhe ad occid. 42) Grötzingen a Carlsruhe ad orientem. 43) Durlach a Carlsruhe ad orientem. 44) Rudolfi. 45) Ladizlai IV. 46) March fl. 47) Marchegg. 48) Wenceslaum II. 49) Gutam.

postea inventum fuit ex relatione veridica sic esse peractum. Verum etiam dominus Ruo- 1278.
dolfus antedictus filiam[50] regis Bohemie filio suo[51], duci Swevie[52], desponsavit. Ipso autem 50
anno in tantum profecit annona, quod quartale tritici vendebatur pro 28 denariis et quartale
siliginis pro 16 et quartale ordei pro 10 denariis et 14 ova pro 1 denario et pullus pro 2
denariis et 8 alletia pro uno denario.

Post hec illustris dominus Ruodolfus versus Sweviam ad terram sue nativitatis anhe- 1281.
lans, venit Constantiam, et ibi pacem generalem per nobiles terre et cives eiusdem civita- Sept.
tis iuramento, ab ipsis coram ipso rege interposito, et pena debita vallavit. Quod et fecit
in Turego[53], Schafusa et Basilee et aliis civitatibus et opidis imperii. Hiis itaque peractis
descendit fluvium Reni. Collecto exercitu obsedit civitatem Friburg in Brisgavia, exigente Oct.
delicto comitis[54] de Friburg; et eum et civitatem predictam suo imperio subiugavit. Deinde 54
recedens venit Argentinam, et pacem generalem in omnibus civitatibus Reni in statum Nov.
pristinum reformavit. Abhinc ad civitatem festinans Moguntinam, ibique et in opido Oppen- Dec.
heim mansionem sibi statuit sex septimanarum et ibidem instituit pacem. Et cum adhuc
esset apud Oppenheim, comes Heinricus de Luzelnburg apud Maguntiam obiit anno Domini
1280. ante nativitatem Domini.

Anno eodem submersus est apud Rynnouwen[55] in vigilia Thome apostoli comes Hart- Dec. 20.
mannus, filius domini Ruodolfi regis, cui desponsata erat filia regis Anglie, et submersi
sunt cum eo aliqui nobiles et servientes, eratque in etate annis 18.

Anno Domini 1280.[56] obiit domina regina[57], uxor domini Ruodolfi regis, in Bohemia et Febr. 16.
sepulta est in Basilea.

Post hec collecto exercitu magno, retraxit de manibus archiepiscopi Coloniensis[58] no- 1282.
bilissima castra Werde[59] et Kocheme[60], et radicitus evulsit castrum Rienecke[61], quod erat
domini de Hohenvels.

Expeditione itaque predicta feliciter peracta, antequam menbra sua lassata quieti fol. 57'.
daret, obsedit castrum Bruonnendruot[62] anno Domini 1283. feria tercia post dominicam 1283. Mart. 2.
Esto mihi, et duravit obsidio usque ad parasceue, et expugnavit predictum castrum ad pre- Apr. 16.
ces domini Heinrici de ordine Minorum, quondam Basiliensis episcopi[63], et retraxit illud
de manibus comitis[64] de Montpeiliart[65], qui illud violenter detinuit diu contra episcopatum 64
Basiliensem.

Deinde cum alia expeditione festinans versus partes Swevie, obsedit quinque castra 1284.
firmissima dicta Waldecke[66]; et ea expugnavit et radicitus evulsit, pro eo quia[a] domini Sept.
castrorum predis insistebant contra pacem generalem. Nov.

Anno Domini 1285.[67] rex antedictus obsedit opidum Petterlingen[68] et durante obsidione 1283.
predicta per dimidium annum tandem illud suo subiugavit imperio et cum eo opida Muor- Iun.–Dec
ten[69], Guiminam[70], Milthuon[71] et maximam partem Buorgundie[b], quam possedit comes[72]
de Savoi contra imperium Romanum.

Illa expeditione cum laude peracta anno Domini ut supra, quidam spiritu seductus
reprobo, falcem suam mittere volens in messem alienam, asseruit se esse Fridericum
quondam imperatorem, quamvis moribus suis contrarium ostenderit nefandis. Heretica
pravitate cecatus, excecavit cum eo multos nobiles Alemanie, licet tamen per aliquos
dominos Theutunie in odium domini Ruodolfi regis fuerit sustentatus. Statuitque sibi
mansionem in Nuisen[73], in opido domini archiepiscopi Coloniensis super fluvium Reni, 73
ibique factus fuit concursus magnus a nobilibus Alemanie et civibus diversarum civi-
tatum, ad quos fama repleta malis evolavit, et specialiter ab hereticis, qui in eo tan-
quam in secta Manicheorum anchoram heretice pravitatis[c] firmaverunt. Et permansit in
opido predicto duobus annis. Et multos sua pravitate et arte magica fecit titubare, et in

a) qui *cod.* b) Buorgundi *cod.* c) pravatis *cod.*

50) Agnetem. 51) Rudolfo. 52) Cf. Stälin Wirt. Gesch. III, 39. 53) Zürich. 54) Eginonis. 55) Cf. Annal. hospit. Argent. 1281. supra p. 104. 56) imo 1281. 57) Anna. 58) Sifridi 1275—1297. 59) Kaiserswerth. 60) Kochem ad Mosellam fluv. 61) Rheineck inter Andernach et Remagen. 62) Bruntrut, Porrentruy a Pfirt inter meridiem et occasum solis. 63) Heinrici IV, 1274—1286. 64) Reinaldi de Burgundia. 65) Mümpelgard. 66) in regno Wirtemb., prope Nagolt fluv., a Calw ad meridiem. 67) imo 1283. 68) Peterlingen, Payerne. 69) Murten. 70) Gümmenen inter Bern et Murten. 71) Milden, Moudon inter Peterlingen et Lausanne. 72) Philippus. 73) Neuss.

1283. tantum, quod etiam aliqua opida imperii Ruodolfo regi se opposuerunt, Hagenoa videlicet
et Columbaria et alie civitates et opida, credentes illum nefandum per verum ostium in-
1285. troisse, cum contrarium fuerit inventum. Perniciosus autem ille homo de tanto excessu
fol. 58. non erat contentus, et se transtulit ad oppidum imperii Wetflar[74], quod et ipsum nefan-
dissimum hominem recepit, tamen non sine timore. Cui favebant opida Frankenfurt, Wet-
75 flar, Frideberg[75] et Geilnhusen[76] et alia opida, sub nubilo cecitatis dominum suum iustum
deserere[a] volentes et adherere iniusto, sibique omnem operam quam poterant operosius
impendebant. Cum autem rumor validus auribus domini Ruodolfi regis insonuisset de
premissis, asseruit hoc esse absonum et non fore congruum rationi, et reputavit eum
fatuum et insanum. Tandem post multas versutias nefandissimi hominis, in tantum quod
communiter a maiori parte populi Alemanie dubitabatur, quem ipsorum pro domino habere
vellent, et quod navicula domini Ruodolfi fortissime vacillare cepit, hoc animadvertentes
fideles imperii et amici domini Ruodolfi regis, videlicet comes Fridericus de Liningen senior
et comes Eberhardus de Katzenellenbogen, festinanter venerunt ad dominum Ruodolfum
Iun. regem, qui iam erat in obsidione, qua obsederat opidum Columbarie in Alsatia, dicentes
eidem: nisi subito precluderet viam illi homini perverso, quod tota regio Alemanie se
mandatis et preceptis nefandissimi submittere vellet pro constanti[b]. Medio autem tempore
perfidus homo ille miserat ad dominum Ruodolfum regem, ut die ad hoc statuta veniret
ad conspectum suum, feoda sua et regnum, tamquam a vero imperatore recepturus. In-
dignatus rex valde et ad iram incitatus, cum sic se videret illusum, relicto exercitu, re-
Iul. sumpsit alium exercitum et venit ad opidum Wetflar[c] festinanter. Cum autem cives opidi
predicti audissent, quod dominus Ruodolfus contra eos incitatus esset ad iram, et cum iam
ipsius obsidionem sibi viderent inminere, timebant sibi diversis penis et malleis concuti
per eundem, cum scirent se deliquisse. Inierunt intra se consilium, quod potius eis esset
resumere dominum suum verum, quam retinere sibi fantasticum, cum per verum ostium
nefandissimus non introisset. Subito miserunt potiores civitatis obviam domino Ruodolfo
regi, misericordiam petentes, promittentes ad manum ipsius regis, quod seductorem illum
pernitiosum tortoribus et ministris regis, ipsius exigente malitia, vellent committere truci-
fol. 58'. dandum, et se submittere gratie per omnia ipsius regis. Hoc audiens familia ipsius nefan-
dissimi, mox fugam dedit et reliquerunt eum solum. Perfidus ille homo et quidam alter
cum eo, quem sua magica excecaverat arte, presentati sunt tortoribus et ministris regis,
et submissi sunt tormentis variis, et postea exigente heretica[d] pravitate igne sunt concre-
mati. Quorum etiam memoria cum sonitu periit, et per eos preclusus fuit aditus[e] aliis, ne
aliquis amplius talia facere presumat.

Dominus vero Ruodolfus, reductis ad lumen veritatis qui magica arte fuerant excecati,
Sept.? laxatis habenis reversus est ad opidum Columbarie. Mox cum cives opidi predicti audissent
adventum regis et concremationem hominis pernitiosi, timebant sibi, eo quod a via reces-
serant veritatis, misericordiam petiverunt. Rex vero pius eos ad misericordiam et gratiam
suam admisit. Attamen ei quatuor milia marcarum in memoriam eorum delicti, ne in
posterum aliis daretur via delinquendi vel similia faciendi, pro pace dederunt; et facta
est pax.

1286. 1287. Post modicum vero tempus seminator discordiarum dyabolus, videns mundum in tran-
quillo constitutum, syzanyam seminavit inter quindecim comites de terra Swevie, videlicet
77 de Monteforti, de Helfenstein[77], de Wurtenberch, de Tockenburg et eorum in hac parte
complices ex una, et inter dominum Ruodolfum Romanorum regem ex altera. Qui omnes
contra regem predictum conspiraverunt, et in mortem eius fuerunt machinati, acuentes
acies suas; et metati sunt castra, conantes ad destructionem culminis regie maiestatis.
Cum autem fama predicta, multas in se contumelias continens, pervenisset ad dominum
Ruodolfum regem, nec timore nec tremore vel pavore concussus, sed tanquam leo animo-
sus collecto exercitu versus terram suorum emulorum arripuit iter. Et prima facie invasit
78 comitem[78] de Helfenstein, quia terra sua vicinior ei fuit; quem mox, cum resistere tante
potentie non valeret, suo subiugavit imperio. Et per illum comitem et munitiones eius et
fol. 59. civitatem imperii Esselingen aggressus est' comitem[79] de Wurtenberg. Cuius comitis

a) desere *cod.* b) constati *cod.* c) *in cod.* Frideberg *corr.* Wetflar. d) heredica *cod.* e) additus *cod.*

74) Wetzlar. 75) Friedberg inter Wetzlar et Frankfurt. 76) Gelnhausen. 77) prope Geislingen, in regno Wirtemberg. 78) Ulricum. 79) Eberhardum.

castra, munitiones[a] et villas incendio vastavit et ea in cineres redegit, et homines terre 1286.
sue suffragante fortuna diversis persecutionum malleis persequi, exigente eorum excessu, 1287.
non formidavit[b]. Et cum videret, quod sibi non posset resistere, rogavit nobiles et principes, ut pro eo intercederent apud regem, ad gratiam suam optinendam. Demum post multas nobilium Alemanie ad ipsum regem pro ipso comite[c] fusas preces, reducendo ei ad memoriam, qualiter sibi esset vinculo consanguinitatis astrictus, et quod adhuc esset teneris sub annis, et quod premissa non fecerit motu proprio sed inductus, recepit eum ad gratiam suam. Sine mora autem assumpsit sibi predictos duos comites, quos suo sub dominio compulit esse, et invasit tres comites fratres de Monteforti, viros potentes et nobiles, pollentes multis divitiis, animadvertens in eos, et totam terram eorum in cinerem redegit. Qui una voce post multa dampna eis illata gratiam postulantes, et dominium ipsius domini Ruodolfi subierunt suave. Et sic per magnam suam sagacitatem cum victis evicit evincendos; et inciderunt indifferenter in foveam, quam foderunt manus eorum. Verum cum reliqui comites, qui una cum iam evictis conspirarunt, vidissent et pro parte sentivissent, quam caute dominus rex suos complices suo sub iugo tenuisset, et cum eis iam subiugatis non sine magno eorum scandalo intenderet subiugandos subiugare, timebant sibi timore magno et rogaverunt et rogari fecerunt, ut excusatio eorum in conspectu regie maiestatis dignaretur admitti. Qui cum venissent ad aspectum iudicis metuendi, cum iuramento negaverunt, se cum aliis contra predictum regem conspirasse. Rex vero tanquam dominus pacis, eos ad excusationem eorum amisit. Et facto federe inter eos et dominum Ruodolfum, iuraverunt eidem domino Ruodolfo et imperio in perpetuum assistere contra quoscunque. Et sic facta est pax in tota terra Swevie, ab Alpibus montium Ytalie usque ad Traiectum super fluvium Reni, et quievit omnis Alemania in conspectu eius.

Hiis itaque cum magna laude peractis, anno Domini 1284. dominica Circondederunt 1284.
illustris dominus Ruodolfus rex anno etatis sue nonagesimo[80] duxit in uxorem dominam Febr. 6. fol. 59'.
Elisabetam[81], filiam ducis Ottonis senioris[82] Burgundie, dicti de Tygun[83], apud Rymilisberg[84], que tantum erat in etate 14 annorum et pulcra nimis. Et celebrate fuerunt nuptie 84
in civitate Basiliensi cum magna sicut decuit sollempnitate eodem anno quo supra, intra festum pentecostes et festum Iohannis baptiste. Ibique convenerant episcopi, principes Mai. 28. Iun. 24.
aliqui, duces, comites, barones et multi nobiles.

Post hec anno Domini ut supra, dominus Ruodolfus rex collecto exercitu perrexit 1286.
contra episcopum Spirensem et obsedit castrum et opidum Luoterburg[85], quod ad Roma- Apr.
num imperium asseruit pertinere. Et fuit in obsedione predicta per sex septimanas; demum Apr. Mai.
expugnavit illud et retraxit de manibus episcopi Spirensis. Nec solo hoc contentus, ipsum episcopum, dominum Heinricum[86] videlicet de Bolandia, in exilium misit; in quo exilio extra regnum Romanorum stetit annis . . . . . . . . . usque ad obitum Ruodolfi regis. Causa sui exilii dicebatur esse ea, quod dominum Ruodolfum regem, cum regressum fecit de concrematione nefandissimi hominis[87], interficere voluit manu armata, cum ipse dominus 87
Ruodolfus sua sederet in byga; sed munitus ad enudandam veritatem[d] et malitiam convincendam se absentavit, et inventum fuit, ad litteram sic velle fecisse.

Deinde modico elapso tempore callidus hostis antiquus, qui nunquam in perpetra- 1287.
tione[e] scelerum exsistit[f] saciatus, livorem sue dampnabilitatis seminavit in terris, sicut leo rugiens circuens, querens quem devoret, suadens quibusdam principibus, episcopis dumtaxat et comitibus, abbatibus et aliis nobilibus, ut se Ruodolfo regi contra fedus, quod cum iuramento ipsi promiserant, opponerent, et partem regni et terre imperii occuparent, cum ipse Ruodolfus esset decrepitus et senex et cito claudere posset diem suum extremum. Que inquam spes de morte ipsius regis multos in partibus Alemanie decepit, in tantum quod multi ex nobilibus Alemanie[g], de morte ipsius Ruodolfi regis plus quam de vita fol. 60'.
ipsius sperantes, perierunt et adhuc cottidie pereunt, cooperante clementia divina. Quam inquam suasionem dyaboli secuti sunt episcopus Curiensis[h, 88], abbas Sancti Galli[89] frater 89

a) minutiones *cod.* b) formida *cod.* c) comites *cod.* d) veritatem — fecisse *in loco raso.* e) perpetratiane *cod.* f) exstit *cod.* g) *sequitur* qui *in cod.* h) Curcensis *cod.*

80) imo sexagesimo sexto; v. infra Annal. Colmar. 1218. 81) sive Isabellam. 82) imo Hugonis IV. ducis Burgundiae. 83) Dijon. 84) Remiremont. 85) Lauterburg. 86) imo Fridericum, qui sedit ab 1272 ad 1302. 87) Pseudo-Friderici, vid. supra. 88) Fridericus I. de Montfort 1282—1290. 89) Wilhelmus de Montfort.

1287. eius, et tres comites, fratres episcopi et abbatis predictorum de Monteforti. Et fracto fe-
dere et iuramento quod ipsi domino Ruodolfo fecerant antea, modico elapso tempore et
mandatis eiusdem domini Ruodolfi obedire non curarunt, et proicientes iugum sui dominii
suave, tanquam indomiti recalcitrarunt. Audiens hoc dominus Ruodolfus rex, qui totum
mundum suo continet pugillo, ira motus adversus eos iter arripuit, collecto exercitu magno
90 obsedit opidum Wille[90], quod postea non multo tempore expugnavit et custodie mancipa-
1288. vit. Et recedens abhinc, ordinavit pacem inter comitem de Montpeliart et dominum Petrum[91]
episcopum et cives Basilienses. Qui comes fere quartam partem civium Basiliensium et
potiores ex eis et nobiles alios plures episcopatus eiusdem et aliarum partium Alemanie
durissimis vineulis suis in carcere tenuit captivatos, qui omnes per adiutorium domini
Ruodolfi regis a captivitate illa stricta fuerunt liberati, ad quorum liberationem, ipso domino
Ruodolfo non existente, multa non suffecisset pecunia.

1287. In quo conflictu, cum episcopus Petrus Basiliensis et sui, inter quos erat nobilis[a] qui-
92 dam de Brisgavia[92], qui in triplo plus habebant in militia, quam comes Montis-peiliardis:
mox cum nobilis[b] ille, cuius nomen non ignoratur, vidisset adversarios in remotis, laxatis
habenis fugam dedit, et ipso fugiente cum magna militia dans aliis exemplum fugiendi, et
fugierunt plures cum eo. Et confudit sic per suam fugam et denigravit bonam famam
militie Theutunie regionis, que fama nunquam fuisset in debitum modum et odorem bonum
restaurata, si non peregisset dominus Ruodolfus rex Romanorum, prout in expeditione
Bysuntina videbitur contineri infra scripta. Cives autem et milites Basilienses, qui cum
ipso erant episcopo, fugere nescientes, quia habuerant odorem bone fame, inierunt con-
flictum cum comite Montpeiliardensi, et multi ex eis perierunt; reliqui autem captivi de-
fol. 60'. ducebantur. Et sic optinuit comes de Montpeiliart victoriam, quam non obtinuisset, si
nobilis[c] ille de Brisgavia fugam non dedisset, de qua tota militia Alemanie submisso capite[d]
et turbido incedebat vultu.

1288. Interea autem cum dominus Ruodolfus rex pro redemptione captivorum suprascripto-
rum laborasset, et eos a tam enormis et durissimis vinculis inimicorum eripuisset, episco-
pus Curiensis et sui fratres, comites videlicet de Monteforti, et abbas Sancti Galli collecto
exercitu invaserunt terram comitatus in Habichesburg, et eam incendio et spoliis devasta-
runt. Dux vero Swevie, filius domini Ruodolfus regis, ex adverso exercitum aggregavit,
1289. et cum inimici sui insisterent incendiis, irruit in eos manu forti, et optinuit victoriam, et
occisi sunt plures ex eis, et potiores captivos deduxit. Captivavit enim episcopum Curien-
sem et unum ex comitibus de Monteforti, et custodiendum eos in vinculis destinavit. Epi-
1290. scopus vero Curiensis, cum a captivitate clam recedere vellet, de quadam[e] ruppe se pre-
93 cipitavit et fracta cervice mortuus est[93].

1289. Post hec dux Swevie antedictus insequtus adversarios imperii de opido ad opidum,
tandem obsedit firmissimum et nobilissimum castrum Tockenburg antiquum[94] abbatis
Sancti Galli; et sine mora illud expugnavit propter defectum victualium, et ex eo etiam
quia inhabitantes castrum redemptionem non sperarunt. Deinde obsedit firmissimum
castrum Hymberg[95], quod similiter brevi in tempore cepit. Et ipsa castra ad usus suos
perpetuo applicavit. Nec hoc solo fuit contentus, inmo etiam ipsum abbatem Sancti Galli
96 auxilio patris destituit, et alium in eodem monasterio, dictum de Kempte[96], instituit[f] abba-
tem. Et sic privati sunt plures ex eis corpore, divitiis et honore. Comites etiam de Olten[97],
et de Froburg[98] fecit sibi tributarios, et eos civitate Zovingen[99] privavit omnino.

1288. Apr. Paululum autem postea auxilio patris obsedit firmissimum castrum Wizenburg[1] anno
Domini 1287. pro eo, quia inhabitantes castrum spoliis insistebant et transeuntes spoliarunt

a) nobilis — de *in loco raso, ubi hae litterae remanserunt:* E........burgo in. b) nobilis — ignoratur *in loco raso, in quo cernuntur harum litterarum vestigia:* E.......burgo. c) nobilis — Brisgavia *in loco raso.* d) capito capite *cod.* e) quodam *cod.* f) institituit *cod.*

90) Wyl prope Thur fluv., inter St. Gallen et Winterthur. 91) Petrum I, qui sedit ab 1286 ad 1296. 92) comes Egino de Friburgo, cf. praefationem nostram. 93) die 3. m. Iunii secundum Eichhorn Episc. Cur. p. 99. 94) Alt-Toggenburg. 95) Iberg prope Thur fluv., inter Kappel et Lichtensteg. Cf. Kopp Geschichte der eidgen. Bünde II, 1, 702. n. 9. 96) Conradum de Gundelfingen administratorem abbatiae Campidunensis (Kempten dioec. Constant.). 97) ad Aar fluv., in pago Solothurn. 98) ab Olten ad septentrionem. 99) Zofingen in Aargau. 1) Weisenburg in magno duc. Bad., inter Stühlingen et Bonndorf.

indifferenter, petram ipsius castri emoliendo et radicitus exstirpando. Inhabitantes etiam 1288. castrum perpetuo carceri destinavit.

Eodem itaque anno civitas Bernen[2] se domino Ruodolfo opposuit propter quedam fol. 61. iura, que sibi dare contra iusticiam denegarunt. Quam civitatem ipse dominus Ruodolfus obsedit, et cum diu in eadem obsidione fuisset, parum profecit. Deinde dimisso exercitu, Mai.-Sept. munivit castra circumiacentia et viciniora civitati predicte militibus, ut custodirent, ne civibus eiusdem civitatis pateret exitus a civitate, vel eciam aliis patere posset aditus[a] ad eandem. Et cum cives predicti ex hoc multum essent angariati, in tantum quod defectum paterentur salis, nec adhuc flecti poterant, ut ad gratiam domini Ruodolfi regis vellent redire optinendam. Cum autem discordia predicta duraret per annum et dimidium, quadam medio 1289. Apr. 27. tempore dierum venit dux Suevie, filius invictissimi domini Rudolfi regis, habens in militia vix numero 300, versus civitatem tendens Bernen, et dimicare cupiens cum eisdem, misit partem de militibus suis versus portas civitatis. Cives autem civitatis predicte cum viderent paucitatem militum, manu armata fecerunt obviam eis, sperantes contra eos prevalituros. Dux vero ex adverso irruit in eos cum reliqua militia sua. Et factus est ibi conflictus magnus, et prevaluit dux contra cives, et occidit ex eis numero centum, captivavit de potioribus civitatis centum quinquaginta, et alios convertit in fugam. Et subiugavit illam nobilissimam et firmissimam civitatem Bernen, ita quod ad omnem voluntatem et nutum domini Ruodolfi regis patris sui et suam eosdem cives et civitatem redegit in servitutem[b]; et eis abstulit infinitum thesaurum, et menia civitatis eiusdem vectesque portarum evelli precepit, quod tamen Ruodolfus rex, ne hoc fieret, contradixit. Et sic facta fuit civitas Bernen tributaria, que antea fuit libera. Similiter fiat omnibus qui faciunt ea, et omnibus qui confidunt in eis. Dominus eciam Luodowicus, comes de Hohenberg[3], consanguineus domini Ruodolfi regis et fidelis imperii, in eodem conflictu est occisus, et sepultus in monasterio Wettyngen[4]. De cuius morte doluit multum dux Swevie, et incitatus ad iram in 4 tantum, quod plures ex civibus potioribus, cum de morte eius intellexisset, precepit occidi; quod non fecisset, si de nece non fuisset ad iram motus eiusdem.

Postea vero anno Domini 1287. mense Octobri dracho quidam montes transiens Ytalicos, trahens sub cauda sua terciam partem stellarum, id est magnam partem corruptorum prelatorum, et precipue eius conductorem, quondam episcopum Basiliensem de ordine 1286. Octobr. fol. 61'. Minorum[5], dominus videlicet Iohannes Tusculanus episcopus, in partibus Alemanie a domino Honorio[6] papa legatus, trahens caudam suam veneficam per totum regnum Ale- 6 manie, et multos sua symoniaca infecit pravitate. Statuitque sibi primo mansionem in civitate Basiliensi, et ibi sue legationis functus officio, sub proteccione tamen domini Ruodolfi Romanorum regis. Et cum aliquanto tempore ibi stetisset, et magnum thesaurum congregasset, ab illo loco se transtulit ad civitatem Argentinensem, ibique permansit tribus diebus inmediate sequentibus, aliqua de privilegiis ipsius civitatis mediante domina pecunia confirmando, aliqua etiam instituit et condidit de novo. Que omnia postmodum ex insatiabilitate[c] sui cordis avari de facto et sine causa revocavit. Abhinc ille insatiabilis, oculos habens Argi, versus Spiream cepit iter, et ab illa civitate Wormatiam venit, auxilio tamen domini Ruodolfi regis Romanorum. Et cum aliquo tempore ibidem permansisset, indixit et convocavit concilium, Herbipoli celebrandum die ad hoc certa statuta. In quo concilio convenerunt omnes archiepiscopi, episcopi, abbates et alii ecclesiarum prelati et 1287. Mart. 16. multi nobiles Alemanie per totum Alemanie regnum, una cum domino Ruodolfo Romanorum rege, sub cuius alis ille insaciabilis legatus tutissimus ibat, sperantes se scientiam doctrinamque veram ab ipso legato recepturos, quia a fonte vero, id est a sede apostolica, rivulus emanavit, licet tamen omnem suam intentionem fundaverit super uno, quod dicitur moneta, aurea argenteaque, illamque monetam statuerit ante oculos suos, in ea fiduciam habens plenam, utpote vendendo patrimonium Crucifixi fronte elata[d]. Deinde cum statuta concilii per ipsum legatum edita fuerunt et coram omnibus promulgata, archiepiscopus tamen Coloniensis[7], qui ibidem aderat, pro se et omnibus sibi aderentibus ab ipso legato et 7 eius statutis sedem apostolicam appellavit. Insurrexit etiam in medium dominus Conradus

a) additus *cod.* b) servitatem *cod.* c) insatiabilite *cod.* d) elato *cod.*

2) Bern. 3) Homberg inter Sissach et Olten. 4) Wettingen prope Limmat fluv., a Baden ad meridiem, dioec. Constant. 5) Heinricum, ex episcopo Basileensi factum archiepiscopum Moguntinum, 1286—1288. 6) quarto, 1285—1287. 7) Sigefridus, 1275—1297.

1287. Mart. fol. 62. dictus Probus de ordine Minorum episcopus Tullensis[8], coram omnibus qui ibidem aderant, ad collisionem tendens drachonis — desuper divina clementia influente, ab omnipotente videlicet domino Deo, qui sedet in solio regni, id est super Scherubyn, intuetur abyssum, hoc est in profundum cordis omnis hominis boni et mali, fideles suos in statu voluit esse salvandorum et malos penam pro meritis recepturos — ipsius legati crimina et actus nefarios detegendo, et similiter contra eum et suos actus illico ad sedem apostolicam appellando. Et factus est ibidem in ipsum legatum insultatio populi tumultusque magnus et susurratio inter omnes, moventes capita sua et frendentes super eum dentibus suis, insurgentes unanimiter contra eum. Dominus vero Ruodolfus rex eundem sub alis suis recepit et ad locum deduxit tutum. Mox cum ipse legatus furiam[a] vidisset Alemanici populi, intra se ait: *Utinam in urbe sederem Romana, in domo patris mei, et cum suis mercenariis caule vescerer Lumbardorum.* Et statim hoc emisso, deductus fuit adiutorio domini Apr. Mai. Ruodolfi regis ad civitatem Wormatiensem. Abhinc sine mora se transtulit Metis[9], et statuit sibi mansionem ibidem aliquo tempore, non tamen multo. Deinde ad Novam-civita- Sept. tem[10] in Lothringia se transtulit auxilio ducis Lothringie, et abhinc oculte per aliam viam in terram suam est reversus, nunquam tamen ut speramus reversurus. Episcopum vero Tullensem ad audientiam domini pape fecit evocari; qui in nomine Domini ad curiam Romanam iter arripuit, et coram apostolico audaci fronte se representavit, et se viriliter legato et suis opposuit. Videns legatus audaciam episcopi Tullensis, cum aliquantulum cum eo litigasset, actionem pre nimio pudore remisit, et siluit cum magna confusione. Archiepiscopum etiam Coloniensem non impeciit super hiis, que attemptaverat contra eundem, quia scivit, quod mandato apostolico secundum traditam sibi in sua legatione formam a sede predicta fuisset abusus. Et sic confusus coram papa et suis cardinalibus obmutuit. Et data fuit licentia episcopo Tullensi cum magna laude ad propria remeandi.

1275. Et ne de gestis invictissimi domini Ruodolfi Romanorum regis aliquid pretermittamus, recurramus ad principium, sue electionis celebrate confirmationem. In primis enim et ante omnia post confirmationem sue electionis colloquio voluit uti, sicut decuit, domini Gregorii fol. 62'. Oct. pape decimi. Audiens hoc dominus Gregorius decimus, obviam fecit ex sui benivolentia domino Ruodolfo regi antedicto apud civitatem Lausanensem, contrahentes mutuo magnam familiaritatem. Cum autem dominus Ruodolfus rex colloquio domini pape fuisset usus, et licentia ab ipso domino papa petita et obtenta, ad propria remeasset, et de statu regie Dec. 1276. dignitatis tractaret, statuit sibi mansionem in opido Hagenoensi, indeque iter arripuit versus Austriam contra regem Bohemorum, prout superius est prescriptum.

1289. Iul. 16. Anno Domini 1289. crastino Margarete profectus est dominus Ruodolfus, Dei gratia Romanorum rex, comes quondam in Habichesburg, anno regni sui 16. contra archiepisco- 11 pum[11] et civitatem Bysuntinensem, Ottynum[12] comitem Buorgundie, ac generaliter contra omnem Galliam, causa reipublice, id est ad recuperandum honorem et bonam famam tocius Theutunie. Que fama denigrata fuit et odor bonus Alemanie mutatus in fecem propter detestandam fugam episcopi[b] Basiliensis et eorum, qui cum eo erant, in conflictu contra comitem de Montpeiliart et suos; qui, nunquam evaginato gladio, nec vultum defensionis habentem 13 fugam dedit[13]. Non enim in odium ipsius domini fugientis[c] istud est conscriptum, sed ut alii nobiles Alemanie more Theutunicorum audaciam cum astutia manuteneant competenter, et ut animosi animosius animentur, sicuti generosa propago ipsius domini delinquentis[d], que ab antiquo et longis retroactis temporibus pre omnibus Alemanie nobilibus gestis nobilissimis et floridis floruit habundanter. Habuit enim prefatus dominus Ruodolfus rex in expeditione predicta sex milia equitum, quorum duo milia et trecenti fuerunt valerati, Aug. et centum milia peditum, et 18 milia cum 300 curruum et bygarum. Intravit itaque potenter Galliam, et obsedit civitatem Bysuntinensem metropolitanam, destruxit segetes civitatis

a) furiem *cod.* b) episcopi — cum eo erant *in loco raso.* c) fugientis *in loco raso.* d) delinquentis, que *in loco raso.*

8) Conradus II. 1279—1296. 9) Litteris datis Metis d. 14. Mai. 1287. excommunicati a legato sunt magistri et consules civesque Argentinenses propter iniurias Praedicatoribus illatas. V. Schöpflin Alsat. dipl. II. p. 38. n. 11. Hinc maxime orta est scriptoris nostri in legatum ira. 10) Apud Novum-castrum Tullensis dioecesis (*Neuf-Château*) d. 5. Sept. 1287. iteravit legatus sententiam excommunicationis in Argentinenses latam, quamquam hi die 25. Maii (dominica pentecostes) sedem apostolicam appellaverant. Vid. tabulas apud Schöpflin l. l. 11) Odonem 1268—1301. 12) Ottonem. 13) Cf. supra pag. 128.

eiusdem et vineas devastavit, municipia et villas exussit et depopulavit, ac multas insolen- 1289 Aug. tias, favente eum divina clementia et exigente partis adverse malitia, in ipsa Gallia perpetravit. Necnon universaliter ipsam Galliam, arridente sibi fortuna, depopulatione hominum, ablatione rerum, mactatione pecorum, exustione domiciliorum et penis aliis infinitis flagellavit. Tandem post multa et innumerabilia tormenta ipsi Gallie genti illata Otynus Burgundie comes una cum suis complicibus videlicet et fautoribus: domino Roberto, regis fol. 63. Francie patruo[14], archiepiscopo Bysuntinensi, comite de Schaluns[15], comite Artusensi[16], comite Campanie[17], comite[18] de Savoi, comite de Insula[19], comite[20] de Pferreto, comite de 17 Montpeiliart et domino de Ruogemant[21], et alii infiniti nobiles et comites et quam plures episcopi, quorum ignorantur nomina, — plures etiam ex nobilibus Alemanie contra suum honorem et totius Theutunie ibidem cum Gallicis aderant, dominus videlicet Waltherus, filius comitis de Veldenze[22], dictus de Geroltzeke ex alia parte Reni[23], qui postea non 22 modico tempore vitam finivit extremam, et dictus Conradus Wernheri iunior de Hadestat[24], qui postmodum per dominum Ruodolfum regem redditibus suis et officio constituendi scultetum in opido Slestat fuit destitutus omnino, ipsius exigente excessu — metati sunt castra et tentoria extra civitatem Bysuntinensem ad duo pene miliaria infra quendam montem altum et silvam; et vallaverunt se fossatis et abscisis magnis arboribus infinitis, simulantes se velle exponere preliis contra regem Dei gratia Romanorum. Principes vero Alemanie illustres, qui cum ipso rege aderant in honorem Germanie regionis, dominus videlicet Conradus de Lietenberg, Argentinensis episcopus, qui magnum ibidem habuit exercitum et multam cum laude militiam, et alii nobiles Alemanie, necnon de civitate Argentinensi quadraginta milites equis valeratis et eorum familia, existentes in cacumine montis[25], videntes eorum adversarios sicuti barones ad bella dispositos, licet tamen nulli omnino hominum patere posset aditus[a] ad eosdem, nisi per magna dispendia variaque pericula et cedem hominum magnam, pre nimia tamen belli letitia ipsi principes Alemanie more Theutunicorum in eorum adversarios furere volentes. Sed rex prudentissimus eos a tam cruenta cede cohibuit dicens: quod manus suas nulla tergiversatione possent effugere, nisi per omnia pro libitu sue voluntatis secum componerent, sibique terram traderent et eam in feodum ab eo reciperent. Hoc videntes Gallici fugere nescientes, quia non patebat eis fol. 63'. locus, considerantes, quod detrimentum eis esset se committere manibus Theotunicorum, quia parcere non consueverunt, vel quod ab eisdem discerent fugere, licet non possent; tandem vero post multa et varia Gallie gentis tormenta comes dictus de Schaluns tractare cepit de pace inter dominum Ruodolfum regem[b] Romanorum et comitem Buorgundie. Et cum ipse comes pro pace laborasset, et ad aspectum regis pervenisset, rex in optione dedit eis tria: vel quod a facie sua fugerent et se in concavis municipibus sibi derelictis reponerent, vel quod conflictui se exponerent, vel quod saltem ad optatum ipsius regis cum eo componerent. Quod et factum est. Submiserunt se per omnia gratie ipsius regis, et tactis sacrosanctis iuraverunt venire ad civitatem Basiliensem super fluvium Reni ad terram sacri imperii, et ibi componere promiserunt sub iuramento predicto cum rege antedicto. Que omnia ad debitum perducta fuerunt effectum. Comes autem Burgundie omnem terram eius ad manus ipsius regis resignavit, et eam humiliter in feodum recepit. Inter cetera autem rex antedictus, antequam comitem Burgundie ad graciam suam recipere vellet et suos fautores, nobilem virum dominum Arnoldum militem, dictum de Grille, cum ipso comite Burgundie pacificavit; cuius eciam militis castra, munitiones et villas ipse comes exussit et devastavit, ita quod ipse comes eidem militi tria milia marcarum in recompensam dampni pro pace refudit, et sibi castra et opida sua in statum pristinum restauravit; pro quo federe rex Francorum Philippus Dei gratia annis 12 laboravit nec profecit, quod dominus Ruodolfus Dei gratia Romanorum rex predictus spacio dierum octo complevit. In expeditione autem predicta, incipiente crastino Margarete et durante usque ad Iul. 16.

a) additus *cod.* b) regem *addidi.*

14) Roberto II. duce Burgundiae, qui Agnetem, amitam Philippi IV regis Franciae, duxerat. 15) Iohanne comite Cabilonensi (*Châlons sur Saone*). 16) Artois. 17) Champagne. 18) Amedeo. 19) *Lille? L'Isle sur le Doubs?* 20) Theobaldo. 21) aut Rougemont, Rothenburg inter Masmünster et Belfort, aut Rougemont, a Mümpelgard ad occidentem. 22) Veldenz prope Mosellam fl. supra Berncastel. 23) Hohengeroldseck. 24) Hattstadt prope Herlisheim inter Colmar et Ruffach. 25) quem Chiflet Vesontio I, 233. vocat Mandelier prope Brigillam (*Bregille*) ad Dubim fluv.

1289. Sept. 2. feriam sextam post Adelfi, caristia rerum inexcogitatarum magna fuit orta, ita videlicet, quod unum ovum galline venderetur pro 9 denariis, ferrum equi pro solido et quandoque pro quinque solidis, et clavus equi pro sex denariis, bos pro 5 solidis, una nummata panis pro tribus magnis Turonensibus[26], due oves pro uno ovo, quatuor porci pro uno solido et lectus pro 5 solidis; nec tamen aliquis in tanta penuria ex parte ista ratione famis interiit, sed ex fol. 64. parte adversa infiniti.* In expeditione autem predicta rex antedictus Alemanie militiam in quadringentis minus quadraginta militibus augmentavit, id est eos in novos milites procreavit.

Sept. 24. Anno Domini ut supra sabbatho post Mathei apostoli, regnante domino Ruodolfo predicto, terre motus factus est magnus in civitate Argentinensi, ita quod columpne templi pre nimio impetu terre viderentur moveri, et in tantum quod timebatur de ruina templi et eversione civitatis eiusdem.

Dec. 1. Anno Domini ut supra Kal. Decembris Ruodolfus rex Romanorum viam versus Turyngiam est agressus. Cum magno comitatu Erfordiam venit, et curiam indixit ibidem. Quem omnes nobiles Alemanie illius confinie totusque cetus provinciarum magnatumque Saxonie, Westfalie, Missene et aliarum circoniacentium partium sollempniter, sicut decuit, recepe-27 runt. Ob cuius laudem lantgravius Turyngie[27], margravius Missene[28],* dux Saxonie, marchio de Brandenburg, dux Brezlavie, dux Kragovie, dux de Opulle, episcopi Maguntinensis[29], Brandenburgensis[30] de Misene[31] et de Nuwenburg[32] cum omni militie exercitio et magno vestium ornatu, in choris, tympanis et organis, eidem domino regi obviam fecere, et eum cum sua militia cum magna reverentia recepere, et quomodo sibi possent placere, per omnia studuere. Terra vero Turyngie, que longevo tempore fuerat multis discriminibus vitiata, nobilissimam pacem per ipsum est adepta. Qui cum singulos et universos omnium illarum provinciarum nobiles, potentem cum inope, ad iudicium Erfordiam evocasset, scultetus tamen de Rungen cum familia nobilis cuiusdam dicti de Kerverberg[33] ipsum dominum irridentes regem, fingentes immo de paleis fictum colligentes regem in veri domini Ruodolfi regis elusionem, non modicum scandalum et gravamen, statuentes super menia castri stramineum regem, et ei, illudendo regem verum, fidem indubitatam servare promiserunt. Quod cum ad aures domini Ruodolfi regis pervenisset, mox manu forti castrum obsedit predictum et illud exigente eorum delicto expugnavit, et inhabitantes eum[a] valifol. 64'. dissimis vinculis mancipavit, *dominum etiam castri dictum Krieg, et quendam nobilem dictum Fuwer cum aliis quatuordecim nobilibus capitali prostravit sententia, alios vero in caudis equorum usque ad patibulum trahi precepit suspendendos. Nobiles etiam numero octo perpetuo carceri destinavit ibique vitam suam extremam non sine magnis tormentis finiendo.

Anno Domini ut supra peracta itaque feliciter expeditione domini Ruodolfi Dei gratia Romanorum regis versus Bysuntium, tempore illustris domini Conradi de Lietenberg Argentinensis episcopi, qui auxiliator domini Ruodolfi regis fuit indefessus, antequam men-34 bra sua adhuc lassata quieti daret, castrum obsedit Girsperg[34] propter occisionem Sifridi de Gundolzheim[35] militis, occisi ut dicebatur per dominos de Girsperg. Cumque in obsidione persisteret ipsius castri, clamor ad aures ipsius domini regis invaluit ingens, quod quidam domini de Turyngia, sue salutis inmemores, terram ipsam Turyngie necnon homines aliarum terrarum transeuntes contra iustitiam spoliarent et invaderent. Rex vero predictus volens quod in eo erat debitum perducere ad effectum, relicto exercitu in obsidione Girsperg, alio collecto exercitu manu forti contra hostes Turingie, tamquam leo animosus anhelavit, cum manus eius numquam languerit ad vindictam.

Cum autem pervenisset ad ipsam terram Turyngie, ibique ab omnibus dominis suprascriptis reverenter sicut decuit est receptus, statuens sibi mansionem in Erfordia, et ab illa 1289 civitate contra invasores terrarum circumiacentium movens bellum. Et expugnavit spatio 1290. unius anni, arridente sibi domina fortuna, septuaginta castra, opida ceterasque munitiones,

a) *rectius* id.

26) Gall. *Tournois*, qui erant numi quondam Turonibus cusi. 27) Albertus. 28) Fridericus. 29) Gerhardus II, 1289—1305. 30) Heidenricus. 31) Witigo 1266—1293. 32) Bruno Naumburgensis 1285—1304. 33) Kefernburg inter Arnstadt et Ilm. 34) Situm erat prope Sulzbach in Alsatia. 35) Gundolsheim a Ruffach ad meridiem. Sifridus fuerat scultetus Colmariensis, cfr. infra Ann. Colmar. maior. 1289.

quorum partim radicitus evulsit, partimque custodie mancipavit et ad usus imperii applicavit, 1289 cum quis proprio carere debeat, qui manus suas ad res proximi illicite porrigere non formidat. Inhabitantes etiam castra partim capitibus truncavit et partim perpetuo carceri, 1290. ubi diem suum claudent extremum, magno non sine dolore precepit includi, et favente eum divina clementia pacem in terra Turyngie, Saxonie et aliarum circumiacentium terrarum oriri fecit* novam. Inter cetera autem cum rex antedictus Erfordie permansisset, accessit fol. 65. ad eum advena quidam mercator, gravem coram eo de quodam cive Erfordiensi querimoniam deponendo, dicens, quod eidem civi quandam summam argenti commiserit conservandam. Ad quod ille civis negando respondit, quod non noverit hominem. Rex vero coniecturas faciei civis considerans, ait: *Quo ausu temerario iste mercator a te non commissum presumeret postulare?* Civis iterum cum iuramento negando respondit, quod numquam viderit hominem, et quod hec postulare ab eo absona essent et quod omnino ratione carerent. Tandem rex ad enucleandam veritatem et malitiam convincendam civis, oculo sue regie maiestatis inspexit civem, indutum indumentis pretiosis. Et inter cetera cucufam[36] eius considerans, serico consutam et lapidibus ornatam pretiosis, et ait ad eum, quod in tali clenodio, id est in eius cucufa, multum delectaretur. Civis ille non consideravit sagacitatem regis, dixit, quod si sue regie placere posset dignitati ipsam cucufam vel longe meliorem sine mora vellet presentare. Recepta itaque cucufa ab ipso cive, rex dixit ministris suis: *Ite ad domum istius civis festinanter et dicite uxori sue, ut mittat suo marito illud argentum, quod ei a mercatore exstitit ad conservandum commissum, et ne de premissis*[a] *eam aliquatenus hesitare contingat, cucufam mariti sui eidem exhibete pro intersigno.* Mulier vero cum videret cucufam sui mariti, restituit argentum ablatum. Interea autem rex civem detinuit, confabulando usque quo negocium esset consummatum. Cum autem ministri regis venirent et argentum deportarent ablatum, rex, recepta cucufa, reddidit eam illi civi dicens: *Accipe cucufam tuam, quia et ipsa tecum erit in perditione;* monstravitque argentum ablatum. Civis ille stupefactus obmutuit; demum confessus fuit, ita esse actum, et procidens ad pedes regis misericordiam petiit et recepit miseriam. Dominus autem rex predictus, inito cum nobilibus qui ibidem aderant consilio, quid de tanto calumpniatore foret ordinandum, qui omnes simul et una clamaverunt* voce, eum secundum sui delicti merita fore trucidan- fol. 65'. dum, et in cauda equi debere trahi usque ad locum tormentorum eius. Que omnia perducta fuerunt ad effectum, et morte pudibunda est interemptus. Sine mora pecunia fuit mercatori restituta antedicto; et clamavit mercator ille dicens: *Vere, quia rex iste sanctus est, et multa per eum Dominus mirabilia dignatus est operari.* Et intonuit vocem in celum, laudavit et glorificavit Dominum dicens: *Alleluia;* et siluerunt in die illa in conspectu eius Saxonia, Polonia, Turyngia, Missene et alie circumiacentes provincie et a facie sua timuit omnis homo.

Interea autem exercitus domini Ruodolfi regis, qui in obsidione permanserat Girsperg, 1290. petram super qua[b] castrum exstitit edificatum emolierunt, et castrum predictum expugna- Febr. 2. verunt[37], et illud ad usus imperii applicaverunt, inhabitantes etiam castrum ceperunt, et eos fortissimis vinculis mancipaverunt. Duravit itaque obsidio predicta a festo Adelfi usque ad festum purificationis beate Virginis subsequens[38].

Anno Domini 1290. proxima feria secunda ante ascensionem Domini obiit Ruodolfus, Mai. 8. princeps et dux Swevie, filius invictissimi domini Ruodolfi Romanorum regis, intoxicatus[c] apud Brage in terra Bohemie; et traditus fuit sepulture in castro civitatis predicte, cum creari deberet auxilio patris in regem Romanorum, pater vero in imperatorem. De cuius morte tota dolet Germania, ex eo quia iudex erat eque iudicans et suis inimicis inimicus severus.

*A tempore Richardi regis usque ad hunc locum compilatum est ex mandato Ellenhardi, procuratoris fabrice ecclesie Argentinensis, per Gotfridum notarium curie Argentinensis de Ensmingen. Et quia premissa a tempore triginta annorum et amplius per prefatum Ellenhardum et ad eius mandatum, procuratoris videlicet fabrice predicte necnon procuratoris pauperum prebendariorum Sancti Spiritus in Argentina, sunt conscripta, merito pro eo et compilatore est*

a) premis *cod.* b) quo *cod.* c) intoxicatus *delevit alia manus, quae addidit in margine haec:* cum sororem suam vellet visitare.

36) tegimen capitis. 37) Cf. infra Annal. Colmar. maior. 1290. 38) ab 1289 Aug. 29. ad 1290 Febr. 2.

*orandum. Unde quilibet fidelis suprascripta prospiciens et legens orationem dicat dominicam cum salutatione Virginis gloriose in remedium animarum suarum, ut et ipse ex hoc meritum consequatur apud Deum.*

fol. 66. 1291. Mai. 20. *[a]Anno Domini 1291. regni domini Rudolfi Dei gratia Romanorum regis semper augusti 18, dominica qua cantatur *Cantate*, illustris dominus Ruodolfus rex predictus indixit et convocavit curiam apud Frankenfurt celebrandam, non multo tempore ante diem obitus 39 sui, volens Romanorum regni[b] desolationi providere, filium suum[39] ducem Austrie intendens preficere in eodem, sciens enim se diem suum cito claudere debere extremum. In qua curia convenerunt omnes principes Alemanie, electores sacri imperii dumtaxat, et in ducem Austrie eligendum in Romanorum regem noluerunt consentire. In ea etiam curia dominus Ruodolfus rex predictus in extremo suo sedebat honore, sedens in solio regni, indutus purpura et bisso ac dyademate, ceptrum tenens in manu sua, coronaque coronatus.

Qua expedita curia, rex antedictus ad partes Alsatie superioris veniens de suis negotiis tractaturus. Et cum modicum ibi stetisset, descendit festinanter versus Argentinam, Iul. ibique permansit octo diebus. Immediate sentiens se debilem corpore, licentiam recepit a civibus, dicens: *Vale, civitas, et valete, cives mei dilecti;* et turbido ab eis recedebat vultu. Regressus castrum imperii Germersheim, mox lecto incumbens egritudinis, sciens quod brevi in tempore vita et spiritu vitali portans asinum, id est corpus, esset destituendus, disposuit domui sue, familiam, milites et alios voce lamentabili licenciando dicens: quod suis disponerent negociis, cum de eius vita non esset spes habenda. Familiaque ipsius incliti domini ab ipso domino recessit cum ululatu et fletu magno. Dominus enim Ruodolfus rex predictus a castro Germersheim se transtulit Spiram, in qua civitate Spirensi reges Iul. 14. Romanorum ab antiquo consueverunt inhumari, die videlicet sabbathi, cum die dominico Iul. 15. sequenti esset moriturus. In qua die dominica[c] circa sero, in qua tunc erat festum Margarete; obiit felicis recordationis dominus Rudolfus predictus, sermone suo usus discreto Iul. 16. usque quo spiritum emisisset vite. Feria autem secunda sequenti corpus recolende memorie domini Rudolfi regis cum magna sollempnitate, sicut decuit Romanorum regem, traditum fuit ecclesiastice sepulture in ecclesia Spirensi.

Sub cuius domini Ruodolfi felicis memorie vita et regimine tanta fuit pax in omnibus partibus Alemanie, etiam usque quo dominus Rudolfus spiritum contineret vite, quod tanta et talis pax in ipsa terra numquam fuit habita vel visa. Adhuc quievit omnis Alemania in conspectu eius et a facie sua timuit omnis homo; et statim cum ipse dominus Rudolfus diem suum clausisset extremum, rupta et dissoluta fuit pax generalis per totum Alemanie fol. 66'. regnum ac si in eadem terra numquam pax* exstitisset. Cuius etiam domini Ruodolfi recolende memorie mortem declaraverunt luminaria in firmamento maius et minus: sol per circularem custodiam, luna vero per magnam[d] et evidentem eclipsim, in tantum etiam quod ipsa luna suis radiis fere per dimidie noctis spacium et fulgore fuisset destituta. Dominus enim Ruodolfus rex clare memorie in magna, sicut decuit, habuit reverentia beatam et gloriosam semper virginem Mariam, in tantum etiam quod omnibus operibus vite sue singulis diebus sabbatorum ab omni opere quievisset servili, nec contra hostes suos qualescumque die predicta movisset bellum; et ob hoc speratur, quod ipse dominus Ruodolfus solus pre omnibus Alemanie principibus ad culmen regie maiestatis fuerit promotus coadiuvante Virgine gloriosa. Unde et memoria in posterum de tanto et tam glorioso principe habeatur.

*Istud est per Gotfridum, notarium curie Argentinensis, compilatum ad preces[e] et mandatum Ellenhardi maioris, procuratoris fabricę ecclesię Argentinensis necnon procuratoris prebendariorum Sancti Spiritus in Argentina.*

1291. Anno Domini 1292. Adolfus comes de Nazowe electus est apud Frankanfort ab omnibus principibus in regem Romanorum.

---

fol. 69. [f]
## HEC SUNT GESTA ALBERTI REGIS, DUCIS AUSTRIE, FILII QUONDAM RUODOLFI DE HABESBURC REGIS ROMANORUM.

1291. Iul. 15. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo in festo sancte Margarete obiit Ruodolfus rex predictus et sepultus est Spire[g].

a) *hinc alia manus.* b) regno *cod.* c) dominico *cod.* d) magnum *cod.* e) preterea *cod.* f) *hinc tertia manus in novo folio.* g) *sic correcta sunt in cod.* in Spirea.

39) Albertum.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo dominus Adolfus comes de Nassav electus est in Romanum regem apud Frankenfurt concorditer ab omnibus electoribus. Qui tunc etiam eodem anno in autumpno Aquisgrani est coronatus. 1292.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio dominus Adolfus rex obsedit Columbariam civitatem, que se regi opposuerat, et illam suo subiugavit imperio; ac in ea cepit dominum Anshelmum de Rapolsteine, et scultetum[40] dicti opidi et filium eius, et plures in eo, qui se[a] regi opposuerant; insuper privavit eundem Anshelmum castris Rapolstein et Gemere, et in eisdem instituit dominum Heinricum, fratrem dicti Anshelmi. 1293. 40

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto dominus Adolfus rex collecto exercitu aggressus est duos fratres comites et marchiones de Misna[41], et totam ipsorum terram infra spacium dimidii anni suo dominio subiugavit. 1294.

Item anno Domini 1294. dominus Adolfus rex recepit centum milia marcarum argenti a domino Eduardo[42] rege Anglie, ut ei veniret in auxilium cum principibus Alamanie contra regem[43] Francie pugnaturus. Et cum distribuere deberet predictum argentum inter principes et nobiles Alemanie, usurpavit sibi totum argentum; et sic non venit tempore debito in auxilium regis Anglie propter defectum adiutorii, quod habere non potuit a nobilibus terre. Et sic confudit se ipsum primo, et per consequens imperium, eo quod stipendia immerita recepit, quod predecessores sui reges Romani fecissent inviti. 1294. 43

Anno Domini 1295. dominus Adolfus rex suscitavit barones et nobiles Austrie contra dominum Albertum ducem Austrie, ut attraheret sibi ducatum Austrie. Sed dominus dux Austrie*, tanquam dominus sagax et prudens, resistebat eis in manu forti, et omnes inimicos suos extirpavit a terra; et sic dominus Adolfus rex optatum suum non potuit obtinere. Quidam etiam dicunt, quod postmodum ipse dominus rex ducem Austrie procuraverit intoxicari, quam quidem toxicationem evasit cum vita, non tamen sine magno labore. 1295. fol. 67'.

Post hec anno Domini 1296. dominus Adolfus rex Thebaldum comitem Pferretarum Alsatie[44]; item dominum Hermannum de Geroltzeke trans Renum[45] instituit advocatos. Qui postmodum una cum domino Bercheim seniore in odium domini Cuonradi Argentinensis episcopi et civitatis Argentinensis totam terram Alsatie citra et trans Renum multis affecerunt dampnis et iacturis. 1297.

Hoc videntes dominus Cuonradus Argentinensis episcopus, et cives Argentinenses, domini de Liehtenberg et de Ohsenstein, lantgravii Alsacie, comites de Friburgo, de Liningen, Geminipontis, videntes etiam fatuitatem domini regis, ac oppressi insolenciis suorum advocatorum — et precipue causam dabat dapifer de Rinberg, advocatus imperii in Spirgauwe, — conspiraverunt cum domino Moguntino archiepiscopo adversus regem et suos. Qui quidem dominus archiepiscopus de consensu principum electorum imperii, dominorum videlicet Bohemorum regis[46], ducis Saxonie[47] et marchionis de Brandenburg, dominum Albertum ducem Austrie ad certum vocavit terminum, ut certo die in Moguntina civitate compareret, exigentibus delictis domini Adolfi regis, ipsum electurus in regem Romanorum. Vocavit etiam dominos archiepiscopos Treverensem[b. 48] et Coloniensem[c. 49], dominum Bohemorum regem, ducem Saxonie, ducem Baubarie, marchiones de Brandenburg, ut eodem die venirent in civitatem Maguntinensem super sancta pace terre, que ab omnibus terris imperii confusa succubuit, tractaturi. Qui etiam principes per se vel per suos nuncios sollempnes, preter dominum Treverensem[d] et ducem Bauwarie palatinum, venerunt termino assignato. Vocavit etiam dominum Adolfum Romanorum regem ad ipsum terminum, tractaturi super statu terre bono, que multis discriminibus a tempore sue creationis* in regem oppressa fuit. 1298. 49 Iun. fol. 68.

Dominus vero dux Austrie terris suis in tranquillitate dispositis, assumptis secum duce Saxonie, duce Carincie, duce Opulie, qui tenuit vices et ius regis Bohemorum tempore electionis, marchionibus duobus de Brandenburg, habens in adiutorium circa Renum dominum Maguntinensem archiepiscopum, dominum Cuonradum episcopum Argentinensem de Liehtenberg, dominum Heinricum[50] episcopum Constantiensem, comites de Friburgo, Mart.

a) se *addidit Boehmer.* b) Trevenerensem *cod.* c) Colonensem *cod.* d) Treveuū *cod.*

40) Walterum Rössilmann. 41) Fridericum (admorsum) et Theodericum s. Ticemannum. 42) primo, 1286—1299. 43) Philippum IV. 44) Cf. infra Ann. Colmar. maior. 1297. 45) Brisgoviae. 46) Wenceslai II. 47) Alberti II. 48) Boemundum I. 1286—1299. 49) Wicboldum 1297—1304. 50) Heinricum II. 1293—1306.

1298. Mart. Wirtenberg[51], de Liningen[52], Werdenberg[53], Veldenze[54], Geminipontis, Hirsutos et Silvestres[55] cum baronibus de Ohsenstein[56], de Liehtenberg[57] — hiis ita preordinatis, dux Austrie aggressus est iter in nomine Domini versus Renum, stipatus multis fortibus de Austria, Carintia, Ungaria, Bohemia necnon aliunde de multis principibus et nobilibus, quorum fretus comitatu ut leo fortis extra terminos suos pervenit, ut dictum est, trans Danubium contra Renum.

Hec audiens dominus Adolfus rex Romanorum, collecto exercitu magno cum dominis Ottone et Ruodolfo ducibus Bauwarie, comitibus de Helfenstein et aliis multis nobilibus, ne dominus Albertus dux Austrie ad terminum sibi assignatum veniret, nisus est prohibere, faciens ei obviam in Ulmen iuxta Danubium in manu potenti. Dominus Albertus vero dux Austrie, non pavore vel timore concussus, cum intellexisset, quod dominus Adolfus rex Romanorum se ei opponeret, versus ipsum suum direxit iter; et cum dominus Adolfus propter pluralitatem exercitus, quem dominus dux Austrie habuit, in campis se recipere non fuisset ausus, transtulit se in civitatem Ulmam. Et sic dominus dux Austrie potenter Apr. transivit usque ad fluvium Reni in civitatem Waldeshuot[58]. Rex autem cum vidisset seriem et audaciam ducis Austrie, convocato auxilio plurimorum dominorum suorum fidelium, laxatis habenis venit Brisacum, cum adhuc dominus dux Austrie apud Waldeshuot fuisset, volens precludere ei viam, ne veniret Argentinam. Ex adverso vero dominus Cuonradus fol. 68'. Argentinensis episcopus, collecto exercitu forti et decenti, habens in milicia octingentos milites cum equis falleratis sive dextrariis magnis preter ipsorum familiam, ad hec cives Argentinenses cum populo fere innumerabili, habentes pugnatorum tam equitum quam peditum numero decem milia, venientes in adiutorium domino duci Austrie facientesque obviam ei usque Friburgum, ibique honorifice receperunt dominum ducem Austrie honorandum. Igitur cum hec ad aures domini Adolfi regis Romanorum venissent, vocatis civi- 59 tatibus Columbaria, Slezstat, Nuwenburga[59], Muilehusen, Brisach, Keisersberg, ac tota terra comitis[60] de Ferreto, una cum ipso comite habens miliciam magnam et decentem, fecit obviam duci Austrie usque ad opidum Kencingen[61]. Dominus vero dux Austrie cum domino Argentinensi episcopo et suis detendentes a Friburgo, volentes aggredi dominum regem Adolfum cum suis, si patuisset eis locus, posuerunt se apud dictum opidum Kenzingen ex ista parte fluvii, qui dicitur *die Elzahe*, et sic permanserunt; dominus Adolfus Romanorum rex cum suo exercitu ex illa parte fluvii. Et dominus dux Austrie animo libenti aggressus fuisset dominum regem, si fluvius immeabilis non fuisset. Dominus etiam dux Austrie cum vidisset, quod eum non posset propter immeabilitatem fluvii aggredi, in optione dedit domino regi Adolfo duo: aut quod se traheret seorsum a fluvio, ita quod dominus dux eum aggredi posset, vel ipse retrocedere vellet ad unum miliare, sic quod dominus rex eum aggrederetur. Quorum neutrum dominus rex acceptavit, sed dixit: cum videret suum casum, se sciret peroptime expedire.

Finitis autem duodecim diebus, predictus dominus dux Austrie, cum vidisset terminum sibi assignatum a principibus appropinquare, versus Moguntiam cepit iter; et cum ad civi- Mai. tatem Argentinensem venisset, dominus archiepiscopus Maguntinensis terminum assignatum ei prorogavit, ut dicitur nequiter, ad unum mensem. Quo mense ipse dominus dux 62 Austrie castra sua metatus[a] est in Kotzenhusen[62] super fluvium Reni ad tria miliaria de Mai. Iun. civitate Argentinensi. Dominus vero Adolfus rex eodem mense obsedit opidum Rubiacum, fol. 69. quod est ecclesie Argentinensis, et totam terram circumiacentem incendio devastavit. Qui etiam dominus rex ibidem per dominum Iohannem de Liehtenberg, filium[b] fratris domini Cuonradi Argentinensis episcopi, qui in eodem opido cum suis degebat, magna dampna quam plurima recepit, quod eum videlicet in mille et quingentis equis tam magnis quam parvis contra ipsum extra civitatem patellando dampnificavit. Item plus quam in trecentis hominibus tam nobilibus quam ignobilibus iacturam pertulit captis et occisis.

Iun. Adveniente vero termino electionis domini ducis Austrie, ipse dux versus Moguntiam cepit iter. Rex vero ex adverso se opposuit et exposuit dicens, quod vellet in ortis civitatis

a) meatus *cod.* b) filii *cod.*

51) Eberhardum. 52) Fridericum. 53) Hugonem. 54) Georium. 55) *die Rau- und Waldgrafen.* 56) Ottone. 57) Iohanne. 58) Waldshut. 59) Neuenburg ad Rhenum fl. in Brisgovia. 60) Theobaldi. 61) Kenzingen ad Elz fl., in magno duc. Bad. 62) Kurzenhausen inter Brumat et Bischweiler.

Argentinensis post recessum ipsius ducis comedere lactucas et caules. Et cum hoc ad 1298. Iun. aures domini episcopi et civium Argentinensium pervenisset, episcopus Argentinensis una cum civibus Argentinensibus collecto ingenti exercitu metati[a] sunt castra sua extra civitatem Argentinensem ad unum miliare in via, per quam ipse dominus rex se exposuit venturum; et ne veniret[b], se opposuerunt apud Schaftolzheim[63] et circa Bruscam[64] et destruxerunt turrim apud Schaftolzheim, que[c] erat adiutoris domini regis Adolfi. Cum hoc nunciatum fuisset domino regi, mutavit propositum suum et verbum regale, quod a tramite veritatis non debuit declinare. Transivit ergo pontem in Brisacho, in quo ponte omnes reges quasi fugiendo transeuntes non brevi post tempore ab omni honore destituti fuerunt. Ab ipso opido ipse dictus rex eodem die transivit usque ad opidum Offenburg, quod distat a Brisacho miliaria octo, non tamen sine magno timore, quia timebat dominum Argentinensem episcopum et cives Argentinenses. Abhinc sequenti die se transtulit Steinbach[65], quod 65 distat ab Offenburg miliaria sex, et deinde se transtulit quasi fugiendo Spiram[d], nunquam postea reversurus.

Dominus vero dux Austrie cum venisset ad civitatem Moguntinensem, terminus sibi datus continuatus fuit secundario ad quindenam, usque ad vigiliam sancti Iohannis baptiste[66], propter quod magnas sustinuit expensas et dampna. Tamen pendente illa dilatione obsedit opidum Alzein, quod erat palatini, et illud expugnavit. fol. 69'.

Adveniente vigilia beati Iohannis baptiste sub anno Domini 1298. domini Maguntinus Iun. 23. una cum principibus electoribus videlicet supradictis, primo amoto domino Adolfo Romanorum rege a regimine Romani regni iustas per sentencias et iustis ex causis, elegerunt dominum Albertum ducem Austrie in regem Romanorum et ei illico prestiterunt fidelitatis sacramentum.

Mox cum dominus Adolfus hoc intellexisset, assumptis sibi civitatibus imperii — cives videlicet Spirenses, Wormacienses, Frankenfurtenses, Oppenheimenses — cum exercitu suo primo aggressus fuit bellum campestre cum domino Alberto, electo in regem Romanorum, in festo sanctorum Processi et Martiniani apud montem, qui dicitur Dreise[67], et claustrum quod dicitur Rosental[68] in campo quodam, qui nominatur *der Hasenbuihel*. Iul. 2. Qui etiam dominus Albertus, cum vidisset dominum Adolfum[e] ad bellum dispositum, tanquam leo animosus disposuit etiam acies suas ad bellum, invocato Dei omnipotentis auxilio, qui eum ad tantum honorem duxerat evocandum. Aggressus itaque cum suis est dominum Adolfum et suos, et occidit eundem dominum Adolfum et quam plures ex suis; reliqui, qui ex suis non fuerunt occisi, fuerunt captivati et durissimis vinculis mancipati. Captivavit enim filium domini regis Adolfi[69], dapiferum de Rinburg, prefectum imperii quondam in Spirgauwe, dominum de Winesberg[70], dominos de Eberstein[71] et de Uesenberg[72], comitem Ruodolfum de Habesburg, comitem de Katzenelbogen[73], avunculum domini Adolfi regis, et eius filium. 73 In universo vero, ut dicitur, captivavit septingentos nobiles, inter quos erant sexaginta comites et barones; reliquos vero convertit in fugam. Principaliter enim fugierunt Otto[74] et Ruodolfus[75], duo duces Bauwarie, et sic per eorum detestabilem fugam salvati fuerunt. In ipso enim campo, peracto et expedito conflictu, dominus Albertus Romanorum rex permansit diebus octo. Et siluit in continenti omnis terra in conspectu eius', et facta est pax fol. 70. magna, que confusa succubuit antea longo tempore, et quasi libellum suum recepit repudii propter fatuitatem domini Adolfi, regis quondam, et propter arrogantiam et presumptionem suorum prefatorum[f], qui etiam sui exterminii[g] causa fuerunt, quia:

*Consilium vanum destruxit Mediolanum.*

In ipso etiam conflictu periit, proch dolor! dominus Otto de Ohsenstein, vexillifer domini Alberti regis Romanorum, nimiis laboribus et maxime estu caloris suffocatus. Ex parte vero Adolfi periit dominus de Isinburg[76], ipsius vexillifer, morte predicta. 76

Post hec omnes civitates Reni et Wettreiwe suo sub dominio compulit esse. Instituit etiam advocatos provinciarum; in Spirgauwia instituit dominum Fridericum de Liningen, in

a) meati *cod.* b) venire *cod.* c) qui *cod.* d) *sic correctum est in cod.* Spiream e) Adolfum *addidi.* f) *an* prefectorum? g) extermini *cod.*

63) Ober-Schäffelsheim ab Argentina ad occid. 64) Brousch fl. 65) in magno duc. Bad., inter Bühl et Baden. 66) Iun. 23. 67) Dreisen mon. d. Magunt. 68) parthenon d. Mogunt. 69) Rupertum. 70) Conradum. 71) in magno duc. Bad., prope Murg fl. supra Gernsbach. 72) in magno duc. Bad., inter Brisacum et Kenzingen. 73) Eberhardum. 74) Otto III dux Bavariae inferioris. 75) Rudolfus I dux Bav. superioris. 76) Heinricus; cf. Stälin III, 92 n. 2.

1298. Iul. 2. Alsacia dominum Iohannem de Liehtenberg, trans Renum Ottonem, filium domini Ottonis de Ohsenstein, qui periit in conflictu, in Swevia comitem de Wirtenberg[77], in Swevia superiori comitem de Werdenberg[78]. Et sic providit regno de advocatis provinciarum, destitutis advocatis omnibus, quos instituerat dominus Adolfus antea, et retraxit regnum de manibus et iugo persecutionis ipsius domini Adolfi et subiit dominium domini Alberti suave.

Quidam vero qui captivati fuerant, et quasi potiores ex eis, postquam detenti fuerunt in captivitate, retulerunt invictissimo regi, domino videlicet Alberto, detestabile et nefandum propositum, quod dominus Adolfus predictus quondam rex Romanorum ante conflictum conceperat, et proposuerat in mente sua, et quod quibusdam de suis retulit ante conflictum. Conceperat enim, ut dicitur, quod si dominum Albertum, regem Romanorum tunc quidem electum, evicisset in bello, quod ipsum primo et principaliter, deinde dominum 79 Cuonradum[79] et dominum Heinricum Constantiensem episcopum voluit ut igne cremarentur. duces vero et comites, qui cum ipso domino Alberto aderant voluit capitibus truncari, reliquos omnes milites et nobiles in caudis equorum trahi. Quod tamen dominus Deus omnipotens, ne hoc fieret, secus ordinavit; quippe quia qui vincere et pessima in viros fol. 70'. reverendos machinaverat[a], victus succubuit, ut veraciter probaretur verbum Salomonis di- Prov. 16,18. 18,12. centis: *Ante ruinam exaltabitur cor et ante gloriam humiliatur.*

Dicitur relatione quasi veridica, quod dominus Gerhardus sancte Moguntine sedis archiepiscopus, de Eppenstein oriundus, ad cuius vocationem pariter et procurationem dominus Albertus Romanorum rex fuit evocatus, non bene se tenuerit tam circa promotionis electionem quam etiam in conflictu, et tamen demum fecit de necessitate virtutem. Dominus vero Cuonradus Argentinensis episcopus non sic fecit, sed exposuit corpus et res, quam prepotens cum tota sua dyocesi et civitate Argentinensi suffragabat, et perseveravit fideliter a principio usque ad finem, et ideo merito per regem predictum ipse et sui essent promovendi, si deductum esset in usum ex eo, quod experiencia sepius reperitur, videlicet quod promoti suos non curant postea promotores.

Dominus vero Albertus Romanorum rex, devicto domino Adolfo sepe dicto cum suis, liberos et absolutos dimisit ex innata sibi regia clementia omnes captivos, quos in conflictu predicto captivaverat, licet omnes in mortem suam machinati fuissent — unde bene potest Psal. 7,5. dicere: *Non reddidi retribuentibus mihi mala* — exceptis tamen paucis quos aliquamdiu suis custodiis mancipavit.

Et ne taceamus ortum sue nativitatis, eadem breviter inseramus. Fuit enim dominus Albertus rex filius invictissimi domini Ruodolfi recolende memorie quondam Romanorum regis, qui temporibus suis, assumpta sibi milicia Reni, agressus fuit Otakarum potentissimum regem Bohemie, quem devicit in conflictu publico et occidit, triumphum reportans gloriosum; de cuius manu et potentia retraxit ducatum Austrie, quem[a] diu violenter et iniuste detinuerat possessive contra imperium Romanum; in quo ducatu ducem prefecit et instituit filium suum dominum Albertum, qui postmodum, ut supra dictum est, de finibus illis, videlicet de Austria, regressus cum exercitu magno et forti, occidit dominum Adolfum fol. 71. Romanorum regem, in ipsius enim Adolfi potentia potiori, et factus est rex arridente sibi domina fortuna, prout superius est conscriptum.

Iul. Postquam etiam dominus Albertus creatus fuit in regem per suum iustum et gloriosum triumphum, contigit quoddam Deo annuente valde gloriosum et laudabile, in quo comparabatur Dei fuisse voluntas sua electio; unde dicit scriptura: *Quem diligit Dominus replebit omni bono, et fertilitate frugum circumfulget iustum.* Annona enim, que vendebatur ante adventum suum pro decem solidis, vendebatur subito postea pro quatuor solidis, et pro 80 minori. Eodem itaque tempore tanta fuit habundancia vini, quod unum picarium[80] vini dabatur pro uno ovo, et unum picarium boni vini pro uno denario. Unde vulgare venit proverbium: *Propter electum suum Dominus omni populo providit in bono.*

Iul. Anno Domini 1298. post gloriosum triumphum domini Alberti ducis Austrie, quemadmodum est prescriptum, dominus Albertus dux Austrie, nolens fieri preiudicium principibus, qui non intererant sue prime electioni, dominis videlicet Coloniensi ac Treverensi archiepiscopis ac duci Bauwariae, ne videretur etiam violenter occupare regnum Romanorum, renunciavit electioni de se facte ad manus principum predictorum. Qui quidem

a) quod *cod.*

77) Eberhardum. 78) Hugonem. 79) episcopum Argentinensem. 80) sive bicarium: mensura potoria, calix, Becher.

principes una cum primis electoribus indixerunt curiam apud Frankenfurt, super electione [1298.] Romani regis tractaturi, post festum beati Iacobi apostoli anno Domini ut supra. Et cum [post Iul. 25.] omnes venissent ad locum, diversis inter se habitis tractatibus, non invenerunt pociorem nec magis expedientem Romano imperio domino Alberto predicto, concorditer omnes elegerunt dominum Albertum in regem Romanorum. Illa electione cum laude peracta, omnes [Iul. 27.] principes fecerunt ei iuramentum fidelitatis, quod ei assistere vellent contra invasores Romani imperii, et feoda sua ab eo reverenter, sicut decuit, receperunt. Et apud Frankenfurt moram postmodum fecisset per quindenam ad preces principum et aliorum nobilium, qui eorum feoda abfuerunt recepturi. Qui etiam ea receperunt ab eo cum iuramento ei prestito fidelitatis. Venit ad[a] Argentinensem episcopum[b], et permansit ibi quindecim diebus, [fol. 71'.] in quo loco plures nobiles feoda sua ab eo receperunt.

Anno Domini ut supra feria secunda ante festum assumptionis beate Virginis dominus [Aug. 11.] Albertus Romanorum rex ab Argentina versus Aquisgranum suum dirigebat iter. Qui ab omnibus principibus, videlicet duce Brancie[81], comitibus de Guilich[82], de Monte[83], de [81] Gelre[84], de Seyna[85], de Cleven[86], facientes ei obviam, reverenter est receptus, ac per dominum Coloniensem archiepiscopum sequenti die dominica, fere circa mediam noctem [Aug. 24.] propter pressuram populi evitandam, in regem Romanorum est inunctus. Nec tamen pressura populi vitari non poterat in tantum, quin monasterium[87] Aquisgrani, quod nunquam [87] replebatur copia hominum, ita fuisset plenum, quod etiam strenui milites ibidem fuerunt expressi. Dominus enim Albertus Romanorum rex in sua habebat milicia octo milia militum, inter quos erat dominus Cuonradus Argentinensis episcopus cum trecentis militibus sub una veste.

Anno Domini ut supra festo assumptionis beate Virginis hora matutina, cum iam qua- [Aug. 15.] tuor essent lecte lectiones, ignis invaluit iuxta lacum, qui dicitur *die Schuippfe*, in domo que dicitur *der Stempfin hus*[88], qui comsumpsit totum illum vicum, vicum sutorum[89] ex utraque parte. Ex illo igne incensa[c] fuit nobilis ecclesia Argentinensis et consumpta fuit penitus morsu ignis, qui non solum ipsam consumpsit ecclesiam, sed campanas, organa et ornatus ecclesie devoravit, imo etiam remotas in cinerem redegit officinas, in tantum quod parietes et testudines murorum ruinam minabantur. Ex illo etiam igne consumpti fuerunt vici ante monasterium cum medietate hospitalis usque ad mercatores[90], nec non [90] vicus, qui dicitur *uf dem graben* descendendo usque ad monetam[91] et postmodum ascendendo vicum sporergasse, trahens secum vicum rasorum[92] ante monasterium necnon domum Hauwardi[93] retro vicum sporergasse, et resedit' in domo Kusonis[94] ex illa parte [fol. 72.] vici, et ex ista parte in domo dicti priol[95]. [59]

Anno Domini ut supra a festo beati Iacobi apostoli usque ad testum beati Mathei apo- [Iul. 25.] stoli persecutio Iudeorum facta est per quendam nobilem de Frankonia, qui nominabatur [Sept. 21.] Rintfleusch. Aggregatis copia hominum occidit, ut dicitur, centum milia Iudeorum, videlicet Iudeos existentes in Erbipoli, Nurenberg, et cum inquiras, et nomines villas et castra. Causa ipsorum persecutionis fuit, quod, ut dicitur, in corpus Domini deliquerunt ita graviter, quod permissa fuit a Deo persecutio eorundem, et quod etiam per universum regnum fuissent persecuti, si dominus Albertus Romanorum rex in reversione ab Aquisgrani persecutionem non sedasset.

Ecce mirum mirabile ac bonam fortunam, quod Ruodolfus de Habesburg Romanorum rex regi Boemie inimicabatur et quod eum in Boemia in sua maxima potentia cum ducibus, baronibus, personis nobilibus innumerabilibus interfecit, multosque duces, barones et alios nobiles cepit et captivos detinuit, exceptis interfectis cum dicto rege, et quod de parte regis Romanorum nulli fuerunt interfecti nec captivati nec alias quoquo modo molestati. Mirabilius, notabilius ac fortunius videtur, quod Albertus dux Austrie, filius Ruodolfi predicti regis Romanorum, vocatus et legittime per litteras principum patentes sigillatas

a) ad *addidi*. b) Argnt epc. *cod*. c) incensum *cod*.

81) Iohanne II. duce Brabantiae. 82) Gerhardo. 83) Wilhelmo comite de Berg. 84) Reinoldo. 85) Iohanne comite de Sayn. 86) Theoderico. 87) das münster. BOEHMER. 88) Stamphoni, civi Argent., privilegium tribuit Rudolfus rex die 17. Febr. 1276. ap. Mone Zeitschrift VI, 126. 89) *Kurdewangasse*, Closener. 90) *unts an die kremere*, Closener. 91) *untze an die müntze*, Closener. 92) *die scherer*, Closener. 93) Hauwart, gens nobilis Argent. 94) Kuse, gens nobil. Argent. 95) Closener: *an dem huse zu dem priol* (i. e. prior)

1298. citatus, quod veniret Frankenfurt ad audiendum de sua interesse, qui dux Austrie mandatis principum aures, prout debuit, voluit inclinare et obedire, assumptisque sibi sexingentis Ungariis, cum arcubus retro se velociter sagittantibus, absque omni armatura equitantibus, capillos[a] longos[a] ad modum mulierum ligatos[a] habentibus, barbasque longas ad modum fratrum Theutonicorum portantibus — qui inquam Ungarii adeo audaces fuerunt et veloces, quod nulla aqua fuit, quin ipsis transitus pateret per eam tam nando quam equitando — octingentis etiam armigeris nobilibus, qui nominati fuerunt *sperknappen und geringe volk*, assumptoque sibi duce de Kerden sororio suo, qui cum ducibus, baronibus, comitibus et aliis innumerabilibus nobilibus personis, habentibus mille equos valeratos seu dextrarios, iter versus Renum in Christi nomine assumpserunt. In cuius enim exercitu dicti ducis Austrie octingente mulieres iverunt, quarum unaqueque singulis septimanis dedit unum denarium officiato ad hoc deputato, qui eas defendit absque omni turbatione et lesione qualicunque. Erant enim predicti Ruodolfus rex Romanorum et Albertus, filius eius dux Austrie, vexilliferi et cives Argentinenses. Dux enim Austrie venit usque Waldeshuot absque omni lesionis periculo, sicut est manifestum. Qualiter autem cives Argentinenses ipsi obviam dederint, et qualiter subsidium ei prestiterunt, et quamdiu apud Kenzingen contra regem Adolfum se opposuerint et quantas expensas sustinuerint, videbitis superius esse notatum, et qualiter ad civitatem Argentinensem pervenerit.

Mai. Existente duce Austrie predicto in civitate Argentinensi, ex relatione veridica eius instillavit auribus, quod civitates, videlicet Hagenoensis, Spirensis, Wormaciensis et Oppenheimensis, neque[b] panem neque vinum nec alia necessaria sibi vellent vendere, sed se[c] ipsi et suis adiutoribus opponere in quantum possent. Hoc percepto dux Austrie vocari iusserat illum de Landenberg, suum marscalcum, et iussit eum annonam, vinum et alia necessaria emere vel accomodare. Qui marscalcus preceptis domini sui voluit obedire, et rogaverat aliquos cives Argentinenses, quod ei annonam venderent. Quorum aliqui sic responderunt: *Licet unum quartale siliginis vendatur bene pro decem solidis Argentinensibus, et quartale avene sex solidis, tamen sic nolumus vendere, sed quantum unum quartale siliginis valet et vendi potest infra octavam sancti Ioannis baptiste*[95*], *et eiusdem diei estimationem volumus* fol. 73. *nobis esse salvam et quod' infra dictam octavam sancti Iohannis baptiste annona taxatur.* Tandem conditio predicta inter predictas partes intervenerat sic, quod si aliquis tria milia quartalia siliginis, aliquis quinque milia et quantum voluit recepit; et iter versus partes inferiores receperunt. Marscalcus etiam predictus cottidie precepit acriter intimando et precipiendo, ne aliquis hominibus regis aliquod dampnum inferret; sed ubicunque aliquis de exercitu dicti ducis aliquod dampnum alicui intulit, cum ipsi intimatum fuerat, solvebat sine mora vel de ipsis recte iudicavit. Qualiter autem cives Spirenses, Wormacienses, Oppenheimenses se duci predicto opposuerint et quid fecerint, et qualiter dux Austrie Alceyam pervenerit, et qualiter Adolfus rex interfectus fuerit, superius est ostensum. Iul. 2. Interfecto vero Adolfo rege predicto in die Processi et Martiniani, anno Domini 1298. annona minus valuit de die in diem. Qualiter autem Adolfus sepultus fuerit et ubi et quomodo, et qui cum eo, et qualiter dux Austrie electus fuerit in regem Romanorum Adolfo rege vivente et ipso defuncto, et qualiter iterato fuerit apud Frankenfurt concorditer electus a principibus tam[d] laycis quam clericis, et qualiter civitates predicte et totum imperium ipsi fuerit subiectum, item qualis pax in tota terra per eum facta fuerit, item qualiter se regerit[e], superius est expressum. Termino vero solutionis annone appropinquante, infra octavam Iohannis baptiste prescriptam civibus Argentinensibus, Albertus Dei gratia Romanorum rex misit illum de Landenberg, suum marscalcum, ad civitatem Argentinensem, quod interesset taxationi annone prescripte ac solutioni eiusdem. Annona vero, videlicet quodlibet quartale siliginis taxatum fuit iuxta forum commune pro quinque solidis, avena vero pro tribus solidis, et carrata vini pro duabus que prius octo libras valuit, et omnia mundi necessaria bono foro vendebantur.

Convocavit igitur Albertus Dei gratia Romanorum rex principes tam clericos quam Nov. fol. 73'. laycos apud Nůrenberg, et de ipsorum' consensu multa bona statuta statuit, per Alsaciam, Sweviam et totam terram Alamanie publicari iussit, que omnia utilia et necessaria fuerunt.

a) capillis longis — ligatis *cod.* b) neque *addidi.* c) se *addidi.* d) tam *addidit Böhmer.* e) regerit *cod.*

95*) Iul. 1.

Confirmavit etiam Albertus Romanorum rex predictus omnia privilegia civitatis Argentinensis[96]. 1298. Oct. 18.

Tandem Albertus rex predictus colloquium habuit cum principibus apud Frankenfurt. 1299. Febr. Et miserat pro domino Cuonrado de Liehtenberg episcopo Argentinensi, suo predilecto, qui eius mandatis voluit obaudire et ad eum venit Frankenfurt, sicut fuerat ab eo rogatus, et benigne ab eo fuerat receptus. Regina[97] vero existente in Ulmen, misit litteras domino 97 Alberto regi Romanorum predicto, rogando quod dominum Cuonradum episcopum Argentinensem secum apud Ulmen duceret, ad videndum et speculandum personam domini eiusdem, qui se et sua pro domino suo predicto et eius adiutoribus totis viribus exposuit, sicut est manifestum. Qui episcopus cum ipso rege venit Ulmen ad reginam. Erantque omnes Mart. guerre sopite et vixerat tota terra in pace.

*Hec procuravit scribi magnus Ellehardus civis Argentinensis; ipsi honor et gloria cum salute.*

96) d. 18. Oct. 1298. Böhmer Reg. Alb. n. 62. 97) Elisabeth.

# ANNALES MARBACENSES


## EDIDIT ROGERUS WILMANS

TABULARIUS REGIUS MONASTERIENSIS.


*Annales sive Chronicon*[1] *subsequens, quod ad illustrandas res ab imperatoribus et regibus Staufensibus gestas haud parvi sape est momenti, primo integrum damus. Quae enim prius ex eo, hoc praefixo titulo:* Auctoris incerti fragmentum historicum, *Urstisius*[2] *in lucem ediderat, nihil prorsus nisi epitome sunt, in quam chronicon nostrum Albertus Argentinensis eo consilio redegerat, ut isagoges loco maius eiusdem opus historicum*[3] *antecederet. Haec quidem res iam pridem ultimis Fragmenti verbis*[4] *probata nunc quidem ex duobus Alberti codicibus a V. Cl. Engelhardt collatis*[5], *quorum uterque hoc fragmentum prae se fert, aperte evincitur. Et Boehmeri etiam accurata huius chronici editio*[6] *praecipue novissimam partem amplectitur et ex priore ea tantum dat, quae ad Alsatiam spectant.*

*Codex vero, ex quo Boehmeri et nostra editio fluxit, ni omnia nos fallunt, ipsius auctoris autographus est. Adiectum enim est hoc chronicon praestantissimo illi Ottonis Frisingensis codici Ienensi, quem Goethius ante* 30 *fere annos in Annalibus nostris*[7] *descripsit, de quo etiam in Operibus*[8] *egit, eadem manu saeculi XIII. medii, quae Ottonis Frisingensis chronicon inde a capite* 33. *libri septimi exaravit, his praemissis verbis:*

Explicit opusculum venerabilis Ottonis Frisingensis episcopi. Item aliud incipit a Dagoberto rege et aliis regibus breviter quedam perstringens, ubi quedam inveniuntur que in alio opere non habentur, et ibi quedam que hic non inveniuntur. Unde prudens lector de utroque colligat et in armariolo cordis recondat, ut, cum necesse fuerit, huiusmodi investigantibus depromere possit.

*Quae verba ut hic non ex descriptoris cuiusdam sed ex ipsius auctoris calamo fluxisse arbitrer, hac potissimum inducor ratione, quod in ipso chronico plurima offenduntur, quae Ottonis Frisingensis ingenium redolent et doctrinam*[9]. *Coniiciendum ergo licet, ipsum cum chronici Ottonis Frisingensis apographum absolvisset et alterum, ad supplendum et continuandum Ottonis librum, ex diversis fontibus compilatum, eidem subnecteret, ita huius eximii viri vestigia pressisse, ut vel invitus iisdem fere verbis et eadem elocutione uteretur atque*

1) Ab ipso auctore *chronica* vocatur anno 1185.
2) II. p. 74.
3) Quod historiam annorum 1273—1378. amplectitur, apud Urst. II. p. 95.
4) l. c. p. 93. *Qualiter autem ultimo concordabant in dominum Rudolfum comitem de Habesburg eligendum in Romanum regem, in sequenti opusculo patebit.*
5) Cfr. quae dixi in Annalibus nostris, Archiv XI. p. 135.
6) titulo *Annales Argentinenses* Fontes III. p. 66 sq.
7) Archiv II, 301 (cf. etiam Waitzium ibid. VIII, 698).
8) tom. XXXII, 164.
9) Cfr. quae hac de re disputavi Archiv XI. p. 121 sq.

*Otto. Hic ergo autographum exstare, nemo non videt. In qua quidem sententia non paullulum ab Alberto Argentinensi confirmari mihi videor, qui cum chronicon nostrum decurtaret, non aliud quam nostrum exemplar prae oculis habuit*[10].

*De provincia vero, in qua chronicon conscriptum fuerit, nullum apud omnes dubium; nam res Alsatienses et Argentinenses hic tanta diligentia et tanto studio litteris mandantur, ut extra Alsatiae fines exaratum esse nequeat. At de peculiari huius provinciae loco, cui ipsum debeamus, Boehmerus sententiam protulit, in cuius partes ire non possumus. Existimat*[11] *quidem ille vir praeclarus, chronicon nostrum in monasterio Novo-Castrensi prope Hagenoviam sito conscriptum fuisse. Equidem non nego, huius monasterii res saepius ibidem attingi, attamen loca*[12] *quae Novi-Castri mentionem iniiciunt, non ea sunt indole, ut chronicon in nullo alio monasterio concinnatum fuisse necessario statueremus. Huc accedit, quod auctor anno* 1199.[13] *de Novo-Castrensibus tamquam de suo sodalitio alienis loquitur.*

*Quae vero de monasterio Marbacensi, itidem in Alsatia sito, narrantur, multo plura sunt et speciem prae se ferunt talem, ut facile credas, auctorem nullo alio loco vixisse. Nam non solum dedicationes ecclesiae et monasterii, sed etiam mors fundatoris Burcardi, traditiones coenobio factae, successiones praepositorum et institutio primi abbatis religiosissime adnotantur*[14]. *Quae autem sub a.* 1096. *ex litteris Urbani II. ad Marbacenses directis Noster affert, aperte probant, auctorem in ipso monasterio opus suum condidisse, quippe cui liber ad eiusdem tabularium accessus patuerit, et ipsius congregationis sodalem fuisse, cum non sine altiore consilio Urbani II. praeceptum de praeposito sine violentia et astutia eligendo, operi suo insereret. Hanc quidem sententiam ea magnopere confirmare videntur, quae auctor anno* 1226. *de domo Argentinae in honore sanctae Trinitatis fundata refert. Haec enim fundatio, quo casu nescio, Marbacensibus damna in rebus suis attulit, et hac de re Noster prius graviorem edidisse sententiam, sed postea correxisse videtur. Etenim ex verbis* non sine grandi impensa Marbacensium *duo ultima secundis curis in loco raso scripta sunt. Quae res argumentum sane non spernendum est, ut codicem Ienensem ipsius auctoris autographum fuisse censeamus.*

*Omne denique scrupulum evellit Wernerus Titianus, qui in Annales Novesienses quos ad annum* 1592. *usque produxit*[15], *plures ex Annalibus Marbacensibus locos, quos apud Trithemium et Albertum Argentinensem frustra quaeris, transtulit*[16]. *Quae quomodo fieri potuerint, facillime ex eo explicatur, quod Wernerus Titianus annis* 1583 *et seqq., sicut ipse fatetur*[17], *Marbachii commorabatur, cui quidem coenobio, ut ex alio ab ipso allato documento constat*[18], *prior tunc temporis praefectus erat. Hoc ergo in loco codicem nostrum inspexit et quadam ex parte exscripsit.*

*Haec sancti Augustini congregatio Marbacensis, anno* 1090. *a Burchardo milite de Gebeleswilere, auspiciis magistri Manegoldi de Luotinbach fundata*[19],

10) Vide Arch. XI, p. 135.
11) Regg. imp. 1198—1254. praef. p. LXIX; cf. tamen Fontes III. praef. p. XXVI.
12) Vide infra annos 1133. 1158. 1199. 1207. 1218.
13) *De quibus reliquiis a venerabili Petro abbate ad monasterium Nuoburgense in magna quantitate apportate et apud eos actenus recondite.*
14) De quibus omnibus fuse in Annalibus nostris Arch. XI. p. 130 sq. disputavimus.
15) Exstant in Martenii et Durandii Amplissima Coll. Tom. IV. p. 522 sq.
16) Vide potissimum annos 1198 et 1199. l. c. p. 566, 1201. p. 567, 1219. p. 570, 1229. p. 571, 1236 et 1238. p. 572.
17) Cf. praefationem p. 525: *Etsi ego quidem eo tempore quum Truchsetius apostasiam in suo archiepiscopatu meditans, totam provinciam — defoedaret, undequaque templa ac monasteria erueret — — — longe hinc abessem, ac Marbachii in Alsatia agerem* etc.
18) l. c. p. 66. Inter fratres absentes conventus S. Augustini Novesiani qui unioni anni 1584. inchoatae non subscripserunt, ab ipso recensentur: *Philippus Huck, rector monialium in Dinslaken etc. et Wernerus Titianus Iuliacensis prior in Marpach.*
19) V. infra a. 1090.

quem Otto Frisingensis illustribus sui saeculi doctoribus adnumerare non dubi-
20 tavit[20], inde a cunabulis litteris et artibus operam perutilem navabat. Exstat etiam adhuc in Parisiensi bibliotheca codex historiae Friderici I. ab Ottone Frisingensi conscriptae saec. XII. in monasterio Marbacensi exaratus[21], quam historiam etiam Noster in chronico concinnando non uno loco in usus suos convertit. Praeterea scimus[22] iam anno 1149. monachum Marbacensem nomine Sintramnum librum a Guta sanctimoniali Schwarzenthanensi[23] conscriptum picturis exornasse[24], eodem fere modo, quo et postmodum Marbachii Ottonis Fris. Chronicon in nostro codice figuris delineatis illustratum est. Et saeculo adhuc decimo quinto Martinus Berlerus testatur, se vitam Leonis IX. papae in orna-
25 tissima bibliotheca Marbacensis monasterii repperisse[25].

In Marbacensi igitur coenobio hoc chronicon compositum vel potius ex diversis libris compilatum est. Boehmero[26] quidem veri simile videtur, auctorem inde ab a. 1187. rebus quas descripsit interfuisse. At iniuria, mea saltem sententia. Nam chronici auctor Annales Argentinenses a Grandidier ex codice saec. XIII. et supra p. 87 sqq editos integros fere a primo usque in ultimum annum sc. 1207. transscripsit, ita ut post hunc demum annum scribendi initium fecisse videatur[27]. Idem propemodum tempus ex notulis genealogicis, annorum 1152 et 1154. narrationi subiunctis, elucet, in quibus Ottonis IV. imperatoris mentio facta ostendit, hanc chronici partem post a. 1209. exaratam fuisse. Neque haec quae de rebus saeculo XII. gestis apud ipsum inveniuntur scripta, Noster ex suo ingenio et quasi oculatus testis narravit, cum in nonnullis locis tempori
28 illi suum tempus, quo ipse scribit, aperte opponat[28], in aliis vero, ex. gr. ann. 1199 et 1201. res gestas ita confundat, ut coaevus fuisse nequeat. Ex alio igitur scriptore nunc deperdito, qui anno 1202. operi finem imposuit, mutuatus est narrationem rerum ab anno 1162. usque ad annum 1202. gestarum et forsitan a tali qui res singulis annis gestas statim litteris mandaret, unde et hoc explicaretur, quod expeditio transmarina qua Fridericus I. occubuit, hic a. 1189. felicissimum iter appellata sit.

Sed et reliquam narrationis partem annos 1208—1238. complectentem vehementer dubito ut Noster sibi tamquam suam vindicare possit. Constat enim res anni 1208. saltem post a. 1213,[29] res anni 1220. post a. 1227 et 1237, quo Conradus IV. rex electus est, exaratas esse[30]. Praeterea haec pars talem cum Annalibus Colmariensibus[31] habet necessitudinem, ut in aperto sit, quod neuter scriptorum alterum exscripsit[32], sed uterque fontem communem Alsatiensem nunc deperditum ita religiose exscripsit, ut iidem errores apud ambos in-
33 veniantur[33].

Monachus noster Marbacensis enarratis rebus anni 1238. operi finem imposuit, et hoc ipso anno vel paullo post morte impeditus esse videtur, quin ipsum prosequeretur. Quae quidem ex ultimis chronici verbis coniicio. Nam quae hic leguntur: Heinricus etiam comes provincialis Alsatie decedens sine

20) Chr. Ott. Fris. libri V. prolog. 21) Cf. Archiv XI, 133. 22) Vide ib. p. 134. 23) coenobium ditionis Marbacensis, vide infra a. 1117. 24) Würdtwein N. s. VII, 176. 25) Cf. Archiv XI. p. 134. 26) Reg. imp. 1198—1254. praef. p. LXIX. Fontes III. praef. p. XXVI. 27) Vide Archiv XI. p. 124, 28) a. 1199. *Contigit eo tempore res miranda et nostris temporibus valde inaudita;* a. 1185. *ipso anno tanta habundantia fuit, quanta prius fuisse nullus eius temporis hominum vidit.* 29) Arch. XI. 123. 30) Vide infra a. 1220. 31) apud Urstisium II. p. 5 sq. et infra; quorum auctor, sicut ipse testatur, a. 1211 natus, anno 1238. ordinem Praedicatorum intravit, annis 1261 Parisiis, 1268 Uraniae (Uri) fuit. 32) Colmariensem non ex Nostro sua mutuari potuisse, narratio annorum 1221 et 1228 evincit ubi nonnulla inveniuntur sine dubio ex fonte illo deperdito derivata, quae apud Nostrum desiderantur. 33) Cf. praecipue annos 1216 et 1219.

herede, feoda plurima que tenebat ab imperio et episcopatu et ab aliis, ad dominium sue proprietatis sunt revocata — Et uxori eius nichil aliud remansit, nisi pauca predia que eiusdem erant; que pauco tempore post elapso enixa est filium, *iam die* 28. *Martii anni* 1239. *mutata et filius landgravii posthumus, Heinricus Sigebertus nomine, teste charta*[34] *Bertoldi episcopi Argentinensis, ab hoc in possessione feudorum episcopalium restitutus erat. Quae quidem noster adnotare sine dubio non neglexisset, si adhuc inter vivos fuisset.*

*Cuius scribendi genus si accuratius perpendis, etiam pro illo tempore satis rude et incomtum ubique deprehendes; sermo abundat anacoluthiis; saepissime verbum finitum ad ablativum absolutum refertur, neque desunt nominativi absoluti*[35]*, ita ut ubique incuria festinantius scribentis appareat*[36]. *Quod vero ad partem politicam attinet, auctor se devotissimum imperatorum Staufensium, praecipue vero Friderici II, quem* legitimum heredem *imperii vocare non dubitat*[37]*, esse asseclam alta voce profitetur. Non mireris igitur, talem scriptorem in Romanos pontifices parum propensi animi fuisse*[38]*; quod partium studium ipsum aliquando a vero declinavit, ita ut excommunicationis sententiam a.* 1227. *in Fridericum II. prolatam, quam ignorare non poterat, alto premeret silentio.*

*Post nostri chronographi mortem Marbacenses monachi posteriorum temporum, adnotationes nonnullas annos* 1262—1375 *spectantes, at non multi momenti, adiecerunt.*

*Hoc opus, scilicet chronicon una cum continuationibus, in usum suum converterunt circa a.* 1360. *Closener*[39]*, circa a.* 1378. *Albertus Argentinensis*[40] *et Königshoven*[41]*, qui dum Albertum in Germanicum sermonem converteret, ad ipsius fontem, chronicon scilicet nostrum, aliquibus in locis recurrebat*[42]. *Ad quos accedunt annales Hirsaugienses Trithemii*[43] *et Novesiani Werneri Titiani*[44]*, necnon scriptor cuiusdam codicis Vindobonensis*[45].

*Editio nostra fluxit ex autographo ipso, codice scilicet chronici Ottonis Frisingensis Ienensi, ex quo anno* 1850. *annales hos exscripsi. Ex eodem etiam Boehmerus editionem suam*[46] *comparavit, ita ut in locis quibusdam restituendis, ubi verba fere omnino deleta erant vel evanuerant, illius Viri curis adiutus sim, quod libenter et gratissime profiteor.*

*Scribebam Monasterii in Westfalia mense Ianuario anni* 1857.

*ROGERUS WILMANS.*

Anno ab incarnatione Domini 631. Dagobertus rex monarchiam in tribus regnis Burgundionum, Austrasionum, superiorum Francorum sagaciter accepit, fuitque rex fortissimus, enutritor Francorum, severissimus in iudiciis et ecclesiarum largitor; pacem in cuncto regno suo statuit. In multis gentibus rumor eius personuit, timorem universis regnis per circuitum incussit, pacificus et quietus regnum obtinuit Francorum, sancto Arnulfo Metense episcopo, Pipino duce et Bernoldus. Erchinoldo maiore domus utens consiliariis; nimio amore iusticie flagravit. A cuius temporibus, Dagoberti scilicet regis Francorum, usque ad annum quo Karolus cognomento Magnus ex Francigenis primus imperator Romanorum factus est, per annos circiter centum septuaginta unum fuerunt quindecim imperatores Romanorum quorum nomina hec sunt: Eraclius, Constantinus, Heraclonas, Constans, Constantinus, Iustinianus, Leontius, Absimarus, Philippus, Artemius qui et Anastasius, Theodosius, Leo, Constantinus, Leo, Constantinus cum Hyrene. Hinc Romanum imperium ad Francos commigravit.

A. D. 642. in Brittannia sanctus Oswaldus rex piissimus, cum regnum Anglorum et Brittonum novem circiter ibid.

34) apud Schöpflin Alsat. diplom. I. p. 382. Nr. 495. Cfr. etiam ibid. Nr. 492 et Alsatiam illustratam II, 524.

35) Cf. ann. 1152. 1190. 1191. 1194. 1195. 1238.

36) Vide ann. 1125. in fine et quae ibidem adnotavi et a. 1152.

37) in fine anni 1208.

38) cf. a. 185. *Urbanus III. gravem contra imperium movit seditionem — — — et episcopos — — — — ad coniurationem contra imperium incitavit;* quibus conferendi sunt anni 1197 et 1201.

39) Fritsche Closener's Strassb. Chronik edita a Strobel in Biblioth. des literar. Vereins zu Stuttgart I.

40) Cfr. Arch. XI, 135. 136.

41) cuius chronicon ediderunt Strobel et Schneegans: Code historique et diplomatique de la ville de Strasbourg I; cf. Archiv XI, 136.

42) Vide Archiv XI. p. 136.

43) annis 1186. usque ad ann. 1349.

44) vide supra.

45) teste Boehmero III. pag. XXIII.

46) Fontes III. p. 66.

Bernold. annis strennue amministrasset, contra Pendanum regem paganum pugnans, ocubuit et plurimis post mortem miraculis claruit.

A. D. 646. beata Gerdrudis virgo, filia Pipini ducis, soror Grimoaldi, Nivelensis cenobii mater, virtutibus claruit. Huius soror Begga et ipsa religiosa Angiso sancti Arnulfi filio nupsit. Sanctus quoque Arnulfus Metensis episcopus, cum esset in iuventute dux, genuit Angisum ducem; Angisus de Begga uxore genuit Pippinum ducem, qui maior domus regni Francorum erat. Pippinus genuit Karolum seniorem et ducem et maiorem domus Francorum. Karolus genuit Karlomannum et Pippinum, qui maiores domus regni erant. Pippinus postea rex genuit Karlomannum et Karolum regem postea imperatorem cognomento Magnum, ut in sequentibus planius dicetur.

A. D. 668. in orientibus partibus Constantinus, huius nominis quartus imperator, Romanis imperat; cuius temporibus Constantinopolis septennio obsessa, nec tamen est capta. Sub eodem Constantino floruit beatus Nicholaus archiepiscopus, qui postea apud Myream sub Iustiniano minore imperatore anno dominice incarnationis 673. migravit ad A. Argent. Dominum. Eodem tempore beatus Arbogastus extitit, qui filium Dagoberti a morte suscitavit, et Florentius, qui filiam eiusdem regis a demonio vexatam liberavit, Argentine vicissim succedentes episcopi claruerunt.

A. D. 674. Dagobertus rex obiit, et filii eius duo regno substituuntur. Sygebertus cum Pippino duce et maiore domus regie Austrasiam, Clodoveus iunior cum Nanthilde matre et Erchinoldo maiore domus regie Franciam et Burgundiam accepit. Sygebertus rex Austri, Pippino duce defuncto, Grimoaldum filium eiusdem maiorem domus statuit. Decedente vero tempore defuncto Sygeberto rege, Grimoaldus filium eius parvulum nomine Dagobertum totondit et in Scotia peregrinandum direxit, filium suum in regno constituens. Franci hoc valde indignantes, Grimoaldum capiunt et ad condempnandum regi Francorum Clodoveo offerunt. Qui in Parisius civitate carcere mancipatus, ut erat dignus morte, quod in dominum suum exercuit, valido cruciatu vitam finivit.

Per idem tempus concidit regnum Francorum casibus pestiferis. Fuit namque rex Clodoveus omni spurcicia deditus, fornicarius et illusor feminarum, gula et ebrietate contentus. De morte huius et fine nichil hystoria dignum recolit. Cui vicissim filii eius Lotharius, Hyldericus, Theodericus in regno successerunt. Erchinoldo igitur defuncto, Lotharius qui tunc regnabat Ebroinum maiorem domus constituit. Qui ob nimia scelera sua a Francis accusatus, ab Hylderico, ibid. qui fratri in regno successerat, in Luxovio monasterio Burgundie recluditur, et Leudesius, quem Germani Luothericum vocant, filius Erchinoldi, consilio Leodegarii Augustudensis episcopi maior domus palacii constituitur.

Rex igitur Hyldericus cum per aliquod annos regnasset, a pestiferis conspiratoribus in aula cum uxore sua pregnante peremptus est. Leudesius vero qui et Luothericus cum Francie et Germanie principibus fratrem eius Theodericum regem constituit, suffragantibus sibi Didone Pictaviensi episcopo, Leodegario Augustudensi episcopo et Gerino Pictavensi comite fratre eius.

Igitur Ebroinus de Luxovio egressus, et apostata factus, Theodericum regem et Leudesium persecutus, regales thesauros apprehendit, et quoscunque insidiatores suos reperit, crudeli morte dampnavit. Postea in Germaniam cum suis, quasi pacis sub obtentu, pro Leudesio transmisit, ut eius auxilio in gratiam regni pervenire potuisset, dispositis ei in itinere insidiis. Ille vero, licet eum omnimodis habuisset suspectum, tamen pro pace restauranda iter aggressus est. Cumque ad loca insidiarum pervenisset, Ebroinus cum suis ex inproviso consurgens, Leudesio cum aliquantis militibus occiso, ipse principatum regni violenter invasit, et cum conspiratoribus suis Leodegarium episcopum captivum interemit, ibid. Didonem episcopum avunculum eius exilio dampnavit. Leudesius namque cum maior domus esset, duxerat uxorem de prosapia sancti Sygismundi regis Burgundie, genuitque ex ea Athicum seu Adalricum, qui patre adhuc superstite, et Hylderico regnante, uxorem duxerat Berswindam nomine, filiam sororis sancti Leodegarii, sororem videlicet regine. Ob hanc causam consanguinitatis a prefato rege ducatum Germanie adeptus est, habuitque sedem in villa regia Ehenhem, et in castro quod Honburch nominatur: genuitque filiam a nativitate cecam nomine Odiliam, que ab Herhardo Ratisponensi episcopo et Hyldulfo Treverensi baptizata, in sacro fonte visum recepit.

Ebroinus igitur dum Francos crudeliter opprimeret, ab Ermenfredo occisus est, et Waranto maior domus a Theoderico constituitur. Quo defuncto, Franci in diversa tendentes, vacillabant, et Berecharium quendam statura pusillum, sapientia ignobilem, consilio inutilem, maiorem domus palacii oberrantes statuerunt.

Pippinus igitur dux, filius Angisi, nepos sancti Arnulfi, decedentibus regibus, qui iam dudum dominabantur in Austria, terram sibi vendicaverat, et consurgens commoto hoste quam plurimo contra Theodericum regem et Berecharium aciem dirigit. Illisque inter se decertantibus, Theodericus rex una cum Berechario terga vertit, Pippinus victor extitit, et Berecharius ab inimicis suis peremptus est. Post hec Pippinus dux, Theoderico annuente, cepit esse in principali regimine maior domus. Qui multa bella gessit contra Rapotonem gentilem, contra Suevos et quam plurimas gentes.

Theoderico decedente, Clodoveus filius eius regnavit, post quem Hyldebertus, deinde Dagopertus. Pippinus itaque dum principatum palacii sub predictis regibus annis 27 egregie amministrasset, mortuus est anno ab incarnatione Domini 714.

Bernold. Eius temporibus duo Angli presbiteri Ewaldi, dum Saxonibus predicarent, martyrio coronati et miraculis declarati, ab ipso Colonie tumulati sunt anno Domini 694. Sequenti anno sanctus Willibrordus a Sergio papa archiepiscopus ordinatus, genti Fresonum predicans, virtutibus claruit.

Igitur Pippino mortuo, Franci Raginfredum in principatum maiorem palacii elegerunt; qui Dagoberto rege mortuo cum Francis Danielem quendam clericum cesarie capitis crescente, in regnum statuit, atque Hylbericum nuncupavit. Eodem tempore Karolus dux, filius Pippini, in Austria[47] semel et iterum exercitu commoto contra Hilbericum regem et Raginfredum maiorem domus, pro principatu decertantibus, Hylbericus cum Raginfredo terga vertit; Karolus victor extitit. Deinde Hylberico mortuo, Theodericus ei successit. Quo mortuo, Hyldericus regnavit, qui tonsus et in monasterium iussu Stephani pape reclusus est, ut in sequentibus planius dicetur.

Karolus igitur dux victrici manu maior domus palacii effectus est, Raginfredo deposito. Cuius regiminis quarto ibid. anno, qui est a nativitate Domini 718. Sarraceni Constantinopolim obsidentes, tandem divino auxilio fame, peste et ferro repelluntur.

Sequenti anno sanctus Bonifacius a Gregorio papa Maguncie archiepiscopus ordinatus est, quamvis antea Maguntini episcopi suffraganei fuerint Wormaciensium episcoporum; et auctoritate apostolica duos in sua parrochia episcopatus fecit, Wirzeburgensem scilicet cui sanctum Burchardum, et Eistetensem cui sanctum Willibaldum comprovinciales primos episcopos ordinavit. Hic etiam Fuldense cenobium in saltu Bochania construxit, ubi postea cum Fresonibus predicaret, martyrii coronam adeptus, anno Domini 754. sepultus est.

Anno dominice incarnationis 723. corpus sancti Augustini Yponensis episcopi de Sardinia in Ytaliam a Luoprando A. Argent. rege Longobardorum translatum est Tycinum. Sequenti anno sanctus Pirminius in Augia insula serpentes fugavit, et cenobialem vitam ibi instituens, Ethonem postea Argentinensem episcopum, qui etiam Ethenheim cenobium construxit,

47) i. e. Austrasia.

pro se abbatem constituit, ipseque Alsaciam, Allemanniam atque Bawariam, alia constructurus cenobia, peciit, quorum A. Argent. nomina hec sunt: Althahe, Phevers Favarias, Muorbach, Scuothere, Gengenbach, Swarza, Wizenburch, Horenbach, Morsmuonstere, Nuowilre.

Anno Domini 731. Beda presbyter natione Anglicus, doctor eximius, migravit ad Dominum.

Karolus igitur dux et maior domus regni Francorum, postquam Alemanniam, Bawariam et totam provinciam Teutonicorum subegit regno Francorum, genuit Karlomannum et Pippinum. Qui diviso post obitum eius patris regno Francorum maiores domus prefuerunt, regibus tamen in Francia sed parva dignitate regnantibus. Igitur Pippinus missis Romam Bernold. legatis Zachariam papam de regno Francorum et ignavis eius regibus consuluit. Cuius auctoritate et non multo post iussu Stephani Romani pontificis Hilderico, qui tunc temporis regnum Francorum tenebat, deposito atque in monasterium detruso, Pippinus maior domus rex Francorum electus et Swessionis a sancto Bonefacio Maguncieusi archiepiscopo unctus est anno Domini 752.

Gens namque Merovingorum, de qua Franci reges creare sibi soliti erant, usque ad hec tempora duravit; que licet in Hylderico finita possit videri, tamen iam dudum nullius vigoris erat, nec quicquam in se clarum preter inane regis vocabulum preferebat. Nam opes in potentia regni penes palacii prefectos, qui maiores domus dicebantur, et ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur; neque regi aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos undecunque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa, que erat doctus vel etiam iussus, ex sua velut potestate redderet; cum preter inutile regis nomen et precarium vite stipendium, quod ei prefectus aule, prout videbatur, exhibebat, nil aliud proprii possideret, quam unam preparvi reditus villam, in qua domum et ex qua famulos sibi ministrantes atque obsequium exhibentes pauce numerositatis habebat. Quocunque eundum erat, carpento ibat, bubus iunctis et bubulco rustico more agente trahebatur. Sic ad palacium, sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob regni utilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat. At regni amministrationem et omnia que vel domi vel foris agenda ac disponenda erant, prefectus aule procurabat.

Quo officio tunc cum Hyldericus deponebatur, Pippinus iam velut hereditario iure fungebatur, qui honor non aliis dari consueverat quam his qui et claritate generis et opum magnitudine ceteris eminebant[a]. Hunc cum Pippinus ab avo et patre sibi et fratri Karlomanno relictum, summa concordia divisum, sex annis sub rege memorato tenuisset, Karlomannus amore conversationis contemplative succensus, operosa temporalis regni amministratione relicta, in monte Cassino optata quiete perfruitur.

Pippinus autem per auctoritatem Romani pontificis ex prefecto palacii rex constitutus, cum per aliquod annos ibid. Francis solus imperaret, Stephanus papa pro auxilio contra Haistulfum Longobardorum regem poscendo ad eum in Franciam venit, et filios eius Karolum, ob virtutum et meritorum quantitatem cognomento Magnum, et Karlomannum Parisius reges inunxit anno Domini 753.

Eodem anno Pippinus rex Saxonia vastata, Italiam cum exercitu petiit, Haistulfum regem Papie obsessum obsides ibid. dare et res sancti Petri sub sacramento reddere coegit. Post discessum Pippini regis Haistulfus sacramentum contempnens Romam obsidet, omnia circum ferro et igne vastans. Quapropter papa legatos per mare ad Pippinum regem pro auxilio misit. Qui veniens Haistulfum Papie obsedit, et Ravennam aliasque urbes pervasas sancto Petro et domno pape vi ablata reddere compulit.

Anno dominice incarnationis 759. sanctus Othmarus, qui celle sancti Galli primus abbas constitutus quadraginta annis preerat, a Warino et Rothardo, consensu Sydonii Constantiensis episcopi, inique dampnatus et in insulam Rheni Stein relegatus, migravit ad Dominum.

Eodem anno Waifarius tyrannidem in Aquitania exercuit; cui resistens Pippinus rex Wasconiam seu Aquitaniam invasit, et tyrannum iniuste usurpata sub sacramento reddere coegit.

Finito Aquitanico bello, quod per continuos novem annos gerebatur, Pippinus 17. anno regni sui apud Parisius obiit, superstitibus filiis Karolo magno et Karlomanno, ad quos successio regni divino nutu pervenerat. Franci igitur facto generali conventu, ambos sibi reges constituunt, ea conditione, ut totum regni corpus ex equo partirentur. Karlomannus post amministratum communiter biennio regnum morbo decessit, et Karolus, fratre defuncto, consensu omnium Francorum rex constituitur. Qui Hyldegardam, de gente Swaborum precipue nobilitatis feminam, in matrimonium accepit, et tres ex ea filios genuit, quorum unus vocabatur nomine patris sui Karolus, alter Pippinus, qui postea factus est rex super Ytaliam, tercius vero vocabatur Luodewicus, qui fuit rex super Aquitaniam. Liberalibus disciplinis et mundanis legibus instruebat eos, et cum primo etas paciebatur, more Francorum equitare, armis ac venationibus exerceri fecit. Tres etiam de Hyldegarda filias habuit, Ruodrudem, Bertham et Giselam.

Karolus igitur per 33 annos sub nomine regis circumquaque fortia gessit bella, ut in sequentibus dicetur. Romam venit propter Leonem papam, qui a Romanis lingua precisa et excecatus in Saxoniam ad eum perductus fuerat; ubi Leonem de ei illatis et non probatis criminibus sacramento purgatum, sedi sue restituit, ac temerarios iuxta leges Romanas capitali sententie addixit, sed precibus eiusdem pape vita concessa, in exilium eos relegavit. Itaque cum tanti tamque famosi viri per totum orbem terrarum fidei probitatisve fama pervolavit, Romani potentissimum Romanum imperium, immo et pape electionem sibi prescripserunt. Igitur precibus beati Leonis pape et principum regni omniumque Vit. Karoli M. primatum admonitus, tam Dei quam hominum voluntati consentiens, cum magno universalis cleri plebisque tripudio in Fridericiana I. c. 6.[48] die natalis domini nostri Ihesu Christi anno incarnationis eius 801. ante altare beati Petri apostoli Rome a Leone papa consecratus et unctus est Karolus imperator, ipso papa coronam auream capiti eius imponente, in iubilo cordis et oris Romano clero et populo acclamante: *Karolo augusto a Deo coronato magno et pacifico imperatori Romanorum vita et victoria.*

Sciendum est, quod primus omnium regum vel imperatorum post Christi nativitatem Karolus unctus est bis equidem, primo in Francia cum fratre Karlomanno adhuc puer in regem, deinde Rome in imperatorem. Ex eo reges et imperatores more antiqui Dei populi ungi ceperunt. Notandum etiam, quod huius nominis tercius Valentinianus, sub quo beatus Augustinus Yponensis doctor obiit, novissimus augustorum fuit in urbe Roma; post quem Hesperium cecidit regnum, et nemo creatus est Rome augustus per annos circiter 348 usque ad Karolum magnum. Ipse enim primus post Valentinianum Rome imperator augustus extitit. Post quem Romanum imperium cis mare Francorum regibus administrandum cum cesaris imperatoris augusti nomine commissum est, usque quo deficiente in Francia et lacessente regio stemate, Romanum imperium a Theutonicis principibus amministratum est usque in hodiernum diem. Hec civitas Roma condita est a Romulo annis 519 post Troie excidium; a condicione vero inclite Urbis usque ad incarnationem Domini fuerunt anni 752.

a) eminebat *cod.*

48) Cf. Archiv III, 353.

Karoli Magni vita Fridericiana I. c. 6.

Karolus factus imperator, Galliarum fines adiit, et locum qui Aquis ab aquarum calidarum adaptatione traxit vocabulum, solito more venandi causa egressus est, et perplexione silvarum et errore viarum a sociis separatus, termas calidorum fontium et palacia inibi reperit, que quondam Granous, unus de Romanis principibus, frater Neronis et Agrippe, construxerat; que longa vetustate deserta ac demolita, frutectis quoque ac vepribus occupata, pede equi quo sedit, inter saltus rivis aquarum calidarum percepit et reperit. In quo loco sub tytulo et honore beate Dei genitricis Marie fundavit ęcclesiam miri decoris, quam auro et argento et vario ornatu solidi ęris, cancellis quoque et ianuis magnifice et mirifice adornavit. Ad cuius etiam fundationis structuram cum columpnas et marmora aliunde habere non posset, Roma, Ravenna ac Treveri devehenda curavit, nullum laborem ac sumptum recusans. Consecrationem vero eiusdem basilice quanta sollempnitate episcoporum et prelatorum, quanta tocius regni et imperii primatum et principum numerositate celebraverit, ascito etiam beato Leone, sancte Romane sedis presule, series gestorum principalium manifeste declarat. Illius namque ęcclesię celeberrima dedicatio sub presentia metropolitanorum et episcoporum numero 365, excepta innumerabili multitudine ducum, marchionum, comitum, baronum, tam Italie quam Saxonie, tam Bawarie quam Alemannie et utriusque Francie, ab omnibus gloriosissime est sollempnizata[49]. Illic igitur domino apostolico et omnibus predictis nobilibus et egregiis personis congregatis, imperator meruit ab omnibus obtinere pro nimia devotione, quam erga ipsum locum et matrem Christi habebat, ut in templo eodem sedes unctionis regię locaretur, et locus regalis et caput Gallie trans Alpes haberetur, ac in ipsa sede reges successores et heredes regni iniciarentur, et sic iniciati iure dehinc imperialem benedictionem Rome a domino apostolico sine ulla interdictione planius assequerentur. Confirmatum et sanctitum est a domino apostolico Leone et a Karolo Romanorum imperatore semper augusto, quatinus ratum et inconvulsum hoc statutum et decretum maneat, ut Aquisgrani sedes regni trans Alpes habeatur, sitque caput omnium civitatum et provinciarum Gallie. Acquieverunt universi voluntati imperatoris, qui ad hoc sollempne dedicationis ex diversis regnis confluxerant, ac bonum et acceptum coram Deo et hominibus apostolici et imperatoris decretum astruxerunt, et omnium graduum episcoporum, abbatum quoque banno corroborari hanc peticionem universi acclamaverunt. Quam strennue Deo dilectus imperator materialis gladii cingulo milicie precinctus, laboriosum onus sustinuerit, qui scire desiderat, in cathalogo virorum fortium et in cronicis eiusdem inveniet[50]; tamen pauca bellorum eius insignia annotemus.

Einhard. v. Karoli M.

Omnium que gessit bellorum primo Aquitanicum, a patre Pippino inchoatum sed nondum finitum, quia cito peragi posse videbatur, fratre adhuc vivo et auxilium ferre rogato suscepit, et licet eum frater promisso frustrasset auxilio, susceptam expedicionem strennuissime executus est. Nam Hunoldum, qui post Waifarii mortem Aquitaniam occupare bellumque iam pene peractum reparare temptaverat, Aquitaniam relinquere et Wasconiam petere coegit. Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmisso amne Garonna, Lupo Wasconum duci per legatos mandat, ut perfugam lapsum reddat, an bellica manu eum aditurum se sciat. Sed Lupus saniori usus consilio non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se ipsum cum provincia cui preerat eius potestati submisit. Compositis in Aquitania rebus eoque bello finito, regnique socio iam rebus humanis exempto, precibus Adriani pape exoratus bellum contra Longobardos suscepit. Quod prius quidem et a patre eius, Stephano papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est, quia quidam e primoribus Francorum, cum quibus consultare solebat, adeo voluntati eius renisi sunt, ut se regem deserturos domumque redituros libera voce proclamarent. Susceptum tamen est tunc contra Haistulfum regem et celerrime completum. Sed licet sibi et patri belli suscipiendi similis ac pocius eadem causa fuisse videretur, haut simili tamen et labore certatum et fine constat esse completum. Pippinus siquidem Haistulfum paucorum dierum obsidione compulit Romanis sub sacramento ablata restituere; Karolus vero post inchostum a se bellum non prius destitit, quam et Desiderium regem, quem longa obsidione fatigaverat, in dedicionem susciperet, filium eius Adalgisum, in quem spes omnium inclinate videbantur, non solum regno sed etiam Italia excedere compelleret, omnia Romanis erepta[a] restitueret, Ruodgausum Foro Iulii ducatus prefectum opprimeret totamque Italiam sue dicioni subiugaret, subacteque filium Pippinum regem imponeret. Post cuius finem, Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur, repetitum est, quo nullum neque prolixius neque atrocius Francorumque populo laboriosius susceptum est. Cum magna utrimque animositate susceptum est bellum, tamen maiore Saxonum quam Francorum dampno, et per continuos 33 annos gerebatur. Poterat siquidem cicius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dicendum est, quociens superati ac supplices regi se dediderunt. Legatos qui mittebantur susceperunt, aliquociens ita domiti et emolliti, ut etiam cultum demonum dimittere et christiane religioni se subdere promitterent. Sed sicut ad hec facienda aliquociens proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere precipites. Nonnunquam eos aliquid perpetrantes impune ferre passus est, quin aut ipse per se aut per comites suos misso exercitu perfidiam ulcisceretur, et dignam ab eis penam exigeret, usquedum omnibus qui resistere solebant profligatis et in suam potestatem redactis, decem milia hominum ex his qui utrasque ripas Albis fluminis[b] incolebant cum uxoribus et parvulis sublatos transtulit, et huc atque illuc per Galliam et Germaniam multimoda divisione distribuit. Eaque conditione ab rege proposita et ab illis suscepta, tractum per aliquod annos bellum constat esse finitum, ut abiecto demonum cultu et relictis patriis cerimoniis, christianę fidei atque religionis sacramenta perciperent, et Francis adunati unus cum eis populus efficerentur. Hoc bellum licet per multum temporis spacium traheretur, ipse non amplius cum hoste quam bis acie conflixit. His duobus preliis hostes adeo profligati et devicti sunt, ut ulterius regem neque provocare neque venienti resistere auderent. Plures tamen eo bello ex nobilitate Francorum quam Saxonum consumpti sunt, tandemque anno 33. finitum est. Cum enim assiduo cum Saxonibus bello certaretur, dispositis per congrua confiniorum loca presidiis, Hyspaniam quam maximo poterat belli apparatu adgreditur, saltuque Pyrenei superato, omnibus que adierat oppidis atque castellis in dedicionem ącceptis, salvo atque incolumi exercitu revertitur, preter quod in ipso Pyrenei iugo Wasconiam perfidiam parumper in redeundo contigit experiri. Nam eos, qui incedentes novissimi agminis subsidio precedentes tuebantur, desuper incursantes, in subiectam vallem deiciunt, consertoque cum eis prelio usque ad unum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis noctis beneficio que iam instabat protecti in diversa disperguntur.

Postea domuit Brittones, qui ad occidentem in extrema quadem parte Gallie super litus occeani residentes, obsides dare et que imperabantur se facturos coacti sunt promittere. Postea cum exercitu Italiam ingressus est, ac per Romam iter agens ad Capuam Campanie urbem accessit, atque ibi positis castris bellum Beneventanis ni dederentur comminatus est. Prevenit hoc dux gentis Aragysus, filios suos Ruomoldum et Grimoldum cum magna pecunia obviam

a) accepta *cod.* b) fluminibus *cod.*

49) Cf. Archiv III, 355. 50) Haec ex vita Karoli M. fluxere, quam anonymus quidam iussu Friderici I. imp. circa a. 1165. conscripsit. Prologum operis nondum editi iuris publici Kollar Analecta p. 471 fecit, in quo haec occurrunt: *Egregia vero ipsius Karoli M. gesta et triumphalem bellorum eius historiam aliis relinquimus, quae in catalogo virorum fortium et in chronicis — — reperitur.*

Einhardi v. Karoli M.

Karolo mittens rogat, ut filios obsides suscipiat, seque cum gente imperata facturum pollicetur preter hoc solum, si ipse ad conspectum venire cogeretur. Rex utilitate gentis magis quam animi obstinatione considerata, oblatos sibi obsides suscepit, eique ut ad conspectum venire non cogeretur pro magno munere concessit, unoque ex filiis qui minor erat obsidatus gracia retento, maiorem patri remisit. Bawaricum deinde bellum et repente ortum et celeri fine completum est. Quod superbia Tassilonis ducis excitavit. Qui ortatu uxoris, que filia Desiderii regis erat ac patris exilium per maritum ulcisci posse putabat, iuncto federe cum Hunis qui Bawaris sunt ab oriente contermini, non solum imperata non facere, sed bello regem provocare temptabant. Qui copiis undique contractis, Bawariam petiturus ipse ad Lechum amnem, qui fluvius Bawaros ab Alamannis dividit, cum maximo venit exercitu. Cuius in ripa castris collocatis, prius quam provinciam intraret, animum ducis per legatos statuit experiri. Sed nec ille pertinaciter agere, sed sibi vel genti utile ratus supplex se regi subdi permisit, obsides qui imperabantur dedit, inter quos et filium suum Theodonem, data insuper fide cum iuramento; sicque bello quod maximum futurum videbatur, celerrimus est finis impositus. His motibus ita compositis, Sclavis qui nostra consuetudine Wilzi vocantur, bellum inlatum est. Causa belli erat, quod Abroditos qui cum Francis olim federati erant, assidua incursione lascescebant, nec iussionibus coerceri poterant. Situs quidam ab occidentali occeano versus orientem porrigitur longitudinis incomperte, quem multe circumsedent nationes, Danisi[a] ac Sueones, quos Nortmannos vocamus, qui septentrionale litus et omnes in eo insulas tenent; at litus Austrie Scavi et Aisti et alie diverse incolunt nationes, inter quos precipue fuerunt quibus tunc a rege bellum inferebatur, Wetalabi. Quos ille una tantum expeditione ita contudit ac domuit, ut ulterius imperata facere minime rennuendum iudicarent.

Maximum omnium, que ab illo gesta sunt bellorum, preter Saxonicum, huic bello successit contra Avaros et Hunos. Unam tamen per se in Pannoniam, nam hanc provinciam ea gens tunc incolebat, expeditionem fecit; ceteras filio suo Pippino ac prefectis provinciarum atque legatis perficienda commisit. Quod cum ab his strennuissime fuisset amministratum, octavo tandem anno est completum. Quod prelia in eo gesta, quantum sanguinis in eo fusum sit, testatur vacua omni habitanti Pannonia, et locus in quo regia Kanagi[b] erat ita desertus, ut nec vestigium quidem in eo humane habitationis appareat. Tota in hoc Hunorum nobilitas periit, tota gloria decidit. Omnis pecunia et congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt, neque ullum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati sint, quippe cum usque in id temporis pene pauperes viderentur; tantum auri et argenti in regia repertum, tot spolia preciosa sublata, ut merito credi posset hoc Francos Huonis iuste eripuisse quod Huoni prius aliis gentibus iniuste eripuerunt. Post hec bello appetit utramque Pannoniam et adpositam in altera parte Danubii ripe Daciam, Hystriam quoque et Liburnam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quos ob amiciciam et iunctum fedus Constantinopolitanum imperatorem habere permisit. Deinde omnes barbaras ac feras nationes, que inter Rhenum et Visuam fluvios occeanumque ac Danubium posite, lingua pene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, ita perdomuit, ut eas tributarias efficeret. Inter quos precipue fuerunt Welatabi, Sorabi, Abodriti cum quibus bello conflixit, ceteras quarum multitudo maior est numerus in dedicionem accepit. Boemicum et Liconicum, que postea exorta sunt, diu stare non potuerunt, quorum utrumque ductu Karoli iunioris celeri fine completum est. Postea contra Nortmannos, qui primo pyraticam exercentes, deinde littora Gallie atque Germanie vastantes, bellum susceptum est. Quorum rex Godefridus adeo vana spe inflatus erat, ut sibi tocius Germanię promitteret potestatem, Fresiam quoque atque Saxoniam haut aliter quam suas estimabat provincias. Iam Abodritos vicinos suos in suam ditionem redegerat, iam eos sibi vectigales fecerat. Iactitabat etiam se brevi Aquisgrani cum maximis copiis adventurum. Nec dictis eius quamvis vanissimis omnino fides annuebatur, quin pocius putaretur tale aliquid inchoaturus, nisi festinata fuisset morte preventus. Nam a proprio satellite interfectus et sue vite et belli a se inchoati finem acceleravit.

V. Karoli M. Frideric. lib. II.

Interea apud Ierusalem inter christicolas et paganos discordia orta est adeo magna, quod patriarcha, vir perfectissime religionis, de civitate vi expulsus ad imperatorem Constantinum et filium eius Leonem, qui tunc temporis illis partibus imperabat, Constantinopolim fugiendo, cum aliis christianis pervenerit et ei lacrimabiliter quę et quanta sibi sint illata et qualiter sepulcrum Domini et sancta loca gentes inordinate tractent, quod universis Christi fidelibus deberet esse dolendum, enarravit.

Imperator igitur hostes sancte ecclesię refrenandos Karolum magnum socium itineris ascivit litteris sibi cum muneribus insignibus directis. Quibus ille receptis, intellexit iam se a Deo ad hoc negotium preelectum esse et iam usque ad orientales famam sue probitatis transvolasse. Hinc gaudio gavisus est valde; sed opido quod dominicum sepulcrum erat a paganis obsessum condolens, lacrimari cepit. Qui statim consilio habito, per totum Francorum regnum edici citissime imperat, ut omnes, quicunque ad sese defendendum arma possent deferre, tam senes quam iuvenes, secum pugnaturi in paganos versus orientales plagas inevitabiliter satagant. Alioquin quicunque huius edicti mandata non peregerit, ipse in vita sua et filii eius similiter, ex regis decreto, de capite quatuor nummos quasi servi solvant.

cf Arch. III, 356.

Quid ultra? Catervatim undique populis circumfluentibus, maiorem exercitum quam antea habuisset brevi spacio congregavit. Itaque in nomine Domini profectus, tandem cum exercitu suo Constantinopolim longo itinere fatigatus pervenit. Postea vero fugatisque paganis, ad celsam urbem, que vexilla vivifice crucis Christique passionis retinet monimenta, letus et supplex adventans, patriarche totique christicole plebi cuncta prospera, Deo opitulante, solidavit. His itaque gestis imperatorem Constantinum licentiam repatriandi Karolus magnus subrogavit, acceptis ab eo dignis ac sacrosanctis pigneribus sanctorum, scilicet de spinea corona Domini octo spinas, cum roboris parte, unum de clavis Domini et de sancta cruce, et sudarium Domini, et sancte Dei genitricis camisiam, et cinctorium unde puerum Ihesum in cunis cinxerunt, et brachium senis Symeonis et alia multa; que omnia Deo dilectus Karolus post reditum suum Aquisgrani, cum multorum religiosorum virorum comitatu diligentissime recondidit.

Turpin. c. 2.

Itaque magnus imperator Karolus postquam multis laboribus diversa orbis regna innumerasque urbes a *mari* usque ad mare, divinis munitus subsidiis, invincibili potentie sue brachio subiugavit, et ab infidelium potestate liberavit, christiano imperio subdidit, tanto igitur sudore ac gravi fatigatus labore, ut requiem sibi daret, nec amplius bellum *iniret* proposuit. Et ecce per visum nocte intuitus est in celo quandam viam quasi stellatam, incipientem a mari Frisie, et tendentem inter terram Teutonicam et Italiam, inter Galliam et Aquitaniam, rectissime transeuntem per Wasconiam, Basculamque et Navarriam atque Hyspaniam usque Galiciam, ubi corpus beati Iacobi tunc temporis latebat incognitum. Hec igitur cum Karolus per singulas pene noctes conspiceret, apparuit ei beatus Iacobus, ammonens, ut ad expugnandam perfidiam et visitandam memoriam eius in Galiciam proficisci deberet, et post eum omnes populi, a mari usque ad mare peregrinantes et delictorum suorum veniam implorantes, illuc ituri essent a temporibus suis usque ad finem seculi. Quibus imperator excitatus et ammonitus, atque promissione apostolica fretus, coadunatis exercitibus multis, expugnare gentes Hyspanie et Galicie aggressus est. Prima urbs quam obsidione cinxit Pampilona extitit, et sedit circa eam tribus mensibus, sed eam capere non poterat, quia muris inexpugnabilibus munita erat. Tunc prece ad Dominum et ad

a) *ita c.* b) *ita c. loco* Kagani.

Turpin. c. 2. sanctum Iacobum fusa, muri confracti funditus corruerunt, sicut legitur divinitus factum de muris Iericho. Itaque Sarracenos, qui baptizari voluerunt, ad vitam reservavit, eosque qui rennuerunt gladio feriendos tradidit. His auditis, ceteri Sarraceni invictissimo Karolo ubique sese in dedicionem tradebant, obviamque ei tributa mittebant, et urbes ultro reddebant, totaque gens in Galicia valida et robusta, armis abiectis, imperatorem Karolum honorifice et pacifice recepit. Deinde Karolus visitato beati Iacobi sepulcro, accessit ad petram limitarem, et infixit in mari lanceam suam, agens Deo grates et sancto Iacobo, qui illum huc usque duxisset, dicens, quia ulterius ire non posset.

Reverso domum in Galliam Karolo magno, quidam rex Affrice, nomine Aiolandus cum exercitu terram Hyspanie sibi subiugavit, interfectis universis eiectisque de oppidis et urbibus christianis custodibus, quos ad custodiendam terram reliquerat. His auditis, Karolus cum magno exercitu rursum proficiscitur in Hyspaniam, reperitque Agyolandum in ameno 51 prato super fluvium quod vocatur Ceia[51], ubi postea basilica beatorum martyrum Facundii et Primitivi ab ipso noscitur fabricata. Appropinquantibus autem christianorum exercitibus, mandavit Agyolandus Karolo optionem pugnandi secundum velle suum, vel viginti contra viginti, vel quadraginta contra totidem, vel centum contra centum, vel mille adversus mille, vel uno contra unum, vel duobus contra duos decertantibus. Interea missi sunt a Karolo centum contra centum Agyolandi milites, et interfecti sunt Sarraceni. Deinde misit Agyolandus ducentos contra ducentos Karoli milites, et statim occisi sunt omnes Mauri. Iterum misit Agyolandus duo milia contra duo milia, e quibus alia pars occisa est, alia terga vertit. Tercia vero die iecit sortes Agyolandus secreto, in quibus agnovit Karoli detrimentum, et mandavit ei, ut ad pugnam plenariam contra eum die sequenti veniret; quod ab utraque parte concessum est. Tunc astiterunt quidam ex christianis, qui sero ante diem belli arma sua bellica studiose preparantes, hastas suas in terra fixerunt, erectas ante castra, scilicet in pratis iuxta prefatum flumen; quas summo mane corticibus et frondibus invenerunt vestitas: hii scilicet, qui in acie proxima palmam martyrii pro fide Christi erant accepturi. Unde ultra quam dici fas est ammirantes, tantumque miraculum divine gratie et meritis fideique imperatorie ascribentes, absciderunt prope terram; quarum radices, que in terra remanserunt, ex se postea magna genuerunt nemora, que adhuc in eodem loco apparent. Erant autem multe ex hastis fraxinee. Die igitur sequenti commissa est contra hostes pugna, in qua occisa sunt christianorum 40 milia, et dux Milo de Angulariis, Rothlandi genitor, ibidem martyrii palmam adeptus est, cum his, quorum haste ut dictum est fronduerant. Sed et Karoli equus in eadem pugna interemptus est.

Tunc imperator constanter permanens, cum duobus milibus christianorum peditum et ipse pedes, cum se inter innumera hostium milia cerneret circumvallatum, evaginato gladio multos Sarracenorum trucidavit. Die vero advesperascente, tam christiani quam Sarraceni in castra revertuntur. Altera die Agyolandus in fugam versus, in Legionensium fines secessit, et triumphator Karolus in Galliam remeavit; ubi rursus multis congregatis de imperii visceribus, videlicet 134 milibus, Hyspaniam ingreditur, et cum Agyolando congressus, ipsum et omnes suos prostravit, et cuncta rite disponens, victor ad propria rediit.

Hec bella et multo plura rex et imperator potentissimus per annos 47 in diversis terrarum partibus summa prudentia atque felicitate gessit.

Einhard. Quibus regnum Francorum, quod post patrem Pippinum susceperat, ita nobiliter ampliavit, ut pene duplum illi adiecerit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Gallie, que inter Rhenum et Ligerem occeanumque ac mare Balearicum iacet, et pars Germanie, que inter Saxoniam et Danubium Rhenumque ac Salam fluvium, qui Tuoringos et Sarabos dividit, posita a Francis qui orientales dicuntur incolitur, et preter hec Alamanni atque Bawari ad regni Francorum potestatem pertinerent, ipse per bella memorata et multiplices victorie palmas ampliavit. Auxit etiam gloriam regni sui quibusdam regibus ac gentibus per amiciciam sibi conciliatis. Hadefonsum namque Galicie atque Asturie[a] regem sibi societate devinxit, ac Scotorum reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, ut eum nisi dominum seque subditos ac servos eius pronunciarent. Cum Aaron rege Persarum, cui Nicephorus Constantinopolitanus imperator tributa solvebat coactus, qui excepta India totum pene tenebat orientem, talem habuit in amicicia concordiam, ut is graciam eius omnium qui in toto orbe terrarum erant regum ac principum amicicie preponeret. Inter alia enim munera elephantum sibi misit. Imperatores eciam Constantinopolitani Constantinus cum matre Hyrene, Nicephorus, Michael et Leo ultro amiciciam et societatem expetentes, quam plures ad eum misere legatos, cum quibus tamen propter susceptum a se nomen imperatoris et ob hoc ei quasi qui imperium eis eripere vellet valde suspectum, fedus firmissimum statuit ut nulla inter partes cuiuslibet scandali remaneret occasio. Qui cum tantus in ampliando regno et subiciendis exteris nationibus existeret et in huiusmodi occupationibus assidue versaretur, opera tamen plurima ad regni decorem et commoditatem pertinentia diversis in locis inchoavit, quedam etiam consummavit. Fundavit etiam palacia operis egregii, unum haut longe a Maguncia civitate iuxta villam Ingelnhem, alterum Noviomagium super Vahalem fluvium. Edes sacras ubicunque in imperio suo collapsas vetustate comperit, pontificibus et patribus ad quorum curam pertinebant ut restaurarentur imperavit, adhibens curam per legatos ut imperata perficerent.

Vita Karoli Frider. I. c. 14. 15. cf. Arch. III, 355. Per totam Gotiam eius imperio innumera construebantur monasteria, que pro loci et temporis oportunitate imperiali dotabantur munificentia. Eo eciam tempore, quo Saxones sepenumero fedifragi et rebelles tandem sine spe recalcitrandi et usque ad interitum debellati victori Karolo se tradiderunt, divisit idem imperator ipsam terram inter episcopos, presbiteros et abbates, ut in ea predicarent et baptizarent et ecclesias edificarent, que vero usibus eiusmodi necessaria essent, ab ipsa imperiali munificentia large acciperent. Eodem quoque tempore Winidorum et Fresonum infinita multitudine sacri baptismatis lavacro innovata, in terminis ipsorum innumerabiles fundate et dotate sunt augustali providentia ecclesie. Cum enim a Deo dilecto multa sint reparata, immo a fundamentis edificata monasteria, 23 sub certis tytulis et numero in Aquitanie regno legimus comprehensa. Que omnia imperator auri et argenti ponderibus et multis honoribus ditavit, insuper reliquiarum insignium sanctissimis patrociniis. Inter cetera namque multiplicium monasteriorum edificia regali munificentia ingentique labore monasterium Anianensis[b] archisterii edificavit, quod in honore sancte Trinitatis a 360 et senis pontificibus consecrari fecit, ubi etiam abbatem Benedictum nomine constituit, qui 400 monachorum pater extitit. Ex auro quod ei reges et principes Hyspanie dederunt, beati Iacobi basilicam tunc per tres annos in illis horis commorans augmentavit, antistitem et canonicos in ea instituit, eamque libris et ceteris utensilibus decenter ornavit.

Einhard. Specialiter pro ceteris sacris et venerabilibus locis ecclesiam apostolorum Petri et Pauli Rome coluit, in cuius donaria multitudo pecunie congesta est. Mandavit eciam, ut unusquisque episcopus in omnibus regni et imperii sui finibus cum suis presbiteris officium divinum, sicut sancta Romana psallit ecclesia, celebraret. Erat Karolus cenobiorum consolator, pauperum pater, elemosinarum munificus largitor, omnium pius subventor, circa pauperes suscipiendos et misericordi fovendos auxilio devotissimus, ut qui non in patria solum erant, verum trans maria, in Syriam et Egyptum atque Affricam, Ierosolimis, Alexandrie atque Kartagini, ubi christianos in paupertate vivere compererat, penurie eorum compaciens pecuniam mittebat. Cathenatos in vinculis, oppressos ergastulis Christi fideles sua alimonia redimi mandabat. Ob

a) Astucie c. b) Amanensis c.

51) Cera apud Turpinum.

hoc maxime transmarinorum regum amicicias expetebat, ut christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio misericordie proveniret. Huiusmodi operibus dilectus Deo Karolus minime gravabatur, sciens quia fiducia magna coram Deo esset elemosina. Erat eloquentia copiosus et exuberans poteratque quicquid vellet apertissime Einh. c. 25 exprimere, lingua Latina ac paterna eque utebatur, Teutonica plurimum instructus erat, Grecam vero melius intelligere quam pronunciare poterat. Artes liberales studiose coluit earumque doctores plurimum veneratus est. Discebat artem ibid. computandi, et intentione sagaci syderum cursum curiose rimabatur. Inter cenandum aut aliquod acroma aut lectorem ibid. c. 24 audiebat. Legebantur ei hystorie et antiquorum regum gesta. Libris beati Augustini invigilavit, precipue his qui de civitate Dei sunt intytulati. Ipse namque diversis tribubus et populis orthodoxe fidei karactere insignitis, libros, quorum magnam copiam compilaverat, circa finem vite large manu distribuit.

Anno dominice incarnationis 783. Hyltegart regina uxor eius obiit. Eodem anno Bertha mater eius, que apud eum in magno honore senuerat, vita decessit et apud maritum suum Pippinum Parisius sepelitur.

Anno regni Karoli magni 42, obiit Pippinus filius eius rex Italie. Sequenti anno Karolus primogenitus eius vita decessit. Solus Luodewicus ad regni gubernacula remansit. Ruodrudis filiarum eius primogenita defuncta est prius quam ipse obiret; hec Constantino filio Hyrene desponsata erat Grecorum imperatore. Hic Constantinus huius nominis sextus cum matre Hyrene imperium in Orientis partibus accepit anno d. i. 774. Eodem anno homo quidam fodiens in longis Tracie muris invenit lapideam archam, quam cum expurgasset, reperit virum iacentem et conglutinatas arche litteras continentes hec: *Christus nascetur ex virgine Maria et credo in eum. Sub Constantino et Hyrene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.* Unde cognoscere possumus, nullo tempore defuisse fideles spiritu Dei plenos.

Sed unde digressi sumus revertamur. Atletha Dei Karolus triennio ante obitus sui diem, zelo Dei et pio affectu ibid. sue salutis omnem substantiam et suppellectilem, que in auro et argento gemmisque et ornatu regio in camera aut vestiario suo inveniri poterat, primo quidem trina divisione partitus est, deinde easdem partes subdividendo de duabus partibus viginti et unam partem fecit, terciam integram reservavit. Duarum partium in viginti et unam partem facta divisione[a], tali ratione constituit, ut quia in regno eius metropolitane ęcclesię 20 et una esse noscebantur, una queque illarum partium ad unam quamque metropolim per manus heredum et amicorum elemosine nomine perveniret, et archiepiscopus qui tunc temporis illius ęcclesię metropolitane rector fuisset, partem que ad suam ęcclesiam data esset suscipiens, cum suis suffraganeis partiretur, eo scilicet modo, ut tercia pars sue esset ęcclesię, due vero partes inter suffraganeos dividerentur. Quarum metropolitanorum[b] nomina hec sunt: Roma, Ravenna, Mediolanum, Aquilegia, Gradus, Colonia, Maguntia, Salzburch, Rotomagus, Treveris, Senonis, Bysuntium, Lugdunum, Remis, Arelas, Vienna, Orantasia[c], Ebrodunum, Burdegala, Turonis, Byturicas. Duabus igitur partibus sic distributis et sub sygilli inpressione reconditis, voluit, ut tercia pars in usu cottidiano versaretur, quamquam in fine vite sue in eiusmodi opus expensa fuerit. Hec omnia et multo plura elemosinarum insignia summa cum devotione Luodewicus, qui divina iussione successit, quam celerrime potuit post obitum patris adimplere curavit.

Omnibus itaque Karolus in pace et tranquillitate compositis, coronato filio suo Luodewico et commisso ei tocius regni negotio, cum more solito Aquisgrani hyemaret, febre valida correptus decubuit, et in senectute bona viam universe carnis ingressus est 5. Kal. Febr., etatis sue anno 72, regni autem 47, subacteque Ytalie 43, ex quo imperator et augu- cf. Bernold. stus appellatus est 14, incarnati verbi Dei anno 814, et in ęcclesia Aquisgrani honorifice sepultus quiescit.

Decedente Karolo magno imperatore, Ludewicus cognomento pius regni gubernacula suscepit. Hic in iuventute accepit uxorem filiam nobilissimi ducis Ingrammi nomine Irmingarde et ex ea tres filios habuit, adhuc vivente patre, Lotharium, Pippinum et Luodewicum, quartum Karolum nomine post mortem patris genuit.

Anno Domini 816.[d] Leone papa defuncto, Stephanus sedit mensibus septem. Qui ad Luodewicum regem in Fran- ibid. ciam veniens, Remis eum in imperatorem coronavit, deinde Romam rediit. Imperator, synodo collata, multa de statu ęcclesiarum et religione cenobiorum bene disposuit.

Anno Domini 822. Ludewicus imperator exilia relaxavit, debita cunctis dimisit et de peccatis[e] suis publicam penitentiam agens, queque in regno suo corrigenda correxit, et filii Lotharius in Ytaliam, Pippinus, ducta uxore, in Aquitaniam reges missi sunt.

Sequenti anno Lotharius rex Ytalie, rogante papa Paschali, imperator ab eo Rome coronatur.

Anno Domini 830. corpus sancti Marci euangeliste sub nomine Valentis martiris Ratoldus Veronensis episcopus a duce Venecie impetravit et cum corpore sancti Genesii martiris in Augiam insulam attulit.

Sequenti anno imperator Luodewicus omnes honore privando sibi contrarios, animos tam filiorum quam exterorum contra se irritavit. Itaque contra filios exercitum movens in Alsatiam venit. Ibi veniente Gregorio papa cum filiis, imperator a suis relictus in filiorum potestatem devenit. Qui iudicio episcoporum pro excessibus suis, armis depositis, ad agendam penitentiam includitur.

Anno Domini 840. Ludewicus principibus et filiis suis reconciliatus, Lothario filio, qui iam dudum a Paschale papa Rome coronatus cum imperatoris nomine Ytaliam acceperat, ad imperium designato[f], obiit et Remis sepelitur. Igitur Ludewicus cum fratre suo Karolo adunatis copiis, Lothario imperatore monarchiam appetente, cum de particione regni concordare non possent, acie confligunt. Ibi Luodewicus et Karolus castris potiti sunt, fugato[g] fratre Lothario. Tandem cunctis pacem obtantibus, regnum in tria partiri constituunt. Lotharius cum imperatoris nomine Ytaliam accepit et Belgicam[h] Galliam, que nunc usque regnum Lotharii Luothringen dicitur; Luodewicus Germaniam, Karolus Gallias obtinuit.

Anno Domini 855. Lotharius imperator relicto mundo divisoque regno inter filios monachum se Brumie fecit, et non multo post migravit ad Dominum. Post quem filii eius Ludewicus imperator Italiam et Lotharius Alpinas partes règni tenuerunt.

Sequenti anno Maguntie, Rabano archiepiscopo ibidem defuncto, successit Karolus filius Pippini regis Aquitanie.

Anno Domini 861. Meginradus Augie monachus et primus incola heremi, que Turricino adiacet locai, a quibusdam latronibus inibi peremptus, post mortem virtutibus claruit. A quo tempore usque hodie heremus ipsa a sanctis et religiosis viris culta in nobile excrevit cenobium.

A. D. 862. Tiegaudus Treverensis archiepiscopus Lothario regi[i] et Gunthero Coloniensi archiepiscopo consentiens in deiectione Tieburge uxoris eiusdem Lotharii falso accusate. Imo diffinitum est in synodo, ad hoc machinandum collecta, quod ipsa confessa fuisset, semet ipsam fratris germani incestuoso pollutam fuisse concubitu. Hanc falsam info- cf. Bernold. et Bern. Aug. miam Lotharius cum his episcopis composuerat, cupiens hoc modo reginam abicere et Waldradam sororem Gunteri Coloniensis

a) divisio *c.* b) *ita c.* c) *ita cod. loco* Tarentasia. d) 716. *cod.* e) *ita correxi,* publicis *c.* f) designatum *c.* g) fuga *cod.* h) bellicam *c.* i) rege *cod.*

episcopi, quam ipse adolescens concubinam habuerat, in regnum assumere. Quod cum iudicio episcoporum adeptus fuisset, sequenti anno Tiegaudus et Gunterus a papa Nicolao Romam pro his causis evocati sunt, ibique omni ecclesiastica dignitate privati, depositi sunt, et Lotharius excommunicatus est.

Mortuo Nicolao papa, Adrianus ei successit, ad quem cum Lotharius rex Romam venisset et, opitulante fratre Luodewico imperatore, pro Waldrade concubine sue matrimonio satis egisset, nichil profuit. Ea quidem conditio ei dabatur, ut si innocens esset de adulterio, fiducialiter corpus Domini perciperet; sin vero, illud nullatenus accipere presumeret. Sed ille temerarius accessit et cum suis complicibus inevitabile iudicium sibi suoque regno, heu nimium demens, percepit. Nam tanta clades hanc presumptionem divinitus subsecuta est, ut in eiusdem Lotharii regno tota virtus ac nobilitas non peste, sed quasi hostili gladio deleta esse videretur. Itaque cum rediret domum, Placentie periit, fautoresque sceleris omnes pene in itinere periere, regnumque eius rex Gallie Karolus patruus eius invasit.

A. D. 875. Ludewicus imperator Italie absque herede defunctus Mediolani sepelitur, anno regni sui 20. Cuius regnum Karolus patruus eius, rex Galliarum, qui etiam fratris Lotharii regnum sibi usurpaverat, invadens a Iohanne papa se imperatorem coronari fecit,

Sequenti anno Ludewicus rex Germanie religiosus, frater Karoli, apud Frankenfuort obiit anno regni sui 36, regnumque eius tres filii, Karlomannus Bawariam, Luodewicus Germaniam, Karolus Alemanniam, singuli cum adiacentibus provinciis accepere.

Bernold. A. D. 877. Karolus rex Galliarum invasor imperii obiit anno regni sui 37, post quem filius eius Luodewicus Balbus regnum Galliarum tres vivens annos accepit, cui Karlomannus filius eius successit.

A. D. 880. Karlomannus rex Bawarie apud villam Ottingam obiit. Tercio anno Luodewicus frater eius rex Germanie absque herede decessit. Itaque frater ipsorum Karolus rex Alemannie Romam veniens una cum regina Richarda imperiali unctione a papa coronatur anno Domini 881. et omnes Italiorum episcopi imperatori iureiurando subiciuntur. Tercio anno imperator Nortmannos cuncta circumquaque vastantes pacem regno cum sacramento confirmare compulit et regem eorum christianitatem professum de baptismo suscepit.

A. D. 884. Karlomannus filius Luodewici Balbi, rex Gallie, absque herede obiit, et regnum eius Karolus imperator obtinuit.

Bernold. et A. Argent. A. D. 887. Richarda imperatrix adulterii cum Luitwardo Vercellensi episcopo incusata, divino iudicio se ab omnium virorum conmixtione integram et virginem comprobavit, quamvis iam 12 annis in coniugio imperatoris apparuit. Moxque ab imperatore separata in Andelahense cenobium virginum a se constructum decessit ibique Deo serviens virgo regina permansit. Imperator autem ab omnibus deseritur, et Arnolfus, fratris sui Karlomanni filius, rex eligitur. Itaque imperator Karolus iam privatus Deo devote serviens, ut quidam dicunt, a suis strangulatus obiit a. D. 888. et Augie sepelitur.

A. D. 896. Arnolfus rex Romam veniens a Formoso papa imperator coronatus est.

A. D. 900. Arnolfus imperator Ratisponc, ubi frequentius manebat, obiit, pro quo filius eius Luodewicus puer regnavit.

A. D. 911.[a] Luodewicus rex adolescens moritur et Ratispone sepelitur. Post quem deficiente in nostris partibus regio stemmate, Cuonradus rex electus et unctus regnavit annis 7.

A. D. 918. Heinricus Saxonum dux, decedente Cuonrado, in regnum electus sine regali unctione regnavit annos 18. Hic perpendens ad vota sibi cedere res ex beati Servatii patrocinio, cui se commendabat sedulo, stolam eius et baculum in Saxoniam transtulit atque ibi super fluvium Bodam quod Chuotelinburch dicitur monasterium sanctimonialium apparatu magno in ipsius memoriam statuit, ubi postea sepultus quiescit.

A. D 924. sanctus Uodalricus Auguste factus est episcopus.

Bernold. A. D. 931. Heinricus rex reges Abodritorum[b] et Nortmannorum christianos fieri effecit, et plures Ungarorum qui Alemanniam, Osterfranchen, orientalem Franciam, Alsaciam atque Galliam vastaverant, interemit.

A. D. 936. Heinricus rex obiit, pro quo Otto filius eius cognomento magnus rex effectus, surgit virtute patria quasi leo de cubili suo.

A. D. 948. Bertholdus dux Bawarie obiit; Heinricus frater Ottonis regis in ducatum successit.

Sequenti anno Hermannus dux Alemannie obiit, cuius ducatum Luotolfus Ottonis regis filius accepit.

A. D. 949. Lothario rege Ytalie mortuo, Berengerus regnum eius invasit viduamque eius Adelheidem Ruodolfi regis Burgundie filiam multis iniuriis afflixit. Sequenti anno Otto rex Ytaliam petiit sibique eam subiecit, et expulso Berengero dominam Adelheidim liberavit.

Bern. 951. A. D. 950. synodus viginti episcoporum magnusque tocius regni conventus apud Augustam Vindelicam coadunatur. Ibi Berengerus Ottoni regi ad dedicionem venit. Ipso anno ignitus lapis quasi massa candentis ferri de occidente per aera venit et draco visus est ambulans.

Sequenti anno Otto rex cum filio suo Luotolfo Ytaliam intravit, et regales nuptie cum Adelheide vidua Papie celebrantur. Accidit postea, ut inter Lutolfum Ottonis magni filium, qui Alemannorum genti preerat, et eius patruum Heinricum Noricorum ducem oriretur lis odiumque ex malignorum hominum suasione. Quos cum rex ad concordiam minime revocare potuisset, fratri adiutorio contra filium fuit. Igitur dum contentio exorta in tantum decrevisset, ut non aliter nisi ferro finiri potuisset, iam acie utriusque partis ordinata, ut committi deberet pugna, sanctus Uodalricus assumpto Hartperto Curiensi episcopo se medium iniecit, et tanta eos arte suadendi aggressi sunt, ut facile ad pacis federa revocarent. Privignus etiam regis Ernesto dux filius Adelheidis regine qui pro excessibus, regia maiestate lesa, proscriptus et exul factus erat, per plures annos et infinitos labores exilii sui imperatori reconciliari meruit.

A. D. 955. gens Ungarorum cum innumera multitudine omnem Noricorum regionem a Danubio usque ad Nigram
52 Silvam et partem provincie Alemannorum usque Hylaram[52] fluvium devastando occupavit. Que Lycum transiens ecclesiam sancte Afre igne combussit atque civitatem Augustam obsidione circumdedit. Sanctus Uodalricus visis tot lupis ex adverso se opposuit ac totam causam Domino commendans, militibus circumquaque per murum et ante portam acriter contra hostes dimicantibus, ille super equum sedens, non clipeo protectus aut galea, sed stola indutus, inter lapidum ac sagittarum ymbres, suos hortando incedebat securus. Comperto autem Ottonis gloriosi regis adventu, Ungari relicta obsidione, obviam ei pergunt armisque decertare contendunt. Inito prelio, Deo victoriam populo christiano donante, multa milia Ungarorum ceciderunt, ceteri fugam arripuerunt. Quos Otto rex tandiu cedendo persecutus est, donec reges eorum cum aliis multis vivi caperentur atque Ratisponam perducerentur, ubi ad ignominiam sue gentis suspensi sunt in patibulis.

A. D. 961. Otto rex filium suum Ottonem ex Adelheida regem eligi fecit, et ipse Ytaliam cum exercitu peciit, accepturus imperialem coronam. Sequenti anno Otto rex Romam venit, repugnantem subegit, ordinari se Iohannem

a) 900 c. b) Abodritarum *c*.

52) Iller.

papam imperatorem exegit. Otto imperator factus Iohannem papam pro sceleribus suis arguens, minime eum corrigere potuit. [Bernold.]

A. D. 963. imperator natalem Domini Papie moratus, iterum Romam venit pro sceleribus Iohannis pape diiudicandis. Sed eodem Iohanne imperatorem in Campaniam fugiente, in locum eius a Romanis et imperatore vir venerabilis Leo papa ordinatus est. Sequenti anno Romani Leonem papam expellunt, mortuoque Iohanne papa priore, Benedictus a Romanis nolente imperatore ordinatur. Igitur Roma ab imperatore obsessa est et tanta fame oppressa, ut sextarium furfuris veniret 30 denariis. Non multo post dedita Urbe traditoque Benedicto, imperator papam Leonem restituit et Romanos ei fidem per sacramenta promittere coegit.

Usque ad hec tempora Roma sepius capta est, ut hystorie testantur Primo capta est a condicione sua 335. anno, nec umquam postea similem passa est ruinam. Cuius destructionis casus hic fuit. Galli Senones, duce Brenno, exercitu copioso[a] freti totis viribus Romam contendunt. Hos dire irruentes Fabius consul cum exercitu excepit, nec tamen obstitit; immo hostilis ille impetus Romanos quasi aridas segetes succidit, stravit et transivit, Urbe destructa et incensa.

Sepius etiam interfecti, humiliati et quodammodo ad internitionem consumpti sunt Romani, civitate tamen non capta, ut hystoria refert de Hannibale duce Karthagine[b], qui cum consulibus Varrone et Emilio Paulo in Apulia pugnans 540. anno a conditione Urbis, Romanorum exercitum stravit. Periit in eodem congressu Emilius Paulus, qui dum saucius in quodam saxo resedisset, offerente ei milite equum quo fugeret, ut cladi superesset, noluit atque ibi persedit, donec ab hostibus peremptus est. Perierunt ibi consulares viri 20, senatores capti et occisi 30, nobiliores viri 300, pedestrium militum 40 milia, equitum tria milia quingenti. Nec dubium est ultimum illum diem Romani status futurum fuisse, si Hannibal mox ad pervadendam Urbem contendisset. Qui mandavit Romanis, ut captivos redimerent, responsumque est ei a senatu, eos cives non necessarios, qui cum armati essent, capi potuissent. Quos ille omnes variis suppliciis interfecit, et pro testimonio victorie tres modios anulorum aureorum Kartaginem misit, quos ex manibus interfectorum Romanorum detraxerat. Usque adeo desperatio rei publice apud residuos Romanos fuit, ut senatores de relinquenda Italia sedibusque querendis consilium ineundum putarint. Quod confirmatum fuisset, nisi Cornelius Scipio tribunus militum districto gladio deterruisset, singulis mortem inferre minitans; pro patrie defensione in sua verba omnes iurare coegit. Secundo capta est Roma a conditione sua anno 1164. ab Alarico rege Gothorum sub Honorio imperatore. Qui veniens Urbem devastat, incendit, multosque senatorii ordinis diversis subdidit suppliciis, dato tamen prius precepto, ut si qui in sancta loca et basilicas confugissent, inviolatos securosque esse sineret. Romanum etiam imperium deridentes barbari, imperatorem fecerunt quendam nomine Athalum. Quem uno die tamquam imperatorem fecerunt procedere, altera vero servi scemate ministrare. Qui Athalus a Romanis postea captus, missus est Honorio, qui truncata manu vite relictus est. Tercio capta est Roma a conditione sua anno 1209. Cuius captivitatis casus hic fuit. Valentinianus, huius nominis qui novissimus qui in urbe Roma usque ad Karolum magnum augustus appellatus est, Etium patricium singularem populi Romani spem interemit, cum quo fortuna omnis et virtus Hesperie corruit. Qui Valentinianus augustus ab amicis Etii, quos sibi delegerat satellites, interficitur, et Maximus quidam cuius hoc homicidium dolo perpetratum fuerat imperator creatur. Qui cum viduam eius Eudoxiam augustam suis invitam nuptiis adegisset, illa Gensericum ....[c] regem, ut mariti vindex adveniret, invitavit. Cuius adventu Maximus in .... imperii sui mense comperto, cum passim nobilitas Romani cetus ex urbe profugeret, ipse quoque trepido se animo parat ad fugam, sed a ministris ilico regiis dilaniatus et membratim disiectus in Tyberim precipitatus est. Gensericus continuo vacuam civitatem presidio capit, et occursu doctoris Leonis pape mitigatus, ab incendio, cedibus atque suppliciis urbem inmunem servavit, omnibus tamen opibus ablatis, multa inde captivorum milia cum augusta Eudoxia et eius filiabus Kartaginem revexit. Odazer rex Torcilingorum et Rugorum, pervasa Ytalia Romam capit quarta iam vice, a conditione sua anno 1230, et Augustulo imperatore exiliato, ipse Romae tyrannice regnat. Exinde res Romane et omnis imperii status apud Constantinopolim solummodo esse cepit, Hesperia fere omni et Lybia barbaris addicta. His temporibus Theodericus[d] rex Ytaliae Zenoni imperatori, qui tunc in Orientis partibus apud Constantinopolim Romanum apicem gubernabat, cum suis Gothis militavit. Qui missus ab eodem imperatore invasorem Odakarum Rome obsedit, cepit et interemit anno dominice incarnationis 409[e], et ipse Romam consensu Zenonis et Occidentis imperium 30 annis obtinuit. Hic Rome, Ravenne, Verone et alibi per singula queque regia habitacula construxit; qui etiam Arrianis favit, occisis Boetio poeta, Symacho patricio et Iohanne papa. Iste est Theodericus, de quo Theutonica extant carmina, filius Diethmari, de quo etiam Gregorius in dialogo scribit. Sub Iustiniano imperatore, Totyla rex Gothorum Transpadanorum Romam peciit, eamque obsidionibus circumcludit quinta iam vice ab incarnatione Domini anno 545. Que tantam famis penuriam passa est, ut pre magnitudine inopie natorum suorum carnes comedere vellent. Fessis nimirum Romanis, nec valentibus se tueri, Totila urbem ingressus est. Elapsi sunt autem aliqui e numero senatorum et Constantinopolim properant, quibus calamitatibus subiceretur Roma, narrant. Statim Iustinianus Narsim eunuchum cubicularium suum Romam cum valida manu misit, ut afflicte civitati quantocius subveniret. Is ad Italiam veniens cum Longobardis fedus iniit et sociatis sibi, cum Gothis certatum est. Quibus ad internitionem pene consumptis, regem Totilam interfecit et vestimenta eius cruentata cum corona et lapidibus[f] preciosis ornata misit in regiam urbem, et iactata sunt ad pedes imperatoris coram senatu. Sexta vice a condicione sua obsessa et capta est Roma anno Domini 964. ab Ottone magno imperatore, ut supra dictum. Qui decus tanti nominis, scilicet imperatoris[g], a Francigenis in Teuthonicos primus magnanimiter transvexit. Mirandum est, eandem civitatem, tociens captam, nec tamen deletam, nec servituti ullatenus addictam; quod in summis et precipuis regnis non ita contigit. Nam Ninniven et Babylon et Alexandria et Persypolis, que gentibus aliquando numerosissimis imperabant, postea tributa pendebant. Roma etsi interdum irrupta, semper tamen libera, si plerumque humiliata, semper tamen domina. Sed de his dicta sufficiant.

Anno Domini 971. sanctus Uodalricus episcopus infirmus, Adelberoni, sororis sue filio, episcopatum suum ab imperatore impetravit. Itaque synodo apud Ingelnheim ab episcopis collecta, beatus Uodalricus episcopus et Adelbero transgressionis canonum accusantur; sed causa sua dicta et excusata, absoluti discesserunt. [Bern]

Anno Domini 973. Otto magnus imperator subito mortuus apud Parthinopolim, id est Maegdeburch, ubi ipse episcopatum fecerat, sepultus est; et filius eius Otto, cognomento Mirabilis, regnavit pro eo. Imperatrix vero Adelheidis post ipsum sancte et religiose vivens longo tempore, multa contulit ecclesiis de regali munificentia, et ad ultimum super litus Rheni fluminis nobile cenobium construxit, dictum nomine Salsae, et illud prediis et aliis opibus ditavit, ubi et ipsa postea moriens quievit. [A. Argent.] Eodem anno Adelbero, futurus ut sperabatur Augustensis episcopus, obiit. Ipso anno sanctus Uodalricus migravit ad Dominum, anno etatis sue 83, episcopatus 50. Item Otto, filius Liutolfi ducis Alemannie, paternum pro eo ducatum accepit. Sequenti anno sancte memorie Cuonradus Constanciensis episcopus de hac vita decessit. [Bern]

a) copiose *c.* b) *ita c.* c) Africe *coniicio.* d) *in margine adscripsit manus eadem:* Iste est Dieterich von Bernae. e) CCCC IX II *cod.* f) lspibus *cod.* g) imperator *cod.*

Bern. A. D. 981.[a] Otto rex peragrata Ytalia Calabriam cum exercitu ingreditur. Qui pugna congressus cum Grecis et Sarracenis, exercitu eius occiso de navi exiliens, in qua captus erat aufugit. Hic veniens in montem Gargani, cognovit a referentibus, angelorum obsequia nocturno tempore ibi esse, nec ullum mortalium sancti velint interesse. Cuius cause noticiam cum disposuisset curiosius indagare, apostolicum convenit super hac re primum. Cui cum apostolicus consulcius indidisset, sibi minus placere illum angelicis ministeriis interesse, parvipendit consilium pape, et eo ignorante proficiscitur in montem Gargani. Ubi dum pernoctaret, inter cetera que cognovit sanctorum ministeria, veniam consecutus est angelorum, quod temere sacratum locum introierat; tantum ab angelis prostratus, pro quodam iudicio, quod perfecisse debuerat nec fecit, pro negligentiis transverberatus est. Deinde sanctus Michael iussit eum Romam remeare, statuto sibi die, quo eum vellet invisere. Sicque eruentatus rex Romam repedavit, et Benedicto pape cuncta a se visa retexuit. Igitur rex valido languore tactus, vita decessit, et ab archangelo receptus, superis est sociatus, anno Domini 984, cuius exequie per apostolicum condigno honore celebrate, in porticu Sancti Petri sepelitur; pro quo filius eius Otto adhuc puer regnavit.

ibid. A. D. 995. Heinricus dux Bawarie, frater Ottonis magni, obiit, cuius ducatum filius eius Heinricus obtinuit.

A. D. 997. Bruno filius Ottonis ducis Alemannie Rome papa electus et ordinatus Gregorius V vocatur. Otto rex, subactis rebellibus in Italia, Romam veniens a Gregorio papa imperialem accepit unctionem.

A. D. 1000. Rome defuncto Gregorio papa Silvester qui et Gerbertus successit. Hic primo Remorum, post Ravennarum archiepiscopus, seculari litterature nimium deditus et ob hoc curioso imperatori admodum amatus fuit. Post cuius mortem de sarcophago eius usque hodie sepius liquor olei emanat; quod apostolicum vel imperatorem moriturum, vel aliquid miri et novi in ęcclesia sancta portendit.

A. Argent. A. D. 1002. Otto imperator obiit et Aquis sepelitur, pro quo Heinricus dux Bawarie rex effectus est. Eodem anno Leo papa qui et Bruono de castro Egensheim natus est.

Bern. A. D. 1007. Heinricus rex summo studio apud castrum suum Babenberch dictum nobilem construxit episcopatum in honore sancti Georgii martyris.

A. D. 1014. Heinricus rex imperiali benedictione a Benedicto papa octavo coronatur.

A. Argent. A. D. 1015. monasterium sancte Marie in Argentina surgit primo a fundatione sua.

Bern. A. D. 1021. Heribertus archiepiscopus Colonie vir magne sanctitatis hac vita decessit.

A. D. 1024. Heinricus imperator absque filiis obiens, quia coniunx sua Kuonegundis virgo permansit, apud Babenberch episcopatum ambo sepeliuntur; et Cuonradus de Gwebelingen in regem unctus est et anno Domini 1027. a Iohanne papa XVIII Rome in imperatorem coronatur.

A Argent. A. D. 1028. Wernharius Argentinensis episcopus primus obiit, et Wilhelmus succedit.

A. D. 1031. monasterium sancti Thome in Argentina a Wilhelmo consecratur et sancti Petri ab eodem episcopo inchoatur.

Bern A. D 1039. Cuonradus imperator obiit, pro quo Heinricus filius eius regnavit. Eodem anno Stephanus rex Ungarorum, qui se primum cum tota gente sua ad fidem Christi convertit, defunctus est, qui etiam post mortem claruit miraculis.

A. Argent. A. D. 1045. dedicatum est monasterium Hohenburch in honore beate Marie virginis a venerabili Brunone Leucorum episcopo postea apostolico.

Bern. A. D. 1047. die natali Domini Clemens papa II consecratus ipsa die Heinricum regem cum coniuge sua Agnete A. Argent. imperiali benedictione sublimavit. Eodem anno Wilhelmus Argentinensis episcopus obiit, cui Hezel successit.

Bern. A. D. 1049. Bruono Leucorum[b] episcopus ab imperatore electus Romam mittitur et Leo papa nonus vocatur.

A. D. 1054. Leo papa nonus obiit, pro quo Victor papa secundus intronizatur.

A. D. 1057. Heinricus imperator obiit, pro quo Heinricus filius eius quinquennis et cum matre Agnete regnare cepit.

A. D. 1061. Rome Nicolao papa defuncto, Romani Heinrico regi eiusdem nominis quarto coronam et alia munera mittentes de summi pontificis electione regem interpellaverunt. Qui, generali concilio Basilee habito, imposita corona a Romanis transmissa, patricius Romanorum est appellatus. Deinde communi omnium consilio, Romanorumque legatis eligentibus, Chaldelo Parmensis episcopus papa eligitur et Honorius appellatur, papatum nunquam possessurus. Nam 27. die ante eius promotionem Lucensis episcopus nomine Anshelmus a Nortmannis et quibusdam Romanis papa ordinatus et Alexander vocatus sedit annis 12.

A. D. 1064. beatus Altmannus Pataviensis episcopus intronizatur.

A Argent. A. D. 1065. Hezil episcopus Argentinensis obiit, cui Wernharius successit. Eodem anno Heinricus rex anno Bern. regni sui nono, etatis vero 14. accinctus est gladio in die pasche. Eodem anno celebravit nuptias cum Praxede regina. Bern a. 1095. Qui postea adolescentie sue errore seductus, legittime coniugium adeo obliviscitur et tam nefandis criminibus involutus esse diffamatur, ut eciam principes eum privare regno molirentur. Circa idem tempus Heinricus rex principibus, ob Otto Fris. hist. Frid. I. lib. I, 4. opem sibi[c] ferendam contra Saxones, reconciliatur. Nam hec gens inquietissima, principi suo rebellans castrum quoddam Harzburch dictum, ob eiusdem gentis obpugnationem a rege in ingressu provincie in loco munitissimo fundatum, cum ęcclesia funditus delevit. Occasio tamen huius rebellionis non tantum ex predicte gentis instabilitate, sed ex principis lascivia ortum sumpserat. Dum enim predictus princeps in iuvenili adhuc positus etate, toto regno silente dominiumque suum humiliter portante, prefatam terram ingressus fuisset, iuveniliter dixisse fertur, se mirari nullum per totum imperii ambitum inveniri, in quo vires suas exercere potuisset, idemque non virtuti, sed ignavie deputabat. Quod dictum, percusso aere, mox non transiit, sed tam efficaciter in mentibus plurium radices figens germinavit, ut tota in brevi provincia ibid. I, 6. illa adversus ipsum commota et in unum corpus coadunata innumeris populis et gentibus letifera pocula ministraret. Igitur rex ex omnibus regni visceribus ad debellandos eos fortem et magnum militem colligens predictam provinciam ingreditur. Fuerunt in comitatu eius quinque magni duces, singuli cum legionibus suis. Venit Tiebaldus[d] dux Boemorum, Gwelfo dux Noricorum, Bertholdus dux Karinthiorum qui et Zeringen[53] Ruodolfus dux Suevorum, Godefridus dux Lotharingiorum et principes, comites nobilesque innumerabiles. Ita[e] iuxta fluvium Unstruot dictum, publico bello commisso, sexto Idus Iunii a. D. 1075. cruenta rex potitus victoria rediit. Non multo post tempore tres prefati duces Gwelfo et Ruodolfus et Bertholdus principi rebellantes Saxonibus iunguntur. Godefridus autem Lothoringie dux orientalem expeditionem aggressus, Iherosolimis ducatum populi Dei tenens ibidem in pace quievit.

a) 991. *cod.* b) *superscr. manu coaeva c.* id est Tullensis. c) *ita correxi*, filii *c.* d) *ita c.* Zuendebaldus *Otto Fris.* e) *recepi ex Ottone Fris.; codex* qui.

53) Cf. Otto Fr. l. c. I, 7.

A. D. 1073. Rome Alexander papa decessit. Sequenti anno legati sedis apostolice in Alemanniam ad regem Bern. 1073 sq. venerunt pro ipsius pravis moribus corrigendis. In quorum manus se rex sub correctionis sponsione commisit, suum auxilium domno apostolico ad deponendos symoniacos firmissime promisit. Ipsi etiam regis consiliarii, omnes res ecclesiarum iniuste acquisitas se reddituros coram eisdem legatis sub sacramento promisere. Quod mentiti sunt. Nam postea, sicut et pridem fecerat, rex per symoniacam heresim sanctam ęcclesiam fedare non cessavit, scilicet pro precio episcopatus abbatias et alia huiusmodi investiendo. Cum igitur rex iam sepius a papa premonitus se corrigere nollet et papa in ammonendo nil proficeret, ibid. 1076 ad ultimum mandavit ei quod in Romana synodo tunc proxima eum excommunicaturus esset, nisi resipisceret. Unde rex in septuagesima apud Wormaciam colloquio facto et alio in Longobardia apud Placentiam, omnes quos potuit obedientiam predicto pape exhibendam abiurare fecit, et missa legatione ad Romanam synodum quae in sexagesima celebranda erat anno i. d. 1076, ipsum apostolicum ab apostolica sede iussit contumaciter discedere. Sed missi eius, turpissime in synodo tractati, vix a Romanis adiuvante papa evaserunt. Ipsum autem regem, synodo iudicante, regno et communione privavit et omnes ei ad regnum iuratos iuramento absolvit, omnesque episcopos qui regi sponte contra papam favebant, officio et communione privavit. Mense igitur Octobri colloquium apud Openheim a principibus regni colligitur, cui legatio sedis apostolice interfuit. Ibi Heinricus rex in purificatione sancte Marie tunc proxima se presentandum domino pape apud Augustam firmissime promisit. Nam illuc dominum apostolicum cum principibus regni invitavit. Itaque rex proprie cause diffidens et idcirco generale colloquium interfugiens, furtive Ytaliam contra pape Bern. 1077. preceptum et consilium principum intravit, et apostolico ad condictum diem ad Augustam tendenti, ante purificationem sancte Marie Kanisi obviavit. Ubi et ab eo per inaudite humilitatis similitudinem, utcumque potuit, non regni, sed communionis tantum concessionem vix demum extorsit, dato tamen prius sacramento, ut de obiectis criminibus ad iudicium pape satisfaceret, nec pape vel alicui eius fideli usquam eunti vel redeunti aliquam molestiam inferri consentiret. Hoc autem iuramentum nec 15 dies observavit, captis venerabilibus episcopis Geroldo Ostiensi et Anshelmo Lucensi, unde et papa, missis legatis, principibus regni declaravit, se parum profecisse in eo quod illum in communionem receperit cum omnes symoniaci vel excommunicati non minus tunc foverentur ab eo quam pridem. His ergo auditis principes regni generali colloquio apud Forcheim habito, egregium Ruodolfum ducem Suevie sibi in regem sublimaverunt. a. D. 1077. Maguntie coronaverunt. Interim Heinricus Longobardie morabatur. Qui audita promotione Ruodolfi, auxilium pape contra illum imploravit, licet supradictum Ostiensem episcopum in captione adhuc teneri permiserit. Unde et papa illi respondit, se non posse eius interpellationi satisfacere, quam diu apud illum sanctus Petrus in legato suo ligatus teneretur. Frustrata igitur supplicatione sua animum in tyrannidem convertit, nec iam regnum per iusticiam sed per violentiam obtinere cogitavit. Eodem anno Agnes imperatrix, iam 20 annis in viduitate Deo devote serviens, nec filio suo Heinrico contra apostolicam sedem in aliquo consentiens, Rome decessit. Sequenti anno Bertholdus dux Karinthiorum A. Argent. a. 1077 qui et Zeringen vir catholicus et Heinrico omnimodis contrarius obiit.

A. D. 1079. Wernharius secundus, scilicet Argentinensis episcopus obiit, cui Thebaldus successit.

A. D. 1080. Gregorius papa collecta[a] synodo Rome, cum multa de statu sancte ęcclesię determinasset, ibidem Bern cognovit per apostolice sedis legatos a Theutonicis partibus revertentes Ruodolfi obedienciam et inobedienciam Heinrici; quapropter ipsum deposuit cum omnibus suis fautoribus et Ruodolfum apostolica auctoritate in regia dignitate confirmavit cum huiusmodi scripto:

*Roma dedit Petro, Petrus diadema Ruodolfo.*

Ruodolfo rege creato, Bertoldus filius eius ducatum Alemannie accepit. Igitur Heinricus audiens promotionem Ruodolfi in regno Otto Fr. I, 7. per apostolicum confirmatam, estuari cepit animo, si quomodo sibi alium[b] apostolicum e converso crearet. Et congregata multitudine scismaticorum sive excommunicatorum apud Brixinoram curiam magnam celebravit. Ubi conqueritur, quod Romani sibi pontificem prefecissent qui eum cum quibusdam regni principibus excommunicationis sententia ligaverit, cum nunquam ante hec tempora huiusmodi sententiam in regem promulgatam cognoverit, adiciens quod a predecessoribus suis imperatoribus sive regibus plures Rome apostolici sine electione intronizati fuerint, et hoc idem ab eo fieri debere. Hac querimonia omnium animi eo facilius contra Romanam ęcclesiam inclinari poterant, quo et laici secularis honoris consideratione accensi, et episcopi consilio clericorum suorum, quibus recenter conubia ab eodem pontifice inhibita fuerant, inflammati voluntati principis accedebant. His igitur acclamantibus electio Gregorii pape ab eis cassanda iudicatur et Gwibertus Ravennatensium quondam archiepiscopus, qui iam triennio a papa Gregorio inrecuperabiliter depositus et anathematizatus fuerat, non in papam sed in heresiarcham eligitur, Gregoriusque ab ipsis pseudomonachus vel nigromanticus appellatus exsufflatur. Unde communi consilio prenominato pontifici scriptum conviciis et detractionibus plenum dirigere presumpserunt, inter cetera dicentes: *Sicut actenus solebas dicere, quod nullus nostrum esset episcopus, ita scias quod nulli nostrum deinceps eris apostolicus.* Igitur Heinricus contra Ruodolfum in Saxoniam exercitum ducens, pugna congressi sunt, et Bern. 1080 Heinricus itinere unius diei fugatur, quamvis in ea congressione Ruodolfus tanquam alter Machabeus occubuerit. Regnavit autem tres[c] et dimidium et in ecclesia Merseburch regio cultu sepelitur, propugnator sancte ecclesie, pater patrie et Otto Fr. I, 7. amator iusticie. Fertur de Heinrico quod cum pacatis paulisper his sedicionum motibus[d] ad predictam ecclesiam Merseburch venisset ibique prefatum Ruodolfum velut regem humatum vidisset, cuidam dicenti, cur eum qui rex non fuerat, velut regali honore sepultum iacere permitteret, dixerit: *Utinam omnes inimici mei tam honorifice iacerent!*

A. D. 1081. principes regni Theutonicorum conventu facto Hermannum nobilem virum sibi in regem creant. Bern. 1081 Qui statim de eodem conventu aciem contra fautores Heinrici direxit. Ipsi enim electionem eius impedire volentes maximam multitudinem contraxerant, sed novo rege ex inproviso irruente, omnes penitus aut cede prostrati sunt aut irrevocabiliter fugati. Rex igitur de triumpho certificatus eadem nocte in campo victorie castra metatus est et postea ad subiugandum sibi regnum digressus est.

A. D. 1084. rex Constantinopolitanus maximam pecuniam Heinrico quondam regi transmisit, ut Ruobertum Wiscardum ducem Calabrie et Apulie coniuratum militem domini pape in ultionem eiusdem regis bello appeteret. Nam Ruobertus iam dudum fines Constantinopolitanos invasit, iterumque illuc expedicionem movere disposuit. Sed Heinricus acceptam pecuniam non in procinctum supra Ruobertum, quod iuramento promisit, sed ad conciliandum sibi vulgus Romanum expendit, cuius adiutorio Lateranense palacium feria quinta ante palmas cum suo Ravennate Gwiberto intravit. Nobiles autem Romani preter paucos cum domino papa fuerunt, qui etiam papa in castellum sancti Angeli, quod domus Theoderici dicitur, se recepit, omnesque Tyberinos pontes et firmiores Romanorum municiones in suam obtinuit potestatem. In die igitur resurrectionis Heinricus ab heresiarcha suo Ravennate, qui preterito anno non per Ostiensem et Albanensem et Portuensem episcopos, qui hoc privilegium habent ut papam consecrent, sed per Mutinensem et Aricinensem

a) collecto *cod.* b) *bis in cod.* c) annos *excidit* d) moribus *cod.*

episcopos intronizatus et Clemens vocatus fuerat, coronam non glorie, sed confusionis accepit, nomenque sortitur imperatoris et augusti. Morabatur autem in Lateranensi palatio cum Ravennate suo, nec a fidelibus pape per civitatem ad Sanctum Petrum transire permittebatur. Qui in paschali ebdomada fideles apostolici bello aggressus in ipsa congressione 40 ex suis perdidit; ex parte autem apostolici nec unus cecidit. Audiens autem Ruobertus Wiscardus dux Nortmannorum quod Heinricus contra apostolicum Romam ingressus fuisset, armata manu civitatem invasit, fugatoque Heinrico totam urbem pape rebellem expoliavit et maiorem partem igne consumpsit. Deinde acceptis obsidibus a Romanis et in domo Theoderici reservatis, ipse ad recuperandam terram Sancti Petri cum papa Gregorio de Roma exercitum movit, iterum Romam in festo sancti Petri reversurus. In brevi autem plurima castella et civitates domino pape recuperavit, Heinricus autem Ruodberto resistere non valens, ad partes Theutonicorum redire compellitur. Dominus autem papa, collecta synodo Salerni, iterum sentenciam anathematis in Heinricum et Gwibertum et in omnes fautores eorum promulgavit. Quam sententiam legati sedis apostolicę, videlicet Petrus Albanensis in *Francia*, Otto Ostiensis episcopus in terra Theutonicorum usquequaque promulgaverunt. Ostiensis etiam, cum in Alemannia moraretur, sancte Constantiensi ecclesię iam A. Argent. 1082. dudum viduate catholicum ordinavit Gebehardum filium B. supra nominati ducis Karintie. Eodem anno Theobaldus Bern. 1083. Argentinensis episcopus obiit, cui Otto scismaticus successit. Cum igitur iam septennio vel amplius Romanum imperium nimio scismatis discidio laborasset, aliis apostolico, aliis autem Heinrico faventibus, et ob hoc utrimque totum regnum preda, ferro et igne miserabiliter devastantibus, paucissimi catholici episcopi ex parte apostolici in Theutonicis partibus remanserunt, qui propriis sedibus expulsi, suis gregibus providere non permittebantur. Qua propter omnes pene religiosi, sive clerici, sive laici, in aliqua monasteriorum latibula huiusmodi mala declinaverunt, ne devastationem sancte ęcclesię cernerent, cui in nullo amminiculari possent. Eo tempore in Alemannia tria monasteria primo instituta egregie pollebant, sancti Blasii in Nigra Silva, sancti Aurelii in Hyrsaugia, sancti Salvatoris Scafhusen quod navium domus dicitur. Ad quę monasteria marchiones, comites et multitudo nobilium virorum hac tempestate confugit et depositis armis euangelicam ibid. 1091 perfeq ionem sub regulari disciplina exequi proposuit. Wilhelmus etiam Hyrsaugiensis abbas, in causa sancti Petri ferventissimus, eo tempore plura monasteria usquequaque ex integro construxit: sancti Georgii in Nigra Silva, alterum sancti Gregorii, item aliud ad Duplicem Aquam[54] prope Danubium, item aliud in loco qui Kamberc dicitur, aliud quoque monasterium in ripa Rheni Petershuosen, que omnia regularibus disciplinis instituit. In his igitur erumpnosis temporibus ibid. 1 5. Deus fidelibus suis auxiliari non cessavit suumque iudicium super inimicos sancte ęcclesię mirabiliter exercuit. Nam totam pene Italiam, in qua potissimum excommunicati fuerant[a], tam magna fames obtinuit, ut homines non tantum inmunda queque, sed et humanam carnem manducarent. Quam famem tam inaudita mortalitas subsecuta est, ut nec tercia pars hominum remaneret, sed deficiente colono maxima pars terre in solitudinem redacta est. Padus quoque fluvius Longobardie ripas suas excedens multa castella, villas, immo circaiacentes regiones penitus submersit et inhabitabiles reddidit. Ipsa etiam capita scismaticorum eo tempore in locum suum rediere[b]: Theobaldus Mediolanensis non archiepiscopus sed antichristus et alii multi episcopi, marchiones et comites, quorum factione tota pene Italia contra dominum papam et sanctum Petrum se erexit. Hii quoque Methildam viduam ducis Godefridi, filiam Bonifacii marchionis apostolice sedi fidelissimam, multis iniuriis affecerant[c] in Ytalia. Illis autem divina animadversione de medio sublatis, ipsa suam potestatem recuperavit et sancte ęcclesie in omnibus amminiculari non cessavit. Sed iam Deus famulum suum Gregorium papam nolens diutius laborare, de huius vite ergastulo eum vocavit. Noluit sane ut ęcclesiasticus ordo manibus laicorum subiaceret, sed eisdem morum sanctit te et ordinis dignitate premineret. Postquam autem in gubernatione sedis apostolice 12 annis et unum mensem legittime decertavit, tandem ex hac luce anno dominice incarnationis 1085. subtractus superne vocationis bravium accepisse non dubitatur, sepultus Salerni in ęcclesia sancti Mathei quam ipse eodem anno dedicavit.

Gwibertus heresiarcha de obitu eius multum letabatur, licet parum prosperitatis in eo lucraretur. Nam omnes catholici post mortem apostolici n n minus quam ante eidem heresiarche restiterunt, ipsumque de Roma Ravennam redire compulerunt.

Bern. 1086. Sequenti anno Ruobertus dux Nortmannorum post multarum terrarum invasionem, post multorum pauperum et divitum obpressionem, cuius avaritie nec Calabria, nec Sycilia suffecit, quin et transmarina regna sibi subiugare contra fas Otto Fr. I, 3. et ius anhelaverit, viam universe carnis arripuit. Ruobertus iste ex mediocri stirpe in Nortmannia, ex eorum militum ordine, quos invasores[d] vulgo dicere solent, in plaga quam Constantiam indigene dicunt editus cum Rogerio fratre, tam patri[e] famis tempore morem, ut aiunt, gerens, quam ob locorum sterilitatis molestiam a natali solo progressus, multo tempore multas per provincias oportuniorem ad inhabitandum terram querens oberravit, unde et ab oberrandi circuitu patria lingua Wiscard[illegible] tanquam oberrator vel girator appellatus est. Cum ergo non paucis, ut dictum est, diebus multarum regionum girator existeret, a citeriori Ytalia, que modo Apuli seu Calabria dicitur, tandem excipitur. Quam dum a Longobardis possessam, inertis plebis inhabitatione anquam industrie defensionis vacuam inveniret, remissis in Galliam nunciis expositaque locorum idoneitate ac gentis inercia, ad expugnationem earum provinciarum consocios invitavit. Et ne multis detinear, virtute, dolo, arte, ignavi populi victor existens, Campanie, Apulie, Calabrie, Sycilie ad ultimum possessor inventus est. Reliquit autem Rogerio fratri ex parte sui comitatum Sycilie tenendum, ipse vero ducatum Apulie cum Calabria sibi retinuit. Huius filius, qui multa postmodum tam in Grecia quam in ceteris Orientis partibus fortia et gloriosa gessit opera, Boimundus fuit. Fratris vero sui Rogerii Rogerius qui postmodum regium nomen usurpavit natus erat. Hic Rogerius rex genuit Wilhelmum . . . . . . .[f] ut in sequentibus dicetur.

Bern. A. D. 1086. catholici principes Suevorum cum Saxonibus et Baioariis[g] quadragesimale colloquium prope Wirzeburcg condixerunt. Quod Heinricus, congregata multitudine scismaticorum, turbare voluit, sed Suevis supervenientibus resistere non valens, ad tempus eis locum dedit. Ipsi autem Erbipolim ad obsidendos fautores Heinrici processerunt, et adiunctis Saxonibus et Bawaris, urbem sepi circumdederunt. Interim Heinricus exercitum 20 pene milia inter equites et pedites congregavit et ad civitatem liberandam iam quinque septimanis obsessam aciem direxit. Quo audito principes soluta obsidione obviam ei duobus miliariis processerunt. Welfo quoque dux Bawarie et Magedonensis[h] archiepiscopus cum suis legionibus, relictis equis, pedites incedebant. Igitur in nomine Domini congressi incredibilem stragem hostium fecerunt, ita ut 11 nimium congeries cadaverum ibi viderentur preter illos qui per campos et silvas fugitantes occubuerunt. Heinricus autem in primo impetu congressionis, dissimulato habitu, primus inter primos terga vertens usque ad Rhenum satis accelerato pervenit. Fideles autem sancti Petri longo itinere eum insecuti scrinia cum vestimentis regalibus et multas capellas episcoporum cum aliis innumerabilibus spoliis reportaverunt. Quamvis autem multa milia adversariorum occubuerint, ex parte tantum fidelium 15 homines mortui sunt. In crastino autem ad obsidionem urbis reversi

a) *ita c.* furebant *Bern.* b) vel abiere *superscr. eadem manu.* c) affecerat *c.* d) *ita c.* vavassores *Otto Fr.* e) presbyteri *c.* f) *quatuor fere voces deletae.* g) cum Saxonibus et Baioariis *restitui ex Bernoldo.* h) *ita c.*

54) Zwifalten.

absque sanguine eam ceperunt. Dein Wirzeburgensi episcopo qui a Heinrico eiectus fuerat restituto, congruoque militum presidio civitati imposito, singuli principes cum leticia in sua redierunt. [Bernold.]

A. D. 1087. sanctus Nicolaus archiepiscopus a Mirea in Barensem civitatem translatus est. Eodem anno Romani et cardinales cum auxilio Nortmannorum Victorem III, qui et[a] Desiderius, papam ordinaverunt. Qui statim missis circumquaque litteris inter cetera iudicium sui antecessoris Gregorii super Heinricum et omnes eius fautores confirmavit. Gwibertus namque, quamvis apostolicam dignitatem nequiverit obtinere, adeo tamen per organa diaboli prevaluit, ut iam biennio sedes apostolica pastorali gubernatore caruerit. Itaque Victor papa iam plurimis annis infirmus et in eadem infirmitate ordinatus, post quartum mensem sui pontificatus diem clausit extremum.

Sequenti anno Rome cardinales Ottonem Hostiensem episcopum ordinaverunt eique nomen Urbani secundi indiderunt. [Bern. 1088] Qui, missis litteris omnibus catholicis, inter cetera, vestigia suorum predecessorum Gregorii et Victoris in Heinricum et eius fautores se observaturum denunciavit. Eodem anno Hermannus rex catholicus in Lotharingia obiit anno regni eius septimo, et in patria sua honorifice sepelitur.

A. D. 1089. Urbanus papa Gebehardo Constantiensi et Altmanno Pataviensi episcopo in Alemannia, Bawaria, Saxonia et in aliis vicinis regionibus vicem suam commisit. In Teutonicis namque partibus quinque episcopi in catholica communione eo tempore perstiterunt, videlicet Wirzeburgensis, Pataviensis, Wormaciensis, Constantiensis et Metensis, quorum confortamento reliqui catholici scismaticis a principio restiterunt. Eodem anno Hugo comes de Egensheim indefessus miles sancti Petri, sed nimium credulus Ottoni Argentinensi pseudoepiscopo, a servientibus eiusdem episcopi Haselahe occiditur in cubiculo cum ipso ad dormiendum collocatus. Eodem anno nobilissima Methildis marchionissa Welphoni duci, filio Welphonis ducis, die sancte Marie coniugio copulatur et hoc utique non tam pro incontinentia quam pro Romani pontificis obedientia, ut tanto virilius sancte Romane ęcclesię contra scismaticos posset subvenire. De quo Heinricus omnimodis indoluit. Ipso anno Urbanus papa generalem synodum collegit, et ęcclesiastica statuta suorum predecessorum apostolica auctoritate firmavit. Gwibertus autem heresiarches a Romanis turpiter expellitur, et ne amplius apostolicam sedem invadere presumat iuramento promittere compellitur. Adeo namque diuturna regni discordia inter catholicos et scismaticos tepescere cepit, ut non iam bellum ad invicem sed pacem componere sanius iudicarent. Qua propter Welph dux Bawarie et ceteri fideles sancti Petri cum Heinrico colloquium habuerunt eique suum consilium et auxilium ad obtinendum regnum firmissime promiserunt, si Gwibertus heresim vellet dimittere et ad ęcclesiasticam communionem remeare; quam conditionem nec ipse multum respueret, si tamen in hoc ei principes sui assentire vellent, videlicet episcopi qui se cum Gwiberto deponendos esse non dubitaverunt, eo quod in eius parte ordinationem, immo execrationem perceperunt. Hii ei penitus dissuaserunt, ne sancte ęcclesie reconciliaretur.

Anno 1090. Wirzeburgensis et Metensis episcopi et Bertholdus dux Alemannie filius Rodulfi regis in fidelitate sancti Petri diem extremum clausere. [Bern.] Eodem anno fundata est Marbacensis ecclesia sancti Augustini a militari et illustri viro Burchardo de Gebeleswilre, [A. Argent.] cuius adiutor et cooperator fidelissimus magister Manegoldus de Luotinbach extitit. [Bern. a. 1094. 6n.] Hic namque Manegoldus magister ecclesiasticam religionem in Alsacia iam dudum extinctam omnino, Deo miserante, accendit. Nam invalescente apud illos diuturna mortalitate, omnes pene maiores et militares ad ipsum catervatim convenere et de excommunicatione per potestatem a domino papa Urbano sibi concessam absolvi meruerunt. Unde et magnam invidiam sibi apud scismaticos excitavit, adeo quod apud H. accusatus ab eo aliquandiu detentus fuit. [Bern. a. 1098. 6a.]

Sequenti anno Altmannus Pataviensis episcopus post multa pericula et exilia que pro Christo sustinuit, obiit et in cenobio suo Kuotewico monte[55] sepultus miraculis claruit. [Bern. 1091.] Ipso anno in Teutonicis partibus caro cum sanguine pluit et bufones cum piscibus celo ceciderunt et sanguis de panibus fluere videbatur. [Bern. 1091. A. Argent.]

A. D. 1092. principes Alemannie ad defensionem sancte matris ęcclesie unanimiter convenerunt sibique ad hoc negotium exequendum fratrem Gebehardi Constantiensis episcopi, Bertholdum de Zeringen ducem tocius Suevie constituerunt, qui nondum ducatum aliquem habuit, etsi iam dudum nomen ducis habere consueverit. [Bern.] Hic preterito anno in proprio allodio Brisaugie Friburch civitatem iniciavit. Ipso anno Uolricus Augustensis prepositus post mortem Altmanni Patavie episcopus ordinatur, [Bern. 1092. p. 454.] qui Austrie in loco ubi Treseme fluvius Danubium influit monasterium in honore sancti Gregorii[56] edificavit, ubi regulares canonicos instituit.

A. D. 1093. Welpho dux Longobardie et uxor eius Methilda iam diu contra scismaticos dimicantes tandem opitulante Deo confortati sunt. [Bern.] Nam Heinricus[b] filius Heinrici regis a patre discessit et Welphoni duci contra patrem adiuvit. Civitates quoque ibidem Mediolanum, Crema, Lauda, Placentia contra Heinricum coniuraverunt qui omnes predicto duci fideliter adheserunt. Itaque in Longobardia Heinricus iunior a patre circumvenitur et captivatur, sed Dei misericordia ereptus a Mediolanensi archiepiscopo et reliquis fidelibus in regem coronatur, annuente Welphone duce Ytalie et Methilde eius coniuge. Sed et pater eiusdem ducis Welpho dux Bawarie ad eundem noviter coronatum regem in Longobardiam venit eique cum filio suo fideliter adherere satagit. Igitur Heinricus iunior confortatus in regno totum robur paterni exercitus in Ytalia obtinuit, pater vero in quandam munitionem se contulit, ibique diu absque regia dignitate moratus nimioque dolore affectus se ipsum morti tradere voluit, sed a suis preventus ad effectum pervenire non potuit. Eodem anno Bertholdus dux Alemannie qui et de Zeringen cenobium monachorum in honore sancti Petri in Nigra Silva construxit, quod postea frater eius Gebehardus Constantiensis episcopus consecravit.

A. D. 1094. magister Manegoldus adiutorio domini B.[56*] Marbacense monasterium a fundamentis construere cepit, seque unum canonicorum eorundem communiter viventium esse voluit. [Bern.]

A. D. 1095. Heinricus[c] filius imperatoris Heinrici domino pape Urbano Cremam[c] venienti obviam progreditur [ibidem.] eique stratoris officium exhibuit, deinde fecit ei fidelitatem iuramento. Ipso anno Heinricus[c] rex iunior cum regio apparatu in Tusciam perrexit ibique filiam Rogerii ducis de Sycilia cum inaudita pecunia sibi oblatam accepit. Eodem anno in Galliis ad Clarum montem generalis synodus a domino papa congregata est, in qua 13 archiepiscopi cum eorum suffraganeis fuerunt. In hac synodo plus quam 300 milia hominum sequenti anno Ierosolimitanum iter aggressuri cruces acceperunt. Cuius expeditionis prime dominus apostolicus maximus auctor fuit, huic etiam milicie Podiensem episcopum prefecit. Hugo magnus frater Philippi regis Francorum, egregius quoque Godefridus dux Lothoringie, Otto Argentinensis episcopus, Boimundus filius Ruoberti Gwiscardi et alii multi principes huic expeditioni interfuerunt. Hoc anno magna cede trucidati sunt ab his qui Ierosolimam[d] . . . . . apud Wormatiam christiani persequentes Iudeos ad episcopum properabant. [Addenda ad Bern. 1096] Qui cum non aliter illis salutem nisi baptizarentur promitteret, inducias colloquii rogaverunt. Et eadem hora

a) et qui *cod.* b) *ita cod.* Chounradus *Bern.* c) *ita c. loco* Chonradus *et* Cremonam *Bernoldi.* d) *desunt quatuor lineae a nostro in transscribendo Bernoldo omissae.*

55) De hoc coenobio cf. Bern. a. 1094. 56) potius Georgii, hodie Herzogenburg super fluvium Trasen. 56*) id est Burchardi. Vide a. 1090.

episcopi cubiculum intrantes, nostris foras expectantibus, quid responsuri essent, diabolo et propria duricia persuadente, se ipsos interfecerunt.

cf. Bern. 1096. A. D. 1098. Hugo Lugdunensis archiepiscopus magistro Manegoldo reliquias sancti Hyrenei martiris transmisit, que hucusque in Marbacensi ecclesia digno honore servantur. Eodem anno Urbanus papa Turonis synodum tercia ebdomada quadragesime cum diversarum provinciarum episcopis gloriose celebravit. Ad hanc synodum magister Manegoldus veniens, privilegium a domino apostolico accepit ad tuicionem Marbacensis ecclesie, in quo decrevit inter alia, ut nullus violentia vel astutia ibidem prepositus constituatur, nisi quem canonici communi consensu instituerint[57].

Bern. 1099. A. D. 1099. Urbanus papa secundus post multas tribulaciones de hac luce migravit, pro quo Paschalis papa secundus ordinatur. Eodem anno Ierusalem a gente Francorum et a duce Godefrido capitur et multa laudabilia, sicut liber expedicionis eorum narrat, ibidem peraguntur. Ipso anno inchoatur Cysterciensis ordo et per multas provincias mundi dilatatur ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi et cepit crescere in virtutibus et religione, sicuti actenus cernitur in omni gente et natione.

A. Argent. A. D. 1100. facta est fames incomparabilis et mortalitas horribilis. Otto quoque Argentinensis scismaticus de Ierosolimitano itinere reversus, sed de scismate, ut putabatur, non emendatus diem clausit extremum, cui Baldewinus sex[a] tantum victurus ebdomadas successit. Cui eodem anno Cuno episcopus successit.

A. D. 1105. ecclesia a Burchardo primo fundata Marbaco dedicata est a venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo in honore sancti Augustini episcopi.

Otto Fr. Ch. VII, 16. A. D. 1106. imperator apud Leodium defunctus, corpus eius in Spiream civitatem deportatur ibique in ecclesia sancte Dei genitricis, quam ipse miro et artificioso, sicut hodie cernitur, construxerat opere, iuxta patrem avumque sepelitur cultu regio; et diuturnum scisma finem accepit. Heinricus vero filius eius iam pridem a principibus coronatus et in regno confortatus, qui etiam patrem persecutus erat, regnabat.

Altero anno terre motus factus est magnus.

A. D. 1115. dedicatum est monasterium omnium sanctorum Marbacense a venerabili Ruodolfo Basiliensi episcopo 17. Kal. Decembris.

58 A. D. 1117. possessus est locus Swarcendan[58] a congregatione dominarum Marbacensium Nonis Augusti[59].

A. D. 1120. Burchardus fundator Marbacensis ęcclesię de hac luce migravit, et in eadem ecclesia sepultus in pace quievit.

A. Argent. A. D. 1122. Ruodolfus Basiliensis episcopus obiit, cui Bertholdus successit. Eodem anno Bertholdus dux de Zeiringen Mollesheim occiditur.

A. D. 1123. Cuono Argentinensis episcopus de sede pellitur, cui Bruno episcopus superponitur.

A. D. 1124. dedicatum est antiquum oratorium Swarcendan a venerabili Bertoldo Basiliensi episcopo in honore beate Marie virginis. Idem Bertholdus episcopus ordinatus est in Basiliensem episcopatum a domino Calixto papa secundo, qui post aliquot annos dedicationis ęcclesię, scilicet Swarcendan, eo quod symoniace intronizatus fuerat, negligentiarum suarum[b] penitudinem gerens conversus est apud cellam[c] Luozelahe, ibique monachus factus, accepta indulgentia a domino[d] papa Innocentio et episcopatu relicto[60], in monastico proposito usque in finem vite sue permansit, cui Albero in episcopatu successit.

Otto Fr. I, 10 15. A. D. 1125. Heinricus imperator iunior, in ordine imperatorum quartus, regum vero quintus, apud Traiectum rebus humanis exemptus in civitate Spirea patribus suis appositus est. Hic armis strennuissimus, tam Rome, ubi coronam imperialem accepit, quam in Ytalia, ubi fortia bella gessit, totum imperium ita in brevi sue ditioni subiecit, ut omnes in Romano orbe positi subiectionis iugum humiliter portarent. Huius sororem Agnetem pater suus Heinricus cf. Otto Fr. I. c. 8. imperator cuidam Friderico de castro Stoyphe, ob opem sibi ferendam, in matrimonio tradiderat, eique ducatum Alemannie dederat, quem[e] B. de Zeiringen ex nobilissimis optimatibus regni prius possidendum acceperat, ut superius dictum est. Fridericus igitur dux Suevorum et gener imperatoris factus, Bertholdum pacem petere coegit. Condicio autem pacis talis fuit, ut Bertholdus ducatum exfestucaret, sic tamen ut Turegum nobilissimum Suevie opidum a manu imperatoris ei tenendum remaneret. Hoc opidum in faucibus montium versus Ytaliam super lacum Turricinum[f] unde Lingemage[g] fluvius fluit situm est. Quidam totam Teuthonicam terram Alemanniam dictam putant, omnesque Teuthonicos Alemannos vocare solent. Sed illa tantum provincia, id est Suevia, a Lemanno fluvio vocatur Alemannia, populique eam inhabitantes solummodo vocantur Alemanni. Bertholdus igitur, quamvis in hoc negotio imperatori cesserit, c. 9. tamen strennuissimus ac fortissimus fuit, qui vacuum exhinc nomen ducis gerens id quasi hereditarium posteris reliquid. Hic Bertholdus postea Mollesheim occisus est. Omnes enim usque ad presentem diem duces dicti sunt, nullum ducatum habentes, soloque nomine sine re participantes, nisi quis ducatum esse dicat comitatum inter Iurum et montem Iovis, quem post mortem Wilhelmi comitis filius suus Cuonradus ab imperatore Lothario suscepit, vel a ducatu Carentano quem nunquam habuerunt, ducis eos nomine honorandos esse contendat, in aliis tamen rerum et honoris non parva pollentes magnificentia. Fridericus autem ducatum Alemannie sine contradictione habuit, et ex nobilissima compare sua Agnete duos filios habuit. Fridericum ducem et Cunradum postea regem, ac post multa virtutum insignia diem ultimum clau- c. 10. dens in proprio fundo Lorche humatus est. Heinricus vero imperator iunior sororem suam Agnetem viduam Leopaldo orientali[h] marchioni in uxorem dedit, quę ei quatuor filios et tres filias peperit: Leopaldum ducem Bawarie, Heinricum ducem Austrie, Cuonradum Salzburgensem archiepiscopum, Ottonem Frisingensem episcopum, Gerdrudem ducissam Boemie, Bertham ducissam Pulanorum et Itam marchionissam de Monte Ferrano. Hec de genealogia Agnetis dicta sufficiant. Fridericus itaque dux Alemannorum, frater Cunradi postea regis, duxit filiam Heinrici ducis Noricorum nomine Iuditam uxorem, genuitque ex ea Fridericum postea imperatorem et Iuditam quę Matheo Lotharingorum duci nupsit. Heinricus iste Noricorum dux erat natione Alemannus ex antiqua et nobilissima Welphorum familia originem

a) sextus *cod.* b) sua *cod.* c) vel monasterium *eadem manu superscr.* d) *bis.* e) quod *cod.* f) *vocem in codice pene oculis se subducentem ita legit Boehmerus.* g) *ita c.* Lemannus *Otto Fr.* h) *superscr. manu coaeva:* Ousterriche.

57) Litteras integras vide in Gall. chr. V. inst. 474 et apud Grandidier hist. Als. II, prob. p. CLXIV. In quibus Urbanus inter caetera dixit: *Ad hec adiicientes statuimus, ut nullus vobis violentia vel astutia qualibet in praepositum constituatur, nisi quem fratres omnes communi consensu regulariter providerint eligendum.* 58) Schwarzenthann. 59) De hoc sanctimonialium conventu cfr. Würdtwein N. S. D. VII, 176 et Cod. hist. de la ville de Str. II, praef. p. 29. 60) anno 1129. 61) Vide supra a. 1122.

trahens; ac per hoc multas possessiones ex ea parte, qua Pyreneos montes attingit Alemannia, iure hereditario habens. Hic Heinricus duos filios habuit: Heinricum, Welphonem et Iuditam filiam, ut supra dictum est. Unus filiorum, id est Heinricus, patri in possessione et in ducatu Noricorum successit, qui etiam Gerdrudem filiam Lotharii regis cum ducatu Saxonie accepto uxorem duxit. Alter filius, id est Welpho, fuit princeps Sardinie, dux Spoleti, marchio Tuscie.

Sed unde digressi sumus revertamur. Heinrico imperatore defuncto, ut dictum est, Lotharius dux Saxonum in regem eligitur. Quod Lothario regnum datum fuit, et heredi[a] imperatoris non est datum, hec causa fuit. Heinrico imperatore vivente imperium scinditur, que scissura tam gravis[b] fuit, ut preter Fridericum ducem fratremque suum Cunradum et Godefridum palatinum comitem Rheni, vix aliqui ex principibus fuerint, qui principi suo non rebellaverint. ib. c. 12. Quot et quanta ergo dux Suevorum, vel imperatore presente vel in Ytalia morante stilo tunc digna gesserit, tota provincia a Basilea usque Maguntia, ubi maxima vis regni esse noscitur, ab antiquioribus nostris[c] adhuc in memoria habetur. Igitur omnibus circa Rhenum ad nutum suum inclinatis Gebehardo Argentinensi episcopo et Alberto Maguntino ar- c. 13. chiepiscopo bellum indicit, vastatis circumquaque omnibus. Heinricus itaque imperator, revocatis in pacem que erant c. 15. ei obpositi[d] principibus, libere potitus imperio apud inferius Traiectum obiit. At imperatrix Methildis, Heinrici regis Anglorum filia, regalia in potestate sua habebat. Quam predictus archiepiscopus multis promissionibus ad sibi tradenda regalia induxit. Igitur Albertus, nam id iuris dum regnum vacat Maguntini archiepiscopi ab antiquioribus esse traditur, c. 16. principes regni in ipsa civitate Maguntina convocat, malorumque a duce Friderico sibi illatorum haut inmemor, cum predictus dux ad regnum a multis exposceretur, ipse Lotharium ducem Saxonum, virum tamen ex probitatis industria omni honore dignum, in regem a cunctis qui aderant principibus eligi persuasit. Que res laudabiliter facta gravissime tamen scissure seminarium denuo fuit. Nam predictus princeps consilio eiusdem Alberti Maguntini episcopi, nondum odio in heredes imperatoris Heinrici saciati, Fridericum ducem persequitur. Dissensio[e] pene per decem annos protracta[f] c. 20. imperium quiescere non sinebat. Qualiter autem ad ultimum pacatum fuerit, et quot et quanta virtutum insignia Lotharius reliquerit, qui scire desiderat hystoriam ipsius legat. Itaque dissensionis tempore Fridericus dux, mortua uxore sua Iudita, Friderici comitis de Sarburch fratris Alberti Maguntini episcopi c. 21. filiam Agnetem uxorem duxit, ab eaque Cunradum palatinum comitem Rheni, et Clariciam, Luodewici provincialis comitis Tuoringie uxorem, accepit.

A. D. 1130. Gerungus Marbacensis ecclesie prepositus primus obiit, cui . . . oldus[g] successit. Sequenti anno Argentinensis episcopus Bruno a sede pontificali pellitur. Gebehardus cathedre preficitur.

A. D. 1133. Lotharius rex ab Innocentio papa Rome in Lateranensi monasterio consecratur in imperatorem. Eodem anno 4. Non. Augusti sol obscuratus est sexta hora diei et tenebre facte sunt. Eodem anno constructum est A. Argent. 1128. monasterium quod vocatur Novum-Castrum in fundo Reinaldi comitis de Luozelenburch et cepit crescere in personis et rebus et religione ad laudem Ihesu Christi.

A. D. 1136. facta est pugna inter Gebehardum Argentinensem episcopum et Fridericum ducem Alemannie apud A. Argent. 1131. 1130. Guogenheim. Eodem anno combustum est maius monasterium Argentinense primo.

Sequenti anno Albero Basiliensis obiit, cui Ortlibus successit. Eodem anno Bertoldus prius Basiliensis episcopus, 1137. postea monachus, apud Luozelahe cenobium defunctus est.

A. D. 1138. Lotharius imperator obiit, cui Cuonradus frater Friderici ducis Alemannie contra quorundam principum voluntatem in regno successit. Heinricus namque filius Heinrici, dux Noricorum, qui filiam Lotharii cum ducatu Saxonie uxorem duxerat, fuit vir per omnia laudabilis, tam animi quam generis nobilitate insignis. Hic Lothario contra Cunradum et Fridericum ducem sororis maritum, in tantum adhesit, quod, Lothario mortuo, Cunrado in electione regali omnimodis cum quibusdam principibus contrarius fuit. His et aliis causis Cunradus rex exacerbatus, Heinricum ducatu Noricorum privavit, hereditate in Alemannia et ducatu Saxonum retento. Iste Heinricus de compare sua Gerdrude filia Ragawin. hist. Frid. II, 38. Lotharii genuit Heinricum, qui a primis cunabulis patre et matre orbatus, ubi primum[h] adolevit, pollens viribus et ingenio validus, non se luxui et inercie corrumpendum, sed uti mos Saxonum[i] est, equitare, iaculari, cursu cum equalibus certare solebat. Qui cum adolevit ducatum Noricorum, quem patri suo non iuste abiudicatum asserebat, iure hereditario ad Otto I, 43. curiam Cuonradi regis reposcebat, tunc temporis cum Heinricum[k] filium suum per electionem principum Aquisgrani inungi ac coronari iussit. Quem multa prudentia et ingenio inductum usque ad reditum suum suspendit, nam tunc in procinctu Iherosolimitani itineris erat, et quiete expectare persuasit.

A. D. 1140. combustum est monasterium Argentinense secundo. A. Argent.

Sequenti anno Gebehardus episcopus obiit, cui Burchardus successit.

A. D. 1143. facta est hyemps nivosa et dampnosa vineis et arboribus. Ipso anno Rogerius rex Sicilie classes in Greciam destinat, prefectis eis ducibus strennuis et navali prelio gnaris. Qui maxima ibi preda direpta, opifices etiam Otto I, 33. qui sericos pannos texere solent, ob ignominiam imperatoris illius suique principis gloriam captivos deducunt, quos Rogerius in Panormitano[l] Sycilie metropoli collocans, artem illius[m] texendi suos edocere precepit, et exhinc predicta ars illa, prius a Grecis tantum inter christianos habita, Romanis parere cepit ingeniis.

A. D. 1148. facta est expedicio Ierusalem secunda sub Cuonrado rege Romanorum, Luodewico rege Francorum, A. Argent. Bernhardoque abbate Claravallensi.

A. D. 1150. combustum est monasterium Argentinense tercio[62], et eodem anno facta est hyemps magna. Ipso anno obiit Heinricus filius Cunradi regis, quem pater ante expeditionem Iherosolimitanam per electionem principum Otto I. c. 62. regem ordinaverat[n], habens adhuc alium filium Fridericum nomine.

A. D. 1152. Cuonradus rex obiit, cui fratris sui filius Fridericus dux Alemannie in regno successit. Quod unanimiter principes Fridericum ducem Alemannie elegerunt, hec causa fuit. Due in Romano orbe apud Gallie Germanieve fines[o] famose familie actenus fuere, una Heinricorum de Wibelingen, alia Welphorum de Altdorf, altera imperatores, altera Otto lib. II c. 2. duces magnos producere solita. Iste, ut inter viros magnos glorieque avidos solet fieri frequenter, sese invicem emulantes rei publice quietem multociens perturbabant. Nutu vero Dei paci populi sui in posterum providentis, sub Heinrico quinto factum est, ut Fridericus dux frater Cuonradi regis, qui de altera, id est de regum familia descenderat, de altera,

a) et her. *ex editione Boehmeri transsumpsi.* b) *quatuor praecedentes voces ita legendas esse coniecit Boehmerus.* c) ab ant. n. *ex coniectura Boehmeri.* d) obpositis *co* e) per. Dis. *a scriptore nostro omissa ex Ottone supplevi.* f) pertracta *cod.* g) Lupoldus *coniecit Boehmer.* h) *voces* ubi primum *in codice oblitteratas ex Ragawino restitui. Boehmerus coniecit* sensim. i) m. S. *recepi ex Ragawino.* k) Heinricus *cod.* l) Parnomitano *cod.* m) *ita cod.* illam *Otto.* n) obiit *addit cod.* o) fine *cod.*

62) *quarto* Ann. Argent. et recte quidem, nam incendium anni 1142 omisit Noster.

Otto Fr. II, 2. Heinrici scilicet Noricorum ducis, filiam in uxorem acciperet, ut supra dictum est, et ex ea Fridericum imperatorem generaret. Principes qui non solum industriam ac virtutem iuvenis, sed etiam hoc, quod utriusque sanguinis consors tamquam angularis lapis utrorumque parietum dissidentiam unire posset, considerantes, caput regni eum constituere adiudicaverunt; plurimum rei publice profuturum precogitantes, si tam gravis et diuturna inter maximos imperii viros ob privatum emolumentum simultas hac demum occasione sopiretur. Ita non regis Counradi zelo, sed universalis, ut dictum est, boni intuitu, Fridericum eius filio Friderico adhuc parvulo preponere maluerunt. Nam frater eius Heinricus ante patris obitum rex creatus obierat. Hac consideratione et ordine electio Friderici celebrata est. Itaque Fridericus rex factus in quadragesima, duo cardinales ab Eugenio papa in Teutonicam destinati sunt, Bernhardus presbiter et Gregorius ib. II. c. 9. diaconus, ad depositionem quorundam episcoporum. Qui Heinrico Maguntine sedis archiepiscopo deposito, et Arnoldo cancellario regni substituto, permissu principis Burchardum Eistetensem senio gravem, de inutilitate causantes submoverunt. Idem etiam legati filiam marchionis de Frouburch[a] Adelam nomine ob vinculum consanguinitatis, ut dicebatur, novo regi uxorem pridem iunctam, separaverunt. Dumque post hec in Madeburgensem et quosdam alios sententiam ferre c. 10. cogitarent, a rege inhibiti et ad propria redire iussi sunt. Eodem anno Eugenio papa ex hac luce translato, Anastasius sedem recepit.

Ipso etiam tempore magna fuit controversia inter Heinricum ducem Saxonie et Heinricum filium Leopaldi mar- Otto Fr. II. c. 7. chionis Austrie pro Norico ducatu decertantibus. Unde et regi magna erat anxietas, qualiter litem, que inter eos carnem et sanguinem, id est Heinricum patruum suum et Heinricum avunculi sui filium[a*], sine sanguinis effusione terminari[b] posset. Fuit namque Heinricus dux Saxonie Heinrici quondam Norici ducis filius, quem Cuonradus rex a Bawaria eiectum in Saxonia manere compulerat, ducatumque ipsius primum Leopaldo, marchionis et Agnetis filio, ac deinde fratri ipsius huic Heinrico concesserat. Rex ergo predictam litem iudicio vel consilio decisurus, utrique in civitate Herbipoli curiam II. c. 11. prefigit. Quo dum alter, id est Heinricus ducis filius veniret, alter se absentavit. Qui iterum et iterum vocatur. Igitur rex, dum iam per biennium ad decidendam litem duorum principum, ex propinquitate sanguinis tam affinium laborasset, tandem alterius instantia, qui[c] in paterna hereditate, qua Rome imperii coronam accepturus erat, in qua eundem iuvenem militem sociumque vie habere debuit, finem negotio imponere cogebatur. Proinde in oppido Saxonie Goslarie curiam celebrans, utrosque duces datis edictis evocavit, ubi dum, altero veniente, alter se absentaret, iudicio principum alteri, II. c. 32. id est Saxonie duci[d], Bawarie ducatus adiudicatur. Itaque Friderico imperatore facto, post circulum anni ordinationis sue Ratisponam venit, patruum Heinricum alloquitur, ad transactionem cum altero Heinrico duce Saxonie faciendam tunc demum inclinavit. Summa autem concordie hec fuit: Heinricus maior natu ducatu Bawarie per septem vexilla resignavit, quibus[e] iuniori traditis, ille duobus vexillis marchiam orientalem[f] cum comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus reddidit. Exinde de eadem marchia cum predictis comitatibus, quos tres dicunt, iudicio principum ducatum fecit, eumque non solum sibi sed et uxori cum duobus vexillis tradidit. Neve in posterum ab aliquo successorum suorum mutari posset aut infringi, privilegio confirmavit. Acta sunt anno regni eius quinto, imperii secundo. Igitur Heinricus dux Saxonie et Bawarie, prius quam patrum suorum in Bawaria recepisset sedem, duxerat uxorem filiam Cunradi ducis de Zeringen, genuitque ex ea filiam que Danorum regi nupsit. Et consanguinitatis causa coniuge dimissa, accepit in matrimonium filiam Heinrici regis Anglorum, a quo beatus Thomas Cantuariensis passus est. Heinricus itaque dux Saxonum et Bawariorum de compare sua Agnete[64] filia regis genuit quatuor filios, Heinricum, qui duxit unicam filiam Cunradi palatini Rheni uxorem et ob hoc post mortem Cuonradi palatinus effectus est; et Ottonem, qui ab avunculo suo Richardo rege Anglie factus est comes Pictavie, qui etiam nutu Dei factus est Romanorum imperator; Wilhelmum quoque qui regebat ultra Alberiam[65] fluvium Slavos, Fresones et Holzsezen[66]; nec non et Luotherum, qui in expedicione prima Heinrici imperatoris militans in Apulia apud Augustam obiit.

Anno imperii Friderici secundo, cum principes consanguineos suos Heinricum et Heinricum, ut dictum est, ad Otto Fr. II. c. 29. concordiam revocasset, imperator in civitate orientalis Francie Herbipoli, regio apparatu, multa principum astipulatione, iuncta sibi Beatrice Reinaldi comitis filia nuptias celebrat. Reinaldus iste de antiqua et illustri Burgundiorum prosapia originem trahens, illius Burgundie comes dicebatur, que olim a Ruodolfo rege imperatori Cunrado et filio eius Heinrico ibidem. cum testamento relicta, regnum erat, et est sedes regni apud civitatem Arelatum. Hec eadem provincia est, a qua Cunradus de Zeringen eiusque filius Bertholdus ipsiusque filius equivocus duces vocari consueverunt. Que vero inter Cunradum et Reinaldum disceptationis causa fuerit, paucis absolvam. Mos in illa, qui pene in omnibus Gallie provinciis servatur, remansit, quod semper seniori fratri eiusque liberis, seu maribus seu feminis, paterne hereditatis cedat auctoritas, ceteris ad illum tamquam ad dominum respicientibus. Ex qua consuetudine factum est, ut Wilhelmus comes, huius Reinaldi ex parte patris consanguineus, Cunradi vero ducis sororis filius, rerum summam dum adhuc[g] viveret illa in provincia haberet. Quo fraude suorum rebus humanis exempto, Reinaldo comiti dominium cessit. Actum est hoc sub Heinrico quinto seu sub Lothario secundo. Verum predictus comes nimis iusticie sue confisus, erat enim homo lenis et ex nimia lenitate remissus, curias principis adire neglexit. Ex quo factum est, ut indignatione motus princeps Lotharius[h] predictam terram Cunrado duci concederet, sicque uterque vicina sibi vendicaret loca. Longa itaque concertatione in tantum, ut etiam in campo congressu publico ab eis pugnaretur, deducta est hec controversia, donec ab imperatore Friderico eo tenore decisa est, quod Bertholdus, predicti Counradi filius, in negocii transactione duas civitates inter Iurum et montem Iovis, Losannam et Gebennam, accepit, ceteris omnibus imperatrici relictis. Quam imperator, ut ostensum est, in matrimonium sortitus, genuit quinque filios: Heinricum imperatorem et regem Sycilie, Fridericum ducem Suevie, Cuonradum ducem ibidem, Ottonem comitem Burgundie et Philippum[67], qui cum Ottone imperatore pro regno dimicans ab inimicis suis est interfectus.

A. D. 1155. Fridericus Rome ab Adriano papa in magna Romanorum dissensione et occisione imperator consecratur.

A. D. 1157. imperator Fridericus, expugnatis Polonis, cum triumpho reversus apud Herbipolim curiam celebrans legationem Constantinopolitani imperatoris Manuel accepit.

a) *ita cod. loco* Vohburch. a*) agitabatur *omissum in cod.* b) controversia — terminari *Otto.* c) *hic locus neglegentissime a Nostro descriptus apud Ottonem II. c. 11 ita legitur:* qui in paternam hereditatem, a qua diu propulsus fuerat, redire cupiebat, flexus, imminente etiam sibi expeditionis labore, in qua eundem iuvenem militem sociumque vie habere debuit *et rel.* d) ducis *c.* e) *supplevi ex Ottone.* f) *superscr. manu eadem* Ousterriche. g) ad *cod.* h) Lotharii *cod.*

64) potius Mathilde. 65) i. e. Albim. 66) Holsatos. 67) Cf. Abel König Philipp p. 321. n. 13.

Ad eandem curiam filius Cunradi regis Fridericus iam dudum ab imperatore dux Suevie factus, accinctus gladio miliciam est professus.

Sequenti anno Mediolanum a Friderico imperatore obsidetur.

A. D. 1158. monasterium in Novo Castro consecratur sub glorioso Friderico imperatore, anno imperii eius sexto, in predio Reinoldi comitis, quarto Nonas Maii a reverendis episcopis Burchardo Argentinensis et Heinrico Trecensis ecclesie in honore sancte crucis et beate Marie virginis. A. Argent.

A. D. 1159. Otto Frisingensis episcopus obiit, patruus imperatoris. cui Albertus successit. Eodem anno Adrianus papa obiit, cui Alexander successit. Ipso anno factum est scisma inter regnum et sacerdotium.

A. D. 1160. Arnoldus Maguntinus archiepiscopus occiditur. Ipso anno Crema expugnatur.

A. D. 1162. Mediolanum capitur. Eodem anno Horburch a comite Hugone de Tagesburch destruitur. ibid. Ipso anno factum est, ut eversa Horburch et captivatis his, qui in castro obsessi fuerant, imperator Fridericus, destructo Mediolano, reversus de Ytalia, veniret in Alsaciam[67*]. Qui bellum inferre cepit comiti Hugoni, utpote ei qui imperiale preceptum contempserat, quod videlicet ab obsidione predicti castri non recesserat; eos quoque, quos comes captivaverat, expugnato et destructo castro Girbaden, liberavit. Deinde post menses aliquot imperator civili bello quod totam Alsatiam iam devastaverat, finem imposuit, hostibus inter se pacificatis. Eodem anno Burchardus, Argentinensis episcopus obiit, cui Rudolfus successit. ibid. Item Ortliebus Basiliensis episcopus obiit[68], cui Luodewicus successit.

A. D. 1170. sanctus Thomas Cantuariensis episcopus martyrium est passus et inauditis cepit [coruscare miraculis, sicut in le]genda[a] plenius inveniuntur.

A. D. 1176. combustum est monasterium Argentinense quarto[b. 69]. ibid.

A. D. 1177. facta est concordia inter regnum et sacerdotium. et scisma quod 18 annis steterat finem accepit.

A. D. 1178. facta est cedes magna in Langelnheim iuxta Columbariam, Cuonone de Horburch et Egelolfo de Ursilingen inter se prelianübus[c]. ibid.

A. D. 1179. factum est concilium magnum sub Alexandro papa, in quo fuerunt fere quingenti episcopi et abbates aliique religiosi innumerabiles, in quo Bremensis archiepiscopus, Rudolfus Argentinensis, Luodewicus Basiliensis et Metensis episcopi deponuntur. Inchoabatur hoc concilium 5. Kal. Martii et terminatum est circa finem Aprilis[d]. Eodem anno Christianus archiepiscopus Maguntinus . . . . . Eodem anno Cuonradus in vigilia Thome apostoli Argentinensis episcopus eligitur, qui proximo anno eodem die sepelitur, et Heinricus cathedre preficitur[e]. ibid.

Ipso anno sc. 1180.[f] Fridericus imperator circa Augustum exercitum duxit in Saxoniam super Heinricum ducem Saxonia . [Causa belli hui]us[g] hec fuit. Imperatore aliquando in Ytalia manente nec copiam [militum qua hoste]s imperii [coerce]re posset habente, auxilium Heinrici ducis imploravit. Qui nimiam suorum militum stragem factam conquerens Creme et apud Mediolanum, non aliter imperio amminiculari posse respondit, nisi Goslarie opidum in beneficium sibi daretur. His et aliis causis imperator nimium exacerbatus, bellum Heinrico duci indici iubet, ducatu eius Norico Ottoni de Witilinisbach, ac Saxonie ducatu Bernhardo comiti de Anehalt concesso. Eodem anno Hugo Basiliensis episcopus constituitur et moritur, sibique Heinricus substituitur. Ipso anno dedicata est maior ecclesia inferioris monasterii apud Hohenburch in honore sancte Dei genitricis Marie a Mantuano episcopo apostolice sedis legato. ibid.

A. D. 1181. Heinricus dux Saxonie ab imperatore subiugatur. Annona cara; vinum bonum et bene venale. Ipso anno obiit Alexander papa et Lucius sibi successit.

A. D. 1182. Heinricus Argentinensis episcopus in Ytalia a Christiano Maguntino episcopo cum magna difficultate consecratur in festo sancti Iacobi apostoli. Vinum multum et bonum; hama vendebatur pro 6 denariis Argentinensibus.

A. D. 1183. Christianus Maguntinus archiepiscopus in Ytalia obiit. Eodem anno quidam in scismate ordinati et in concilio ab Alexandro papa depositi, subdiaconi scilicet et inferioris ordinis, reordinantur, duobus apostolice sedis legatis speciali hoc dispensatione concedentibus, impetrante Friderico imperatore, qui presens fuit tunc temporis, apud Constantiam curiam celebrans et colloquium[70] habens cum Longobardis omnibus fere melioribus. Hanc autem dispensationem precipue obtinuerunt Marbacenses et per ipsos alii, Bernhardo preposito interpellante. Huius execrabilis et horrendi[h] scismatis causa hec fuit. Quidam

a) *ita coniicio; litterae hoc loco sunt omnino deletae.* b) combustum — quarto *in codice deleta, ex editione Urstisii et ex adnotatione codicis nostri marginali recepi.* c) *ita codicis nota marginalis et editio; in cod. ipso non nisi verba* heim — horb . . . *legi poterant.* d) factum — Aprilis *ex editione Urstisii damus, in codice non nisi pauca legi poterant.* e) Eodem a. Cuer. — preficitur *ex editione damus.* f) 1179. *Boehm.* g) *uncis inclusa ex coniectura addidi.* h) horrende *cod.*

67*) circa 24. Octobr., vide Als. dipl. I, 251. Strobel I, 413. Quae hic narrantur, aliunde nota non sunt. 68) anno 1167. 69) *quinto* Ann. Argent. 70) d. 25. Iunii.

episcopi domino imperatori suggesserunt, quod apostolica electio non deberet celebrari sine suo consilio et assensu, sicut olim mos fuit ab imperatoribus. Quod clarissimus princeps audiens, nimium credulus et plus quam debuit ira succensus, communicato consilio cum principibus, papam instituit, et episcopos[a] Alemannie ei sacramentum fidelitatis prestare coegit. Quod quidam fecerunt, pauci vero saniori usi consilio facere rennuerunt. Tandem plurimo tempore revoluto, pax ecclesie redditur per quendam episcopum Wicmannum Saxonie[71], et letatur universus mundus, quod densissimis tenebris finis fuit impositus. In Lonbardia vero clara et fortia bella gerens cum maximo labore et sudore et strage suorum, cum pactione infinite pecunie eos ad deditionem coegit. Apud Alexandriam cum erexisset instrumentum quod Ebenhoe[72] dicitur, ut caperet munitionem, plurimos perdidit per fossatum, quod clam de nocte fecerant, et lignis et repagulis terram et locum fulcierant, Greco igne supposito[b], instrumentum et illos qui superius erant totaliter consumpsit. Imperator vero cogitans eis reddere talionem fugam simulans, militibus in insidiis collocatis, cumque de civitate ipsum persequerentur, milicia de locis oportunis surgens quosdam cepit, alios occidit, et sic vindictam cum victoria ab eis deportavit et locum devastavit.

Mai. 20. A. D. 1184. Fridericus imperator maximam apud Magontiam habuit curiam[73]; nam plures quam septuaginta magni in ea convenerant principes. In qua duo filii sui, rex Heinricus et dux Suevie Fridericus, militari accincti sunt gladio. In qua curia imperialis capella ex lignis composita et bene colligata cum cruce et aliis sanctuariis repositis, que tunc constituta fuit in spacio quodam quod nominatur ...... quod ex utraque aluit parte Mogus, circa nonam corruit, vi ventorum impellente, nec ab alicuius rei alterius impulsu, et in ea constitutos aliquos vel ad mortem usque lesit vel alio modo aliquo corrupit, aliqui vix evaserunt Eodem anno imperator apud Veronam civitatem Ytalie cum papa Lucio circa Kal. Novenbris[74] colloquium habuit[75], in quo Iherosolimitanus patriarcha et magister Templi et Hospitalis fuerunt conquerentes, quod Sarraceni ex magna parte christianorum terram devastaverant et in proximo se capturos minarentur. Interim defuncta est filia imperatoris, que fuit desponsata filio regis Ungarie, nec diu postea obiit Beatrix imperatrix[76]. Interea rex Heinricus curiam apud Augustam civitatem Recie habuit[77]; ubi desponsavit Constantiam filiam regis Apulie Rogerii. Eodem anno estas calida et ..ca, sed in mense Novembri maxima inundatio aquarum fuit. Nam aque non solum pluviarum ministerio, sed per occultos etiam terre meatus erumpentes, in tantum creverunt, quod fere omnem circa se positam planiciem cooperuerunt et maximum dampnum hominibus intulerunt. Ipso anno Heinricus colloquium habuit apud Erphurdiam, nobilem Turingie civitatem, cum aliquibus principibus et aliis baronibus. In quo colloquio inferior pars domus palacii, in qua consistebant principes et comites et alii diversi generis homines, corruit, et multi oppressi sunt mortui cadentes in latrinam[78]. Inter quos comes Fridericus de Habenberc et alii quatuor comites magni et divites, et multi alii per diversa corporum loca lacerati, mortui vel semianimes extracti; solo rege Heinrico in una fenestra eiusdem domus adherente, et ex uno latere archiepiscopo Maguntino Cunrado sibi assistente, ex alio cancellario suo Godefrido astante.

A. D. 1185. Lucius papa apud Veronam obiit[79], cui Urbanus tercius successit, qui fuit archiepiscopus Mediolanensis, qui postea gravem contra imperium movit sedicionem[80], et quendam Folmarum in archiepiscopum[c] Treverensem contra voluntatem imperatoris consecravit, et episcopos aliosque principes et omnes Longobardos[81] ad coniurationem contra imperium incitavit. Eodem anno rex in Ytaliam ad patrem profectus est. Ipso anno tanta

a) episcopis *cod.* b) *ita cod. loco* Grecus ignis suppositus. c) archiepiscopatum *cod.*

71) Cf. Wichmanni archiepiscopi Magdeburgensis litteras ad Urbanum III ann. 1185—1187 datas apud Ludew. Rell. II, 446. 72) A Wolframmo de Eschenbach *Ebenhöhe* vocatur. Abel K. Philipp p. 337. 73) V. Abel K. Philipp der Hohenstaufe p. 3. 74) Veronae erat imperator diebus 19. Octobris et tertia Novembris, v. Raumer Hoh. II, 442. 75) Cf. Arnold. Lubec. III, 10 de discordia inter imperatorem et papam agitata et in colloquio Veronensi non sedata. Praeter ancipitem archiepiscopi Trevirensis electionem etiam clerici a schismaticis ordinati et patrimonium Mathildis controversiam movebant. 76) Beatricis mortem ad annum 1185. refert Otto de S. Blas. c. 27. 77) die 29. Oct.; vide Abel p. 7. et 288. 78) Cf. Godefr. Colon. 79) die 25. Novembris. 80) Cf. Chron. Ursp. 5. a. et Godefr. Col. a. 1186. 81) praecipue Cremonenses, cf. epistolas Urbani III et Wichmanni archiepiscopi Magdeb. ap. Ludewig Rell. II, 409. 446.

habundantia vini fuit, quanta prius fuisse nullus eius temporis hominum vidit. Eodem anno[82] rex apud Mediolanum nuptias cum magna gloria celebravit, et imperator, Cremonensibus, qui propter reedificationem Creme rebellaverant, ad dedicionem coactis, et in eius gracia et pace omni Ytalia dimissa, ad partes Thetonicas remeavit. Eodem anno quidam astronomicus Tholetanus, nomine Iohannes, misit litteras per omnes mundi partes, asserens, proximo sequenti anno circa mensem Septembrem omnes planetas debere convenire in unum domicilium, et ventum, qui omne pene edificium destructurus esset, venturum, et mortalitatem et famem et multa alia incommoda futura et mundi finem et adventum antichristi instare, et in hoc omnes astronomicos aliosque phylosophos et magos tam christianorum quam gentilium et Iudeorum concordare. Unde maximus timor multos invasit, ita quod quidam sibi fecerunt subterraneas domus et per multas ecclesias ieiunia et processiones et letanie fiebant. Sed ut probaretur sapientia huius mundi stulticia esse apud Deum, predicto tempore magna aeris serenitas et tranquillitas fuit, et nichil eorum que predicta erant evenit. Ipso anno castrum Brisache a rege Heinrico iniciatur. A. Argent.

A. D. 1186. imperator apud Wormaciam curiam habuit, in qua Maguntinus et alii Aug. 25. episcopi, preter Phylippum Coloniensem archiepiscopum[83], qui erant supradicte coniurationis, ut dicebatur, conscii, se expurgabant. Eodem anno hyemps calida ita quod in Decembri et Ianuario A. Argent. multe arbores florerent, in quibus circa Februarium pira, quantitate in modum avellane magna conspiciebantur, corvi quoque et pice alieque huiusmodi aves in Ianuario fetus produxerant. Sed proximo sequenti anno scilicet:

A. D. 1187. circa Marcium magna aeris inclementia et asperitas algoris veniens fere usque ad Kalendas Iunii ibid. duravit, ita quod in pentecoste, videlicet in medio Maio, nix magna cecidit et fere omnia poma perierunt. Eodem anno Argentina in mense predicto ex magna parte incendio vastata est. Ipso anno inter apostolicum et imperatorem de pace agebatur; sed nichil profuit, quia de excommunicatione imperatoris et regis agebat[84]. Deus autem malignum ipsius consilium dissipavit. Nam eodem anno mortuus est[85], cui Gregorius papa octavus, homo bonus et religiosus, successit. Eodem anno rex Salatin de Babylonia, qui imperatori prius familiaris fuerat, — nam sibi invicem legatos et munera direxerant —, cum exercitu terram christianorum intravit, et cum eis bello inito, cruentus victor extitit. Nam plus quam triginta milia hominum occisa sunt et Ierusalem ad Oct. 3. deditionem subacta, et non multo post omnibus civibus eius vel captis vel interventu precii dimissis et eiectis, a paganis est inhabitata, venerandumque lignum sancte crucis captum, et Acharon et fere omnes vicine civitates, preter solam Tyrum, expugnate, aliaque innumerabilia et inaudita patrata sunt mala. Huius rei nuncii cum ad apostolicum venissent, ipse prius per legatos suos regi[86], qui tunc temporis in Ytalia fuit, hec insinuavit. et habito super hoc consilio, cardinalem episcopum Prenestinum, virum sapientem et eloquentem, ad hec annunciandum cunctis et ad expeditionem transmarinam predicandam misit. auctoritate sibi concessa, ut quicunque crucem accipere vellet, omnium peccatorum remissionem et indulgentiam ex parte Dei sibi promitteret. Sed Dei voluntate factum est, quod eodem tempore circa Kal. Decembris imperator Argentine curiam habiturus erat[87]. Ad quam cum Dec. 1. predictus legatus venire vellet nec posset, premisit duos nuncios. Qui festinato cursu ad eandem curiam venere, et presente imperatore aliisque principibus et maxima multitudine aliorum, lacrimabilem sue legationis causam exponentes, ad crucis susceptionem tam imperatorem quam alios adhortati sunt. Sed cum nichil profecissent, statim eiusdem civitatis episcopus, Heinricus nomine, sancto afflatus Spiritu, tanta facundia et suavitate peroravit, quod fere omnium qui aderant mentes ad tam salubre iter accendit[88]. Diu tamen cunctis hesitantibus et nullo crucem accipiente, quidam miles nomine Syfridus dives et strennuus de ministerialibus comitis Alberti de Tagesburch primus accessit et crucem ab episcopo sumpsit. Statim episcopo Spiritum sanctum, incepto: *Veni sancte Spiritus*[a], invitante, tanto studio et frequentia accesserunt, quod episcopus et multi alii clerici vix eis ad cruces tribuendas sufficere potuerunt. Quantum lacrimarum et gemituum ibi ab omnibus qui aderant prolatum sit, nullus sermo explicare valet, ita quod nec ipse imperator a lacrimis se abstinere

a) *verbis* V. s. S. *neumata in codice superscripta sunt.*

82) mense Decembri; v. Abel p. 9. 83) De cuius coniuratione fusius egerunt Abel p. 66 et H. Keussen in dissertatione de Philippo Heinsbergensi archiepiscopo Coloniensi, Crefeldiae 1856 p. 30 sq. Cfr. praeterea epistolam episcoporum Theutonicorum ap. Radulfum de Diceto p. 632. 84) scilicet apostolicus. 85) Die 20. Octobr. obiit Urbanus III. 86) Heinrico VI. 87) Quibus an chartae Friderici I. adstipulentur, nescio. 88) Cf. Anonymi narratio ap. Canisium L. A. I, 502.

potuit. Qui etiam eadem hora crucem accepisset, si non propter werram, que inter
89 ipsum et episcopum Coloniensem fuit[89], dimisisset. Multi ibi ex principibus crucem acceperunt et fere quingenti milites exceptis aliis. Eodem anno Gregorius papa obiit[90], cui Clemens[91] successit.

Mart. 23. A. D. 1188. imperator curiam celebrem habuit Maguntie in media quadragesima, ubi reconciliatus est episcopo Coloniensi Phylippo[92], et cum magna devotione crucem assumpsit[93] cum filio suo Friderico duce Suevie et aliis multis principibus et nobilibus. Eodem anno, supradicto apostolici legato predicante, rex Francie Philippus nomine et rex Anglie Richardus etiam cruces acceperunt. Imperator habita curia Maguntie, quando et quomodo irent ibi disposuit, sed expedicionem ab eiusdem anni pascha usque ad pascha sequentis anni distulit. Unde multi, qui iam parati erant, dolentes per mare ire disposuerunt. Interim[a] imperator legatos ad regem Ungarie et Grecie et Iconii soldanum videlicet pro preparanda via et victualibus[b] misit. Qui omnes directis ad ipsum nunciis in omnibus se sibi obtemperaturos mandaverunt, excepto rege Grecie[c], qui quandam condicionem ab eo exegit, quam imperator promittere noluit et eius legatos cum quodam[d] . . . . . . . . dimisit. Interim imperator, ne tot quod prefato itineri sufficerent ipsum comitarentur sollicitus, — nam cognatus suus provincialis comes Luodewicus de Tuoringia et Colonienses et maxima cum illis multitudo propter quandam simultatem, et preterea fere omnes de partibus Ytalie et Tuscie non cum eo, sed navigio per mare ire disposuerant, — propter hoc inquam sollicitus, cum rege Francie, tum per legatos, tum in propria persona[94], ad ipsum die constituta veniens, omnimodis ut secum iret laboravit, promittens sibi et omnibus quos in suo comitatu duceret, sumptum et necessaria. Sed ille[e] propter werram, quam cum rege Anglie habuit, secum ire non ausus fuit, timens ne si ipse recederet, ille terras suas intrando regnum sibi destrueret. Verumtamen imperator, divino fretus auxilio, non eo minus propositum iter perficere acceleravit. Et rursum convocatis maioribus, inter cetera tale edictum promulgavit, ut nullus iter illud arripere presumeret, exceptis servientibus et operariis, qui equitatura et argento quod sibi ad biennium pro emendis victualibus sufficeret, careret.

A. D. 1189. in octava pasche, id est 17. Kal. Mai. nostrates illud felicissimum iter arri-
Apr. 15. puerunt, et imperator de Hagenowe se movit. Cum quo hii[95], quos solos novimus principes, filius suus videlicet dux Suevie, nomine[f] Fridericus, et dux Meranie Bertholdus, episcopus
90 Herbipolensis[96], episcopus Leodiensis[97], episcopus Basiliensis[98], episcopus Tullensis[99], episcopus Ratisponensis[1], episcopus Monasteriensis[2], episcopus Pataviensis[3] et frater eius Missinensis[4], Frisingensis episcopus[5], marcgravio de Baden, marchio de Vrobruc, comes de Dorenberch, comes Bertholdus de Nuowenburch[6], comes de Hollanden, comes de Nassowe et episcopi et principes multi et nobiles iverunt. Dux vero Austrie Luopoldus propter werram, que inter regem Ungarie et ipsum erat, terram suam transire non audens[g], iter
7 suum per Ytaliam versus mare direxit. Quem insecuti sunt Bysuntinensis archiepiscopus[h, 7], comes Luodewicus de Phyrrete et alii multi nobiles.

A Argent. A. D. 1190. beate memorie Heinricus Argentinensis episcopus in annuntiatione sancte Marie, die pasche, ex hac luce migravit, cui Cuonradus successit. Eodem anno rex Francie et rex Anglie et comes Flandrie mare transituri iter arripiunt. In quo itinere reges predicti obtinuerunt a rege Heinrico, ut conductum et pacem per omnes terras suas secure procedendo haberent et nichil de[i] suo ubiubi locorum lederent. Et rex Anglie precipue per suos principes iuravit, quod nusquam ei molestus esset. Quod mentitus est. Nam ipse veniens Messinam, civitatem vi cepit, et multa mala civibus intulit. Unde timens Tancradus tyrannus, qui regnum Sycilie post mortem Wilhelmi Syculi, qui sine filiis obierat, per dolos et tyrannidem sibi usurpaverat, quod Heinrico Romanorum regi propter Constantiam uxorem suam iure debebatur, pactum nequam cum eo fecit, et plurima dona auri et argenti, frumenti et vini sibi misit,

a) *ex coniectura Boehmeri.* b) pr. via [et transitu] libero *Boehm.* c) rege Gr. *ex coni. Boehm.* d) *lacuna unius vocis.* e) illi *cod.* f) nomini *cod.* g) audiens *cod.* h) litterae archi *superscr. eadem manu.* i) de *bis legitur in cod.*

89) Differt paullulum Godefr. Colon. 1187. 90) d. 16. Decembris. 91) tertius. 92) Keussen l. c. p. 35. 36; cf. Alberic. s. a. p. 375. 93) die 27. Martii. 94) apud Ivodium; cf. Alber. a. 1188. 95) Cfr. Tageno de exped. Frid. I. ap. Freher. I, 407. 96) Godefridus. 97) Rudolfus. 98) Heinricus. 99) Petrus. 1) Conradus. 2) Hermannus. 3) Dietwaldus. 4) Martinus. 5) Otto. 6) i. e. comes de Zeringen; cf. Wilken IV. p. 69. n. 39. 7) Theodericus.

ne aliam partem Sycilie destrueret[8]. Eodem anno imperator et peregrini in Grecia hye- 8
mantes et partim estivantes, civitates nobiles et castella optima quedam Grecie ceperunt,
et Iconium soldani caput regni propter mentitam sibi fidem obtinuerunt viriliter expugnando
usque ad ipsam arcem. Postea paucis interiectis diebus scilicet 15. Kal. Iunii[9] divus impe-
rator Fridericus obiit, in quadam aqua, quod vocatur Ferrum[10], submersus et Anthiochie
sepelitur. Sed filius eius Fridericus in loco eius dux exercitus constituitur. De morte vero
imperatoris plurimum dolentes, statim nacta oportunitate reverti ceperunt quam plurimi.
Venientes tandem Antyochiam reliqui peregrini aliquandiu morati sunt ibi. Et prin-
ceps Antyochie hominium fecit duci loco imperatoris Romani, iuramento et scripto pri-
vilegii confirmans, semper se velle esse imperio Romano subiectum per omnia. In eadem
civitate Godefridus Herbipolensis episcopus et Hermannus marchio de Baden mortui, una
die sepulti sunt. Ipso anno Theodericus Bysuntinus archiepiscopus in obsidione Acharon
defunctus est. Mortuus est etiam Heinricus Basiliensis episcopus, revertente eo in mari;
cui Luotoldus in episcopatu successit. Multi nobiles et pauperes eodem anno in peregri-
natione moriebantur. Eodem anno rex Heinricus cum exercitu in Ytaliam profectus est tum
pro imperiali consecratione, tum pro regni Apulie susceptione.

A.D. 1191. Clemens papa obiit[11], cui Celestinus[12] qui et Iacinctus successit, consecra-
tus die pasche[13], qui etiam imperatorem Heinricum secunda feria pasche unanimi omnium
Romanorum consensu consecravit. Eodem anno Fridericus dux Alemannie in obsidione Acharon obiit et in A. Argent.
domo Theutonicorum sepultus, pro quo Cuonradus frater eius ducatum Suevie accepit. Ipso anno facta est ecly-
psis solis in vigilia Iohannis baptiste. Eodem anno imperator Heinricus Neapolim civitatem Iun. 23.
Apulie obsederat[14], sed mortuis principibus, scilicet archiepiscopo Coloniensi Phylippo et
Ottone duce Boemie et multis aliis, maximaque sui exercitus parte ipsoque gravi infirmitate
detento, cogitur ab obsidione recedere[15], unde et Salernitani imperatricem Tancrado tyranno
tradunt. Phylippo itaque Coloniensi archiepiscopo defuncto qui viginti quatuor annis cathe-
dre preerat, Bruno sibi successit, sed post breve tempus episcopatum voluntarie relinquens;
Adolfus ei successit. Ipso anno Ruodolfus Leodiensis episcopus ab obsidione Acharon re-
versus, in Brisaugia defunctus est, cui Albertus successit contra voluntatem imperatoris,
qui etiam consecratur ab archiepiscopo Remensi, ubi postea occisus est[16]. Item Luodewicus 16
provincialis comes Tuoringie ab expedicione reversus in mari defunctus est. Item Pata-
viensis episcopus et multi nobiles in obsidione Acharon defuncti sunt. Peregrini de Alsatia
fere omnes qui ibi erant egestate et peste cogente redeunt. Prefata civitas a rege Francie
et Anglie et duce Austrie ad dedicionem coacta capitur. Unde rege Francie et duce Austrie
revertentibus, rex Anglie remansit, et postea accepta a Sarracenis pecunia, Ascalonam
civitatem nobilissimam devastandam tradidit, et postea rediit. In quo regressu vento im-
pellente navim versus Venetiam, eiectus est[17] cum paucis ad litus maris. Quem persecutus
comes Engelhardus et cum eo pugna congressus, multis ex parte regis captis vel occisis,
ipse fuga lapsus et vulneratus, in Stirensem marchiam devenit. Nichilominus et ibidem in-
secutus a quodam ministeriali Salzburgensis ecclesie Friderico de Betouwe[18], ipse fugiens
Austriam cum sex tantum comitibus intravit. Ibi captus in parvo tuguriolo prope civitatem
Wiene, a duce Luopoldo in castro Dirinstein[19] aliquantis diebus reclusus, postea traditus est
Heinrico imperatori[20]. Quo in captivitate detento per annum et amplius, dum libertatem in
patriam redeundi obtinuisset[21] per pecuniam, scili et centum quinquaginta milia marcarum,
ipse liber et absolutus absque omni coactione homo[a] factus est imperii Romani, tota terra
sua Anglia et aliis terris propriis imperatori datis et ab eo in beneficio receptis[22].

A. D. 1192. imperator exercitum cum Bertholdo de Kuonegesberch[23] in Apuliam misit, 23
qui ibi[b] interfectus est. Eodem anno Cuonradus Argentinensis capitur a quibusdam ministerialibus eiusdem A. Argent.
civitatis.

a) *superscr.* b) qui ibi *addidi, in cod. lacuna.*

8) Cf. Radulf. de Diceto apud Twysden p. 656 sq. Abel p. 307. 9) Böhmerus recte monuit, Fridericum I. die 10. Iunii obiisse. 10) Ex corruptis Orontis nominibus Or, Fer, Farfar, Farfarius vocabulum hoc originem duxisse monuit V. Cl. Schultz Reg. Bor. quondam consul Hierosolomitanus. 11) die 25. Martii. 12) tertius. 13) die 14. Apr. 14) inde a die 25. Mai. Abel p. 16. 15) mense Augusto. 16) Abel p. 18. 17) exeunte a. 1192. 18) Fridericus de Botesow ap. Raumer III, 31. 19) Durrenstein Hovedeni p. 408 est Durenstein super Danubium. 20) 14. Febr. 1193. 21) die 5. Febr. 1194 secundum Abelium 25. 22) Cf. Roger. de Hoved. p. 412. Abel p. 30. 23) Künsberch Abel p. 24.

A. D. 1193. Adelbertus Leodiensis episcopus occisus est fraudulenter a quibusdam 24 fidelibus imperatoris[24].

A. D. 1194. facta est coniuratio valida adversus imperatorem, antequam iret secundo in Syciliam, per orientales Saxones et inferioris terre principes et per episcopos Maguntinum et Coloniensem, quam sedicionem imperator contra omnium opinionem facillime sedavit[25]. Eodem anno Tancradus, qui Apuliam per invasionem obtinuit, obiit[26], et filius suus maior[a]. Huic desponsata fuit filia Constantinopolitani imperatoris[27], quam postea apud Palermum inventam Heinricus imperator fratri suo Phylippo uxorem tradidit. Ipso anno imperator commendans se orationibus religiosorum ubique, et statuens pro ipso fieri missas Mai. 12. et orationes, collectis undique copiis militum, ipse cum imperatrice quarto Idus Maii a Trivels castro suo iter cepit in Apuliam, eam recepturus. Procedente vero tempore....[a] impera- Mai. 29. tore in Lonbardiam, pentecosten celebravit Mediolani gloriose, ubi occurrerunt ei nuncii Leonis de Montania[28] qui petebat ab eo exaltari in regnum in terra sua, disponens se semper esse subiectum imperio Romano. Ipsi quoque legati petebant se inbeneficiari ab imperatore beneficiis raris et prius inauditis sitis in locis Syrie, qui vocantur Ad plumbeam turrim. Quod et factum est. Deinde processum est ab exercitu per Lonbardiam et Tusciam, imperatore tendente versus Ianuam et Pisam cum paucis, ad instaurandas galeas cum hominibus et militibus multis per mare. Eodem anno imperator Salernum vi cepit et Palermum Nov. 20. sedem regni Sycilie, dominica qua cantatur: *Dicit Dominus ego cogito*[29] cum magna gloria intravit, et ibidem in nativitate Domini curiam in eiusdem civitatis palatio cum maxima leticia celebravit.

A. D. 1195. imperator, tota Apulia et Sycilia nec non Calabria cum summa prosperitate et sine aliquo dampno in suam iurisdictionem redacta[b] cum magna quantitate auri et argenti, cum multis pannis preciosis de serico, capta uxore Tancradi et episcopo Salernitano et decem aliis eiusdem terre comitibus et maioribus, inter quos erat quidam pyrata precipuus dictus Margarita[30] qui etiam diviciis et potentia comites antecibat, qui omnes in terra Teutonica per diversa loca positi sunt in artissima custodia, filium quoque predicti Mart. 31. Tancradi cum tribus sororibus suis captivum adduxit. Eodem anno in parasceue apud Varum[31] imperator crucem secreto, tribus tantum ex capellanis suis presentibus, ab epi- Apr. 2. scopo Suotrensi accepit[32]. Et in die pasche expeditionem Ierosolimitanam publice predicari fecit, et ab apostolico impetravit, quod duos cardinales Petrum scilicet Placentinum et Iohannem Salernitanum[c] in Alemanniam dirigeret predicare. Quod et fecerunt. Nam Petrus in Germania, Iohannes in Saxonia et Bawaria et aliis circumiacentibus provinciis instanter Iun. 24. predicabat. Itaque imperator ad Theutonicas terras circa festum beati Iohannis baptiste rediit, et magno studio principes quoscunque potuit, ut crucem acciperent instigavit, et suum auxilium eis promisit. Igitur fere omnes officiales et capellani sui signati sunt. Colloquio ergo generali imperatore apud Gelenhuosen cum principibus de Saxonia[d] et Turingia Nov. 1. habito ante festum omnium sanctorum, principes fere omnes earundem provinciarum crucem, predicante Iohanne cardinali, assumpserunt. Postea[e] vero predicante Petro cardinali Dec. 6. in festo sancti Nicolai apud Wormatiam, alii principes et proceres tocius Alemannie fere omnes aliis et aliis locis et temporibus cruces sibi assumpserunt, quorum ista sunt nomina: 33 Cunradus Maguntinus episcopus, Bremensis archiepiscopus[33], episcopus Halberstatensis[f, 34], episcopus Werdensis[35], episcopus Hildesheimensis[36] qui et cancellarius, episcopus Monasteriensis[37], episcopus Zicensis[38], episcopus Ratisponensis[39], episcopus Pataviensis[40], epi- 41 scopus Bragensis[41] qui et dux Boemiorum, Manegoldus abbas de Taegernse, dux Meranie et filius suus, dux Austrie, dux Karintie, dux Lovanie filius ducis de Lintburch, palatinus comes Rheni, provincialis comes Turingie, marchio Brandenburgensis et frater eius marchio Landesbergensis et frater eius marchio Missensis, filius provincialis comitis de Habesburch,

a) *vox quaedam excidisse videtur.* b) est et *superflua addit codex.* c) Sasernitanum *c.* d) Saxoni *c.* e) Postea — assumpserunt *desunt editioni Boehmeri* f) Habberstatensis *c.*

24) 24. Nov. Abel p. 18. 25) Cf. Abel p. 19 sq. et 304. 26) 20. Febr. 27) Irene cf. infra a. 1201. 28) Est Leo II rex Armeniae, qui a. 1185 fratri Rubenio in regno Ciliciae successerat. Vide etiam quos Abel p. 34 et 108 hac de re collegit locos. 29) Cf. notam Boehmeri p. 88. 30) Cf. Rogerum de Hoveden p. 439. 31) i. e. Barim. 32) Abel 33. 317. 33) Hartwicus. 34) Gardolfus. 35) Rudolfus. 36) Conradus. 37) Hermannus. 38) Bertholdus. 39) Conradus III. 40) Wolfgerus 41) Heinricus.

comes de Outingen, comes de Bogen, comes de Ortenberc, comes de Scowenburch, comes de Quernvurte, comes de Mannesvelt, comes de Luoterberc, comes de Kevernberc cum duobus filiis, duo filii comitis de Dunna, comes de Bichelingen et frater suus comes de Bilstein, comes de Wartenberc, comes Wertheim[a]. Aliorum vero principum, comitum, baronum et nobilium, quorum nomina supersedimus inscribere, plurimi erant, qui cum maxima hominum multitudine clericorum et laicorum signati sunt. His ergo ita gestis, legati de Cypro quidam venerunt, in mandatis habentes, ut optinerent ab imperatore, quod aliquos ex latere imperiali dirigeret archiepiscopos, qui regem[42] Cypri ungerent in regnum, 42 quia ipse semper vellet homo imperii esse Romani. Quod ita factum est. Nam imperator direxit a latere suo fideles et amicos, archiepiscopos duos, cum eisdem legatis, dans eis sceptrum in signum rei geste, scilicet Tranensem et Brundisinum. Qui procedentes omnia sibi iniuncta fidelissime executi sunt. Interim imperator laborabat, quod principes filium suum, qui iam erat duorum annorum, eligerent in regem et hoc iuramento firmarent, quod fere omnes, preter episcopum Coloniensem, singillatim se facturos promiserunt. Quod si factum esset, ipse etiam crucem manifeste, sicut dicebatur, accepisset. Unde cum ad curiam vocati venissent, quod promiserant non fecerunt. Unde etiam ipse remissius quam prius de expeditione cepit tractare. Eodem anno Hamideus[43] comes de Monte Biligardis occisus est ab Ottone fratre imperatoris.

A. D. 1196. imperator habuit curiam Herbipolis circa mediam quadragesimam, in qua Mart. 31. plurimi signum dominice crucis acceperunt. Ad eandem curiam imperator novum et inauditum decretum Romano regno voluit cum principibus confirmare, ut in Romanum regnum, sicut in Francie vel ceteris regnis, iure hereditario reges sibi succederent, in quo principes qui aderant assensum ei prebuerunt et sigillis suis confirmaverunt[44]. Ipso anno imperator circa festum beati Iohannis baptiste cum paucis in Apuliam iter arripuit, unde etiam in Iun. 24. Ytalia magnum est passus contemptum. Interim, missis legatis suis, imperator cepit cum apostolico de concordia[45] agere, volens quod filium suum[46] baptizaret — nondum enim 45 baptizatus erat — et quod in regem ungeret. Quod si fecisset, crucem ab eo aperte, ut putabatur, accepisset. Ipso tempore frater imperatoris Cunradus dux Suevie obiit et Philippus frater eius ducatum accepit. Aug. 15. Itaque imperatore apud urbem Tyburtinam per tres ebdomadas expectante, missis ab utraque parte sepius nunciis, et apostolico ab imperatore preciosis xeniis transmissis, et cum res, ut imperator voluit, effectum habere non potuit, iter cum magna indignatione versus Syciliam movit. Interea in Theutonicis partibus, mediantibus Cunrado Maguntino archiepiscopo et duce Suevie Philippo, omnes fere principes prestito iuramento filium imperatoris in regem elegerunt[47]. Eodem anno facta est maxima werra inter Cunradum episcopum Argentinensem et comitem Ottonem, propter quam tota Alsatia per quatuor continuos annos vastata est. Ipso anno facta est expeditio Iherosolimitana quarta circa nativitatem Domini a supra nominatis principibus, qui omnes per Ytaliam versus mare iter suum direxerunt.

A. D. 1197. imperatore in Sycilia existente, imperatrix sicut dicebatur, simultate inter ipsos exorta, coniurationem adversus imperatorem ab omnibus Apulie et Sycilie[b] civitatibus et castellis fieri effecit[48], consciis, ut fertur, Lonbardis et Romanis, ipso etiam, si fas est credi, apostolico Celestino; quibusdam etiam Theutonicis, qui tunc secum erant et ad imperatorem ire volebant, dissuasit ne irent. Igitur dum imperator in quadam silva propter venationem maneret, coniuratores, rege inter eos occulte constituto, et multitudine maxima circa triginta armatorum milia collecta, ipsum omnesque suos, huius rei ignaros perimere statuerunt. Quod et fecissent, nisi prius imperator a coniurationis conscio premonitus Messinam civitatem, ubi tunc dapifer suus Marquardus[49] manebat, confugisset. Qui etiam 49 Marquardus cum Heinrico marscalco, coadunatis paucis tam de suis quam de peregrinis quos conduxerant, cum inimicis congressi fere[c] omnes occiderunt et regem ipsorum cum aliis quibusdam eiusdem factionis auctoribus vivos ceperunt, quos imperat r miserabiliter

a) *ita c.* b) Sycilo *cod.* c) fece *cod.*

42) Amalricum, qui a. 1197 Nicosiae ab episcopo Hildesheimensi coronatus est. Abel p. 34. 43) Amadeus. 44) Cfr. Fickeri dissertationem eruditam de Heinrici VI conatu etc. Bonnae 1849. 45) Abel p. 32. 46) Fridericum postea imperatorem II. tunc temporis Constantini nomen gerentem. 47) in conventu Francofurti exeunte anno habito. Abel p. 28. 48) Cfr. Rog. de Hoved. f. 439'. 49) de Anweiler. cf. Abel p. 76.

50 cruciari precepit. Nam regem[50], presente imperatrice et vidente, coronam clavis ferreis capiti eius affigi iussit, et alios igne cremari, quosdam in mare mergi iussit. Proinde maximam adversum se invidiam, tam ab incolis quam ab aliis, qui hec perceperunt, excitavit. Postea circa Augustum, cum in quodam nemore, in quo fontes erant frigidissimi, venationis delectaretur exercicio, in quo etiam maximus calor per diem et tale frigus, quod terram Aug. 6. gelu et bruma constringeret, fuit per noctem, quadam nocte tactus frigore circa festum beati Syxti cepit infirmari. Quam ob rem iussit se usque Messinam civitatem, que duabus ab illo distabat dietis, deferri, ubi dyarria infirmitate laborans, circa festum beati Michaelis se[a] melius habens, Palermum ire proposuit. Cumque fere omnis familia sua cum omni suppellectili sua transfretasset, recidivivam infirmitatem incidit, et in bona confessione et cor- Sept. 28. dis contricione pridie ante prefatum festum de hoc seculo migravit. Et totus orbis in morte ipsius conturbatus fuit, quia multa mala et gwerre surrexerunt, que postea longo tempore duraverunt. Eodem anno cum treuge inter comitem Ottonem et episcopum Argentinensem eorumque fautores essent date, Otto comitem Uolricum de Phirrete[51] in colloquio quodam, Sept. 27. in quo de concordia pacis et societatis inter eos tractabatur, dolo et per insidias pridie ante mortem imperatoris occidit, de qua re non solum inimicis, verum etiam quibusdam ex amicis odibilis fuit. Comperta itaque morte imperatoris, episcopus Argentinensis et Albertus comes de Tagesburch, qui prius erant inimici, reconciliati sunt et tam ipsi, quam dux Bertholdus de Zeringen et Luotoldus episcopus Basiliensis et multi comites contra eum[52] conspirationem facientes, non tantum ipsum et suos, sed etiam homines imperatoris invadere et omnia incendio et rapinis devastare ceperunt. Inter multa etiam mala, que contra comitem Ottonem moliti sunt, advocatiam eius vallem S. Gregorii, que quasi inexpugnabilis esse videbatur, et nunquam ab aliquo impugnata, ab ipsis facillime est capta. Ac distractis 53 ibi rebus, in Columbaria, Slezistat, Ehenheim, Rodesheim[53] et aliis multis villis et vicis tyrannidis sue dominium exercuerunt. Homines vero ac possessiones imperatoris, nullum habentes defensorem, in omnibus terris ab omnibus diripiebantur. Nam frater eius Phylippus dux Suevie, dum ab eo adhuc convocatus iter arripiendo iuxta Romam venisset, comperta ipsius morte, rediré cepit; sed falso rumore a quibusdam captus et excoriatus, ab aliis infirmari dicebatur. Eodem anno apparuit commeta[b]. Ipso quoque anno facta est fames tam valida in Alsatia, quod passim per campos et vicos gregatim mortui fame inveniebantur[54]. Nam mensura, que vulgo *burevirteil* dicitur, marca argenti vendebatur. In eodem anno Celestinus papa obiit, cui Innocentius successit.

A. D. 1198. Dux Suevie contra opinionem et etiam contra multorum veniens voluntatem, cum maximam ubique et precipue in Alsatia werram invenisset, treugam inter episcopum et suos fautores, et inter fratrem suum Ottonem fecit, etiam iam ad regnum aspirans. Et cum episcopo Argentinensi cepit agere, quatinus sibi fideliter assisteret, promittens sibi omnia a patre et fratre suo ablata restituere et quicquid in suo episcopatu haberet, sue dispositioni subicere, regnum tamen non sibi, sed filio fratris sui, qui etiam ad hoc, sicut superius diximus, a principibus fere omnibus electus fuerat, nomine et tutele se velle servare. Quod cum episcopus, ut dicebatur, acceptasset, et die statuto Hagenowe ad ducem 56 venire debuisset, acceptis litteris archiepiscoporum Coloniensis[55] et Treverensis[56], quorum unius iuris est regem inungere, alterius vero, id est Treverensis, eum Aquisgrani in sedem regni locare, ad ipsos quantocius festinavit. Ad quos cum venisset, terminum in media Mart. 8. quadragesima Colonie de eligendo rege constituerunt, postulantes quod Bertoldum ducem de Zeiringen Argentinensis episcopus secum adduceret. Nam per famam iam de eo divulgatum erat, quod ipsum vellet eligere. Die igitur statuto Colonie convenientes inferiores principes predictum ducem in regem elegerunt, tali conditione adiecta, quod prefatis archiepiscopis[c] mille septingentas marcas argenti dare deberet. Quod cum illi relatum esset, recusavit regnum accipere et pecuniam dare dicens, se nolle regnum precio emere. Tandem precibus suorum et precipue minis Argentinensis episcopi et comitis de Tagesburc devictus, datis obsidibus de solvenda pecunia, promisit se certo die venturum et quod promiserat facturum. Postea penitentia ductus ad diem statutum non venit, cognoscens iam ducem

a) se *addidi.* b) id est stella *superscr. manu eadem c.* c) archi *superscr. c.*

50) Cf. Arnold. Lub. lib. V, c. 2. 51) Pfirt. 52) sc. Ottonem comitem Burgundiae. 53) Oberehnheim, Rosheim. 54) Abel p. 37. 55) Adolfi. 56) Iohannis.

Suevorum ad regni gubernacula sibi contrarium, asserens: nisi unanimiter ab omnibus principibus eligatur, nunquam per eum scisma in regno fore oriundum. Tandem, mediantibus episcopo Constantiensi[57] et comite palatino de Tuowingen[58] et quibusdam aliis, cum duce 57 Suevie reconciliatus est, resignans electionem sibi factam tali pacto, quod regnum et advocatiam Scafhuosen sibi in beneficio concederet, et castrum Brisache, quod fratris sui Ottonis fuit, destrui facere deberet, vel pro castro trium milium marcarum sibi debitor esset, et hoc ut fieret iam dictos mediatores obsides daret. Quos et dedit. Ipse vero hominium sibi faciens, consilium et auxilium pro regni retentione sibi laturum promisit. Nam dum prefati principes Colonie eundem Bertholdum eligerent, Phylippus apud Frankenvuort[59] de aliis principibus electus fuit. Multis ergo letantibus et pacem sperantibus, rursus principes qui Bertholdum elegerant, filium Heinrici quondam ducis Saxonie et ex sorore Richardi regis Anglie, nomine Ottonem, qui comes fuit Pictavie[60], regem fecerunt[61], atque Colonie eum in regem unxerunt. Audiens autem Phylippus regis Ottonis electionem trecentos milites cum multis aliis scutiferis Aquisgrani misit, ut et regem Ottonem ab ingressu civitatis arcerent et sibi civitatem et sedem regni servarent. Sed Otto rex cum suis adiutoribus ipsam civitatem obsedit et in tempore messis cepit[62], atque in sede regni triduo sedit[63], ipsamque 63 civitatem fidelibus suis custodiendam commisit. Interim Phylippus exercitum colligens Alsaciam peciit, omne frumentum in messe pessumdedit, Mollesheim expugnando cremavit, solo cimiterio in deditionem recepto, Haldenburc presidium cepit, cymiterium Epiaci[64] confregit[65], omnesque homines Argentinensis episcopi et comitis de Tagesburc, qui erant assentanei Ottonis regis, et totam inferiorem Alsaciam incendio et rapina vastavit. Inde procedens curiam Maguntie cum suis fautoribus in assumptione beate Marie[66] habuit, ubi Aug. 15 a pluribus principibus sollempniter electus, a Treverensi archiepiscopo, qui iam relicto alio etiam hunc elegerat, una cum Tharetano[67] archiepiscopo qui loco Maguntini archiepiscopi 67 accitus erat, inunctus est. Ad eandem curiam Phylippus rex Othacorum ducem Boemie regem fecit, datis sibi et uxori sue coronis. In ipso tempore Constantia imperatrix in Sycilia defuncta est[68], et filius eius Fridericus post multos labores ibidem cepit regnare.

A. D. 1199. rex Phylippus, iterum collecto exercitu, tempore messis[69] Alsaciam peciit et omne frumentum pessumdedit, adversas domos Ruobaco[70] confregit, multa presidia Argentinensis episcopi et comitis Alberti[71] destruxit, ipsamque civitatem Argentinam obsedit[72]. Tandem[73] mediantibus Bertholdo duce de Zeiringen et aliis multis principibus, talis 73 compositio pacis inter regem et episcopum Argentinensem facta est, quod beneficia que pater et frater suus ab episcopio tenuerunt, omnimodis libera dimitteret[74], et episcopus ei ad retinenda regni gubernacula pro posse faveret. Inde expeditione facta, exercitum versus Aquisgrani movit, atque Mosellam fluvium transiit, sed inde infecto negotio rediit[75], obstantibus sibi Ottone rege et fautoribus suis[76]. Habuit preterea magnum conventum principum apud Babenberch[77], ubi multi episcopi et Salzburgensis archiepiscopus affuit, ubi ipse una 77 cum episcopis ossa sancti Heinrici et sancte Kuonegundis levaverunt, sicut ab Innocentio papa canonizati fuerant et plurimis miraculis prius choruscaverant, et magnus concursus populi de diversis provinciis illuc ipsa die[a] confluxerat, et reliquie eorum ad diversa loca partite. De quibus reliquiis a venerabili Petro abbate ad monasterium Nuoburgense in magna quantitate apportate et apud eos actenus recondite. Contigit eo tempore res miranda et nostris temporibus valde inaudita, apud Retiam Augustam accidit. Nam quecam mulier dum communicare deberet, corpus dominicum in ore reservavit, quod postea cera circumdedit et apud se domi retinuit, nescio quid tali machinatione temptatura. Postea penitentia ducta ad quendam presbiterum religiosum et bone fame accessit et ei peccatum suum

a) ipsa die *superscripsit manus eadem.*

57) Diethelmo. 58) Rudolfo, v. Böhmer Reg. Imp. p. 6. n. 17. 59) Quoad electionis locum differt Noster de ceteris scriptoribus. V. Böhmer Reg. Imp. 1198—1254 p. 3. 60) inde ab anno 1196. 61) ineunte mense Aprili, cf. Abel p. 48. Böhmer p. 28. 62) 10. Iulii Abel p. 53. 63) Coronatus est ab Adolfo archiepiscopo Coloniensi die 12. Iul. 64) Epfich, v. Böhmer p. 5. Abel p. 90. 65) Cf. Strobel et Schneegans Code histor. de la ville de Strasbourg p. 62. Closéner p. 118. 66) Alii scriptores 8. Sept. indicant, Böhm. p. 5. 67) i. e. Tarentasiensi, cuius dioecesis in Sabaudia sita est. 68) die 27. Nov. Abel p. 80. 69) mense Iun. Abel p. 95. 70) Rufach. 71) de Dagsburch. 72) Cf. Strobel et Schneegans l. c. p. 63. Abel p. 96. 338. 73) mense Iulio. 74) sc. rex. 75) ineunte Septembri. 76) praecipue Heinrico duce Brabantiae. 77) 8. Sept., non autem hoc anno, sed a. 1201, v. Böhmer Reg. Imp. p. 12. Abel p. 139.

indicavit. Qui nullam ei penitentiam iniungere voluit, quin prius corpus Domini redderet, quod apud se male domi habuit. Abiit illa et dominicum corpus ut erat in cera presbitero detulit. Qui assumptis secum multis aliis fidelibus honorifice illud recepit, et aperiens ceram invenit corpus illud dominicum et panem mysticum in veram carnis sanguinisque mutatam esse substantiam. Ad cuius rei novitatem non tam de propinquis regionibus quam et de longinquis partibus terre multitudo maxima confluit, et multa ibi Dominus miracula in laudem nominis sui operatur. Ipso anno Cunradus Moguntinus archiepiscopus post multos labores trans mare cum multis aliis peregrinis reversus, quamvis propter mortem imperatoris nichil ibi profecerit, tamen amore restaurationis sancti sepulcri Domini ductus
A Argent. rursus crucem accepit. In eodem anno ante nativitatem Domini combustum est monasterium Hohenburch.

78 A. D. 1200. Otto comes[78] in bona confessione et longa egritudine apud Bysuntium defungitur et ab incolis illius provincie plurimum propter bonam defensionem deploratur. Eodem anno Bertholdus comes de Nuowenburch in Brisgawia crucem cum filio accepit trans mare perpetuo mansurus, et urbem Nuowenburch cum ministerialibus et appendiciis suis Argentinensi ecclesie in proprietatem dedit, pecunia tamen mediante. Huius exemplum imitati quam plures nobiliores, cum uxoribus et liberis, predia sua vendentes, perpetuo servicio sancti sepulcri se devoverunt. Ipso anno dati sunt ordines Basilee a Luotoldo eiusdem urbis episcopo
Mai 3. quarto Nonas Marcii. Qui postea in inventione sancte crucis crucem accepit cum magno abbatum et reliosorum virorum comitatu[79].

A. D. 1201.[80] preclarissimus princeps Phylippus rursum exercitum colligens Mosellam transivit, Coloniam obsedit, Brunonem episcopum[81] cepit, et sic civitatem et totam provinciam ad dedicionem coegit[82]. Postea Aquisgrani veniens[83] cum multis principibus in sede regni una cum regina[a] sedit, ac deinde prospere ad propria rediit, et negocia pacis inter
84 papam et ipsum per legatos tractantur[84]. Erat enim[b] sibi in omnibus contrarius quantum potuit propter antiquum odium sui patris, et Ottonem dilexit et ipsi quantum poterat consilio et auxilio fideliter astitit[85]. Erat enim talis compositio, ut Otto duceret filiam eius per dispensationem, et alia quedam insignia[86] haberet per regalem permissionem. Habuit enim Phylippus filiam regis Constantinopolitani in coniugio, quam filius Tancradi in Sycilia ducere debebat, sed preventus immatura morte una cum patre in palacio Panormitano remansit, quam Heinricus imperator ibidem inveniens, postea fratri suo tradidit. Qui postea eam cum magno conventu principum in Suevia sollempniter duxit, et ex ea quatuor filias progenuit, que postea nupserunt, videlicet Ottoni postea imperatori[87], et regi Hyspanie[88], et regi Boemie[89], atque duci Brabantie[90]; que genuerunt filios et filias, sicut postea melius declarabitur, excepta Ottonis coniuge, que immatura morte, ne videret miseriam mundi,
91 decessit[91]. Primo vero desponsata fuerat palatino de Witilisbach. Sed ipse lubricus existens et homicida multorum nobilium, per querimoniam atque iudicium fuit proscriptus, et sic longo tempore perdurans a principibus tandem diiudicatur, ut filiam suam rex deberet rehabere, quia indignus videretur consors regie excellentie. Quod ille ferens indigne, cepit occulte tractare de ipsius occisione.

A Argent. A. D. 1202. Chuonradus episcopus obiit, cui Heinricus de Veringen successit. Hic religiose cepit vivere et werras et prelia declinare. Ipso tempore cum sedes Moguntina esset in errore, vix a domino apostolico licentiam ordinationis sue impetravit, tandem ut Senonensis archiepiscopus ipsum consecraret, vix obtinuit anno D. 1207. Qui in pentecoste in Argentina celebrans ordines, 16. Kal. Iulii fere quingentos clericos consecravit. Summa vero sacerdotum centum quatuor extitit. De monasterio vero Novi Castri sub abbate Petro duodecim sacerdotes

a) u. c. r. *supersc. eadem manu c.* b) *superscr. cod.*

78) frater Philippi regis; comes de Hoenburg vocatur a Trithemio Chr. Hirs. (ed. 1690) p. 499, qui Nostrum hic exscribit. 79) Cf. Abel p. 372. 80) Quae hic confuse a. 1201. tribuuntur, partim omnino falsa sunt, partim ad annos 1204—1207 referenda sunt. Cf. Abel p. 182. 186. Böhmer p. 16. 81) Bruno ab asseclis Ottonis regis et Innocentii III loco Adolfi, qui ad Philippum regem defecerat, electus est archiepiscopus d. 25. Iul. 1205. Vide Annales Colon. apud Abel p. 276. 82) Philippus rex mense Sept. 1205 Mosellam transivit et Coloniam obsedit. Sed tunc neque archiepiscopum Brunonem cepit, neque civitatem ad deditionem cogere potuit, quae tandem anno 1206. evenere. Abel p. 196. 83) exeunte anno 1204. Aquis coronatus est Philippus die 3. Ian. 1205. 84) Mense Augusto anni 1207. Philippus rex excommunicatione solutus, statim post cum Ottone de pace tractare coepit. V. Abel p. 206. 220. 85) Die prima Martii 1201 Ottonem regem esse Innocentius proclamavit. Abel p. 132. 86) Inter alia ducatum Sueviae vel regnum Arelatense a Philippo oblata sunt, quae tamen Otto respuit. 87) Beatrix. 88) itidem Beatrix vocata, cuius nuptiae cum Ferdinando rege Castelli a. 1219. celebratae sunt. 89) Kunigundis. 90) Maria. 91) a. 1212.

ordinavit et sex alios inferioris ordinis. Ipsa die christianissimus rex Phylippus in urbe fuit cum principibus multis. A. Argent.

A. D. 1208. cum piissimus rex Phylippus in procinctu itineris esset eundi in Saxoniam, ut diutina lis ibi finem accipere deberet, sicuti apud Romanam sedem deliberatum fuerat, atque Babenberch pervenisset, et militum collectionem exspectaret[a], ibique venam incidisset et cum quibusdam regni fidelibus in secreto loco palacii quiesceret, palatinus prefatus veniens, sicut diu dolum in corde conceperat, introitum petiit et impetravit, spata extracta quasi ioculator ludum simulans, nacta oportunitate regem circa cervicem percussit et statim fugere cepit. Et de ictu illo vitam finivit[92]. Corpus ibidem humatur; sed postea 92
revoluto tempore a Friderico rege Spiream ad sepulturam regiam ossa deportantur ac gloriose ibi tumulantur[93]. Marscalcus vero de Calathin[94] illum persequens, apud quandam grangiam sitam apud Danubium[95] occidit, et caput in aquam proiecit. Audita vero morte regis, tota provincia cum fidelibus regni concutitur, dolentes et ipsi compacientes quod tantus et tam pius princeps tali modo occubuisset. Multi nobiles instabilitatem mundi considerantes et universa esse transitoria et caduca, seculum relinquunt et vitam religiosam ut Deo servirent, sibi assumpserunt, qui, ut dicitur, meliorem partem cum Maria elegerunt et ideo sine fine cum Christo regnabunt. Regina vero audita ipsius morte, et sentiens unicum solacium in eo, quia peregrina erat, perdidisse, et cum esset pregnans, dolorem dolori cumulans, ad Stoph[96] castrum deducta est cum festinatione. Ubi per modicum tempus aborsum fecit et sic vitam cum fetu finivit[97], et ad monasterium Loriche deportatur et ibi gloriose sepelitur. Porro huius facti et occisionis conscius fuisse dicebatur marchio[98] de Andehs. Episcopus quoque Babenbergensis[99] super eodem facto infamatus erat et suspectus 99
habebatur, et ob hoc non modico tempore cogitur exulare. Qui commigrans in Pannoniam ad sororem suam reginam, moratus est illic aliquantulum temporis, quousque tandem Romano pontifici se presentans, et ab eo ad sedem suam remissus ad expurgandum se iuxta decreta canonum, prout sententiatum fuerat a sede Romana, ęcclesię satisfecit[1]. Comperta morte regis, sicut iam diximus, ubique terrarum insurgebant bella et seditiones, et maxime regalium villarum et hominum orta est persecutio, et quia defensore carebant, facti[b] sunt in direptionem vicinis suis. Paulatim vero longa concertatio de regni electione quievit.
Nam ipso anno Otto rex in festo sancti Martini apud Frankenvurt curiam celebravit, mediante Nov. 11
cancellario scilicet Spirensi episcopo, qui regalia tunc temporis observabat[2]. Ubi ab universis principibus unanimi consensu electus fuit et confirmatus in regem. Ubi etiam, copulata sibi uxore filia regis Phylippi, sicut prius dispensatum fuerat per dominum apostolicum, universa predia, castra, civitates et oppida, que longo tempore divi imperatores Fridericus et Heinricus in unum maximis sumptibus et infinita pecunia coacervaverant[c], in ipsius ditionem cesserunt, et etiam favorem omnium principum et maxime Suevorum una cum regalibus et castro Trievels obtinuit. Considera, o lector, volubilitatem mundi, et quam breve festum gloria huius seculi, quomodo universa transitoria et labentia et diu stare non possunt, sicut plenius consideratur in isto principe et multis aliis antecessoribus suis; qui vix tantam gloriam per quinquennium tenuit, et iterato ad legittimum heredem[3] Fridericum filium Heinrici sunt revoluta et libere omnia sua possedit, sicut postea perpendere poteris.

A.[d] 1209. Otto rex pro imperiali benedictione tempore messium[4] Romam proficiscitur. 4
Qui etiam ab Innocentio papa in imperatorem consecratur, iuramento prius prestito, quod Oct. 4
terram et bona sancti Petri, que sui antecessores usque ad id temporis contra iusticiam tenuisse videbantur, Romane ęcclesię libera dimitteret.

A. 1210. Otto imperator, non sano usus consilio, rupit fedus iuramenti quod fecerat cum papa et Romanis, occupando et vendicando sibi bona sancti Petri contra pactum. Unde

a) et mil. col. exs. *superscript.* b) *sc.* homines. c) coacerverant *cod.* d) *ita, omisso* Domini *c.*

92) die 21. Iunii. 93) anno 1213. 94) Heinricus de Kalintin. 95) prope Ratisbonam. 96) Staufen. 97) die 28. Augusti. 98) Heinricus, cuius frater Otto, dux de Meran, ipso die, quo Philippus occubuit, eiusdem neptem Beatricem, Ottonis ducis filiam, in matrimonium duxerat. Abel p. 230. 99) Ecbertus, frater Heinrici et Ottonis de Meran. Abel p. 236. 1) Anno 1211. crimine absolutus est. Abel p. 239. 2) in castro Trifels, scilicet diadema et lanceam sacram. 3) Iam inde a suscepto pontificatu Innocentius III metuerat, „ne imperium efficeretur hereditarium et per hoc forsan in posterum abusio traheretur in usum". Vide Abel p. 89. 247 et 335. 4) mense Augusto.

a papa sepius ammonitus et correptus, desistere contempsit, et ob hoc meritam excommu-
5 nicationis sententiam incurrit[5].

Nov. Eodem anno Otto imperator profectus ab Ytalia transiit in Apuliam[6], ut terras illas, quas hereditario iure possidebat Fridericus, filius Heinrici quondam imperatoris, sibi subiugaret; ipsumque Fridericum persequi et exterminare intendebat, pravo usus consilio, quia si statim post coronationem repatriasset, omnia in prosperum sibi cessissent.

A. 1211. mandante papa, per totam Alemanniam promulgari cepit sententia excommunicationis lata in Ottonem. Moguntinus etiam episcopus, ab ipso papa legatione susce-
7 pta, tam per se quam per suos denuntiavit ipsum Ottonem excommunicatum[7]. Omni autem tempore Ottonis per totum regnum Alemannie summa pax et securitas fuit, ita ut omnes mirarentur, quod etiam in absentia eius, dum esset in Sycilia, tanta pax esse potuit in terra.

A. 1212. Otto imperator ab Appulia et Ytalia reversus est[8] ad partes Teutonię,
Mart. celebravitque curiam apud Frankenvurt[9]. Et circa messes coadunato exercitu, movit expeditionem in Tuoringiam, adversus Hermannum lantgravium sibi adversantem. Ubi etiam expugnavit et destruxit duas munitiones satis munitas, scilicet Rotenberch[10] et Salzungen[11]. Et inde progrediens, obsedit[12] oppidum Wizensę[13], quod similiter expugnavit usque ad
14 arcem. Ibi tunc primum cepit haberi usus instrumenti bellici, quod vulgo tribok[14] appellari solet.

Ipso tempore facta est nugatoria quedam expeditio, pueris et stultis hominibus sine aliqua discretione signum crucis arripientibus, curiositatis causa potius quam salutis. Pergebant autem de utroque sexu pueri et puelle, non solum minores sed etiam adulti, nupte cum virginibus, euntes vacua crumena, non solum per totam Alemanniam, sed etiam per partes Galliarum et Burgundie. Nec retineri poterant ullo modo a parentibus et amicis, quin totis conatibus iter illud arriperent, in tantum ut passim per villas et agros, relictis instrumentis suis, et hiis que tunc pre manibus habebant, transeuntibus se sociarent. Et sicut ad tales novitates sepe et de facili credula turba sumus, multi quidem arbitrati sunt, hec non de levitate mentis, sed per divinam inspirationem fieri et ex quadam pietate, unde et subveniebant eis in expensis, victum et necessaria ministrantes. Clericis autem et aliis quibusdam, quibus erat mens sanior, contradicentibus, et iter illud vanum et inutile iudicantibus, vehementer laici resistebant, dicentes, clericos esse incredulos, ipsosque propter invidiam et avariciam huic facto se opponere magis, quam propter veritatem et iusticiam. Sed quoniam omne negotium, quod sine libramine rationis et sine vigore consilii fuerit inchoatum, non bonum sortitur exitum: postquam hec stolida multitudo pervenit ad partes Ytalie, diffusi sunt et dispersi per civitates et oppida, quorum multi ab indigenis terre detenti sunt in servos et ancillas. Alii dicuntur venisse ad mare, qui seducti a nautis et marinariis, transvectique ad alias partes terrarum remotas. Reliqui vero pervenientes Romam, cum viderent quod non poterant habere processum, utpote nulla fulti auctoritate, tandem laborem suum cognoverunt esse frivolum et inanem, et tamen a voto crucis minime fuerunt absoluti, preter pueros infra annos discretionis existentes et eos, quos senium deprimebat. Sic ergo decepti et confusi redire ceperunt, et qui prius gregatim et per turmas suas et numquam sine cantu celeumatis transire solebant per terras, modo singillatim et in silentio, nudipedes et famelici redeuntes, facti sunt omnibus in derisum, quia plurime virgines rapte et florem pudicicie sue amiserunt.

Eodem anno facta est expeditio cruce signatorum a duce Austrie et quibusdam terre baronibus aliisque diverse conditionis hominibus, in auxilium comiti de Munforrat, ad inpugnandum Albienses, qui et Ruptarii vel Coterelli, hereticos scilicet de terra Sancti Egidii, mandante hoc ipsum et agente papa Innocentio, qui iter illud iniungi faciebat in remissionem peccatorum. — Redeamus nunc ad hystoriam de Ottone.

Videns igitur papa pertinatiam Ottonis, quem prius in omnibus foverat et in altum sublimaverat, cum neque pro absolutione nec pro compositione aliqua laboraret, misit in Syciliam et eduxit inde Fridericum supra memoratum, Heinrici quondam imperatoris filium, et litteras suas direxit universis terre principibus, quibus dedit in mandatis, ut eundem

5) d. 18. Novbr. 6) circa 11. Novbr. 7) in autumno. 8) exeunte mense Febr. 9) die 4. Martii. 10) Rotenburch nunc ditionis Schwarzburgensis. 11) Salzach, i. e. Langensalza secundum Boehmerum R. I. p. 60. 12) mense Augusto. 13) Weissensee in septentrione Erfurtensis civitatis situm. 14) Cfr. Abel p. 337 n. 4.

Fridericum loco regis susciperent et manutenerent, et in omnibus ei astarent, sibique transeunti per terras quisque suo loco conductum honorifice preberent. Quod et fac um est. Comperiens Otto Friderici adventum[15], desistens ab impugnatione lantgravii, proficiscitur 15 obviam adversario. Qui dum in partibus Suevie convenissent, Otto cum suis cedere compulsus est et prevalere non potuit, quia pro tenacitate sua multi eum relinquebant. Adhuc tamen habens fiduciam in solo duce de Zeringen, descendit usque Brisache regium oppi- Sept. dum, prestolari volens eventum rei, si quo modo posset habere copiam resistendi. Ubi dum moratur in presidio, stipatores et alii de familia sua, sicut id genus hominum nimis licentiose et presumptuose volunt habere omnia, insolentius agere ceperunt erga burgenses, tam pecora quam babulum et vinum et cetera que illorum erant violenter auferendo et non parcendo. Unde multitudo populi commota, in seditionem vertitur, et perturbato principe, armata manu ipsum Ottonem cum suis omnibus eiecerunt, quibusdam ibi vulneratis et mutilatis[16]. Qui secedens inde reversus est in Saxoniam, conducentibus eum quibusdam terre nobilibus. Fridericus autem obsesso et dedito[17] sibi castro Hagenowe, quod adhuc tenebant fideles Ottonis, veniebat de civitate in civitatem, et receperunt eum, et in brevi obtinuit terram. Idem Fridericus iam duxerat uxorem reginam Arragonum, de qua genuit filium nomine Heinricum postea regem.

A. 1213.[18] Fridericus curiam Aquisgrani in festo beati Iacobi habuit. Ubi de consensu Iul. 25. principum locatus est in sedem regni, et ibidem cum multis aliis cruce signatus est, predicante magistro Chuonrado tunc decano, qui postea factus est Hyldensheimensis episcopus. Hoc[19] tempore Otto imperator quoddam cenobium sanctimonialium nomine Quittelineburch, pro eo quod parentes et cognati monialium quidam nobiles sibi adversari ceperant, muniri fecit et ibidem presidium militum collocavit. Ipso anno Luotoldus Basiliensis episcopus obiit, et Walterus pro eo eligitur. Sub eodem tempore regina Ungarie, soror Eggeberti episcopi Babenbergensis et Ottonis ducis Meranie, ab ipsis Ungaris crudeliter est interempta, nulla alia causa ut dicebatur existente, nisi quod eadem regina erga Teutonicos undecunque adventantes larga fuit et liberalis, eorumque necessitati in omnibus subveniebat. Unus autem interfectorum, quidam comes nomine Petrus, a rege Ungarie postea comprehensus dicitur, et palo per ventrem transfixo, in ultionem uxoris necatus. Similiter alii diversis penis extincti fuerunt.

A. 1214. Otto imperator, mortua uxore sua filia Phylippi regis, copulavit sibi in matrimonium filiam[20] ducis Brabantini[21]. Quo[22] secum assumpto Ferrandus comes Flan- 20 drie, simulque de Anglia, Saxonia et de aliis undecunque partibus collecta multitudine, consilio nimis precipiti, in Gallias duxit exercitum pugnaturus contra Phylippum regem Francie. Quo comperto Phylippus extimuit metuens Ottonem; tandemque confortatus a suis occurrit ei in confinio Galliarum et Flandrie. Ubi facta congressione[23], victoria licet insperata cessit Phylippo, comite Flandrense cum multis aliis captivato, qui etiam in curribus perducti sunt Parisius et per multos annos in vinculis detenti sunt, quidam autem ex eis postea evaserunt. Rex vero Francie post peractam victoriam tercia die venit Parisius, et ibi susceptus est cum magno plausu cleri et populi et cum ingenti tripudio tocius civitatis.

A. 1215. Walterus Basiliensis electus diffamatus est, quod non canonice intraverit. Unde coram Innocentio papa tractus est in causam et ibidem depositus, cui Heinricus successit. Eodem anno celebrata est[24] sancta universalis synodus Rome in ecclesia Salvatoris 24 que Constantiniana vocatur, mense Novembri, presidente domino Innocentio tertio papa, pontificatus eius anno 18, in qua fuerunt episcopi 415. Inter quos extiternnt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus et Ierosolimitanus. Anthyocenus autem gravi languore detentus venire non potuit, sed misit pro se vicarium Anteradensem episcopum. Alexandrinus vero, sub Sarracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum suum. Primates autem et metropolitani septuaginta unus. Ceterum abbates et priores ultra octingentos; procuratorum vero archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, priorum, capitulorum absentium non fuit certus numerus comprehensus.

15) qui ineunte Septembri Germaniam ingressus est. 16) Cfr. locos quos hac de re Boehmer Reg. Imp. p. 61 collegit. 17) mense Octobri. 18) Quae hic de Friderico narrantur, ad annum 1215 referenda sunt, cf. Böhmer p. 83. 19) Utrum haec anno 1213. an 1215. tribuam, dubito. Haec ipsa coenobii Quedlinburgensis destructio Ottoni in concilio Lateranensi exprobrata esse videtur. Cfr. Boehm. p. 324. 20) Mariam. 21) Mense Maio Aquis nuptiae celebratae sunt. Boehmer p. 63. 22) scilicet Heinrico duce Brabantiae. 23) apud pontem Bovinum d. 27. Iulii. 24) 11. Novembri.

Legatorum vero regis Sycilie in Romanum imperatorem electi, imperatoris Constantinopolitani, regis Francie, regis Anglie, regis Ungarie, regis Ierosolimitani, regis Cypri, regis Aragonum, nec non aliorum principum et magnatum, civitatum etiam aliorumque locorum ingens fuit multitudo. Ante tempora huius concilii fere triennio, disponente Deo qui verus est agricola, quidam palmites infructuosi precisi sunt ab ecclesia Dei, et subdole vulpes que demoliuntur vineam Domini extracti sunt de foveis suis; hoc est, heretici[25] qui perverso dogmate latenter seducunt fideles ęcclesię, comprehensi sunt in civitate Argentina. Producti vero cum negarent heresim, iudicio ferri candentis ad legittimum terminum reservantur, quorum numerus fuit octoginta vel amplius de utroque sexu. Et pauci quidem ex eis innocentes apparuerunt, reliqui omnes coram ęcclesia convicti, per adustionem manuum dampnati sunt, et incendio perierunt.

A. 1216. Innocentius papa obiit[26], cui Honorius successit. Ipso anno Falcho primus abbas Marbacensis institutus est. Eodem quoque tempore Otto imperator obiit[27].

A. 1217. facta est expeditio transmarina[28] a duce Austrie et rege Ungarie. Cui etiam interfuit legatus Romane sedis, et Babenbergensis episcopus et frater eius dux Meranie, Boppo comes de Hennenberch, Luodewicus comes de Otingen, aliique principes et nobiles multi de diversis partibus terrarum. Qui statim accedentes ad montem Thabor, munitionem quandam in eodem monte a Sarracenis edificatam viriliter expugnando ceperunt. In brevi autem postea reversi sunt rex Ungarie, dux Meranie et alii quidam nobiles.

A. 1218. dux Austrie cum legato Romane curie, et Templariis et Hospitalariis et
Apr. 8. exercitu copioso circa palmas, id est ante pascha, ad fines Egypti accedentes civitatem opulentissimam Damiatam aliquanto tempore obsederunt. Et turrem, que sita est super flumen
Aug. 23. Nyli et dicitur clavis terre, valde munitam in vigilia beati Bartholomei expugnando ceperunt, quibusdam ibi de nostris pereuntibus per compendium mortis, sed in celis, ut credimus, consociati sanctis angelis. Postea vero expugnata civitate[29], et brevi tempore exigentibus peccatis eorum eam retinentes, iterato perdiderunt[30] casu lamentabili sicut hystoria refert huius rei geste. Alias et per alios qualiter hoc evenerit pleniter exaratum est, sicut in armario Novi-Castri diligens lector invenire poterit. Ipso anno dux Bertholdus de Zeringen obiit[31].

A. 1219.[32] Fridericus rex pro imperiali benedictione Romam proficiscitur, ubi ab
Nov. 22. Honorio papa circa festum beate Cecilie in imperatorem consecratur. Eodem[33] anno dux Lotoringie de voluntate vel consensu regis Heinrici et episcopi Argentinensis, sumpturus ultionem de quibusdam iniuriatoribus suis, cum multo exercitu Alsatiam intravit.

A. 1220.[34] Friderico imperatore remanente in Sycilia vel Apulia, magna et fortia gessit, expugnando Sarracenos, qui in finibus suis montana circa mare tenebant et inexpugnabiles fere erant, multo labore et sudore tam arte quam sapientia ad deditionem coegit, quibusdam occisis, aliis de terra illa translatis et in loco prius inhabitabili locatis, qui vulgo dicitur Houberch. Quam terram excolentes et fertilem reddentes, civitates et casalia usui eorum necessaria construxerunt et dominio imperatoris sunt subiecti.

Heinricus vero filius imperatoris admodum puer quasi decennis[35], per Ottonem Wirzeburgensem episcopum, cuius tutele deputatus fuerat a patre, de consensu principum in regem electus[36], copulata sibi[37] uxore filia[38] ducis Austrie, de qua duos filios[39] habuit, cum ipso duce et Salzburgensi archiepiscopo et aliis multis principibus gloriose in sede Aquisgrani est intronizatus una cum regina anno 1227[40]. Ipse quoque imperator Fridericus, mortua uxore sua[41] regina Arragonum, matre predicti Heinrici, postea duxit[42] uxorem[43] filiam regis Iherosolimitani, de qua suscepit filium nomine Cuonradum postea regem[44].

A. 1222. de terra Persarum exercitus magnus valde et fortis, egressus de finibus suis, per adiacentes sibi provincias transitum fecit, qui dicebantur fuisse homines magne

25) Waldenses et Ortliebiani, de quibus ex actis publicis fusius agit Strobel, Gesch. des Elsasses I. p. 474, qui tamen inquisitionem in eos anno 1213 factam esse statuit. Cfr. infra a. 1231. 26) die 16. Iulii. 27) Error; Otto obiit die 19. Maii 1218. 28) Cfr. Herm. Altah. ad annum. 29) die 5. Nov. 1219. 30) die 8. Sept. 1221. 31) V. Albericum ad ann. 32) 1220 potius. 33) Haec etiam Königshoven p. 65 a. 1220 tribuit. 34) 1221. 35) natus 1212. 36) mense Aprili 1220. Vid. Boehm. p. 211. 37) a. 1225. 38) Margaretha. Cfr. Boehm. p. 253. Nr. 367. 39) Heinricum et Fridericum. 40) mense Mart. v. Boehm. p. 227. 41) Constantia obiit a. 1222. 42) mense Novbr. 1225. 43) Isabellam. 44) qui anno 1237 rex electus est. V. Boehm. p. 255.

proceritatis et stature horribilis; quod tamen non credimus. Sed qua de causa egressi fuerint vel quid egerint ignoramus. In brevi vero reversi sunt ad propria. Dicebant tamen quidam, quod versus Coloniam vellent ire et tres Magos de gente eorum natos ibidem accipere. Unum tamen scimus, quod Iudeorum gens super eodem rumore ingenti leticia exultabant et vehementer sibi applaudebant, nescio quid de futura libertate sua ex hoc provenire sibi sperantes, unde et regem illius multitudinis filium David appellabant.

A. 1223. orta est pestilentia maxima pecorum et iumentorum, incipiens ut dicebatur ab Ungaria, et per omnes provincias interiacentes transiens usque ad nos, que etiam duravit amplius quam per triennium. Eo tempore facta est eclypsis[a] lune statim incipiente sero. Ipso anno Heinricus episcopus Argentinensis obiit, cui Bertholdus[45] successit. Hic cum esset iuvenis, sano semper utens consilio, in omnibus agendis suis seniorem se gessit in opere, quantum ad augmentum sue ecclesię, quam suis temporibus plus ditavit quam omnes sui antecessores. Et quocunque se vertebat, prosperis successibus pollebat, et monasteria in suo episcopio sita satis humane et sine magno gravamine protexit et fovit, atque suis rebus contentus fuit et idcirco gloriosum nomen sibi acquisivit.

A. 1225. factum est concilium magnum in Hyspania civitate Burgis, cui prefuit quidam cardinalis summe[b] legatus nomine Romanus, ubi convenerant archiepiscopi, episcopi, abbates, comites et barones aliique prelati supra modum multi. Sub ipso tempore puerulus quidam scolaris nomine Iohannes fuit in Gallya civitate Senonensi, cuius etas tunc temporis computabatur non amplius quam 6 annorum, qui tanti dicebatur fuisse ingenii et litterature, quantam prius de tantillo puero nullus se meminit audivisse. Ipso anno venerabilis vir Engelbertus Coloniensis archiepiscopus a quodam comite Friderico de Isinburch consanguineo suo fraudulenter est occisus[46]. Interfector autem postmodum a civibus Colonie comprehensus crurifragio punitus est. Eodem anno terre motus factus est in Kalendis Octobris quarta feria circa sero.

A. 1226. Luodewicus rex Francie mortifera potione inpotionatus veneno periit et cum eo aliquanti milites. Eodem anno fundata est domus[46*] apud Argentinam in honore sancte Trinitatis a Wernhero marscalco non sine grandi inpensa Marbacensium[c].

A. 1227. Honorius papa obiit[47], cui Gregorius IX successit. Ipso anno Luodewicus provincialis comes Tuoringie cruce signatus iter arripuit transmarinum, quem secuti sunt multi nobiles et barones. Inter quos erant Augustensis episcopus[48] Luodewicus de Kastele, item Luodewicus senior de Stolberch et alii plures[49]. Qui dum morarentur in civitate Brundisio, prestolantes adventum imperatoris, quem de die in diem venturum esse sperabant, predictus lantgravius Tuoringie et Augustensis episcopus[50] mortui sunt. Dicebatur autem quod veneni potione mortifera periissent. Eodem anno Bertholdus Argentinensis episcopus completo fere mense uno in obsidione castri Bernstein, tandem expugnavit et obtinuit illud[51].

A. 1228. dissensio gravis orta est inter Bertholdum Argentinensem episcopum et cognatos ipsius comites de Pfirrite. Que dum magis ac magis invalesceret, tota fere provincia usque ad triennium incendiis et rapinis afflicta est penitus et vastata. Igitur episcopus cum multas sustinuisset iniurias sui et suorum, tandem collecto exercitu ipse et comes Albertus de Habesburch, qui simili modo dampnificatus erat in multis, paraverunt se ad resistendum. Nichilominus et Pfirritenses freti auxilio et favore regalium civitatum, et habentes secum in auxilio comitem Egenonem de Vriburch, contrahentes magnam copiam armatorum occurrerunt eis inter Bladoltsheim[52] et Hyrzfelt. Et facta congressione[53] in fugam versi sunt comites de Pfirrite et eorum adiutores, relinquentes ibi spolia castrorum plurima in papilionibus, in vestibus, in armatura et in animalibus, que omnia sublata fuerunt a parte adversa; plures ibi mutilati et vulnerati, plurimi captivati sunt. Ex hoc autem Pfirritenses et civitates regis tantum pudorem et rerum amissionem non ferentes, commoti sunt ira vehementi, cum etiam regis indignatio super hoc accensa fuisset. Et augmentato postmodum exercitu, sequenti videlicet anno villas episcopi plurimas incendio concremantes depopulati sunt. Eo tempore Fridericus imperator iam dudum per plures annos cruce signatus,

a) clypsis *cod.* b) *ita cod.* c) inpensa Marbac. *postea in rasura addita.*

45) de Teck. 46) die 7. Nov. 46*) ordinis Praedicatorum; Strobel p. 59. 47) die 18. Mart. 48) Sifridus de Rechberg. 49) Cf. Raumer III. p. 334.

50) Obiit die 23. Augusti. 51) Cf. Königshoven p. 65. Strobel p. 491. 52) Blodelsheim. 53) die 8. Iunii. V. Ellenhardi Ann. 1228. Cfr. Böhm. Reg. Imp. p. 377.

54 tandem ad instantiam domini pape transmarinum iter aggressus fuerat[54] et in regno Cypri aliquandiu morabatur.

A. 1229. Fridericus imperator veniens Acharon ante quadragesimam[55] dirigebat legatos suos ad soldanum. Et post multa colloquia per internuntios habita, tandem sine omni congressu et sine sanguinis effusione, tamen condicionaliter, obtinuit civitatem[56] sanctam et quedam casalia in transitu viarum sita. Ipse quoque veniens Ierusalem cum
Mart. 25. peregrinis, in dominica Letare Ierusalem coronatus et in regio scemate intravit in templum Domini[57]. Et sequenti die reversus est, factis treugis[58] per decennium, egre ferentibus Hospitalariis et Templariis, quod non eorum consilio, sed magis Alemannorum consiliis et auxiliis in omnibus uteretur. Reverso[a] vero ad propria, invenit terram suam invasam ab auxiliatoribus domini pape, quam viriliter expugnans suo dominio iterato subiecit[59]. — Eodem anno prenuntiatum est a quodam magistro Toletano, qui dicebatur Andreas, et a quibusdam predicatum est in tectis, quod post septem annos venturi sint venti turbinis tante vehementie, qui edificium omne destruant et subvertant, et multas civitates terre motu ruituras, et eclypsim solis ipso tempore futuram, corruptionem quoque aeris et exinde mortalitatem hominum et alia quedam inaudita mortalibus. Hoc idem vaticinium plenius
60 scriptum reperies in hiis eisdem cronicis, si retro perquiras ante annos ferme 44.[60]

A. 1230. annuente misericordia Dei et compaciente miseriis hominum reconciliati sunt rex Heinricus[61] et episcopus Argentinensis, et pace reddita siluit et quievit terra a tumultu bellorum. Adhuc tamen coloni terre, ęcclesię, et maxime cenobia nullam pacem habebant. Denique maligni homines, qui pridem de rapina vivere solebant, cum subtracta esset eis copia publice predas agendi, furtis et latrociniis nocturnis et diurnis debachati sunt, effringentes[b] ęcclesias et devorantes plebem Dei sicut escam panis.

A. 1231. operante providentia Dei, qui ventilat et emundat aream suam, id est ecclesiam, non tantum in futuro, sed etiam in hoc seculo, facta est persecutio contra hereticos[62], hostes fidei, veritatis inimicos. Quorum multitudo magna latitabat in populo Dei, in civitatibus, oppidis et villis, subvertentes et in errorem mittentes quos poterant de ecclesia. Quorum plures comprehensi in presentia cleri et populi convicti fuerunt. Et inter cetera nefandi erroris sui flagicia confessi sunt, quod etiam ab esu carnium in quadragesima non abstinerent, et quod annualem censum transmittere solebant Mediolanum, ubi diversarum heresum et errorum primatus agebatur. Ipso tempore Luopoldus dux Austrie, vir per omnia catholicus, post multa virtutum suarum insignia et impensas quas apud Damiatam cum aliis peregrinis peregit, in Ytalia[63] peregre defunctus obiit. Eodem anno Luodewicus dux
64 Bawarie interfectus obiit[64]. Fuit autem transfixus cultello preacuto, quem nos possumus appellare sicam, a quadam persona, ut dicebatur, vili et ignota, quales mittere solet quidam potens qui dicitur senex de Montania. Comprehenso autem interfectore, cum multis suppliciis torquerent eum et cogerent ad confitendum, cuius instinctu vel iussu tantum facinus attemptare presumpsisset, nichil ab eo poterant extorquere, et sic per omnia membra laniatus et discerptus periit.

A. 1232. magister Wilhelmus canonicus de oppido Nuowenburch[65], quod est in dyocesi Lausunensi, vir multe abstinentie magneque sanctitatis, adhuc in vita degens, nec minus post mortem miraculis claruit. Ipso anno Fridericus imperator veniens in Ytaliam aliquandiu apud Ravennam[66] commoratus est. Postmodum accedens ad partes Aquilegie
67 mandavit filio suo regi Heinrico, ut sibi in occursum veniret. Ubi dum convenissent[67], tractare ceperunt de statu regni et de pace reformanda. Ipso tempore per totum Iulium et Augustum permansit continua siccitas et estus multus, ita quod in locis harenosis ova congesto sabulo imposita post modicum tollerentur assata.

a) ita *cod.* b) effrigentes *c.*

54), mense Iunio. 55) Quadragesimae initium erat hoc anno die 27. Febr. 56) pacto cum soldano die 18. Februarii inito, cf. Boehm. p. 140. 57) Haec evenerant iam die 18. Martii. 58) Vide not. 56. 59) mense Septembri. 60) Cf. a. 1185. 61) qui teste Strobel l. c. p. 494 hoc ipso anno Argentinam venit et pacem cum episcopo Bertholdo iniit. Quae tamen ex regestis Heinricianis (Böhmer p. 234) non confirmantur. 62) Cf. supra a. 1215, et Trithemii Chr. Hirsaugiense ad h. a. I, 543. 63) in Campania apud S. Germanum, Trith. l. c. 64) die 16. Sept. 65) Neuchâtel. 66) Ibidem commorabatur inde a Decembri 1231. usque ad Martium 1232. 67) die 11. Aprilis.

A. 1233. rex Heinricus colloquium habiturus apud Hagenowe[68] convocavit episcopos, comites et barones de Alsatia et fecit iurari pacem. Ipse vero collecto exercitu movit expeditionem[69] adversus ducem[70] Bawarie, qui propter mortem patris sui non bene sentiebat cum rege. Dux autem non valens sustinere tantam multitudinem et impetum regis et suorum, datis obsidibus, venit ad deditionem et fecit pacem. Interim vero Theodericus[71] comes de Monte Bilgardis fines Alsatie cum armatis intravit ad nocumentum abbatis de Murbach, qui ipsum priori anno vel antea captivaverat. Et iam comes, quibusdam captivatis, cum preda cepit abire. Orto autem clamore populi, et turbis propter iuratam pacem concurrentibus, capitur ipse comes et in custodia ponitur episcopi Argentinensis. Quem episcopus rediens ab expeditione, accepta ab eo cautione quam oportuit dimisit in pace. Ipso anno Curiensis episcopus[72] occiditur[73]. Item frater Cuonradus de Martburch, per multa tempora crucis predicator, a malignis hominibus interfectus est[74]. Ipsis temporibus Elysabeth provincialis comitissa Tuoringie, filia regis Ungarie, uxor Luodewici quondam lantgravii, qui in itinere crucis apud Brundisium vita decessit, mulier sancta et religiosa post mortem signis et miraculis clarescere cepit[75]. 68

A. 1234. hyemps horrida et dampnosa vineis et fructibus per totum Ianuarium duravit. Eodem anno Fridericus comes de Pfirrite in captivitate positus a filio[a] occiditur. Eodem anno propter multa mala que pullulabant in terra, marchio de Baden profectus est[76] in Syciliam ad imperatorem, suggerens ei ut intraret Alemanniam pro statu regni ordinando. Quod tamen indigne tulit Heinricus rex filius imperatoris.

A. 1235. intelligens rex patrem adventurum, timens eum, cepit sibi asciscere amicitias principum et baronum et civitatum suarum. Unde incipiens a Basilea ab omnibus civitatibus suis in Alsatia accepit obsides, ne ab eo resilirent. Disposuit etiam cum illis de Nifen et cum aliis quibusdam, quod bello impetierunt marchionem. Qui certus de adventu imperatoris viriliter se defendit. Misit quoque marscalcum[77] de Iustingen in Lombardiam, 77
ut Mediolanenses sibi confederaret, qui etiam adduxit secum quosdam de melioribus Mediolanensium et partis eorum ad fines istos, ut inter regem et ipsos pactum federis confirmarent. Episcopum vero Erpipolensem[78] cum H.[79] de Nife direxit in Gallias ad regem Francie, ut cum eo convenirent de matrimonio inter utriusque pueros[80] contrahendo, qui redierunt infecto negotio. Et hec omnia propter timorem patris. Imperator autem circa festum beati Iohannis baptiste intravit Alemanniam. Quo audito principes et civitates, Iun. 24.
directis nuntiis suis, salutaverunt eum, quasi de adventu eius gaudentes. Ipse vero imperator, missis nuntiis, invitavit principes ad sollempnem curiam celebrandam apud Moguntiam in assumptione beate Marie. Interea[81] Heinricus rex filius imperatoris, qui ut prius Aug. 15.
dictum est, plurimos in suum favorem et auxilium per donativa attraxerat, persuasu cuiusdam Hermanni magistri domus Theutonicorum, et fratris B. eiusdem domus, accessit ad patrem. Qui statim fecit eum haberi sub custodia, et post aliquantulum temporis captum relegavit eum in regno Apulie, ubi sub arta custodia tenebatur iusto Dei punitus iudicio. Qui tempore prosperitatis timorem Dei postposuit, et tyrannorum usus consilio, honestos viros contempsit et fedus vere paternitatis rupit, qui[82] nobile regnum Alemannie integrum[b], una cum prediis regalibus et reditibus, quos iure hereditario possederat, sine omni obligatione sibi reliquerat, et istis divitiis non contentus fere omnia adnichilaverat. Etiam viros religiosos et monasteria per tyrannidem opprimebat, et provincia[83] ita attenuata fuerat, quod nulla pax itinerantibus erat. Igitur adveniente festo assumptionis, convenerunt prin- Aug. 15.
cipes ex diversis partibus Theutonie apud Moguntiam usque ad duodecim milia militum, ubi imperator in octava assumptionis coronatus incessit. Et in eadem curia nobilem virum Aug. 22.

a) a filio *superscr. eadem manu.* b) *superscr. eadem manu.*

68) forsitan die 21. Maii; cf. Boehm. p. 245. Nr. 298. 69) mense Augusto. 70) Ottonem. 71) Cf. Strobel p. 507; Trithem. Annal. Hirsaug. p. 559. 72) Bertholdus de Helfenstein. 73) die 25. Aug. 74) die 30. Iulii. 75) quae anno 1236. Marburgi translata est. 76) Mense Novembri Hermannus marchio Badensis Precinae apud imperatorem erat. Boehm. p. 159. Nr. 779. 77) Anselmum, qui litteras Heinrici VII die 13. Novembris 1234. datas Mediolanensibus exhibuit. Böhm. p. 253. 78) Hermannum. 79) Heinrico, qui die 30. Ian. regis chartae subscripserat; v. Böhmer p. 253. Nr. 369. 80) i. e. liberos. 81) mense Iulio. 82) sc. pater. 83) i. e. Alsatia.

dictum de Luoneburch et de Bruneswich, ex regali prosapia oriundum, nepotem Ottonis 84 quondam imperatoris, de consilio principum fecit ducem[84]. Et postulavit a principibus auxilium contra Lombardos. Transacta curia, imperator apud Wormatiam celebravit nuptias[85] cum sorore[86] regis Anglie, quam sibi adduxerat archiepiscopus Coloniensis et alii magnates. Quam post nuptias misit Hagenowe, et cum ipsa ibidem hyemavit.

A. 1236. imperator et episcopus Argentinensis circa initium quadragesime pacifice convenerunt de feodo, super quo prius longo tempore inter eos contentio vertebatur[87]. Eodem tempore apud Fuldense monasterium Iudei quosdam pueros christianos in quodam molendino, ut ex eis sanguinem ad suum remedium elicerent, peremerunt; unde cives eiusdem civitatis multos ex Iudeis occiderunt. Sed cum puerorum corpora in castrum Hagenowe[88] delata et ibidem venerabiliter tumulata fuissent, imperator tumultum, qui tunc contra Iudeos ortus est, aliter sedare non valens, multos viros potentes magnos et litteratos ex diversis partibus convocans, diligenter a sapientibus inquisivit, utrum, sicut fama communis habet, Iudei christianum sanguinem in parasceue necessarium haberent, firmiter proponens, si hoc ei de vero constaret, universos imperii sui Iudeos fore perimendos. Verum quia nichil certi super hoc experiri poterat, severitas imperialis propositi, accepta tamen a Iudeis magna pecunia, in brevi conquievit. Deinde premisit imperator exercitum in Lombardiam circa festum Philippi et Iacobi ad confortandos suos fautores, quibus prefecit Gotfridum dictum Pullaere. Ipse vero circa autumpnum[89] per vallem Tridentinam 90 subsecutus est cum exercitu. Qui veniens in Lombardiam, civitatem Vincentiam cepit[90]. Mantua quoque et Padua venerunt ad deditionem. Famosum etiam illum Wolf quondam scoltetum apud Hagenowe una cum filiis cepit et longo tempore in captivitate retinuit, eo quod colonos et homines suos in suo districtu iniustis et variis exactionibus plurimum vexasset et infinitam pecuniam ab eis coacervasset. Unde tam ipse imperator, quam filius rex ipso tempore fere ad sedecim milia marcarum ab eo extorserunt[91]. Ipso anno facta est habundantia vini maxima, ita quod vas unum quadraginta capiens amas vacuum vendebatur pro viginti unceis et quartale vini pro denario[92].

A. 1237. imperator profectus est in Austriam. Cui ministeriales ducis de marchia Stirensi se tradiderunt[93]. Inde venit ad civitatem Wiene[94], que similiter ipsius dominio se subiecit. Ubi etiam Chuonradum filium suum de uxore transmarina genitum eligi fecit in regem[95]. Quem elegerunt archiepiscopi Moguntinus[96] et Treverensis[97], et rex Boemie[98], 99 et dux Bawarie qui et palatinus comes Rheni[99], consentientibus ceteris principibus, qui aderant, tamen paucis. Et relicto ibi presidio militum, rediit[1] ad partes Rheni. Deinde remisit Eberhardum de Eberstein cum ducentis militibus ad custodiendam civitatem Wiene. Et circa autumpnum reversus est[2] in Lombardiam. Circa festum beati Andree[3] imperator conflictum habuit cum Mediolanensibus[4], de quibus triumphavit, plurimis de parte illorum captivatis, inter quos erat filius[5] ducis Venetie, multis etiam ex parte sua prostratis. Post victoriam tradidit[6] se Lauda civitas, quam munivit forti presidio militum, sicut oportuit. Et nota, quod ante autumpnum ipsius anni vendebatur quartale vini pro sedecim denariis, 7 cuius tanta fuerat habundantia in anno priori[7].

A. 1238. Moguntinus[8] et Spirensis[9] episcopi cum aliis multis profecti sunt[10] ad imperatorem, quorum consilio et auxilio civitatem quandam Prissanam[11] nomine, Mediolanensium fautricem, obsedit[12]. Cui cum prevalere non posset, secessit inde et remittens

84) V. Böhmer p. 162. Nr. 802. 85) Error, nuptiae iam die 15. vel 16. Iulii celebratae erant Wormatiae. Boehm. p. 161. 86) Elisabeth sive Isabella. 87) Diploma mense Martio apud Argentinam datum exstat apud Schöpflin Als. dipl. I. 374. Cf. Strobel p. 512. 88) Cf. Richerium Senonensem apud Boehm. Font. III, 58. 89) circa diem 12. Augusti; v. Boehm. Reg. Imp. p. 169. 90) die prima Novemb. ib. p. 170. 91) Cf. Rich. Senon. apud Boehm. Fontes III, 48. — 92) Cf. Annal. Colmarienses et Novesienses A. C. II, 572. 93) V. Boehm. Reg. Imp. p. 174. Nr. 892. 94) ubi imperatorem invenimus inde a. die 24. Ianuarii. Boehm. Reg. Imp. p. 170. 95) mense Februario vel Martio; Boehm. l. c. p. 170. 255. 96) Sigfridus. 97) Theodericus. 98) Wenceslaus. 99) Otto. 1) ineunte mense Iunio. 2) circa diem 12. Sept. Böhm. p. 176. 3) die 27. Novembr. 4) apud Curtem-Novam. 5) Petrus Tiepolus. 6) mense Decembr. Boehm. l. c. p. 178. 7) Cf. Annal. Novesienses l. c. p. 572. 8) Sigefridus. 9) Conradus IV de Eberstein. 10) mense Iulio. 11) Brescia. 12) inde a die 3. Augusti usque ad d. 9. Octobris.

filium suum cum archiepiscopo, cuius etiam tutele commisit eum. Eodem anno mortuus est Heinricus Basiliensis episcopus, et electus est Luotoldus de Rotilnheim. Mortuus est etiam Coloniensis episcopus[13], et electus est[14] frater comitis de Hohenstaden. Heinricus[15] 13
etiam comes provincialis Alsatie decedens sine herede, feoda plurima que tenebat ab imperio et episcopatu et ab aliis, ad dominium sue proprietatis sunt revocata, quia frater eius in ipsis feodis nichil iuris habebat. Et uxori eius[16] nichil aliud remansit nisi pauca predia que eiusdem erant; que pauco tempore post elapso enixa est filium[17].

A.[a] D. 1262. Kalendas Novembris obiit frater Richardus heremita Phaffenbornen.

A. D. 1288.[b] Idus Iulii obiit Ruodolfus rex.

A. D. 1298. occisus est Adolfus[c] rex Processi et Martiniani.

A. D. 1308. Philippi et Iacobi interfectus est Albertus rex.

A. D. 1313. Bartholomei apostoli Heinricus inperator veneno intoxicatus fuit.

A. D. 1308. mense Augusto, eodem anno, quo interfectus fuit domnus Albertus Romanorum rex a Iohanne duce, filio fratris sui, factus est conflictus[18] inter cives magnatos et vulgarem populum civitatis Argentinensis, et precipue Nicolaum scultetum dictum Zorn, qui fuit causa efficiens huius conflictus. Prevaluerunt in predicto conflictu Nicholaus scultetus[d] antedictus cum suis parentibus; cecideruntque de vulgari populo una die 20 viri.

A. D. 1300. et nondum 12. die beati Stephani audita sunt tonitrua et vise sunt choruscaciones.

Versus de tempore magne caristie: 1315.

*Hoc lateat nullum; tempus famis ecce: cucullum*[e] [19]. 19

A. D. 1332. in die beati Stephani circa crepusculum noctis vise sunt choruscaciones horribiles, audita sunt tonitrua terribilia, et grando mirabilis cecidit super terram. Prophetia Hiltgardis: *Si in mense Decembri*[f] *tonitruum sonuerit, anone habundanciam, pacem et concordiam significat.*

A. D. 1335. 4. Kalendas Novembris, que tunc fuit dominica proxima ante festum omnium sanctorum, et circa horam vespertinam, venit ventus nimis horribilis et validissimus, qui de nostro pinnaculo seu campanili eiecit crucem cum suo gallicano. Item evulsit radicitus per totam Alsaciam infinitas arbores in nemoribus, campis, villis et castris. Denudavit insuper multa tecta domuum, que cum magnis sumptibus vix fuerant restaurata[20].

A. D. 1349. fuit generalis occisio et combustio Iudeorum et circuitus flagellatorum, et sequenti anno scilicet quinquagesimo, annus iubileus Rome per dominum Clementem papam sextum institutus et confirmatus.

A. D. 1356. in die ~~beati Luce~~ euangeliste corruit civitas Basiliensis ex vehementi terre motu, et plura castra et alia edificia corruerunt[21]. Unde versus.

*Motum dant Luce sex culi, quatuor vc*[22].

A. D. 1363. oportuit dari laboranti in vineis cottidie 4. sol. den. Argentinensium.

A. D. 1365. in die beati Udalrici episcopi intravit[23] archipresbiter cum societate Anglicana in Alsatiam. Et sequenti die multitudo ipsius societatis apparuit impetuose ante muros civitatis Argentinensis, se offerens ad bellandum. Ex cuius terrore et horrore omnes forenses et incole villarum et camporum circumquaque ad civitates et fortalicia fugierunt. Ad cuius societatis de Alsacia expulsionem Karolus imperator Romanorum et Bohemie rex magnum exercitum congregavit. Sequenti die beati Ypoliti martiris venit ventus nimis horribilis, qui fruges in campis et arboribus dampnabiliter conquassavit.

A. D. 1367. in die beati Luce euangeliste Friburgenses sunt occisi per comitem Egen et suos adiutores[24]. 24

a) *quae sequuntur, addiderunt manus temporibus quae descripserunt fere coaevae.* b) *annos* 1288. 1298. 1308. 1313. *eadem manus addidit in pagina sequenti.* c) Ald. *corr.* Ad. *in cod.* d) sclultetus *c.* e) Versus — cucullum *subiunguntur anno* 1313. f) Ianuario *prius auctor scripserat.*

13) Heinricus obiit die 26. Martii; cf. Boehm. Font. II, 372. 14) Conradus. 15) Cf. Strobel p. 514. 16) Elisabeth. 17) Heinricum Sigebertum. 18) Cf. Königshoven p. 105. 19) cucullum = MCCLLVVV, id est 1315. 20) cf. Königshoven p. 123. Trithem. II, 179. 21) cfr. Alb. Arg. p. 164 et Königsh. p. 156. 22) Vide interpretationem Boehmeri Font. III, 112; 6 × 156 et 4 × 105 = 1356. 23) V. Alb. Argent. p. 164. Königshoven p. 160. Trithem. II. p. 250. 24) Königsh ven p. 164.

A. D. 1368. immediate post pascha transtulit se dominus Urbanus papa sextus de 25 Avinione ad maiorem Romam[25].

A. D. 1375. comes de Kusse intravit Alsaciam[26] circa auctumnum cum maxima multitudine de universis regionibus congregata, et innumerabilem populum interemit. Et opidum Wangen intravit et destruxit, et combussit praeter castrum, quot Burcardus de Wangen obtinuit, et quam plura fortalicia pugnaturus intravit et tam[a] nobiles quam ignobiles secum 27 captivos duxit. Et sic transcendebat usque ad Aram[27] fluvium impugnaturus. Ibi aliqui de suis in uno claustro interierunt igne[b].

a) tam *deest cod.* b) igr. *cod.*

25) Albert. Argent. p. 165. 26) De causa huius belli cfr. Trithem. a. 1374. II. p. 264 et a. 1375. p. 267. 27) fluvium Aar in Helvetia.

# ANNALES MAURIMONASTERIENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ, M. D.

*Trahunt originem exigui hi annales a vetustissimo Alsatiae coenobio, eoque Benedictini ordinis compote, Maurimonasterio*[1] *prope Alsaticas Tabernas sito.* 1 *Qui quidem ortus abunde demonstratur quum abbatum nominibus, quorum a.* 1253. *et* 1288. *est mentio facta, tum eo, qui in codice annalibus praemissus est, titulo:* Maurismonster. *Exarati enim manu saeculi XVI. leguntur in uno codice chartaceo bibliothecae caesareae Vindobonensis* 9099 *(antea hist. prof.* 229*), ex quo eos et Boehmerus edidit in Font. rer. Germ. III.* 8—10, *et Wattenbachius, ut iis uteremur, transscripsit.*

*Stat autem sententia, ante saec. XIII. annales nostros non esse coeptos componi, ideo quod usum* Annalium Argentinensium *deperditaeque eorum continuationis*[2], *in promptu ponunt usque ad annum* 1218, *neque de ipsius monasterii negotiis ante annum* 1239. *attingunt quidquam.* 2

*Berolini* 2. *Idus Martias* 1857.

Anno dominice incarnationis 814. obiit Karolus rex 15. Kal. Febr.

Anno Domini 1098. ordo Cisterciensis sumpsit exordium.

A. D. 1122. Bertoldus dux de Zeringen occiditur Mollesheim. A. Argent

A. D. 1147. Conradus et Ludovicus reges pergunt Hierosolymam.

A. D. 1148. facta est expeditio Hierosolimam secunda sub Conrado rege et Ludovico rege Francorum et sub Bernardo abbate Clarevallis. ibid

A. D. 1152. Conradus rex Teutonicorum obiit; Fridericus dux Alemannie sibi in regno succedit, et eodem anno facta est inundatio aquarum maxima.

A. D. 1155. Fridericus imperator consecratur Rome in imperatorem ab Hadriano papa in magna dissensione Romanorum.

A. D. 1158. Mediolanum obsidetur a Friderico imperatore.

A. D. 1162. Mediolanum capitur. Horburg destruitur a comite Hugone de Dagesburc, et Girbaden ibid Hugonis comitis capitur ab imperatore.

A. D. 1176. hiems dura fuit et hominum pestilentia et fames magna et siccitas et fervor maximus.

A. D. 1174. Brabanciones[3] iverunt per terram istam versus Mediolanum. 3

A. D. 1178. facta est cedes magna Lagelheim iuxta Columbariam. ibid

A. D. 1179. factum est concilium magnum apud Lateranum sub Alexandro papa, in quo fuerunt 500 episcopi et multi alii.

A. D. 1189. Fridericus imperator ivit cum exercitu christianorum contra paganos et ibi submersus est.

1) Maursmünster, Marmoutier. 2) V. praefationem meam in Annales Argentinenses supra p. 86. 3) Brabançons. Cf. Romuald. Salernit. apud Murator. VII, 212: 1173 (1174) *Fridericus — collecta magna multitudine Brebitionum et aliorum conductitiorum militum, Italiam potenter intravit.*

A. D. 1197. Henricus imperator obiit, et Hulricus[4] comes occisus est.

1208. 1209. A. D. 1200. Philippus rex occisus est, et Otto imperator sequenti anno ordinatur.

A. D. 1212. Fridericus rex Ciciliae venit in Teuthoniam. Otto expellitur. Et priori anno pueri iverunt, volentes transire mare siccis pedibus.

A. D. 1218. facta est cedes Gallicorum in Rodesheim.

A. D. 1239. Hugo huius loci plebanus et plebanus Burckardus de Biecke transierunt mare.

Dec. 13. A. D. 1250. Idibus Decembris obiit Fridericus quondam imperator.

A. D. 1246. facta est pugna in Franckenfurt, et rex Conradus in fugam versus est. Ipso anno Kronenberc[5] destruitur.

Aug. 6. A. D. 1253. 8. Id.[a] Aug. obiit dominus Gothfridus abbas.

A. D. 1256. Wilhelmus rex occiditur.

A. D. 1258. Waltherus de Horburc occisus est[6].

A. D. 1261. orta est seditio inter Waltherum de Geroltsegk episcopum[7] et cives Argentinenses; et clerus iussu episcopi, urbe relicta, loca adiit peregrina. Eodem anno assumptis secum episcopo Treverensi et episcopo Spirensi[8] aliisque quam pluribus, dictus episcopus prefatam urbem obsedit cum exercitu copioso; civibusque ab urbe erumpentibus, cesus est populus utriusque partis.

1262. Anno sequenti egressis ab urbe civibus, collecto exercitu episcopus occurrit eis prope civitatem. Initoque certamine facta est cedes miserabilis in exercitu episcopi, et germanus ipsius episcopi occubuit, multique nobiles sibi adherentes morte miserabili interierunt. Reliqui vero: lantgravius[9], marscalcus[10], dominus de Landsberc, dominus de Andlah, cum multis aliis captivi ducti sunt. Episcopus autem, suorum destitutus solacio, apprehensa fuga cum paucissimis equitibus vix evasit. Universi igitur, qui captivi ducti sunt seu qui ferro perierunt, fuere amplius quam centum viri ex nobilioribus et fortioribus Alsatiae.

1263. Febr. 13. Anno tercio predictus episcopus Waltherus apud Dabechenstein moritur et apud Templarios Dorolvesheim[11] sepelitur Idibus Februarii.

Mart. 4. A. 1260. 4.[b] Non. Marcii[12] Henricus de Staheleck, Argentinensis episcopus, mortuus est.

Nov. 18. A. D. 1266. 14. Kal. Dec. Ludevicus de Liechtenberg occisus est apud Marley[13].

Aug. 26. A. D. 1278. 7. Kal. Dec.[14] occisus est rex Boemiae a rege glorioso Romanorum Rudolfo.

1285.
Anno milleno bis C cum bis quadrageno
Et quinto Domino nostro de virgine nato
Quidam Diethricus Holtzschuoch[15], truphator[16] iniquus,
Cesar et iniustus idem, fuit ignibus ustus;
Quem dedit hiis penis Rudolfi iussio regis.

Mart. 4. A. D. 1288. 4. Non. Marcii obiit dominus Ioannes abbas[17].

Mart. 18. Ipso anno 15. Kal. Apr. Hagennoe obiit dominus Henricus archiepiscopus Maguntinensis, primo episcopus Basiliensis, de ordine Minorum fratrum.

a) Id. *scripsi pro* Non. *cod. Cf. Gall. Chr. V.* 868. *ubi Gotfridi abbatis mors ad* 8. *Id. Aug. revocatur.* b) *sic scripsi pro* 1264 Non. Marcii *cod.*

4) Ulricus comes Ferretensis (de Pfirt). Cf. Ann. Marbac. 1197. 5) Cf. supra Ellenhardi chron. p. 121. 6) Cf. Rudolfi et Gotfridi comitum de Habsburg tabulam d. m. Maio 1259. ap. Schoepflin Als. dipl. I. p. 426. 7) Cf. supra Bellum Waltherianum. 8) Heinrico II, 1245—1272. 9) Sigebertus de Werde. 10) episcopi Argentinensis, de Huneburg. 11) Dorlisheim. 12) d. 4. Mart.; sed in Belli Waltheriani cap. 1. supra p. 105. Heinrici mors ad 2. Mart., in catal. epp. Arg. supra p. 118. ad 3. Mart. revocatur. 13) hodie Marlenheim ab Argentina ad occidentem, prope Wasselonne. 14) immo 7. Kal. Septbr. 15) Cf. Ellenhardi Ann. 1273 supra p. 103. 16) fraudator. 17) De eo cf. tab. d. d. 2. Oct. 1262. ap. Schoepflin Als. dipl. I. p. 440.

# ANNALES

# COLMARIENSES, BASILEENSES,

## CHRONICON COLMARIENSE.

### EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ, M. D.

*Quae saeculi XIII. monumenta coniunctim hoc loco emissuri sumus, recensio eorum omnium maxime pendet ex*

1) *chartaceo codice* Stuttgartensi, *ms. hist.* 4°. *n.* 145, *qui habet* 140 *folia litteris impleta. In eo scribendo diversae saeculi XVI. manus alternis occupabantur; quas quidem apparet ad singulos fasciculos esse admotas simul, quum postremae eorundem schedae vacuae fere sint. Solitaria etiam folia indita in codicem cernuntur, nec vero suo quodque loco. Et ad hanc ordinis perturbationem aliae quoque rerum traiectiones accedunt. Certis autem ex indiciis, quae quidem in annotationibus nostris exponentur infra, perspeximus, germanam rerum seriem hanc esse: fol.* 1—14. 99. 103'. 14'—17. 19—24. 18. 25'—59. 61—81': dicitur obsedisse. 25. 88': Sub anno —89: devotus et discretus. 81': Circa annum Domini —92. 93—98. 100—103. 104—109. 111. 110. 112—116. 60. 117—125: tradidit civitatem. 128': Quidam ex —129': propria redierunt. 125: Comes Albertus —127. 134: In vigilia —134'. 129': 6. Non. Iulias —134: nobile et preciosum[1]. *Ex Colmariensi quodam libro vetustiore codicem descriptum prorsus agnoveris ex eo, qui fol.* 93 *chronico Colmariensi antecedit indice:* Ex bibliotheca Praedicatorum in Colmaria. *Verique haud dissimile est, quem annalium chronicique* membranaceum codicem suo aevo disparuisse *tradidit Schoepflin in Als. ill: II,* 367, *hunc codicis nostri fuisse fontem proximum. Effectus autem est Basileensi quodam impulsore vel etiam adiutore; quod indicant quum insignia Basileensia plagulis plurimis[2] a chartario impressa, tum* B. *sive* Bas. *ab uno scribarum toties fere in margine positum, quoties res Basileenses attingit narratio. Nec dubitationis quidquam est[3], quin idem ipse fuerit Nicolai Briferi iurisconsulti et S. Petri Basileensis decani liber calamo scriptus, quo Iohannem Stumpfium arbitratur Urstisius in componendo Chronico suo usum esse anno* 1548, *quique circiter*

1) Folia 135—140 solivagas quasdam abruptasque complectuntur notitias, quas idoneis annalium chronicique locis annectendas putavi. 2) Paucae chartae exhibent insignia Bernensia. 3) Id quod post comprobabo extrema praefatione.

*anno 1585. in ipsius Urstisii manus devenit. Fuit posthac in Huberi Basileensis bibliotheca, qua divendita auctione eum anno 1789. publica bibliotheca Stuttgartensis est consecuta. Inde benignissime missus Berolinum hanc editionem curanti mihi mirifice profuit. — Praeterea optatissimum etiam adiumentum praestitit*

2) *codex Colmariensis chartaceus saeculo XV. exaratus fol., quem Pertzius, illustrissimus monumentorum nostrorum editor, anno* 1838 *in bibliotheca Colmariensi aggressus est. Quamvis non totam rerum nostrarum silvam complectatur codex iste, sunt tamen in eo aliquot et Annalium et praecipue Chronici Colmariensis fragmenta, ex amisso illo codice autographo haud dubie tracta; quibus eo plus tribuendum est, quo pleniorem aliquoties textum suppeditant, quam qui in codice* 1 *legitur. Locupletabant igitur non modo hic illic editionem nostram, sed eam etiam utilitatem habebant, ut de altero codice iudicare certius liceret. Non quemque enim ex scriptoribus codicis Stuttgartensis, quaecumque exaravit, integra transtulisse, sed unum potissimum excerpta modo interdum sumpsisse, quum solum illum codicem attente perscrutanti sit manifestum, omnem tandem de ea re scrupulum fragmenta illa expellunt. Quae quidem cogitatio proficiet nobis ad aestimandas recognitiones anteriores ad nostramque confirmandam.*

*Alia subsidia non habuimus. Ignoramus enim, qualis fuerit quoque abierit codex Pfisteri, quem a Schoepflino, scriptores Alsatiae edituro, ad emendandos annales Colmarienses admotum fuisse, retulit Chr. W. Koch, qui et ipse monumenta illa se vulgaturum ex illius schedis anno* 1786. *pronunciavit quidem*[4], *nec vero stetit promisso. De Schoepflini autem apparatu, quem is bibliothecae Argentinensi legaverat, nihil hodie ibidem nisi involucrum superest*[5]. *Posuimus frustra quoque operam in indagando illo saeculi XVI. codice, quem in Bulletin du bibliophile* 1836 *p.* 207 *Parisiis venalem bibliopola quidam habebat; compellatus enim a nobis idemtidem venditor, nomen emptoris respondebat memoria sua excessisse neque in libris mercatoriis inveniri licere, quippe qui, ut apud sese fieri certis temporis spatiis soleret, iam flammis absumpti essent.*

*Sed nunc de singulis, quae subsequuntur, operibus videamus.*

1) *Annales Colmarienses minores reperiuntur in codicis* 1 *fol.* 1—8 *plane a ceteris rebus separati, iique scripti manibus tribus. Et prima manus annales integros, quemadmodum autographo continebantur, est existimanda servasse, propterea quod, quae exaravit, universa aequaliter paribusque interiectis spatiis videmus posita esse. Quos annales ad Colmariam pertinere non est obscurum. Neque ante novissimum saeculi XIII. quadrantem conditi sunt, ut demonstrant gravissima de pontificibus Romanis errata ad annos* 1244, 1254, 1261, 1265, 1269, *et verba ad a.* 1218 *illata haec:* Rex Ruodolphus nascitur, *quae quidem ante annum* 1273 *non potuerunt scribi. Primas autem annalium partes conficiens auctor adiit Annales Marbacenses et eos plenius quam supra*[6] *expositos; quod quidem docet Falconis abbatis Marbacensis obitus ad a.* 1221 *in nostris annalibus, non in Marbacensibus, commemoratus. — Secunda manus non accessit nisi quinquies: ad a.* 1218, 1229, 1237, 1245, 1246[7]. — *Tertia manus nonnumquam superiorum manuum scripta correxit, pluraque haud iusto ubique loco admiscuit. In quibus vero*

4) V. Anzeigen d. deutsch. Merkurs 1785 p. LXVII.
5) V. Böhmer Fontes II. p. XI.
6) p. 145 sq.
7) Addidit quaedam etiam ad a. 1239 et 1249, sed ea in textum recipienda non erant; v. infra annotationes ad Ann. Colm. 1240 et 1249.

1. C. Mulliyardenses.

a. Annales Colmarienses minores. fol. 3.

b. Annales Basileenses fol. 8.

c. De rebus Alsaticis cap. 22. fol. 88.

d. Chronicon Colmariense fol. 107'.


1239
Eclipsis lune accidit in Mense Maio
Terremotus factus est in Mense Septembri
1240
Tarthari Ungariam devastant

Ph. Jaffé scrips.

## 2. Annales Ratisbonenses.

a. Cod. Pruvening. nunc Vindobon. Suppl. 372.


M.c.xxvii. Cunrad' fr friderici inuasor regni.
M.c.xxviii. Mathias aps apd treueros miraclis coruscat.
M.c.xxx. Honorius pp uiã uniuse carnis ẽ ingressus. Post ca romani ppls clandiculis in duas partes. sup electu pontifice ...
M.c.xxxii. Rex Lothari cũ pp Innocentio Romã in expeditione pficiscitur.
M.c.xxxiii. indict. xi. Rex lothari' cũ pp. ... imperatore

b. Cod. Emmeram. 133. fol. 26.



fol. 34.


Hainric' xviii. k. maii. imperator a celestino pp ... cũ uxore sua. Constantia.
Anno dñi. M.c.xc.vii; ãno cycli solaris scdo; ãno cycli lunaris pmo; xiiii. kl. maii.

## 3. C. Pragenses Ansberti.



W. Wattenbach scr.

*accessionibus adiungendis certissime etiam alii libri, quam ipsi annales Colmarienses, prae manibus scriptori tertio fuerunt. Cuius rei testimonio est hoc quod attulit ad a.* 1243: Idem habetur in actis quotidianis. *Eoque minus dubium habeo, quin accessiones annorum* 1258 *et* 1259 *et maxime anni* 1265 *affluxerint ex annalibus Basileensibus, quos quidem fuisse iam ante* 1266 *nonnullis annis inchoatos, mihi persuasissimum est. — Ut legenti igitur, quid quaeque fecerit manus, pateat, proponenda curavi scripta primae manus erectis litteris magnis*[8]*, et secundae inclinatis; tertiae manus vero additamenta mediis* 8 *litteris sumnoni ceteris iussi a margine sinistro paullo remotiora.*

2) *Annales Basileenses et Colmarienses maiores. Incipiunt in cod.* 1 *fol.* 9 *uberiores annales annorum* 1266—1305, *quos esse ipsis rebus aequales, intente legentem minime fugiet. Ab initio autem ad annum* 1278 *usque Basileae consignati sunt. Hoc enim non arguitur modo illis, quas continet haec annalium portio, mirum quam multis de ipsa Basilea relationibus, sed uno praecipue loco ad a.* 1266 *diserte planeque pronunciatum est hoc modo:* Scalarii et Monachi milites curiam habuerunt Basilee hic. *Colmariae vero eam partem censere litteris mandatam esse, etiam alias vetamur omnino. Quoniam enim Praedicatorum fratrum esse istos annales negare nemo potest, Colmariae repugnat id, quod non ante exeuntem annum* 1277 *domicilium ibidem habuit ille ordo. Etenim referunt Annales Colmarienses maiores ad a.* 1278, *fratres Praedicatores d.* 24. *Dec.* 1277 *Columbariae* aream suam *comparasse, d.* 5. *Ian.* 1278 aedificium incepisse, *eodemque anno et die* 20. *Iunii coemeterium eorum consecratum esse, et d.* 28. *Octobris denique* intrasse conventum fratrum ordinis Predicatorum in Columbariam domum suam. *Litterae etiam Basileenses exstant, ubi scriptum est die* 25. *Mart.* 1278 *de* fratribus ordinis Praedicatorum in Columbaria moraturis[9]. — *At contra, quod reliquum* 9

8) exceptis iis, quae ut ab annalibus Marbacensibus mutuata, minimis typis descripta sunt. 9) Quas litteras non alienum puto repetere hoc loco ex Trouillat Monum. de Bale II, 290. Scriptae autem his verbis sunt: *Otto Dei providentia prepositus ecclesie Basiliensis, venerabilis domini Henrici Basiliensis episcopi vicarius generalis, omnibus presens scriptum visuris salutis et gratie incrementum. Cum olim fratres ordinis Predicatorum aream quandam in Columbaria emptionis titulo vendicarent, et ibidem oratorium sive ecclesiam construere attentarent, domini Rudegerus prepositus, Fridericus decanus et capitulum canonicorum Columbariensium, ex hoc sibi imminere preiudicium formidantes, opus novum dictis fratribus nuntiarunt* (sic). *Processu vero temporis, pacis et tranquillitatis commoda litium dispendio preferentes, in huiusmodi placitum convenerunt, quod utraque pars coram nobis suas rationes exponeret, et quidquid de plano et sine iudicii strepitu decernere curaremus, ratum et immobile permaneret, et ferenda per nos sententia ipsorum contingeret et constringeret successores. Pacti quoque sunt ad invicem, quod ad infirmandam seu retardandam nostram sententiam nullo umquam ingenio et iuris auxilio uti vellent. Procuratoribus itaque fratribus, Emundo videlicet quondam priore provinciali Teutonie et Hermanno de Minda*[a] *vicario supra Rhenum, ex parte una, ac decano prefato et domino Wernero dicto Kurze ex parte altera in nostra presentia constitutis, factum examinavimus, privilegia inspeximus et discussimus quas volebant proponere rationes. Igitur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti sententiando pronuntiavimus, quod fratres ordinis Predicatorum in Columbaria moraturi ammodo utantur libere privilegiis, libertatibus, indulgentiis, gratiis sibi et ordini suo a sede apostolica vel ordinariis loci concessis vel imposterum concedendis. Ad hec predicent, confessiones audiant, celebrent*[b]*, oblationes et donationes recipiant, legant, disputent, testamenta disponant, sicut ius permittit, dum tamen illa non subvertant, que de consilio canonicorum invenerint ordinata. Nec enim ipsi canonici vel eorum aliqui debent obruere, que per fratres invenerint ordinata. Habebunt insuper sepulturam eorum, qui apud ipsos elegerint sepeliri; sic tamen, quod iuxta diu obtentam in Columbaria consuetudinem prius ad parochialem ecclesiam deferantur corpora mortuorum, quatenus mane una missa vel plures, tamen sub uno contextu succincte pro ipsis cantentur ibidem, et exinde ad fratrum ecclesiam deferantur. In communicandis vero parochianis ipsorum modum illum observabunt, quem tenent fratres Minores in Columbaria morantes. Et ut memorati R. prepositus, F. decanus et canonici seu ipsorum successores non reputarent se gravatos, ordinavimus, quod darentur ipsis fratrum et domus Columbariensis nomine quadraginta marce argenti, quas memorati R. prepositus, F. decanus et canonici confessi sunt se ab ipsis*

a) Rinda *ed.* b) missas *excidisse videtur.*

*est annalium inde ab anno 1278 usque ad exitum, id manifesto in urbe Colmaria notatum est. Ut Basileam enim ante hunc annum commemorationes praecipue spectant, sic inde deinceps Colmariam. Itaque sunt annales Basileae tum coepti scribi, tum ad annum 1278 perducti, translataque eodem anno Colmariam fratrum Praedicatorum parte, ibidem continuati. Confinium vero annalium Basileensium eorumque continuationis (annalium Colmariensium maiorum) post annum 1277 commodissime ponendum videbatur, quamvis confitear, posse factum esse, ut etiam primae anni 1278 res Basileae annotarentur. Nec mirum omnino videri debet, unde aut Basileensibus annalibus de Columbaria tot aspersae mentiones sint, aut Colmariensi continuationi rursus de Basilea. Siquidem ex horum oppidorum tum vicinitate tum necessitudine causas eius rei facile repetieris; praeterea maxime verisimile est, in vetus Basileensium annalium exemplum etiam post fratrum transmigrationem Colmariensia quaedam illata esse.*

*Iam vero de eo vel iis, qui et Colmarienses minores et Basileenses et Colmarienses maiores annales mandaverint litteris, quaeri convenit. Habemus autem vestigia haec: Annales Colmarienses minores* 1238. Intravi ordinem Praedicatorum, 1261. Fui Parrisius, 1265. Mappam mundi descripsi in pelles 12 pergameni; — *Annales Basileenses* 1268. Fui in Urania, 1274. Sorores in Clingental inceperunt edificare dormitorium in Basilea, — et infra 13 septimanas tectum eius vidimus consummatum, 1275. Vidi in castro Friburc balistam *cet.*, 1276 Mappam mundi correxi circa Margretae, — In castro Reginsperg cristallum vidi *cet.*; — *Annales Colmarienses maiores* 1287: Anno Domini 1221. natus fui, anno Domini 1238 intravi ordinem. *Atque haec, quae attulimus, universa unum et eundem auctorem de se ipsum prodidisse, intelligi potest ex consensu annalium Colmariensium minorum* 1238 *et maiorum* 1287. *Quo fit, ut vitam illius liceat hoc pacto adumbrare. Natus igitur anno* 1221, *quum complevisset annos septemdecim, se ordini Praedicatorum addixit* 1238. *Et in Basileensi quidem monasterio degisse minimum annos* 1265—1277 *credendus est, annoque* 1278 *Colmariam translatus ibidem novo in coenobio vixisse certe ad annum* 1287 *usque. Adiit Lutetiam a.* 1261; *minutiora fecit itinera a.* 1268, 1275, 1276. *Praeter rerum gestarum autem narrationes ab eo factas, geographiae etiam eum apparet operam navasse. Namque Basileae mappam*

*fratribus recepisse in recompensationem oblationum mortuariorum legatorum canonice portionis et omnium premissorum; fassi quoque sunt, se in rem seu utilitatem sue ecclesie huiusmodi pecuniam convertisse. Unde renuntiaverunt exceptioni non numèrate pecunie, non solute. In huius rei testimonium presentem paginam sigillo nostro roboravimus, et eandem sigillis venerabilis patris, Henrici episcopi Basiliensis, necnon prioris provincialis fratrum Predicatorum per Teutoniam et fratris Hermanni*[a] *vicarii atque fratris Emundi Predicatorum, insuper sigillis civitatis Columbariensis, prepositi, decani et capituli Columbariensis voluimus communiri ad abundantem cautelam et memoriam futurorum. Actum Basilee in curia nostra, presentibus honorabilibus viris, prepositis Moguntino et Solodurensi, necnon canonicis quibusdam ac militibus ac pluribus aliis, anno Domini* 1278 *in die annunciationis beate Virginis gloriose.* Adiungimus aliam, quae huc pertinet, tabulam d. d. 2. Apr. 1278, ex Schoepflini Als. dipl. II, 17: *In nomine Domini amen. Nos Hermannus de Minda, vicarius prioris provincialis super Renum, Conradus prior Bernensis, Emundus, frater ordinis Predicatorum, notum esse cupimus universis presentem paginam inspecturis, quod discretis viris et honorabilibus . . scultheto et consulibus civitatis Columbariensis promisimus, quod licet edificia fratrum nostrorum in Columbaria commorantium propinqua sint muris civitatis, tamen spatium quatuordecim pedum intra*[b] *murum et ipsorum fratrum edificia nullis edificiis occupabunt. Item non comparabunt areas a parte occidentali ultra murum Iudei et a parte orientali ultra viculum porte parve aquilonaris, nisi premissa vel alterum premissorum prefati sculthetus et consules vel maior pars eorundem id ipsum in posterum indulgerent. In huius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini* 1278 *sabbato ante Iudica.*

a) fratris Kemanni *ed.* b) *lege* inter.

*mundi et anno* 1265 *in membranis duodecim descripsit et anno* 1276 *correxit; licet cum his*[10] *non senserim, qui illam pro certo dicunt tabulam fuisse Peutingerianam*[11]. *Annales vero Basileenses scribere iam ante a.* 1266 *ingressus, hoc opus post* 1277 *Colmariae longius contexuit, idque minimum ad annum* 1287. *Eodemque circiter tempore formavit etiam annales illos, quos Colmarienses minores inscripsimus. In utroque libello elaborando num etiam post* 1287, *quum annos* 66 *natus esset, perseveraverit aliquamdiu, nobis non est cognitum. Illud autem confirmaverimus, annales Colmarienses maiores ad exitum, qui anno* 1305. *ei imponitur, minime esse ab eo adductos. Est enim sic ad a.* 1304: Tantus calor in Alsatia erat, quod s e n e s communiter dixerunt, nullum annum tante caliditatis s u i s t e m p o r i b u s evenisse. *Virum autem annorum* 83, *quam quidem aetatem tum confecisset, nihil profecto censeas habiturum fuisse, cur aliorum senum de tali re testimonium afferret. Ita iuveni cuidam continuatori attribuantur illa necesse est.*

3) *D e r e b u s A l s a t i c i s i n e u n t i s s a e c. XIII. commentatio, quam equidem in capita dispertivi, sequitur in cod.* 1 *annales Colmarienses maiores. Exposita sine dubio est exeunte saeculo XIII, propterea quod scriptorem, quamquam posteriores etiam res saeculi illius compluries attingit, nulla tamen post* 1290. *acta expromere animadvertimus. Eiusdemque circiter aetatis esse videntur, quae adiunctae sunt D e s c r i p t i o n e s A l s a t i a e et T h e u t o n i a e. Nam additi V e r s u s, artificiosi illi quidem nec incorrupti vero omnes, quorum partem maiorem fecit Heinricus de Basilea, evidenter eo temporis pertinent, teste carmine, quo ille Bertholdum de Rüti, praepositum Solodurensem, alloquitur.*

4) *C h r o n i c o n C o l m a r i e n s e, ex cod.* 1 *fol.* 93—134 *haustum, ope fragmentorum codicis* 2 *aliquid et emendare et augere licuit. Agit autem liber in universum de temporibus regum trium. Et quae quidem sunt de Rudolfo rege, ea constat demum post ipsius obitum expedita esse. Iam enim in exordio chronici non modo novissima propemodum Rudolfi gesta Thuringica memorantur, sed etiam de ipso ut mortuo fit mentio talis:* Erat hic vir longus corpore; — multos h a b u i t filios et filias, quos omnes constituit in magnas divitias et honores *cet.; eo accedit vaticinium de imperiali corona eidem regi divinitus denegata, quod quidem non dicat nisi credulus vivo Rudolfo consignatum esse; eiusdemque rei argumento est etiam illud de Rösselmannis caput, quod iam res anni* 1293. *continet. Nec minus manifestum est, alteram chronici partem, qua de Adolfi temporibus edocemur, post mortuum regem istum et quidem ipso anno* 1298. *compositam esse. Hic traditur enim in eius partis*

10) V. Tabula itineraria Peutingeriana ed. Mannert, Lipsiae 1824, p. 20. 35.

11) Certi quidem sumus, eam, quae Vindobonae servatur, tabulam Peutingerianam et saeculo XIII exaratam esse et membranas duodecim, quarum una periit, continuisse. Sed toto saeculo, eoque geographicis studiis tantopere florente, ut magister de Sacro-Bosco (quemadmodum infra in libello *De rebus Alsaticis* legimus) etiam sphaeram mundi *magistris ceteris meliorem* fecerit, quis duodecim membranarum mappam mundi serio dixerit non potuisse nisi semel fieri? Quinimmo significare Noster videtur, se anno 1265. mappam mundi non ad aliud exemplum sed propria arte effecisse, annisque post undecim novum emendatumque exemplar formasse. Quantas enim singularique annotatione dignas correctiones tabulae Peutingerianae post annos undecim admovere potuerit? An ipsi tandem tabulae illi insunt vestigia tantarum correctionum? Accedit quod exeunte saeculo XIII Colmariensi in coenobio, ubi post 1277. scriptor noster vigebat, multo aliam ac Peutingerianam mappam mundi in usu fuisse patet ex eius, quae infra habetur, *Descriptionis Alsatiae* verbis his: *Haec est terra Alsatie Alamanie. Haec habet Constantinopolim versus orientem, que s e c u n d u m m a p p a m m u n d i s u b m e r i d i o n a l i l i n e a continetur* cet.; et ex *Descriptionis Theutoniae* loco hoc: *Sita est Theutonia in littoribus Oceani inter Rhenum et Albam fluvios, u t i n m a p p a m u n d i d e p i n g i t u r et apponitur vento, qui circinus seu Tracia vocatur* cet.

*initio* statura fuisse mediocri; *et in exitu legimus haec:* Regem Adolphum pro rege tenuerunt (cives) et ei necessaria prebuerunt, ei fidem huc usque, ad ipsius mortem tenuerunt. *Quae cum ita sint, non debet dubitari, quin totum chronicon — excepta parva illa parte tertia, quae postea de primis Alberti regis annis sex addita est — spatio annorum* 1292 *et* 1298 *extiterit. Conficiendo autem operi, praeter memoriam Colmariensi auctori affluentem ex patrio monasterio Basileensi, adhibitos videmus et annales Basileenses cum Colmariensibus maioribus et aequalium hominum relationes, ut fidem faciunt eiusmodi loci:* Advocatus Alsatiae retulit, *et* Retulit honestus quidam, *et* Burcgravia in Sulczmatin a patre se audisse retulit, *et* Retulit frater Alradus, prior fratrum Argentinensium *cet. — De ipso auctore nihil certi habemus. Attulerunt quidem Quetif et Echard (Scriptor. ord. Praedicat. I,* 494) *ex Petri de Prussia Vitae Alberti Magni capite* 32 *locum hunc:* Tantae autem contra vitiosos, cum necessitas requirebat austeritatis in iniungendis poenitentiis Albertus extitit, sicut de ipso frater Iohannes Columbariensis, qui conversationem eius noverat, refert in sua chronica, ut septennem poenitentiam imponeret poenitenti duram satis *cet.; et in ipsis annalibus Colmariensibus maioribus ad annum* 1286 *invenimus*, fratrem Iohannem de Columbaria vidisse Parisius anno Domini 1282 hominem habentem brachia 4 *cet. Neque vero aut in annalibus aut in chronico insunt illa de Alberto Magno, ut non sit, quare nostrum chronicon adiudicetur Iohanni.*

*Postremo de editionibus superioribus dicendum videtur, quas quidem eo magis mireris tantopere a nostro exemplo recedere, quo certius est, iis parandis eundem, quem nos praecipue secuti sumus, praesto fuisse codicem Stuttgartensem. Hoc enim facile probatu est de principe editione, quae Urstisii cura in Germ. histor. illustrium parte II. fol.* 5—62 *anno* 1585 *comparuit, repetitaque est anno* 1670. *Nam quibus lacunis abundat codex, eas ibi videmus aut* 12 *omnino non aut tali ratione expletas*[12]*, ut prorsus infitiemur oporteat, editori alius codicis factam copiam esse. Id etiam magno argumento esse debet, quod* 13 *quum unum ex codicis* 1 *scriptoribus pateat excerpta tantum fecisse*[13]*, non uberior usquam fragmentorum codicis* 2 *textus, sed nihil nisi nuda illa Stuttgartensis codicis excerpta in editione prima reperiuntur. At ipsius Urstisii culpa accidit, ut immutata opusculorum forma, spissae diutinaeque rebus perspicuis offunderentur tenebrae. Non enim modo* humiles et frivolas res, *ut ait ipse*, quae fastidium parere poterant, resecuit, *sed etiam parvos annales Colmarienses cum maioribus illis Basileensibus eorumque continuatione Colmariensi in unum confudit. Sic igitur et omittendo et conglutinando et transferendo res opinione vehementius deformatas proposuit, aliusque codicis adhibiti specie adeo delusit editores posteriores, licet ii ipsi codicem Stuttgartensem in manibus habuerint, ut in annalium forma proferenda Urstisium probare quam codicem mallent. — Secundum autem Boehmerus Annales atque chronicon pervulgavit a.* 1845 *(Font. II,* 1—96*). Ac tertium Gérard et Liblin a.* 1854 (Les annales et la chronique des Dominicains de Colmar), *etsi quaecunque Stuttgartensi codice continentur ex toto vulgare studuerunt, non tamen absolutam omni numero paraverunt editionem, translatione Francica eademque haud raro minus prospera adiuncta. Nos denique, fide Urstisio renunciata, manuscriptorum quos supra diximus codicum auctoritatem secuti sumus, ut tandem opuscula nostra*

12) Ut exemplo utar, quum in cod. sic legatur: *His temporibus vixit iuvenis dictus de Tufinstein, nobilis, dives habens castrum . . . . . . . . . in quo* cet., in lacuna Urstisius p. 37 posuit: *quoddam.* 13) V. supra p. 184.

*prodeant, quantum fieri licuit, integra et in ordinem adducta et vitiis quam antea aliquanto puriora.*

*Berolini Kalendis Decembribus* 1857.

# ANNALES COLMARIENSES MINORES.

[a]1211. Otho imperator per totam Alemaniam excommunicatur. A. Marbac.

1212. Passagium extitit puerorum. Ordines Theutonicorum, Minorum, Praedicatorum oriuntur.

1213. Regina Ungariae[1] occisa a comite[2] recitatur. Lutdoldus episcopus Basiliensis obiit.

1214. Fridiricus rex venit ad partes Alamaniae[3]. Swartzindann chorus monasterii consecratur. 3

1215. Eretici comburuntur. Waltherus electus Basiliensis deponitur ab honore. ibid.

1216. Innocentius papa obiit. Otho imperator obiit. Ordo Praedicatorum confirmatur[4].

1217. Facta est expeditio transmarina a rege Ungariae[5] et duce Austriae[6].

1218. Dux Zeringiae Bertholdus[7] obiit. Rex Ruodolphus nascitur *Kalendis Maii*[b]. Dux Bavariae[8] Dammiatam obsedit.

1219. Fridiricus rex pro imperiali benedictione proficiscitur Romam. Dux Lotharingiae[9] cum exercitu Alsatiam introivit[10].

1220. Heinricus, filius Fridirici imperatoris, in regem Romanorum declaratur.

1221. Tartari Ungariam vastaverunt. Falco abbas Marbacensis[c] obiit[11]. Beatus Dominicus obiit. 11

1223.[d] Henricus episcopus Argentinensis obiit. Orta est pestilentia pecorum. Eclipsis lunae aparuit. ibid.

1225. Factum est concilium magnum in Hispania. Terrimotus factus in[e] Kalend. Octobris.

1226. Ludwicus rex Franciae obiit. Fundata est sanctae Trinitatis in Argentina.

1227. Bertholdus episcopus Argentinensis Berinstein[12] obtinuit. Ludwicus comes Thuringiae iter transmarinum arripuit.

1228. Bertholdus, episcopus Argentinensis, in Bladulsheim homines imperatoris devicit[13]. Messis terminata fuit ante festum sancti Ioannis baptistę. ante Iun. 24.

1229.[f] Fridiricus imperator venit Ierusalem cum peregrinis coronatus. In Argentina Guldin crematur. Wann haereticus esse probatur; fuit unus de ditioribus et potentioribus civibus Argentinensis civitatis. *Cuonradus de Marpurg praedicat.* A. Marbac.

1231. Ludwicus dux Bavariae interficitur. Facta est persecutio haereticorum. ibid.

1232. Sanctus Wilhielmus miraculis claruit. Tantus fuit[g] aestus, quod per Iulium et Augustum ova in sabulo coquerentur. Inchoatum est claustrum sororum in Columbaria.

1233. Sancta Elizabeth claruit. Episcopus Curiensis occiditur. Conradus de Marcpurchc occiditur. Translatus sanctus Dominicus.

1234. Fridiricus comes Phirretarum a filio suo* interficitur. Hyems frigida vineas extirpavit. Translatae sunt sorores ad Basilienses.**

*dicto Grimmel. **et obtinuerunt ordinem sororum de Columbaria.

1235. Henricus rex accepit pueros a civitatibus. Fridiricus imperator venit in Columbariam in multitudine camelorum[14]. Obtinuerunt[h] ordinem sorores de Columbaria.

1236. Vini abundantia fuit; et quartale pro denario dabatur, quod in brevi post vix pro sedecim denariis poterat comparari. ibid. 1236 et 1237.

1237. Fridiricus imperator Conradum filium suum in regem Theutoniae coronavit. *Gregorius nonus excommunicavit Fridericum in cena Domini.* 1239. Mart. 24.

1238. Henricus* episcopus Basiliensis obiit. Coloniensis episcopus obiit, et electus est frater comitis de Hohenstadin. Intravi ordinem Praedicatorum.

*de Thuno.

1239. Ecclipsis lunae accidit in mense[i] Maio. Terrimotus factus est in mense Septembri.

1240. Tarthari Ungariam devastant.* Imperator excommunicatur.

*tribus annis[k].

a) *antecedit verbum hoc:* Praedicatorum. b) *manus* 2. *addidit:* Kalendis Marcii; 3. *correxit* Maii. c) Morbacensis *cod.* d) *cum scripsisset* 1222, *ipsa manus* 1. *correxit* 1223. e) III. *cod.*, *sed in legendum esse, intelligitur ex Ann. Marbac., ubi addita* quarta feria *accurate dies statuitur.* f) *manus* 3. *addidit* 1230. g) fuerit *cod.* h) Obtinuerunt — Columbaria *delevit manus* 3. i) mensae *cod.* k) Tartari — annis *anno* 1239 *addiderat manus* 2. *delevit manus* 3.

1) Gerdrudis uxor Andreae II. regis Ung. 2) Petro. 3) anno 1212. 4) Cf. supra Ellenhardi Annal. 1216. 5) Andrea II. 6) Leopoldo VI. 7) quintus. 8) immo Austriae. 9) Theobaldus I. 10) anno 1218; cf. Boehmer Regesta 1198—1254, p. 372. 11) creatus abbas anno 1216, v. supra Annal. Marbac. 1216. 12) Bernstein inter Schlettstadt et Dambach. 13) Cf. supra Ellenhardi Annal. 1228, et Ann. Marbac. 14) m. Martio 1236 Fridericum Columbariae fuisse, docet tab. apud Boehmer Reg. Frid. n. 830.

1241. Ecclipsis solis accidit Nonis Octobris. Gregorius papa obiit, et vacavit sedes per triennium.

1242. Ecclipsis lunae accidit.*

*Destructum est castellum Bructum[15].

1243. Comes Ruodolphus de Hapispurch miles efficitur.*

*Idem habetur in actis quotidianis.

1244. Innocentius papa obiit apud Lugdunum[16].[c] Bertholdus episcopus Argentinensis obiit.

1245. Dominus papa Fridiricum imperatorem excommunicatum deponit. *Sorores de Sclecistat conformate sunt ordini fratrum Predicatorum.*

1246. Henricus landgravius Thuringiae in regem eligitur Romanorum. Pugna fuit apud Veltchilchin[17] prope Columbariam. *Pugna fuit in Franckfurt.**

Aug. 5. *die Oswaldi Conradus rex Thetonie victus ab episcopis.

1247. Henricus rex electus obiit. Fridiricus dux Austriae occiditur[18]. Fratres Praedicatores de Thurrego[19] expelluntur tribus annis.

1248. Wilhelmus, comes Holandiae, in regem eligitur Romanorum[20]. Parmenses obsessi liberantur[21]. Rubeacenses Columbarienses vicerunt.*[d]

*et ceperunt ex eis multos. Sorores de Clingental obtinuerunt ordinem.

1249. Lutdoldus Basiliensis episcopus obiit; Bertholdus succedit. Nicolaus de Dithisheim[a. 22] obiit.

1250. Fridericus, depositus imperator, obiit. Conradus, filius Fridirici, Sanctamcrucem[23] oppidum destruxit.

1251. Conradus, filius Fridirici quondam imperatoris, obiit. Turbatus est clerus a pastoribus.* Frater Hugo, cardinalis legatus[24], cantavit primam missam in area Praedicatorum in Argentina.

*Multitudo pastorum in Francia congregatur.

1252. Occisus est sanctus Petrus, frater ordinis Praedicatorum, apud Mediolanum[25]. Domine de Sancto-Ioanne-sub-tilia se in Columbariam transtulerunt.*

*Visi[b] sunt tres soles. Sorores de Sancto Iohanne intraverunt Columbariam.

1253. Canonizatus est sanctus Petrus.* Sorores ordinis Praedicatorum de Hüsern[26] apud Phaphinetum recesserunt; modo Clingenthalenses[27].**

*In Alchilchin[28] invente sunt due calvarie, habentes spissitudinem duorum digitorum. **Innocentius papa moritur[29]. Sol videbatur scissus.

1254. Urbanus quartus[30] papa efficitur. Rex Conradus, filius Fridirici imperatoris, obiit.* Ludwicus[31] rex Franciae rediit de partibus transmarinis.

*Wilhelmus de Holandia succedit. **Luna videbatur scissa.

1255. *Frater Bertholdus de ordine Minorum solenniter praedicat. Innocentius papa obiit[32].* Destructum est castrum[33] apud Sanctum Amarinum.**

*Alexander succedit. **Edificatum est castrum in valle S. Amarini ab abbate Theobaldo Morbacensi, destructum autem fuit[34] 1268.

1256. *Willihelmus[e] rex a Frisonibus interficitur. Palatinus[35]** uxorem suam[36] interfecit. Wilihelmus[37] librum[38] contra Praedicatores scripsit.*** Fames erat.

*Wilhelmus rex morte miserabili interiit. **Dux Bavarie *supra inductam vocem:* Palatinus.

Oct. 4. ***et omnes religiosos; a papa damnatur[39] et igni traditur in die Francisci.

a) *infra* Dithisheim *scripsit manus* 2. Basiliensis. b) vise *cod.* c) *manus* 3. *addidit posique delevit haec:* Innocentius papa venit Lugdunum. d) *manus* 3. *addidit et postea delevit:* Innocentius generali concilio deposuit imperatorem. e) Willihelhus *cod.*

15) Brugg ad Aar fl. in Helvetia. 16) Innocentius IV adiit Lugdunum a. 1244, obiit Neapoli 7. Dec. 1254. 17) Feldkirch inter Colmariam et Wettolsheim. 18) Fridericus II dux Austriae obiit 15. Iun. 1246. 19) Zürich. 20) 1247. Oct. 3. 21) 1248. Febr. 18, v. Böhmer Reg. Frid. p. 206. 22) Deidesheim inter Speier et Kaiserslautern. 23) Heilig-Kreuz, Sainte-Croix, a Colmaria ad meridiem. 24) Hugo de Sancto Charo, presb. card. tit. S. Sabinae; de quo cf. Quetif et Echard Script. ord. Praedic. I, 194. 25) Cf. Ellenh. Annal. 1252, supra p. 102. 26) Hüsern, Hüsseren prope Egisheim inter Colmariam et Sultzbach, parthenon dioec. Basil. 27) Cf. infra 1259. 28) Altkirch ad Ill fl., inter Mühlhausen et Pfirt. 29) Cf. supra n. 16. 30) immo Alexander IV, 1254—1261. 31) nonus. 32) Cf. supra n. 16. 33) castrum Fridburg seu Frideberg, prope oppidum St. Amarin in valle S. Amarini supra Thann. 34) a Bertholdo abbate Murbac. Cf. tabulas d. a. 1268, 1269, 1272 apud Schoepflin Als. dipl. II, 460. 464. 469. 35) Ludewicus II. 36) Mariam. 37) Wilhelmus de Sancto Amore, magister theologiae Parisiensis, cuius opera edita sunt Constantiae 1633. 4. 38) qui inscribitur *Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum*, Opp. p. 17—72. 39) Wilhelmi tractatus, damnatus ab Alexandro IV, bulla d.

1257. Richardus, frater regis Angliae[40], donis regnum obtinuit Romanorum.* So- 40
rores de Silo recesserunt.

*In Brusbach monte Brisgaudie inveniebatur argentum in magna quantitate.

1258.* Vindemia mala, et botri in saccis ad propria[a] ferebantur.**

*Combustum est monasterium Basiliense et magna pars civitatis in vigilia sancti Martini. **Rex A. Basil. Nov. 10.
Francie vincitur a paganis.

1259. Virtuosus dominus Waltherus de Horburch fuit fraudulenter a suis consanguineis interfectus[41].*

*in festo sancti Iacobi in messibus. Rex Castelle[42] Sibillam expugnavit. Translate sunt sorores Iul. 25.
de Huseren in Werrahe[43] vallem, que postea Clingental dicebatur, eo quod dominus de A. Basil.
Clingin[44] sororibus fratrum Predicatorum in remedium anime sue contulisset[45].

1260. *Dedicata est ecclesia fratrum Praedicatorum in Argentina. Henricus episcopus Argentinensis obiit.**

*Interfecerunt Iudei in Wissenburg puerum. ** Mulier peperit 4 pueros in Roczenhusen[46]. Civitas Rubiacensis exusta fuit.

1261. Clemens papa[47] efficitur. Flagellatores Theutoniam transiverunt. Fui 47
Parrisius. Fundamentum chori nostri[48].*

*Caristia frumenti. Alsa[49] in Mulhusen congelata. Expugnatum fuit castrum in Mulhu-
sen[50]. Inventa fuerunt ossa, que videbantur hominum, prope castrum Hertin[51] prope Ba- 50
sileam, magnitudinem et longitudinem nostram 30 pedum nimium excedentia. Interfectus est scultetus in Columbaria et multi nobiles cum eo[52].

1262. In Argentina fuerunt multi milites interfecti. Ioannes[53] scultetus fuit in Columbaria cum multis militibus interfectus.*

*Expugnatum fuit castrum in Mulhusen. Alsa ibidem congelata et caristia frumenti[53*].

1263. Canonici Luthibacenses[54] castrum sibi vicinum per violentiam destruxe- 54
runt. Dominus Waltherus de Geroltzeche, episcopus Argentinensis, obiit.*

*Frater Lutoldus, Predicatorum lector, astrologus, predixit eclipsim solis, factam die S. Dominici. Aug. 5.

1264. Cometa apparuit in oriente 40 diebus.*

*circa Kalend. Augusti, duabus horis ante ortum solis; fuit principio magna et clara, comam Aug 1.
habens longam et latam, que de die in diem cepit deficere et soli adiungi et ad nihilum devenire.

1265. Clemens papa quartus obiit[55], et tribus annis ecclesia rectore creditur caruisse.*

*Cometa apparuit 3 diebus. Castrum et castellum Burcdorf[56] quidam ex civibus tradiderunt A. Basil.
comiti de Habspurch. Aqua, que fluit per civitatem Basiliensem et dicitur Birsich[57], inundavit et plurima devastavit. Mappam mundi descripsi in pelles 12 pergameni.

1266. Interfectus[b] fuit in Auppulia[c], qui princeps dicebatur[58]. Lunscoie[59] villam 59
turbo pro magna parte noscitur destruxisse.

1267. Carolus occidit Conradinum, filium regis Conradi[60].* 1268.

*Fridericus dux Austrie[61] occiditur.

1268. Comes Ruodolphus de Habespurch expugnavit Utzenberch[62].* Episcopus 62
Basilensis[63] expugnavit Hertinberch[64] et Bladoltzheim[65].**

*et alia castra. **que tunc erant comitis Rudolffi de Habspurc.

1269. Episcopus Basiliensis emit castrum Bietertan[66]. Ecclesia sororum de Sancto Ioanne in Columbaria consecratur.* Gregorius papa efficitur[67]

*Fridericus dux Austrie occiditur[68].

a) approria *cod.* b) infectus *cod.* c) Auppuliae *cod.*

Anagniae 5. Oct. 1256 apud Ripoll et Bremond Bullar. ord. Praed. I, 317, ibidem praesente papa combustus est. 40) Heinrici III. 41) Cf. tab. genealog. comitum de Horburg apud Schoepflin Als. illustr. II, 612. 42) Alfonsus X. 43) Wehr fluvii, qui infra Seckingen in Rhenum effunditur; in magno duc. Bad. 44) Waltherus. 45) Sororum translationem in coenob. Clingenthalense dioec. Constant. iam a. 1256 factam esse, apparet ex tab. Waltheri d. d. 2. Sept. 1256 ap. Trouillat Mon. de Bale II, 78; cf. Alexandri IV bullam d. d. 29. Mart. 1257. ibid. 80. 46) Rathsamhausen; cf. Belli Waltheriani c. 10. 47) immo Urbanus IV. 48) Basileae, ut opinor. 49) Ill fl. 50) Cf. supra Belli Waltheriani c. 13. 51) Herthen in magno duc. Bad., infra Rheinfelden. 52) Cf. 1262. 53) Rösselmann, cf. Chron. Colmar. infra. 53*) Cf. 1261. 54) Lautenbach. 55) Immo Urbanus IV obiit 1265; successit Clemens IV 1265—1268. 56) Burgdorf prope Emmen fl. in pago Bernensi. 57) Birsig fl. 58) Manfredus. 59) Cf. infra Annal. Basil. 1266, ubi villa Luceia vocatur. 60) anno 1268. 61) filius Hermanni marchionis Badensis, ducis Austriae, una cum Conradino occisus est a. 1268. 62) Utznachberg prope Utznach in pago S. Galli. 63) Heinricus III. 1262—1274. 64) Hertenberg prope Geberschweiler, inter Ruffach et Colmar. 65) Blotzheim prope Basileam (de alio Bladolzheim, Blodelsheim, v. supra Ellenhardi Annal. 1228.) 66) Biederthal inter Basileam et Klein-Lützel. 67) Gregorius X a. 1271. electus est. 68) Cf. 1267

1270. Ludwicus rex Franciae terras petiit transmarinas.

69 1271. Episcopus Argentinensis[69] atque Basiliensis Mulhusen obsederunt.

1272. Seconis[c, 70] sancti Fridolini per ignem totaliter devastatur.

1273. Comes Ruodolphus de Habespurch in regem eligitur Romanorum. Henricus episcopus Argentinensis obiit de Geroltzeche. Vallis sancti Gregorii[71] exusta.*

*Prepositus de Goldpach[72] deponitur.

1274. Venit rex Ruodolphus in Basileam. Episcopus Constantiensis[73] obiit. Epi
75 scopus Coloniensis[74] obiit. Celebratum est concilium magnum[75] a Gregorio.

Oct. 6. 1275. Pridie Non. Octobris venit papa Gregorius in Lausannam. Item venit in Basileam presbyter cardinalis de Capua.*

*de visione regum Boemię.

1276. Rex Franciae[76] venit cum exercitu contra regem Hispaniae[77]. Innocentius[78], Adrianus[79], Ioannes[80] papae efficiuntur.

81 1277. Fratres Praedicatores circa nativitatem Domini[81] se in Columbariam receperunt.* Nicolaus[82] papa efficitur.

*Iohannes papa moritur.

1278. Rex Bohaemiiae occiditur cum multitudine Comanorum; et fuit annus in omnibus abundans.

1279. Scultetus Columbariensis Sifridus[83] castrum Landisperch[84] noscitur inchoasse. Inchoatum est caenobium Praedicatorum.

1280. In Alsatia terrae motus fuit.

1281. Regina uxor regis Ruodolphi moritur in Vienna.*

*Martinus[85] in papam eligitur.

1282. In Alsatia quartale frumenti pro libra, et quartale vini pro duobus solidis ven-
86 debatur[86].*

*Filius regis Rudolffi[87] sepelitur.

1283. Claustrum Alaspach[88] fratres ordinis Minorum multa pecunia comparabant.* Ruodolphus rex obsedit Paterniacum[89].

Mart. 12. *Episcopus Argentinensis[90] obsedit Brunnendrut festo Gregorii.

1284. Rex Ruodolphus uxorem duxit Gallicam[91].

1285. Rex Franciae[92] a Petro[93] rege Arragonum creditur interfectus.*

Iun. 14—18. *Rex Rudolffus obsedit Columbariam 18. Kalendas Iulii, 5 diebus.

1286. Rex Ruodolphus obsedit Luterburch et duo castra domino[94] de Wirtenberch et Stuotgartin.

96 1287. Dominus legatus[95] celebrare concilium[96] voluit. Claustrum Praedicatorum in Argentina clauditur. Villa Sancti Hipolliti[97] devastatur.

1288. In Gebvilre[98] fuerunt nobiles vulnerati. Archiepiscopus Maguntinus[99] obiit.
1 Episcopus Coloniensis[1] capitur. Nicolaus[2] papa efficitur.

1289. Sifridus miles, quondam scultetus Columbariensis, occiditur. Filia Wune Iudei matrimonio copolatur.

1290. Dux Alsatiae Ruodolphus, filius regis, obiit in Praga. Venerabilis dominus episcopus Argentinensis curiam celebravit.

Iul. 15. 1291. Castrum Girsperch destruitur. Rex Ruodolphus obiit Margaretae. Obsidetur Columbaria ab episcopo Argentinensi.

1292. Papa Nicolaus moritur. Comes de Nassouw in regem eligitur Romanorum.

3 1293. Abbas Parisiensis[3] capitur. Rex Adolphus Columbariam obsedit.

c) Nota Sekingen *add. manus* 3.

69) Heinricus IV 1263—1273. 70) Seckingen. 71) Gregorienthal seu Münsterthal a Colmaria ad occid. 72) Goldbach inter St. Amarin et Gebweiler. 73) Eberhardus II. 74) Engelbertus II. 75) Lugduni. 76) Philippus III. 77) Alfonsum X regem Castiliae. 78) quintus. 79) quintus. 80) Iohannes XXI. 81) circiter 25. Dec. 1277, cf. infra Ann. Colm. maior. 1278. 82) tertius. 83) Sifridus de Gundolsheim. 84) Hohen-Landsberg a Colmaria ad occid. 85) quartus. 86) Cf. supra Annal. hospit. Argent. 1282. 87) Hartmannus. 88) Alspach prope Kaisersberg. Cf. infra Annales Colmar. maiores 1282. 89) Peterlingen, Payerne. 90) Conradus III 1273—1299. 91) Elisabetham seu Isabellam. 92) Philippus III. 93) tertio. 94) Eberhardo. 95) Iohannes ep. Tusculanensis. 96) Wirceburgi. 97) Sant-Bilt, St.-Hipolite prope Schlettstadt. 98) Gebweiler inter Ruffach et St. Amarin. 99) Heinricus II. 1) Sifridus. 2) quartus. 3) monasterii Pairis in valle Orbeana, a Colmaria ad occid., dioec. Basil.

1294. Scultetus Columbariensis obiit in captivitate. Rex Adolphus Turingiam et Misinam devastat.

1295. Benedictus[4] papa papatum cum quorundam consilio[a] resignavit. Waltherus[5] scultetus Columbariensis obiit.

1296. Castrum Girsperch reaedificatur. In Argentina Praedicatores celebrant capitulum generale[6]. 6

1297. Ioannes miles, filius Sifridi sculteti, interficitur.

1298. Rex Adolphus interficitur. Albertus dux in regem eligitur. Advocatus terrae Brisgaudeam devastat.

1300.

---

# ANNALES BASILEENSES.

1266. Claustrum et villam Luceiam[7] ventus sive turbo pro magna parte destruxit et
pinnam templi in terram a longe deportavit. Frater Achilles, quondam prior, predicator
generalis[8], incepit crucem ad transmarinas partes predicare. Scalarii et Monachi[9] mili- 9
tes curiam habuerunt Basilee hic.

1267. Tonitrua audita in Alsatia 5. Idus Februarii, et domus incensa prope Badin. Febr. 9.
Cunradus Wernherus de Hadstat[10] ordinem Theutonicorum ingressus; cuius receptioni
multi nobiles ex Alsatia interfuerunt in castro Bucheim[11]. Ex Alsatia plus quam quin- Mart. 2.
genti peregrinati sunt in quadragesima ad partes transmarinas. Eclipsis solis vigilia Apr. 10.
Urbani, predicta a fratre Gotfrido astronomo ordinis Predicatorum in Wormatia. Orta Mai. 24.
est stella in ortu solis pulcra et magna prope lunam, ea existente 18.[12], in mense Iulii 18; Iul. 18.
que magno impetu progressa de luna versus orientem ad medietatem hemisperii, relinquens
post se comam sive nubem albam, vel nubem incensam, que pene per horam apparuit.
Ipsa autem stella in duas divisa: maiorem scilicet precedentem, et minorem sequentem;
pariter esse desierunt. Annus bonus et in omnibus habundans. Comes Phirretarum[13]
emit a comite Montis-pellicardi[14] curiam quandam pro 900 libris; quam tamen non tradidit. 14
Pro qua postea diu litigatum est.

1268. Fui in Urania[15]. In festo Gordiani et Epimachi cecidit risina[16] magna prope Mai. 10.
villam Altdorf et secum duxit lapidem, qui habebat duodecim pedes in latitudine et tredecim
in longitudine; que ecclesiam et multos homines pene deleverat cum predicante, septem
autem vaccas et arbores multas et vineas plurimas devastavit. Circa Columbariam non Febr. 25.
pluit 12 septimanis[17], videlicet a festo Mathię usque ad festum septem fratrum; fuitque Iul. 10.
calor magnus. Magister Ruedigerus[18], prepositus Columbariensis, vir facundus et pluri-
mis scientiis eruditus, cum magna solemnitate primam suam missam celebravit. Ex
nucum habundantia arbores fractę sunt. Renus crevit usque adeo, quod omnes pontes
destruxit.

1269. Comes Rudolffus de Habsburc et cives Columbarienses expugnarunt castrum
Richenstein[19] et ceperunt duos dominos castri, dictos Gesilin. Fecit et in Argentina milites 19
plures. Episcopus Basiliensis emit a comite Gotfrido[20], cognato suo, pro 260 marcis
castrum Biedertan[21]. Dedicatum est monasterium sororum de Columbaria. Crevit 21
vinum bonum.

1270. Botri maturi in octava Petri et Pauli in Rubiaca. Inundatio molendinam in Iul. 6.

a) concilio *cod.*

4) immo Coelestinus V. 5) Waltherus Rösselmann. 6) d. 13. Maii, v. Quetif et Echard Script. ord. Praed. I. p. XVII. 7) Lucelam, Lützel, Lucelle, coen. dioec. Basil., inter Klein-Lützel et Bruntrut. 8) Praedicatores generales appellabantur a Dominicanis magistri in theologia. 9) Die Schaler und die Mönche, gentes Basileenses ad factionem Psittacorum (die Sittiche, Papageyen) pertinentes, cui adversabatur factio Stelliferorum (die Sterner, Sternträger). 10) Cf. supra Ellenhardi chron. ad 1289. p. 131 n. 24. 11) Beuggen, Bücken supra Rheinfelden, ubi domus ordinis Theut. erat. 12) immo 15. 13) Ulricus. 14) Theoderico. 15) Uri. 16) pluvia vehemens. 17) immo septimanis 19 et diebus 4. 18) Rudegerus de Kientzheim, ex canonico Basileensi iam ante Mart. 1264. factus erat praepositus S. Martini Columbariensis. Cf. de eo Trouillat Mon. de Bale II, 97. 139. 158. 159. 273. 290. Obiit a. 1279, v. infra Ann. Colmar. maior. 1279. 19) Reichenstein prope Richenweier (Riquewihr) et Rappoltsweiler. 20) de Habsburg-Laufenburg. 21) Cf. Annal. Colm. minor. 1269.

1270. Iun. 8. Uffhen[22] destruxit; mulier cum puero submersa festo Trinitatis. In Than[23] fotus fuit
pulliculus, quatuor pedes habens, ex ovo gallinę. Per Basileam transivit quidam Stochi-
24 linus[24] nomine, qui dicebat se esse Conradinum, filium regis Conradi, quem Carolus frater
regis Francię cum tribus nobilibus fecit decollari. In Basilea fuit quidam Boppo nomine,
vir mediocris stature, qui dicebatur 10 vel 20 vel etiam multorum amplius vires hominum
habuisse. Comes Montis-pellicardi cepit plures milites, qui dederunt ei duo milia mar-
carum. Comes Phirretarum cepit fratrem suum a latere, nomine Grevelinum, et pro-
curatorem suum Luzardum de Senhen[25], et extorsit ab eis magnam pecuniam. Comes
26 Rudolffus de Habspurg et abbas Sancti Galli[26] exercitum magnum congregantes venerunt
in Seckingen, ut civitatem Basiliensem tribus diebus obsiderent; sed minime potue-
Iul. 15. runt[27]. Domina comitis Gotfridi[28] festo Margarethe filium[29] peperit. Ecclipsis lune
Apr. 7. in crepusculo secunda feria post palmarum et Kalendis Augusti. Rex Francię[30] cum
Aug. 1. filio[31], cruce signati, imperfecto opere in Tunis pariter perierunt. Caput sancti Pantali,
episcopi Basiliensis, qui cum sancta Ursula et sodalibus Colonie fuit decollatus, a viro pro-
vido atque discreto, abbate . . . . . . . . in Basileam delatum[32], ab Heinrico episcopo Basi-
Iul. 25. liensi receptum est cum magna reverentia. Renus magnus in festo Iacobi. Alsa
33 magna in messibus circa Herichen[33]; quod secundum opinionem rusticorum signat sterili-
tatem. Quartale frumenti 30 solidis vendebatur. Viri duo religiosi, Arnaldus et Tiet-
marus, in rufis cappis venerunt in Sueviam, et quedam contra fidem catholicam disse-
rebant.

1271. 1271. Episcopus Argentinensis et episcopus Basiliensis Heinricus obsederunt Mulhu-
c. Iun. 29. sen 6 diebus circa festum apostolorum Petri et Pauli; et frumentum, quod vendebatur in
principio obsidionis 30 solidis, dabatur circa finem pro 30 denariis vel 12 voluntarie. Gal-
lina 2 diebus quinque ova produxit. Basileę in ventre antiqui galli gallinacei reperta
sunt duo ova. Dominus Heinricus episcopus Basiliensis emit a comite Phirretarum
Ulrico et filio eius[34] comitatum Phirretarum pro mille marcis, et ab eo in feodum recepe-
runt[35]. Lupi in Uffholz[36] plures pueros commederunt. Fratres sancti Augustini in
37 Gebwilre-valle[37], in qua ante paucos annos civitas inchoata fuerat, suum capitulum cele-
braverunt. Comes Rudolfus de Habisburch posuit exactionem super homines suos ad-
vocatitios, et accepit ab eis 20 milia quartalia frumenti. Milites Stelliferi[38], expulsi de
Basilea, hinc inde vagabantur. Putrefactum fuit vinum in vineis. Apes profecerunt.
Sept. 1. Gregorius XII.[39] electus in festo Egidii. Comes Gotfridus de Louffinberg[40] obiit[41]. Co-
mes[42] de Friburc[43] obiit. Comes Ruodolfus combussit monasterium Grandis-vallis[44] et
plures villas. De Riehen[45] rustici interfecerunt nobilem virum Wernherum, militem
Basiliensem, dictum de Argentina. Dominus episcopus Basiliensis dedit castrum Er
46 cum 40 marcarum reditibus pro castro Tufinstein[46] domino de Tufunstein. Hoc anno et
prioribus 1270, 1269 commederunt vermes folia arborum, quod vix aliqua cum foliis
inveniebatur. Hoc incommodum sacerdos quidam aqua benedicta arboribus aspersa pro-
hibuit. Mures frumenta devastant; caristia magna. Triginta astronomica, decem
communia, sex Alsatica miliaria faciunt dietam.

1271. Aug. 18. 1272. Tempus nebulosum a 15. Kalend. Septembris usque Hilarii; raro apparuerunt
— 1272. sol vel luna; aura temperata. Comes Rudolfus de Habsburc castrum Tufenstein obsedit
Ian. 12. et funditus destruxit. Castrum Werra[47] reedificatur contra voluntatem sororum de

22) Uffheim inter Basileam et Mülhausen. 23) Thann a Mülhausen ad occid. 24) Stock, Stöcklein, faber Ochsenfurtensis. Cf. Stälin Wirt. Gesch. III, 13. n. 2. 25) Senheim, Cernay prope Thann. 26) Bertholdus de Falkenstein 1244—1272. 27) Cf. narrationem apud Herrgott Gen. Habsb. II, 409. et Trouillat II, 199. 28) de Habsburg-Laufenburg, cuius uxor Elisabeth de Ochsenstein fuisse fertur. 29) Rudolfum, v. Kopp II, 1, 474. n. 5. 30) Ludovicus IX. obiit d. 25. Aug. 31) Iohannes Tristanus, com. Nivernensis, obiit d. 3. Aug. 32) Cf. Goswini decani Coloniensis tab. d. d. 20. Dec. 1254. apud Trouillat I, 615. 33) Ober- et Nieder-Hergheim ad Ill fluv., inter Ensisheim et Ste. Croix. 34) Theobaldo. 35) Cf. tabulas Ulrici comitis d. d. 15. Ian. et 27. Nov. 1271. apud Trouillat II, 205. 217. 36) inter Cernay et Wattwiller. 37) per quam fluit Lauch rivus. 38) Cf. supra p. 193. n. 9. 39) immo X. 40) Laufenburg ad Rhenum fluv. supra Seckingen. 41) Obiisse dicitur d. 29. Sept. cf. Herrgott Gen. Habsb. I, 233. et Necrol. Marisstellani et Necrol. Wettingense ibid. III, 839. 843. 42) Conradus. 43) Freiburg im Breisgau; de Gotfridi et Conradi morte cf. Chron. S. Georgii 1271. ap. Ussermann Prodr. II, 448. 44) Granfelden, *Moutier-Grandval* dioec. Basil., inter Solothurn et Delemont 45) inter Basileam et Lörrach. 46) Tiefenstein in magno duc. Bad., a Waldshut ad occid. 47) Wehr, in valle Wehr fluvii, in magno duc. Bad.

Clingental ab episcopo Basiliensi Heinrico. Iohannes[48] miles de Lansere[49] a servis suis 1272. occiditur. In Watwir[50] et vicinis villis lupi plus quam 40 pueros commederunt. In castro Wolfach[51] gallina quotidie pene duo ova posuit cum duobus vitellis. Festo sancti Mathei rusticus agrum seminavit, sed semen ob delictum periit, et oportuit eum secundo Sept. 21. seminare. Comes Rudolfus de Habspurc cum exercitu veniens prope Friburgum[52] post festum sancte Margarethe, homines et messes nimis graviter devastavit. Volens autem post Iul. 15. cives de Nuwenburc[53] ledere, non potuit; quia dominus Basiliensis affuit eis presidio festinanter. Post plures dies dominus episcopus Renum transiens, comiti Rudolffo plures villas devastavit, plures etiam igne cremavit; cimiterium Richisheim[54] prorsus delevit. Comes 54 Rudolfus congregato exercitu venit prope Basileam, villam ibidem succendit et predam in Seconis deduxit. Basilienses ipsum insecuti, ipsi nocere minime poterant vel audebant. Die octava Laurentii ortus est ignis in domo quadam, et tota Seconis, preter ecclesiam Aug. 17. sancti Petri et domos vicinas 4, penitus concremavit. Ipsa autem die venit episcopus Basiliensis cum suis, opidum expugnavit et omnia, que in eo reperit, demolitus est. Claustrum[a] Otmarsheim[b, 55] cives Nuwenburgenses igne penitus deleverunt. Claustrum Sicikilohen[c, 56] exercitus comitis Rudolfi igne supposito destruxit[d]. Claustrum Guotnowe[e, 57] comes Heinricus[58], frater comitis[59] Friburgensis[f], per ablationem redditum suorum peni- 59 tus devastavit. Suburbium Basiliense prope portam sancte[g] crucis[60] comes Ruodolffus in sequente nocte sancti[h] Bartholomei per flammam devoravit. Frigus fuit magnum Aug. 24. tribus septimanis et precipue tribus diebus ante nativitatem Domini. Congelabatur enim Dec. 25. sacramentum dominici sanguinis ante elevationem eucharistie. Fons congelatus in Sulczmatin[61] et puteus in Rubiaca. Frigus autem in nativitate Domini solvebatur.

1273. Vigilia sancti Silvestri rusticus quidam, Lupus nomine et re, tradidit castrum 1272. Dec. 30. Werra comiti Rudolffo; et captus fuit in eo dominus de Rotelheim[62], clericus, filius sororis 1273. episcopi Basiliensis, et alii multi. Tufenstein castrum destruitur[63]. Homines abbatis Sancti Galli acceperunt comitem Rudolffum in advocatum. Obiit episcopus Curiensis[64], quondam frater ordinis Predicatorum. Obiit episcopus ............... ordinis fratrum Minorum. Episcopus Basiliensis edificavit castrum in Busesheim[65] et castrum ... ...... Marscalcus[66] interficitur. Episcopus Basiliensis edificavit castrum ....... Circa festum sancti Dominici fratres Predicatores[67] perfecerunt suum campanile[68]. Co- Aug. 4. mes Rudolfus de Habsburc obsedit Basileam 3 diebus cum potentia magna circa festum sancte Margarethe. Vallis sancti Gregorii a comite Rudolffo devastatur. Canonici c. Iul. 15. Murbacenses flagellaverunt abbatem suum[69] sanguinis usque ad effusionem. In vigilia 69 sancti Laurentii depredatus est comes Rudolfus villam Clingin[70], et castrum pene ceperat; Aug. 9. et equitavit cum exercitu prope Basileam, et cives non audebant prohibere eum. In festo sancti Mauricii facte sunt treuge usque ad festum sancti Galli inter Basiliensem epi- Sept. 22. scopum et comitem Rudolffum de Habisburc. Milites Stelliferi intraverunt Basileam. Exer- Oct. 16. citus comitis Rudolfi, quo Basileam obsidere voluit, rediit ad sua. Dominus episcopus Basiliensis congregationem suam, qua obsidionem prohibere voluit, dimisit. Sopita est controversia inter Predicatores et Minores propter heresim, que orta fuit in Rhetia prope Augustam. Tempus vindemiarum fuit siccum et amenum; parum vini crevit, quia vinee circa nativitatem Domini frigore perierunt. Dec. 25.

1274. Rudolffus rex Rhomanorum venit Basileam sabatho ad vesperas, in octava Ian. 13.

a) Claustrum — devoravit *leguntur etiam in* 2. b) Oottmarsheim, situm in Alsacia circa Renum non remote 2. c) Sytzenkilche 2. d) destruxerunt 2. e) Güttnow 2. f) in Prisgaudia *add.* 2. g) *deest* 1. h) *deest* 1.

48) Iohannes de Butenheim, cf. tabulas ap. Trouillat II, 188—192. 49) Landser inter Mülhausen et Uffheim. 50) Wattweiler inter Gebweiler et Cernay. 51) in magno duc. Bad., ad Kinzig fl. 52) in Brisgovia. 53) Neuenburg ad Rhenum, in Brisgovia. 54) Rixheim a Mülhausen ad orientem. 55) Ottmarsheim prope Rhenum fluv., a Mülhausen ad orientem. 56) Sitzenkirch in magno duc. Bad., a Kandern ad septentriones. De hoc parthenonis incendio ante d. 16. Aug. 1272. facto cf. Arnoldi abbatis S. Blasii tab. ap. Gerbert. H. N. S. III, 188. 57) Gutnau ad Rhenum, a Neuenburg ad meridiem, ex adverso Ottmarsheim. 58) de Neuenburg et Badenweiler. 59) Eginonis. 60) hodie suburbium S. Iohannis. 61) Sultzmatt a Ruffach ad occid. 62) Rötteln in magno duc. Bad., a Lörrach ad septentriones. 63) Cf. 1272. 64) Heinricus IV. 65) Biesheim ad Rhenum, a Neu-Breisach ad septentrionem. 66) magister civium Basileensium; cf. Chron. Colmariens. infra. 67) Basileenses. 68) turrim, in qua pendent campanae. 69) Bertholdum de Steinbrunn. 70) V. Ellenhardi Chron. supra p. 123, n. 40.

1274. epiphanie, scilicet Idibus Ianuarii, G littera dominicali, receptus ab episcopo Basiliensi
Ian. 13. Heinrico totoque clero civitatis, presentibus fratribus Predicatoribus quadraginta duobus,
fratribus Minoribus triginta sex, Sacatis 12, et fratribus beate Virginis octo, totaque multitudine civitatis virorum pariter et mulierum. Venit etiam rex cum 100 militibus et multis
71 aliis; introduxit Stelliferos cum magna gloria et honore. Zafusenses[71] se mutuo necaverunt.
Febr. 2. Filie quatuor Rudolfi[72] festo purificationis missam audierunt in presbiterio[a]
fratrum Predicatorum[73] et candelas maximas obtulerunt. Hiems calida fuit valde. Epi-
Mart. 29. scopus Constantiensis[74] obiit in quadragesima. In cena Domini natus fuit puer prope
Louffinberc habens manus et pedes anseris et caput monstruosum per omnia. Domina-
Mart. 23. bus de Sancto Marco[75] furate fuerunt reliquię a quodam monacho. 10.[76] Kalend. Aprilis
fuit pasca Iudeorum. Crux sancti Andreę in Seconis liberavit quendam fistula laborantem. Reliquie sancti Hilarii quosdam laborantes dolore oculorum liberarunt. In claustro
77 Interlacensi[77] exoculatus fuit quidam canonicus a tribus conversis. Bolonia[78] per ignem
devastata est. Iuvenis quidam, quia virginem vi cognovit, vivus sepelitur in Columbaria. Ordeum novum trituratum fuit tribus septimanis ante festum Iohannis baptiste.
Iun. 24. A Ianuario usque ad festum Iohannis baptiste dies frigidi eţ tenebrosi; circa plenilunium
Iun. 26. et novilunium pluebat et legumina sine vermibus creverunt. 6. Kal. Iulii magna pluvia.
Renus tum tantus, quantus unquam antehac anno; omnes pontes destruebat, nisi dum
Iul. 25. festo Iacobi pluere cessabat. Dies clari et calidi. Anniversarium domini Nicolai de
Mai. 18. Titishein[79] 15. Kal. Iunii; translata fuerunt ossa eius de claustro Ystein[80] ad fratres Predicatorum, eţ ibidem in cimiterio Basileę solemniter tumulata. Basileam venit equus venalis 2½ annorum, qui altitudine viros non paucos superabat; estimabatur 200 marcis. venditus esset[b] 100 marcis. Cere et mellis copia. Sorores in Clingintal vendiderunt regi Rudolfo quod dominus de Clingin in Werra dederat ad emendum. In festo sancte
Iul. 15. Margarethe comes Ludovicus de Froburc[81] dedit omnia castra sua regi Rudolfo tali con-
Aug. 17. ditione, quod pro eo restitueret universis. In octava sancti Laurentii, G littera dominicali, luna 12, translate sunt 12 sorores de Clingental, et inceperunt edificare dormitorium
82 cum lapidibus magnum et pulcrum prope Rhenum Basilee[82]. Rex Rudolfus fecit novam
Dec. 6. monetam, imprimens numisma regis coronati. Octavo Idus Decembris cecidit pruina.
Sept. 15. Heinricus Basiliensis episcopus obiit octava nativitatis Marie. 13. Kal. Octobris cecidit
Sept. 19. Nov. 11. pruina magna et multos botros deturpavit. In festo sancti Martini incepit vindemia. Episcopus Argentinensis[c] precepit advocato in Rubiaca, ut confiscaret res ecclesie Marpacensis et solveret debita, quia abbas et canonici in solutione debitorum non poterant concor-
c. Oct. 4. dare. Filia regis Rudolfi, ducissa Bavarie[83], peperit filium[84] circa 4. Non. Octobr. In
88 episcopatu Basiliensi in wale Susinga[85] que est prope Monasterium[86], reperiuntur capitones[87] sine viscositate[88] et coniunguntur quatuor episcopatus ibidem[89]. Sorores in Clin-
Aug. 11. gental inceperunt edificare dormitorium in Basilea ex alia parte Rheni infra octavam sancti
Nov. 11. Dominici longum et latum, et intra 13 septimanas, hoc est festo sancti Martini, tectum eius vidimus consummatum. Quartanarii[90] multi; pregnantes moriebantur. Episcopus[d] Argentinensis de Liechtenberg[91] exactionem magnam, qualem nullus antecessorum, imponere ausus est. Qui antea solidum, 2, 3 vel 4 solvebant antecessoribus suis, iam talentum vel duo solvere cogebantur; divites antea, quemadmodum milites, liberi ab exactione permanebant. Episcopus cum clamorem pauperum intellexisset, profectus in Rubiacam
92 et Sulcz[92], tabulas exactionum afferri iussit, in quibus, ubi talentum reperit, marcam scribi

a) presbitorio *cod.* b) *an* est? c) Argentinensis *in lacuna posuerunt Gérard et Liblin.* d) 1274. Episcopus — translulerunt *leguntur in cod. fol.* 99; *eaque ad annales pertinere, docet alia, quae ibidem reperitur, relatio annalium anno* 1275. *desumpta.*

71) Schaffhausenses. 72) Hedwigis (seu Helwic), Katharina, Clementia, Guota: nam Mathildis et Agnes iam a. 1273. in matrimonio collocatae erant. 73) Basileensium. 74) Eberhardus II. 75) S. Marci claustrum prope Gebersweiler, inter Colmariam et Ruffach. 76) immo 9. 77) Interlaken coen. dioec. Lausannensis. 78) Bologna. De hoc incendio cf. Cronica di Bologna 1274. apud Murator. Rer. It. SS. XVIII, 286. 79) Deidesheim. Cf. Annal. Colmar. min. 1249. 80) Istein ad Rhenum fluv., in magno duc. Bad., inter Basileam et Neuenburg. 81) Froburg prope Olten in Aargovia. 82) in ulteriore Basilea, Kleinbasel, v. tab. d. 9. Ian. 1273. ap. Trouillat II, 233. 83) Mathildis, uxor Ludovici II. ducis Bav. sup. 84) Rudolfum, ut videtur, postea ducem Bavariae sup., huius nominis I. 85) hodie Immerthal, val de St. Imier, per quam vallem fluit Süss fluv. (la Suze). 86) Granfelden, Moutier Grandval. 87) quoddam piscium genus. 88) sine visco, sine glutino. 89) Cf. Trouillat II, 249. n. 6. 90) febri quartana correpti. 91) Conradus III. 92) Sultz a Ruffach ad meridiem.

iussit. A divitibus quibusdam 10, 20 usque 50 marcas novimus abstulisse. Neque viduis 1274.
neque virginibus devotis pepercit. Ex ditione episcopi Argentinensis plurimi ad alios dominos se transtulerunt. Rex[a] Rudolphus curiam celebravit circa Martini in Nurenberg, c. Nov. 11.
ubi habuit quatuordecim milia equorum pharelatorum, et citavit in ea regem Boemie. Titulus petre pertuse[93] vel perforate, que est in diocesi Basiliensi, in valle Sergowe[94]: 93

*Numinis Augusti vis ducta per ardua rupis*
*Indicat indigenis cuncta subire malis*[95.*]

Comites de Habspurg,




1275. Infra octavam nativitatis Domini convenerunt dux de Teck[96], cancellarius regis Ian. 1.
Rudolfi[97], archidiaconus Basiliensis, electus episcopus[98], et plures alii in Basilea, preparantes iter ad pontificem Rhomanum Gregorium papam, ut rex in imperatorem consecretur. Domus in Altkilch[99] cecidit, 10 homines interfecit. Concubina prepositi Sancti Amarini se suspendit, que tamen multis annis a lecto prepositi separata fuit. Comes Feb. 1.
Ulricus de Pfirreto obiit vigilia purificationis[1]. Mulier in Bructu[2] puerum genuit capite 2
ovino. Nix magna, circa Basileam tolerabilis, circa Rubiacam vix equo ambulare licuit, circa Bernam et Monasterietum spissitudine 4 pedum. Infra dominicam pasce venit Apr. 14.
legatus Basileam. Mulier in infirmitate sua tantum aquam bibit et sex septimanis extitit

* *sequuntur, in cod. principe sine dubio postea addita, haec:* Nota, quod anno 1232 receperunt aream sorores de Columbaria in Uffmulin; 1234 translate sunt ad fratres Basilienses de Argentinensibus; 1245 obtinuerunt ordinem Predicatorum; 1252 intraverunt Columbariam; 1269 translate sunt ad fratres Friburgenses de Basiliensibus. 1277 receperunt se fratres Predicatorum ad Columbariam[3]. 3

a) 1274. Rex — Boemie, *quae leguntur in cod. fol.* 103', *ad annales referenda esse, patet infra ex a.* 1275, *ubi rex Bohemiae dicitur* secundario *citatus esse.* b) *sic cod.*

93) Pierre-pertuis, ubi Birs fluv. oritur, a Biel ad septentriones. 94) Sornegau. 95) Hunc titulum ex codice nostro male descriptum edidit Roth (Historische Zeitung der Schweizer geschichtsforschenden Gesellsch. 1854. n. 1.). Mommsen autem (Inscript. confoederationis Helveticae latinae, in Mittheilungen der antiqu. Gesellsch. in Zürich X, 34.) in ipsa rupe reperit haec:

NVMINI AVGVS
T////VM
VIA//ICTA PER M
DVI/IVM PATER·M
IIVIR/I COL HELVET//

96) Ludewicus. 97) Rudolfus de Hoheneck, abbas Campidunensis. V. Böhmer Reg. Rud. p. 56. 98) Petrus Dives. Cf. Trouillat II, 257. n. 2. 99) Altkirch. 1) Cf. eius tab. d. d. 31. Ian. 1275. ap. Trouillat II, 257. 2) Brugg ad Aar fluv. 3) In cod. Carlsruhensi membr. fol. 1. leguntur manu saec. XIII. exaratae similes de sororibus Colmariensibus notitiae (ap. Mone Anzeiger 1834. p. 225 editae), quas placet hoc loco describi. Sunt autem hae:

*Anno Domini* 1232. *receperunt sorores de Columbaria aream in Ufmulin, et erant earum octo, in vigilia nativitatis sancti Iohannis baptiste; induerunt autem habitum religiosum in festo sancti Andree a fratre Waltero, lectore fratrum Predicatorum fratrum Argentinensium, sub magistro Iordane.* Iun. 23. Nov. 30.

*Anno Domini* 1234. *translate fuerunt de fratribus Argentinensibus ad fratres Basilienses.*

*Anno Domini* 1245. *obtinuerunt ordinem Predicatorum in vigilia omnium sanctorum.* Oct. 31.

*Anno Domini* 1252. *intraverunt civitatem Columbariensem.*

*Anno Domini* 1269. *dedicatum fuit monasterium.*

*Anno Domini* 1269. *translate fuerunt ad fratres Vriburgenses.*

1275. sine cibo. Penuria frumenti fuit Basilee; quartale frumenti 10 solidis vendebatur. Fra-
4 tres Predicatores Basilienses nigrum[4] commedebant, cogente eos paupertate. Quarta
Febr. 20. feria in sexagesima fuit ventus validus, nix et frigus magnum. Prior Predicatorum Ba-
Mai. 3. siliensium[5] festo crucis inventionis crucem ad transmarinas partes predicavit. Rudol-
Febr. 2. fus rex[a] festo purificationis[b] in Wirciburg curiam celebravit. Regem Bohemie secun-
Iun. 29. dario[6] citavit, ut[c] suo iudicio compareret. Festo Petri et Pauli Rhenus pontem Basi-
liensem destruxit, submersis plus minus 100 hominibus. Frumentum novum comedi
Iun. 17. octo diebus ante Iohannis baptiste. Ab Argentina usque Mulhusen dicti sunt extare
Aug. 3. piscatores 1500. Tertio Nonas Augusti ventus validissimus, qui vineas et arbores deva-
stavit, ramos ad tria miliaria deportabat; puerum cum cunabulo in villa Hercheim depor-
tavit. Fructus pauci. Canis velter 14 catulos peperit. Rudolfus rex Friburgum[7]
Aug. 25. obsedit 8. Kalend. Septembris. Pridie Non. Maii venit Basileam prespiter cardinalis de
Mai. 6. Cap a[8], receptus a rege et episcopo legato Lombardie[9], a clero et totius civitatis po-
Oct. 6. pulo. Pridie Nonas Octobris Gregorius papa venit Lausannam. Rex Rudolfus venit ad
Oct. 18. eum festo Lucę cum regina et pene cum suis liberis universis. Rex accepit crucem et
regina, et comes Phirretensis[10] et comitissa[11], et pene nobiles qui ad curiam pape vene-
rant universi. Rex plus quam 900 marcas expenderat in vestes preciosas. Papa regi con-
sulerat, ut Romam ad festum penthecostes[12] cum duobus milibus militum veniret, ut eum
in imperatorem Romanorum solenniter coronaret. Papa fratrem Heinricum ordinis Mino-
13 rum in episcopum Basiliensem[13] constituit et consecravit Lausanne[14]. Eundem legatum
Theutonie super congreganda decima clericorum constituit, et ut 12 milia marcarum dare[d]
Rudolffo regi[15], postquam montana transiret. Cruce signatis papa dixit ut post duos ....[e]
a festo purificationis pariter transfretarent. Cellarium sororum in Columbaria consu-
matum est. Fratres Minores quendam abbatem Cisterciensem incarcerarunt penisque
maximis afflixerunt. Cistercienses capitulo generali contra statuerunt, ut nullus Minorum
recipiatur hospicio in claustris vel grangiis[16] suis, nec missa vel predicatio eorum audia-
tur. Rex Hispanie 4 domos ordinis Cisterciensis constituit precedente anno, quarum
quelibet fovere debet quingentos milites ad impugnandos paganos. Vidi in castro Fri-
burc balistam, cuius arcus de cornu nobili longitudo 13 pedes habebat. Castellum Sulcz-
Oct. 18. bach[17] in valle Gregorii muris et fossato cingitur festo sancti Lucę. Heinricus episco-
Oct. 9. pus Basiliensis venit Basileam, festo Dionisii a papa Gregorio confirmatus[18]. Octava sancti
Nov. 18. Martini rex et regina et episcopus Basiliensis Basileam veniunt; prandium fecerunt in domo
Predicatorum. Episcopus primam suam missam celebravit et sinodum. Falsarius
monete coctus in caldario Columbarie. Grandines 4 in Böceberc[19] ceciderunt; ex qui-
bus una lapides habuit ut ova gallinarum, que omnia devastavit. Porci semivivi de agris
domum delati[f].

1276. 1276. Cunzo Teyto[g] de Senhin vixit annis 110; obiit[h] 1277. *Vinee in Ianuario pu-
tate proferunt grana solum nucleum habentia; pingues putentur luna crescente, macrę luna
decrescente; putatio in Marcio melior:* hec rustici. Dux Lotharingie[20] victus a comite
21 Geminę-pontis[21]; utrimque ceciderunt multi et equi et homines. Milites regis Rudolffi
adversariorum multos ceperunt, plurimos occiderunt in Lombardia prope Mediolanum[22].
Ex captivis plures decapitati ignorantibus stipendiariis; dolentes ob hoc, diutius ibidem
manere noluerunt. Episcopus Basiliensis hospitalarium[i] Monasterii[23], quod est in Sego-
24 gia[24] cepit, qui multos pauperes longis temporibus exactionibus suis plurimum pertur-
bavit. Fratres sancti Augustini de Mulhusen transtulerunt se Basileam. Destructa

a) Rex Rudolfus — compareret *leguntur etiam in cod. fol.* 99. b) penthecostes *fol.* 15. purificationis *fol.* 99. c) ut — compareret *desunt fol.* 15. d) daret *videtur legendum.* e) annos *excidisse videtur.* f) delata *cod.* g) *sive* Texto. h) obiit 1277. *eadem manu post addita.* i) *sequitur* quod *eadem manu deletum.*

4) sc. panem. 5) H. prior Praed. Basil. reperitur in tabb. a. 1270 et 1273, apud Trouillat II, 198. 233. 6) Cf. 1274. 7) in Brisgovia. 8) Cf. Annal. Colm. min. 1275. 9) Wilhelmo episcopo Ferrariensi; cf. Ughelli II, 544. 10) Theobaldus. 11) Catharina. 12) ad 24. Mai. 1276. Sed cf. Ann. S. Rudberti Salisb. 1275, SS. IX, 801, ubi coronatio dicitur ad purificationem (2. Febr. 1276.) dilata esse. 13) Heinricum IV de Isny, 1275—1286. 14) die 9. Oct. Cf. infra. 15) Cf. Rudolfi ep. ap. Gerbert. Cod. ep. Rud. p. 87. 16) praediis. 17) Saltzbach a Colmaria ad occid. 18) Lausannae, ubi etiam d. 20 et 21. Oct. moratus est Heinricus, ut docent tabulae Rudolfi regis, vid. Böhmer Reg. Rud. n. 207. 208. 19) Bötzberg prope Brugg in Aargovia. 20) Fridericus III. 21) Heinrico II; cf. Crollius Orig. Bipont. II, 92. 22) Cf. Muratori Ann. d'It. 1276. 23) Granfelden, Moutier Granval. 24) in Sergogia, im Sornegau.

fuit domus sancti Augustini in Nulenberc[25] a populo, rege minime probibente. Grego- 1276.
rius papa XII.[26] obiit infra octavam epiphanie. Prope castrum Tierstein[27] arbor existit Ian. 13
pulcra prope viam, sub cuius umbra rustici quiescere noluerunt, eo quod multi sub ea
quiescentes fuerint graviter infirmati. Hiems gravis et longa. Festo Nicolai nix in Dec. 6.
montanis Alsatie, sed in planicie in vigilia nativitatis cecidit, durans usque ad festum Sco- Dec. 24.
lastice. Frater Petrus de Tarantasio[28] ordinis Predicatorum, archiepiscopus Lugdunen- Febr. 10.
sis[29], in papam eligitur, Innocentius[30] dictus. Soror Agnes ex primis quatuor, que mo- 29
nasterium sancti Iohannis-sub-tilia[31] construxerunt, obiit. Regina regis Rudolfi filium
peperit elegantem[32] in Rinfeldia[33] festo Valentini; hic breve tempus vixit. In Turrego Febr. 14.
lupa domestica peperit duos lupos rufos, duos veltres albos et tres catulos maculosos
generum diversorum. Nux in circumferentia habens 42 palmas. pirus habens 21 pal-
mas. Prope Rinfeldiam gallina uno die 11 ova posuit. In Huningin[34] duo canes
fuerunt, qui pisces sub aqua et alia animalia aquatica capiebant. Miles Zecho veltrem
canem habuit, qui scalas ascendere et descendere poterat. Wernherus in Wilre[35] ca-
nem habebat, qui speriolos[36] in arbore capiebat. In Olsperc[37] ordine Cisterciensi soror 38
extitit, que sine potu annis 11 permansit. In Sulcz[38] prope Rubiacam decoctus fuit mo-
netarius, servus domini Iohannis de Iungholcz[39]. In Sulcz[40] prope Louffenberg fons
salis oriebatur. In Loffenberc gallus magnus ex Italia, sub cuius ventre gallina trans-
ibat. Vigilia kathedre Petri[a] mulier peperit filium, in cuius partu laboraverat 7 septi- Febr. 21.
manis. In Boceberc plebanus fuit, qui octoginta annis ibidem celebravit. Basileam
quidam corpore debilis venit, qui funem protensum de campanili maioris ecclesie ad do-
mum cantoris manibus et pedibus descendebat. Nisus[41] unus[b] 84 anetas[42], vasanos[43] 9,
cornices 7, picas una die 7, monedulas multas. Scolaris quidam parvulus domum patris
rustici divitis dereliquit et in monasterio Grandis-vallis mendicans cum pauperibus mora-
batur, quo tempore plebanus in Böceberc viam carnis ingressus est universe. Dominus de
Hohinberc[44], patronus ecclesie, contulit[c] puero supradicto; nuncius id deferens invenit
eum in monasterio mendicum. Hic[45] in ecclesia iam dicta Böceberc celebravit annis 80; 45
hic visum pene perdiderat pre nimia senectute; dentes perdiderat, sed septem iuvenes
recreverunt; huic crines cani in nigredinem fuerunt transmutati; hic optabat, ut saltem
tribus diebus ante mortem continens permaneret[d]. Die pasce botri videbantur, scilicet Apr. 5.
Nonis Aprileis. Tertia et quarta feria sequenti vineae frigore perierunt. Rex obsedit Apr. 7. 8.
dominum[46] de Fleckenstein[47] pro eo quod ceperat episcopum Spirensem[48] pro pecunia,
quam pro adiutorio promiserat. Dominus de Fleckenstein se et sua in regis tradidit pote-
statem. Regina laboravit, ut dormitorium et cellas fratrum Predicatorum[49] cum paucis
dominabus intraret, et vix potuit precibus obtinere. Carolus, Ruodolphi regis filius,
natus festo Valentini hoc anno[50], sepultus est in medio chori maioris ecclesiae Basiliensis; 50
et interfuerunt exequiis eius omnes relligiosi et clerici minores pariterque maiores, milites
universi et ex civibus honestiores multi, mulieres multae, et regina cum pluribus domina-
bus. Fuit et pheretrum coopertum nobili baldico[51], quod ecclesiae reliquerunt. Frater
Emundus, quondam provincialis Theutoniae Praedicatorum[52], a rege Ruodolpho mittitur
ad curiam ad occulta negotia pertractanda. Regina fecit adduci in hortum Praedicato-
rum in Basilea porcum spinosum, ut viderent in eo Dei mirabilem creaturam. Henricus
episcopus Argentinensis[53] celebravit primam missam suam magna solemnitate. In Sultz- 53
mat capra quattuor capellas peperit. Botri floruerunt 9. Kalend. Iunii, et eadem die Mai. 24.

a) Petre *cod.* b) cepit *excidisse videtur.* c) eam *excidit.* d) *sequitur in cod. folium, cuius pagina prior res anni 1278. continet, posterior vacua est.*

25) an Nurenberc? 26) immo Gregorius X. qui obiit d. 10. Ian. 1276. 27) Thierstein in pago Solothurn, a Laufen ad meridiem. 28) Tarantaise. 29) Petrus II, electus archiepiscopus a. 1272. 30) Innocentius V, electus d. 21. Ian. 1276. 31) Colmariae. 32) Carolum, cf. infra. 33) Rheinfelden. 34) Hüningen a Basilea ad septentriones. 35) Willer a Basilea ad occidentem. 36) sciuros. 37) Olsberg a Rheinfelden ad meridiem. 38) cf. supra p. 196. n. 92. 39) Iungholz a Gebweiler ad meridiem. 40) Sulz in Aargovia, a Laufenberg ad meridiem. 41) falco. 42) anates. 43) phasianos. 44) Homberg inter Sissach et Olten. 45) plebanus, v. supra. 46) Wolfranum. V. Schöpflin Als. ill. p. 625. 47) in Alsatia inferiore, a Weissenburg ad occid. 48) Fridericum, 1272—1302. 49) Basileensium. 50) cf. supra. 51) aulaeo. 52) invenitur in tabb. d. d. 21. et 25. Mart. 1278. ap. Schöpflin Alsat. dipl. II, 17. et Trouillat II, 290. 53) Mendum in his verbis inest. Eo tempore enim Argentinensis episcopus erat Conradus III, 1273—1299.

1276. grana frumenti matura in Alsatia commedebantur. Pridie Calendas Iunii comes Theo-
Mai. 31. baldus de Phireto fecit curiam magnam, cui interfuit rex et regina; dux Lothoringiae et
milites multi. 7. Nonas Iunii predicavit frater Eberhardus ordinis Praedicatorum in
Basilea, et receperunt ab eo ad partes transmarinas multi crucem Domini gloriosam. In
54 Rhotwilre[54] soror inclusa tres pueros una die peperit et quarto die quartum puerum prio-
ribus addebat. Controversia orta est inter abbatissam et conventum dominarum Vallis-
Masonis[55]. Rex Ruodolphus ad capitulum Praedicatorum, Pysae celebratum[56], misit
c. Iul. 15. triginta marcas. Mappam mundi[57] correxi circa Margretae. Basileae messes fuerunt
Iul. 1. inchoatae infra octavas sancti Ioannis baptistae. Abbates Morbacenses: Hugo, Alber-
tus gyppus de Fronburg, Theobaldus, Bertholdus de Steinenbrun. Innocentius[58], de-
cimo sexto anno aetatis ordinem Praedicatorum ingressus, 30 annis in eodem mansit; in
archęepiscopatu[59] non peregit annum, in cardinalatu annum non perfecit, in papatu per
annum non poterat residere[60]. In theologia 12 annis Parisius rexit, post factus provin-
cialis. Cardinalis Othobonus[61] in papam[a, 62] eligitur. Soror . . . . . . . . de Sultzmatte,
scriptrix sororum de Clingenthal, lexionarium hyemalem Praedicatorum Basiliensium sola
penna retulit se scripsisse; reliquam lexionarii partem penna sola modice consummavit.
Minores Basileae capitulum celebrabant, et regina 10 marcas eis pro servicio mini-
63 stravit. In Treviri monachus nigri[63] ordinis extitit anno 1200, qui crinem toto suo cor-
Aug. 2. pore non habebat. 4. Non. Augusti visa sunt de dormitorio Praedicatorum[64] lumina
Aug. 4. multa, per modum pugnantium discurrentia. In festo Dominici praeparavit Ruodolphus
Aug. 9. rex expeditionem suam contra regem Bohaemorum. In vigilia sancti Laurentii inter-
fectus fuit clericus conversus de hospitali pauperum[64]. Fraga, quae hymper vocantur,
Aug. 15. et botros commedi in assumptione Virginis beatae, et eodem die fructum et flores plures
arbores habuerunt. In castro Reginspreg[65] cristallum vidi, quem levare poteram cum
labore. Vinum circa Thuregum periit. Adrianus papa moritur[66]; Ioannes[67] papa
eligitur. Supra Argentinam nubes apparuit rufa, in modum crucis transformata, post
post Mart. 29. festum palmarum. Item praecedenti anno circa pascam[68] duo circuli circa solem, colorem
iris habentes[b], se mutuo intersecaverunt et duas cruces facere videbantur; apparuerunt
autem in fratris Minoris praedicatione, qui etiam crucem praedicabat ad transmarinas
Apr 3. partes. Die parasceuge rex Franciae[69] vicit paganos, multos cepit et plurimos inter-
Sept. 23. fecit. Nono[c] Calendas Octobris obiit advocatissa Alsatiae, filia comitis Phiretarum[70], in
72 castro Plixiberg[71], uxor Conradi Wernheri[72], sepulta in cymiterio Sancti Ioannis-sub-thilia
Sept. 17. in Columbaria. 15. Calendas Octobris episcopus Basiliensis venit infirmus de curia
Romana, et novem de familia sua perierunt; caeteri vero de familia sua perierunt etc. Ante
Mart. 20. festum sancti Ioannis floruerunt quinque septimanis vineae. A centro terre usque ad
oceanum sunt itinera 20 septimanarum. Diete 140 miliaria sunt 5400[73]; 50 miliaria
faciunt dietam; 7[d] miliaria Theutonica faciunt dietam; 30,000 pedum faciunt miliare Theu-
tonicum et sex Lombardica*. Episcopus[e] Basiliensis visitavit canonicos Sancti Leonardi[74]
de regula sancti Augustini; et unum ex eis causa correctionis misit ad monasterium Inter-
lacense, secundum[f] ad monasterium Parisiense[g, 75], tertium vero Bellen[76], quartum misit
Argentinam ad Sanctum Arbogastum. Preposito vero nomen mutavit et priorem nominavit
et ei procuratorem adiunxit, sine cuius licentia vel scitu de rebus monasterii nihil poterat
77 ordinare. Interfectus civis Rubeaquensis, dictus de Mercholczheim[77]. Combustus fuit

* *In cod. fol.* 135' *leguntur haec:* 5 pedes faciunt passum; 125 pedes stadium; octo stadia miliare faciunt; quinque milia pedum faciunt etiam miliare; mille passus miliare faciunt quoque; 6 miliaria Italica faciunt miliare Germanicum; 5 miliaria Theutonica faciunt dietam.

a) cardinalem *cod.* b) habentia *cod.* c) Nona *cod.* d) 8 *corr. manu* 1: 7. e) episcopus — licentia *excerpta leguntur etiam in cod. f.* 140. f) unum *cod. f.* 140. g) Barisiense *cod. f.* 140.

54) Rotweil in regno Wirtemb. 55) Masmünster, Massevaux in media valle Masoniana, a Mülhausen ad occid. 56) d. 24. Mai.; cf. Quetif et Echard I, p. XVII. 57) Cf. supra p. 187. n. 11. 58) quintus, papa; de cuius vita cf. Quetif et Echard I, 350. 59) Lugdunensi. 60) electus d. 21. Ian. obiit d. 22. Iunii 1276. 61) diac. card. S. Adriani. 62) Adrianum V, d. 12. Iul. 63) i. e. Benedictini. 64) Basileensium. 65) Regensberg a Zürich ad septentriones. 66) Aug. 18. 67) Iohannes XXI. electus d. 13. Sept. 68) 1275. Apr. 14. 69) Philippus III. 70) Ulrici. 71) Pflichteburg, Plixburg a Colmaria ad occidentem. 72) de Hadstat. 73) Numeri depravati. 74) Basileenses. 75) Pairis. 76) Videtur Bellelagia esse, Bellelay dioec. Basil., a Moutier Grandval ad occid. 77) Merxheim inter Ruffach et Ensisheim.

hereticus in vigilia omnium sanctorum. Dominus[a] episcopus Basiliensis emit omnes 1276. Oct. 31. res comitis Phyretensis[b] cum comitatu, et emptionem suis literis confirmavit. Exusta Vallis sancti Gregorii 1278. Monachi de Sancto Urbano apud Solodorum Cysterciensis ordinis expendere haec annis singulis retulerunt: Mille quartalia speltae, 500 siliginis[c], 500 avenae, 200 leguminum; 60 quartalia in elymosinarum pauperibus erogabant. Ante adventum Domini treugae factae sunt inter regem Franciae, qui habebat 300 milia aequitum ante Nov. 29. et electorum, balistariorum vero equitum 40 milia, et regem Hyspaniae, qui habebat multitudinem hominum infinitam. In vigilia sancti Clementis infra matutinas Praedicatorum Nov. 23. Basileae fuit ecclipsis lunae, quam frater iuvenis eiusdem ordinis praedixit et fratribus ostendit. Crastino sanctae Catharinae facta est compositio inter regem Bohoemiae et Nov. 26. regem Ruodolphum Romanorum[78]. In Rhinfelden Rhenus oppertus extitit glatiae et via 78 patuit cuilibet transeunti. Frigus solutum fuit festo Hilarii. Nativitas Domini feria sexta 1277. Ian. 13. fuit; episcopus Basiliensis cum familia carnes commedit; qui carnes commedere nolebant, habebant pisces magnos.

1277. Regina[d] Theutoniae tempore quadragesimae[e] pluribus diebus cum sex tantum Feb. Mart. dominabus in claustro sororum de[f] Clingenthal[79] morabatur. Ab Hostein[80] naves per 80 agros in Columbariam ducebantur. Prope Basileam foditur argentum, ferrum et plumbum; et aurum invenitur in aquis. In montibus vallis Werre frequentaverunt ecclesias in circulis[81] propter nives annunciationis Marię. Post pasca regina de Rhinfelden pro- Mart. 25. ficiscens, venit Constantiam, inde Bavariam. Sequebatur autem ipsam Henricus, episcopus post Mart. 28. Basiliensis, circa ascensionem[g] Domini cum equis septuaginta. In Guowenstein[82] cor- c. Mai. 6. nua duo cervi longitudine 3 pedum, ex quibus 16 cornua processerunt. Basileae captus salmo septem pedum venditus triginta duobus solidis; sed in foro publico valuisset tres libras. Civis Rhinfeldensis, Metter nomine, obiit. In Urania nigromanticus quidam cum quibusdam rusticis voluit artem suam exercere pro pecunia. Interim grando vallem maximis lapidibus impetebat. Unde armata manu montes ascenderunt et ipsum cum discipulis suis ter violenter de propriis finibus eiecerunt. Nonis Iunii canonici ecclesie Iun. 5. maioris Basiliensis et canonici Sancti Leonardi et Sancti Petri, fratres Minores et Predicatores iverunt ad Sanctum Theodorum et sorores in Clingental; sequenti vero sabatho iverunt Iun. 12. ad Predicatores et ad Hospitalarios sancti Iohannis baptistę. Comes Eberhardus[83] civitatem Friburg in Oehland[84] dedit regi Ruodolpho pro tribus marcis[85]; pro qua comes Sabaudiae[86] nona milia dedisset, si Ruodolphus rex sibi vendere permisisset. In villa Cella puella octavo aetatis suae anno puerum peperit. In Nolliwilre[87] castro prope Sultz[88] inventa 88 est calvaria serpentis magni; et lingua eius, vulgariter noterzunge, datur regi Ruodolpho pro clenodio, cuius vis toxicum prodere. Regina Theutoniae in Wiena recipitur. In Austria rex Ruodolphus novam adexactionem adinvenit, et a quolibet aratro quinque solidos postulavit. Comitem de Hohinberch[89], cognatum regis, dominus Hagineche[90] in regis praesentia vulneravit. Episcopus Lausanensis[91] plures haereticos in Friburgo[84] et Berna auxilio Praedicatorum et Minorum ....... Rex Rudolphus dominum Haspisperch ob vicium sodomiticum combussit. Nova retia[h] inventa prope Constantiam, per quae pisces plurimi capiebantur. Episcopus Metensis[92] et Argentinensis ducem Lothoringiae impugnant; dux duodecim currus episcopo Argentinensi abstulit. Postea res composita est. Dominus N. de Rheno[93], nobilis, dives et hospitalis, praepositus in Luthen- 93 baccho, natus fuit sex septimanis ante tempus iusti partus. Hic vixit annis nonaginta. Hic

a) Dominus episcopus — elemosinarum *excerpta leguntur etiam in cod. f.* 140. b) Phirretensis *cod. f.* 140. c) siguli *cod. f.* 140. d) Regina — morabatur *leguntur etiam in cod. f.* 140'. e) quadrigesimae *cod. fol.* 22'. f) sororum de *desunt cod. f.* 22'. g) assentionem *cod.* h) rhetis *cod.*

78) Böhmer Reg. Rud. n. 290. 79) Basileae. Cf. Annae reginae tab. d. Basileae d. 6. Mart. 1277. apud Schöpflin Als. dipl. II, 14. 80) Ostein a Ruffach ad meridiem. 81) catervatim. 82) Gauenstein, seu Auenstein ad Aar fluv. inter Aarau et Brugg. 83) de Habsburg, patruelis Rudolfi regis. 84) Freiburg im Uechtland. 85) immo *pro tribus milibus marcarum et quadraginta marcis legalis argenti*, ut legimus in ipsa venditionis tabula d. d. 26. Nov. 1277. apud Lichnowsky Gesch. des Hauses Habsburg I. p. CLXIII. 86) Philippus. 87) immo Olliwilre, Ollweiler inter Sultz et Wattweiler. Cf. Schöpflin Als. ill. II, 87. not. g. 88) a Ruffach ad meridiem. 89) quem Albertum, fratrem Annae reginae, comitem de Hohenberg (Haigerloch) fuisse vult Lichnowsky I, 449. not. 18. 90) de Hageneck, inter Colmariam et Sultzbach. 91) Wilhelmus II. 1275—1302. 92) Laurentius 1269—1279. 93) ze Rhin, gens nobilis Basileensis.

1277. in ovina pelle positus et in calefactorio positus usque ad tempus pregnantibus assigna-
94 tum. Centum capita compositi kabisköpf[94] venditi in Sulcz duobus solidis. Episcopus Argentinensis de civibus in Sulcz 80 marcas accipiebat, qui antecessoribus suis cum murmure vix 60 marcas solvebant. Episcopus Coloniensis[95] cum 12 aliis coniurantes impugnarunt comitem de Gulch[96]. Annus in omnibus habundans, excepto lino. Quartale ordei 3 solidis, avene 18 denariis, sigulum 4 solidis, triticum 6 solidis. Canonici Sancti Petri Basiliensis aream, que sita est ex opposito monasterii sancti Petri plantationibus arborum repleverunt. In Sultz quaedam meretrices domesticae a meretricibus sylvestribus baculis expulsae. Rex Franciae 300 magistros pro eo, quod contra catholicam fidem quosdam articulos defendere nitebantur, ...... Albertus Magnus lector Coloniae. Clericus vagus Basileae serpentes capiebat, ad libitum eis utebatur et mirabilia faciebat. In Senheim Henricus procurator hospitale pauperum inchoavit. Ioannes papa, magus, in omnibus disciplinis instructus, religiosis infestus, contemnens decreta
99 concilii generalis, obiit hoc anno[97] Nicolaus[98] papa electus est, antea dictus Caietanus[99], diu discordantibus cardinalibus.

---

# ANNALES COLMARIENSES MAIORES.

1277. Dec. 24. 1278. Predicatores[a] vigilia nativitatis aream suam in Columbaria plus quam quin-
1278. gentis marcis comparaverunt. Vigilia epiphanie edificium inceperunt. Sororum Columba-
Ian. 5. riensium cimiterium dedicatum et altare sancte Margarethe. Ecclesia dominorum Theu-
Ian. 27. thonicorum in Sunthein[1] vigilia Agnetis-secundo[2] consecratur. Predicatorum cimite-
Iun. 20. rium Columbarie[b] et altare beate Virginis consecratum feria secunda post octavam Trinitatis ab episcopo Basiliensi. Regelsbiren 40 uno denario, gigilspiren 60 uno denario, Gruonacher poma ein bugty vol 5 denariis vendebantur. Columbaria et plures civitates
3 iuraverunt regine regis Rudolfi. Episcopus Basiliensis[3] et duo fratres Predicatores[4], nuncii regis Angliae, profecti in Austriam ad regem Rudolffum, ut nuptias inter regum liberos[5] confirmarent. Episcopus[c] Basiliensis Phiretum et Sogerin[6] cum attinentiis
Apr. 17. suis[d] pro quadringentis marcis a Dibaldo comite Phirretarum[7]. Circa pasca quartale salis 6 solidis, quartale siguli[8] 3 solidis 4 denariis. quartale ordei 20 denariis, quartale frumenti pro 6 vendebatur. Linum et lana cara. Episcopus Basiliensis et advocatus
Iul. Alsatie[9] cum exercitu ad regem Rudolphum in Austriam perrexerunt in mense Iulio. Item
Mart. 17. 16. Kalendas Aprilis interfectus est comes de Gülichi[10] in civitate, que dicitur Aquisgranum, cum duobus filiis et 300 militibus cum alia familia sua multa. Item rex Boemie promisit, se pecuniam magnam Theutonie principibus daturum, ut se contra regem Ruodolphum pro viribus impugnarent; quod et facere decreverunt. Item rex Boemie decem milia militum congregavit, ut regem Ruodolphum de Austrie finibus extirparet; sed Domino dante principes exercitus inter se ceperunt[e] fortiter discordare, et sic fuit eorum congregatio dissipata. Item dominus papa excommunicavit omnes adversarios regis Ruodolphi, et ipsum imperatorem Rome publice nominavit. Item sorores de Sancto Iohanne ordinis Predicatorum muro se cinxerunt, cuius altitudo pedes 20 noscitur habuisse; et quercus, ex qua sedes ecclesie parabantur dominarum, in circumferentia pedes 24 comprehendit. Item cives civitatis, que Aquisgranum dicitur, castrum quoddam cum hominibus ceperunt, ex

a) Predicatores — lana cara, *leguntur in cod. fol.* 18, *anno* 1278 *signata; ea ad initium huius anni pertinere, et res docent et indicat eadem manus fol.* 25' (*ubi pergit narratio:* Episcopus Basiliensis et advocatus —) *verbis his:* Alius sexternus. b) Colubarie *cod.* c) Episcopus — Phirretarum *leguntur etiam in cod. f.* 139. d) emit *s.* comparavit *excidit.* e) interceperunt *cod.*

94) capita brassicae, Kohlköpfe. 95) Sifridus 1275—1297. 96) Wilhelmum IV. comitem Iuliacensem. 97) d. 16. Maii. 98) tertius, electus d. 25. Nov. 99) Iohannes Caietani de Ursinis. 1) Suntheim villa prope Ruffach a. 1298. destructa; cf. infra. 2) i. e. vigilia octavae S. Agnetis. 3) Heinricus ep. Basil. d. 25. Sept. 1277. a Rudolfo rege in Angliam missus (v. Rudolfi tab. ap. Rymer Foed. I, 2, 545.) Londini erat d. 2. Ianuar. 1278. (v. ipsius episcopi tab. ibid. 548.). 4) Andreas Pentecostes et Iohannes de Sevenak, v. Edwardi regis tab. ap. Rymer l. l. 557; cf. tabb. ibid. 536. 5) inter Hartmannum filium Rudolfi et Iohannam Edwardi I. filiam. 6) Sogern, Soyhière ad Birs fluv. supra Laufen. 7) Cf. Heinrici ep. Basil. tab. d. d. 9. Mart. 1278. apud Trouillat II, 282. 8) secalis. 9) Conradus Wernherus de Hadstadt. 10) Wilhelmus IV. comes Iuliacensis.

quibus 15 gladiis occiderunt, reliquos vero carceri deputarunt. Item domini de Horburc[11], 1278.
filii S., sororis comitis Phirretarum[12], cognato suo reconciliantur et in Alsatiam revertun- 12
tur. Item obiit comes de Werde[13], qui a matre sua non filius suus, sed filius molendi-
narii fuisse dicebatur; hoc idem[a] probavit fratris[b] dispositio corporis et natura. Item
rusticus quidam de Vilingen[14] candens ferrum portavit nuda manu sine corporis lesione.
Circa Kalend. Iunii suspendit rex Francie Petrum[15], fidelissimum ac ditissimum consilia- Iun. 1.
rium suum, eo quod reginam[16] cognoscere voluisset. Item fraga matura fuere in prin- Mai.
cipio Maii; item ordeum inveniebatur maturum in octava sancti Iohannis baptiste. Item Iul. 1.
porci in Columbaria suum pastorem commederunt. Item 7 capellas due capelle in Colum-
baria pepererunt. Item nauta quidam de Luceria[17] dixit, se posse una die in Argentinam
de Luceria pervenire; sed hic quia facere non valuit, 30 libras ipsum credimus perdi-
disse. Item mulier fitonissa[18] sex annis partum proprium impedivit; septimo autem 18
anno tres novimus ipsam simul infantulos peperisse. Item fuit begina quedam in Co-
lumbaria, que clara die nemine[c] presente vocem audivit dicentem: *„Fratres Predicatores
recipient domum in Columbaria et ante carnis privium in ea missam solenniter celebrabunt“*[d].
Quod et ita factum est. Sorores de Sancto Iohanne in Columbaria horologium pro mar-
cis sex sibi comparaverunt. Rex Boemie pugnavit cum rege Rodolpho, et prope Vien- Aug. 26.
nam, et interfectus est ipse et cum eo quatuordecim milia hominum, ut communiter dice-
batur. Interfectus est dominus Ehirich[19] et dominus de Apiaco[20]. Item obiit archi-
episcopus Kantuariensis[21], cardinalis, frater[e] ordinis Predicatorum. Item obiit frater
Martinus[22], domini pape diu penitentiarius, archiepiscopus factus in ......[23]. Item obiit 23
frater Probus, provincialis de ordine Minorum. Dominus papa factus est perpetuus
senator Romanus; et Carolus cessit ei et reliquid ei omnia, que habuerat et spectabant ad se-
dem. Dominus de Gliers[24] vallem Sergowe depredatur et tres nobiles interfecit. In festo
Symonis et Iude intravit conventus fratrum ordinis Predicatorum in Columbariam domum Oct. 28.
suam, a capitulo receptam; et receptus fuit a canonicis, a dominis Sancti Iohannis baptiste
et ab universitate civitatis laudabiliter et honeste. Quidam de Vienna venerunt, qui
dixerunt, quod rex Ruodolphus multos milites fecisset et eis vestes et dona plurima de-
disset. In civitate Basiliensi sepelierunt fratres Minores cauwircinum[25], est manifestum 25
in magnum suorum scandalum vicinorum. Item destructum fuit Zeringen noviter edifi-
catum, et turris prope Brisacum, et Coliberc. Item in adventu Domini frumentum pro Nov.
4 solidis; pisa, faba, lentes pro 3 solidis; siligo pro 2 solidis; ordeum pro 14 denariis;
avena pro decem denariis; talentum carnium pro denario vel tribus obolis. Mures fue-
runt multae et annus in omnibus abundans. Comes Egino de Fryburc civibus de Offen-
burc[26] equos viginti prope portam civitatis abstulit; cives autem persequentes congressi
sunt cum eo, et ex utraque parte plures vulnera receperunt. Comes Phirretarum cepit
abbatem de Luxovio[27]. Item domino episcopo Argentinensi solvit dominium suum[28]
anno Domini 1200. a Wetilsheim[29] sursum usque in Sulze[30] inclusive quingentas libras
tantum, de quibus terciam partem dedit landtgravio Alsatie; et nec scultetum nec advoca-
tum ibidem habuit. Item episcopus Argentinensis fossato divisit novum castrum ab
antiquo[31] in villa Rubiacensi. Et fuit hic annus in omnibus abundans. Hyems calida 31
fuit; de nocte enim congelabatur, post meridiem glacies solvebatur. In Carintia pro-

a) ideo *cod.* b) *videtur* patris *legendum esse.* c) *sic corr. in cod.* nomine. d) celebraverunt *cod.* e) frē *cod.*

11) Heinricus et Albertus, v. Schöpflin Als. ill. II, 612. 12) Theobaldi. 13) Heinricus Sigebertus comes de Werth (ad Ill fluv.), landgravius Alsatiae inf., obiit d. 13. Febr. 1278, v. Schöpflin Als. ill. II, 525. ex calendario S. Arbogasti Argent. 14) Villingen in magno duc. Bad. 15) Petrum de Brocia, de quo cf. Guillelmi de Nangis gesta Philippi III. in Recueil des hist. XX, 494. 510. 16) Mariam. 17) Luzern. 18) pythonica. 19) Eckerich, Eschery, v. supra p. 111.*n. 53. 20) Epfich a Schlettstadt ad septentriones. 21) Robertus Kilwardbius archiep. Cantuar. 1272—1278, anno 1278. factus card. ep. Portuensis, ob. d. 11. Sept. Cf. Quetif et Echard I, 374 sq. 22) Martinus Polonus, historicus. 23) archiepiscopus Gnesnensis factus d. 22. Iunii 1278. 24) Glère ad Doubs fluv. a Bruntrut ad meridiem. Videtur ille poeta amatorius fuisse, de quo cf. Hagen Minnesinger I, 102. IV, 112. 25) foeneratorem. 26) Offenburg in magno duc. Bad. 27) Luxeuil, coen. dioec. Vesontionensis. 28) Patrimonium ecclesiae Argentinensis, quod emunitas Rubeacensis sive superior vocabatur (Mundatum superius). 29) Wettolsheim a Colmaria ad occid. 30) a Ruffach ad meridiem. 31) a castro Isenburg sive Rubeacensi antiquo iuxta Ruffach.

1278. vincia, que sita dicitur apud Austriam, tanta fames extitit, quod homines carnes humanas
32 commedebant, et fame plurimi perierunt[32].
1279. **1279.** Hoc anno dominus Sifrydus, dictus de Gundolczheim[a] [33], venit de domino
Ruodolpho rege, qui tunc temporis extitit in Vienna, retulitque de eo prospera cum for-
Febr. 3. tuna. Scultetus hic Syfridus edificavit castrum in Hohennac[34] in crastino purificationis,
Febr. 4. rege Ruodolpho domino permittente; et tercia die fracta est Columbariensium melior cam-
panarum. Eodem tempore papalis littera venit in Columbariam, in qua continebatur, quod
deberet perfidis Iudeis prior provincialis Theuthonie cum fratribus suis fidem catholicam
post Febr. 24. fideliter predicare[35]. Item post sancti Mathie venit advocatus Alsatie, Conradus Wer-
herus[36], de rege, qui tunc temporis morabatur in Vienna. Item eodem tempore dabatur
in Columbaria, que sita est in Alsatia, siligo pro 17 denariis, ordeum pro 18 denariis, avena
pro 19 denariis. Dixit nauta quidam, quod si quis manus vel pedes pueri recenter nati
anserum pinguedine delinet, postea frigus in membris supradictis minime pateretur. Quar-
37 tale frumenti dabatur pro 30 denariis. Dominus[37] de Rapolzstein castrum Hohennac
et Minnewiler[38] cognatis suis abstulit fraudulenter et in Columbariam transferebat. Ma-
gister Ruodigerus de Cônschim[39], prepositus Columbariensis, vir divitiis et scientia clarus,
c. Mart. 12. obiit circa festum sancti Gregorii pape. Cecus cecam duxit et mutus mutam. Quin-
decim viri de Rorolzheim[40] simul eodem die matrimonium contraxerunt. Quarto Nonas
Mart. 4. Martii venit frygus, et nuces et alia, que de arboribus eruperant, devastavit. Item feria
Febr. 17. sexta, 16.[b] Kalend. Marcii fuit luna rufa per totam noctem et sol sequenti die usque ad
Febr. 18. Febr. 16. meridiem. Luna vero plena fuit quarta hora quinte ferie. Precedenti sexta feria anseres
et grues in Alsatiam propter calorem hyemis non venerunt. Item nuces perierunt. Item
Apr. 14. 18. Kalendas Maias vinee perierunt. Item cives Columbarienses acceperunt in sylva
sua ligna pro quadringentis domibus edificandis et pro centum in antiquis domibus reficien-
c. Mai. 21. dis. Vinum circa festum pentecostes dabatur pro duobus solidis, quia modicum in
* ▽ Alsatia et quia fuerit bonum valde. Longitudo hec * sumpta sexaginta vicibus facit
spissitudinem arboris, que est in Sigolzheim[41] supra fontem prope curiam et capellam
sancti Mauricii. Lantfrydus de Landisperach[42] suffocatus fuit in tormento in Argentina
in anniversario patris sui, qui fuit in precedenti tricesimo anno[43] in eadem civitate et in
eadem die hastiludio interfectus a comite Fryburgensi[44]. Filius regis Ruodolphi maior[45]
Mai. 19. venit in Ensisheim[46] 14. Kalendas Iunii, convocavitque scultetos civitatis et deliberavit
cum eis, quomodo patri suo milites mitterent in armis preparatos. Dominus Conradus
de Lietinberch, episcopus Argentinensis, castellum Türlac[47] per ignem destruxit[c] et ea,
que in eo reperit, deportavit. Dominus de Geminiponte castellum proprium nomine
Copinheim[48] per ignem devastavit. Fructus arborum perierunt; frumentum profecit;
avena defecit. Tres iuvenes receperunt fratres Predicatorum in Columbaria in inven-
Mai. 3. △ tione sancte crucis. In Tussia, civitate Bononie villisque circumiacentibus pluit sanguis
49 in maxima quantitate. In Hornichen[49], villa Alsatie, cecidit grando magna. Abbatissa
Iun. 6. de Sancta-cruce[50] obiit 8. Idus Iunii. In crastino Barnabe[d] apostoli cecidit grando
Iun. 12. magna cum magnis lapidibus multis, quorum multi habebant magnitudinem ovorum, qui-
dam vero fuerunt ut globi communes sive vitra, de quibus bibitur, et destruxit aliquas do-
mos latericias; et damnum in diversis locis Alsatie. Item furatus fuit quidam clericus
duos calices in Gundolzheim, sed de iurisdictione ville non poterat exportare. Item in

a) *sic corr. in cod.* Sundoheim. b) *leg.* 13. c) instruxit *cod.* d) Barbane *cod.*

32) Cf. Contin. Praedic. Vindobon. 1278. SS. IX, 730. 33) scultetus Columbariensis. 34) Hohenack a Columbaria ad occidentem, inter vallem Orbeanam et vallem Monasteriensem. De castri aedificatione cf. Schöpflin Als. ill. II, 122. 35) Cf. Nicolai III. ad provincialem Praedicatorum Lombardiae bullam de ea re datam d. 4. Aug. 1278. apud Ripoll et Bremond Bull. I, 558. 36) de Hadstadt. 37) Ulricus. Cf. Seriem dynastarum Rappoltstein. apud Schöpflin Als. ill. II, 613. 38) Minnewiler seu Minnewihr, qui vicus cum oppido Ammerschwihr (a Colmaria ad septentr.) coaluit. 39) Kientzheim inter Ammerschwihr et Kaisersberg. De Rudigero cf. Annal. Basil. 1268. supra p. 193. n. 18. 40) an Dorolzheim (Dorlisheim inter Molsheim et Rosheim)? GERARD et LIBLIN. 41) Sigolsheim prope Ammerschwihr, a Colmaria ad septentr. 42) Hohen-Landsberg a Colmaria ad occidentem. 43) i. e. anno 1249. 44) Conrado I. comite Friburgensi (Brisgoviae). 45) Albertus. 46) inter Ruffach et Mülhausen. 47) Durlach a Carlsruhe ad orientem. 48) Kuppenheim ad Murg fluv. in magno duc. Bad. Cf. Crollius Or. Bip. II, 166. 49) Videtur Herinchen esse, Ober- et Nieder-Hergheim ad Ill fluv. 50) Cf. Annal. Colmar. min. 1250. supra p. 190. n. 23.

balneis, que sunt circa Romaricum-montem[50] exivit de quodam iuvene vermis, qui habe- 1279.
bat, ut dicebatur, 10 pedes in longitudine. Et terremotus ecclesias et castra multa sub-
vertit. Frater de Sancto Amarino ordinis fratrum Predicatorum dixit, se vidisse vermem,
qui per egestionem de corpore militis, qui dicebatur Scilempe, egressus fuerat, qui habebat
13 pedes in longitudine, et latitudinem et spissitudinem[a] calami compressi. Item com-
muniter vinum bonum fuit et preciosum. Quartale pro 20 denariis, soma vero pro 30 soli-
dis dabatur in Alsatia. Per ignem Iudeorum consumitur synagoga. Filius regis Ruo-
dolphi Turicensium est pecora depredatus. Puer quidam invenit ferrum bene limatum
in sylva. Messis communis fuit in Alsatia in vigilia Margarethe. Item episcopus Iul. 14.
Basiliensis venit de Austria, de rege Ruodolpho in Basileam; celebravit curiam magnam.
Item cives Columbarienses ceperunt homines plures de Sigolzheim propter insolentiam,
quam fecerunt. In octava apostolorum Petri et Pauli fuit novum frumentum in Colum- Iul. 6.
baria, dabaturque pro duobus solidis. Interficitur abbas Heremitarum[51] fulmine et cum
eo plures monachi gravissime puniuntur. Eiiciuntur de Columbaria, qui dicebantur[b]
scultetum interficere voluisse[c]. Circa annum 1220. destruxit miles Curto nomine turrim
capelle, que est in Öngirsheim[d. 52], et edificavit castrum ex ea; et eodem anno freneticus 52
factus obiit. In Ogirsheim[52] fuit mulier tabernaria, de qua phisicus eiecit infra decen-
nium tres cattas. Cymiterium inchoatur in Winczenheim[53]. In Columbaria rotatus
fuit, pro eo quod scultetum et quosdam alios[e] morti tradere voluissent. Interfectus fuit
scultetus de Aquis in ecclesia cum quodam[f] perfido a procuratore regis Ruodolphi, pro eo
quod dominum de Gûlichi comitem cum sociis suis miserabiliter occidisset. Dux Braban-
tie[54] cum exercitu magno de voluntate regis Rodolphi venit ad terram inferiorem, ibique
dicebatur castra plurima destruxisse. Infra octavam assumptionis congregavit filius Aug. 22.
regis Ruodolffi plus quam viginti comites et dominos multos et exercitum magnum, ut de-
strueret suburbium Fryburgense[55], pro eo quod iuvissent dominum suum comitem Hebir- 55
hardum[56] de Fryburgo, qui eo tempore civitates imperii pro suis viribus impugnabat. Do
mini de Gyrsperch[57] in vigilia sancti Mathei Turingum[58] ceperunt et oppidum Wilre[59] Sept 20.
per ignem penitus destruxerunt. 7. Idus Februarii destruxit frigus fructus. Secundo Febr. 7.
autem Idus Marcii venit nix, et quod frigus reliquerat, nix superveniens creditur destruxisse. Mart. 14.
Arbores sic destructe fuerunt, quod usque ad Augustum pauca folia protulerunt. Vindemia Aug.
fuit quasi nulla; vix enim decimam partem vinee, quam consuerant, protulerunt. Fuit et
in multis locis Alsacie ante festum Michaelis vindemia terminata. Mures circa Argen- Sept. 29.
tinam maximum damnum fecerunt cultoribus in frumento[60]. Fuit insuper vile et vermibus 60
de facili replebatur frumentum. Indultum est in ecclesia fratribus Minoribus Domino
in serico ministrare. Episcopus Basiliensis sorores de Sancta Clara, videlicet ordinis
fratrum Minorum, transtulit trans Rhenum in claustrum Saccitarum. De Saccitis autem
5 recepit in ordinem Minorum, provincialem vero eorum fecit prepositum[61] apud canoni-
cos Sancti Leonardi; reliquis autem Saccitis prout potuit providebat. Item episcopus
Basileiensis in ecclesia fratrum Predicatorum Basiliensium clericos consecravit. Domi-
nus episcopus Coloniensis[62] vicit in prelio[63] dominum Sphanheim[64] et cepit quatuor comi-
tes[65], scilicet[g] in equis magnum sustinuit detrimentum. Billungus de villula Rubia- 65
censi declinavit. In civitatem Bernensem Burgundie aves ciconie noviter vene-
runt. Rex imperium quod in Theuthonia habebat[h], datum est regi Ruodolpho regi Roma-

a) latitudine et spissitudine *cod.* b) dicebatur *cod.* c) *sequuntur in cod. haec, sed inducta:* Fuit in Vienna radens barbam. d) Öngirheim *cod., sed in marg. s additum.* e) alias *cod.* f) quidam *cod.* g) *an* sed? h) *lunge:* Imperium quod rex in T. h.

50) Remiremont coen. dioec. Tullensis. 51) Petrus, abbas Einsidlensis. Cf. Annal. Einsidl. 1280. SS. III, 149, et Kopp Gesch. d. eidg. Bünde II, 1, 340. n. 1. 52) Ungersheim a Ruffach ad meridiem, inter Ensisheim et Sultz. 53) Wintzenheim a Colmaria ad occidentem. 54) Iohannes I. 55) in Uechtland. 56) Eberhardum comitem de Habsburg, qui Friburgum in Uechtland a. 1277. regi vendiderat, cf. Ann. Basil. 1277. supra p. 201. 57) Girsberg prope Sulzbach. 58) Türckheim a Colmaria ad occidentem. 59) Wibr au val, in valle Monasteriensi, a Sulzbach ad septentrionem. 60) Cf. Annal. hospit. Argent. 1279. supra p. 104. 61) Heinricus praepositus S. Leonardi Basil. inde ab a. 1279. in tabb. invenitur apud Trouillat II. 62) immo Moguntinus archiepiscopus Wernerus 1259—1284. 63) prope Crucenacum, vid. Trithemii Chron. Sponheim. et Chron. Hirsaug. ad a. 1279. Cf. Ledebur Archiv IV, 177. 64) Iohannem comitem Sponheimensem. 65) ex quibus commemorat Trithemius l. l. comitem Rheni, Emichonem de Liningen, comitem de Veringen.

1279. norum. Item regnum Arlacense vacabat, et episcopus Basiliensis Romam profectus, ut
regnum predictum filio regis Francie pecunia sive precibus . . . . . . . Item in Nidirca-
66 münster[66], claustrum nigrarum monialium, furtim sublata fuit corona crucifixi cum reliquiis
multis; fur autem in brevi comprehenditur ac supplicio condemnatur. Dominus custos,
dictus de Rheno[67], mortuus et magnum condidit testamentum. Item obiit frater Oto,
dictus de Inferno, frater ordinis Predicatorum, vir devotus Deo atque hominibus dilectus;
cui Dominus conflictum regis Boemie atque regis Theuthonie in spiritu ostendit et regem
Boemie gravissime vulneratum. Rex Francie precepit in omni regno, quod nullus hospi-
tibus ad commedendum plus quam tria fercula ministraret. Praecepit insuper, quod[a] rusti-
corum quantarum diviciarum vestibus militum uteretur. Predo a domino de Horburch
capitur ac gladio decollatur. In Zabernia plures quam 54 homines, muro super eos
69 desuper cadente . . . . . . . . Domina de Rapolzstein[68], dicta de Froburch, in Paradis[69]
efficitur monialis prope Schafhusen. Opposuerunt se domino Basiliensi dominus pre-
positus Maguntinus, dominus de Rötilhein cum militum multitudine copiosa. Expulse
fuerunt de Columbaria, ne maritis secreta civium revelarent. In Rubiaca soror quedam
fuit accusata, quod imaginem ceream baptisasset. Cum hoc hec negasset, ipsam ad cam-
pum duxerunt rustici, et ipsam ignibus cremassent, si fratres non eam ab eorum manibus
liberassent[b].

1280. 1280. Interfectus fuit scultetus Iohannes de Kesirsperch. Item captus est dominus
de Gyrsperch, plebanus de Lagilrichem[70]; item captus est de Nortgassen, plebanus de
Mart. 17. Ostein. 16. Kal. Aprilis, littera dominicali F, dominica nocte, que est ante feriam secun-
dam passa est luna ecclypsim media nocte. Domini de Nortgassen ceperunt dominum
71 de Huniwilre[71]. Item Columbarienses ceperunt clericum dominum de Gyrsperch, et
clericum dominum de Nortgassen et 4 de Sultzmatin. Item dominus episcopus Basilien-
sis venit de rege Theothonie et venit Columbariam, petivitque a civibus, ut clericum suum,
dominum de Nortgassen, sue redderent libertati. Cives autem suis precibus acquiescere
Mart. 15. noluerunt. Corruscationes Idibus Marcii circa noctis inicium floruerunt. Interdicta
sunt divina Columbariensibus propter captivitatem clericorum supra memoratorum. Nonis
Apr. 5. Aprilis fuit episcopus Argentinensis in Rubiaca cum centum falleratis equis, et civitates
imperii cum eo, ut expugnaret dominum Lobigasse propter captivos Argentinenses. Qui
Apr. 20. timore coactus, se captivum tradidit, et reddidit captivatos. 12. Kalend. Maii con-
secravit dominus Heinricus episcopus Basiliensis, ordinis fratrum Minorum crisma in Pe-
ris[c] apud Scistersienses et clericos regulares. Dominus de Rapolzstein predam magnam
de episcopatu de pecoribus et iumentis accepit et plures homines interfecit. Item dominus
Rapolzstein Columbarienses diffidavit, et burgenses eorum exteriores quos poterat capti-
Iul. 1. vavit. Infra octavam sancti Iohannis baptiste cepit scultetus Columbariensis Rustarium,
72 Iohannem de Nortgassen, dominum de Kercivelt[72]. In horto plebani de Oingirsheim
avicula parix fovit gugulum pariter et nutrivit. Dominus Heinricus episcopus Basilien-
sis, emit propugnaculum, quod est situm prope Rubiacum. Indulta sunt Columbarien-
Iul. 25. sibus divina, et inceperunt 8. Kal. Augusti, scilicet in festo sancti Iacobi, celebrare. Certi
nuncii venerunt post festum sancti Iacobi, quod rex Ruodolphus in Alsatiam intenderet
pervenire. Ciconie ante festum sancti Iacobi de Alsatia recesserunt. Dominus Basi-
liensis ivit in Austriam ad regem cum multis militibus. Cessavit concursus, qui fuit in
74 Leberthal[73] ad Sanctum Egidium[74], et factus est in Argentinam, eo quod, ut dicebatur,
Sept. 4. beata Virgo miracula plurima perpetrasset[75]. In octava sancti Augustini factus est con-
76 cursus in Columbariam ad maius monasterium[76] propter miracula que fiebant. Fratri-
bus Praedicatoribus in Columbaria tria sunt altaria consecrata. Fratres Predicatores
Turicenses provinciale capitulum tenuerunt. Fratres Mynores laboraverunt, quod

a) *an excidit* nemo? b) liberasset *cod.* c) *sic corr. in cod.* Parisius.

66) Niedermünster, Inferius monasterium prope Hohenburg, cf. Annal. Argent. 1180. supra p. 89. n. 45. 67) cf. supra p. 201. n. 93. 68) mater Anselmi de Rappoltstein; cf. Chron. Colm. ad a. 1293. infra. 69) Paradies coenob. ad Rhenum supra Schaffhausen. 70) Lagelnheim inter Neu-Breisach et Herlisheim, ut videtur. 71) Hunaweyer a Rappoltsweiler ad meridiem. 72) Kertzfeld a Benfelden ad occidentem. 73) Vallis Leberia, per quam fluit Leber fl., a Schlettstadt ad occidentem. 74) Legendum videtur *Sanctum Acherium* (Eckerich, Eschery). 75) Cf. Mirac. S. Mariae Argent. supra p. 114. 76) S. Martini.

canonicae de Seconis mutarentur in sorores Sancte Clare; sed[a] obtinere[b] minime po- 1280.
tuere. Fratres Predicatores Parisienses receperunt ad ordinem dominum cancellarium;
quod fuit exemplum magnum clericis universis. Septimo Kalendas Novembris fuit ter-
remotus. Quidam homines in quibusdam terris ceperunt commedere asinos, lupos, Oct. 26.
ranas, serpentes, que hactenus commedere abhominabilia[c] credebantur. Syfridus scul-
tetus Columbariensis sacrificia tricesimorum anniversariorum[77] conviviaque prohibuit 77
nuptiarum[d]. * Antiqui coloni dixerunt, in 50 annis se tantarum aquarum abundantiam
non vidisse. Frater Albertus ordinis fratrum Predicatorum, lector generalis quondam
dominus episcopus Ratisponensis, philosophus, obiit. Comes Theobaldus Phirretensis
cepit filium fratris sui*.

* *In cod. fol. 137' leguntur haec:* 1280. in fundamento pilarii maioris ecclesie Argentinensis ossa hominis inventa, que longitudinem cruris viri mediocris excedebant. Item in claustro Theutonicorum ossa excedentia viri longitudinem. Dens hominis inventus, qui tres digitos viri in spissitudine, et 10 in longitudine, et sex in profunditate habet, suspensus ante ecclesiam.

1281. Soror Heliwigis, priorissa sororum de Columbaria de Sancto Iohanne obiit 1281.
6. Idus Februarii. Dominus de Öchssinstein[79], filius sororis Ruodolphi regis, advocatus Febr. 8.
terre, deposuit scultetum Columbariensem Syfridum cum multorum letitia, quos creditur
perturbasse. Aqua transiens castellum Sultze magnum damnum fecit, ibidem et arena
plurimos perturbavit. In Gebwilre magna pars montis propter aquam cecidit; et torren-
tes per Alsatie montana damnum magnum in vineis et agris hominibus intulerunt. 12.
Kalendas Marcii frater Rheinherus ordinis fratrum Predicatorum octogesimo aetatis sue Febr. 18.
anno, et quinquagesimo septimo anno quibus in ordine laudabiliter vixerat, et quadrage-
simo tertio quibus sororibus de Sancto Iohanne prefuerat et eas verbo et exemplo docuerat,
in Domino ut creditur requievit. Cunzo Rustarius liberatur a captivitate; sed Guntram-
mus de Gyrsperc capitur fraudulenter. Dominus episcopus Argentinensis, congregata
militum multitudine, domino de Badin[80] quoddam oppidum noscitur obsedisse. Episcopus 80
vero Basiliensis sibi quinquaginta milites in auxilium transmittebat. Plures autem ex eis
a marcgravio capiuntur, propter quod pax eorum pristina reformatur. Fratribus Predi-
catoribus iniunctum fuit in capitulo generali[81], quod singulis diebus ferialibus letania cum
quibusdam orationibus dicerent, ut eos Dominus a suis tribulationibus liberaret. Regina
Ruodolphi regis in Wienna moritur; cum 400 equis, ut dicebatur, Basileam ducitur, ibique
a tribus episcopis et ducentis mille clericis et multitudine civitatis hominum in vigilia Mart. 20.
sancti Benedicti cum gloria maxima sepelitur. Filia[82] regis Ruodolphi Lombardiam
mittitur, a diversis[e] civitatibus multis muneribus recipitur, ac filio[83] regis Caroli[84] matri-
monio copolatur. Rex Ungarie[85] christianam uxorem[86] repudiavit, Cumanam duxit; 86
christianis odiosus efficitur, a suis capitur, sed postea liberatur. Prope Luceriam 200
porci de villa quadam recesserunt, et quo devenerint eorum domini nesciverunt. Cico-
nie pauce circa cathedram sancti Petri venerunt. Alie reditum usque ad festum sancti c. Feb. 22.
Gregorii transtulerunt. Earum vero, que prius venerant, quedam frigore perierunt. Nix Mart. 12.
cecidit magne profundatis, que animalia sylvestria perturbavit. Dominus Symon, Fran-
cigena, legatus Francie, presbiter cardinalis[87], eligitur in papam, Martinusque[88] nomi-
natur. Nix in vigilia purificationis magne profunditatis cecidit, que homines, animalia Febr. 1.
sylvestria perturbavit et usque ad festum sancti Gregorii perduravit. Dominus de Meien- Mart. 12.
hen[f, 89] castrum suum, quod habuit in Meienhen[f], dedit in Argentinensis episcopi potesta-
tem, et postea recepit illud feudum perpetuum, et episcopus fecit eum scultetum ville
memorate. Antique mulieres obierunt, scilicet comitissa de Richinberc[90], domina de 90
Rapolzstein et alie plures. Anno ab annunciatione dominica rigi[g] . . . . . . . . . . In
festo sancti Georgii arboribus pauci flores apparuerunt. In vigilia sancti Marci audita Apr. 23. Apr. 24.

a) sed *deletum in cod.* b) obtinuere *cod.* c) abhomibilia *cod.* d) *sic corr. in cod.* anniversariorum nuptiarum et convivia prebuit. e) adversis *cod.* f) *sic corr. in cod.* Meinchen. g) rigi *deletum in cod.*

77) i. e. solvenda sacerdotibus pretia missarum 30 totidem diebus pro defunctis peragendarum quotannis. 79) Otto. 80) Rudolfo I. marchioni Badensi. 81) Florentiae die 1. Iunii celebrato, v. Quetif et Echard I. p. XVII. 82) Clementia. 83) Carolo Martello. 84) Caroli II. regis Siciliae. 85) Ladislaus IV. 86) Elisabetham. 87) Sanctae Caeciliae. 88) quartus. 89) Meyenheim ad Ill fluv., inter Ruffach et Ensisheim. 90) Reichenberg inter St. Hippolyt et Rappoltsweiler

1281. sunt tonitrua. Confluentini domino suo episcopo Trevirensi[91] noluerunt obedire, insuper
92 eum occidere voluerunt[92]. Cives de Pruvino[93] prepositum suum gladiis occiderunt,
regique Francie nequiter se[a] opposuerunt; propter quod ex eis quingentos sexaginta creditur occidisse. Mulier in Columbaria tres peperit pueros elegantes Grando magna
Mai. 18. cecidit circa Kentzingen 15. Kalendas Iunii fecitque damnum magnum, ovesque centum vel amplius interfecit. Domini de Gyrsperch castrum edificaverunt in monte qui dicitur[94] . . . . . . . . . .; sed homines episcopi Argentinensis subito destruxerunt. In festo
Mai. 31. Petronelle in Alsatie montibus apparuerunt fraga, et pauperes vendiderunt. Episcopus Argentinensis congregata hominum multitudine dominos de Ropolzstein, si potuisset, libentissime perturbasset.
Iul. 29. 4. Kalendas Augusti Wernherus, dictus Walch, miles, et dominus Cuonradus miles, dictus de Nortgassen, sunt a Columbariensibus interfecti. Patriar-
95 cham[95] Mediolanenses interfecerunt et cum eo 500 viros. Hospitalarii sancti Iohannis conflictum habebant magnum cum Sarracenis in transmarinis partibus, et pauci ex eis multos ex Sarracenis ceperunt et plurimos occiderunt. Eiecti de Bononia multos de civitate turpiter occiderunt. Multi ignobiles facti milites in Argentina. Sorores poenitentes de claustro suo se mutuo turpiter expulerunt. Inclusa de Tübilsheim se transtulit in Cazintal[96]. Mediolanenses de civibus, quos eiecerant, quingentos quos vel amplius
Oct. 7. occiderunt. Nonis Octobris, secunda[97] feria, obsedit rex Ruodolphus comitem[98] et civitatem Fryburgensem[b, 99] cum tribus exercitibus, hominum multitudine copiosa. Minde fuit fratrum Praedicatorum capitulum celebratum. Exercitus regis Ruodolphi destruxit
1 claustrum dominarum de Adilnhusen[1]; propter quod dedit eis rex 320 marcas. Rex Ruodolphus expendit in Columbaria in victualibus infra 15 dies mille ducentas marcas. In Colonia versus terram sunt sexaginta quinque turres, et tredecim porte, quarum quelibet tres[2] habuit elegantes. Octingenta maltra una die frumenti in Colonia commeduntur. Hermafroditus exocculatur in Brisaco, pro eo quod violenter voluit cognoscere mulierem. Comes Sabaudie[3] regem Ruodolphum hostiliter impugnavit. Comes autem de . . . . . . comitem Sabaudie lesit. Propter hoc comes regem Ruodolphum desiit pugnare. Quartale frumenti pro 17 solidis dabatur, quartale vero vini pro denariis 9. In festo
Dec. 6. sancti Nicolai Landisperch castrum sculteti de Columbaria per advocatum Alsatie[4] et Co-
Oct. 27. lumbarienses obsidetur et res eius diripiuntur. In vigilia Symonis et Iudae fuit rex Ruodolphus in Ropolzstein, cum suis consanguineis pernoctavit. Omnes piscatores, halecia capientes, submersi tempestate sevissima perierunt. Frater ordinis Predicatorum fuit a quibusdam civibus Argentinensibus debiliter vulneratus. Interfectus fuit dominus de
5 Meienhein in Phaphinhein[5].

1282. 1282. Filius[c] Ruodolphi regis[6], landgravius[d] Alsatie, submersus[e] fuit in Rheno prope Rinawgiam[f], et sepultus fuit in Basilea a quatuor episcopis et hominibus multis cum humana gloria copiosa. Cives Rubiacenses cum ceteris hominibus Argentinensis episcopi deliberaverunt, quod[g] ei amplius non servirent[h] nisi sub certa pecuniae quantitate. Nix
Ian. 13. intra octavam epiphanie cecidit, que nullo recordabatur intra 30 annos tante spissitudinis in Alsatie finibus cecidisse; plures etiam homines dicebantur in ea frigore periisse. Fuit in Columbaria totus albus et crispus[i] equus. Papa Martinus renovavit fratribus Minoribus et Predicatoribus auctoritatem[k] confessiones audiendi pariterque predicandi[7]. Cives Mülühusenses mutuo se vulneribus affecerunt. Domini de Gyrsperch castrum edificaverunt in monte, qui dicitur[8] . . . . Domini de Hadistat castrum edificaverunt, quod dici-
9 tur . . . . . . Anni a[l] mundi creatione 5042, 100 addit circulus Iudeorum 6512,[9] a Babilonica confusione 3482, ab Abrahe purificatione 3282, ab Urbis conditione 2034, a dominica

a) se *addidi.* b) *in marg. add.* Brisgoie. c) Filius — quantitate *leguntur etiam in* 2. d) lantgravius 2. e) sumersus 1. f) Rynowgiam 2. g) qui 1. h) serviret 1. i) cispus *cod.* k) authoritatem *cod.* l) a *addidi.*

91) Heinrico II, 1260—1286. 92) Cf. Gesta Heinrici in Gest. Trev. ed. Wyttenbach et Müller II, 120. 93) Provins. 94) quem montem Staufenberg prope Girsberg fuisse censet Schöpflin Alsat. ill. II, 119. 95) Raimundum Turrianum, patriarcham Aquileiensem (1272—1298) vicerunt, non interfecerunt, Mediolanenses d. 25. Maii 1281. Cf. Muratori Annal. d'It. 1281, Giulini Mem. di Milano VIII, 345. 96) Katzenthal inter Colmariam et Ammerschwihr. 97) In tertiam feriam cecidit d. 7. Oct. 1281. 98) Eginonem. 99) in Brisgovia. 1) Adelhausen, hodie Neukloster, in urbe Friburgo situm. 2) sc. turres? 3) Philippus. 4) Ottonem de Ochsenstein, v. supra. 5) Pfaffenheim inter Ruffach et Herlisheim. 6) Hartmannus. 7) V. Martini IV. tabb. d. d. 10. Ian. et 9. Febr. 1282. apud Ripoll et Bremond Bull. II, 1 et 2. 8) Cf. supra 1281. 9) immo 6042.

annunciatione 1282. Circulus Iudeorum addit annis a creatione mundi centum annos. 1282.
Abraham purificatus, id est per ignem ductus 15 etatis sue anno. Ruodolphus rex
Alsatiam et Mülühusenses reconciliavit, *et ut exercitum congregaret, ut Coloniensem epi-
scopum impugnaret. Fratres Minores in Argentina capitulum generale celebraverunt[10],
chorum suum recenter consumatum consecraverunt, 4 episcopos ibidem habuerunt, et
illic homines plurimi convenerunt. Dominus Heinricus Basiliensis episcopus ordinis
fratrum Minorum celebravit ordines in Columbaria in ecclesia fratrum Minorum 10. Kalen- Mai. 23.
das Iunii, scilicet in vigilia translationis beati Dominici[a], et habuit in comitatu suo Ethio-
pem, indutum vestibus albis, et gnanum[11], scilicet rittir Conrat, cuius longitudo ad tres 11
pedes minime poterat pervenire. De Grecis dicebatur, quod papam, cardinales et impe-
ratorem sibi fecissent et ab ecclesia recessissent. Dicebatur etiam, quod Romanus pon-
tifex et cardinales inter se plurimum discordarent. In festo Petronelle grana frumenti, Mai. 31.
cerusa, fraga matura inventa fuerunt in plurima quantitate. Tartari dicuntur Antiochiam
cepisse et triginta millia hominum eorum gladio corruisse. Comes de Fryburgo[12] recon-
ciliatus est cum civibus Fryburgensibus tali conditione seu pacto, quod preter redditus, quos
habebat de civitate, singulis annis centum marcas argenti sibi suisque successoribus darent;
insuper deberent per[b] eum antiquorum suorum iura libere possidere. Fulgur in Zleci-
stat[c, 13] in ecclesia sancte Fidis tres homines interfecit. Item milites Alsatie in festo
sancti Iacobi ad regem Theüthonie in Moguntiam descenderunt, ... pro rebus imperii fortiter Iul. 25.
impugnarent. Circa Bragam, metropolim Boemorum, fame mortui fuerunt homines;
sexcenti triginta millia perierunt[14]. Mulier confessa fuit, se pueros plures occidisse et fame 14
cogente se retulit commedisse. Vir similiter dixit, se viros 21 occidisse et eos avide com-
medisse. In Alsatia quartale frumenti pro libra dabatur et quartale vini pro duobus
solidis. Sorores de Sancto Iohanne de Columbaria inter tilia ordinis fratrum Predicato-
rum 6 septimanis cottidie pulmentum[d] faciebant et eis panem bis in septimana dabant, et
ad eas mille sexcenti pauperes, ut ibidem elymosinam reciperent, veniebant. Novum
frumentum in Alsatia duabus septimanis ante festum sancti Iohannis baptiste pauperes ante Iun. 24.
commederunt. Pepones mature commedebantur in festo sancte Margarethe. In cy- Iul. 15.
miterio Rubiacensi fuit tilia transplantata. Chorus in Rapalzwir[15] inchoatus fuit. Be-
gina virgo devota, ut dicebatur, 30 annos habitum deferens religiosum, in Basilea laqueo
se suspendit. Minores emerunt claustrum Alaspac sororibus suis pro mille 200 mar-
cis[16]. Rege Ruodolpho existente in Vienna, peperit puella 7 annorum de puero; quod
usque ad illud tempus fuerat inauditum.* Fratres Minores Lombardi, venientes ad capi-
tulum ordinis in Argentina, scolares ut intrarent ordinem ipsorum invitaverunt, et pene
omnes, qui vestimenta poterant habere cum gaudio receperunt. Item mel in Alsatiae
finibus pluebat, unde multi olera seu fructus commedere recusabant[e]. Item pestilentia in
locis pluribus sequebatur. Cives Montis-Pessulani tradiderunt se regi Francie[17]. Comes[18]
Montis-Belligardi[f] obiit et episcopatui Basiliensi trecentarum marcarum redditus dereli-
quid. Item messis ante festum Iohannis, et vindemia ante festum crucis in Alsatie par- ante Iun. 24. ante Sep. 15.
tibus affuerunt. Clericus de Cuonhen[19] dixit, concubinam suam post mortem ad se re-
versam fuisse et sibi mirabilia retulisse. In Lombardia cives civitatis Fürlingin[20] occide- 20

* *In cod. f. 137. leguntur haec: De partu mirabili:* 1266. in villa prope Louffinberc quedam peperit quinque diebus quinque pueros; omnes baptizati sunt. In Mulhusen quedam puerum peperit et post quinque menses secundum dicitur genuisse. 12.. Tempore, quo Rudolffus in Austria fuit, puella octo annorum peperit ex iuvene puerum elegantem. Mulier per mulierem in Austria dicitur impregnata; hec prior Bernensis. Idem Colonie factum; hec prior Columbariensis.

a) *sic scripsi pro* in translatione beati vigilia Dominici. b) per *addidi.* c) Zhecistat *cod.* d) pauperibus *excidisse videtur.* e) *manus recentior addidit:* quia dulcedine sua avidius haustam suffocat homines et iumenta. f) *sic corr. in cod.:* Bildgardis.

10) Interfuerunt huic capitulo, ut e fonte nescio quo narrat Guilliman De episc. Argent. p. 317, „provinciales 33, monachi 700, Rudolfus dux Austrie, episcopi Conradus Argentinensis, Probus Tullensis, qui antea fuerat Alemanniae provincialis, Heinricus de Isena ep. Basileensis, Albertus ep. de Insula.“ 11) nanum. 12) Cf. Eginonis comitis Friburgensis tab. d. d. 17. Iun. 1282. ap. Schreiber Urkundenb. I, 92. 13) Schlettstadt. 14) Cf. Canonic. Prag. contin. Cosmae 1282, SS. IX, 203. 15) Rappoltsweiler inter Schlettstadt et Kaisersberg. 16) Cf. Annal. Colm. min. 1283, supra p. 192. 17) Cf. Histoire générale de Languedoc IV, 38. 18) Theodericus III. 19) Kunheim ad Rhenum fl., a Colmaria ad orientem. 20) Forli. Cf. Annal. Foroliv. 1282. ap. Muratori Rer. It. Scr. XXII, 149. et Muratori Ann. d'It. 1282.

1282. runt de inimicis suis 1700 clipeatos, preter alios qui armis gravibus utebantur. Filius
domini Wilhelmi de Horlandia[21], regis Romanorum, vindicavit se de Frisonibus, et interfecit ex eis mille quadringentos viros, et accepit corpus patris sui de eorum manibus vio-
22 lenter. Dominus de Hohensten[22], advocatus Alsatie, ab sororibus de Sancto Iohanne octo[a] vini vasa abstulit violenter. Dominus Conradus Wernherus[23] exussit dominis de Gyrsperc castrum, quod noviter construxerant in monte, qui dicitur[24] ..... Rex Arragonum et cives Messani Carolum, fratrem regis Francie, de suis finibus turpiter expulerunt. Item dominus de Selecistat ordinis fratrum Predicatorum chorum suum anno precedenti consummaverunt; sequenti vero anno sedes in choro posuerunt et ipsi similiter intraverunt. Item obiit mulier, que recordabatur, nullum pontem Rheni post Constantiam transivisse. Item in Constantia clericus seu sacerdos captus fuit, qui se hereticum confitebatur, et hereses suas ab inclusa se retulit didicisse. Item obiit mulier in Tier-
25 hein[25], que se vidisse[b] totum Rhenum Fryburgum et Brysacum proprio rivulo divisisse. Item
Nov. 15. equi multi perierunt. Decimo septimo Kalendas Decembris Venus et Mercurius simul fuerunt. Frumentum pro 12 solidis dabatur. Cives Fryburgenses comiti domino suo pro modica emenda viginti millia marcarum tradiderunt.

1283. 1283 Hyems[c] calida fuit. Item rex Ruodolphus filium suum Albertum[d] ducem
Febr. 22. Austrie fecit. Item ciconie festum cathedre sancti Petri diebus 15 prevenerunt. Item rex Ruodolphus emit ius seu advocaciam dominorum de Liechtinberg, quam habebant super civitatem Argentinensem. Item episcopus Argentinensis coegit Rubiacenses, sibi red-
Mart. 25. dere, que dederat eis sue privilegia libertatis. In annunciatione dominica vinee botros et folia protulerunt. In octava vero nativitatis spice frumenti in locis pluribus apparuerunt.
Mart. 12. Hyrundines in festo Gregorii in Alsatiam venerunt. Guguli et vespertiliones ad villas venerunt in festo sancti Gregorii, et floruit frumentum. In festo sancti Gregorii dominus episcopus Basiliensis et episcopus Argentinensis et rex Ruodolphus, adiutor eorum, obsedit Brunnentrut sex septimanis, et Melan[26] castrum cepit ac destruxit. Et Brunnentrut fuit
Mai. 10. episcopo Basiliensi cum villis adiacentibus restitutum. In festo Gordiani Epimachi in-
Iun. 4. venta fuerunt grana recentia et fuerunt turtures et balumbe. A pridie Nonas Iunii interfectus fuit in Fryburgo venerabilis persona, commendator Theuthonie ordinis dominorum de domo Theuthonica Guntrammus, dictus de Biseche, ab apostata ordinis sui A., sculteti
27 filio Fryburgensis. Tres domini de Repolzstein, filii domini de Salmin[27], viam carnis[e]
Iun. 1. ingressi sunt universe. In Kalendis Iunii fraga, cerusa, pisa matura in Alsatia vendebantur. Fratres Minores plus quam 31 virgines et quasdam viduas congregaverunt, eas-
Iul. 18. que in claustrum Alaspach, quod eis emerunt pro 1300 marcis, 15. Kalendas Augusti cum
Iun. 4. pompa et maxima gloria incluserunt. Pridie Nonas Iunii obsedit rex Ruodolphus Bentir-
Oct. 16. lingen[28]. Item in vigilia sancti Galli castrum domini Ricardi de Lobigasse et plures domus fratrum suorum fuerunt destructe seu funditus demolite per suos consanguineos et
Nov. 11. affines. Fratres Predicatores Columbarienses in festo sancti Martini lectiones in novo breviario legerunt, quia tunc primo fuerat consumatum. Ruodolphus rex obsedit Paterniacum et edificavit circa munitionem domos stupas municiones, intendens eos cogere per alimentorum penuriam tradere civitatem. Circa Moguntiam nutrix pueri cuiusdam militis vendidit eum Iudeis, ut interficerent eum; propter quod nutrix et Iudei plures a christianis fuerunt turpiter interfecti. Carolus, rex Sicilie, per regem Arragonum de regnis suis turpiter extirpatur; venit Romam et a Romanis cogitur resignare senatoriam dignitatem; deinde venit Parisius et ibi sicut pauper claustra sanctorumque limina visitavit. Tabula pascalis fuit ab inicio mundi secundum tabulas astronomie usque ad annunciationem dominicam novies revoluta; sunt autem anni 4788. Dominus Ruodolphus rex circa nati-
Dec. 25. vitatem Domini inter ipsum et comitem Sabaudie compositionem fecit[29] ........... si
30 dominus de Baldechi[30] voluisset. Item obiit figulus in Slezistat[f], qui primus in Alsatia vitro vasa fictilia vestiebat. Obiit frater Conradus Werherus de Hadistat frater ordinis

a) octa *cod.* b) ait *addit manus recentior.* c) Hyemps — Austrie fecit *leguntur etiam in* 2. d) *deest* 1. e) carrus *cod.* f) Slesitat *cod.*

21) Florentius V. comes Hollandiae. 22) Hohenstein ab Argentina ad occidentem. 23) de Hadstadt. 24) Cf. 1281. supra p. 208. n. 94. 25) Thiernheim, vicus a. 1394. destructus, videtur situs fuisse supra Neu-Breisach inter Heiterheim et Balgau. 26) Milandre prope Delle ad Allaine fl., a Brunntrut ad septentriones. 27) *domini Anselmi* legendum putant Gérard et Liblin. 28) Paterniacum, Peterlingen, Payerne. 29) die 27. Dec., v. Böhmer Reg. Rud. n. 768. 30) Baldeck a Luzern ad septentriones, iuxta lacum Baldeckensem.

dominorum Theotonici[a. 31]. Nuces Avellane, fraga, pira regalia, rape magne in bona 1283.
quantitate crevisse dicuntur et lignum in vitibus abundavit.

1284. Obiit frater Iohannes[32], magister ordinis Predicatorum. Item rex Ruodolphus 1284.
uxorem Gallicam[33] duxit in Rumarico monte in festo sancte Agate, et necessaria ministra- Febr. 5.
vit supervenientibus abundanter. Regina regis Ruodolphi venit in Columbariam in car-
nis privio, scilicet cathedra Petri, et recepta a religiosis fuit, a clericis, a militibus et civibus Febr. 22.
communiter gloriose. Regina regis Ruodolphi venit in Columbariam in capite ieiunii, et
dederunt ei cives expensas pluribus diebus et insuper pro clenodiis centum libras. Item
dominus Heinricus episcopus Basiliensis, celebravit ordines in Columbaria tercio Nonas Mart. 5.
Martii[b] quatuor temporum, et plurimos consecravit. 4. Kalendas Aprilis visa sunt ful- Mart. 29.
gura multa et audita sunt tonitrua magna. Comes Ebirhardus[34], frater episcopi Constan- 34
tiensis[35] et frater comitis Gotfridi de Louffinberg[c] virtuosus obiit ante tempus. Item
comes de Rapreswil[d. 36] obiit. Item archiepiscopus Maguntinus[37] obiit. Item in vigilia
sancti Marci perierunt vineae multae. Fraga, pisa, cerusa matura reperiebantur in magna Apr. 24.
quantitate in festo pentecoste, quod raro vidimus contigisse. Messis inchoata fuit in Mai. 28.
festo sanctorum Ioannis et Pauli, qui est post festum Iohannis baptiste; et eodem die curiam Iun. 26.
habuit rex Ruodolphus in Basilea cum gloria dominorum. Item rex Ruodolphus circa
sancti Iacobi festum cives Rheni civitatum Wormatiam convocavit, iuramenta primo facta c. Iul. 25.
secundario per iuramenti vinculum confirmavit. Item frater Heinricus conversus in he-
remitam[e. 38], qui se Fridericum imperatorem nominavit, sentiens Ruodolphi regis adventum, 38
se calide dicitur occultasse. Item rex Arragonum Petrus principem filium regis Caroli[39]
cepit; ex eis multitudinem hominum interfecit. Item papa cardinalem legatum Franciam
misit, qui clericorum ac religiosorum decimam regi Carolo faceret presentari. Item
apud Maguntiam et Erbipolim pestilencia multa pecora perierunt. Item comes Reinhar-
dus[40] de Munpligart tres de civibus suis cepit, qui se de captivitate cum quadraginta libra-
rum milibus redemerunt. Item rex Ruodolphus civitatem Erbipolensem[f] obsidere vo-
luisset; cives autem ei sex marcarum argenti milia tradiderunt, que eum ab eis fugere
coegerunt. Item rex Ruodolphus circa festum sancti Martini quinque castra, scilicet c. Nov. 11.
Waldeche, predonum Suevie cum magna potentia dicitur obsedisse et ea subito cepisse, ac
per violentiam destruxisse[g]. Item dominus de Hohenstein[h], Alsatie advocatus, castrum
Echirc[41] potenter obsedit, in spacio brevi temporis expugnavit, et in potestatem sibi propriam 41
deportavit. Ideo vero dicitur expugnasse, quia suum cognatum, Iohannem de Echirc, qui
consanguineos suos honore ac divitiis precellebat, fraudulenter ac turpiter occide-
runt. Item post hec idem advocatus Alsatie cum episcopi[i] Argentinensis adiutorio Och-
sinstein castrum potenter expugnabat et funditus evertebat. Bonum vinum crevit in
bona quantitate, sed non durabile videbatur. Item ante festum Clementis fuit aura pul- Nov. 23.
chra, dulcis et amoena et quasi sine pluvia[k] 14 septimanis. Item dominus archiepisco-
pus Moguntinus[l] Werinherus obiit[42], qui mille quingentas marcas suis posteris dere-
liquit. Item festo sancte Katharine cecidit tectum capelle, que sita est supra Vivarium[m. 43], Nov. 25.
quod est prope Morbacum, ubi et primitus se receperant monachi Morbacenses, et ad quem
locum omnia eorum sunt privilegia et dignitates impetrata. Item receperunt se moniales[n]
Cisterciensis ordinis in Huseren[o], et incluse in Hosten[44], et in conversus[45] in Biscopin-
wilre[p. 46]. Cives Columbarienses regi Ruodolpho uno anno librarum triginta millia trans- 46

a) Theotonica *cod.* b) Martis *cod.* c) *sic corr. in cod.* Finberch. d) *sic corr. in cod.* Rapreswir. e) heremita *cod.* f) Erbipolensen *cod.* g) destruxerunt *cod.* h) Hostenstein *cod.* i) episcopo *cod.* k) pluia *cod.* l) Monguntinus *cod.* m) Vinarie *cod.* n) *sic corr. in cod.* monachi. o) *sic corr. in cod.* Hirsin. p) *sic scrips; pro* Bcopinwicre.

31) Cf. Annal. Basil. 1267. supra p. 193. 32) Iohannes de Vercellis, magister ordinis Praed. sextus, electus d. 7. Iun. 1264. obiit d. 30. Nov. 1283. V. Quetif et Echard I, 210. 33) Elisabetham s. Isabellam. 34) de Habsburg. 35) Rudolfi, 1274—1293. 36) Rudolfus comes de Rapperschwyl (ad lacum Turicensem in Helvetia) obiit d. 15. Ian. 1284, v. Necrol. Wettingense apud Herrgott Gen. Habsb. III, 839. 842. Necrol. Wurmspacense ibid. 848. 37) Wernerus. 38) Cf. Ellenhardi Annal. 1273. et Annal. Maurimon. 1285. 39) Carolum, postea regem Siciliae, huius nominis II. 40) Reinaldus de Burgundia. 41) Eckerich, Eschery, v. supra p. 111. n. 53. 42) cuius mors iam supra annotata est. 43) Vivarium peregrinorum appellabatur lacus prope Bühl, a Murbach ad orientem, ubi primi monachi Murbacenses consederant. V. Schoepflin Als. ill. II, 94. 44) Ostein a Ruffach ad meridiem. 45) an: *M. conversus? III conversi?* 46) Bischweiler ab Hagenau ad meridiem.

1284. miserunt. Item decimo septimo Kalendas ..... obposuerunt se Columbarienses regi Ruodolpho, quia tricesimam rerum suarum sibi dare noluerunt.

1285. Apr. 1. 1285. Abbas Morbacensis[47] Kalendis Aprilis civitatem suam Gebwilre latenter[a] et res
et eorum corpora in totum confiscavit. Civitas Fryburgensis in Oetlandin et civitas
Bernnensis obediro regi Ruodolpho minime voluerunt. Item civitas Bernensis fuit ab
48 igne pene totaliter devorata. Papa Martinus obiit[48]:

Institit anguillis, mortem gustavit in illis;
Assas et coctas martyrisavit eas.

Tartari infestaverunt Ungariam et ex eis plurimos occiderunt. Item pons Brisacensis
Mai. 7. habet 1664[b] longitudinis et 104[c]; vix lignis tegi poterat competenter. Item Nonas Maii
cives Columbarienses regi Ruodolpho se primitus opposuerunt, et per ignem Theinheim[49]
c. Mai. 13. villam et quasdam alias destruxerunt. Circa festum pentecostes cives de Haginogia
50 advocatum terre, filium sororis regis Ruodolphi[50] de castro, quod est in civitate, turpiter
expulerunt, et postea regi servire minime voluerunt. Ruodolphus rex obsedit Colum-
Iun. 14. barienses 18. Kalendas Iulii, Helysei prophetae. Cives Columbarienses posuerunt super
se 200 marcas duoque milia marcarum, et milites, qui se Columbariensibus non opposuerunt, vel in obsidione eorundem non fideliter adiuverunt, cum civibus exaccionibus gravabantur. Item episcopus Argentinensis terram ducis Lutringie pluries intravit et eum
enormiter spoliavit. Item domini de Wassilnhen[51] ceperunt hospitem Predicatorum de
Dec. 6. Eginsseheim[52] et eum ad terram Francie transtulerunt. Item in nocte Nicolai fugierunt
captivi, quos domini de Wassilnhen ceperant fraudulenter. Item de potestate Ruodolphi
regis fugit Iudeus captivus, qui ei mille quingentas tradere promittebat marcas. Item
fratres Predicatores domum ..... pluribus contradicentibus receperunt. Abbas Morba-
c. Dec. 13. censis[53], dictus de Stenebrunne, obiit circa festum Lucie, qui destructor religionis et dissipator enormis rerum sui monasterii dicebatur. Item cives de Zovingen dominum Ruodolphum regem pro domino receperunt. Item rex Francie a domino Petro, quondam
rege Arragonum, creditur interfectus. Petrus, rex Arragonum, mortuus. Ricardus
de Lobigasse quosdam milites de Basilea voluit occidere fraudulenter. Regem Ruodolphum filii eius impetebant eum pro pluribus milibus marcarum. Ipse autem de consilio
nobilium obligavit eis quasdam imperii civitates. Moniales Cisterciensis ordinis de
54 claustro Hirsin[54] recesserunt.

1286. 1286. Ruodolphus rex accepit episcopo Spirensi[55] civitatem parvulam fraudulen-
Apr. 19. ter. Item 13. Kalendas Maii pulli ciconiarum de ovis prodierunt, ut plures videntes veraciter retulerunt. Item domestice ciconie in domo fratrum Predicatorum faciebant nidum,
et balumbe in horto fratrum Predicatorum Argentinensium ac aves producebant. Item
domini de Sancto Iohanne castra cum plurium milium marcarum redditibus in transmarinis
Apr. 14. partibus habuerunt, quos eis pagani totaliter abstulerunt. Item in die pasce quidam ex
civibus Columbariensibus servos sculteti[56] vulneraverunt et eos in claustrum Minorum per
violentiam coegerunt; propter hoc fuerunt cives eiecti de civitate et eorum domus destructe
et eorum res a iudicibus confiscate. Item sorores de Sancto Iohanne-sub-tilia ordinis
fratrum Predicatorum contra libertatem religiosorum 60 marcas dare a civibus coge-
Mai. 1. bantur. Item Philippi et Iacobi cives Argentinenses in aquis et navibus ludos exercuerunt; ad spectaculum vero venientes supra pontem se receperunt, et eo cadente plures
miserabiliter perierunt. Rex Ruodolphus obsedit opidum Lutreburch episcopi Spirensis
sex[d] septimanis, qui regi resistere non valentes se regis gracie tradiderunt. Item epi-
57 scopus Treverensis[57] obiit. Item in Berna civitate Theothonie gallina gallinam hostiliter
impugnavit, eaque devicta caput eius rostro proprio de corpore separavit. Item Parisius
c. Iun. 2. tanta fuit caristia circa festum pentecostes, quod homo in die commedit 12 denariatas
Febr. 27. | Apr. 6. panis; sed in quadragesima tanta fuit, quod episcopus[58] carnes commedere cum pauperibus
dispensavit. Item monasterium Hugushoffen[59]. Capella in Hugushoffen reedificatur a

a) intravit? b) pedes *excidisse videtur*. c) latitudinis *excidit*. d) sex *in lacuna posui; v. Ellenhardi chron. supra p. 127.*

47) Bertholdus I. 48) d. 29. Mart. 49) Deinheim, quae villa destructa a Colmaria ad septentrionem sita erat. 50) Ottonem de Ochsenstein, cf. 1281. supra p. 207. 51) Wasselnheim, Wassolonne ab Argentina ad occidentem. 52) Egisheim a Colmaria ad meridiem. 53) Bertholdus I. de Steinbrunn. 54) Hüsern. 55) Friderico, 1272—1302. 56) Stameheim, cf. Chron. Colmar. infra. 57) Heinricus II. obiit d. 26. Apr. 58) Ranulfus. 59) Hugshoven, Honcourt in valle Vileria, inter septentriones et occasum a Schlettstadt.

venerabili abbate Conrado, dicto Dikere; que anno Domini 1186 fuerat inchoata. Ipsum 1286. autem monasterium fuit inchoatum a Werhero comite de Ortiberch[60], dicto de Hüringgin, cuius longitudo 8 pedum depicta communium in eodem monasterio reperitur. Rex Ruodolphus misit dominum Heinricum, episcopum Basiliensem, ordinis fratrum Minorum, ad papam[61] ad diversa negotia terminanda[62]. Papa vero episcopum Basiliensem archiepiscopum Maguntinum[63], prepositum vero Maguntinum, scilicet Divitem, episcopum Basiliensem[64] faciebat[65]. Domini de Liechtinberch curiam prope Liettinberch celebrabant, ad quam per se et per alios plurimos invitabant. In villa Alsatie radix unius portulace ramos suos circa se[a], quod diameter circumferentie sue[b] ramorum suorum pedes 5 et dimidium continebat. In Bebilnheim[66] villa ante festum sancti Iohannis baptiste vitis de Iun. 24. solo culmo botros 4 proferebat, quorum quilibet palme longitudinem habere 10 digitorum sive latitudinem dicebatur. Rana iuvenem curriculam avem, in paludem cadentem, cepit eamque submersit et voraciter commedebat. Pisces in Ungaria, in Austria, in Francia numero pauci captivati. Hic annus in fructibus et bonis omnibus abundavit. Tertia die post exaltationem sancte crucis in montibus Alsatie nix dicitur cecidisse. Sept. 16. Eodem tempore legatus cognatus et a latere domini pape missus[67] cum plenaria potestate, Basileam venit et dominum Basiliensem electum in episcopum consecravit. Turegum exusta est pro tercia parte propter eorum superbiam, ut per obsessum diabolus recitavit. Rex Francie interficitur a Petro domino maris. Dominus Heinricus, episcopus Basiliensis, frater ordinis Minorum, factus est archiepiscopus Maguntinus et receptus est contra spem a suis subditis gloriose. Dominus Ruodolphus rex duo castra fortia domini[68] de Wyrtinberc noscitur obsedisse et ea in brevi tempore intelleximus expugnasse. Ipse etiam dominus de Wyrtinberc, cognatus regis, obsessus de castro descendit et ad pedes advolutus[c] se et sua tradidit in regiam potestatem. Post festum sancte Margarethe nova p. Iul. 15. de Friderico imperatore peregrini in Alsatiam retulerunt. Item rex Ruodolphus obsedit plus quam 20 septimanis castellum, quod dicitur Stuotgart, quod situm est prope Esslingen; et tedio affectus[d] rex Ruodolphus composuit cum domino Wyrtinberc, et ad legatum in Spiram venire disposuit festinanter. Pridie Kalendas Octobris cecidit pruina magna Sept. 30. in Alsatia; iterum in brevi post due, lesique fuerunt in campestri botri, et folia et botri multi de vitibus ceciderunt; et crevit vinum, vasaque chara multum[e], quia pro 15 communiter vendebantur. In die animarum venit legatus in Columbariam. In Alsacia pisces Nov. 2. qui dicuntur ruovolckin mensibus hyemalibus abundabant. Vermes bruci telis suis arbores repleverunt. Commisse sunt sorores, que dicuntur poenitentes, fratribus Predicatoribus ad regendum. Frater Iohannes de Columbaria vidit Parisius anno Domini 1282 hominem habentem brachia 4 cum tribus manibus tantum, et unum ventrem et 4 crura cum pedibus; sed non poterat nisi cum curru ambulare. Puella 4 annorum per virum concepit et mortua fuit, quia partum ad tempus portare non valuit opportunum. Item retulerunt, se vidisse puellam 4 annorum, habentem mamillas magnas et in pectore crines, et menstrua pacientem.* Legatus Theotonie in Methin se transferebat, quia furorem Theuthonicorum non immerito metuebat. Glacies, que fluxit in Rheno, 115 naves submersit et villas aliquas devastavit.

* *In cod. fol.* 137. *leguntur haec:* Prope Luceriam in villa Ebicon[69] puella quatuor annorum a viro impregnatur; crescente puero puella suffocatur subito. Mulieres ventrem puelle secant, sed puero nondum nato succurrere nequierunt. In villa Mosiburc[70] prope Kiburc uxor militis peperit puellam in cuius pectore[f] crines crescebant ante quartum annum completum, ubera intumuerunt, menstrua sentiebat.

1287. Ciconie[g] 15 diebus ante kathedram Petri in Alsatiam pervenerunt. Legatus, 1287. Febr. 8. a latere domini pape missus, concilium 17. Kalendas Aprilis celebrare voluisset, sed per Mart. 16. appellationem episcopi Coloniensis et episcopi Tullensis, Probi nomine, ordinis Minorum,

a) extendebat *excidisse videtur.* b) et *excidisse videtur.* c) advotus *cod.* d) effectus *cod.* e) multa *cod.* f) pectine *cod.* g) Ciconie — pervenerunt *in cod. anno* 1286. *apposita sunt, sed ad* 1287. *ea pertinere, rerum ordo chronologicus docet.*

60) Ortenberg. 61) Honorium IV. 62) Cf. Böhmer Reg. Rud. n. 860—866. 63) Heinricum II. 1286—1288. 64) Petrum I. Divitem, 1286—1296. 65) die 15. Maii, v. Böhmer Reg. p. 336 n. 250—252. 66) Beblenheim a Colmaria ad septentriones, inter Kaisersberg et Gemar. 67) Iohannes ep. Tusculanus. 68) Eberhardi. 69) Ebikon a Luzern ad septentriones. 70) Moosburg prope Illnau, inter Zürich et Winterthur.

1287 fuit totaliter interruptum[71]. Eodem die dominus de Rapolzstein[72] villam Sancti Ypoliti
Apr. 16. cum exercitu introivit, eamque et ecclesiam ignibus devastavit. 16. Kalendas Maii sol
73 apparuit rubicundus, et luna scissa a mulieribus dicebatur. Ovis domino Kagineche[73]
in Argentina 4 oviculas noscitur peperisse. Honorius papa obiit[74]. 16. Kalendas
Mart. 17. Aprilis dominus de Rapolzstein villam Sancti Ypoliti exussit, et clericus de ecclesia saltavit
et confractus periit in instanti. Item dominus de Rapolzsten cum exercitu terram Galli-
corum intravit et centum et viginti villas exussit et eorum res fuit totaliter depredatus. Item
vinum bonum crevit in locis, ubi vinum durum crescere consueverat, et vinum durum cre-
75 vit in vineis, que vinum optimum proferre in Alsatia consueverunt. Christophorus[75]
longitudinem cubitorum 12 legitur habuisse. Sedes chori fratrum Predicatorum de Fry-
burgo facte fuerunt de arbore, que habere novem pedes in spissitudine dicebatur. Goe-
mant gigas dicebatur habere longitudinem 12 cubitorum. Anno Domini 1221 natus fui;
Mai. 10. anno Domini 1238 intravi ordinem. 6. Idus Máii dominus de Baldeche[76] uxorem duxit,
et cives Columbarienses res domini de Rapolzstein cnmmuniter invaserunt. Dominus
de Rapolzstein dominum de Horburch viriliter impugnavit atque ad Cellisberch[77] pervenit,
ut captivos sua potentia liberaret. Dominus autem de Horburch cum balistis de Celliberch
descendit eique 8 equos interfecit et plus quam 21 equites vulneravit. Porte fratrum
Predicatorum in Argentina a civibus claudebantur; volebant eos cogere, ut suam per omnia
facerent voluntatem. Dominus Ruodolphus rex Rapolzstein tribus diebus obsedit, sed
78 ab obsidione recessit, cum intellexisset, quod eum[a] sui morti tradere voluissent[b, 78]. Vul-
pecule prope Erstein[79] multas iuvenes ciconias commederunt. Episcopus[80] Probus no-
mine ordinis Minorum fuit excommunicatus in Argentina in dedicatione ecclesie maioris a
gordiano[81] ordinis Minorum. Prope Brunnendrut fuerunt de hominibus Basiliensis epi-
scopi quidam interfecti et plus quam 12 milites captivati. Est fons in Alpibus Sueviae,
Iul. 25. ubi[c] glacies in festo sancti Iacobi reperitur. A Iudeis interfectus est der guote Werher
in Wesile[82] prope Bacaracum, que municiones site super Rhenum. Dominus Ruodolphus
83 rex cum civitatibus vicinis castrum ligneum in Gemer[83] ad obsidendum castrum Rapolz-
stein noscitur construxisse. Rex Ruodolphus cepit de Rotwillre Iudeum, qui a Iudeis
magnus in multis scientiis dicebatur et apud eos magnus habebatur in scientia et ho-
nore. Dominus de Rapolzstein multos homines domini Horburch et multos de Sigolz-
heim cepit et sine pugna ad propria perducebat; et duo[d] marcarum solvere potue-
Aug. 7. runt. 7. Idus Augusti apparuerunt in nocte due stelle, una magna valde et alia parva
multum, et subito noctem sicut sol illuminaverunt et subito defecerunt. Homines Alsatie
post Sept. 15. prope Rapolzwire post octavam nativitatis beate Marie vina non propria colligebant. Fra-
tres Predicatores in[e] Polonia ob reverentiam archiepiscopi de tribus conventibus exiverunt
et a divinis in locis plurimis cessaverunt. Iohannes miles, dictus de Nortgasse, residens
Oct. 8. in Columbaria, fratribus ordinis Predicatorum in eodem loco residentibus 8. Idus Octobris,
septa domorum[f] per violentiam noscitur destruxisse. Dominus episcopus Metensis[84]
omnes pene Rheni episcopos et omnes dominos, quos poterat, precio conducebat, et con-
gregavit exercitum magnum, scilicet quatuor milia militum cum equis phalleratis, et omni
die quinquaginta vasa vini et septingentas libras Metensis monete stipendiariis ministravit,
et coegit comitem Barensem eius misericordiam supliciter invocare. Consules Argenti-
85 nenses cives suos equos habere duo milia precepere. Obiit Cuonradus de Wirciburch[85],
in Theothonico multorum bonorum dictaminum compilator. Item venerunt ad regem
Ruodolphum fossores argenti, qui turres sitas in durissimis petris suffuderunt et eas subito

a) *eadem manus in margine addidit:* alias: causa. b) voluisset *cod.* c) ubi *addidi.* d) milia *excidisse videtur.* e) III *cod.* f) *sic correxi,* septa de eorum *cod.*

71) Cf. Ellenbardi chron. supra p. 130. 72) Anselmus. 73) Kageneck, gens nobilis Argentinensis. 74) d. 3. April. 75) V. Passionem S. Christophori, cap. 11. Acta SS. Iul. T. VI, 148. 76) Hartmannus de Baldeck; cf. Kopp Gesch. der eidgen. Bünde II, I, 414. 77) Zellenberg a Colmaria ad septentriones, inter Kaisersberg et Gemar. 78) Cf. Chron. Colm. 79) ad III fl., ab Argentina ad meridiem. 80) Tullensis. 81) guardiano, i. e. superiore conventus Minorum 82) Oberwesel. Cf. Contin. Claustroneob. sextam 1287. SS. IX, 746. 83) Gemar inter Schlettstadt et Colmariam. 84) Burchardus, 1283—1296. 85) d. 31. Aug., in Libri vitae ecclesiae Basiliensis f. 161 leguntur enim haec: *Cuonradus de Wirzburg, Berchta uxor eius, Gerina et Agnesa, filiae eorum, obierunt 2. Kal. Sept.; qui siti sunt in latere beatae Mariae Magdalenae.* V. Otte mit dem Barte von Cuonrat von Würzeburc ed. K. H. Hahn p. 10.

deiecerunt. Ecclypsis lune fuit a. 11. Kalendas Novembris media nocte et iris in sequenti 1287.
seu in crepusculo videbatur. Abbatissa Seconensis, que et procuratrix claustri Vallis- Oct. 22.
Masonis, in dominam claustri Montis Romarici sublimatur. Episcopus Basiliensis terram
comitis Montis Bilgardis potenter intravit pluresque villas devastavit. Comes vero de mili-
tibus episcopi plus 50 de nobilioribus ac dicioribus captivavit[86].

1288. Expulit dominus abbas Morbacensis omnes nobiles de castello Gebwilre, pro eo 1288.
quod se mutuo vulneraverant fraudulenter. Regis Ruodolphi filius[87], landgravius Alsatie, [87]
dux Bawarie[88], cum centum equis in curia sororum de Columbaria sub tilia requievit. 11.
Kalendas Februarii multe aves prope Montem Bilgardis convenerunt, contra se pugnave- Ian. 22.
runt et plus quam 300, ut dicebatur a pluribus, perierunt. Similiter et porci domestici circa
eundem locum plurimi convenerunt et se mutuis morsibus occiderunt. In vigilia Agate Febr. 4.
fulgura micuerunt. Iudei dederunt regi Ruodolpho 20 milia marcarum, ut eis de illis de
Wessila[89] et de Popardia[90] iudicaret. In civitate Bernensi mulier virum vicisse noscitur
in duello. Circa purificationem Virginis venit ventus, qui magnam sylvam sub Hohinnac c. Febr. 2.
radicitus devastavit. Rex Ruodolphus congregavit exercitum, ut obsessum castrum Ma-
guntinensi domino archiepiscopo liberaret. Capella lignea fratrum Predicatorum in
Zofingin a canonicis, ut plurimi retulerunt, ...... Item obiit frater Heinricus ordinis
fratrum Minorum, dominus archiepiscopus Maguntinus, 14. Kalendas Aprilis. Circa Mart. 19.
festum purificationis venit ventus magnus, qui in Flandria oceanum de alveo suo ad tria c. Febr. 2.
magna miliaria inundare fecit, et plus quam quinquaginta milia hominum interfecit. Item
Kalendis Aprilis rex Ruodolphus et episcopus Argentinensis et cives Argentinenses et Apr. 1.
domini terre in Columbaria pacis foedera iuraverunt; insuper inter fratres Predicatores et
cives Argentinenses componere voluissent. Item regem Ruodolphum legatus Francie
visitavit. Propter nivem ruine[a] multe in Alpibus ceciderunt. Circa Kalendas Marcii c. Mart. 1.
tantum frygus fuit, quod infra Basileam clausit glacies aquas Rehni et vinum congelebatur
in ecclesiis in calicibus et ampullis[b]. Rex Ruodolphus infra octavam resurrexionis in Mart. 28.
Columbaria centum mille libras in victualibus expendebat. Dominus Ieronymus, cardi- Apr. 4.
nalis[91] et provisor[92] ordinis Minorum, in papam[93] circa principium medie[c] quadragesime [93]
consecratur. Uxorem dominus de Baldechi duxit, curiam magnam in Basilea celebravit,
in qua plus quam septingentas marcas creditur expendisse. 17. Kalendas Maii nocte Apr. 15.
perierunt vinee, et solidus denariorum Basiliensis datus fuerat in vineis rustico labo-
ranti. Iudea iuvencula de antiquo Iudeo in Rubiaca 4 pueros noscitur peperisse. 13.
Kalendas Maii facta fuit quedam mutatio circa solem. Dedicata fuit in Wissinburc[94] Apr. 19.
arca fratrum Predicatorum 6. Nonas Maii[d]. Circa Nonas Iunii obsedit rex Ruodolphus Mai. 2. c. Iun. 5.
Bernensem Burgundie civitatem. Asub[95] ascendit de Wetilsheim versus Rubiacam. In
octava epiphanie venit mercator in Basileam, ducens secum vinum Grecum seu Cypri, Ian. 13.
deditque bicarium illius vini pro quinque solidis, quartale pro libra, quod usque ad illud
tempus res fuerat inaudita. Obiit[96] dominus archiepiscopus Maguntinus Heinricus, frater [96]
ordinis Minorum, quondam episcopus Basiliensis. Captus est dominus archiepiscopus
Coloniensis[97]. Item rex Ruodolphus obsedit Montem Bilgardis circa Kalendas Iulii Item c. Iul. 1.
6. Idus Iulii cecidit grando magna et fecit damnum in diversis locis, et fulgur exussit tectum Iul. 10.
castri, quod dicitur *der Stein*[98] in Rapolzstein; et tecta[e] 400 in Türincheim[99] devastavit. Mu-
lier in Columbaria laqueo suffocavit. Mulier puerum cum 4 dentibus pariebat. Ruo-
dolphus rex Romanorum terram Gallicorum circa Brunnendrut plus quam tribus septimanis
cum centum milibus hominum devastavit. Item rex Ruodolphus secundario Bernenses
dicitur obsedisse. Incluse de Katzinthal in Amiliswire[1] se circa festum omnium sancto- c. Nov. 1.
rum transtulerunt, et moniales se postea vocaverunt. Dominus Hermannus[f] de Rapolz-

a) *sic corr. eadem manus* lowine. b) ampullas *cod.* c) medium *cod.* d) 6. Non. Maii *in cod. cum sequentibus coniuncta sunt.* e) tectum *cod.* f) Her. *cod.*

86) Cf. Ellenhardi chron. supra p. 128. 87) Rudolfus. 88) *Suevie* legendum videtur; cf. Stälin, Wirt. Gesch. III, 40. n. 2. 89) Cf. 1287. 90) Boppard. 91) presb. card. S. Pudentianae, deinde ep. Praenestinus. 92) i. e. minister generalis. 93) Nicolaum IV. 94) Weissenburg d. Spir. 95) seu Azubenen, i. e. signum Librae in coelo. V. Ideler Untersuchungen über den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen p. 177. 96) Cf. supra. 97) die 5. Iunii in proelio apud Woringen. 98) der Stein, Lapis, appellabatur castrum inferius Rappoltsteinense. V. Schoepflin Als. ill. II, 109. 99) Türckheim a Colmaria ad occid. 1) Ammerschwihr a Colmaria ad septentriones.

1288. stein obsedit Hohinach castrum et per promissiones obtinuit fraudulenter. Item dominus
de Rapolzstein obsedit castrum in Minrewire[2], et cum existentes in eo retinere non potue-
runt, sub condicionibus tradiderunt.
1289. c. Ian. 6. 1289. Alsa circa Herinkein[3] et alias villas vicinas circa epiphaniam Domini inunda-
bat. Item episcopus Curiensis[4] a regis Ruodolphi filio[5] captivatur. Sifridus miles,
Mart. 7. quondam scultetus Columbariensis, filie sue . . . . . . in festo Perpetue et Felicitatis[a] solen-
Febr. 23. nes nuptias celebravit. Item rex Ruodolphus circa quadragesimam in Egla[6] civitate,
Apr. 2. que est prope Boemiam, curiam celebravit. Sifridus miles, quondam scultetus Colum-
Mart. 27. bariensis, 6. Calendas Aprilis interficitur a Susingo. Cives Bernenses obsessi regi Ruo-
Apr. 28. dolpho se sub conditione amicabili noluerunt tradere. 4. Kalendas Maii venit Ruodolphus
rex Romanorum in Columbariam, et duxit secum çamelum, animal magnum trium anno-
7 rum, altitudinis inconsuete. Eodem die venit frater Munio[7], magister ordinis Predicatorum,
in Columbariam, festinans venire in Treverim ad capitulum generale. Rex vero Ruo-
dolphus ob reverentiam magistri commedit in domo fratrum Predicatorum festo sancti
Apr. 29. Petri martyris et predicatoris, et fecit eis et dominabus quibusdam et dominis multis convi-
vium magnum et bonum, et fratribus Predicatoribus inconsuetum. Eodem die proscripsit
dominos de Gyrsperch, pro eo quod occiderunt Sifridum militem de Gundolzheim fraudu-
Apr. 24.–30. lenter. Eadem septimana occisus est[8] comes de Hohinberch[9], cognatus regis, a civibus
Bernnensibus violenter. Item in Argentina puero masculo nondum anniculo crevit ar-
genteus circulus circa dentem. Item Gyrsperch castrum a Columbariensibus obsi-
detur. Item civitas Rotwillensis exuritur. Item cives Bernenses cum rege Ruodolpho
composuerunt et se in suam potestatem voluntarie tradiderunt. Grando magna circa
Basileam fuit, que frumentum, fructus, vineas devastavit. Dominus[10] de Baldecke de
11 procuratione, a rege sibi commissa, a regis filio[11] removetur. In Treverim 700 fratres
venisse ad capitulum[12] referuntur, fratrum servi 300. Castrum Ermirsbuche[13] domini
Apr. 30. comitis Phirretarum[14] primo[b] Kalend. Maii a dominis . . . . . . arripitur fraudulenter. Rex
Anglie fratribus Predicatoribus, qui venerunt in Treverim ad capitulum generale, tribus
diebus abundanter necessaria ministravit; plus etiam quam marcas 400 in illis servientes[c]
ante Iun. 24. expendebat. Circa Columbariam fuit messis ante festum Iohannis baptiste inchoata, et
ante Iul. 21. ante festum sancte Praxedis virginis terminata. Filius regis Ruodolphi[15] castrum Do-
chinberc[16] abbatis Sancti Galli creditur expugnasse. In Lombardia fratres Minores ha-
17 buerunt capitulum[17], et venit illuc papa Nicolaus, frater ordinis ipsorum, cum fratribus
800. Papa Nicolaus expellitur de Roma, quia filium Caroli[18] in regem, eis contradicen-
Iul. 13. tibus, consecravit. Rex Ruodolphus, habens 2000 equorum phaleratorum, 2000 equitum,
3000 balistariorum, 20000 bigarum seu curruum, 100000 peditum, terram ingreditur Galli-
corum et plus quam . . . . . . . Rome pars pape a Romanis violenter eiicitur, et ex utra-
que parte plus quam quingenti numero perierunt. Florentini cum dominis terre pugna-
verunt et plura milia hominum plagio[d] perierunt. Bononie interfecti plurimi referun-
tur. Episcopus Coloniensis a captivitate liberatur. Anniversarium diem fratris sui 3.
Aug. 3. Nonas Augusti in domo fratrum Predicatorum solenniter celebravit. Filia filii Iuuene
Sept. 2. Iudee in Columbaria cum nobili Iudeo de Herpipoli contraxit, et 4. Nonas Septembris nuptias
cum[e] Iudeo nobili celebravit. Rex Ruodolphus pro triginta libris argenti caveam in Ba-
silea avi psitaco comparavit. Dux Luttringie cepit comitem, scilicet de Fryburch. Epi-
scopus Metensis cepit comites duos de Liningin. Terre motus factus est una die 5 vici-
bus. Incluse in Kaczental se in Amerschwiler transtulerunt et ibidem claustrum con-
struxerunt, et in eodem anno in capitulo Treverensi fratribus Predicatoribus in Columbaria

a) *sic scribendum putavi pro:* in festo. s. et Fed'adi et. b) pridie *legendum videtur.* c) *sic scripsi pro* serviens. d) *seu* plagis. e) a *cod.*

2) Cf. 1279. supra p. 204. n. 38. 3) Ober- et Nieder-Hergheim ad Ill fl. 4) Fridericus I. 5) Rudolfo. 6) Eger. 7) Munio de Zamora, magister ord. Praed. septimus, electus d. 12. Mai 1285, a magisterio remotus a. 1291, v. Quetif et Echard I. p. XVII. et 398. 8) d. 27. April. 9) Ludewicus comes de Homberg, cf. Ellenhardi chron. supra p. 129. 10) Hartmannus. 11) Rudolfo. Cf. Kopp II, 1, 414. 12) die 29. Maii celebratum, v. Quetif et Echard I. p. XVII. Acta capituli huius leguntur ap. Martene et Durand Thes. IV, 1289. 13) an Heimsbrunn, Heimsprun, (a Mülhausen ad occidentem)? 14) Theobaldi. 15) Rudolfus. 16) Alt-Toggenburg; cf. Ellenhardi chron. supra p. 128. 17) Hoc capitulum Reate celebratum est ineunte m. Iunio; v. Wadding Ann. min. II, 558. 18) Carolum II. regem Siciliae d. 29. Maii.

committuntur. Milites Alsatie, qui parem vestem tribus annis pene tulerant et se Nebe- 1289.
leringin nominaverant, ad regis presentiam citantur. Sorores in Amerschwire in festo
sancte Katharine primam missam[a] in area propria cantaverunt. Incluse in Suntheim Nov. 25.
aream in Gebwiler 100 marcis emerunt. Sorores sub-tilia tertiam domum claustri sui
perfecerunt magnis expensis. Hiems calida; herbe flores, arbores flores et folia ante ante Dec. 25.
nativitatem Domini produxerunt; venatores tum fraga in Alsatia invenerunt; pice cum
gallinis pullos ante trium regum protulerunt; arbores folia antiqua retinuerunt usque ex 1290. Ian. 6.
eis recentia prodierunt; vites botros, folia, flores ante Hilarii protulerunt; pueri in Eges- Ian. 13.
heim in aqua fluenti balneabant. Soldanus Babilonie[19] Tripolim cepit[20] et preter Achon 20
omnes res christianorum pene cepit, multa milia christianorum interfecit, reliquos suo
dominio subiugavit.

1290. Rudolphus rex dederat in purificatione suffodientibus castrum Girsperg[b] 1900 1290. Febr. 2.
libras preter victum. Singulis septimanis libenter dedisset duos porcos duarum librarum,
duos boves, duo vasa vini, 1400 panes; sed non sufficiebant. In purificatione pavones
audiebantur, ciconie videbantur. Quedam galline, picae, columbae pullos in Ianuario pro- Ian.
duxerunt. Crastino Agathe domini de Girsperg se et castrum domino advocato terre Febr. 6.
sine gratia commiserunt; sed servi eorum sub gratia recipiuntur. Dominus Rodolphus
rex in Turingia fuit et in ea magnam dignitatem precio comparavit. Henricus dux Ba-
variae[21], amicus fratrum Predicatorum, obiit. Fratres Minores in Columbaria capitulum 21
celebraverunt, et domini terrae eis plura servitia ministrabant. Dux Alsatiae Rudolphus,
filius regis Rudolphi, obiit[22] et in Praga Bohemorum sepelitur. Lector[23] fratrum Mino-
rum de Basilea[c] fecit capi in Columbaria in capitulo suo duas beginas et duos begardos, et
in Basilea plures, quos haereticos reputabat. Dominus episcopus Curiensis[24] obiit. Comes 24
Egyno* Friburgensis dedit filio suo[25] filiam[26] ducis Lotharingiae[27] in uxorem. Conradus
de Liechtenberg, episcopus Argentinensis, harum nuptiarum causa in Argentina magnam
curiam celebravit. Ferrariae in capitulo generali[28] Praedicatores constituerunt singulis 28
diebus faciendam memoriam de beata Virgine[29] contra imminentia pericula. Eodem modo
letania constituta fuit ante octo annos[30]. Hiemps calida et pluviosa, aestas frigida et
pluviosa. In Burgundia prope Losanam cecidit grando magna, cuius lapides duorum vel
trium panum magnitudinem superabant. Laesit novem ecclesias parrochiales, et sexaginta
millia hominum computabantur periisse. Puer masculus in villa Teinheim, que est prope
Columbariam, in[d] ostia sacerdotis elevata puerum pulcherrimum vidit, quem sibi dari
per totum diem a se nutrientibus postulavit. Canonici de Hanoe[e] [31] se in Rhinaviam[32]
transtulerunt. Tabernarius in Ehenheim fuit tribus diebus a demonibus deportatus. Do-
minus de Feldentz congregavit exercitum, venit in Alsatiam, volens in autumno domino de
Rapolstein[33] vineas suas extirpare. Dominus de Rapolstein congregato exercitu dominum 33
de Feldentz prohibuit. Inclusae de Suntheim quarto Calendas Novembris Gebvilerae in Oct. 29.
claustrum, quod ibidem sibi construxerant, se transtulerunt. Rex Rudolphus in Saxonia
multum[f] laudabiliter multa peregit. Hiemps calida; annus pluviosus. Rhenus quater
ante nativitatem Domini inundavit. Soldanus Babiloniae[34] Hierusalem et Achon et totam ante Dec. 25.
christianorum[g] pene totaliter expugnavit. Papa Nicolaus misit in adiutorium terrae
sanctae sexaginta millia peditum propriis expensis. Domini de Sancto Ioanne dederunt
in Brundusio omni volenti maria transire ignem et panem et naulum et expensas, quas
pro persona sua annus integer requirebat. Papa Nicolaus regi Anglorum supplicavit
atque mandavit, quatenus crucem ad transmarinas partes susciperet; et ut hoc facere

* *Recentior manus in margine addidit haec:* Proverbium: „Was galt es Graff Egen an?“ Sepultus hic est zu Badenwiler.

a) mussam *cod.* b) Girsper *cod.* c) Basileaea *cod.* d) puer in *cod.* e) *eadem manus addidit in marg.* Huonoe. f) multa *cod.* g) *deest* terram *s.* regionem, *seu simile quid.*

19) Saifeddin Kalavun. 20) d. 27. Apr. 1289, v. p. XVII. 21) Heinricus I. dux Bavariae inferioris, ob. d. 3. Febr. 1290. 22) d. 8. Maii. 23) In tab. d. d. 17. Apr. 1289. apud Trouillat II, 465. S. lector Basiliensis reperitur. 24) Fridericus I. d. 3. Iunii. 25) Conrado. 26) Catharinam. 27) Friderici III. 28) celebrato d. 21. Maii, v. Quetif et Echard I. 29) V. acta capituli Ferrar. c. 17 apud Martene et Dur. Thes. IV, 1837. 30) Cf. acta capit. Monspelienses ann. 1283. c. 12, ibid. 1811. 31) Honau insula Rheni infra Argentinam. 32) Rheinau. De hac translatione cf. Conradi episcopi Argent. tab. d. d. 7. Sept. 1290. apud Mone Zeitschrift für Gesch. des Oberrheins IV, 276. 33) Anselmo. 34) Malek el Aschraf.

1290. posset, decimam omnium ecclesiarum regni sui fecit sibi per triennium fideliter mini-
35 strari[35]. Haec eadem faciebat regi Francorum. Fructus propter nimiam productionem
florum totaliter perierunt. Frumentum crevit vile. In Selestadio construitur ecclesia
leprosorum.
1291. Ian. 15. 1291. 18. Kalendas Februarii audita sunt tonitrua. Nocte grando magna cecidit et
fulgura multa sepe micuerunt. Dominus de Rapolstein congregato exercitu dominum[36]
de Bergken[37] in munitione parvula capere voluit; existentes autem in munitione Sermers-
heim se viriliter defenderunt, tres occiderunt et multos vulneraverunt eumque fugere coe-
Febr. 1. c. Febr. 2. gerunt. In vigilia purificationis ciconie in Schletstat venerunt. Circa purificationem
venit mutus Columbariam, qui signis dixit preterita, presentia et futura. Eclipsis lune
Febr. 15. 15. Kalendas Marcii ante fratrum Predicatorum apparuit matutinas. Inventa fuit in
Hadtstat manus integra in modum iurantis, alio corpore putrefacto; et cum eam secundario
sepelire voluissent, gutte sanguinis emanabant, et propter hoc eam secundario sepelire
38 noluerunt. Rex Anglie omnes Iudeos regno expulit[38]. Archiepiscopus Coloniensis
excommunicavit omnes cives et clericos ac religiosos, eo quod ceperant eum in con-
flictu. 15. Kalendas Marcii tempore eclipsis orta est cedes Aureliani, qua 300 mulieres
et parvuli, 300 clerici, 800 de populo gladio ceciderunt. Turicenses 1500, Constantien-
ses 1200, Columbarienses 500 marcas regi Rudolffo dederunt. Columbarienses preter hec
1800 libras expenderunt pro cibariis et serviciis dominorum. Luceriam abbas Murba-
Mart. 12. censis[39] cum monachis suis vendidit regi Rudolffo duobus milibus marcis[40]. Gregorii
venit rex Rudolffus Columbariam. Dominus de Girsperg gravibus conditionibus a captivitate
liberatur. Bonifacius episcopus Bosnensis[41], ordinis Heremitarum, Predicatoribus Col-
Mart. 25. mariensibus consecravit dominica ante Letare, festo annunciationis, altare beate Virginis
versus latus superius, altare in angulo ecclesie beati Petri Predicatoris martiris, altare
sancti Augustini. Maritus[42] filie[43] Rudolffi regis mandavit regi Ruodolffo, ut quam statim
44 veniat ad eum Lausannam[44], et ut indicet[a] dominis curiam Burgundie in Francfurt; quod
factum est. Deinde vocatur rex Rudolffus ex Francfurt ad Lausannam, ut perficiat negocia
domini pape. Principales domini de Girsperg a captivitate liberantur; castrum totaliter
devastatur. Dum rex Rudolffus esset profecturus ad principem, maritum filie suae, comes
Sabaudie[45] insidias fecit regi, quem interimere volebat. Rex Rudolffus in Francfurt curiam
Mai. celebravit non ad suam per omnia voluntatem. Dominus de Hunnenwilr a Columba-
riensibus interfectus[46], et de civitate plures milites expelluntur. Dominus de Rappol-
stein incepit novam monetam facere, que pene cum denariis Friburgensium concor-
dabat. Dominus de Horburc[47] villam Richenwilr[48] muro circumdedit et munivit. Co-
lumbariam obsedit episcopus Argentinensis cum 30 milibus pugnatorum infra[b] octavam
Sept. 9.—15. nativitatis Marie; Columbarie erant 3000 pugnatorum. Ventus validus partem pontis
Sept. 22. Brisacensis 10. Kalendas Octobris destruxit. Obiit margravius de Missen[49], iuvenis vir-
tuosus. Crevit vinum nobile et virtuosum. Dominus de Rappolstein in Gemer castrum
ligneum constituebat. Episcopus Constantiensis opposuit se filio regis Rudolffi[50] pro
rebus, quas abstulerat filio[51] comitis[52] de Loiffinberc violenter. Domini de ordine Theu-
thonicorum in Bughen[53] parant se ad prelia, ut res suas a dominis terre defenderent. Ca-
stellum Gemer prope Rapperschwilre fuit inchoatum a domino Hermanno de Rapper-
54 stein[54]. Consules Columbarienses dederunt civibus suis ligna pro 600 domibus con-
struendis.

a) indicat *cod.* b) infra — Marie *in marg.*

35) V. bullas apud Rymer I, II, 713 sqq. 36) Cunonem. 37) Oberbergheim. Cf. Ellenhardi Annal. 1292 et 1293 supra p. 103. 38) a. 1290. 39) Bertholdus II. de Falkenstein. 40) d. 24. Apr., v. Rudolfi regis tab. apud Schoepflin Als. dipl. II, 48. Böhmer Reg. n. 1107. 41) de quo cf. Farlati Illyr. sacra IV, 55. 56. 42) Carolus II. rex Siciliae. 43) Clementiae. 44) Convenerunt reges Rudolfus et Carolus apud Cudrefin (ad lacum Neuenburgensem, a Murten ad occid.) septimana post octavam paschae, i. e. Apr. 30 — Mai 5, secundum relationem Radulfi Scariodi, de qua v. Kopp Gesch. der eidg. Bünde II, II. 464 sq. 45) Amedeus. 46) Cf. infra Chron. Colmar. 47) Burcardus, v. Schoepflin Als. ill. II, 612. 48) Reichenweier, Riquewihr, a Colmaria ad septentriones, inter Kaisersberg et Rappoltsweiler. 49) Fridericus Tuta d. 16. Aug. 50) Alberto. 51) Hartmanno de Habsburg-Laufenberg. Cf. Kopp Urkunden II. p. 18 sq. et tab. apud Lichnowsky Gesch. des Hauses Habsb. II. p. CCLXXX. 52) Eberhardi. 53) Beuggen v. supra p. 193. n. 11. 54) Rappoltstein v. supra.

[1292. Ian. 1.] 1292. Circumcisione Domini cives Columbarienses preposito Argentinensi, fratri episcopi Argentinensis, N.[55] de Liechtenberg, fidelitatem et servicia iuraverunt et fideliter promiserunt. Episcopus Metensis obiit[56]. Scultetus[57] Argentinensis et Zorno cum suis congregati, armis invadere voluerunt familiam Kakenegk et Herbonon[58] propter verba quedam iniuriosa. Hiems temperata usque ad purificationem, postea[a] invaluit frigus, [Febr. 2.] quod Renus in Brisaco ex utraque parte pontis fuit congelatus, quod equis et bigis communiter transiverunt. Cives dederunt 10 libras, quo glacies scinderetur, ut naves possent transire. Ciconie Kathedra Petri non venerunt, sed circa Gregorii pauce Columbariam [Febr. 22. c. Mart. 12.] venerunt, quia multe frigore perierunt. Frumentum charum; quartale siliginis 10 solidis Columbarie vendebatur circa Gregorii. Domini ordinis Theuthonicorum 13. Kalendas [Apr. 19.] Maii sabbatho exocularunt duos cives Friburgenses. Iunior comes[59] cum civibus claustrum irruentes totaliter devastarunt[60]. Campanile Predicatorum nondum consumatum in Colmaria. Acquila in Rapperschwiler duabus ciconiis nidum destruxit, duos pullos unguibus arripiens abstulit, quorum unus pedibus excidit, alterum devoravit. Puer cuiusdam paupercule postquam duobus annis scolas frequentasset, dicitur didicisse Doctrinale[61], Grecismum et tractatus logicos. Comes de Nassow circa inventionem sancte crucis in regem [c. Mai 3.] Rhomanorum eligitur. Vigilia ascensionis Albertus dux[62] cum[b] 1500 equitibus venit [Mai. 14.] Columbariam. Hermannus[63] de Rapolstein 2. Nonas Iunii a civibus Argentinensibus fuit [Iun. 4.] captivatus ad preces paupercule mulieris. Dux Austrie Albertus Turicenses obsidebat. Puer 9 annorum Colmarie a Iudeis interfectus. Argentine vicus pelliipariorum[64] per ignem totaliter devastatur. Interfectus fuit in Rubiaco frater Ioannes ordinis Minorum. Albertus, filius regis Rudolffi, dux Austrie, comes Alsatie, id est landgrafius, comes de Kiburg, obsedit Turegum potenter 6 diebus; post hoc discessit et obsedit castrum Nellenburg[65], quod expugnavit et fregit. Episcopus Coloniensis reconciliatus civibus. Fratres Minores ecclesiam suam magnis et altis columnis exaltabant. Fluentes aquas per plateas Argentinenses artifex invenit[66]. Regine regis Rhomanorum presentatus fuit puer nutritus inter lupos.* Regina regis Rhomanorum[67] venit Brisacum vigilia omnium [Oct. 31.] sanctorum. Dux Lothoringie castrum in Plummers[68] super balnea construxit, ut defenderet balneantes a malis hominibus. Advocatus Alsacie nomine regine singulis diebus expendit 12 libras Basiliensis monete. Dominus de Rappolstein recepit ab hominibus suis quintam partem vini, quod creverat hoc anno; facit 450 carratas. In[c] Hagenoia fuit torneamentum, in quo fuit miles a Scalario[69] interfectus. Adolphus rex Romanorum venit Columbariam ante nativitatem Domini anno bisextili b. c. [ante Dec. 25.]

*In cod. fol. 138. leguntur haec: Regine Rudolffi[d] regis puer presentatus inter lupos enutritus, vescens carnibus crudis, manibus et pedibus incedens.

[1293.] 1293. Abbas Parisiensis[70] capitur a suo subdito, ordinis converso. Castrum Ortinberch[71] venerabili domino Conrado[e] de Lietinberch, Argentinensi episcopo, tradebatur. In villa Sancti Ypoliti computate[f] fuerunt centum triginta vidue, que omnes necessaria sibi habere poterant competenter. Inventor et magister operis, quod in Argentina Bruscam[72] fluere per vicos faciebat, de eo cecidit et expiravit. Minera auri apud Heydelberch invenitur. Comes Heinricus[73], frater comitis[74] de Fryburc, capitur ac graviter vulneratur. Prope Scafusam atque Basileam fuerant inventi lapides preciosi. Ante 2 annos venerunt in sylvam, que dicitur Spechartt[75], infiniti passeres albi et per annum ibidem remanserunt et postea pariter recesserunt. Obiit[76] venerabilis dominus Ruodolffus[g] de Habisburc, episcopus Constantiensis, frater comitis Gotfridi de Louffinberg[h], et in prandio vitam noscitur finivisse.

a) *deest* adeo. b) cum *deest in cod.* c) In — bisextili b. c. *addidit manus recentior.* d) an Adolfi? e) cō.... *cod.* f) *sic corr. in cod.* comburate. g) *sic corr. in cod.* Conradus. h) Louffinberg *in lacuna addidi.*

55) Friderico, post episcopo Argentinensi. 56) His verbis falsi aliquid inest. Burchardum enim ep. Metensem constat a. 1296. obiisse. 57) Schultheiss, gens nobilis Argentinensis, v. Schoepflin Als. ill. II, 668. 58) Erbones, Erben, nobilis gens Argentinensis, v. ibid. 643. 59) Conradus, filius Eginonis. 60) Cf. tab. d. d. 12. Dec. 1292. apud Schreiber Urkundenb. I. p. 119. 61) grammaticam Latinam versibus scriptam, cf. infra De rebus Alsaticis. 62) Austriae. 63) immo Anselmus, v. tab. apud Schoepflin Als. dipl. II, 52. 64) pellionum. 65) prope Stockach in magno duc. Bad. 66) Cf. 1298. 67) Imagina uxor Adolfi regis. 68) Plombières. 69) Cf. supra p. 193. n. 9. 70) Dietricus abb. Pairisiensis, v. Hugo Sacr. antiq. mon. II, 274. 71) Ortenberg, a Schlettstadt ad occidentem. (De alio huius nominis castro v. supra p. 121. n. 15.) 72) Breusch fl. 73) dominus in Badenweiler et Neuenburg. 74) Eginonis. 75) Spessart. 76) d. 3. April.

Dimidius pes:

1293. Item natus fuit puer scilicet infans hermofrodita in valle Kesirsperch, id est qui membrum
mulieris atque virilia continebat. Item domini de Girsperch castrum Froberc[77] furtive,
Iun. 9. expulsis habitantibus, obtinebant. Eodem tempore, scilicet 5. Idus Iunii, edificavit advo-
catus terre[78], scilicet filius sororis[79] regis Ruodolffi, castrum in Haerwille[80], ut castrum
Iun. 23. Ortinberc obsideret. Civis Lienhart[a] nomine de Columbaria in vigilia sancti Iohannis
81 baptiste cum octo viris armata manu inclusorium[81] de Horburc dicitur destruxisse. Ca-
stellum Watwire et Züllisheim[82] in precedenti anno fuerant[b] inchoata. Castrum Rami-
stein[83] prope Zlezisstat fuit inchoatum a praefecto terrae contra multorum hominum volun-
tatem. Iudei Rubiacenses ob metum episcopi se in Columbariam transtulerunt, et cau-
84 wirceni[c, 84] in Gebiwilre turpiter capiuntur ab abbate Morbachcensi. In Rubiaca fuit
Aug. 18. interfectus . . . . . . . . miles, dictus Zedelere[85], 15. Kalendas Septembris; a dominis de Lobi-
gasse occiditur fraudulenter.

Diameter cristalli:

In Rheno prope Brisacum submersa fuit navis cum hominibus octoginta. Mercatores
venientes de Fryburgo versus Brisacum prope villam Alzmache multas aves atque multa-
Aug 14. rum genera mortuas invenerunt. In vigilia assumptionis beate Virginis due naves in
Rheno, una prope Argentinam, alia prope Brysacum cum multis hominibus perierunt. Item
Rotwyre[86] exuritur, et multe aves prope Brysacum frigore perierunt. In Rubiaca fuit
ovo decocto vitellum ovi in hominis faciem transmutatum.* Scultetus Columbariensis[87]
88 vocavit dominum[88] de Rapolzstein nocte cum multis hominibus et ei tradidit civita-
tem. Dominus Anselmus de Rapolzstein fratrem suum Henricum eiecit de Rapolzstein
et eum rebus suis omnibus spoliavit. Item estas calida et sicca, et vinum bonum ut di-
Sept. 16. cebatur generaliter habundavit. Rex Romanorum Adolfus 16. Kalendas[d] Octobris, quarta
scilicet feria, venit Rapolzwire cum hominibus multis et obsedit eam cum[e] magna gloria
Sept. 28. violenter. In vigilia vero sancti Michaelis Columbariam obsidebat. Item Wilre[89] castrum
Oct. 27. atque castellum non valentes se defendere, regi se voluntarie tradiderunt. Item in vigilia
90 sancti Symonis et Iude castrum Werde[90] faciliter expugnatur. De Rapolzstein rex[f] . . . .
recedebat, circumduxit scultetum Columbariensem, in rota residentem, manum cum tribus
digitis erectam habentem ac periurium demonstrantem. Dux Austrie[91] solemnem curiam
c. Nov. 10. circa festum sancti Martini in desponsacione filiae sue[g, 92], et talis non fuit in istis[h] tempo-
ribus celebrata. Fuit in Argentina iuvencula, que in infirmitate legavit conventui fratrum
Predicatorum marcas 10, cuidam studenti 40, priori domus centum, fratri suo carnali cen-
tum; de qua legatione fuerunt cives plurimum perturbati. In Lombardia apparuerunt in
aere[i] duo monachi parvi, albus et niger, bonam[k] horam, et se mutuo impugnabant et
postea in vallem et vastam solitudinem descenderunt.

* *Cod. fol.* 138': In Rubiaca ovum coctum, cuius vitellum in caput hominis fuit transformatum.

1293. Dec. 25. 1294. Adolphus rex Romanorum in Landowe[93] in nativitate Domini curiam celebra-
1294. vit. Item 17. Kalendas Februarii venit frygus tantae fortitudinis, quod circa Haginogiam
Ian. 16. multae vinee[l] frigore perierunt, tilie et arbores aliae fisse fuerunt, pisces in aquis, aves et
Febr. 20. homines in sylvis pariter perierunt. Item 10. Kalendas Marcii venit frater Stephanus[94],
magister ordinis fratrum[m] Predicatorum, de Argentina in Columbariam. Item abbas Pari-
c. Mart. 6. siensis[95] circa 2. Nonas Marcii ab officio removetur. Item domus fratrum Predicatorum
96 fuit in Gebwilre incepta[n, 96] et in Theotonia sex alie fuerunt pariter inchoatae. Dux

a) *supra* Lienhart *eadem manus posuit* Linthart. b) fuerat *cod.* c) canwireni *cod.* d) Kalendas *addidi.* e) eam cum *addidi.* f) *sequitur lacuna. Post* recedebat *alia manus addidit:* Rex Romanorum. g) *deest* celebravit, *vel quid simile.* h) missis *cod.* i) arere *cod.* k) *an* per unam? l) vinie *cod.* m) *sequitur in cod. denuo* ordinis. n) recepta *cod.*

77) Froberg, Montjoie ad Doubs fl., a Bruntrut inter occid. et meridiem. 78) Otto de Ochsenstein. 79) Conigundae. 80) Scherweiler inter Schlettstadt et Ortenberg. 81) aedes, ubi inclusi morantur. 82) Zillisheim a Mülhausen ad meridiem. 83) Ramstein inter Schlettstadt et Dambach. 84) Cf. supra p. 203. n. 25. 85) Zedeler, Scidelarii, gens nobilis dioec. Argent., vide Schoepflin Als. ill. II, 669. 86) Rotweil. 87) Walterus Rösselmann. 88) Anselmum. 89) Wihr au val, v. supra p. 205. n. 59. 90) Werth ad Ill fl., v. supra p. 107. n. 23. 91) Albertus. 92) Annae Hermanno marchioni Brandenburgensi desponsae. Cf. Lichnowsky II, 307. 93) Landau. 94) Stephanus de Vesontio magister ord. Praed. octavus, electus d. 24. Maii 1292. obiit d. 22. Nov. 1294. V. Quetif et Echard I, 429. 95) Dietricus. 96) Cf. tabul. d. d. 14. Apr. (feria 4. post palmas) 1294. ap. Schoepflin Als. dipl. II, 62. et Chronique des Dominicains de Guebwiller ed. Mossmann p. 26.

Brabantie[97] obiit et filius eius[98] miles efficitur, et cives Colonienses eum sicut patrem eius 1294.
pro domino receperunt; sed hoc[a] episcopus Coloniensis, prout potuit, impedivit. Iudei
Bernnenses[b] puerum, ut dicitur, occiderunt[99]. Item karistia magna fuit et quartale fru- 3
menti pro 18 solidis dabatur, et sorores de Columbaria plus quam 300 quartalia in una sua
grangia pauperibus erogaverant ante festum Marie Magdalene. Venit circa Basileam ante Iul. 22.
ventus validus, fulgura, tonitrua, pluvia magna, que domus destruxerunt et arbores magnas
et fortes funditus sive radicitus evulserunt. Circa pasca quidam de progenie Ursina in c. Apr. 18.
ecclesia sancti Petri peregrinos undecim occiderunt. In festo sancti Dominici fratrem Aug. 4.
Dominicum fratres Predicatores de Columbaria receperunt. Decanus Columbariensis
circa exaltacionem sancte crucis a sculteto Columbariensi fortuitu captivatur. In sylva, c. Sept. 14.
que est iuxta Haginogiam, cervus vaccam cognovit, que cervum peperisse postea dice-
batur. In Basilea exuste fuerunt domus pene sexcente circa exaltationem sancte crucis c. Sept. 14
et fere homines 40. Apostata ordinis fratrum Predicatorum sorores sub tilia de Colum-
baria spoliavit. Fratres vero ordinis Minorum in Villingin apostatam[c] ordinis sui rece-
perunt et vinculis ligant. In die sancti Leodigarii abstulit Cesso castrum Lobeke[1] a Oct. 2.
suis dominis fraudulenter. Rex Adolfus circa adventum Domini terram Missinensem c. Nov. 28.
intravit[d] potenter. Civitas Missina ei se tradidit, castella 12 expugnavit, totam terram cum
magna potentia devastavit.

1295. Papa Celestinus[2] papatum voluntarie resignavit[3]. Romanorum rex Adol- 1295.
phus, expugnata terra dominorum Missinensium, iter suum versus Alsatiam dirigebat seque
preparabat ad eundum contra regem Francie[4], ut eum, ut[e] dicebatur, de rebus propriis
extirparet. In Bara[5] villa demon castrum domini Wephimanni[6] militis destruxit, post 6
hoc . . . . . . introivit, et Deo[f] Latinum nobile loquebatur. Rhenus, qui longo tempore
oppidum Brisacum ab Alsacia diviserat, isto anno pro parte ad latus montis se aliud trans-
ferebat. Inundacio cuiusdam aque ad oppidum Rinveldin, quod est situm supra Rhenum,
claustrum dominorum de Olsperg[g. 7] replevit, molendinum eorum destruxit, lapides et
ligna in Rhenum cum magna violentia perducebat. Item prope Basileam villa fuit, Onez-
wire[h. 8] nomine, que a Basilea tria miliaria distabat ac in valle sita erat, quam aqua transire
modica[9] dicebatur, pars montis in vallem cecidit, aquam obstruxit, que paulatim[i] crevit, 9
quod supremam partem ecclesie ab occulis hominum occultavit. Fulgur pilos procura-
toris Minorum in Brisaco combussit corpore illeso 5. Kalendas Augusti. Dominus[10] de Iul. 28.
Hossinsten[11], cognatus et procurator ducis Austrie, obsedit et expugnavit . . . . . . . . . , et
circa festum Marie Magdalene Zovingin cum magna hominum multitudine dicitur obse- c. Iul. 22.
disse. Item in Alsatie[k] villa Turinchem[l. 12] minera plumbi vel argenti reperitur, in qua 12
ante paucos annos[13] gypsum pauperes invenerunt. Adolphus rex Romanorum circa
Calendas Augusti cum exercitu magno terram Missinensium secundario subintravit. Tertio c. Aug. 1.
Nonas Aprilis fuit in Briscaugia[14] et in Alsacia vehemens terrae motus. In Colmar uno Apr. 3.
hoc anno mortui pueri 777. Est mons in Alpibus, qui nutrit ex una eius parte serpen-
tes, qui si transire montem in latus alterum voluerint, subito moriuntur. Terre motus
in Vallesia 14 castra pro parte destruxit et crucem pinnaculi turris ecclesie maioris deiecit[m]
et in diversis locis plurima devastavit. In Curia montes scissi, petre fisse sunt, plures cam-
pane pulsaverunt, quinque castra penitus destructa[n], plura vero fissa sunt et domus multe.
Et post hunc duos alios[o] motus una septimana plurimi retulerunt. Rome mortalitas fuit
magna[p], et una die sepulture[q] 7 episcopi[r] tradebantur[s]. Mediocris stature persona
regnum Theutonie circumibat, imperatorem Frydericum se suis fidelibus referebat. Hic

a) hic *cod.* b) Berunenses *cod.* c) apostata *cod.* d) intravit *addidi.* e) ut *addidi.* f) an demon? g) *sic corr. in cod.* Hospita. h) *eadem manus in marg. addidit*: Nunc dicitur Oberdorff circa Waldenburg. i) adeo *excidit.* k) Alsatia *cod.* l) Curinchem *cod.* m) diecit *cod.* n) destruxit *cod.* o) duo alii *cod.* p) *in cod. denuo* fuitt *legitur.* q) sepultura *cod.* r) episcopis *cod.* s) tradebatur *cod.*

97) Iohannes I. 98) Iohannes II. 99) Cf. tab. Adolfi regis d. d. 1. Aug. 1294, Boehmer Reg. Adolfi n. 211, et Kopp Urk. II. p. 31. 1) Laubeck (perperam Laubach, Lautenbach appellatum) prope Münster in valle Gregoriana. 2) quintus. 3) d. 13. Dec. 4) Philippum IV. 5) Barr a Schlettstadt ad septentriones. 6) de gente Wepfermannorum de Barr, v. Schoepflin Als. ill. II. 207. 676. 7) Olsberg v. supra p. 199. n. 37. 8) seu Onoltswiller, hodie Oberdorf, a Liestal ad meridiem. 9) Frenke rivus. 10) Otto. 11) Ochsenstein. 12) Türckheim. 13) anno 1290, v. infra De rebus Alsaticis ineuntis saec. XIII. 14) Breisgau.

1295. cum in Esslingin pervenisset, a civibus capitur, hereticus esse probatur, convincitur et
Nov. 18. crematur. Domini de Gyrsperch reconciliati Columbariam in octava sancti Martini sollenniter intraverunt. Rex Adolphus in terram Missinensium stipendiarios transmitte-
15 bat. In Alsacia, valle Alberstal[15], in una domo mulier peperit una nocte duos pueros, due vacce utraque duos vitulos, catus catulum, canis caniculum, scropha[a] vero porcellos plurimos pariebat. Quinquaginta fratres ordinis Minorum, senes atque lectores, de ordine pariter recesserunt, dicentes, fratres Minores de ordine sancti Francisci simpliciter recessisse.

1296. 1296. Dominus de Rapolzstein[16] fuit a captivitate regis Romanorum post purificatio-
post Febr. 2. nem beati Virginis liberatus. In montibus Alsatie puer, pastor caprarum, ab urso capitur et duobus annis cum ursis[b] morabatur; istud factum accidit circa annum Domini 1265, et adhuc pastor hic in Alsacia circumibit[c]. Hic pastor fame cogente speluncam ursorum adiit, et cum eis mansisse voluisset, ut se a famis periculo liberasset; ursos autem quia non invenit, ad homines rediit cum dolore. Venerabilis dominus Petrus, Basiliensis episcopus,
Apr. 4. obiit 2. Nonas Aprilis[17]. Item venerabilis dominus episcopus Probus Tullensis, ordinis
18 Minorum fratrum, obiit[18]. Filius marggravii Turinge venit in Lombardiam, et quedam civitates eum dominum receperunt. Castrum Gyrsperch cum adiutorio domini episcopi Argentinensis reedificatur. Plures tilie a fratre Beltoldo Covers[d] de Fryburgo, sacrista, in cymiterio nostro plantari[e] fideliter referuntur.

1296. Dec. 25. 1297. Circa nativitatem Domini fuerant cuidam clerico in civitate Basiliensi virilia propter quandam iuvenculam detruncata et suspensa in medio civitatis. Iudeus in anno precedenti pro furto in Sultzematin per pedes suspenditur, qui octo diebus supervixit et se elevans super patibulum liberavit; sed propter lęsiones pedum fugere non valebat. Cogente pestilentia atque mortalitate Columbarienses canonici processionem cum reliquiis
Febr. 1. indixerunt. In vigilia purificationis circa terciam ad ecclesiam homines religiosi ac clerici Sancti Martini convenerunt, ac scolares et canonici cum centum viginti superpelliciis[19] in principio processerunt; fratres Minores eos cum 40 fratribus sequebantur; deinde fratres Predicatores hos cum 30 fratribus sequebantur; hos autem fratres domini de Hospitali de Sancto Iohanne cum 10 personis venerandis sequebantur; sed monachi 10 sancti Benedicti fratres Predicatores precedebant et quinque ad libitum sequebantur. Ad regem Romanorum Burgundi veniebant[f] suppliciter deprecantes, quatenus a rege Francie deffenderet, quia eos pro regno Arelatense sepius infestaret. Rex vero promisit, se ante festum Marie
20 Magdalene[20] venturum et eos pro viribus defensurum. Civitates vero magne Francie, ut Remis seu Parisius et alie quam plures, portis fortibus et muris altis se[g] muniverunt, quod usque hoc tempus, confisi de fortitudine, facere contempserunt. In capite ieiunii, scilicet
Febr. 27. 3 Kalendas Marcii, interfectus fuit Iohannes miles virtuosus, dives, filius Syfrydi[21] sculteti Columbariensis. Inchoatum fuit dormitorium fratrum Predicatorum in Columbaria. Diffidavit dominus episcopus Argentinensis cives Columbarienses propter eorum scultetum, dominum de Bercheim. Mulier in Selecistat peperit puerum cum duobus capitibus cum dolore. Rex Boemie[22], filius Othocarii, curiam ...... celebravit[23], qualem nunquam aliquis regum nec Assurus nec et Salomon creditur celebrasse. Dedit enim laute et abunde advenientibus omnia, et dona, que milites hystrionibus largiti fuerant, restituit uni-
ante Iul. 15. versa. Episcopus[h] Argentinensis obsedit Marsmunstere[24] ante festum Margarethe. Translata sunt ossa ...... militis de Rubeaca in Columbariam ad fratres Predicatores. Botros
Aug. 4. maturos in conventu in festo Dominici commederunt. In Columbaria multa nova vina
Sept. 8. bona inveniebantur in nativitate sancte Marie virginis gloriose. Rex Adolphus circa nativitatem beate Marie virginis dominum Thebaldum, comitem Phirretarum, Alsatie instituit advocatum. Comes Phirretarum descendit ad regem cum multitudine bellatorum. Dominus de Lietinberch fuit de Ehynheim depredatus. Rex Anglie misit

a) *sic corr. in cod.* scrota. b) ursibus *cod.* c) *sic corr. eadem manus* circuivit. d) *an* converso. e) plantare *cod.* f) venientes *cod.* g) se *addidi.* h) Episcopus — Margarethe *leguntur in cod. ante* Dedit — universa.

15) Vallis Albertina, a Leberiana valle ad septentrionem. Cf. de ea Schoepflin Als. ill. II, 162. 201. 16) Anselmus. 17) in Libro vitae ecclesiae Basiliensis mors Petri I. Divitis ad d. 3. Sept. revocatur. V. Trouillat II, 633. 18) d. 2. Maii. 19) vestibus propriis canonicorum regularium. 20) ante Iul. 22. 21) de Gundolzheim, necati anno 1289. 22) Wenceslaus II. 23) Pragae die 2. Iunii. Cf. Contin. Vindob. 1297, SS. IX, 719. 24) Mauersmünster.

precedenti anno regi Romanorum triginta milia marcarum, ut ei armatos viros ad rerum sua- 1297.
rum mitteret defensores. Ama* boni novi vini in Slezcistat pro octo denariis vendeba-
tur. In decollatione sancti Iohannis baptiste venit rex Anglie in Flandriam cum quin- Aug. 29.
gentis magnis navibus, cum sex milibus[a] militum, cum equis dextrariis, et attulit[b]
multam pecuniam quinque annis exercitui copiosam; septem enim militibus marcam[c, 25]
cottidie quinque annis expendere potuisset[25*]. Vas vini dabatur in Columbaria pro denario[d],
ut vas evacuaretur. Unum[e] vas rappes[26] pro vase vacuo vendebatur pauperibus. Boni 26
crevit abundantia vini. Rex Romanorum venit in adiutorium regi Anglie cum equis
duobus millibus valleratis. Pro conservatione vini in locis pluribus stubae preparaban-
tur. Filius Conradi Werheri de Hadistat[27], miles iuvenis, rebus in adversis virtuosus,
contra regem Francie cum avunculo suo[28], filio comitis[29] Phyrretarum armatus proficisci-
tur; occiditur ab inimicis, traditus ab amicis. Romanorum rex constituit super Alsa-
tiam[f] advocatum comitem Phyrretarum[30]. Ludovicus[31], rex Francie, canonisatur a Boni- 30
facio[32] papa; et festum eius celebrari debet in crastino Bartolomei[33]. Rex vero Boemie ca-
nonisatus in anno dicitur precedenti. In Columbaria equus fuit, qui formam in se mulie-
ris marisque comprehendit. Dominus de Bercheim[g], scultetus Columbariensis, quosdam
de civibus expulit violenter. Domino preposito maioris ecclesie Constantiensis[34], fratri
scilicet comitis Fryburgensis[35], sexaginta marcas in redditibus, quas habuit in Columbaria, 35
per violentiam auferebat. Comes ex hoc indignatus plures ex hominibus imperii cepit et
eorum res et corpora devastavit. Advocatus autem terre, comes Phyrretarum, iniuriam
sibi illatam vindicavit, acceptisque civibus Columbariensibus aliisque hominibus[h] terram
comitis Fryburgensis potenter ingreditur; et vallem Glotyri[36] et alias valles[i] pro viribus
deleverunt. Quinto decimo Kalendas Decembris colligebantur rose in Columbaria Alsa- Nov. 17.
tie, in horto fratrum Predicatorum. Et eadem die cecidit nix magna, et usque ad illum diem
frygus modicum instavit. In Moguntia mulier vidua mulierem viduam et eius puerum
interfecit, et in Rhenum eorum corpora deportavit; comprehenditur et crematur.

*In cod. fol. 135'. leguntur haec: In Columbaria 50 ova[k] faciunt bicarium vel[l] replent; bicaria 4 faciunt quartale; quartalia 8 faciunt omam; ame 21 faciunt carratam; carrata vini est vas vini, quod trahunt sex equi, vel quatuor fortes.

1298. Idibus Februarii Columbarienses armati cum suis[m], ut res Argentinensis episcopi 1298. Febr. 13.
devastarent. Comes Phyrretarum, advocatus imperii, veniens eis in adiutorium cum multis
millibus rusticorum, . . . . . . Vallem Sultzmatin et villam Suntheim et alias villas episcopi
per ignem et tria cimiteria totaliter vastaverunt. Crucem quoque Sanctam cum propugna-
culis expugnabant. Fryburgenses in Otinlandin hominum decem milia congregaverunt,
et ut Bernenses in rebus destruerent processerunt. Sed cum distarent a Berna ad unum
miliare, Bernenses intellexerunt et letanter ac viriliter occurrerunt. Fryburgenses videntes
Bernenses timuerunt et terga vertentes fugerunt, et ea que secum adtulerant reliquerunt.
Bernenses multos Fryburgensium[n] ceperunt et aliquos occiderunt. Dominus Hyltibran-
dus, dapifer de Bappinheim, vir iuvenis, fortis et dives, in exercitu ducis Austrie in tregis
occiditur fraudulenter, et quinto Calendas Maii in Columbaria apud fratres Predicatores Apr. 27.
solenniter sepelitur. Dux Austrie venit in Brisgaudiam prope Kentzingen ante festum ante Apr. 23.
sancti Georgii martyris cum Ungarorum Cumanorumque multitudine, volens ad electores
regis Romanorum pervenire, et ut eum deponerent pro viribus laborare[o]. Item intelligens
hec dominus Adolphus, rex Romanorum, cum multo meliori atque maiori milicia, cum mul-
titudine copiosa hominum ipsum velociter impedivit. Sed cum rex Adolphus ad exercitum
ducis propter aquam[37] venire non potuisset, emit castellum Kentzingen a domino de Uosen- 37
berg[p]. Ad tempus precio comparavit, ut ad exercitum ducis posset, quando vellet, faciliter
pervenire[q]. Timens autem dux impetum regis, suis hec peditibus referebat: *Hac nocte me*

a) milibus *deest in cod.* b) anus ei *cod.* c) *sic correct. in cod.* marcarum. d) deo *cod.* e) Vinum *cod.* f) Alsatia *cod.* g) Dominus derch* *cod.* h) aliis *sequitur in cod.* i) *sic scripsi pro* villas, *cf. infra Chron. Colmar. ad a.* 1297. k) *vel* ona. l) ∴ *cod.* m) egressi sunt *excidisse videtur, vel simile quid.* n) Fryburgentium *cod.* o) labore *cod.* p) *sic corr. in cod.* Usinkerch. q) perveniret *cod.*

25) Legendum videtur *septem enim milia marcarum*, cf. infra Chron. Colm. 25*) igitur plus 1,063,525 marcis. P. 26) rappes: leve quoddam vini genus. Cf. Haupt Zeitschrift VI, 329. 27) Theobaldus. Cf. infra Chron. Colm. 28) Theobaldo comite Phirretensi. 29) Ulrici. 30) Theobaldum. 31) nonus. 32) octavo; bulla d. d. 11. Aug., apud Wadding Ann. Min. II, 673. 33) Aug. 25. 34) Conrado. 35) Eginonis. 36) das Glotterthal, a Friburgo ad septentrionem. 37) Elz fl.

1298. *Rinaugiam precedetis, ego autem ad vos cras veniam festinanter.* Sequenti die circa terciam
38 castra propria succendit et suos pedites sequebatur. Comes de Hegirloch[38], procurator ducis, occiditur. Dominus de Hagineche capitur fraudulenter. Domina de Valchinstein[39], custos monasterii sancte Crucis, audiens regem Adolphum cum armatis in Alsatiam venturum, se cum rebus suis in Columbariam transtulit et reliquias aliquas cum casula serica rufa, carmine exametro texta, in qua beatus Leo[40] cimiterium Sancte Crucis et ecclesiam consecravit, fratribus Predicatoribus, sicut suis fidelibus, commendavit. Comes Phyrretarum, advocatus Alsacie, claustrum sancte Crucis destruxit. Rex Adolphus claustrum sancti Marci[41] et Schvarczin[42] devastavit. Episcopus vero Argentinensis claustrum Escho-
43 we[a. 43] dicitur delevisse. Cives Haginowenses dicuntur pene omnes villas civium Argentinensium delevisse. Villani de Castinetto[44] rivum[b] de Sclezistatt abstulerunt; ipsi autem potenter egressi, Castinetum ignibus cremaverunt. Illi de Castineto de hoc doluerunt, Gallos adiutores suos vocaverunt et potenter in Küngisheym[45] perrexerunt et illud per flammam totaliter deleverunt. Illi vero de Kungshein se congregaverunt et illis de Castineto reditum precluserunt; cum eis pugnabant et ex utraque parte quinque gladio perierunt. Rex
Mai. 29. Adolphus 4. Kalendas Iunii ad obsidionem Rubeacensium se paravit[c]. Rex Adolphus ab
Iun. 11. obsidione Rubeacensi in festo Barnabe apostoli recedebat et se in Eginsheim transfere-
Iun. 16. bat. Post festum Viti et Modesti, id est 16. Kalendas Iulii[d], rex Adolphus de obsydione castelli Eginsheim recedebat. Mulier prope Columbariam virum interfecit propriis armis
Iul. 2. 6. Nonas Iulii, id est 2. die Iulii. Processi et Martiniani rex Adolffus interficitur. Sanctam Crucem episcopus expugnavit. Castrum Gemer per ignem devastatur. Veniens in Franckoniam carnifex, Rindtfleisch id est caro bovis nomine, qui Iudeos cepit, interfecit et
ante Aug. 15. eorum res diripuit violenter, nec erat . . . . . . impedire. Ante assumptionem beate virginis Marie . . . . . . venit in Argentinam[e] Albertus rex Romanorum, et recipitur a domino
Aug. 14. episcopo et a populo solemniter et letanter. In vigilia assumptionis beate virginis Marie exuruntur multe domus in Argentina et maius monasterium Marie virginis gloriose. Mortalitas magna extitit et commestio boum prohibebatur. Plebanus Brisacensis una die homines 32 communicavit, decem inunxit, septem flebiliter sepelivit. Octingenti[f] currus atque bige de Columbaria una die exgrediebantur, quando Rubiacum sub Adolpho rege cum
46 obsidionibus gravabatur. Castrum Lanteke[46] comes Fryburgensis atque cives pariter obsederunt. Venerabilis dominus de Liechtinberg[g], Argentinensis episcopus, fecerat
ante Sept. 29. hoc anno ante festum sancti Michaelis milites, quos omnes vestivit ad minus triplici vestimento, scilicet tunica preciosa, surgotum cum[h] nobili vario, suchornam cum vario pre-
Dec. 4. cioso. Pridie Nonas Decembris episcopus Argentinensis cum civitatibus regis cum exer-
Oct. 20. citu terram Phirretarum comitis intraverunt. 13. Kalendas Novembris . . . . . . . castrum capitur et decanus a vinculis liberatur. Rex Romanorum in Nurinberc curiam celebravit
c. Nov. 11. circa festum sancti Martini, ad quam duo milia militum pervenerunt.

1299. Puer circiter 15 annorum, factus frater ordinis fratrum Predicatorum, et in
1298. ordine annum et plus quam dimidium steterat in domo Columbariensi, in die sanctorum
Dec. 28. innocentum de consilio quorundam fratrum Minorum[i] ordinis et auxilio eorundem ac beginarum ipsorum apostata factus est[k] et se ad ordinem fratrum Minorum transferebat. In
1299. Ian. 13. octava epiphanie venit in Columbariam Alsacie advocatissa[47] cum pluribus dominabus et dominus Iohannes de Liechtinberg[l], filius fratris[48] venerabilis domini episcopi Argentinensis, advocatus regis Romanorum, filius sororis[49] Ruodolphi de Habispurc Romanorum regis[50]

a) *sic corr. in cod.* Erowe. b) *sic corr. in cod.* rinwillere. c) ab obsidione se Rubeacensium separavit *cod., sequor Böhmeri emendationem.* d) 16. Kal. Iunii *cod.* e) Argentina *cod.* f) octingente *cod.* g) *sic corr. in cod.* Herinberech. h) cum *in lacuna posui.* i) Minorum *in lacuna addidi.* k) factus est *in lacuna addidi.* l) *sic corr. in cod* Hertinberc.

38) Albertus. 39) Falkenstein a Bitsch inter orientem et meridiem. 40) Leo IX. papa, cf. Regesta pont. Rom. n. 3197. 41) prope Gebersweiler. Cf. supra p. 196. n. 75. 42) Videtur Schwarzindann esse, de quo cf. Annal. Colm. min. 1214. supra p. 189. 43) Eschau, cf. supra p. 117. n. 3. 44) Kestenholz, Chatenois, a Schlettstadt ad occidentem. 45) Kinsheim a Schlettstadt ad occidentem, a Kestenholz ad meridiem. 46) Landeck ab Emmendingen ad septentrionem in magno duc. Bad. 47) Adelheidis, uxor Iohannis de Lichtenberg, cf. Schoepflin Als. ill. II, 622. 48) Ludovici de Lichtenberg, fratris Conradi episcopi Argentinensis. 49) Elisabethae. 50) non Rudolphi regis, sed Rudolphi marchionis Badensis, v. Schoepflin Als. ill. l. l. et Hist. Zar. Bad. I, 267.

de stirpe ducis Zeringie[51] super terram Alsatie, ferens in capite suo pileum ornatum ar- 1299.
gento, auro, lapidibus preciosis, valentem plures marcas argenti; et cingulo circumdatus
erat, qui ornatus erat argento, auro, lapidibus preciosis, qui estimatione hominum marcas
valuit quadraginta. Obiit abbas Morbacensis Albertus[52] de Valchinstein; successit do-
minus Bertoldus[53] de Liebistein[54]. Albertus rex Romanorum in purificatione curiam Febr. 2.
celebravit in Franckinfurtt, sed in ea nihil consumavit, et propter hoc in tempus aliud
protelavit. In Ensinsheim, castello regis, 15. Kalendas Aprilis[a], id est 18. die Marci. Mart.
Copin Iudeus dicitur interfectus. Dominus Iohannis de Liechtinberch[b], filius fratris vene- 18.
rabilis domini Argentinensis episcopi, advocatus terre Alsacie, dominam advocatissam duci
fecit de Alsatia cum apparatu magno in curru, quem procurator suus esse centum decem
libras retulit constitisse. Dominus de Rinperch filium regis Adolfi[55] de captivitate fir-
missima liberavit. Dominus archiepiscopus Moguntinus[56] in mensa sedens et letus velo-
citer expiravit. Dominus episcopus Argentinensis exactionem super homines in Rubiaca
posuit, et qui precedenti anno libram dedit, isto anno marcam suo domino presentavit; et
quot libras quilibet anno precedenti dedit, tot marcas solvere cogebatur. Insuper dominum
...... Conradum Wernherum de Hadistatt cogebat, Hadistat et alias res suas sibi volun-
tarie presentare. 4. Idus Aprilis interdicta sunt divina Columbariensibus, qui noluerunt Apr. 10.
Basiliensibus iudicibus obedire. Filius regis Adolphi obposuit se domino archiepiscopo
Maguntino, habens adiutores decem principes, vicinos suos, terre dominos peciores. Comes
Phirretarum[57] a domino de Roetelheim captivatur. Rex Rhomanorum Albertus abstulit
civitatibus imperii libertatem, quam habebant cives residentes in villis, quia dominis suis
minime serviebant. In festo sancti Iohannis baptiste Columbarienses .......... cum Iun. 24.
civitatibus imperii, cupientes dominum de Horburc conculcare. Dominus Iohannes de
Gyrsperg capitur. Post festum sanctorum Processi et Martiniani Columbarienses armati post
cum imperii civitatibus exiverunt, ut res Fryburgensium devastarent. Bellum inter Iul. 2.
comitem Friburgensem et cives Friburgenses. Interfectus fuit, qui regi pecuniam
deferebat.

1300. Dominus Albertus rex Romanorum misit dominum Petrum[58] episcopum Basi- 1300.
liensem, medicum, Romam, ut negotia quedam necessaria procuraret. 16. Kalendas Ian. 17.
Februarii obiit domina[59] de Horburc, soror comitis Friburgensis. Albertus rex Romano-
rum venit in Columbariam 7. Kalendas Aprilis; receptus fuit solenniter cum religiosis et Mart.
clero et civibus universis. Tertio Nonas Iulii, hoc est die quinta, apparuit in crepusculo 26. Iul. 5.
in Columbaria pluribus viris ac mulieribus sub luna maiestas Dei, sedens in kathedra quasi
in iudicio, habens de ore suo ex utraque parte gladium evaginatum, procedens ac populum
attrociter iudicans[c]. Dominus de Hagineke castrum Haginecke, quod antecessores sui
construxerant, pro.... marcis vendidit et dignitatem suam in extraneos transferebat. Boni-
facius papa anno Domini 1300. ratione iubilei omnibus venientibus Romam tanta absolutio-
nis beneficia contulit, quod tantus factus fuit concursus in Romam, quod sepius una die
egressi sunt[d] triginta milia hominum pariterque ingressi, ut communiter pauperes
retulerunt.*

Longitudo latitudo candele ardentis per horam diei

* *In cod. f.* 135. *leguntur haec.* 1300. Prope Bernam in villa . . . mulier 10 annis viro cohabitat; quia cognosci a viro non potuit, iudicio spirituali a viro separatur; Romam proficiscens, Bononiae a chirurgo cunnus eius scinditur, egreditur virga virilis cum testiculis; domum reversa uxorem ducit, opera rustica facit, cum uxore congreditur legitime et sufficienter. — *f.* 139: 1300. Puer natus habens os plenum dentibus. Pape Bonifacio missum monstrum, quod Theutonice loquebatur, futura predicebat, habens magnum oculum in fronte, faciem leonis, pedes anseris, manus canis; et id Iudeo cuidam tantummodo voluit respondere. — *f.* 139': Anno ab incarnatione Domini 1300, inchoatione ordinis Predicatorum 83, transitu sancti Dominici 78, inchoatione cenobii Colmariensis 21, ab inicio mundi secundum Iohannem 5024, secundum christianos[e] 6500, secundum astronomos 6909, concurrentes 5, cicli solaris 21, lunaris 9, epacta 28, indictio 13.

a) *sic scripsi pro* Marci *cod.* b) Hertinberch *cod.* c) procedentem — iudicantem *cod.* d) sunt *addidi.* e) Chrianos *cod.*

51) Bertholdi I. 52) immo Bertholdus II. 53) immo Albertus. 54) Liebenstein prope Liebsdorf, a Pfirt ad meridiem. 55) Rupertum. 56) non Moguntinus, sed Treverensis archiepiscopus Boemundus a. 1299. obiit, isque „*decumbens in palatio Treviris*“, ut legitur in Gest. Trev. ed. Wyttenb. et Müller II, 172. 57) Theobaldus. 58) secundum, 1296—1306. 59) uxor Burcardi de Horburg; v. Schoepflin Als. ill. II, 612.

1301. 1301. Circa Kalendas Iunii cepit dominus Albertus rex Romanorum (infestare[a]) domi-
c. Iunii 1. num archiepiscopum Maguntinum[60], Coloniensem[61], Treverensem[62] adiutoresque eorum,
et destruxit villas, castella ac castra eorum sine contradictione omnium suorum inimico-
rum; et civitatem Bingin obsêdit potenter pluribus septimanis, et usque ad festum sancti
Sept. 29. Michaelis non poterat expugnare. Cives civitatis Bingin domino Alberto, regi Romanorum,
Sept. 25. et 26. 7. et 6. Kalendas Octobris, cum cometa se inspicientibus apparebat, se[b] tradiderunt sub
conditionibus. In precedenti anno venit de Anglia virgo decora valde pariterque facunda,
dicens se[c] Spiritum sanctum incarnatum in redemptionem mulierum; et baptizavit mulieres
in nomine Patris et Filii ac sui. Que mortua ducta fuit in Mediolanum, ibi et cremata; cuius
cineres frater Iohannes de Wissenburc ordinis fratrum Predicatorum se vidisse pluribus
referebat. Fuit in Sclecistat iuvenis, qui in parvo rivo Reni fuit turpiter submersus, qui
ante modicum temporis virginem violenter deflorarat. Item plebanus de Rechinhusim[63]
canonicus Columbariensis fuit morte subitanea preocupatus. Item vicarius in Volrahu-
64 sin[64] fuit lancea perforatus, quia cognovit beginam contra parentum et matris ac fratris
voluntatem. Item dominus Iohannes miles, dictus de Nortgasse, contraxit matrimonium
Dec. 13. cum iuvencula de Hadistat in festo Lucie bona utriusque voluntate. Sequenti die decollatus
Dec. 14. est iuvenis, qui filium noverce sue fraudulenter occiderat, et ob hoc sibi civitas fuerat inter-
dicta. Uxor vero eius in Rubiaca fuerat commorata. Hec cum maritum intellexisset in
Ian. 25. Columbaria captivatum, periit cum dolore. In conversione sancti Pauli audita sunt toni-
trua, et coruscationes plures intra matutina fratrum Predicatorum in Columbaria videban-
tur. Dominus archiepiscopus Moguntinensis et dominus archiepiscopus Coloniensis et
archiepiscopus Trevirensis domino Alberto regi Romanorum castrum Rinsperchc post regis
recessum obsederunt. Quod ut rex intellexit, revertitur, et episcopi recesserunt. Abbati
Sancti Urbani ordinis Cisterciensis nasus abscissus a converso ordinis et duobus servis.
1302 1302. Rex Francie fratrem suum Carolum[65], quem in precedenti anno[66] in adiutorium
pape cum multis militibus[d] armatis transmiserat, simpliciter revocavit. Papa vero privi-
legia domini regis Francie nec non et principum eius cassavit et totaliter dicitur dele-
visse. In Spira cives clericos expulerunt. In Lubek cives clericos expulerunt[67]. In
Mai. 3. Brema cives cum[e] clero fortiter litigabant. Tercia die post Philippi et Iacobi venit
regina[68] regis Alberti in Columbariam cum duabus reginis et apparatu magno, et subito
69 recedebat. Cives Bituricenses[69] regi Francie in conflictu, ut dicebatur, septingentos
homines occiderunt. Beata virgo Maria cepit in Horburhe[70], que est prope Columbariam,
miraculis coruscari. Nuncii domini Alberti regis Romanorum de Roma venerunt et regi
71 clausas litteras portaverunt[71]. Isto anno fuit generale capitulum ordinis fratrum Predica-
torum Bononie celebratum[72]. Cives Columbarienses duxerunt rivum[73] civitatis per
vicos quattuor. Fuit iuvenis, qui[f] nondum 20 annos habebat, habens[g] digitum dimidii
pedis longitudinem continentem, pedis autem eius longitudo pedem et dimidium continebat;
eius vero longitudo septem pedum longitudinem excedere dicebatur. In Reinken[h][74]
castello puer circiter 12 annorum interficitur a Iudeis. Strimece civis Columbariensis a
nobilibus de Hunewire[75] occiditur. Cognatus domini decani, scolaris, occiditur. Vitriman
Aug. 4. frater scutariorum in sacco submergitur. In vigilia sancti Oswaldi regis, sive festo[i]
sancti Dominici Rhenus inundavit, pontem Rheni[k] lesit, pontem Brisacensem destruxit,
montem Augga[l] circumdedit, claustrum sororum ordinis Cisterciensium[76] replevit, messem
frumenti devastavit, et maximum damnum in Brisaca pauperibus inferebat. In Argentina
Renus intravit cellaria multorum, et unus ex civibus lucium magnum in suo cellario com-
prehendit. In Basilea eodem tempore Rhenus equorum stabula introivit, eorum dorsa undis

a) infestare *addidit Urstisius.* b) se *deest cod.* c) se *addidi.* d) militibus *cod.* e) cum *deest cod.* f) qui *addidi.* g) habentem *cod.* h) *sic corr. in cod.* Rinkein. i) festi *cod.* k) Basileensem *excidisse videtur, cf. additionem* p. 227. l) *eadem manus in marg. addidit* alias Auqua.

60) Gerhardum II. 1289—1305. 61) Wicboldum, 1297—1304. 62) Theodericum III. 1300—1307. 63) Regenhausen prope Rappoltsweiler inter Colmar et Schlettstadt. 64) an Vögtlinshofen (a Colmaria ad meridiem, inter Herlisheim et Sulzbach)? 65) comitem Valesii. 66) a. 1301, cf. Contin. Guill. de Nang. 1301 in Recueil des hist. XX, 584. 67) Cf. ep. Bonifacii VIII. d. d. 22. Iunii 1303, in Cod. dipl. Lubec. II. ı, 470. 68) Elisabetha. 69) imo Brugenses in Flandria, die 18. Maii. 70) Horburg. 71) Cf. infra Chron. Colm. ad 1302. 72) d. 10. Iunii, v. Quetif et Echard I, p. XVII. 73) Lauch rivum. 74) Renchen in magno duc. Bad., ab Argentina ad orientem. 75) Hunaweyer cf. supra p. 206. n. 71. 76) Marienau parthenon prope Brisacum.

maximis perfundebat.* In festo sancti Egidii pruina[a] cecidit in montibus Alsatie, que 1302.
plurimum vinea . . . . . . Inundatio Rheni tanta fuit, quod homines de Nuwenburch in Sept. 1.
Friburgum navigio potuerunt pervenire, quod usque ad illud tempus fuerat inauditum. Pape
transmissum fuit monstrum, quod habebat faciem leonis, oculum in fronte, et Theutonice
loquebatur[77]. Mulier prope Bernam, arta nata impotens ad cognoscendum, virum plus 77
quam 10 annis habuit; fuit in virum, habentem magna virilia, transmutata. In nativitate
beate Marie virginis capitulum provinciale fratrum ordinis Predicatorum fuit in Basilea, Sept. 8.
fratre Iohanne existente priore ordinisque[b] difinitore, solenniter celebratum. Quingenti
fratres ad hoc capitulum pervenerunt. Rex Francie perdidit in conflictu, quo conflixit
cum illis de Flandria[78], personas solennes nobiles de populo. Alia relatio: Rex Francie
perdidit personas solennes 300[c], baneria ducentes 1300, personas[d] communes 18000[e],
stipendiarios[f] 1300. Capitulum fratrum Predicatorum fuit in Basilea solenniter celebratum, et ibi fuerunt fratres Predicatores 570, quingenti septuaginta, et fuerunt ibi lecte litterae
magistri ordinis ipsorum[79], in quibus ortabatur eos supliciter se[g] ultro eundum . . . ad bar- 79
baros seu in Greciam; et non fuit unus inter eos inventus, qui hoc vellet facere, ad quod
ordo ipsorum fuit principaliter institutus. In hoc capitulo fuerunt conversi seu begihardi,
seu fratres non habentes domicilia, 80 in una processione, mendicantes cibaria. Apud ant[h]
heremitas 60 fuisse tantummodo referuntur. Castellum Herlisheim prope Columbariam
construitur. In Francia[i] fuerunt quingentae vidue pariter congregatae. Circa festum
sancti Michaelis obsedit rex Francie civitatem in Flandria, et habuit in exercitu suo sexa- c. Sept. 29.
ginta milia equorum, et hominum multitudinem infinitam. Dominus Albertus rex Romanorum obsedit domino archiepiscopo Treverensi civitatem, et habuit in exercitu suo 400
equos falleratos et hominum multitudinem infinitam[k]. Ante festum sancti Mauricii et ante Sept. 22.
sociorum eius obiit frater Bertoldus Gensilinus, conversus de fratribus vrgo[l], et frater Bruno
Predicatorum confessor, clericus de Turego. Nono Kalendas Februarii et sequenti[m] Ian. 24. 25.
die[n] perierunt vinee et magna pars frumenti et multa alia, et non fuit frigus ista hyeme
nisi hiis diebus prenominatis; et non fuit calor estate sequenti[o] nisi duobus diebus, et hiis
fuerunt duo homines prope Rubiacam calore nimio suffocati. Acre vinum atque debile
noscitur crevisse, et circa festum sancti Martini quartale pro duobus solidis vendebatur; c. Nov. 11.
vinum vero vetus pro 32 denariis vix poterat comparari. Dominus abbas Parisiensis[80] 80
40 vasa optimi sui vini pro octingentis libris emptoribus exhibebat. Eodem tempore
dominus Brogilinus de Gerolzeche cepit 4 commendatores, id est magistros domorum de
Hospitale sancti Iohannis, pro eo quod emerunt castrum fratris sui, quod vendere non valebat. In Columbaria quartale vini pro 4 solidis vendebatur. In Westhusen carrata vini
pro centum libris tali condicione vendebatur, ut una libra annis singulis solveretur. Eadem
carrata data fuit pro 20 libris. Tercia vice fuit data pro vinea, de qua due libre denariorum
annis singulis solvebantur[p]. Clericus Columbariensis et clericus Basiliensis pro canonia
diucius litigabant; in hac lite clericus Basiliensis interficitur. Propter hoc iudices Basilienses
divina in Columbaria suspenderunt. Dominus Albertus rex Romanorum circa festum
sancte Marie Magdalene congregavit exercitum in partibus superioribus et descendit versus c. Iul. 22.
Coloniam et devastavit villas et res episcoporum inimicorum suorum 17 septimanis, id est
usque ad festum sancti Martini, dicens velle procedere versus Holandiam atque Flandriam; Nov. 11.
et coegit episcopos componere secum. Et Rhenus appertus est et naves ascendere vel

* *In cod. f. 136. inveniuntur haec:* 1302. Nocte ascensionis Domini pluit serpentes, qui vocantur *wasser-* Mai. 31.
*kalp*, in Columbaria et quibusdam aliis locis in magna quantitate. Serpentes hii nascuntur ex
crinibus in aquis iacentibus putrefactis. In conversione sancti Pauli audita sunt tonitrua Ian. 25.
et plura fulgura videbantur. Per totum Augustum fuit inundatio aquarum; in Basilea Aug.
pontem pro parte destruxit, columnam fontis transivit, dorsa equorum in stabulis, magnum
incommodum intulit; a Nuwenburg naves usque Friburgum transferebat; in Brisaco montem
circuivit, claustrum penetravit; in Argentina pisces in cellariis et stubis capiebantur; in Alsatia flumina messem impediverunt, quod metere non valebant.

a) pruine *cod.* b) od q̃ *cod.* c) IIIc *cod.* d) persone *cod.* e) X̄ VIII. *cod.* f) stipendiaris *cod.* g) *an* ad? h) *sic cod.* i) Francie *cod.* k) multitudine infinita *cod.* l) *sic cod., an* Vriburgensibus? m) sequens *cod.* n) die *addidi.* o) *leg.* praecedenti. p) solvebatur *cod.*

77) Cf. supra additamentum ad a. 1300 p. 225. 78) apud Curtracum d. 11. Iulii. 79) Bernhardi de Iuzico, magistri ord. Praed. undecimi, electi 1301. Ian. 20, qui obiit Treviris 1303 Sept. 17; de quo cf. Quetif et Echard I, 491. 80) Pairis monasterii.

1302. descendere libere potuerunt. Domini de castro Girsperch seniores, iuniores dominos de Girsperch graviter vulneraverunt, unum occiderunt, castrum ceperunt et plures de castro
Dec. 13 fugere coegerunt. Circa festum sancte Lucie venit frigus tollerabile. Circa festum sancti
c. Dec. 21. Thomae venit frigus magnum, quod pauperes plurimum perturbavit et permansit usque
1303. Ian. 6. post epiphaniam Hoc frigus terram fidit, et sacramentum dominicum in calicibus congelavit. Circa Bisuncium fluvius Dubius[81] congelatus fuit et homines glaciem ascenderunt et glacies sub eis fregit et homines promiscui sexus quingenti pariter perierunt in die sancti
1302. Dec. 26. Stephani. Hoc anno aquarum exstitit inundatio et Renus fluvius tante magnitudinis extitit, quod nullus hominum recordabatur, eum tante magnitudinis extitisse; in hyeme vero tante parvitatis erat, quod nullus hominum recordabatur, eum tante parvitatis suis temporibus extitisse. In Brisaco Renus congelabatur, quod canes in glacie poterant pertransire. Rhenus, quem rex Albertus apperuerat, quod omnis volens ascendere et descendere poterat, hunc milites terre clauserunt, quod nullus mercatorum ausus fuit in Rheno amplius comparere. Obiit in Argentina soror carnalis fratris Iohannis, dicti . . . . . . meister de Argentina. In exequiis expendit idem frater Iohannes centum duas libras cere in candelis, que fuerunt hinc inde ecclesiis distribute. Dominus Albertus rex Romanorum misit Romam pape duos milites et tercium militem, clericum in iure plurimum literatum; comisit etiam eis ut usque ad . . . . . . . . . . et ante purificationem[82] suum[a] . . . . . . . . . . . non tardarent. In Spira civitate civis dives meretrices congregavit, habitum eis poenitentie tribuit, et cibaria ministrabat. Vinum vile crevit in Alsatia, sed bonum in Turego et Wormacia dicebatur. Fratres Predicatores Argentinenses vinum sibi in Wormacia comparaverunt et in Argentinam navibus perduxerunt.

1303. Ian. 17. 1303. In die sancti Anthonii capella[b] monachorum de Barhus[83] ordinis Cisterciensis, que noviter fuerat constructa, dicitur solenniter consecrata in Columbaria. Cives Columbarienses iura ac constitutiones plurimas fecerunt, et transgressoribus poenas pro singulis conscripserunt; insuper constituerunt, ut quicunque Deum vel beatam virginem Mariam blasphemiis vel verbis turpibus dehonestaret, decem solidos ad fabricam sancti Martini dare cogeretur et mansione civitatis 3 septimanis privaretur[c]. Civis Basiliensis a domino Türingo de Ramstein capitur, in castrum eius ducitur; Basilienses insequuntur, et ab eis castrum eius velociter expugnatur[84]. Karolus frater regis Francie, rex Cecilie, et rex Aragonum, et rex Francie confoederantur. In Maguntia[d] rustici fodientes cellarium, invenerunt 600 marcas argenti in magnis denariis, quorum quilibet plus quam 12 Hallenses
Apr. 25. dicitur valuisse. In festo sancti Marci ariste florentes in Columbaria videbantur. Item flores herbarum plurimi prodierunt. Eadem die perierunt vinee (et botri in saccis[e] ad propria portabantur 1258[f]). Item ipso die fraga recentia videbantur. In hoc anno vacca tres vitulos peperit. Capra 4 fetus peperit, hircos et capellos; item capra capram cum tribus tantum pedibus parturivit. Frater Vibulungus conversus cum servis in cimiterio nostro 10 tilias plantaverunt. Item ante festum sancti Marci fabe et vinum floruere. Tertio
Mai. 5. Nonas Maii in Rubiaca quedam vinee perierunt, et flores fabarum tribus diebus antea dice-
Apr. 4. bantur periisse. In cena Domini habuit rex Francie conflictum cum Flandrensibus et perdidit 15000 hominum nominatorum, Flandrenses autem 3000 perdiderunt. Albertus, filius regis[g] Romanorum, duxit uxorem comitis de Hönigowe. In Columbaria cervisia
Mai. 25. pro duodecim denariis et 16 vendebatur. In festo sancti Urbani matura cerusa in Columbaria vendebantur. Item frumentum novum inveniebatur. Capitulum fratrum Minorum fuit in Columbaria solenniter celebratum. Conversi seu begihardi 300 bini et trini in processione per Columbariam transeuntes elymosinam mendicabant. Heinricus scolaris de Hochinberch meretrices congregavit, in domum cum magna diligentia clausit, et eis per mendicationem necessaria ministravit, et vestes lineas albas de filo grosso et tunicas ad talum descendentes, et pallia breviora pro vestibus induebat, et 10 vel 20 vel plures in una civitate in unam domum claudebat et eis necessaria prout potuit ministravit. Unus culmus frumenti septem aristas hoc anno dicitur protulisse. Ad capitulum fratrum Minorum venerunt 150 fratres; capitula autem in toto ordine 33 se habuisse retulerunt. Pridie

a) reditum habere *excidisse videntur.* b) *in marg. cod. add.* chorus. c) prinaratur *cod.* d) *eadem manus in marg. add.* 1300. e) saxis *cod.* f) et ⁊ 1258. *ex annal. Colmar. min.* 1258. *desumpta.* g) *sic corr. in cod.* rex.

81) Doubs fl. 82) ante 2. Febr. 1303. 83) Pairis. 84) Cf. a. 1304.

Kalendas Iunii plures in Eginsheim cecidisse pruinam[a] . . . . . . In festo pentecostes 1303. fratres ordinis Predicatorum de Francia capitulum generale in Bisuntio celebraverunt, ad Mai. 26. quod fratres trecenti numero pervenerunt. Post festum sanctorum Viti et Modesti fures post Iun. 15. armati in Columbaria in ecclesiam sancti Martini de nocte intraverunt et gazophilacia fregerunt et pecuniam detulerunt. In octava sancti Iohannis baptiste venit venerabilis Iul. 1. frater Bernhardus[85], magister ordinis fratrum Predicatorum, in Columbariam. Item vene- 85 runt nuncii Alberti regis Romanorum, nunciantes ei, quod dominus papa predicasset eum in manifesto, quod esset verus rex Romanorum et dilectus filius eius. Messis inchoata fuit in festo sanctorum Iohannis et Pauli; sed diebus octo ante frumentum pauperes colle- Iun. 26. gerunt[b]. De uno culmo frumenti ariste 13 prodierunt[c]. Rex Aragonum composuit cum papa et misit ei kathedram auream, et aureum scabellum ei fideliter copulatum[c']. Cardinales de Columna, qui se ad regem Aragonum contulerant, ad regem se Francie contulerunt. Tres abbates, Cluniacensis[86], Cisterciensis[87], Premonstratensis, a rege Francie capiuntur, quia noluerunt ei contra papam in suis constitutionibus obedire. Papa regem Francie excommunicavit, omnia privilegia sustulit etc. Dominus papa cum prelatis ordinum et cum prelatis regni Francie concilium celebravit; et quid ibi fecerint, omnes iuraverunt, quod nemini revelarent[d]. Rex Francie precepit prepositis civitatum suarum, quod nullum prelatum euntem ad concilium et redeuntem cum familia modica . . . . . . . . competenter. Dicitur habere rex Francie 22 milia tesaurorum, preter unum, de quibus thesaures computantur, et quod expendere per 30 annos cottidie 30 milia marcarum . . . . . Rex Francie parlamentum in festo Iohannis baptiste dicitur habuisse; in quo Iun. 24. significavit, dominum papam in pluribus articulis fidei graviter excessisse. Bonum vinum crevit et carrata vini novi in vitibus pro decem libris non poterat comparari. Ex nucibus presentis anni exsiccatis[e] in festo sancti Augustini oleum parabatur. Solennis procurator Aug. 28. regis Romanorum domini Alberti, qui a Rinvelden usque in Sclecistatt inclusive dominabatur, in turrim in Ensisheim claudebatur et rationem de sibi creditis reddere cogebatur. Hoc anno vinum bonum crevit et persica et alie arbores fructibus abundabantur. Quarta feria post nativitatem beate Virginis filia civis Basiliensis, qui dicitur de Sole[f, 88], cum magna Sept. 11. solennitate filio domini de Eptingen[89] matrimonio copulatur. Rex Francie composuit cum Flandrensibus; reddidit enim eis comitem[90], dominum suum, et filium eius[91], et omnia, 91 que petebant, voluntarius admittebat. In festo sancte Katharine apparuit post comple- Nov. 25. torium[92] stella maris in astrolabio in sexagesimo secundo gradu, post matutinas apparuit in gradu quinquagesimo quinto. Solsticium estivale apparet in astrolabio in Columbaria in sexagesimo octavo gradu, solsticium vero brumale[g] in gradu decimo septimo dicitur apparere. Rome papa Bonifacius obiit[93], ante cuius domum rex Francie Ludovicus[94] 94 vexillum suum tribus diebus in signum victorie dicitur suspendisse. In die sancti Andree Nov. 30. Dec. 1. atque sequenti venit ventus fortis et validus, qui arbores multas ac plures . . . . . . evertit radicitus, bigas atque currus pervertisse, homines in via pergentes currere fecisse[h] et tecta[i] dicitur destruxisse. Hyems Rome frigida in Alsatia calida, et e contrario Rome calida et in Alsacia frigida.* Scultetus de villa Scafrozsein[95] bovem vicini sui furabatur; quod a vicinis non poterat occultari nec aliquis eorum ausus fuerat propter maliciam hominis revelare. Quidam autem ex suis civibus maioribus Argentinensium occulte revelaverunt. Qui egressi scultetum ceperunt et in patibulum suspenderunt.

* *In cod. f. 136', reperiuntur haec:* 1303. Rome frigus magnum, in Theuthonia calor; sed anno priore Rhome calor, in Theutonia frigus magnum. Polus habet in Columbaria 57 gradus.

(1304[k].) De Wincinheim villani regem suum cum tredecim suis officiatis, scilicet tapi- 1304. fero[96] piri cum caeteris, in circumcisione Domini in aqua prope molendinum sub ponte in Ian. 1. camisia tantum transire[l] fecerunt, probare volentes, si dignus foret regia dignitate. Omnes

a) pruina *cod.; excidisse videtur* retulerunt. b) colligerunt *cod.* c) *talis culmus in marg. cod. delineatus est.* c') copulato *cod.* d) relevarent *cod.* e) exicatis *cod.* f) Zer Sonnen *postea addita in cod.* g) brumale *in lacuna addidi.* h) fecit *cod.* i) recta *cod.* k) 1304. *addidi, Boehmerum secutus.* l) transsire *cod.*

85) Bernhardus de Iuzico, cf. supra p. 227. n. 79. 86) Bertrandus. 87) Iohannes II. 88) zer Sonnen, gens nobilis Basileensis. 89) in pago Basileensi, a Waldenburg ad orientem. 90) Guidonem. 91) Guillelmum. 92) postremum diei officium sacrum, quod ineunte nocte agitur. 93) d. 11. Oct. 94) immo Philippus IV. per suos satellites. 95) Schäffersheim ab Erstein ad occidentem. 96) dapifero.

1304. preter unum cum rege per pontem hilariter transiverunt. Quidam vero propter vilitatem
suam dignitatem voluntarie resignavit. Hunc iuvenes deriserunt; quasi cognatum suum
clamoribus maximis fleverunt, campanas mortuorum compulsaverunt eumque mortuum
Ian. 2. nunciaverunt. Et sequenti die scopam in feretro quasi mortuum ad ecclesiam portaverunt,
ibique sacrificaverunt et postea ad aquam portaverunt et in aquam proiecerunt. In diversis
villis diversos ludos pauperes fecerunt. Quidam enim papam atque cardinales fecerunt,
alii vero imperatores vel reges cum suis officiatis in publicum produxerunt et vicos et
plateas. Hyems calida. Dominus archiepiscopus Treverensis propter inobedientiam
Confluentinorum obsedit eos cum quingentis equis valleratis, et coegit eos vi, ut ei in omni-
97 bus obedirent. Interfectus fuit plebanus in Benwin[97]. Annus fuit bisextilis. Capi-
tulum generale fratrum Predicatorum celebratum fuit in Tholosa[98]. Dixit iuris peritus,
99 dictus de Cutilsowe, vidisse se, dominum papam[99] fecisse 12 episcopos, ex quibus octo
fratres Predicatorum ordinis extiterunt. Dixerunt quidam, dominum papam Benedictum
Mart. 27. cum cardinalibus in parasceue sine calciis plures ecclesias visitasse. Basilienses[a] ca-
strum Ramstein per violentiam ceperunt[1] atque totaliter destruxerunt, et infra 10 septima-
nis quinque castra fortia ceperunt. Rex Romanorum Albertus cum rege Bohoemie pro
regno Ungarie litigabat, sed eum invadere non audebat. Rex Bohemie 60 milia huttonum
hominum habebat, id est servorum qui terram[b] in cofinis[c] ac humeris aurum et argentum
Mart. 30. de latibulis exportabant. Episcopus Coloniensis[2] obiit[3]. Tercio Kalendas Aprilis
ariste prope Columbariam apparebant. Domini de Girsperch castrum suum domino
Mai. 25. Argentinensi episcopo[4] tradiderunt. Fraga in Amliswire in sancti Urbani festivitatibus
vendebantur. Domini de Hadistatt castrum Herinkeim obsederunt et igni villam volun-
post Mart. 29. tarie tradiderunt. Papa Benedictus post pascam de Roma se civitatem Perusius[5] trans-
6 ferebat[6]. Dominus de Domo[7] . . . . . . . . . et domini de Hadistat militibus de Lobigasse
suas possessiones cum potentia destruxerunt. Iidem domini castrum Hagineche nocte cum
scalis optinuerunt et totaliter succenderunt. Rex Albertus venit in Columbariam circa
c. Iun. 15. festum Viti et Modesti[8] et ab eis petiit marcas quadringentas. Flandrenses dominum de
Henigowe et episcopum Traiectensem[9] cepisse plurimi retulerunt. Ante festum Iohannis
Iun 10. baptiste 15 diebus novum ordeum vendebatur. Dominus Conradus Wernherus in Hadi-
statt, scultetus de Sclezistatt, emit equum in Lombardia habentem[d] altitudinem 7 pedum
communium et duas partes pedis, si in tres partes equales diviserint portiones. Hec refe-
rebat modice credentie Ribaldinus. Dominus Albertus rex Romanorum mandavit in
post Iun. 15. Columbariam militibus Alsatie post festum Viti et Modesti, ut sequerentur eum in armis
expediti, quia, si non fecerint, oportebit eos libertatem suam ut rusticos cum sextario deser-
vire. Dominum venerabilem Petrum, episcopum Basiliensem, cepit comes Montis-fortis,
causam rationabilem non habens[e]. Domini de Gyrsperg castrum suum Gyrsperg domino
Henrico de Rapolzstein tradiderunt tali conditione seu pacto, ut eis castrum, quod dicitur
*der Stein*[f] seu Lapis, in suam traderet potestatem et omnes res et redditus in alios redditus
transmutaret. Annus hic calidus[g] fuit et nullus hominum recordabatur, annum tante
ante Iun. 24. caliditatis extitisse. Messis ante Iohannis inchoata et ante tres[h] consumata. Botri maturi
Iun. 23. in vigilia sancti Iohannis in Alsatia videbantur. Tantus calor in Alsatia erat, quod senes
communiter dixerunt, nullum annum tante caliditatis suis temporibus evenisse. Annus sine
10 pluvia et calidus; et bonum vinum crevit, quod loqui fecit pauperes per talenta[10]. Vir
antiquus iuvenculam uxorem suam in Rapolzwire noscitur occidisse. Mater prope Ture-
gum filium occidit, quia eam[i] cognoscere recusavit. Vinee montium vinum bonum in
maxima quantitate protulerunt. Rex Francie cum Flandrensibus duas pugnas commisit,

a) *in marg. add.* 1303. b) *excidisse videtur* perfodientes. c) *sic corr. in cod.* confinium. d) habens *cod.* e) habentem *cod.* f) Dirstein *cod.* *Cf. supra a.* 1288. g) callidus *cod.* h) *an* tres milites mart. *Iuli* 2? i) eum *cod.*

97) Benweier a Kaisersberg ad orientem. 98) d. 17. Mai. 1304, v. Quetif et Echard I. p. XVII. 99) Benedictum XI, qui ante pontificatum Nicolaus Bocasinus vocatus, magister ord. Praed. nonus fuerat ab a. 1296 ad 1299. Cf. de eo Quetif et Echard I, 444. 1) Cf. 1303. 2) Wicholdus. 3) d. 26. Mart. 1304. 4) Friderico I. 1299—1306. 5) Perugia. 6) Cf. Vita Benedicti IX. apud Muratori Rer. It. Script. III, 673. 7) vom Hus, gens nobilis Alsatiensis; cf. Schoepflin Als. ill. II, 648. 8) diem 17. Iunii accurate indicat Chron. Colm. 1304. infra. 9) Guidonem, fratrem Iohannis comitis Hollandiae et Hannoniae, episcopum Traiectensem ab a. 1301 ad 1317. 10) ad libidinem.

in quibus defecit et fugam iniit[a] et tot homines perdidit, quod[b] in tota Francia pauci viri 1304.
valentes poterant inveniri. Quingente mulieres iuvencule, vidue, coram rege Francie maritos suos flebant, rogantes, ne cum Flandrensibus amplius dimicaret. In Alsatia tantus erat calor, quod carrucarii nudi per campos bigas suas cum oneribus deduxerunt. Tantus fuit calor, quod rivus volvens duas rotas solam vix molendine volvere dicebatur[c]. Panis modicus pro denario dabatur et frumentum pro 5 vel 6 solidis vendebatur. Annus hic calidus, clarus, sine notabili pluvia, vinum protulit bonum in montibus et magna quantitate, et ubi credebat se quis vas aut tria replere, quinque faciliter adimplevit. In quibusdam vero locis campestria vinum debile ac modicum protulerunt. Quartale frumenti pro 5 vel 6 solidis vendebatur, sed panis modicus pro denario dabatur. Si enim pro 12 solidis frumentum venditum fuisset, panis nimis extitisset. Ideo panis modicus erat, quia molendina frumenta molere non valebant. Vinum bonum abundabatur ac pro parvo precio dabatur, quia Rhenus vinum deducere non valebat. Rhenus tante parvitatis erat, quod in locis pluribus inter Argentinam et Basileam poterat transvadari[d]. Dominus Albertus rex Romanorum cum maxima multitudine armatorum regnum Bohömie potenter intravit, ad montes auri et argenti[11] pervenit, et inde imperfecto negotio ad propria remeavit. Rex vero Bohö- 11
mie maiori multitudine armatorum in civitatibus remansit, sed cum rege Romanorum congredi non audebat.

(1305.[e]) Hyems diu duravit. Stramen ad commedendum ovibus et aliis pecoribus 1305.
prebebatur. Ciconie et multe alie parve avicule fame et frigore perierunt. Allaude multe capiebantur. Rhenus naves oneratas portare non valebat pre nimia parvitate. Rex Romanorum comitem de Wyrtinberch[12] dicitur obsedisse.

## CONSANGUINEI[f] DOMINI ALBERTI REGIS ROMANORUM.

Ruodolphus, filius sororis suae[13], palatinus Rheni et dux Bavarie[14], insuper gener Adolphi, quondam regis Romanorum[15]. 15

Item soror eiusdem Ruodolphi, uxor domini comitis Missenensis.

Item dux Saxonie[16], consobrinus[17] predicti regis.

Item rex Ungarie[18], filius regis Boemie[19], filius sororis[20] regis.

Item fratruelis[g] regis Alberti[21] est filius sororis regis Boemie[22]. 22

Item filius[23] filii[24] domini Caroli regis Sicilie[25] filius est sororis[26] domini regis Alberti, regis Romanorum.

Item relicta[27] domini Andreae[28], quondam regis Ungarie, filia eiusdem regis. 28

Item soror[29] illustris[h] regis Francorum[30] nurus[31] est iam dicti regis.

Item marchionissa Brandiburgensis[32] est filia prefati regis. 32

In[i] Alpibus, que apud Turegum sunt, archa Noe dicitur ab incolis resedisse. — In Alpibus valle Suicz ager esse dicebatur, qui quandoque fluctibus habundabat, quandoque siccitate gravabatur; quando hic tritico seminabatur in allium mutabatur, quando cum allio seminabatur in triticum mutabatur. — Prope Schletstat ursus, murenulam deglutiens, statim post oram moritur, murenula ad cor per arterias repente et cor corrodente. — Iuvenis una hora canus factus in fissura etc. — Concubina sacerdotis ad matrem missa cum equa et vacca, peperit ipsa puerum, equa pullum, vacca vitulum, in episcopatu Tullensi. — In Wisenburch domo Theutonica anguilla arborem ascendit, in nido tres pullos aviculae deglutivit. — Quidam in dorso fuit sagittatus, ferrum ingressum prope cingulum, quod egessit

a) *sic corr. in cod.* intigit. b) quot *cod.* c) dicebantur *cod.* d) transvadare *cod.* e) 1305. *addidit Böhmerus.* f) Consanguinei — prefati regis *leguntur in cod. f.* 25. g) fris *cod.* h) illustri *cod.* i) In — ridens *leguntur in cod. f.* 137'—138'.

11) ad argentarias Kuttenbergenses. 12) Eberhardum. 13) Mathildis. 14) superioris. 15) cuius filiam Mathildem uxorem duxerat. 16) Rudolfus I. 17) Erat filius Agnetis, sororis Alberti I regis. 18) Wenceslaus. 19) Wenceslai II. 20) Gutae. 21) Iohannes (Parricida), filius Rudolfi II duc. Austriae. 22) Agnetis, filiae Otakari II, sororis Wenceslai II. 23) Karolus. 24) Karoli Martelli. 25) Karoli II. 26) Clementiae. 27) Agnes. 28) Andreae III. 29) Blanca filia Philippi III reg. Fr. 30) Philippi IV. 31) uxor Rudolfi (III duc. Aust.) filii Alberti regis. 32) Anna uxor Herimanni march. Brandenb.

sine labore post octo septimanas. — In Regeshem[33] mulier lactans, que 16 annis a viro
34 cognita non fuit. — Abbas Sancti Galli, Bertoldus[34] de Gûtingen[35], venatorem suspendi
iussit pro eo, quod hircum silvestrem, qui eum de rupe portaverat, de qua sine suo adiutorio descendere non potuisset, sine misericordia iugulavit. — In Austria vise sunt avicule, que riserunt. Quando magister earum dixit: *Veni, Heinrice, ride*, tunc una earum prodit, declinat caput ad terram, post elevat, hinc hilariter exclamat: *Hahahe!* Cum magister subiungeret dicens: *Ride amplius!* respondit avicula: *Non possum, non possum!* Venit igitur altera et item altera ridens etc.

---

1458. Sub[a] anno Domini 1458. damnifficatus fuit conventus Columbariensis per incendium.
Ian. 21. Nam in nocte beate Agnetis virginis combusta fuit coquina cum suis utensilibus pro parte ac victualibus omnibus. Verum etiam unus iuvenis in eadem domo interiit incendio, seculariter existens ut puer coquinarius. Memorie tamen dignum diiudico annotandum, quod Deo dilecte sorores in Sub-tilia ita se erga fratres exhibuere in necessitatibus eorum eis subveniendo, ut quod per multos dies eis coxerunt, magno cum gaudio et magna cum benevolentia diversa eis ministrantes; ubi re vera ostenderunt fratribus, quod cor gerunt ad eos indefessum. Nam in necessitate probatur amicus verus. Denique etiam sorores ad
36 Sanctam Katherinam[36] etiam viscera pietatis ostenderunt, similia eis ministrantes. Idcirco,
fratres, precor, dignemini memores esse huius beneficentie.
1472. Mart. 11. Anno Domini 1472. in vigilia sancti Gregorii pape obiit frater Ruodolphus Fuchs conversus, qui ecclesiam nostram multo labore reformavit ac ambitum circa 3 loca huius conventus, multosque labores in ordine habuit devotus et discretus.

---

# DE REBUS ALSATICIS INEUNTIS SAECULI XIII.

1. Circa annum Domini 1200. sacerdotes in Alsatia pauci fuerunt, et unus in duabus villis vel tribus vel 4 parvis villis eis missas ad sufficientiam celebravit. Multi enim ex sacerdotibus duas missas quasi cottidie celebraverunt, unam in una villa, alteram in alia; officium vero in tercia dixit, sed si funus vel sponsa vel peregrini affuerunt, tunc missam terciam celebravit. Sacerdotes multi modici in scientia fuerunt, unde minus prudenter consulere potuerunt. Sacerdotes etiam quasi generaliter concubinas habuerunt, quia rustici ad hoc eos communiter inducebant; dicebant enim: *Sacerdos continens esse non poterit; unde melius est, quod uxorem solam habeat, quam uxores omnium sollicitet vel cognoscat.*
37 Canonici cum militibus moniales nobiles cognoscebant. Dominus Henricus[37], episcopus
Basiliensis, in morte sua 20 pueros, orbatos parente, suis matribus dereliquit. Varias etiam vestes clerici tunc temporis deferebant.

2. Scolares in auctoribus[b] et versificatura principaliter studebant, quia Doctrinale[38] et alie plures grammaticales regule nondum fuerant compilate. Priscianus quidem erat, sed eum pauci ex scolaribus poterant usitare. Scientia artis musice a paucis nominabatur[c]. Libri iuris multi fuerunt, sed pauci de clericis eos sibi poterant comparare; si autem aliquis eos sibi comparasset, nequaquam propter nimietatem utiliter perlegere potuisset. Fratres
39 ordinis Minorum primitivi scientie laici[39] fuerunt; sed et[d] fratres Predicatores primitivi in
scientia iuris modici fuerunt, et hi, qui extitere, prudenter simplicibus rusticis consulere potuerunt. Multos enim casus iuris fratres Predicatores Basilienses Parisius miserunt, et determinationem eorum a fratribus Parisiensibus receperunt.

a) Sub — discretus *leguntur in cod. fol.* 88'. b) authoribus *cod.* c) *legendum videtur* noscebatur. d) et *addidi.*

33) Regisheim ad Ill fluv. infra Ensisheim. 34) an Ulricus de Güttingen, abb. S. Galli 1272—1275? 35) Güttingen a Constantia ad orientem. 36) parthenonis S. Catharinae Colmariensis, ord. Praed. 37) Sine dubio Heinricus II. 1215—1238. 38) Alexander de Villa-Dei versibus composuit a. 1209. grammaticam Latinam, quae *Doctrinale puerorum* inscribitur. Cf. Hist. litt. XVIII, 202 sq. 39) i. e. ignari.

3. Eo tempore fuit in Monte-pessulano frater ordinis Predicatorum, parvulus corpore, magnus in scientia et virtutibus, qui Remundus[a,40] dicebatur. Hic novas decretales[41] compilavit et eas pape et cardinalibus presentabat. Papa vero eas magistris Parisiensibus transmittebat, eisque in virtute obedientie et excommunicationis precipiebat, ut eas legerent, et ne aliquis secundum eas decretales alias compilaret[42]. Postea vero diversi ma- 42 gistri super decretales multa et bona opera faciebant. Fecit et hic Remundus summam parvulam iuris, confessoribus et sacerdotibus necessariam; hac enim scita, poterat quis in multis casibus prudenter et laudabiliter respondere.

4. Sacerdotes in villis diebus dominicis orationem dominicam cum symbolo theutonice hominibus predicebant, sed de sacra scriptura pauci sciebant vel poterant predicare. Missa sola circa tertiam cantabatur; in magnis villis et civitatibus due, cantabatur una mane peregrinis, altera circa tertiam dominabus. Osculum pacis in omnibus missis dabatur. Non habebatur usus magnarum in canone candelarum.

5. Compilatores operum pauci reperiebantur, sed postea plures de diversis facultatibus opera faciebant. Super sententias magister Wilhelmus primo questiones et opus integrum faciebat. Postea frater Albertus, lector solennis fratrum Predicatorum Coloniensis, provincialis per Theutoniam, postea factus episcopus Ratisponensis, philosophus habens noticiam omnium liberalium facultatum; hic et libros et libellos de diversis facultatibus faciebat. Item Bonaventura[43] frater ordinis Minorum questiones super sententias laudabi- 43 liter faciebat. Item frater Thomas[44] . . . . . . . . . Item frater Pe[45] . . . . . . . . . et plures alii super sententias opera faciebant. Frater Hugo Ripilinus de Argentina[46], prior longo tempore Turicensis, postea factus Argentinensis, bonus cantor, laudabilis predicator, dictator scriptorque bonus atque depictor, vir in omnibus graciosus, summam fecit theologice veritatis. Frater[47] . . . . . . . . ordinis Predicatorum fecit legendam Lombardicam. Frater[48] . . . . . . . . . . fecit ordinis Predicatorum summam virtutum ac vitiorum predicatoribus utilem compilavit. Item frater Vincentius[49] ordinis Predicatorum 4 specula fecit, in quibus multa . . . . . . et utilia comprehendit. De iure fecit frater Remundus[50] ordinis Predicatorum decretales et summam parvulam et preciosam. Post hunc dominus episcopus Ebrodonensis[51] super decretales fecit summam[b] laudabilem copiosam. Item magister Tancredus[52] opus super decretales bonum, et plures alii opera laudabilia compleverunt. 52 Super summam Remundi parvulam frater Thomas et frater Burchardus Anerbe[53] et frater Iohannes[54], lector Basiliensis, et frater Hugo Flammingus, fratres ordinis Predicatorum, summas laudabiles compilabant. Item frater Martinus[55], poenitentiarius domini pape, postea vero episcopus[56], Martinianam[56*] fecit et imperatorum cronica Romanorum. Magister de Sacro-Bosco[57] Iohannes[58] fecit compotum[59] et spheram[60], magistris caeteris meliorem. Frater Henricus, prior Basiliensis, ordinis fratrum Predicatorum fecit rithmos Theutonicos bonis mulierculis ac devotis. Frydanckus vagus fecit rithmos Theutonicos gratiosos. Conradus de Wirciburc[61] vagus fecit rhitmos Theutonicos de beata Virgine preciosos. Dominus Albertus episcopus[62] plures libros edidit naturales. Primas 62 vagus multos versus edidit magistrales. Vicarius in Talliwire in suis dictaminibus dominos commendavit. Opuscula plures alii de sermonibus et de diversis scientiis compleverunt.

a) qui Remundus *addidi, cf. infra.* b) summam *addidi.*

40) Reimundus de Pennaforti, magister ord. Praed. tertius, electus a. 1238, qui abdicato magisterio a. 1240, obiit d. 6. Ian. 1275. 41) Decretales Gregorii IX. 42) V. bullam Gregorii IX. d. d. 5. Sept. 1234. ap. Ripoll et Bremond Bull. ord. Praed. I, 69. 43) qui obiit a. 1275. 44) Thomas Aquinas obiit a. 1274. Cf. Quetif et Echard I, 287. 45) Petrus de Tarentasia (Innocentius V. papa, obiit a. 1274). Cf. ibid. p. 353. 46) de quo cf. ibid. p. 470. 47) Iacobus de Voragine obiit a. 1298; cf. ibid. p. 455. 48) Guillelmus Peraldus, de quo cf. ibid. p. 131 sq. 49) Bellovacensis. Cf. ibid. 212 sq. 50) Cf. supra. 51) Henricus de Secusia (de Bartholomaeis), episcopus Sistaricensis 1241—1250, archiep. Ebredunensis ab a. 1250, ep. Ostiensis ab a. 1263, obiit a. 1271; cuius summa appellata est Ostiensis. Cf. Hist. liter. XIX, 428. 52) Tancredus a Corneto, canonicus Bononiensis, qui obiit a. 1240. 53) Cf. Quetif et Echard I, 466. de Brochardo Teutone. 54) Cf. ibid. p. 523. de Iohanne lectore. 55) Polonus. 56) Gnesnensis; cf. Ann. Colm. maior. 1278. supra p. 203. 56*) scil. summam. 57) Holywood. 58) qui obiit aut 1244 aut 1256; cf. Hist. lit. XIX, 2. 59) librum de computo ecclesiastico, sive de anni ratione. 60) sphaeram mundi. 61) Cf. Ann. Colm. maior. 1287. supra p. 214. 62) Ratisponensis.

6. Ordo[a] mulierum, que poenitentes dicuntur, hoc modo fuisse dicitur inchoatus. Fuit quidam clericus nomine Ruodolphus[b], qui Domino pro suo posse[c] fideliter serviebat. Hic quadam vice dum circa Wormaciam de villa ad villam pro suis necessitatibus circuiret, invenit meretrices in bivio residentes. Cum autem ad eas pervenisset, irruit in eum spiritus Domini, arreptoque baculo meretrices percutere voluisset. Que dixerunt: *Domine, debiles sumus, aliunde victum habere non possumus; date nobis tantum panem et[d] aquam, et vestram faciemus in omnibus[e] voluntatem.* Hiis auditis, duxit eas[f] in civitatem, eisque domum conduxit, et eas in ea firmiter clausit, et victum prout potuit ministravit. Conduxit enim servum, qui eis panem per totam civitatem cottidie mendicaret. Homines autem miserti[g] earum, necessaria eis in abundantia ministrabant et factum dicti[h] Ruodolphi multipliciter commendabant. Videns Ruodolphus iste, quod hoc factum pluribus placuisset, diversas civitates adiit, meretrices cepit et eis supradicto modo necessaria ministravit. Ruodolphus iste mulieribus hiis vestes religiosas fecit, et latine[i] poenitentes, theutonice rûwerin nominavit. Vestes autem earum erant albe tunice et longa scapularia et alba, longa pallia et linea pepla et alba, linea velamina capitum[k]. Ruodolphus iste papam adiit, magisterium super eas obtinuit et confirmationem ordinis impetravit. He[l] de claustro suo in suis necessitatibus egrediebantur et confessiones cui volebant ad libitum faciebant: quedam enim suis
63 capellanis, quedam plebanis, quedam canonicis, quedam nigris[63] monachis, quedam albis[64], quedam fratribus Minoribus, quedam Predicatoribus, quibus[m] in confessione et consiliis principaliter adheserunt. Que vero Predicatoribus adheserunt, magis profecerunt in relli-
1288. gione, in[n] divitiis et honore. Anno autem Domini 1288. dominus Iohannes Tusculanus,
65 legatus Theutonie, magistrum poenitentium absolvit, et eas fratri Hermanno[o] [65], provinciali ordinis Predicatorum[p], ut eis preesset ac regeret, fideliter commendavit.

7. Fratres etiam Predicatores quedam mulierum claustra in Theotonia construxerunt, que postea laudabiliter in omnibus profecerunt. Haec autem hoc modo inchoata a patribus referuntur. Fratres Predicatores cum primitus in Theuthoniam pervenissent, invenerunt quasdam mulierculas inclusas prope capellas, quas multiplicarunt et in mulierum claustra mutaverunt. Aliquando etiam pauperes sorores, hoc est mulierculas aliquas, que aliqualem habitum religionis deferebant, acceperunt easque in locum aliquem posuerunt et cum eis claustra monialium construxerunt. Interdum etiam viduas, virgines nobiles, divites acceperunt et cum eis nobilia construxerunt. Ea autem, que inchoaverunt, in religione, divitiis et honore et in omnibus aliis laudabiliter processerunt. Utebantur autem he omnes vestibus albis laneis ad carnem; tunicas longas et amplas, scapularia longa et ampla et longa pallia deferebant; pepla linea lata, vela mediocria et de mediocri stamine faciebant; de
67 laneo albo panno sibi zingulos faciebant; cutellis[66] et tabulis utebantur: bottis[67] et mulierum calciis fruebantur. Omnia vestimenta eorum et cussini[q] [68] seu cervicalia, cibaria et potus, mediocria fuerunt, quia nec preciosa nec vilia reputata. Conventus a saginatis et a carnibus abstinebat. Haec monasteria priorissam habebant, que interioribus et exterioribus dominabatur. Subpriorissam habebant, que interioribus presidebat. Procuratricem habebant, que omnia, que dabantur, que solvebantur, que recipiebatur, que expendebantur, fideliter conscribebat, et quo devenerint reddidit rationem. Quando aliqua dominarum ad eas venire voluit, res suas mobiles et immobiles priorisse presentavit atque[r] postea amplius non curavit. In ordine manendi probationis tempus habuit, et si displicuit, cum rebus suis omnibus resilivit, et si conventui displicuisset, res sibi suas totaliter reddidissent. Si post annum professionis apostatasset, nihil de suis habere nisi de gratia potuisset. Quamdiu pauperes fuerunt, dominas cum pecunia receperunt, quando vero ditate fuerunt, personas sine pecunia receperunt. Quedam ex hiis claustris omnia sua predia pro annuo censu colenda rusticis concesserunt, et censum per fratres suos conversos[s] et beginas et servos et ancillas annis singulis collegerunt. Quedam vero predia sua per conversos fratres suos coluerunt, et curias et grangias per conversos suos rexerunt, et curas maximas habuerunt. Omnia per fenestras rexerunt, quia fratres Predicatores circa temporalia earum nullam curam

a) Ordo — commendavit *leguntur etiam in* 2. b) Rudolfus 2. c) *deest* 1. d) *deest* 1. e) in omnibus *desunt* 2. f) *deest* 1. g) miserte 1. 2. h) domini 1. i) legittime 2. k) capitorum 1. 2. l) hec 1. m) que 1. 2. n) *deest* 1. o) ordinis *sequitur* 1. 2. p) *sequitur* in ordini 1. 2. q) cussivi *cod.* r) et que *cod.* s) *sic corr. in cod.* perversos.

63) Benedictinis. 64) S. Augustini. 65) de Havelberg, ut videtur. 66) cultellis. 67) ocreis, Gall. *bottes*. 68) Gall. *coussin*, Kiſſen.

penitus habuerunt; per fenestras quibus placuit loquebantur, et per fenestras videbant[a] et ab exterioribus videbantur. Multum he sorores profecerunt, et de hoc quidam doluerunt. Hii episcopo Argentinensi[69], quod se de cura istarum dominarum intromitteret, dixerunt[b]: 69 quia cura earum ad eum pertineret, eo quod de nullius ordinis regula prodiissent. Ipse autem consiliis eorum acquiescens, honestos quosdam ex suis canonicis misit ad dominas memoratas, mandans eis, quatinus canonicis suis loco sui in omnibus obedirent, eo quod iudex earum ordinarius esset et deberet eis tam in temporalibus quam in spiritualibus providere. Sorores canonicis taliter responderunt: *Scimus, domini, quod vobis et domino nostro episcopo tenemur obedire, sed in quantum et in quibus casibus ignoramus. Unde vos suppliciter rogamus, quatinus circa nos auctoritatem[c] suspendatis, donec investigare possimus, in quibus vobis teneamur casibus obedire.* Canonici precibus dominarum acquieverunt, et in libertate sua permiserunt sicut antea residere. Post hec fratres Predicatores illis dominabus consuluerunt, ut ad papam[70] cum litteris cognatarum suarum quam citius festinarent, et libertatem quam 70 possent[d] a papa et a cardinalibus obtinerent. Acquiescentes igitur consiliis eorum ad curiam perrexerunt; de quolibet pene claustro due ad eundum perrexerunt. Et mediante 1246. fratre Iohanne episcopo et magistro ordinis Predicatorum[71], que a papa et cardinalibus petiverunt, . . . . . . . . .[e]. Commisit enim eas papa magistro ordinis Predicatorum et incorporavit ordini eorum, ita quod deberent gaudere omni privilegio obtento pariter et obtinendo[72]. 72

8. Fratres[f] Minores de ordine suo claustra dominarum fecerunt, que et ipse in omnibus profecerunt. Fratres isti sorores suas sic clauserunt, quod vix vel nunquam egredi potuerunt. Hominibus de claustro loquebantur, sed minime videbantur. Loquebantur enim per fenestram quadratam, que tres vel quatuor pedes in magnitudine continebat. Fenestra etiam hec lamina ferrea[g] obstructa erat et non multis parvis foraminibus perforata. Habebat etiam lamina hec verua[h] plura, habentia digiti longitudinem, infixa sibi, que impediebant, ne aliquis oculum lamine foraminibus applicaret. Insuper et lineus niger foramina intrinsecus obstruebat. Quando aliqua domina in claustrum earum[i] recipiebatur, per altam scalam ascendit et sic in claustrum per hostium competens introivit. Abbatissam habebant, que in religione caeteras informabat. Extra claustrum eis cibaria coquebantur et in claustrum sororibus mittebantur. Duo fratres ordinis Minorum extra vel plures pro tempore residebant, quorum unus eis in spiritualibus preerat, alter vero temporalia regebat et necessaria ministrabat. Fratres conversos et conversas seu beginas, servos et ancillas multas habebant, que agros[k] et vineas colebant et in aliis serviebant.

9. Monachi pauci in Alsatia fuerunt preter nigros et moniales eorum, et Augustini canonicos regulares. Cruciferi de Sancto Iohanne et Templarii et Anthonienses domos vel grangias et capellas habuerunt, in quibus tantum servi vel pauci fratres ordinum prefuerunt. Cruciferi de Sancto Iohanne in Basilea duas capellas habebant, quas officiavit sacerdos nomine Gall . . .[l], cui frater hospitalis dimidiam ferens crucem[73] necessaria mini- 73 stravit. Scistersienses, nigri monachi, canonici regulares vestes ordinum ferebant, constitutiones suas servabant et divitiis abundabant. Nigri monachi et moniales, qui non proprie de regula Benedicti prodierunt, sed immediate pape subfuerunt dominio, officium beati Benedicti bene pro suo modulo servarunt[m], vestes autem religiosorum et constitutiones et mores servare plurimi contempserunt. Inclusoria prope cappellas sita fuerunt, ubi sola mulier vel due vel tres vel plures mulieres incluse fuerunt, ex quibus quedam nigris monachis, quedam albis, quedam Scistertiensibus, quedam aliis religiosis[n] subfuerunt[o], et eorum constitutiones et consuetudines observabant. Minores et Predicatores et domini de domo Theotonica nondum fuerunt, sed ad lucem post annos undecim prodierunt[74]. Postea et alie multe religiones prodierunt, quas omnes dominus Gregorius[75] noscitur delevisse[76]. 1274.

a) videbantur *cod.* b) dixeret *cod.* c) authoritatem *cod.* d) posset *cod.* e) obtinuerunt *vel* impetraverunt *excidisse videtur.* f) Tres *cod.* g) ferria *cod.* h) vero *cod.* i) eorum *cod.* k) aggros *cod.* l) gall, *cod.* m) servarent *cod.* n) religionis *cod.* o) subfugerunt *cod.*

69) Heinrico III, 1244—1260. 70) Innocentium IV. 71) Iohanne de Wildeshusen, episcopo Bosnensi, magistro ord. Praed. quarto, electo a. 1241, qui obiit a. 1252. Cf. de eo Quetif et Echard I, 111. 72) Cf. Innocentii IV. bullam d. d. 4. Apr. 1246. apud Ripoll et Bremond Bull. ord. Praed. I, 160. 73) i. e. Antoniensis; ordo enim S. Antonii cruce tali: T utebatur. 74) Cf. Annal. Colm. min. 1212. supra p. 189. 75) decimus. 76) in concilio Lugdunensi a. 1274.

10. Parisius tunc temporis noscitur viguisse studium.

11. Civitates Argentinensis et Basiliensis in muris et edificiis viles fuerunt, sed in domibus viliores. Domus[a] fortes et bone fenestras paucas et parvulas habuerunt et lumine caruerunt. Columbaria, Sclezistat, Rubiaca, Mulühusen et alie parve civitates tunc temporis non fuerunt. Nobiles in villis turres parvulas habuerunt, quas a sibi similibus[b] vix defendere potuerunt.

77 12. Rhenus ante breve tempus Brisacam ab Alsatia separabat[77]. Rhenus nullum pontem habebat, sed homines navibus per eum transitum faciebant. Super Alsam circa annum Domini 1200. dicebantur piscatores 1500 numero residere. Multe sylve in Alsatia fuerunt, que terram in frumento et vino sterilem reddiderunt.

13. Castra et castella in ea pauca fuerunt, ex quibus quedam postea in munitiones seu in civitates parvulas mutabantur. Pauca ex preciosis opera lapidabantur. Monasterium enim Coloniense maioris ecclesie, et Argentinense inchoata fuerunt post annum Domini 1220, ut magistri eorum operum fratribus retulerunt.

14. Milites venationibus, piscationibus, torneamentis, hastiludiis, amplexibus vacabant, et pene omnes simplicem fornicationem peccatum minimum reputabant. Quilibet servus ancillam cuius voluit procabatur; et si eam prece vel precio comparavit, ad eam nocte dieque venit, et ei in calceamentis necessaria ministravit, et sic ab hoc[c] precio amasii dominas liberabant. Milites loricas de magnis et spissis et ponderosis circulis utebantur.

78 15. Possessiones abbates, clerici a pauperibus obligabant[78], et peccatum facere non credebant.

16. Mercatores pauci fuerunt, et pene omnes pro divitibush abebantur. Magistri artium mechanicarum pauci fuerunt, et sunt inter divites computati. Chyrurgici pauci, phisici pauciores, Iudei pauci. Heretici in locis plurimis abundabant; hos autem fratres Predicatores cum magna dominorum potentia laudabiliter extirpabant. Homines mechanicarum artium simplices in artibus, et postea in eis plurimum profecerunt.

17. Torrentes et flumina non ita magna tunc sicut nunc fuerunt, quia radices arborum fluxum nivium et imbrium per tempus in montibus retinuerunt.

18. Bige pauce fuerunt, et curribus sine ferro Alsatici fruebantur. Currus vero ferrati sive ferro muniti de Suevia postea in Alsatiam pervenerunt.

19. Solum genus parvarum gallinarum habebatur; postea vero galline barbate, cristate, sine caudis, magne, croceis pedibus per peregrinos de remotis partibus portabantur. Solum genus columbarum et balumbarum videbatur; columbe vero Grece, que habebant pennas in pedibus, et alia plura genera postea sunt in Alsatiam deportati. Vasianos quidam clericus de transmarinis partibus apportabat. Ursi albi, sperioli albi, lepores albi, ericii marini, cameli, leones et diversa genera arborum, et diversa genera herbarum et olerum et vinearum, cucumerum et olerum specierum, vestium, peplorum[d], instrumenta diversarum artium postea in Alsatiam[e] deportata fuerunt.

20. Altaria parva fuerunt, sed ut[f] in primitiva ecclesia circa apostolorum tempora tres pedes habebant in altitudine, et tres in latitudine et tres in longitudine continebant. Mensa vero altaris corpus digitis 4 excedebat.

21. Arbores magni et alti, habentes 9 vel 10 pedes in spissitudine, poterant inveniri.

22. Edificatio domorum cum gypso nondum fuit in partibus Alsatie consuetudo, quia
1290. longo tempore post, videlicet anno 1290. in villa Türickeim, que est in Alsatia, ab incolis
79 invenitur gypsus[79]; gypsus sive terra, de qua cementum paratur. Et terra, que *margil*
dicitur et per quam agri a rusticis impinguantur, post annum Domini 1200. reperitur.

23. In vaginis gladiorum fibule non fuerunt; nec monachi in cingulis suis fibolis utebantur. Cinguli monachorum in uno fine duas longas cissuras habebant, et in alio fine in duas partes cingulus findebatur.

24. Ecclesia canonicorum Marbacensium habet[g] infra muros pedes in latitudine 60, in longitudine duplum. Casule et cappe chorales habebant 7 pedes in longitudine et circumferentiam circularem. Talmatice eorum pedes 10 habebant in latitudine, et earum

a) domos *cod.* b) simillibus *cod.* c) *sequitur* enim. d) peplorum *cod.* e) Alsatia *cod.* f) ut *addidi.* g) *an* habebat?

77) Cf. Ann. Colm. maior. 1295. supra p. 221. 78) pignori accipiebant. 79) Cf. Ann. Colm. maior. 1295. l. l.

manice habebant latitudinem[a] pedis et dimidii; altitudo vero earum pedum 5. Corporalium eorum plice habebant tres partes communis pedis in longum et . . . . . . in[b] latum, quando longitudo pedis quatuor habuit portiones. Septem campanas turris ecclesie continebat.

---

# DESCRIPTIO ALSATIAE.

Est locus in Theutonie partibus, Alsatia nomine, distans ab Oceano miliaria 61, quantum homo potest in tribus septimanis faciliter transire, seu miliaria 70. Locus iste est inter civitatem Argentinensem et Basiliensem, continens miliaria[c] sedecim in longum et 3 in latum, ut communiter computatur. Hic habet in se nonaginta conventus monialium seu etiam monachorum[d].

Est terra modica in Europe partibus, que polum antarticum penitus ignorat; polum vero articum super se in gradu 50. credimus possidere. Haec est terra Alsatie Alamanie. Haec habet Constantinopolim, civitatem Grecie, versus orientem, que secundum mappam mundi sub meridionali linea continetur; ab hac autem usque ad Alsatiam potest homo sanus et valens in octo septimanis commode pervenire. Habet et civitatem in occidenti positam, Cordubam nomine, et ad hanc potest homo pervenire in septem commode septimanis.

Est et Alsatia prope Rhenum. Rhenus vero fluvius oritur ad meridiem et fluit versus septentrionem. Distat Rhenus ab Alsatia a Constantia ad tres dietas et transit per mediam Alamaniam. Oritur Rhenus in monte . . . . . . . . . . . . et prope Traiectum inferius ingreditur mare magnum. Rhenus habere[e] 150 miliaria computatur.

Rodanus fluvius in Alpibus prope Helvetiam[f] oritur et in mare mediterraneo terminatur.

Danubius in Suevia nascitur, et in quatuor dietis ab Alsatia noscitur emanare. Transit autem Almaniam et Ungariam et post barbaras nationes, et influit prope Constantinopolim mare Ponticum, ibique terminatur. Habet autem in longitudine 560 miliaria, quae homo in octo septimanarum numero poterit peragere.

Transit et Almaniam Alba fluvius, qui oritur in Boemia et in Oceanum fluere peribetur.

A Fryburgo in Otinland usque Viennam sunt 150 miliaria, et a Vienna usque in Oceanum sunt 150 miliaria; et haec longitudo et latitudo . . . . . . . . . nie[g] poterit.

Terra hec scilicet sita est sub septimo climate, et longissimus dies eius[h] habet 18 horas, brevissimus 6.

In Alsatia sunt aque potabiles[i] Rhenus et Alsa, et torrentes multi et fontes atque putei multi. Quidam ex eis habent profunditatem 50 pedum, alii 40, alii 30, alii 20, alii 15, alii 10, alii 5 et alii pauciores. Aque[k] puteorum sunt calide in hyeme, in estate frygide; aque vero torrentum in estate calide, et in hieme frygide. Tanta enim est in ea frigiditas, quod aqua infra unam noctem in spissam glaciem transmutatur.

Terra hec pluviis frequentibus irrigatur. Nives ibi in spissitudinem unius pedis descendunt. Nives quandoque per horam durant, quandoque per diem, quandoque per septimanam, quandoque pluribus; in quibusdam vero locis vel montibus permanet usque ad solsticium estivale.

In Alsatia crescit vinum album et preciosum in maxima quantitate. Vites autem lignis cum diligentia fulciuntur. Habentur et in ea ligna ad conburendum multa; et arbores fructifere ibidem plurime transplantantur.

Est et Alsatia ex una parte plana, ex altera parte montuosa. Sunt et in ea prata, arva, sylve et rura; ad frumentum seminandum sex equi vel 4 parvuli[l] requiruntur. Crescit ibi frumentum, sigulum[m], hordeum et avena. Crescunt et legumina, faba, pisa, vicia, lentes; et ibidem multarum herbarum semina generantur.

Sunt ibi equi parvi et magni atque dextrarii, qui milites armatos ad inimicos et ab inimicis portare poterunt violenter. Sunt ibi boves et oves, capre et porci, asini et muli.

a) in latitudine *cod.* b) et . . . . in *addidi.* c) miliaria *addidi.* d) *sequuntur in cod. notulae historicae Columbarienses ann.* 1458 *et* 1472, *quae huc non pertinent, quaeque leguntur supra p.* 232. e) habet *cod.* f) *sic correctum in cod. primo* Alsatiam. g) *ita c. fortasse* per enire. h) *in cod. iterum sequitur* dies. i) *sic correctum in cod.* botales. k) aqua *cod.* l) parveredi? m) ligulii *cod.*

Canum vero multa, luporum plura genera, cervi, ursi, vulpecule, et alia plura genera, que non hic per omnia possunt renumerari[a]. Sunt et ibi aves[b], tempore estatis venientes et hyemis tempore recedentes; sunt autem he: ciconie, palumbes, turtures, guculi, coturnices, anseres, hyrundines, vespertiliones. Sunt ibi anseres et anete et plura genera gallinarum. Aves sylvestres sunt ibi multa genera.

Sunt castra in montibus et in plano. Sunt et ibi civitates fortes. Sunt et ibi ville fortes et multe[c]; et terra populosa.

---

# DESCRIPTIO THEUTONIAE.

Est locus in littoribus Oceani positus, qui Theutonia, seu Alemania, seu Germania nuncupatur. Hec prope stellam maris seu polum articum esse dicitur, et ipsam septentrio seu currus circuire ab incolis perhibetur. Terra hec Theutonia dicitur a Theutone gygante, qui[d] in ea morabatur; et eius sepulchrum prope Viennam transeuntibus monstratur*. Item Alamania dicitur ab Alemanno[e] lacu, supra quem posita est civitas Constantiensis. Item dicitur Germania, quia multos homines dicitur generare; nulla enim terrarum in tanto spacio dicitur tot homines continere. Dicuntur etiam hii homines fideles hominesque laboris et in barbaris nacionibus aliis hominibus cariores.

Longitudo huius terre protenditur a Traiecto[f] inferiori sive a civitate Lübecke, que sita est in littore Oceani, ingreditur mare, dirigiturque versus Alpes seu montana, que dividunt Almaniam ab Italia sive Longobardia. Ab Oceano usque ad Alpes sunt miliaria 120 seu ducenta quadraginta[80], que potest homo in quatuor septimanis facile peragrare sub linea meridionali.

Latitudo huius terre est a Fryburgensi civitate, que sita est prope Burgundiam, et dirigitur versus orientem ad civitatem Wiennam, que sita est prope Ungariam, que inter se 120 miliaria distare a pluribus referuntur. Hec autem miliaria potest homo faciliter in septimanis quatuor peragrare.

Transit hanc terram Rhenus fluvius, qui oritur Alpibus, scilicet montibus qui dividunt Italiam ab Alamania, id est in monte qui vocatur Septimus, et fluit per lacum Alamannum, super quem sita est civitas Constantiensis. Item super Rhenum Basileiensis, Argentinensis, Moguntinensis, Coloniensis et alie multe, quas[g] nunc non est temporis computare.

Sed sunt et in hac Theutonia seu provincia tres[h] principes seculares, quorum interest regem eligere Romanorum: Unus est dux Saxonie et hic habet duo milia marcarum in redditibus; unus palatinus, id est dux Bavarie, et hic habet viginti milia marcarum in redditibus, quinque milia de palatio et quindecim de ducatu; unus marchio Brandiburgensis, et hic habet quinquaginta milia marcarum; unus rex Boemie, et hic habet marcarum centum milia probatarum. Sunt et tres principes regulares, id est sub pape regulis constituti, electores regum Romanorum, scilicet: Treverensis, qui tres habet suffraganeos, et tria milia marcarum in redditibus sibi necessaria ministrantes; Moguntinus, et hic habet 17 suffraganeos et 7 milia marcarum in redditibus fideliter computatis; Coloniensis, qui tantum 5 noscitur habere suffraganeos, et tamen[i] sibi quinquaginta marcarum milia computantur.

Preter hos tres archiepiscopos quatuor alii computantur, scilicet: Rigensis, 7 habet suffraganeos et mille marcarum redditus computatur; Maddiburgensis, qui 7 habet suffraganeos et 4000 milia habere a pluribus peribetur; Bremensis, qui et ipse 7 habet suffraganeos et quinque milia[k] marcarum redditus sibi a suis fidelibus asscribuntur; Saltzburgensis, qui 7 habet suffraganeos et 20 milia marcarum redditus habere et amplius computatur. Habet autem Theuthonia in universo tam episcopos quam archiepiscopos sexaginta.

Sita est Theuthonia in littoribus Oceani[l], inter Rhenum et Albam fluvios, ut in mappa mundi depingitur, et apponitur vento, qui circinus[81] seu Tracia[82] nominatur, et dirigitur versus Alpes, qui sunt inter Italiam atque Germaniam et sunt aliis montibus alciores.

* *In cod. fol.* 137' *leguntur haec:* Prope Viennam requiescit gigas, nomine Theuton, a quo Theutonici.

a) renumerare *cod.* b) *sequitur in cod.* que. c) multa *cod.* d) qui *deest cod.* e) *sic corr. in cod.* Almantio. f) ad Traiectum *cod.* g) que *cod.* h) *leg.* quatuor. i) tam *cod.* k) *deest cod.* l) occeani *cod.*

80) scil. minora, fortasse leugae. 81) circius. 82) Cf. Graff Altdeutsch. Sprachschatz I, 627. ubi ex cod. Tegerns. cauri nomina leguntur haec: *Nordwestan, Cyrcias qui et tracias.*

Est locus in Theuthonia, qui Alsatia nominatur. Hic distare dicitur ab Oceano versus axem seu polum articum ad nonaginta pene miliaria, que potest homo in tribus septimanis faciliter peragrare. Dicitur hic locus Alsatia latine ab Alsa fonte seu fluvio, teutonice vero illa dicitur Elsase et[a] ab incolis nominatur. Oritur prope solenne castrum Phyrrent[82] nomine, egregium claustrum Luzilae[83] nomine ordinis Cisterciensis, magnum, pulchrum, bene edificatum, possessionibus et redditibus et bonis monachis habundans[b]. Locus iste est inter magnam et bonam ac nobilem civitatem Argentinensem atque Basileiensem, que inter se 16 distare miliaria referuntur; hec[b'] tamen homo fortis posset uno die[84] sine magno 84
dispendio pertransire. In latitudine sua a Rheno usque ad montana sibi miliaria tria vel quatuor computantur.

---

Mane tace, rixe si vis exire catenam.
Roma, tibi subito motibus ibit amor. } *retrogradi in litteris.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Exaudi[c], | virgo, | merentem | crimina | mortis; |
| Virgo | precelsa, | noxe | restringe | metretas; |
| Merentem | noxe | culpam | salvando | refrena, |
| Crimina | restringe | salvando, | regia | virgo; |
| Mortis | metretas | refrena, | virgo | Maria. |

Si[85] cur cara sit is .o. sitis ara crucis
Omni te rege si vis signis eger et inmo } *Versus retrograd. litterarum Henrici.*
Signa te des des merorem sed et angis.

Sacro sacra Sacro, non sacra macra sacro,
Sacrum pingue dabo, non macrum sacrificabo. } *fr. H. primas.*

Mi non minori[d] prome prece prome minori
Cordato non cordato mibi cor dato fato[86]. } 86

Sacro sacra sacro non, sacra macra sacro,
Sacra macra sacro, non sacro sacra Sacro. } *fr. H.*

Sacrum pingue dabo non, macrum sacrificabo,
Sacrificabo macrum, non dabo pingue sacrum. } *primas.*

En giro torte[e] sol ciclos et rotor igne.
Papa pave, veteres[f] testes vivifico[g], cece[h]. } *Petrus de Bechpurc*[i, 87].

Dede[88] dede dedi mi mimi vi vivida da da. *fr. H.* 88
Vivi viviis is vsis es es es es os os hos hos. *fr. H.*
So so so so se se se se si si si si iu iu iu iu. *fr. H.*

*Versus fratris Henrici phisici de Basilea:*

Preposito tibi[k] laus merito non infima dandi.
Pectore stas stabili, non cito vertibili
Vertibili cito, non stabili stas pectore, dandi
Infima non merito laus tibi preposito.
Ypocrisim fugis, haud nugis das tempora, crisim
Celica vis fecit, non mala gens tua scit.
Scit tua gens mala, non fecit vis celica crisim,
Tempora das nugis, haud fugis ypocrisim.
Sit tua perpetuo Lachesis, nec tempora vite
Nubila deducas, sic rogo cottidie.
Cottidie rogo sic: Deducas nubila vite
Tempora, nec Lachesis perpetuo tua sit.

*Predicti versus bini sunt retrogradi voce et sensu, uno metro laudantes, retrogrado vituperant. Hos fecit frater Henricus de Basilea ordinis Predicatorum.*

Solodori prelate chori, Rûtbi[89] bene nate,
Regias hospes, egentibus o spes[l], vivito sospes! 89

a) et *addidi.* b) habundare *cod.* b') hec — pertransire *post* computantur *ponenda esse videntur.* P. c) Exadi *cod.* d) minor .i. *cod.* e) torto *cod.* f) ve vetes *cod.* g) vi vi vico *cod.* h) cere *cod.* i) Bechpre *cod.* k) *sic corr. in cod.* ter. l) ospes *cod.*

82) Pfirt. 83) Lützel. 84) His verbis inesse mendum videtur. 85) Tribus istis versibus emendatio admovenda est. 86) His versibus fratres Minores carpere scriptor studet. 87) Bechburg inter Olten et Solothurn media vis. 88) His tribus versibus quid intelligi scriptor voluerit, me latere fateor. 89) Bertholdus de Rüti (inter Solothurn et Biel), praepositus ecclesiae Solodurensis factus c. a. 1264, etiam a. 1280. in vivis fuit. V. Kopp Gesch. d. eidg. Bünde II, 2, 140 n. 2 sq. et tab. Petri ep. Basil. d. d. 24. Nov. 1289. ap. Trouillat II, 473—475.

Culta Clio dat multa pio tibi[a], stulta sed, yo!
An vanos dederit canos, tu certifica nos;
Scis, quia vivacem venerem vitare tenacem.

*Et hos similiter fecit.*

*Istos versus retrogrados secundum omnem modum, ascendendo et descendendo ante et retro, frater Henricus de Basilea, lector et medicus ordinis*[b]*, composuit:*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Alma | patris | mater | celi | platea | sacrati |
| Patris | filia | fulgida | gloria | virgo | corea |
| Mater | fulgida | vite | turgida | tetra | refrena |
| Celi | gloria | turgida | propellas | crebro | metra |
| Platea | virgo | tetra[c] | crebro[d] | mirabilior | fer |
| Sacrati | corea | refrena | metra | fer | angens. |

# CHRONICON COLMARIENSE.

90 Comes Albertus[90] de Habispurch de uxore sua[91] liberos genuit. Filia una nuptui tra-
ditur comiti de Cussaperch[92]; altera in claustrum dominarum de Adelhusen[93] prope Fribur-
gum ordinis fratrum Predicatorum collocatur, in quo vitam suam laudabiliter consummavit.
Unum filium clericum fecit[94] eique beneficia plurima contulit, sed iuvenis de hoc seculo
migravit. Duobus[95] dignitatem dominiumque commisit et ipse cum familia sua ad trans-
97 marinas partes transmeavit[96]. Frater comitis Rudolffi[97] Longobardiam intravit ibique capi-
tur, et vitam suam in captivitate miserabiliter finivit.

Comes Rudolfus se solum sentiens in dignitate constitutum, vidensque vicinos suos comites divitiis habundare, se autem respectu aliorum in paupertate seu miseria constitu-
tum, cogitavit, quomodo posset divitias comprehendere temporales. Considerans etiam, quod res magnas per preces aut iustitiam subito comprehendere non valeret, deliberavit intra se, quod vicinos suos vellet preliis impugnare.

1218. Comes Rudolfus de Habisburch natus est de progenie ducis Zeringie anno 1218 . . . .
Kalendas Maii, eodem scilicet anno, quo dux Zeringie[98] viam carnis ingreditur universe.
Erat hic vir longus corpore, habens in longitudine 7 pedes *, gracilis, parvum habens caput,
pallidam faciem atque longum nasum, paucos habebat crines, extremitates vero habebat
parvulas atque longas; vir in cibo et potu et in aliis moderatus, vir sapiens et prudens, et
cum maximis divitiis in summa tamen semper extitit paupertate. Multos habuit filios et
99 filias, quos omnes constituit in magnas divitias et honores. Hic existens in Turingia[99],
1289. sexaginta milia et centum milia[e] dicitur expendisse infra unum annum; bis obsedit Bisun-
1290. tium[1] et Gallicos graviter devastavit.

His temporibus vixit iuvenis, dictus de Tufinstein, nobilis, dives, habens castrum . . .
. . . . . ., in quo plurimum confidebat. Res vero eius comes Rudolffus lubenter habuisset,
si eas comprehendere potuisset. Occasione igitur accepta cepit iuvenem oppugnare; sed
cum eum vincere per potentiam non valuisset, pacem cum eo fraudulenter fecit et per
2 quosdam suos familiares insidias ei posuit; et hii eum turpiter occiderunt[2].

*De comite Gotfrido de Louffenberg.* Post hec cepit comes Rudolfus impugnare comitem
Gotfridum de Louffinberc, puerum virtuosum, filium avunculi sui[3]; eique villas plurimas
1242. devastavit. Comes vero Gotfridus quodam mane cum civibus suis de Lofinberc Bruccum

* *In 1. fol. 139. reperiuntur haec:* In comitatu regis Rudolffi: Rudolffus rex pedes 7 minus duobus digitis; dominus de Hagenek (totidem); Iudeus Ebinlangi 7 pedes; dominus de Baldegk 7 pedes et 4 partes, quarum decem faciunt pedem; — gnana in Loiffinberc minus 3 pedibus;
4 ritter Cunrat[4] apud Rudolffum 3½ pedes. Homines communes 6 pedes cum latitudine duorum digitorum; breves homines reperti 4½ pedum.

a) t'. *cod.* b) *sic corr. in cod.* ordinarius. c) terra *cod.* d) crebra *cod.* e) *excidit aut* marcarum *aut* librarum.

90) pater Rudolfi regis. 91) Heilwiga. 92) Küssenberg in magno duc. Bad., inter Kaiserstuhl et Thiengen. 93) Cf. supra p. 208. n. 1. 94) Albertum canonicum Argentinensem et Basileensem; cf. Herrgott Gen. I, 128. 95) filiis, Rudolfo et Hartmanno. 96) Albertum »in transmarinis partibus obiisse,« docet tab. d. d. 5. Iun. 1279. apud Herrgott Gen. III, 487. 97) Hartmannus. 98) Bertholdus V. 99) a. 1289—1290. 1) ann. 1289. 2) Cf. Kopp Geschichte d. eidg. Bünde II, 1, 150 n. 1. 3) Rudolfi de Habsburg-Lauffenburg. 4) Cf. Ann. Colm. maior. 1282. supra p. 209. l. 9.

castellum adiit[a] apertumque reperit, potenter intravit, et omnia que ibi reperit in castellum
Lofinberc cum gaudio transferebat. Multi viri cum mulieribus cum corporibus evaserunt.

*De domino de Kiburc.* Comes[5] . . . . . . . . . filiam[6] comitis de Sabaudia[7] duxit uxo-
rem. Videns autem, se ex ea filios habere non posse, dignitates suas domino episcopo
Argentinensi[8] tradidit[9] tali conditione seu pacto, ut quidam dixerunt, quod comitissa 1244.
quasdam res libere possidere debet ad tempus vite sue, et postea dignitates ad episcopo-
rum Argentinensium posteros devenire. Mortuo vero comite de Kiburc[10], comes Rudolfus 1264.
de Habispurc omnes pene res et dignitates per violentiam obtinuit, cum verus tamen heres
esse a pluribus negaretur.

Comes Rudolfus cum diversis dominis lites et guerras noscitur habuisse, videlicet
cum comite Sabaudie[11], comite de Rapperschwilre, comite de Hohinberc vel Homberc,
abbate Sancti Galli[12], episcopo Constantiensi Eberhardo[13], civibus Bernensibus, episcopo
Heinrico[b, 14] cognato suo Basiliensi; in hac lite fuit electus in regem Rhomanorum 1273. 1273.

*De dominis de Tokinburc.* Erant in superioribus partibus nobiles domini libere conditio-
nis[15], filii sororis[16] venerabilis domini episcopi Basiliensis Heinrici de Tune[c, 17], qui cives
Turicenses et comitem Rudolfum de Habispurc aliosque vicinos suos, ut eis videbatur,
sepius indebite turbaverunt. Eo tempore comes Ruodolfus quibusdam hominibus de Lom-
bardia venientibus ducatum prestitit, ut possent in Alsatiam pervenire. Hii cum prope
dominium dominorum istorum pervenissent, ipsis omnia que attulerant abstulerunt. Comes
Rudolfus, super hoc indignatus, cives Turicenses atque alios amicos et vicinos induxit,
ut contra dominos de Tockinburc iuvarent, quia vellet[d] eos in eis fideliter vindicare. Qui
gavisi magnum sibi adiutorium promiserunt. Comes vero exercitu congregato castrum
Uzinberg[e] violenter obsedit et res eorum alias devastavit. Domini de Tokinburc se ut 1268.
poterant defenderunt et multis septimanis viriliter tenuerunt; et cum multa mala passi
fuissent et obsidentes[f] peiora obsidentibus intulissent, tandem eis victualia defecerunt, et
castro derelicto, cum corporibus recesserunt. Comes Rudolfus habito castro destruxit[18]
et res eorum alias devastavit.

Post mortem imperatoris Friderici imperii res quas quilibet dominorum poterat con- 1250.
fiscavit. Obtinuit autem comes Rudolfus de Habispurc Brisacum et per tempus aliquod[g] in
sua tenuit potestate. Venerabilis vero dominus Heinricus Basiliensis episcopus dixit comiti
Rudolfo, quod Brisacum suum deberet esse, eo quod iure hereditario possedisset. Comes
vero Rudolfus dixit, quod, si vellet ei dare mille marcas argenti pro iure suo, promitteret
castrum et castellum tradere in episcopi potestatem. Episcopus vero dedit ei noningentas 1264.
marcas, et sic obtinuit civitatem[19], quam habuit usque ad electionem Ruodolffi in regem
Rhomanorum.

Cum autem interim comes Rudolfus episcopum Basiliensem indebite molestaret, epi-
scopus Basiliensis, accersito comite Rudolffo, dixit: *Cognate, a vexatione mea quiesce, et
tibi centum marcas argenti voluntarie ministrabo.* Comes per illum annum voluntarie quie-
scebat. Sequenti anno comes Rudolffus episcopum cepit secundario perturbare; iterum
dedit centum marcas, ut eum amplius non vexaret, et iterum a vexatione secundario quie-
scebat. Tertio anno petiit comes Rudolfus ab episcopo ducentas marcas, eo quod indigeret;
esset enim multis debitis obligatus. Episcopus dixit: *Verecundor esse de cetero tributarius;
cum ducentis marcis sic me muniam, quod violentiam minime pertimesco.*

Post hec cepit comes Rudolfus episcopum Basiliensem, cognatum suum, quantum
potuit impugnare. Episcopus vero cum civibus Basiliensibus villam Blodolczheim[20], que 1268.
sita est prope Rhenum, que tunc noviter munita fuerat fossato atque propugnaculis, poten-
ter intravit, et omnia que in eo fuerant devastavit. Post hec comes Rudolfus dominos

a) *in marg. 1. legitur:* Sequitur 1242: Destructum est castellum Bruccum; *cf. Ann. Colm. min.* 1242 *supra p.* 190. b) *sequitur* de Tuno *sed inductum* 1. c) *in margine* 1. *corr.* (Nu)wenburg. d) vellent 1. e) *in marg.* 1. *additum est:* 1268. f) *an* obsessi? g) aliquot 1.

5) Hartmannus senior de Kiburg. 6) Margaretham. 7) Thomae I. 8) Bertholdo I, 1223—1244. 9) V. tab. d. d. 25. Apr. 1244 in Archiv für Schweiz. Geschichte, Zürich 1847. Tom. V, 294. 10) d. 27. Nov. 1264, Necrol. Wetting. ap. Herrgott Gen. III, 847. 11) Petro. 12) Bertholdo, 1244—1272. 13) secundo, 1248—1274. 14) tertio, de Neuenburg, 1262—1274. 15) Wilhelmus et Fridericus de Toggenburg, vide Kopp II, 1, 640. 16) Gertrudis. 17) immo de Neuenburg. 18) Cf. Ann. Colm. min. 1268 supra p. 191. 19) V. tab. d. d. 23. Iunii 1264. ap. Trouillat II, 142. 20) Blotzheim, cf. Ann. Colm. min. 1268.

de Tockenburc, filios sororis domini episcopi Basiliensis, obsedit et efficaciter impugnavit. Episcopus ex adverso[a] in odium comitis Rudolffi castrum Hertimberc, quod noviter constructum et bene consummatum fuerat, evertebat.

*Rinfelden castrum destructum.* Episcopus Basiliensis deinde castrum Rinfelden, quod inexpugnabile videbatur, violenter obtinuit et traxit in propriam potestatem.

1272. Aug. 17. *Castellum Seconis exustum.* Castellum quod Seconis dicitur[21], quod tunc erat de dominio comitis Rudolffi, ignis casu superveniens exceptis duabus vel tribus domibus[b] devastavit[21*]. Eorum enim peccatis exigentibus hoc eis creditur accidisse. Sanctus enim Fridolinus locum illum usque ad illud tempus custodierat, quod nullus dominorum eos enormiter poterat infestare. Cives vero loci illius non confidentes in domino suo sancto Fridolino, pontem lapideum, quem ipse construxerat, destruxerunt, predas pauperum innocentum introduxerunt et commessationibus et luxuriis insistebant. Hiis et hiis similibus peccaverunt, ideo perierunt. Indignationem enim suam sanctus Fridolinus duobus annis ante destructionem loci pulsationibus, quas faciebat in capsa, qua eius reliquiae quiescunt, pluribus et multis vicibus ostendebat. Custos etiam ecclesie, domina de Gliers conditionis libere, solennis receptrix fratrum Minorum atque Predicatorum et pauperum aliorum, dixit, quod sanctus Fridolinus filiabus suis, canonicis suis, in somnis apparuisse et indignationem suam sepius ostendisse. Frater hospitalis, custos ecclesie sancti Fridolini, qui in ecclesia semper iacuit eamque custodivit, infra duos annos sepius eum se retulit audivisse. — Loco hoc destructo per ignem, venit venerabilis dominus Heinricus Basiliensis episcopus et domos lapideas ac muros civitatis in locis multis deiecit et omnia que ibidem reperit deportavit.

*De reliquiis sancti Fridolini.* Venerabilis domina abbatissa de genere comitum Phiretarum post exustionem castelli in claustrum et castellum rediit, reliquias sancti Fridolini reperit et accepit. Post hec consilium init cum canonicis suis, quid facere deberet de reliquiis sui domini sancti Fridolini. Tunc canonice dixerunt: *Si transtulerimus reliquias sancti Fridolini ad locum solennem, scilicet in Basileam, tunc per violentiam episcopus et canonici retinebunt. Si autem fratribus Minoribus vel Predicatoribus vel aliis religiosis dederimus ad servandum, ab illis episcopus auferet violenter.* Hiis consideratis dixerunt: *Demus reliquias sancti Fridolini alicui vicinorum dominorum, qui claustro nostro aliquo fidelitatis vinculo astrictus teneatur.* Comiserunt igitur comiti de Habsperc, qui eas in honestam cameram collocavit, insuper in ea noctis tenebras lumine decoravit. Que cum per breve tempus ibidem fuissent, indignationem suam ceperunt per pulsationem sue[c] familie demonstrare. Audiens hoc abbatissa, in Loffinberc ad canonicarum collegium transferebat. Sed cum et ibi per tempus aliquod fuissent, indignationem suam per pulsationem canonicis suis intimabant[d]. Tunc canonice[e] cum suis reliquiis ad claustrum proprium redierunt.

Eodem tempore comes Rudolfus, ut infestaret dominum Basiliensem, Rhenum transire non poterat. Unde naves, quas in curru ducere poterat, fabricare fecit, et quando voluit cum ipsis Rhenum transivit et hominibus episcopi superveniens improvise, eos sepius graviter infestavit, et post in eisdem navibus per Rhenum rediens, eas ad tutiora loca in curribus perducebat.

Videns[f] comes Rudolfus, quod per potentiam episcopo Heinrico resistere non valeret, militibus et civibus episcopi occulte dona tribuit et promisit. Milites episcopi comitem occulte foverunt[g] et episcopum contempserunt. Intelligens hec episcopus, cum propriis suis comitem invadere non audebat. Sciens hec comes Rudolffus, vias suas sine timore quo voluit dirigebat.

1273. Comes autem cum quadam vice Basileam pertransisset, intelligens hec marscalcus, magister civium, cives convocavit, comitem Rudolffum persequi faciebat. Ipse vero marscalcus cum paucis persequitur fugientem, et cum quasi solus ad inimicos pervenisset, 22 eum comprehenderunt et velociter occiderunt[22]. Post hec libere quo voluit perrexit, quia cives Basilienses propter infidelitatem suorum eum invadere non audebant.

*Comes Rudolfus Basileam obsidet.* Comes Rudolfus exercitum congregavit, veniensque c. Iul. 15. Basileam, collem Biningen[23] ascendit et Basilienses obsedit, et ibi cum exercitu quinque[24]

a) adversum 1. b) domibus *addidi.* c) suam 1. d) intimabat 1. e) *sequitur* se 1. f) *in marg.* 1. Astus Rudolffi comitis. g) foverunt *addidi.*

21) Seckingen. 21*) Cf. Ann. Basil. 1272, supra p. 195. 22) Cf. Annal. Basil. 1273. 23) Biningen a Basilea ad meridiem. 24) tribus secundum Annal. Basil. 1273.

diebus cum potentia morabatur. Episcopus vero cum civibus eum depellere non audebat, 1273. quia cives, quos amicos habuit, inimicos maximos reputavit. Verum postea comes Rudolffus milites congregavit, obsidere Basilienses ex alia parte Rheni voluit, ut glorie suae potentiam secundario demonstraret. Cum autem plus quam 300 milites congregasset in Brisgaudia, et cum prope Basileam potenter transitum facere voluisset, plures ex eis periculo se committere noluerunt. Comes vero se periculo commisit, cum 300 militibus Aug. prope Basileam transivit, predam secum tulit, et viam quam coeperat adimplevit. Basilienses eum insequuntur, sed eum comprehendere non valebant.

Anno Domini 1273. venit in Basileam nuncius quidam ab electoribus missus dicens, Oct. se allaturum regem omnibus. Hic cum a Basilea ad comitem Rudolffum venisset, dixit: *Electores vobis significant, quod si volueritis filias vestras nuptui dare talibus dominis, in regem vos eligent Rhomanorum.* Qui respondit: *Hec et quecunque alia implebo.* Tunc literas electionis et confirmationis omnibus patefecit. Rex his visis, suis omnibus dixit: *Pacem cum omnibus habete et omnes captivos restituite pristine libertati*[a]. His auditis atque visis, domini invicem loquebantur: *Vivat rex!* et postea honorem regium sibi tribuerunt. Deinde cum uxore, filiis et filiabus ad Rhenum perrexit, et cum in Rinveldiam veniebat, cives eum velut regem cum magno gaudio receperunt et castrum atque castellum sibi libere tradiderunt. Postea venit in Basileam et illi eum laudabiliter receperunt. Post hec venit Nüwenburg et Brisacum et illi eum honorifice receperunt et necessaria tradiderunt. Has civitates et castella dominus Heinricus Basiliensis episcopus precio sibi comparaverat vel per obsidionem obtinuerat, que etiam episcopo libere serviebant et comitem Rudolfum, quantum poterant, impugnabant. De hac mutatione venerabilis dominus episcopus Basiliensis Heinricus in tantum doluit, quod, ut dicebatur, mortis periculum incurrit. Omnes enim inimicos et persecutores regis Deus, ut dicebatur, de hoc seculo paulatim subtrahebat.

[b]Anno Domini 1273. dominus de Clingen[25], vir libere condicionis, nobilis personatus, 25 dives pariterque devotus[c]. Videbatur siquidem ei, quod nobiliores domini terre, electores videlicet domini regis Romanorum, in domo quadam fuissent ad electionem pariter congregati. Stetit autem in medio eorum corona regis aurea, multipliciter adornata. Sermo autem eorum et tractatus fuit de regis electione. Tunc unus eorum dixit: *Quicumque ex nobis coronam hanc levare potuerit*[d]*, rex ab omnibus habeatur.* Sermo hic omnibus placuit et approbatur. Tunc singuli se probaverunt et nullus eorum coronam auream de terra potuit elevare. Venit autem comes Rudolffus de Habspurg[e], coronam potenter elevavit, seseque[f] coronavit. Visio autem posterum probavit eventum[g].

Eligitur igitur[h] rite comes Rudolffus de Habspurg in regem Romanorum in crastino Sept. 30. Michaelis anno Domini 1273. Electione autem facta, captivos suos, magnos sive parvos Oct. seu[i] eciam carceri perpetue deputatos, omnes restituit pristine libertati. Fit subito incredibilis toti terre pax et exultacio, qualis non fuit, ut credimus, a tempore Iesu Christi[k].

Venit rex in Moguncíam, ibique[l] presentantur ei signa regalia, que predecessores sui reges cum pecunia maxima vix[m] poterant obtinere. Principes, quorum interfuit regem coronare[n], consuluerunt electo, ut in Aquisgranum cum regina veniat, ut more regio coronetur. Preparat igitur se rex et regina, ut Aquisgranum veniat, et comitatur eum tanta multitudo hominum, quod strata publica multitudinem capere ad tria miliaria comode non valebat. Occurrerunt ex civitate Aquisgrani domino Rudolffo regi sponsi filiarum suarum, scilicet dux[26] Bavarie et dux Saxonie[27], et cives civitatis cum viginti milibus equitum, ut 27 dicebatur, Deum regemque laudantes. Tanta fuit karistia propter multitudinem hominum, quod panis modicus duobus denariis vendebatur, et sextarium[o] avene pro decem Coloniensibus denariis vix poterat comparari.

Post comitis Rudolffi regis coronacionem misit pro duabus filiabus suis ex uxore, ut duobus ducibus solveret, quod promisit. Unam enim ex filiabus[28] suis duci Bavarie, alteram[29]

a) 1. *pag. 97' desinit verbis his:* pristine liber–; *sequens folium est evulsum, in quo legebantur:* tati. His auditis — paulatim subtrahebat, *ut ex editione Urstisiana discimus.* b) Anno — pauperibus imponebat *leguntur in* 2. *praemissis verbis his:* Cronica de rege Rudolffo de Habspurg. *Eaedem res in* 1. *excerptae tantum habentur.* c) mirabilem in quiete speciem vidit *excidisse videtur, vel quid simile.* d) poterit 1. e) Ruodolphus de Hasperch 1. f) seque 1. g) Visionem hanc eventus subsequens approbavit 1. h) enim 1. i) sui 2. k) a nato Christo 1. l) hic 1. m) non 1. n) coronari 2. o) sextarius 1.

25) Waltherus, poeta amatorius, de quo cf. Wackernagel Walther von Klingen, Basel 1845. 26) Ludewicus II. dux Bawariae sup. 27) Albertus. 28) Mechtildim. 29) Agnetem.

1273. Oct. vero duci Saxonie copulavit. Sex enim filias habuit et tres filios[30], quando Dominus ipsum in regem Thewthonie sive Romanorum sublimavit.

Comitissa autem uxor regis Rudolffi[a] filia comitis Burkardi[b] de Hohenberg[c], quando[d]
31 pro ea misit rex, domum regebat in Brucka[e, 31]. Descendit autem in Reno pervenitque in Bůkcheim[f 32] ad viros religiosos, providos et honestos de domo Thewtunica[g], qui tunc temporis ibidem humiliter et devote Deo serviebant. Recipitur igitur ab eis honorifice, necessaria sibi suisque in habundantia maxima ministrarunt. Cives autem Rinfeldenses[h] in Bůckem[i] regine communiter occurrerunt eique exenia plurima detulerunt, et promise-
Oct. 12. runt, se sibi pro posse rebus et corpore in omnibus obedire. Post hec venit 4. Ydus Octobris in Basileam cum comitatu magno, et recipitur a civibus canonicis omnibus et religiosis cum[k] reliquiis et[l] magna reverentia et honore; dantur ei expense et exenia[m] multa. Et descendit in Reno cum navibus multis ad regem, ut cum ipso corona regia coronetur. Columbarienses cives regi duodecim vasa vini optimi, Argentinenses autem sexaginta et navem magnam plenam frumento[n] pro clenodiis obtulerunt. Civitates imperii reginam omnes honorifice susceperunt et sibi muneribus optimis occurrerunt.

Oct. 31. Cum comes Rudolffus fuisset in vigilia omnium sanctorum in regem Tewthonye coronatus, apparuit hora nona[o] magna nubes candida in modum crucis formata, que postea fuit in ruborem sanguinis[p] transformata. Hoc cum principes regi domino retulissent, dixit: *Si Dominus michi[q] vitam prosperitatemque dederit, transmarinas partes adibo[r]; tunc[s] pro peccatis meis maximis sanguinem meum consecrabo domino Iesu Christo.*

1274. Rex Rudolffus novam exaccionem invenit, que quidem pauperibus placuit, set divitibus displicebat. Ordinavit enim sic exaccionem, quod quilibet de omne centum denariis tres solveret in instanti, de centum solidis tres, de centum marcis tres; et sic magnam pecuniam colligebat sine magno hominum detrimento. Videbatur autem hec exaccio divitibus nimis gravis, quia usque ad annum Domini 1274. villa vel castrum militi vel principi seu regi triginta libras vel marcas vel aliam certam pecuniam ministrabat, quam divites exsolvendam pauperibus imponebant[t, *].

33 Dux Prabantiae[33] obsedit episcopum de . . . . . . . . . cum centum millibus equitum; sed ad petitionem regis Ruodolphi obsidionem solvit et amicitiam veterem reformavit.

Comes Ruodolphus diebus sabbati et festibus beate Mariae nullum malum sive per ignem vel praedam usque ad electionem dicitur intulisse.

1276. Rudolffus, puer quinque annorum, filius regis Rudolfi acutis febribus laborabat anno 1276, sed statim restitutus est sanitati; hic iusserat vestes pauperibus elargiri et baldicum cuidam incluse.

Febr. 14. Uxor Ruodolphi filium[34] peperit in Rinfeldia. Episcopum Constantiensem[35], cognatum regis, ut eundem baptizaret, vocavit. Lector Predicatorum Constantiensis, Alexander nomine, eundem de sacro fonte levavit; qui, missis quatuor palefridis, per reginam voca-
Apr. 4. tus est. Episcopus Constantiensis sabbato pascae missam celebravit et baptismum benedixit. Frater Hartmannus, socius prioris Predicatorum Basiliensium, euangelium: *Et exultet iam* etc. decantavit. Episcopus puerum baptizavit, lector Predicatorum Constantiensium Alexander de sacro fonte levavit, et frater Henricus alter levantium fuit, qui et
Ann. Basil. 1276. reginae medicus et amicus extitit. Puer hic paucis septimanis postea obiit, sepultus in choro Basiliensis ecclesiae. Exequiis interfuerunt omnes clerici et relligiosi, milites, cives honestiores, familia reginae pene cum mulieribus universis. Feretrum coopertum extitit baldichino, quod ecclesiae reliquerunt.

36 1276. In capitulo Predicatorum generali, Pisae celebrato[36], interfuerunt 400 fratres

* *Haec in 1. sic habentur:* Villa vel castellum domino suo quotannis certam summam pecunie dabat, sed anno 1274. Rudolfus rex novam exactionem invenit, ut scilicet de centum denariis unus daretur, de centum solidis tres, de centum marcis tres. Hec exactio divitibus valde displicuit, quia priore exactione pauperes magis gravabantur, sed in secunda divites.

a) erat *excidisse videtur.* b) Burchardi 1. c) in Schwoben *add.* 1. d) *sequitur* autem 2. e) Brucco 1. f) Büchcen 1. g) Theutonica 1. h) Rhinfeldenses eo 1. i) Bucken 1. k) et 2. l) cum 2. m) xenia 1. n) furmento 2. o) spatio unius hore 1. p) sagwinis 2. q) mihi 1. r) adibeam *corr.* adeam 2. s) et 1. t) imponebat 1.

30) praeter Albertum spurium, cf. Annal. Basil. 1274. 31) Brugg. Cf. G(ertrudis, post Annae) comitissae de Habsburg, de Kiburg, Alsatiaeque landgraviae, nutu Dei in reginam Romanorum electae tab. d. in Bruggo d. 8. Oct. 1273. ap. Tschudi I, 179. et in Beiträge zur vaterl. Gesch. Basel 1854. T. V, 184. 32) Beuggen. 33) Iohannes I. 34) Carolum. 35) Rudolfum. 36) d. 24. Mai.

ex Theutonia. Consules Pisani in gratiam fratrum Predicatorum ex Theutonia sexaginta 1276.
libras argenti libere tradiderunt. Rex Rudolfus etiam donaria sua eo misit. Nobiles terre
in gratiam fratrum Theutonicorum et regis Rudolfi multa xenia transmiserunt.

---

1230. rex Boemie Othacier[37], cuius avus[38], dux fuerat, in regem sublimatur. Hic ex uno 1230.
parente Theutonicus fuerat[39]. Huius uxor[40], cum puerum concepisset, somnium habuit, 39
se lupum pro puero concepisse; hic lupus terram Bohemiae sibi subiugavit ac terras vicinas
sua potentia devoravit; hunc lupum deinde leo superveniens suis unguibus dirupit ac bona
eius occupavit. Natus est postmodum regi Bohemie filius[41], quem tenerrime dilexit. Hic 41
erat iuvenis pulcer, fusco colore, statura mediocriter longa, pectore magno, ore amplo,
fortis, sapiens, eloquentia sapientes et philosophos precellens. Huic pater uxorem dedit et
marchionem in Merheren constituit. Hic iuvenis regnum patris affectans, patrem tandem 1247.
regno excedere coegit. Pater auxilio marchionum Brandenburc[42] et Misnensis[43], civita- 1248.
tem[44] . . . . . . . . , et filium cum exercitu obsederunt. Filius ex civitate fugit et regnum post- 1249.
hac patri reliquit. Post hec multiplicati sunt in Bohemia Theutonici; per hos rex ingentes
divicias collegit ex auri et argenti fodinis.

Mortuo hoc rege, filius regnum occupat, Theuthones expellit, nobiles impugnat, vici- 1253.
nos subiugat. Hic factus invisus multis, fideles famulos paucos habebat. Huius uxor absque
liberis mortua est. Rex dispensationem obtinuit a papa[45], ut matrimonium contraheret cum
sorore Margaretha, regina quondam Theuthoniae[46], moniali in claustro fratrum Predicato- 46
rum apud Treverim. Paucis annis post per hanc Austriam possedit[47]. Cum liberos ex ea
non haberet, peciit ab episcopis licentiam cum alia contrahendi. Cui episcopi respon-
derunt: *Quos Deus coniunxit, homo non separet.* Rex civitatem[48] . . . . . . cum reditibus 1261.
assignavit, in qua regina quasi vidua residebat, ac paucis annis postea mortua est[49]. Rex
Cumani cuiusdam filiam[a, 50] duxit uxorem, cum qua multos filios et filias procreavit. Rex 50
de uxoribus suis multas terras habuit. Hic turres auro et argento plenas collegisse ac
hostes suos fere omnes vicisse dicebatur.

[b]Anno Domini[c] 1273. comes Ruodolphus[d] dictus de Habispurche[e] in regem eligitur 1273.
Romanorum. Mox civitates ipsum suscipiunt et fit pax per Theutoniae terminos universos.
Audientes autem nobiles, qui erant de regis Bohaemiae dominio seu[f] dicione, gavisi sunt
multum, sperantes a regis Bohaemiae dominio liberari. Ex tunc litteras et nuncios mise- 1274.
runt regi Romanorum, rogantes suppliciter[g], ut ad partes ipsorum[h] veniat, quia terras ad
imperium spectantes, quas rex Boaemiae per violentiam possidet, velint[i] suo dominio
subiugare.

Audiens hec Boaemiae rex, timuit valde et concilio[k] congregato principes literatos convocavit, scilicet archiepiscopos, episcopos, prepositos, abbates pariter et priores. Cum igitur ad presentiam sui convenissent, dixit: *Intelleximus nuper, quod comes Ruodolphus de Habispurch dicat se[l] fore regem Romanorum, et dicit, se velle terras nostras, quas multiplici iure possidemus, in propriam trahere[m] potestatem. Cum igitur haec sustinere non debeamus, cum eas[n] multiplici iure teneamus, insuper nobis cederet in maximum detrimentum, rogo dilectionem vestram, quatenus mihi fidelitatem iuramento firmetis, et ut omnes meos adversarios de nostris finibus pro vestris[o] viribus expellatis.* Tunc omnes pariter dixerunt: *Quidquid domino regi placuerit, faciemus.* Tunc rex dixit: *Iurate ergo mihi fidelitatem.* Tunc omnes iuraverunt. Cives et omnium suarum civitatum sibi fidelitatem iuraverunt, insuper ei pueros suos obsides tradiderunt.

a) filiam *addidi.* b) Anno — matrimonio novimus coniunxisse *(tota fere belli Otacariani narratio) leguntur etiam in* 2. c) Anno Domini *desunt* 1. d) Rudolffus 2. *et sic semper.* e) Habsburg 2. f) dominio seu *desunt* 1. g) supliciter 1. h) eorum 2. i) velit 2. k) consilio 2. l) *sequitur* regem 1. m) rehabere 1. n) *deest* 2. o) nostris 2.

37) immo Wenzeslaus I. 38) Wladislaus II, avus Wenzeslai I, dux ab a. 1140 ad 1158, deinde rex. 39) Wenzeslaus I. fuit filius Otacari I. regis et Constantiae, sororis Andreae II. regis Ungariae. 40) Cunigunda, uxor Wenzeslai I. 41) Otacarus (II. rex Bohemiae). 42) Ottonis III. 43) Heinrici illustris. 44) Pragensem. 45) Innocentio IV. 46) vidua Heinrici (VII.) filii Friderici II. imp.; quam Otacarus II. iam a. 1252. duxerat. 47) immo iam ab a. 1251. usque. 48) Krems. 49) d. 28. Oct. 1267. 50) Cunegundam, filiam Rostislai Mstislawic, principis Halicensis, et Annae filiae Belae IV. regis Ungariae.

Ruodolphus rex cum litteras nobilium Boaemiae vidisset, subito eis in adiutorium venisset, si Rheni regiones relinquere potuisset. Cum autem rex propria ex persona[a] ad terram Boaemiae se transferre minime potuisset, quidam ex ipsis personaliter in Alsatiam pervenerunt, regem suppliciter deprecantes, ut ad terras regis Boęmiae non differat venire, eo quod sibi regiones suas restituant[b] universas. Ruodolphus rex Romanorum inclinatus precibus dominorum, rogavit omnes personaliter milites, quos rogare poterat, insuper omnibus suis precepit, ut armati secum venire non differant[c], quia terras alias oportet eum subito visitare. Multi sibi bona promiserunt, sed solvere minime potuerunt.

1276. Rex terram suam cum paucis exivit, sed de die in diem plures milites acquisivit. Cum autem Moguntiam venisset, dixit ad eum dominus de Clingin: *Domine, quis est custos vestri thesauri*[d]? Respondit ei rex: *Non habeo thesaurum nec pecuniam nisi*[e] *quinque solidos debilis monetae.* Tunc dixit ei dominus de Clingin: *Quomodo ergo vultis vestro exercitui providere?* Tunc respondit ei rex: *Sicut mihi Dominus semper providit, sic et in hoc itinere mihi Dominus poterit providere.* Letanter rex processit et in extrema semper extitit paupertate. Processit sine contradictione, et ea quae spectabant ad imperium, sibi se voluntarie tradiderunt. Castella, municiones, fora, quorumcunque fuerint, quae se defendere non potuerunt, dicioni suae voluntarie tradiderunt.

Rex autem Boaemiae non credebat, quod rex Ruodolphus auderet vel posset sine contradictione terras Austriae devastare. Si enim rex Boaemiae adventum regis Romanorum veraciter timuisset, pontes aquarum, artitudines viarum facillime cum paucis hominibus conclusisset, quod adventum regis diutissime distulisset.

51 Cum autem rex Romanorum ad ducem Bavariae filiastrum[51] suum pervenisset, ab eo reverenter suscipitur, et ei suisque necessaria habundanter et voluntarie ministrantur. Composuit et rex Romanorum cum dominis diversis, ut ipsorum permitterent terras libere pertransire. Cum haec ad aures regis pervenissent Boaemiae, doluit multum; congregatoque exercitu, venit ad regem Theutoniae prope Wiennam[f], ut eum de suis finibus exstir-
Oct. paret; sed non potuit, quia regis Boęmiae congregatio ex una parte Danubii morabatur, regis autem exercitus Romanorum ex alia parte Danubii requievit.

52 Rex Boaemiae totam suam fiduciam in civitatem, quae Nuenburch[g. 52] dicitur, posuerat, eo quod inexpugnabilis videretur. Est enim civitas in monte[h] posita, forti muro, turribus multis circumdata. In hanc enim Boaemos multos ad custodiendam miserat, eisque victualia plurima ministrabat. Ordinaverat autem[i] rex, ut si Wienna civitas pugnaretur a rege Romanorum, quod civitas Nuenburch[k] ei in omnibus necessaria ministraret; si cives[l] Wiennenses se traderent regi Romanorum, quod rex ipsos per civitatem Nuenburch[m] atrociter impugnaret. Cogitaverat enim rex Boaemiae per ipsam totam terram Austriae possidere[*].

[n]Rex Boaemiae terram Bavariae, Carintie, Carneole[o], Stirie[p] plurimis annis in quieta
1273. possederat possessione. Comite autem Ruodolpho[q] de Habispurch[r] electo in regem Romanorum, scrutatur rex Boaemiae diligenter a fratribus Predicatoribus, Minoribus et ab aliis, qui statum eius cognoscere credebantur. Dixit autem regi Boaemiae frater ordinis Predicatorum Ruodigerus[s] nomine, frater[t] graciosus in predicatione, habensque comitis Ruodolphi noticiam specialem: *Domine rex, si licentiam mihi dederitis*[u] *et indignari nolueritis, statum terrae suae vobis referam et personae.* Tunc rex Boaemiae dixit: *Dic, quod vis, et propter hoc tuum me non senties inimicum.* Tunc frater Ruodigerus dixit: *Domine rex, comes Ruodolphus de Habispurch vir est corpore macilentus*[v], *statura longus, aquileum*[w] *nasum habens et longum, cibo moderatus, annis antiquus non tamen sexagenarius, multos id est novem*

* *Scriptor saeculi XV. in 2. addidit haec:* Est et aliud Closternẘenburg positum ex altera parte Danubii, quod tunc temporis non erat civitas munita, in monte alto sita, sed nunc modernis temporibus, videlicet sub anno Domini 1440, fossato et muro circumdata et multis turribus firmissimis munita.

a) propter litteras 1. b) restituat 2. c) differat 1. d) thezauri 2. e) quam 1. f) Wyennam *ubique* 2. g) Cornẘenburg 2. h) plano 2. i) et 2. k) Cornẘenburg 2. l) *deest* 2. m) Nwenburg 2. n) De expugnatione civitatis Nẘenburg *add.* 2. o) Carniole 2. p) Styrie 2. q) Rudolffo 2. r) Habsburg 2. s) Rudigardus 2. t) *deest* 2. u) dederis 2. v) macelentus 2. w) aquilum 2.

51) generum, Ludewicum II. ducem Bavariae sup.
52) Klosterneuburg, vid. Cont. Vindob. 1276. SS. IX, 708. et Cont. Claustroneob. 1276. ibid. 745. Scriptor cod. 2. Chronici nostri pro *Nuenburch* perperam *Cornẘenburch* posuit.

*habens pueros; in summa paupertate ab adolescentia constitutus, fidelis omnibus suis; in armis, bellis, guerris*[a] *et cum malis a pueritia repletus ac laboribus infinitis. Sapientia plus quam viribus vicit et fortuna super omnia confortatus. Nil mali sabbato ob reverentiam virginis beatae Mariae facere voluit vel suos facere creditur permisisse.* Tunc rex Boaemiae dixit: *Bona et mala de hoc*[b] *comite protulisti, sed fortuna sua timenda est omnibus suis prae caeteris inimicis.*

Ex tunc rex Boaemiae coepit quatuor municiones, quae circa muros erant civitatis Wiennensis, munire propugnaculis et castrum novum fortissimum, quod aedificaverat in medio civitatis. Coegit et[c] ex tunc burgenses, milites, nobiles et barones, pueros sibi dare obsides, et castra fortissima cum armis suis in suam tradere potestatem. Misit insuper Boemos milites armatos in civitates Austriae, et victualia misit ipsis habundanter, ut si contingeret Ruodolphum regem Romanorum civitates aliquas obsidere, quod cives se non possent excusare, quoniam[d] civitates suas si vellent ab impugnantibus conservare. Prae caeteris autem civitatem, quae Nowin[e] castrum dicitur, victualibus multis munivit, eo quod Wiennam et alias civitates ex ipsa pascere voluisset. Praecepit etiam, ne aliquis Ruodolphum, regem Romanorum, dominum vel regem in suo dominio nominaret. Praecepit et fratribus Praedicatoribus, ne celebrarent in sua provinciale capitulum potestate[f].

Anno autem Domini[g] 1276. Ruodolphus, rex Romanorum, cum duobus millibus equo- 1276.
rum falleratorum[h] Bavariam veniens, tali conditione se confoederavit duci Bavariae[53], ut Sept.
filius ducis[54] filiam regis[55] duceret[i] in uxorem, et filia ducis filio regis matrimonio iungere- 54
tur. Quo facto, tradita fuit regi terra magna, et adiuncti sunt ei milites mille cum equis falleratis. Post haec coepit eius exercitus militibus augmentari. Tunc rex Romanorum cum excercitu memorato Wiennensem civitatem adiit pariter et obsedit. Tam potenter autem[k] ipsam noscitur obsedisse, ut ex una parte civitatis nullus ingredi vel egredi sine sua licen- Oct.
tia commode potuisset.

Rex vero Boaemiae, equitibus 20 millibus congregatis, exercitum suum contra regem Romanorum ex alia parte Danubii direxit, ut regem Romanorum[l] de suis finibus extirparet. Milites autem Boemiae regis propter nimium timorem contra[m] Theutonicos bellare, nullis voluerunt regis iussionibus obedire. Rex etiam Boemiae suis confidere non audebat, quod[n] longo tempore nobilium patres, fratres, consanguineos et affines vi[o] sive fraudulencia pro viribus occidebat, vel ipsos de Boemiae finibus extirpabat. Exercitus autem regis Romanorum[p] cum exercitu regis Boaemiae libentissime dimicasset, si eum[q] in loco competenti comprehendere potuisset.

Rege Romanorum Wiennam diebus pluribus obsidente, misit rex Boemiae dominum episcopum de Ulmicz[r] [56] cum equis falleratis multis, ut Boemis Nuenburch[s] civitas assignaretur, ne a Bavaris regi Romanorum[t] fraudulencia traderetur. Festinavit igitur episcopus cum suis propter diversos timores, quod una die miliaria quatuordecim cucurrerunt, et ob hoc ipsis plures equi nobiles perierunt. Dux Bavariae senior[57] cum haec a fide dignis 57
audivisset, Ruodolphum regem Romanorum adiit, et haec sibi cum gaudio revelavit. Dixit etiam[u] regi: *Domine, rogo quatinus mihi milites 300 assignetis, quia insidias domino episcopo de Ulmize*[v] *in .... sylva disposui collocare; spero enim me ab ipsis aliquid habiturum.* Cui rex dixit: *Accipe quod vis et de ipsis ordina sapienter.* Tunc dux acceptis militibus trecentis Reni, quibus prae aliis melius confidebat, in sylvam prope civitatem Nuenburch[w] collocavit, et[x] eos ibi prout melius poterat, occultavit. Dominus autem episcopus sibi positas insidias intellexit, Boaemisque civitatem custodiendam tradidit, et acceptis multis ex civibus, qui[y] sibi suisque ducatum praeberent, insidias occulte per devia fugiens, ad amicos salvus[z] noscitur pervenisse. Dux autem in insidiis usque ad horam nonam creditur permansisse et suos fame gravissima punivisse. Tunc milites duci dixerunt: *Ut quid hic fame morimur? Mittatur explorator, qui de statu civitatis et episcopi nobis possit aliquid revelare.* Tunc dux cuidam militi dixit: *Ad civitatem tanquam*[*] *amicus subito perge et secreta quae poteris*

a) gwerris 2. b) *deest* 2. c) eciam 2. d) quod 2. e) Novum 2. f) etc. *add.* 2. g) A. a. D. *desunt* 1. h) valleratorum 2. i) ducet 1. k) *deest* 2. l) regem Rudolffum 2. m) *deest* 2. n) quia 2. o) vicia 2. p) Rudolffi 2. q) *deest* 2. r) *sic corr.* Ulmire 1. Olemuncz 2. s) Cornewburg 2. t) regi Rudolffo 2. u) et 2. v) Olemuncz 2. w) Novum castrum 2. x) et — occultavit *desunt* 2. y) *deest* 2. z) salvos 1. *) quasi 2.

53) inferioris, Heinrico I. 54) Otto (III. dux Bav. inf.). 55) Catharinam. 56) Brunonem, ep. Olomucensem, 1245—1281. 57) Ludewicus II. dux Bav. sup.

1276. Oct. *investiga.* Explorator ad civitatem subito veniens, statum hominum civitatisque requirens, reversus retulit, dicens: *Domine dux, episcopus civitatem Boemis commisit, civesque secum duxit et ad propria remeavit.* Consternatus dux militibus suis dixit: *Quid ergo faciemus? spe etenim nostra frustrati sumus.* Tunc diversi diversa consilia tradiderunt. Unus autem ex ipsis dixit: *Domine, viam nostram dirigamus ad civitatem, et amicos nos*[a] *esse simulemus; forte recipient nos ut amicos, et sic poterimus comprehendere civitatem.* Post hoc consilium dux militi dixit: *Bonum consilium dedisti, nec unquam in probis*[b] *operibus defecisti.* Post haec quidam ex sapientibus suis dixit: *Domine, primo duo milites praemittantur, post eos quatuor, post quos decem, postea quadraginta, et hii omnes cives et amicos se regis Boemiae protestentur. Post hos exercitus subito sequatur, ut si primi*[c] *civitatem fuerint ingressi, per consequens ingredi liberum exercitus habeat potestatem.* Sicut deliberaverunt, ita omnia perfecerunt. Appropinquantes autem primi nuncii civitati clara voce pariter cantaverunt. Boemi custodes civitatis cum vocem[d] cantantium audivissent gaudio replebantur; suspicabantur enim[e], cives et amicos suos cum letitia rediisse. Pontes demittuntur, porte reserantur, pacifice salutantur et ingredi libere permittuntur[f]. Quatuor autem milites sequentes benignissime receperunt, quia prospera de suis civibus retulerunt. Milites autem decem, qui quatuor sequebantur, suspecti custodibus habebantur, et portas aperire sicut caeteris praecedentibus noluerunt. Tunc hi[g] decem Boemis custodibus verbis mendacibus referebant haec: *Nos de vestris sumus et dominum episcopum de Ulmize*[h] *cum civibus ad tuta loca deduximus et nunc ad propria remeamus.* Tunc custodes portas aperuerunt[i] et intrare libere permiserunt. Milites hii praedicti civitatem festinanter[k] intrare noluerunt, sed in porta permanentes, custodes verbis fallacibus deceperunt, donec 40 sequentes ad civitatis menia pervenerant[l]. Decem milites praedicti cum suos adesse vidissent, custodes portae evaginatis gladiis invaserunt et de porta fugere coegerunt. Custodes portam reliquerunt[m], et ad hospicia sua fugientes, se suaque salvare cupientes, civitatem captam omnibus nunciabant. Quinquaginta milites praedicti civitatis portas violenter tenuerunt et ducem cum exercitu suo supervenientem intrare libere permiserunt. Cum sic dux civitatem tam[n] potenter fuisset ingressus et ipsam cum suis obtinuisset, cepit per praeconem haec civibus nunciare: *Nulli malum ex civibus in rebus vel corpore vel familiis inferetur. Boemi tantum adversarii nostri producantur*[o], *et in custodiam publicam deportentur.* Post haec viri mulieresque militibus ducis Boemos, in domibus suis absconditos, ostenderunt et captivitati publicae tradiderunt. Hanc civitatem dux Bavariae predicto modo leviter et mirabiliter expugnavit. Fuit autem expugnata anno Domini 1277, mense[p] . . . . . .

Expugnata civitate hac, venit ad eam rex Ruodolphus[q] cum exercitu suo, praedia[r] divisit et[s] quatuordecim[t] diebus de rebus regis Boemiae, quas in civitatem[u] deduxerat[v], exercitui suo rex necessaria tribuit habundanter.

Per hanc civitatem obsessa fuit civitas Wiennensis, quod regi Boemiae non poterant commode subvenire, nec rex poterat Wiennenses a regis Romanorum dominio liberare. Wiennensibus sic in periculo constitutis, quid facere possent ignoraverunt. Postea vero Nov. deliberatione facta, cum rege Romanorum composuerunt et civitatem suo dominio tradiderunt, insuper ab eis fuit donis magnis et optimis honoratus[w]. Cum sic Wiennenses a suo domino recessissent et regem Romanorum pro domino recepissent, mox a rege Boemorum pueros, quos obsides sibi dederant[x], petierunt. Rex autem reddere pueros contradixit[y]. Tunc Wiennenses, exercitu congregato, regis Boemiae terminos intraverunt, et expugnatis municionibus et civitatibus pluribus ad propria redierunt. Videns autem rex Boemiae, quod Nov. 21. non posset regi Romanorum resistere, humiliavit se et commisit se gratiae suae. Principes autem reges sub hiis condicionibus concordabant[z]. Debebat[*] enim[a] rex Boemorum filiam 58 suam[58] filio regis Ruodolphi[59] matrimonio copulare; regalia sua, sicut deceret, ab ipso recipere; et trecentos milites cum equis falleratis in exercitu regis ducere quando vellet[b].

Nov. 26. Rex Boemiae multis militibus, equis, vestibus deauratis gemmisque decoratus[c] se praeparavit, ut regalia statim a rege susciperet Romanorum. Haec cum principes Ruodolphi

a) *deest* 2. b) improbis 1. c) primum 1. d) voce 1. e) autem 2. f) dimittuntur 2. g) hii 2. h) Ulmire 1. Olemuncz 2. i) apperuerunt 1. k) festinantur 1. l) pervenerunt 2. m) relinquerunt 2. n) *deest* 2. o) perducantur 2. p) *deest* 2. q) *deest* 1. r) *deest* 2. s) per 2. t) quatuor 2. u) civitate 2. v) dederat 2. w) honoratur 1. x) dedissent seu dederant 2. y) contradicit 1. z) concordabantur 1. *) Habebat 1. a) autem 2. b) etc. *addit* 2. c) decoratis 1.

58) Cunegundam. 59) Hartmanno.

regis intellexissent, regi cum gaudio retulerunt dixeruntque: *Domine, praeparate vos, sicut* 1276. *decet regem, vestibus preciosis.* Tunc rex dixit: *Rex Boemiae griseam vestem meam saepius derisit*[a], *nunc autem ipsum mea vestis grisea deridebit.* Post haec notario suo dixit: *Da pallium tuum mihi, ut rex Boemiae meam derideat paupertatem.* Adveniente rege Boemorum, dixit rex Romanorum militibus suis: *Armis vestris induimini, dextrarios vestros loricate et ad bellum ut melius poteritis praeparate vos*[b], *utramque partem*[b'] *viae, per quam rex venturus est, processionaliter occupetis, et armorum Theutonicorum gloriam barbaris nationibus ostendatis.* Hiis[c] sic ad regis voluntatem omnibus praeparatis, venit rex Boemiae cum vestibus deauratis et gloria regia fulgente, procidit ad pedes regis Romanorum, humiliter ab eo sua regalia mendicavit. Insuper et centum milia marcarum redditus et quadraginta milia marcarum, quas Austriae dux habuerat et rex Boemiae de regina Margareta[d] possederat, resignavit. Tunc rex Romanorum regi Boemorum regnum necnon et regalia concessit, et se amicum suum intimum omnibus astantibus intimavit. Rege Romanorum haec faciente, indutus veste grisea despectus et humilis apparebat, et in tripede[e] residebat.

Post paucas septimanas poenituit regem Boemorum, quod se subdiderat regi Romanorum. 1277. Vidit enim rex Boemiae, quod rex Ruodolphus multa possederat[f] bonorum, et tamen in summa semper extitit paupertate. Propter haec et alia rex Boemiae filiam suam, quam filio regis Ruodolphi matrimonio copulaverat, monialem fecit et in claustrum dominarum Sept. 8. ordinis fratrum Minorum solenniter collocavit.

Post haec rex Boemorum congregavit occulte decem millia dominorum, volens occulte 1278. Cf. Ann. Colm. mai. regem comprehendere Romanorum. Deus autem mirabiliter haec impedivit. Coeperunt inter se congregati milites discordare, se mutuo capere, plagisque maximis vulnerare. Hiis ita autem gestis, rex Boemiae manifeste[g] regem Ruodolphum[h] difidavit. Congregavit exercitum magnum, voluit cum rege congredi Romanorum, vel in civitate cum civibus obsidere, vel ipsum de finibus Austriae turpiter extirpare. Videns etiam[i] rex Boemiae, quod regem Ruodolphum nec dolo nec sapientia nec potentia vincere potuisset, muneribus vincere cupiebat. Misit enim rex Boemorum quibusdam militibus Austriae pecuniam magnam, quod in bello relinquerent regem Romanorum, vel si possent, ipsum consiliis suis impedirent. Promisit et sedecim militibus mille marcas argenti, si sibi regem Ruodolphum vivum, vel vulneribus laesum, vel mortuum praesentarent. Misit et Ungariae militibus pecuniam, ne[k] ipsum impugnarent vel debiliter infestarent. Hoc et rei postmodum probavit eventus. Misit et promisit etiam dominis episcopis, comitibus, baronibus prope Rhenum constitutis, ut in adiutorium regis Ruodolphi minime pervenirent, vel ipsum pro suis viribus impugnarent. Quod quidam pro suis viribus fecerunt, et amplius fecissent, si rex in aliquo defecisset. Unde et in adiutorium regi Ruodolpho tantum milites ducenti numero pervenerunt.

Haec[l] audiens rex Romanorum mandavit principibus suis, regi scilicet Ungariae[60], duci Saxoniae, duci Bavariae, militibus multis, episcopo Basiliensi, et filio suo[m][n][61] Alsatiae lantgravio, episcopis diversis[n] et omnibus quibus confidebat, domino de Baldeck[o], quatinus cum omnibus armatis quibus possent in adiutorium sibi subito pervenirent. Dixit enim: *Si circa festum nativitatis beatae Mariae*[62] *non veneritis, poterit mihi in maximum cedere de-* 62 *trimentum.* Rex Ungariae regem Ruodolphum clementer exaudivit, et ad civitatem Wiennensem cum quatuordecim millibus hominum venit, ad praelium praeparatis. Ex Austriae partibus congregaverat rex Romanorum milites multos cum dextrariis valleratis. Habebat insuper civitatem Wiennensem cum multis ad bellum hominibus praeparatis. Sed in hiis omnibus rex minime confidebat, nec cum eis ausus fuit cum rege Boemiae dimicare. Sperabat enim, filium suum venturum cum multis militibus, qui pro[p] se res et corpora periculo commisissent[q]. Cum autem ad sibi determinatum tempus milites praedicti venire minime potuissent, turbatur rex Romanorum supra modum. Fuerat enim inter se desolatus et universo consilio et auxilio destitutus. Praeterea cives Wiennenses ad regem venerunt dicentes: *Domine, vestri vos dereliquerunt*[r], *nec habetis homines, per quos regi Boemiae resistere valeatis. Rogamus vos, quatinus nobis dominum nos eligere permittatis, ne nos cum vestra*

a) deridit 2. b) deest 1. b') utraque parte 1. c) Haec 1. 2. d) Margaretha 2. e) tripode 1. f) possiderat 2. g) manifeste Boemiae 1. h) rege Rudolffo 2. i) et 2. k) ut ne 2. l) Et 1. m) filio suo *desunt* 2. n) filio suo *sequ.* 2, *ibidem deleta haec verba ac ante* Alsatiae *posita sunt* 1. o) *sic corr.* Balechi 1. p) per 1. q) commisisset 1. r) derelinquerunt 2.

60) Ladislao IV. 61) Alberto. 62) circa 8. Sept.

1278. *familia pereamus.* Tunc rex eos supliciter deprecatur dicens: *Tempus adhuc modicum sustineatis*[a], *ut videamus, quid facere debeamus.* Ex tunc iussit castrum fideliter custodiri. Insuper servis suis, minoribus pariterque maioribus, ne quis alicui civium qualibet occasione vel superbe vel contumaciter responderet: *Posset enim*[b] *hoc omnibus nobis evenire in rerum et corporum detrimentum.*

Iul. Rege Ruodolpho sic in periculo constituto, congregavit dominus Heinricus, episcopus Basiliensis, frater ordinis fratrum Minorum, vir sapiens atque discretus et regi Ruodolpho fidelissimus amicus, et dominus Cuonradus Wernherus, advocatus Alsatiae, dictus de Hadistatt[c], exercitum centum militum, optime praeparatis cum dextrariis falleratis. Hii duo domini, militibus suis congregatis, in Basilea coniunguntur. De Basilea vero in Sueviam[d] pariter proficiscuntur, ibique comes de . . . . . . . . cum centum militibus equos valleratos[e] habentes, adiungitur[f], et iter ceptum pariter perrexerunt. Milites isti sic in itinere constituti dominos plurimos timuerunt, unde et pluribus diebus in armis gravibus permanserunt. Aug. Cum autem venissent Wiennam ad regem Theutoniae[g], gavisus est gaudio magno. Interrogavit ergo[h] rex, quare filius suus in eorum societate non venisset Tunc responderunt ei: *Filius vester cum quingentis militibus est in procinctu veniendi; comes vero Phiretensis, et comes Montis-pilgardis*[i] *et ceteri*[k] *sunt in veniendo cum multis militibus optime praeparatis.* In secreto vero regi[l] contraria hiis omnibus referebant, dixeruntque: *Domine rex, nec filius vester, nec aliquis amicorum vestrorum subito vobis poterit in vestris necessitatibus subvenire. Debetis igitur deliberare, quid facere debeatis.* Tunc respondit eis dicens: *Placet ut uno*[m] *die quiescatis et ad bellum postea procedatis; sufficit mihi, quod vos habeo custodes capitis mei. In Deo meo confido, qui me miraculose ad hanc gloriam noscitur elegisse et in ea mirabilius confortasse; qui etiam nunc me per gratiam suam, ut spero, mirabiliter adiuvabit.* Hiis dictis, suis dixisse retulerunt: *Ad bellum omnes vos in crastinum praeparate, quia cum familia regis Boemiae nos oportet fortiter dimicare.* Tunc tota familia regis Ruodolphi cucurrit ad confessores, debita sua[n] scribebant, inimicitias remittebant. et ad communicandum prout fidelius poterant praeparabant. Periculum enim mortis videbatur omnibus imminere. Omnis exercitus regis Ruodolphi alba cruce desuper utebatur; sed Boemiae regis exercitus crucem viridem deferebat[p]. Rex Theutoniae pro suis et pro se fuerat in timore maximo constitutus. Rex vero Boemiae certus de victoria fuit, quia de bonis promissionibus inimicorum mirabiliter confidebat. Unde dixit: *Si quis mihi veraciter regem Ruodolphum cum suis Danubium transivisse nunciaret*[q], *pecuniam 20 marcarum voluntarie propinarem.*

Tercia die post adventum domini episcopi Basiliensis et domini Cuonradi Werheri de Aug. 23. Hadistat, scilicet in vigilia sancti[r] Bartholomei, B littera dominicali, egressus est rex Ruodolphus Wiennam cum exercitu suo, cum rege Boemiae[s] praelium commissurus. Rex autem Boemiae cum exercitu suo prope civitatem venerat Wiennensem. Boemiae rex exercitum suum in plures partes, scilicet[t] in tres diviserat principales. Habuit enim multa milia peditum Cumanorum; secundum habuit exercitum equitum et hominum diversorum; tertium habuit exercitum equorum falleratorum et militum circiter nongentorum. Rex Ruodolphus similiter in tres partes suum exercitum dividebat. Habuit Ungariae regem cum quindecim milibus Ungarorum. Rex Ungariae puer 18 annorum extitit et ad proelium non pervenit, quia rex Ruodolphus ipsum noluit interesse. Dominus et episcopus Basiliensis sedens in dextrario fallerato, decentissimis armis indutus, ad bellum libentissime processisset, si voluntas regia permisisset. Ruodolphus rex libenter vidisset, quod Ungari cum Cumanis congressi fuissent; sed eos ipsi invadere minime voluerunt. Secundum rex Ruodolphus exercitum habebat, et hunc adversus exercitum regis Boemiae dirigebat. Exercitus autem regis Boemiae forcior erat et eos retrocedere faciebat. Videns Ruodolphus rex[u] suos deficere, tertium quem habebat exercitum, scilicet trecentos milites, habentes equos valleratos, in quibus et maxime confidebat, contra regem Boemiae dirigebat, et magis in Domino quam in propriis viribus confidebat. Rex Boemiae videns regem Ruodolphum contra se venientem, solus adversarios atrociter[v] aggrediens, multos percussionibus suis gravissimis affligebat. Triginta vero milites, custodes regis, ipsum pro suis viribus adiuvabant. Tandem

a) resistatis 2. b) autem 2. c) Hadstat 2. d) Sweviam 2. e) falleratos 2. f) adiunguntur 2. g) Thewtonie 2. h) deest 1. i) Mumpilgardis 2. k) et ceteri *desunt* 1. l) *deest* 2. m) una 2. n) *deest* 2. o) *deest* 2. p) deferebant 2. q) nunciarit 1. r) *deest* 2. s) B. p. c. R. a. *desunt* 2. t) sed 1. u) *deest* 1. v) attrociter 2.

rex Boemiae fessus ab ignobili capitur et armis propriis spoliatur. Tunc rex sic discinctus[a] ducitur. Miles quidam insequitur eum dicens: *Ecce rex, qui fratrem meum turpiter interfecit; luet igitur factum!* extractoque gladio regem in facie gravissime vulneravit[b]. Alter vero, sequens hunc, ventrem regis gladio perforavit. Qui autem regem Boemiae ceperat, doluit vehementer, et ipsum libentissime defendisset, si suis viribus potuisset. 1278.

Rex Rudolfus contra suos adversarios fortissime dimicavit. Tandem vir fortis veniens regem percussionibus affligebat, sed cum vincere non posset[c], equum regis lancea perforavit. Tunc rex et equus pariter corruerunt, et[d] rex in terra iacuit[e] prostratus et[f] omni solatio destitutus; clipeum suum super se posuit, ne subito sub pedibus equorum turpiter moreretur. Post transitum caballorum quidam volens eum a mortis periculo liberare, de terra prout eum[g] potuit elevavit. Tunc rex dixit: *Equum mihi velociter praeparate!* Quod ut factum est[h], protinus[i] ascendit, et suorum auxilium fortiter invocavit. Venerunt autem ad eum de suis circiter quinquaginta. Cum hiis igitur rex a latere exercitum regis Bohemie subintravit atque in duas partes divisit, et posteriorem partem fortiter impugnavit. Anterior pars exercitus Bohemorum[k] clamavit[l]: *Fugiunt! fugiunt!* exercitum regis[m] Rudolfi decipere cupientes. Sed quanto plus illi clamoribus instabant, tanto magis Theutonici percussionibus eos infestabant[n]. Rudolfus autem rex posteriorem partem, Bohemie regis exercitum, fortiter impugnabat, ac illi[o] timore territi fugierunt. Illis autem terga vertentibus, Ungari subsequuntur[p], pugnantes[q] impugnant, fugientes persequuntur[r], capiunt, trucidant pariter[s] et occidunt. Communiter enim[t] dicebatur[u], quod in illo prelio hominum[v] quatuordecim milia occubuerint[w]. Cf. Ann. Colm. mai

Rex Rudolfus cum suis in loco prelii permanebat, donec omnes eum securum de victoria referebant. Rex Boemie eadem die moritur, et intestinis eius expositis, corpus reliquum cum sale[x] in fratrum Minorum monasterium collocatur. Mortuus enim fuit in excommunicatione papae; propter hoc non poterat in cemiterio[y] sepeliri. Fuerunt in exercitu regis Rhomanorum[z] debiles homines, clerici, monachi, diversarum religionum conversi, qui se in quoddam colliculum[*] receperunt, finem certaminis expectantes ac[a] Dominum pro suis hominibus deprecantes. Hii consideraverunt, quod[b] in exercitu regis Boemorum splendor et calor maximus extitit armorum; sed exercitum regis Rudolfi[c], quocumque declinabat[d], semper[e] nubes frigida protegebat. Ex hoc autem[f] presumebant, quod exercitus regis Rudolfi[g] adiutorio Domini debuit prevalere. Factum est istud prelium prope civitatem Wyenensem, campo qui dicitur Ganservelt[h], anno Domini[i] 1278, circa horam sextam, in vigilia Bartolomaei appostoli[k, 63]. 63

## CANTILENA[l, 64] DE REGE BOHEMIAE.



Wâfen[m] iemer mêre!
ez weinet[n] Milt und Êre
den künc[o] ûz[p] Bêheimlant[q].
dem tôde[r] wil ich fluochen.
sol man den künc[s] niht[t] suochen
und sîne gebende hant[u]?
man sol den künc Ôtacker[v] clagen.

a) detentus 2. b) vulnerat 2. c) valeret 2. d) *deest* 1. e) iacens 1. f) prostratus et *desunt* 1. g) *deest* 1. h) Q. ut f. e. *desunt* 1. i) quem protinus 1. k) pars regis Bohemie 2. l) clamaverunt 1. m) *deest* 1. n) tanto plus adversa pars eos percussionibus infestabat 2. o) Posteriorem partem Ruodolfus rex f. 1. qui tandem 1. p) subsequuntur 2. q) pugnantibus 2. r) subsequuntur 1. s) trucidant pariter *desunt* 1. t) *deest* 1. u) dicebantur 2. v) hominum *deest* 1. w) perierunt 2. x) et *add.* 2. y) cimiterio 2. z) Rudolfi 2. *) se quodam colliculo 2. a) *deest* 1. b) *deest* 2. c) Romanorum 2. d) declinabant 2. e) ipsum *addit* 2. f) *deest* 1. g) exercitus eorum 2. h) Acta sunt hec prope Viennam, in campo dicto Ganserfeld 1. i) *deest* 1. k) *deest* 1. l) *haec cantilena legitur* 1. *f.* 109, *sed eam post* in vigilia Bartolomaei (apostoli) *inserendam esse* (*f.* 108) *docet signum ibidem positum. Cantilena deest* 2. *Eam edidit Boehmer in Haupt Zeitschrift IV*, 573. m) Wafin *cod.* n) weinet *corr.* weint *cod.* o) kung *cod.* p) usser *cod.* q) behem lant *cod.* r) tod *cod.* s) kung *cod.* t) nite *cod.* u) sin gebinde hand *cod.* v) kung Otachir *cod.*

63) i. e. die 23. Aug.; certum est autem, proelium d. 26. Aug. commissum esse. 64) Cantilenam hanc in usum nostrum recensuit M. Haupt V. Cl.

jâ herre[a] got, er ist erslagen[b].
sîn milte sach man[c] nie verzagen;
er was ein schilt in sînen tagen
übr[d] alle cristenheit.
Den Falwen und den heiden
was er den cristen erleiden[e];
den schilt er gegen bôt.
er was ein lewe[f] an gemüete[g],
ein adelar[h] an güete[i].
der werde künc[k] ist tôt[l].
der Bêheimkünc[m] ist nu[n] gelegen,
des weinent ougen jâmers regen;
wer sol der witwen[o] weisen phlegen?
der künc[p] ist tôt, reht[q] als ein degen[r],
der nâch êren[s] streit.

1278. Sept. Mortuo rege Bohemorum nomine Odacker[t], intravit rex Rudolfus marchionatum[u] Moraviae, terram[v] volens[w] totaliter devastare. Civitates communi consilio dominum[x] regem Rudolffum[y] pro domino receperunt, et infra mensem se et sua totaliter[z] commiserunt, et sibi[*] fidelitatem iuramento firmissime promiserunt. Regina Bohemiae cum Rudolfo rege ita[a] composuit, quod filius reginae[b, 65] filiam regis Ruodolfi[66] duceret uxorem[c], quod et factum est. Intra octavam[e] sancti[f] Francisci[g] filiam suam filio regis Bohemie defuncti matrimonio novimus coniunxisse.

In loco occisorum fetor tantus extitit, ut plures vel infirmi vel mortui extiterint in ea villa habitantes. Demonum preterea vel spirituum illusiones multos horribiliter terruerunt.

---

Advocatus Alsatiae retulit, quod venatores, cervum magnum insectantes, venerunt ad heremitam, qui 12 annis in solitudine cum uxore et liberis vixit. Hic venatoribus retulit, se vidisse animal, a cingulo mulieris imaginem habens, quod dixit: *Theutonia*[h] *intra tres septimanas habebit regem, qui regnabit* 15 *annis*[67] etc. ut supra[i].

*De prophetia de Rudolfo comite de Habsburc.* Cum[k] regina Rudolffi regis cum dominabus multis in Rinvelden castro cum gaudio[l] ...., unam earum novimus hec dixisse ad reginam: *Domina, dicatis nobis aliquid!* Que dixit: *Dicerem vobis aliquid, si scirem, quid libenter audiretis.* Tunc una earum dixit: *Audiremus libenter de futuris, que vobis de gloria vestra fuerint revelata.* Que dixit: *Intellexi de inclusa, que super lacum Lucerie secum domicilium collocavit, quod esset mulier devota et quod Dominus sibi futura pluries revelasset. Volens autem ego de me dominoque meo futura scire, memoratam sororem suppliciter rogavi, quatinus Dominum deprecaretur, ut sibi revelare dignaretur, quid de domino Rudolffo, comite de Habsburg, facere decrevisset. Inclusa precibus meis devicta, suppliciter oracionibus Dominum deprecatur. Dominus autem sorori predicte revelavit, quod comes Rudolffus futurus rex esset Romanorum potens et dives gloria et honore, et multos ex inimicis eius deberent suo dominio subiugari*[m]. *Tunc mandavit michi, quod Dominus sibi de statu meo bona per omnia revelasset. Tunc dixit michi: „Dicatis igitur comiti Rudolffo, quod a peccatis enormibus caveat, ne sibi Dominus aufferat, quod promisit; caveat et sibi de ecclesiarum destruccione et mulierum confusione.“ Hec et alia michi mulier dixit, que michi non fuerant nunciata de visione vagi qui*[n] *dicitur Worsagere.**

* *Excerpta cod. 1 haec sunt:* In castro Rinveldin uxor comitis Rudolfi suis dominabus retulit, super lacu Lucerie, id est Lucernensi, extare inclusam devotam, cui Dominus futura sepius revela-

a) her *c.* b) erschlagen *c.* c) *deest c.* d) uber *c.* e) erleden *corr.* irleidin *cod.* f) löw *c.* g) gmüte *c.* h) adler *c.* i) gütte *c.* k) kung *c.* l) tod *c.* m) behem kung *c.* n) nun *c.* o) witwem *c.* p) kune *c.* q) tod, recht *c.* r) tegen *c.* s) noch eeren *c.* t) nom. Od. *desunt* 1. u) terram 1. v) *deest* 1. w) eam *add.* 1. x) *deest* 1. y) *deest* 2. z) *deest* 1. *) *deest* 1. a) se 2. b) eius 2. c) matrimonio copularentur 2. d) *deest* 1. e) octavas 1. f) beati 2. g) filiam — coniunxisse *desunt* 1. h) Theutoniam 1. i) *in praecedente cod. 1 parte nihil de hac re invenimus. — Sequentia (cod. 1. f. 111) ad superiora pertinere nemo negaverit. Quamvis igitur in cod. 1 relatio de morte reginae (f. 110) interposita sit, tamen praeclare inter se cohaerentia coniungenda duximus; quum praesertim in cod. 2 ea quae consequuntur ad narrationem de bello Otacariano proxime accedant.* k) Cum — fuerat liberatus etc. *leguntur in* 2. *Pro:* Cum — Worsagere *in cod.* 1. *f.* 111 *excerpta tantum habentur.* l) resideret *excidisse videtur.* m) subiugare 2. n) que 2.

65) Wenceslaus (II rex Bohemiae.) 66) Gutam. 67) Regnavit autem Rudolfus paene annos 18.

Retulit[a] honestus quidam dicens: *Rex Rudolffus*[b] ... *in exploracionem regis Bohemie, ut potenciam regis et debiliora terre pro viribus exploraret. Rex autem Bohemie cepit eum misitque in carcerem, mortemque sibi minabatur. Timuit igitur captivus multum, Deum et sanctum Georgium omnesque sanctos suppliciter invocavit, ut eum a mortis periculo liberarent. Venit igitur ad eum sanctus Georgius et dixit ei: „Constans esto, non enim morieris. Dominus enim rex Bohemie committet prelium cum rege Rudolffo et interficietur, et multi cum eo; et tu liberaberis et ad regem Rudolffum, tuum dominum, reverteris. Hec autem regi Rudolffo dicere debes, cum fueris liberatus. Insuper dicas ei, quod secundum prelium committet, in quo similiter suum adversarium superabit. Tercium vero committet prelium, dubiumque erit, utrum vincat an vincatur, quia suos non rexit per omnia secundum Domini voluntatem.“ Hec et alia captivus regi Romanorum, ut dicebatur, dixit, postquam a captivitate fuerat liberatus* etc. 1278.

*De visione vagabundi dicti Seczere*[68]. Burcgravia in Sulczmatin a patre se audisse retulit, quod Secerus a socio suo mortuo bis per rusticos ad domum desertam vocatus fuit; sed Secerus adire noluit. Deinde circa aquam milites multos sed mortuos equitantes vidit. Hos sequebatur socius Seceri. Secerum fugientem monet socius, ne fugiat, quo non moriatur, et dixit ad eum: *Dic domino de Schwarczenburc, quod in brevi satisfaciat Domino de peccatis suis et restituat monachis de* ...... *res suas et accipiat crucem et transfretet; alioquin clara die per auram mirabiliter morietur* Hec Sezarius dixit et factus est omnibus in derisum. Post paucas septimanas congregans comes Albertus de Svarczenburc milites, ut veniret in adiutorium excommunicatis hominibus imperatoris Friderici; clara die venit pluvia cum tonitru et interfecit eum. — *Dic comiti Rudolfo de Habsburc, eum futurum regem Rhomanorum; quod reges impugnabit et vincet,* 15 *annis regnabit, pacem faciet in terra, et per pueros suos amicos plurimos sibi copulabit; a tempore Caroli Magni non fuit ei similis gloria, potentia, honore et divitiis; sed imperialem coronam non poterit obtinere.* 68

verit. *Hanc ego rogavi, ut Dominum deprecaretur, quatenus statum domini mei comitis Rudolffi et meum revelare dignaretur. Cui Dominus revelavit, quod comes Rudolffus brevi futurus esset rex Rhomanorum, et quod crescet in divitiis, potentia, gloria et honore. Quare caveat a peccatis enormibus, ne Dominus ei auferat quod promisit: videlicet ab ecclesiarum destructione et mulierum confusione.*

---

*De morte regine uxoris Rudolfi regis Rhomanorum.* Regina Rudolfi regis cepit graviter infirmari. Propter quod accersivit consiliarium confessoremque sibi[c]: *Mortis periculum sentio mihi breviter imminere; rogo igitur vos, quomodo corpus et animam ad celum et ad paradisum Domini dirigatis.* Qui dixit: *Omnes amicos vestros, omnes diviciis huius seculi, omnemque gloriam mundi de corde vestro, quantum potestis, a vestra memoria repellatis, et Deo et hominibus satisfacere promittatis.* Que dixit: *Libentissime faciam, que dixistis.* Post hec condidit testamentum, et elegit in Basilea, in maiore ecclesia ecclesiasticam sepulturam. Prelegit autem locum prenominatum, eo quod rex Ruodolfus antecessoresque sui Basiliensem ecclesiam sepius damnificassent, ac eius episcopos perturbassent. Ordinavit enim in testamento, ut quidam dixerunt, quod reditus quatuor prebendarum monasterio darentur, ut sic Deo et hominibus satisfaceret. 1281.

Post hec regina moritur, exenteratur, et venter eius sabulo et cineribus impletur. Post hec facies eius balsamo linitur, totumque corpus eius panno cereo circundatur, ac sericis vestimentis induitur preciosis. Caput eius albo serico peplatur, et corona sibi superponitur deaurata. Post hec in arcam, ex fago peroptime factam, supina, manus super pectus positas, imponitur, et ferreo clauditur instrumento. His expletis, in Basileam cum equis quadraginta ducitur, et ut credebatur, cum pecunia copiosa. Fuerunt autem in comitatu suo fratres Predicatorum 2, Minorum 2, et dominae quas tres currus ducere potuerunt; adiunxerunt autem se eis homines circiter quadringenti. Febr. 16.

Rex autem mandavit episcopo Basiliensi, ut reginam defunctam solenniter sepeliret. Episcopus clericos regulares et seculares invitavit Basileam. Convenerunt igitur circiter mille ducenti, qui omnes candelas in manibus habebant et regine in processione cum ornatu

a) Rutulit 2. Retulit — liberatus *desunt* 1. b) *excidisse videntur:* misit quendam. c) *excidit* dixit *vel quid simile.*

68) Hunc fuisse Dietmarum Setzer opinatur Haupt (Zeitschrift VI, 399), poetam illum amatorium, cuius versus leguntur apud Hagen Minnesinger II, p. 174.

1281. precioso solenniter occurrerunt[a], et ad maius monasterium pertulerunt. Tribus episcopis
Mart. 20. ibidem divina celebrantibus, regine corpus in tumba positum erigitur, et omnibus presentibus ostenditur, et post missam deponitur et per abbates ad fossam tumuli deportatur et cum fletu nobilium sepelitur. Hoc retulerunt, qui reginae gloriam quesiverunt. Episcopus clericos omnes ad prandium invitavit et necessaria ministravit.

---

Walterus Rosselman, cerdo in villa Turckheim, filium habuit Iohannem Rösselman. Hic hospicio paterno non contentus, ad scultetum Columbariensem se transtulit, cui fideliter serviebat. Eo amoto, secundo et tertio serviebat, et interdum sub iuditio presidebat. Hic offitium sculteti desiderans, modo quo potuit obtinebat. In officio suos exaltabat, alios supprimebat. Cum pauperes diutius id sustinere non possent, absolutionem communiter procurabant. Huic substituitur dominus de Racinhusen, vir pius, devotus et equus.

Iohannes Rössilman depositus, in Ensisheim ad comitem Ruodolffum de Habsburc se transtulit, ei serviens. Laborabat, quomodo posset Columbariam tradere in potestatem comitis
1261. Rudolffi de Habsburc[69]. Post paucos annos dixit comiti: *Mittite pro consobrino vestro, comite Gotfrido domino de Louffinberc et suis militibus, et venite una ad Columbariam, et ego potenter vos intromittam. De inimicis nostris post hec pro libito faciemus.* Consensit comes. Iohannes Rössilman amicis suis circum Columbariam existentibus commisit, ut cum armis adsint, etc. Iohannes in vas vacuum se abscondit, Columbariam clam ingreditur, in curiam decani fertur. Sequenti die circa diluculum, comitem Rudolffum cum suis clam, quibusdam iuvantibus, intromisit. Adversarii Iohannis intelligentes hec, aufugiunt, relictis omnibus que habebant, videlicet scultetus dominus de Rocinhusen milites et 7, cives 10, quorum quilibet ditior erat et potentior Iohanne. Horum bona confiscabat et dividebat. Et in hac gloria Iohannes pluribus annis apparebat.

1262. Anno autem Domini 1262. dominus de Winegk[70], filius sororis domini de Horburc, cum multis militibus et terre nobilibus, consentientibus multis civibus Columbariensibus, civitatem intrare per potentiam voluit. Scultetus hec intelligens, eis in dextrario occurrit festinanter. Hunc apprehensum in porta Steinenbrukn attrociter occiderunt. Consanguinei sui hec intelligentes, statim egressi plus quam 20 nobiles occiderunt.

1273. 1273. Post annos 12 Rudolffus, comes de Habspurc, in regem eligitur Rhomanorum. Hic Waltherum, filium Iohannis Rossilman, scultetum in Columbaria fecit; Ottonem de Ochsenstein, nepotem ex sorore sua, Rudolfus advocatum Alsatie preposuit. Sed scultetus et advocatus terre non per omnia concordabant. Advocatus iubente rege vel saltem conni-
1285. vente, exactiones plurimas faciebat; scultetus et populus invite solvebant. Rex Ruodolffus
Iun. 14–18. indignatus, militibus stipatus, Columbariam proficiscitur, scultetum depositurus. Scultetus premonitus civitatem clausit, nec regem ingredi permisit. Rex potenter Columbariam obsidet. Regi nunciatur, Fridericum quendam imperatorem in partibus inferioribus affectare imperium. Rex sibi timens obsidionem Columbariensem solvit, et cum exercitu descen-
Iul. dens, Fridericum capit et igne cremat. Inde ad obsidionem Columbariensem secundo perrexit, et ipsos cum conditionibus quibusdam ad gratiam suscepit. Scultetum Waltherum rex deposuit et Stameheim scultetum preposuit, et eos maximis exactionibus turbavit. Stameheim scultetus in Columbaria residere non poterat; filiastro suo offitium committit, et diversa turbatio in Columbaria quiescebat.

1291. 1291. Rege Rudolffo mortuo, Walterus Rössilman, quondam scultetus, in summa paupertate constitutus, conduxit 12 servos vagos et inopes, cibum et vestes eis[b] ministrans, per hos insidiaturus sculteto Stameheim. Intelligens id scultetus, declinavit. Walterus Rossilman consilio decani et aliorum amicorum, offitium sculteti per violentiam occupat. Post hec dominum de Hunnewilre, militem honestum, iuvenem divitem, bene parentatum, et filium eius iuvenem, sine occasione et causa, contra Deum homines et iustitiam inter-
1293. fecit. Huius res diripuit, plus quam trecentas marcas inter suos divisit. Dominos milites de Nortgassen, Ilczich[71] et dominum Ruostarium[72] civitatem exire compulit, et res eorum confiscavit; regi[73] se opposuit et Columbariam Anselmo de Rappolstein tradidit[c. 74].

---

a) occurrunt *cod.* b) eis *addidi.* c) Cetera quere infra *add.* 1

69) Cf. Belli Waltheriani cap. 12 supra p. 108. 70) Wineck, Weineck, a Colmaria ad occid., inter Türckheim et Ammerschwihr. 71) Illzach, a Mülhausen ad septentriones. 72) zum Rust gens nobilis Colmariensis, v. Schoepflin Als. ill. II, 666. 73) Adolfo. 74) Cf. Ann. Colm. mai. 1293 supra p. 220.

1288. (1288. Ian. Febr.) Rege Ruodolpho existente Moguntiae, frigus veniebat in ortu solis, atque frigus ipsum immodice molestavit. Vidit igitur ex opposito domus, in qua iacuit, pistrinum multis vivis carbonibus abundare. Induit se rex sola tunica, carbones vivos velociter visitavit. Hospita ignorans, ipsum esse regem, sibi loquebatur in spiritu vehementi; dixit, milites non deberent ad mulieres pauperculas declinare. Dominus rex mulieri dicens humiliter loquebatur: *O domina, nolite propter meam praesenciam turbari; sum enim antiquus miles, et omnia mea in servitio vilissimi Ruodolphi consumpsi, et contra bona promissa me patitur indigere.* Mulier dixit: *Sequimini regem Ruodolphum vilissimum, caecum, antiquum, filium mulieris ultro virum capientis, qui totam terram destruxit, et omnes pauperes devoravit? Haec merito vos mala et alia comprehendunt.* Rex dominae dixit: *Quae mala vobis fecit?* Mulier turpissime regem vituperans atque maledicens, cum magna cordis amaritudine respondebat: *Ego et omnes pistores civitatis huius praeter duos per eum depauperati sumus, quod temporibus nostris ad divitias quondam habitas non possumus pervenire.* Post haec mulier dixit: *Domine, recedatis; quia hic nos in nostris occupationibus retardatis.* Rex autem propter verba mulieris recedere recusabat. De hoc mulier indignata, vas aquae sustulit, prunas perfudit, et antiqui militis seu regis vestem enormiter deturpavit. Rex igitur fugit et ad suum hospicium festinavit. Rex igitur cum sederet ad mensam, dapifer sibi caput porci[a] cum multis apponebat. Memor igitur rex beneficiorum, quae pistrix ei contulerat, eique retribuere cupiebat. Advocans rex hospitam, dixit ei: *Hanc scutellam cum carnibus et quartale vini recipiatis, et vicinae vestrae de antiquo milite deferatis. Agit enim ei gratias, quod apud suos carbones de mane fuerat calefactus.* Hiis igitur peractis, recitavit rex, qualiter pistrix eum vituperaverat atque maledixerat, et ad risum omnes magnum concitavit. Pistrix autem intellexit, quod rex fuerat quem vituperaverat. Ultra modum doluit, regem adiit, et ut sibi remitteret illatam sibi iniuriam, suppliciter depraecatur. Rex autem remittere, nisi prius eum vituperaret sicut prius fecerat in occulto, non volebat. Hoc mulier fecit, et domini sui voluntatem fideliter adimplevit et ad risum plurimos provocavit.

*De compositione Iudeorum.* Retulit frater Alradus, prior fratrum Argentinensium: In Alsatia dicebatur, quod Iudei conquesti fuissent regi Ruodolpho, quod christiani plus quadraginta Iudeos sine causa turpiter occidissent. Christiani autem conquesti fuerunt de Iudaeis, quod servum atque christianum in die parasceue in cellario occulte, atque christianis ignorantibus, occidissent. Iudaei regi Ruodolpho, ut eis de illis de Wesela[b] atque Popardia iusticiam faceret[75], et eos a periculo liberaret mortis, et ipsorum rabi, id est supremum magistrum, cui schola Iudaeorum et honores divinos impendere videbantur, quem rex captivaverat[76], a captivitate carceris liberaret, viginti sibi millia marcarum promiserunt. Rex Iudaeorum petitionem exaudivit, Iudaeum captivum libertati restituit, illos de Wesela[c] atque Popardia in marcis duabus millibus condemnavit, et eos a mortis periculo liberavit. Insuper fecit rex dominum archiepiscopum Maguntinum solenniter praedicare, quod christiani Iudeis iniuriam maximam intulissent, et quod bonus Werherus, qui a Iudaeis occisus communiter dicebatur, qui prae divino a quibusdam christianis simplicibus colebatur, deberet igne cremari, et cinis corporis eius in ventum dispargi et ad nihilum dissipari. In hac praedicatione domini archiepiscopi plus quam quingenti Iudaei in armis sederunt, ut si aliquis christianus in contrarium dicere voluisset, ipsum eum suis gladiis occidissent.

1289. (1289. Iul. Aug.) Rex Romanorum Ruodolphus de Habispurg centum milia hominum peditum congregavit et 30 milia equorum falleratorum. Comitem Montis Bilgardis obsedit et tribus septimanis terram Gallicorum cum potentia devastavit. Galli vero contra eum congregati expellere non audebant. In hac expeditione dominus episcopus Argentinensis[77] 300 milites habebat et 100 bigas seu currus, qui ei necessaria comportabant.

---

*De[d] constructione castri Gemer.* Dominus de Rapolzstein[e] [78] carnalem fratrem[79] liberosque fratris[80] noscitur habuisse, qui cum eo dominium debuissent iure haereditario possedisse. Hiis haereditatem dare noluit, sed de dominio quantum potuit extirpavit. Huius domini de Rapolzstein frater[f] regem adiit Ruodolphum, cognatum suum, eique factam a fratre (1287.)

a) ein schweninen kalbskoſt *in marg. add.* 1. b) *sic corr.* Weſile 1. c) Weſila 1. d) De construccione — cum aliis deducuntur *leguntur etiam in* 2. e) Rapolstein 2. f) frater *deest* 1. 2.

75) Cf. Ann. Colm. mai. 1288. 76) a. 1287, cf. Ann. Colm. mai. 1287. 77) Conradus III. 78) Anselmus. 79) Heinricum. 80) Ulrici.

1287. iniuriam flebiliter revelavit. Rex hiis auditis dominum de Rapolzstein vocavit eumque suppliciter rogavit, ut liberis fratrum suorum necnon et fratri de haereditate paterna propriam tribueret portionem. Tunc dominus de Rapolzstein domino regi taliter respondebat: *Si fratri meo liberisque fratrum meorum haereditatem dividerem, inops et pauper ac sine dominio remanerem. Hoc enim facere nolo, nec in hoc alicuius precibus acquiescam.* Tunc rex ait: *Si res non tuas non*[a] *haeredibus diviseris, te quanto potuero cicius obsidebo et te de dominio tuo totaliter extirpabo.* Hiis completis, dixit rex domino[81] de Baldeck[b], suo fidelissimo procuratori, quatinus assumptis civibus Columbariensibus et Keisirsperg[c] et aliis vicinarum[c*]
Mai. civitatum civibus, [d]Rapolzstein fideliter obsideret[e]. Hoc fideliter adimplevit. Accepit enim cives praenominatos, Rapolzstein obsedit, villam Bercheim[f] per ignem destruxit, segetes et agros depopulatus est et vineas aliquas[g] extirpavit. Videns autem, quod cives eum non fideliter adiuvarent, ab obsidione post triduum recedebat. Timens autem dominus de[h] Rapolzstein regem, dominos vicinos suos adiit[i] eosque suppliciter rogavit, ut nec eum nec suos propter aliquem infestarent. Hoc autem[k] quidam de consilio regis amicabiliter admiserunt. Dominus de Horburc[l] eius precibus acquiescere recusavit. Dominus de Rapolzstein de hoc fuit graviter indignatus, dominum de Horburch[l] hostiliter impugnavit et eius villas quas
c. Iun. poterat exurebat. Super hoc rex fuit indignatus, in Alsaciam personaliter venit et Rapolzstein potenter cum indigenis obsidebat. Septem autem de adiutoribus regis, ut dicebatur, eum morti tradere voluissent. Ordinatum enim sic fuerat, ut regi dicebatur, quod quatuor[m] date fuissent quatuor[n] sive bobonibus, ut tentoria sui[o] exercitus in quatuor partibus incendissent; sic autem strepitu[p] facto, quidam in regem irruere eumque interficere debuissent. Haec autem cum rex audisset, de obsidione subito recessit et se ab[q] Alsacia separavit. Ordinavit autem, quod civitates in Cellinberch[r] haberent equites quinquaginta, qui impedirent, ne aliquis domino de Rapolzstein aliqua victualia seu necessaria ministraret. Post haec mandavit rex domino de Baldek[s], ut civitates Alsaticas[t] congregaret et in villa Gemer
Iul. 6. castrum ligneum fabricaret. Ipse autem intra[u] octavam Petri et Pauli civitates congregavit, et castrum, ut sibi imperatum fuit[v], inchoavit, et in brevi tempore consummavit[w]. Consummato castro multos[x] ibi reliquerunt et ad propria redierunt. Acta sunt haec anno Domini 1287.

c. Aug. 1. Dominus de Rapolzstein circa Kalendas[y] Augusti Galliam intravit; ibique a cognato
82 suo, domino de Blanchiberch[z, 82], pedites et equites accomodavit et nocte prope villam Sigolzheim[*] perducebat, et ibi eos in diversis locis pro insidiis collocavit. Mane autem facto greges villae pauci acceperunt et velociter abierunt. Villani autem praedam[a] paterni[b] secuti[c], liberare pecora voluerunt. Igitur homines domini de[d] Rapolzstein de insidiis egressi fuerunt eosque comprehenderunt, et eorum plus quam 130 ad propria perduxerunt. Homines de Horburc, videntes praedam[e] magnam[f] paucos homines ducentes, sine deliberatione praedam[g] liberare volentes, et similiter capiuntur et cum aliis deducuntur.

1288. 1288. Cepit dominus de Rapolzstein cives Argentinenses pro viribus impugnare.

---

Tres principes Teuthoniae orti de Isini[83], Suevie oppido, referuntur, scilicet episcopus
85 Tullensis[84], qui fabri filius dicebatur; item archiepiscopus Salzburgensis[85], qui ortus ex parentibus pauperibus sed nobilibus praedicatur; item archiepiscopus Maguntinensis, qui inter pistorum filios nobilior credebatur, qui primum prior Minorum Basilee, inde in episcopum est electus Basiliensem.*

* *In* 1. *f.* 116' *invenimus haec:* De Ysine oppido episcopi nati sunt: Tullensis, fabri filius; Salczburgensis archiepiscopus, ex parentibus pauperibus sed nobilibus natus; Basiliensis, post archiepiscopus Maguntinus Heinricus, pistoris filius.

a) *sic scripsi pro* cum 1. 2. b) Baldeche, *in marg.* Baldeck 1. Baldeck 2. c) Keisirsper. 1. Keyssersperg 2. c*) vicinis *codd.* d) ut *add.* 2. e) obsiderent 2. f) Berckhim 2. g) antiquas 2. h) *deest* 1. i) adhuc 2. k) enim 2. l) Horburg 2. m) marcae *sive* librae *excidisse videtur.* n) servis pauperibus *vel quid simile excidit, cf. infra ad a.* 1300. o) sive 1. sui 2. p) strepito 2. q) de 2. r) Eellinberg, *in marg.* Cellenberg 1. Zelleaberg 2. s) de Baldek *desunt* 1; vel de Horburg *in marg.* 2. t) Alsaci 1. u) infra 2. v) *deest* 1. w) consumavit 2. x) multae res, *deinde corr.:* milites 1. y) Calend. 1. z) Blanckenberg 2. cognato suo *iterum add.* 1. *) Sygoltzheim 2. a) predicti 2. b) pat *inductum* 1. c) insecuti 1. d) *deest* 1. e) predictos 2. f) turbam *addit* 2. g) predictos 2.

81) Hartmanno. 82) Blamont in Lotharingia. 83) Isni in regno Wirtemb. 84) Conradus II (Probus), 1279—1296. 85) Rudolfus (de Hoheneck), 1284—1290.

[a]In Suevia, villa Isena, pistor, ut dicebatur communiter, residens erat, qui liberos suos arte sua laudabiliter educabat. Hic filium genuit, Henricum eum nominavit, literis eum apposuit, et ut eum clericum faceret pro viribus laborabat. Ad scolas Parisius tandem ipsum misit, et ut bene disceret, eum fideliter hortabatur. Iuvenis iste multum subito profecit, predicationes ut proficeret quando commode potuit frequentavit. In predicatione cuiusdam predicatoris compungitur hic iuvenis[b], et vitam suam cogitavit fideliter emendare. Ipsa autem nocte venit ad eum diabolus in somnis, ut sibi videbatur, ostenditque ei magnam pergameni paginam[c], scriptam intus et foris, et ut scriptum legeret fideliter hortabatur. Iuvenis dixit: *Litera haec deleta noscitur universa.* Diabolus dixit: *Peccata tua in ea scripta fuerunt et in contricione tua delebantur et a mea memoria recesserunt. Ne rescribantur, caveas diligenter.* Intravit igitur iuvenis hic ordinem Minorum et in eo longo tempore fideliter laboravit. Confessor atque praedicator efficitur et in hiis officiis fideliter laboravit. Frater Henricus hic haec suis amicis noscitur recitasse; dixit enim: *Venit ad me soror devota, quae in confessione sua mihi sua gravamina recitavit. Inter alia vero dicebat, quod quoddam demonium sibi sepius apparebat et, ut contra Deum faceret, hortabatur. Ego autem dedi consilium, ut quaedam diceret ac faceret, quae demonium fugere cogerent. Cum igitur ad sororem quadam vice demonium pervenisset, illa dixit et fecit quae confessor ipsam docuerat, et diabolum fugere compellebat. Tunc diabolus sorori dicebat: „Quis haec te docuit?“ Quae dicebat: „Confessor.“ Demonium dixit: „Scias, quod te de caetero non vexabo, sed pro te confessorem tuum[d] usque ad mortem pro meis viribus impugnabo.“* De hoc fratre Henrico dicebatur, quod ordinem suum per apostasiam tribus vicibus contempsisset. Hic in ordine in doctorem et lectorem subito sublimatur. Hic cum in camera sederet atque studeret, venit ad eum catulus niger, ut dixit prior Sundensis, qui ab Othone duce de Brandiburch se retulit didicisse, qui humana sibi voce haec cum gaudio referebat: *Henrice, noli timere; sum enim tibi missus, ut te promoveam ad omnes quascumque volueris dignitates sive divitias sive delicias vel honores. Si enim meam meorumque volueris facere voluntatem, te in episcopum Basiliensem subito promovebo, et post haec in archiepiscopum Maguntinum, et post haec in papam, id est ad summam ecclesiae dignitatem.* Ad duas dignitates eum novimus pervenisse, ad tertiam vero morte praeventus non potuit pervenire.* 86

* *In* 1. *f.* 138. *legimus haec.* Sub Honorio[86] papa tria miracula: Comes pauper rex Rhomanorum, videlicet Rudolffus de[e] Habspurg; Heinricus de Isena, apostata Minorum, episcopus Basiliensis et post archiepiscopus Maguntinensis; frater Lutoldus[f] ordinis Minorum, eiicitur ex ordine Predicatorum et fit supremus magister Wilhelmitarum.

---

[g]Rudolffus rex moritur. 1291.

1292. Prima Maii electores reliqui electionem in Moguntinum[87] tum absentem transferunt. 1292. Mai. 1. Maguntinus comitem Adolffum de Nassaw, cognatum suum, elegit; consentiunt reliqui. Hic statura fuit mediocri, agilis, amabilis, sciens Gallicum, Latinum et Germanicum. Francfordenses expensas a rege electo petunt; Maguntinus pro rege obligavit castra ac villas pro 20 milibus marcarum; rex exactionem in Iudeos tentavit, sed non potuit, resistente sculteto Francfordiano[88]. Rex liberos matrimoniis elocat. Equos phaleratos habuerunt: Maguntinus 1500, Treverensis[89] 1300. Rex Aquisgrani coronatur.

Consilio procuratorum[h] regni procuratores in officiis retinet. Ottoni de Ochsenstein, nepoti ex sorore regis Rudolfi, Alsatiam et que ab ea parte Rheni sunt, committit; comiti a Kaczenellenbogen[90] que ab alia parte Rheni. Civitates fidelitatem prefectis regis Adolffi promittunt. Scultetus Columbariensis[91] fidelitatem promittere recusavit, nisi advocatus Otto de Ochsenstein promittat regis nomine: offitium sculteti ad vitam regis, expulsos non reducere, civitatem potenter non intrare. Advocatus hec pollicetur, recepta fide, ne civitas Columbariensis alteri quam regi Adolfo tradatur.

a) *manus recentior addidit:* Vita Bischoff Gürtelknopff. 1. b) compungitur *iterum in* 1. c) paginam *addidi.* d) tunc 1. e) de *addidi.* f) Lutoldi 1. g) *codicis* 1. *folium* 60 *proxime praemitti folio* 117. *debere, et res docent, et* a *scriptum in angulo dextro inferiore folii* 60. *Folium* 119. *enim eodem loco* d *signatum est, folium* 120: e *cet. Quamvis igitur par et folii* 117. *et* 118. *angulus sit resectus, apparet, verum foliorum ordinem hunc esse: f.* 60 (a), 117 (b), 118 (c), 119 (d) *cet.* h) *an* procerum? BOEHMER.

86) quarto. 87) Gerhardum II, 1289—1305. 88) Heinrico. Cf. Böhmer Cod. dipl. p. 264. 89) Boemundus I, 1286—1299. 90) Eberhardo, cf. Wenck Hess. Landesgesch. I, 356. 91) Walterus Rösselmann.

1292. Rex Arragonum[92] moritur; devolvitur regnum ad imperium. Adolfus rex in imperio
93 omnes controversias componit, principes ad expeditionem hortatur. Episcopus Spirensis[93]
. . . milites et 70 currus habuit preter bigas, Coloniensis[94] 200 milites cum equis phaleratis,
Maguntinus copiosam militum multitudinem. Hii cum ceteris iter dirigunt versus Vesontium.
1293. 1293. scultetus Columbariensis 4. Idus Septembris, ignorantibus senatoribus et civi-
Sept. 10. bus, Anshelmum de Rappolstein advocat, et civitatem tradit, intromissis multis armatis, ac
in cimiterium ductis. Civibus dormientibus, compulsantur campanae; concurrunt cives ad
cimiterium, pedites armatos inveniunt, terrentur, quid faciant ignorant. Cives omnes per
preconem vocantur dicentem: *Adest nobis amicus noster, dominus Anshelmus de Rappolstein,
volens nos corpore et rebus iuvare. Intellexit enim, quod inimici nostri vellent nos graviter
perturbare. Venit igitur, ut ipse nobis et nos ei fidelitatem iuramento firmemus.* Subiunxit:
*Levate manus vestras et iurate!* Quod fecerunt. Videns dominus de Rapolstein paucos fide-
litatem iurasse, magistris zunftarum precepit, ut suos singulos ad singula loca vocarent;
a quibus singulis peciit fidelitatem iurari. Quod multi fecerunt inviti. Expelluntur, qui id
facere recusant: milites Ruostarius et domini de Nortgassen et ex civibus plures divites et
honesti.

95 Rex Adolfus reginam[95] Brisacum mittit; ipse cum exercitu versus Columbariam pro-
Sept. 13. ficiscitur. Cives Columbarienses dominica, vigilia exaltationis crucis, in montana egressi,
vinum suum nondum maturum colligunt. Dominus de Rapolstein villam Turckheim pre-
datur, pecoraque abigit in domicilium suum Wilre[96]. Columbarienses cum gaudio rever-
tuntur et se preparant, quo ampliora colligant et sibi prospiciant. Rex Adolfus hec audiens,
advocatum[97] premittit. Hic in Scletstat pluribus hominibus secum assumptis, vallem
98 Urbes[98], quae sub castro Hohenac est, ingreditur, villas domini de Rappolstein succendit,
homines capit, pecora tollit, cum gaudio redit. In Winczenheim et Ongersheim exitum
Columbariensium prestolatur. Columbarienses egredi non audebant. Rex cum exercitu
Sept. 16. Rapperschwiler[99] obsedit, vineas destruit ac domos. Post dies 10 Columbariam versus pro-
Sept. 28. ficiscitur, molendinarum rivum derivat alio, singula devastat preter leprosorium. Cives
Vallis sancti Gregorii ad Wilre pergunt, vinum colligunt et ad propria deducunt. Columba-
rienses licet obsessi, ex vernaculis 20 mittunt Wilrensibus subsidio. Cives Gregoriane Vallis
secundo veniunt ad Wilre, quos incautos Wilrenses et Columbarienses obruunt, occidunt
et capiunt. Advocatus terre dominum de Berckheim cum quingentis hominibus contra
Wilrenses misit. Dominus de Berckheim Vallem sancti Gregorii ingressus, duas machinas,
magnos lapides proiicientes, et cattum vel instrumentum quo turres destruuntur, accepit,
Wilre obsedit, paucis diebus obtinuit; castrum et castellum funditus evertit. Hinc cum eis-
dem machinis ad Gemer profectus, quod ex prima obsidione relictum fuit, penitus devastavit.

Sept. Oct. Adolffus rex cum principibus supradictis, comitibus, nobilibus, libere conditionis, militi-
bus suis, dominis, servientibus . . . . . . Ex exercitu in obsidione 6 septimanarum vix 10
homines morte naturali obierunt, etiam vix 10 a persecutoribus interfecti. Coloniensis ten-
torium 40 in latitudinem, 100 pedes in longitudinem habuit, et 200 equos phaleratos, quia
1 singulis annis habet 20000 marcarum argenti. Maguntinus, Spirensis, Basiliensis[1] episcopi
in eodem exercitu fuerunt. Comes Burgundie feuda sua ab eo recepit, servitiumque suum
obtulit. Cui rex respondit, iam opus non habere auxilio, sed cum fuerit opus, se eius auxilia
2 petiturum. Dux Austrie[2] in auxilium a rege vocatus, respondit: *Si principes in obsidione
defecerint, mihi significate, et ego veniens obsidebo quamcumque volueritis civitatem.*

Unus exercitus regis Gemer obsidebat. Secundus exercitus, videlicet episcopus Basi-
3 liensis et comes Phirretarum[3] unam partem civitatis Columbarie obsidebant. Tertius, vide-
licet episcopi et principes supradicti . . . . . . Hii diviciis, gloria, honore ceteros precelle-
bant[a]. In obsidione hac regis exercitus bonis omnibus habundabat. Annus fuit calidus et
siccus, vinum optimum Basilienses exercitui queque bona et necessaria ministrabant.

Columbarienses vinum et bladum sufficientia habebant. Quartale frumenti vendebatur
7 solidis; sed quartale farinae pro libra ob aquam molendinarum alio derivatam. Pauperes

a) precellebat 1.

92) Alfonsus III obiit 1291 Iun. 18. 93) Fridericus, 1272—1302. 94) Sifridus, 1275—1297. 95) Imaginam. 96) Wihr au val. 97) Ottonem de Ochsenstein. 98) vallem Orbeanam, Urbisthal (Vallée d'Orbey). 99) Rappoltsweiler. 1) Petrus I, 1286—1296. 2) Albertus. 3) Theobaldus.

in mortariis frumentum triverunt, alii in molendinis specierum, alii rotis molendinarum homines adhibuerunt et circumire cogebant. Duas molas molentes habebant monachi de Peris, quarum una sculteto, altera domino de Rapolstein serviebat; sed nec his farinam necessariam potuerunt ministrare. Utebatur dominus de Rappolstein singulis diebus 12 quartalibus. Hic sex fratribus Predicatoribus secum conclusis panem album[a] sex denarios ad minus quotidie ministrabat. Costa autem circumferentie hanc longitudinem comprehendit. 1293. Sept.

Circumferentia panis.

Solenne[b] tentorium rex non erexit, nec prandia nec cenas solennes faciebat[c], tantum 12 vasa vini et alia dominis[d] quotidie ministrabat[e]. Captus est dapifer hec referens in equo; marscalcus quoque . . . . . . regis; et nobilis quidam interfectus.

Tres cives pauperes, defectum diutius ferre nolentes, dixerunt: *Propter Deum et iustitiam periculo nos committamus, et civitatem ad verum dominium transferamus.* Consilium caris et fidis indicarunt, qui omnes approbaverunt. Significant hoc regi, qui gavisus auxilium promisit. Ex civibus ditioribus multi pauperibus consenserunt. Hii omnes regi significant, ut per balistarios suos cogat exire Columbarienses provocando: *cum autem domini civitatis fuerint egressi, claudemus portas et dominos vobis committemus, ac deinde in civitatem vos intromittemus sine periculo.* Rex ut cives consuluerunt fecit; sed dominus de Rapolstein et scultetus premoniti, civitatem egredi noluerunt. Secundo mandarunt regi, quod domum circa diem proponerent incendere, et hominibus currentibus ad ignem, regem intrare permitterent violenter; sed nec id successit.

Audiens hec episcopus Argentinensis[4], venit cum 200 militibus, volens fideliter iuvare Columbarienses. Cum senatores de his deliberarent, venit communitas civitatis clamans: *Nolumus plures homines introduci.* Dixerunt pauperes: *Sumptis armis, ad cimiterium conveniamus, et quod decretum fuerit, faciamus.* Hoc facto, dixerunt: *Claves portarum accipiamus, et cum diligentia conservemus.* Decanus et scultetus responderunt: *Claves, cui volueritis, praesentamus,* volentes populi voluntatem impedire. Vulgus verbis eorum non acquievit et ad portas urbis subito cucurrerunt, claves a portarum custodibus petiverunt. Claves a custodibus perterritis subito exhibentur. Habitis clavibus, ad curiam, in qua morabatur dominus[5] de Liechtenberg, subito cucurrerunt, violenter portas aperiunt et dominum querunt. Oct. Hic turbam armatorum videns, ad dominum de Rapolstein declinavit, recitans que viderat et acciderant. Ambo perterriti ad fratres Minores divertunt, consilium ab eis querunt, quid agendum existat. Hii vero eis consulere nequiverunt. Dominus de Liechtenberc cum 10 viris per murum civitatis quasi nudus evasit. Post paucos dies cum quadraginta equitaturis ad Rappolstein venit, volens eos fideliter adiuvare. Cives vero non crediderunt ei per omnia, sed claves fidelibus mandabant, neminem ingredi vel egredi libere voluerunt. Dominus de Liechtenberc timens, cives Rapperschwilre idem facturos quod Columbarienses, recessit ab eis nec amplius eos iuvare voluit. Dominus de Rappolstein in domo Minorum se continuit et in quibusdam angulis latitavit.

Cives Columbarienses, cum dominos in curiis non invenirent, arma et equos abstulerunt. Servi dominorum aufugiunt atque quo possunt sese abscondunt. Servos inventos cives comprehendunt, ac in vincula coniiciunt Scultetus et filius cum querentibus circumibant. Cui amicus quispiam dixit: *Recedite de via, priusquam satellites regis vos comprehendant.* Statimque recesserunt. Dominus de Rappolstein vix tandem a querentibus invenitur, capitur et custoditur. Capto domino de Rapolstein, claves portarum per honestum civem, dictum Rebman, cum civitatis dominio ad regem transmiserunt. Qua re gavisi sunt interni et externi ac universus regis exercitus. Dominus episcopus Argentinensis turbatus ad suos se transtulit festinanter. Ipsa nocte dominum de Rapolstein et ceteros captos cives regi id petenti transmittunt.

Non tradito sculteto, indignatus rex per preconem proclamari iussit, centum libras habiturum, qui scultetum presentaret. Timens valde scultetus pauperis vestem induit, clam civitatem egreditur, quatuor eum precedentibus vel sequentibus, vergens versus munitiones domini Argentinensis. Viam noverat optime, et Egesheim castellum in oculis habuit. Dum usque ad tertiam horam in silvis et deviis aberrasset, occurrit ei mulier. Hec duobus viris,

a) valentem *excidisse puto.* b) Solenne — ministravit *leguntur in* 1. *etiam f.* 117'. c) habuit 1. *f.* 117'. d) suis 1. *f.* 117'. e) ministravit 1. *f.* 117'.

4) Conradus III. 5) Iohannes, filius fratris Conradi III. ep. Argentinensis.

1293. presentem esse scultetum, ostendit. Hii gavisi eum capiunt regi presentandum. Sed milites
6 episcopi Basiliensis violenter scultetum eripiunt, et in castrum Swarczenburg[a] transferunt. Hii duo viri, regem adituri, obvio cuidam dixerunt quid acciderit. Hic illico regi nunciat; cui rex equum pro munere confert. Post hec predicti duo regi referunt quid acciderit; regis iussu a procuratore centum libras recipiunt. Ab episcopo Basiliensi scultetum rex postulat; episcopus dare recusat irregularitatis timore. Promittit rex animam a corpore sculteti non separare. Rex scultetum vilibus personis committit, iubet ut rote imponatur et pertice imposita in castris et civitatibus erigatur, ac sic circumducatur, ut ab omni populo videatur; post vesperam deponatur et custodiatur in cippo. Martirium rote requiem reputabat. Custodes multis contumeliis affecerunt, ex eorum ciphis eum bibere noluerunt. Rex bigam misit, ut scultetum ad se deducerent. Vestimenta sculteti et rotam bige imposuerunt, et eum ad bigam ligatum currere post eam coegerunt. Manum eius in modum iurantis ad stipitem ligaverunt, ut significarent, eum sepius peiurasse. — Pater huius dictus est Iohannes Rösselman, etiam scultetus Columbariensis; avus autem dictus est Walterus Rösselman; de quibus supra.

Nov. Rex cum exercitu ad Gemer[a] proficiscitur; dominus de Rapolstein et alii capti una ducuntur. Iuditium expectatur, precibus dominorum iudicium differtur. Res domini de Ra-
9 polstein in tres partes dividuntur, quarum una domino Heinrico[7], altera filio[8] fratris[9], tertiam ipse in suam traheret potestatem. Ob id heredes omne ius in Gemere et heredita-
Nov. 18. tem in regiam potestatem tradiderunt. Infra octavam sancti Martini dominus de Rapolstein in equo catenatus, et 30 vel amplius servi duobus curribus ligati ducebantur. Cum dominus de Rappolstein Columbariam transiret, fletu et eiulatu cordis dolorem et amaritudinem indicabat. Ducuntur Brisacum, hinc in castrum Suevie Achelem[10].

Hic matrem habuit filiam comitis de Froburc, patrem cognatum domini de Blanckinberg, virum pulcrum, largum, mitem, benignum, omni laude dignum; hic iuvenis moritur. Mater fuit longa corpore, facie pulcra, crine candido, voce dulci, amabili, decora. Hec cum bonis suis se ad claustrum Minorum[11] prope Schafhusen transtulit[12], vitam ibidem cum sanctis virginibus consumavit. Filiam habuit unicam, filios 5 elegantes; primus dominio male prefuit, secundus vero peius. Tertius iste Anselmus presidebat. Habebat plerumque 30 balistarios, homines tirannos, quibus vicinos suos graviter ledebat. Recepit enim homines aere gravatos alieno et in malicia obstinatos; dicebat, quod servus habens animam nequaquam sibi servire posset. Ob id Deus abstulit ei corpus, res, gloriam et honorem. 300 marcas in reditibus habebat, et tamen suos magnis exactionibus gravabat. A subditis quartam[b] partem vini auferebat. Fratrem suum Heinricum et filium fratris sui de legittimis possessionibus expulit. Hoc unum bene gessit, quod claustrum sancti Iohannis in Underlinden fideliter defendit, quod pater eius multis bonis et iure patronatus ecclesie sancti Martini donaverat. Sororem suam in eodem claustro existentem exaudivit in omnibus.

13 Rex negociis circa Columbariam completis, viam suam versus Gemer et Herstein[13] dirigere voluisset. Occurrerunt ei cives Argentinenses, ipsum suppliciter deprecantes, ut faceret pacem iuramento generaliter confirmare. Ad haec rex dicitur respondisse taliter: *Quando locum vestrum praecessi, hoc vos rogavi; sed vos pacem habere nullatenus voluistis. Nunc igitur vos defendite, si potestis.* Secundam petitionem porrexerunt dicentes: *Domine rex, rogamus*[c]*, ut castellum Herstein non obsideatis, quia nobis in maximum cederet detrimentum.* Rex super hoc deliberato consilio taliter respondebat: *Dominus in Herstein me difidavit, res imperii prout potuit impugnavit; hunc et ego teneor impugnare. Vos vero in rebus non impugnabo, dummodo res inimici mei de vestris limitibus*[d] *extirpetis.* Cives regi taliter responderunt: *Muros civitatis Erstein pro satisfactione funditus evertemus.* Rex respondit: *Per hoc non mihi*[e] *est satisfactum, quia volo corpus inimici mei, res et omnia quae possidet in regiam trahere potestatem.* Cives Argentinenses super hiis deliberaverunt, et quid sibi responderent, invenire minime potuerunt. Quidam de consiliariis, confidentes in sua multitudine ac potentia,

a) exercitum *additum* 1; *fortasse legendum est* castrum. b) q̄tam. c) rogavimus 1. d) limittimus 1. e) *iterum non sequitur in* 1.

6) prope Münster in valle Gregoriana. 7) de Rappoltstein, fratri Anselmi. 8) Heinrico de Hohennac. 9) Ulrici, fratris Anselmi de Rappoltstein; cf. seriem dyn. Rapp. apud Schoepflin Als. ill. II, 613. 10) Achalm prope Reutlingen. 11) Paradies. 12) anno 1279, cf. Ann. Colm. maior. 1279 supra p. 206. 13) Erstein, ab Argentina ad meridiem.

caeteris dixerunt: *Opponamus nos ei, et possumus eum faciliter*[a] *de nostris finibus extirpare.* 1293.
Ad haec scultetus respondit: *Ego explorando castra regis fideliter circumivi, et ut mihi videtur,* Nov.
*inveni plus quam mille dextrarios, equis minoribus minime computatis. Habet insuper rex singulis septimanis atque mensibus de civitatibus homines multos, et si placuerit pauciores*[b]. *Claudet insuper rex Rhenum per principes quos habet, quod ad nos nullus poterit pervenire. Insuper claudet vestras uias vobis, quod commode non poterimus ingredi vel egredi civitatem. Praeterea, si exercitus regis requievit prope Herstein, vos singulis diebus visitabit, et quicquid extra muros fuerit totaliter devastabit. Et ut mihi videtur, si obsessi indirecte fuerimus, infra breve tempus in civitate non tertia pars pauperum remanebit. Sed si multo pauciores haberet, quam habeat, et potenter vos obsidere non posset, haec mala et maiora nobis faceret, quia possessiones nostras alienis traderet et nos sine pugna pene nostris omnibus defraudaret. Praeterea Rubiacam cum paucis hominibus obsideret; et illa propter homicidium militis Zedellarii, noviter*
*factum*[14] *in ea, sibi traderetur, et sic civitatem cum suis fautoribus*[c] *obtineret, et fautores*[d] 14
*episcopi Argentinensis deleret; et sic Rubiacum ad se devolveret, quod in perpetuum retineret.* Cum haec et his similia ponderassent, cives Argentinenses fideliter consuluerunt domino[15], quod veniam a rege quaereret et obtineret, quia si non faceret, tota sua progenies de terra breviter deleretur. Venerabilis dominus Conradus de Liechtinberc[e], episcopus Argentinen-
sis, in arto positus, dominum de Liechtinberc et comitem de Werde[16] vocavit, et cum eis 16
ad pedes regis humiliter se prostravit, ab eo veniam cum gratia postulavit. Rex misericor-
dia plenus eos hilariter exaudivit; iniunxit autem rex domino praeposito[17], dicto de Lien- 17
tinberc, et comiti de Werde, quod secum in expensis propriis pergerent, donec ampliorem gratiam ab eo ac principibus obtinerent. Hoc facto, rex ac principes ac civitatum rectores, pacem pro viribus se facturos, iuramento fideliter firmaverunt.

---

*De discordia inter regem Franciae, regem Angliae et regem Romanorum*[f]. Rex Franciae filiam suam filio regis Angliae desponsavit, et ei pecuniam multam et civitatem maritimam magnam atque bonam cum adiacentibus sibi dedit, quando eam filio regis matrimonio copulavit. Cum iuvenis iuvenculam per tempus aliquod habuisset, iuvencula viam carnis ingreditur; liberi post matrem breviter sequebantur, et pater haeres efficitur parvulorum. Cives vero civitatis, quam rex Franciae filio regis Angliae cum filia tradiderat, egre tulerunt, quod esse sub Anglicis debuerunt. Rogaverunt igitur regem Franciae, ut dominium civitatis supra memoratae quantocius per evictionem ad se redire faceret, quia vellent ei in solutione pecuniae pro posse suo voluntarie subvenire. Audiens haec rex Franciae regi Angliae mandavit, ut civitatem supra memoratam[g] . . . . . . . ., quia dare sibi vellet pro ea pecuniam competentem. Gavisus rex Angliae dedit regi Franciae civitatem sub certa pecuniae quantitate. Rex Franciae cum civitatem traxisset in propriam potestatem, regi Angliae promissa solvere recusavit. De hoc Angliae rex indignatus, regem Franciae annis pluribus infestavit.

Circa idem tempus rex Arlatensis sine haeredibus moritur, et haereditas ad regnum devolvitur Romanorum. Ruodolphus tunc temporis rex extitit Romanorum; propter nimias occupationes, quas habuit in Theutonia, ad regnum Arlatense non poterat pervenire, ut illud in propriam potestatem traheret. Intelligens haec rex Franciae, mandavit baronibus quibus rex regnum Arlatense commiserat custodiendum, ut sibi regnum in potestatem suam darent, alioquin totum regnum cum armatis hominibus devastaret. Custodes Arlatensis[h] regni regem Franciae suppliciter rogaverunt, quatinus regnum non suum deleret. Vellent enim voluntatem suam regi Romanorum demandare, et quod regnum contra voluntatem regis Franciae non possent per tempus aliquod retinere, quia posset regnum cum armatis hominibus faciliter[i] devastare. Cum haec et his similia regi Romanorum custodes regni Arlatensis demandassent, scripsit eis, quod se defenderent vel componerent sicut possent, quia secundum temporis statum non posset eis in aliquo subvenire. Haec audientes Arlatensis regni custodes, regnum regi tradiderunt tali condictione seu pacto, ut regi Romanorum

a) facilliter 1. b) *an* paratiores? c) fauctoribus *cod.* d) fauctores *cod.* e) *sic corr.* Henricus de Hertinberc 1. f) vivente rege Rudolffo *in marg. add.* 1. g) redderet *excidisse videtur.* h) Arlacensis 1. i) facilliter 1.

14) d. 18. Aug., v. Ann. Colm. maior. 1293 supra p. 220. 15) episcopo. 16) Iohannem de Werth. 17) Friderico de Lichtenberg, fratri Conradi episcopi (post episcopo Argentinensi, 1299—1306).

regnum redderet vel cum eo pacifice componeret temporibus oportunis Rex autem
Franciae, accepto regno, filiam suam cum eo matrimonio copulavit.

Audiens rex Angliae, quod rex Franciae regnum Arlatense regi Romanorum subtra-
1294. xisset atque filiae tradidisset, mandavit regi[a] Romanorum Adolfo, quod si vellet eum iuvare,
quod civitatem quam sibi rex Franciae subtraxerat recuperet, vellet eum, ut Arlatense
regnum recuperaret, cum propria persona, cum hominibus, cum pecunia fideliter adiuvare.
Audiens haec rex Romanorum, gavisus Angliae regi mandavit, quod eum vellet fideliter
adiuvare. Insuper mandavit, quod homines multos habere posset, si eis victualia ministra-
1296. ret[b]. Tunc rex Angliae misit regi Romanorum 30 milia marcarum, ut retulit qui vidit, ut
hominibus armatis necessaria ministraret. Acta sunt haec anno Domini 1296.

1297. Eo tempore rex Franciae comitem Brabancie[18] et caeteros adiutores regis Angliae pro
viribus impugnavit, et magna[c] suis intulit inimicis. Veneruntque nudi bubunes et agros
bene seminatos everterunt et semina destruxerunt; et eos propter eorum multitudinem
nullus poterat impedire Auditis his[d] rex Angliae transfretavit et ad partes nostras, id est
Aug. 29. in Brabanciam, ad adiuvandum adiutores suos in die decollationis[e] sancti Ioannis baptistae
cum quingentis navibus magnis et sex milibus militum noscitur pervenisse. Tulit et pecu-
niam multis hominibus copiosam. Tulit enim secum 7 milia librarum singulis diebus, quin-
que annis exercitui ministranda[f].

Cumque rex Romanorum pecuniam regis Angliae suscepisset, misit in civitatem .....[g]
de Alsacia milites probos, qui Gallicorum insultus pro posse impedirent. Cumque septima-
nis ...... fideliter laborassent. et impetum Gallorum fideliter impedissent, cives eos odire
ceperant, quia filias et uxores carnaliter dilexerunt. Cives de communi consilio regi Fran-
ciae mandaverunt, quod si vellet eos de inimicis suis, id est hospitibus[h], quos rex Roma-
norum in civitatem suam ob tuicionem collocaverat, interficere vellent ipsos eos, eisque
interfectis, et civitatem suam in ipsius traderent potestatem. Rex Franciae respondit:
*Facite quod dicitis, et vestram voluntatem in omnibus adimplebo.* Tunc cives dixerunt: *Domine,
tali die milites vestros ad nostram civitatem dirigatis, et nos hospites nostros ad vos exire facie-
mus, et ipsis captivatis vel interfectis, ad nostram civitatem veniatis, et eam in vestram dabimus
potestatem.* Cives quae[i] praeordinaverunt per omnia compleverunt. In hac interfectione
occisus est dominus Theobaldus, miles, iuvenis, virtuosus, filius filiae comitis Phyrretarum
et filius Conradi Wernheri de Hadtstat cum aliis gloriosis. Post haec rex Franciae civitati
novos praepositos atque magistratus praefecit, eisque dicebat: *Omnes maiores huius civita-
tis, quod[k] mihi non sua dederunt et dominum suum spoliaverunt, morte digni sunt; mihi quoque
cras idem facient[l]. Unde perfidos capiatis, resque eorum confiscetis[m], eosque de medio tollatis,
et civitatem funditus evertatis.* Et fecerunt, et regis voluntatem subito compleverunt.

Rex Romanorum volens adiuvare regem Anglorum, in Alsaciam perrexit, dominum
c. Sept. 8. Theobaldum comitem Phyrretarum advocatum terrae constituit, et ad inferiores partes
descendere festinabat. Cum autem in Selecistat pervenisset, dicebatur ei, quod episcopus
Argentinensis insidias sibi posuisset, et quod regem Franciae iuvare vellet. Per partes
episcopi descendere non audebat; in Brisacum vero rex se[n] transtulit, et in navi cum
paucis descendit, in Germirsheim pervenit, et sic de manibus episcopi se defendit.

Hiis gestis, mandavit rex comiti Phyrretarum, advocato terrae, quod regem Franciae
fideliter impugnaret, quia et ipse eum vellet in inferioribus partibus impugnare. Quod et
fideliter adimplevit. Congregavit enim exercitum magnum, perrexit ad Gallos et eos atro-
citer infestavit. Cognati sui venerunt, eumque suppliciter rogaverunt, ut eos a suis pro-
prietatibus non deleret; insuper quinque millia librarum sibi Tullensium porrexerunt. Ipse
eorum precibus acquievit et ad propria rediit festinanter.

Rex Romanorum cum de Alsacia pervenisset ad terram inferiorem, congregavit exer-
citum, ut cum rege Angliae terram regis Franciae pro viribus demoliret[p]. Audiens haec
19 papa[19], compassus hominibus, timens eorum occisionem, misit duos legatos et magistrum
21 ordinis fratrum Praedicatorum[20], et magistrum ordinis Minorum[21] ad reges supra memo-

a) regi *deest* 1. b) ministrare *cod.* c) damna *seu* detrimenta *excidisse videtur.* d) haec *cod.* e) decollatione *cod.* f) ministrandam *cod.* g) in civitatem misit *cod.* h) liberare *excidisse videtur.* i) quae *addidi.* k) quod *addidi.* l) faciunt *cod.* m) confiscatis *cod.* n) se *addidi.* o) attrociter *cod.* p) demolliret *cod.*

18) immo Flandriae, Guidonem. 19) Bonifacius VIII. 20) Nicolaum Bocasinum, cf. supra p. 230 n. 99. 21) Iohannem de Muro; ministrum generalem ord. Minorum ab a. 1296 ad a. 1302, v. Wadding Ann. Min. II, 662. III, 6. Cf. Bonifacii ep. d. d. 25. Aug. 1297 apud Rymer Foed. II, 877.

ratos, ut inter eos ad tempus facerent pacem vel simpliciter concordarent. Cardinales cum 1297.
duobus magistris ordinum litem regum quibusdam nobilibus commiserunt, ut ipsi infra
annum compositionem amicabilem invenirent, quam dominus papa postea confirmaret.

---

Anno Domini 1297. comes Fryburgensis[22] cepit ante festum sancti Martini plus quam 1297.
40 colonos imperii fraudulenter divites et honestos. Ex hiis fame quosdam perire sine ante Nov. 11.
omni gratia faciebat. Ex hoc advocatus Alsacie, comes Phirretarum, civitatibus imperii
mandavit, quatinus ad ipsum prope Brisacum pervenirent, imperii pauperes vindicare et
res comitis Fryburgensis pro viribus devastare. Qui circa festum sancti Martini plures c. Nov. 11
valles fortes, quas exercitus nullus unquam invaserat, intraverunt et fodinas argenti destru-
xerunt et cultores eorum coegerunt. Ad Friburgenses venerunt, sed eos ledere noluerunt,
quia cum ipsis pacem habere fideliter promiserunt. Paurn-villam duorum dominorum ledere
noluerunt, sed ipsi inter se litigantes[a] post recessum civitatum totaliter destruxerunt.

Anno Domini 1298. circa purificationem beatae Virginis pauperes quinque mercatores 1298.
Argentinenses Hagioniam transiverunt; quos cives ceperunt et Argentinensibus reddere c. Febr. 2.
noluerunt. De consilio autem venerabilis domini episcopi Conradi de Lietinberc Hagioniam
obsidere firmiter proponebant. Deliberatione super hoc facta, misit episcopus Argentinen-
sis Columbariensibus literas, continentes quod cives Argentinenses Hagioniam obsidere
proponerent, propterea quod cives eorum cepissent et eos reddere noluissent: *Ego vero
quia fidelitatem eis servare promisi, non eos audeo relinquere in hac parte*[b]*, nec propter hoc
volo imperialem invadere potestatem.* Columbarienses vero domino episcopo mandaverunt:
*Amici vestri fuimus semper, sumus et esse volumus, in nullo vos ledere cupientes. Si autem
dominus noster vos ledere*[c] *et nos in adiutorium suum vocare voluerit, ipsum adiuvabimus
diligenter, vestram super hoc indignationem minime formidantes.* Cives Argentinenses 5. Idus Febr. 9.
Februarii, ut obsiderent Hagioniam, communiter exiverunt, et prima nocte in via media
pernoctabant, et sequenti die cum hominum multitudine pervenerunt. Cum igitur civitatem Febr. 10.
paucis diebus obsedissent et duo per ignem suburbia delevissent, et aliquos homines occi-
dissent, tunc quidam de Hagionia multitudinem civium Argentinensium intraverunt et quos-
dam vulneraverunt, aliquos occiderunt et ad propria redierunt.

Audiens haec comes Phirretarum, imperii civitates convocavit, et villas cum vallibus
Argentinensis episcopi cum multis millibus hominum devastavit. Vallem et Sultzmatin
igni tradidit. In festo sancti Valentini et burcgravius castrum suum in eius tradidit pote- Febr. 14.
statem. Cimiterium in Gebiliswire[23] destruxit et vinum ex vasis effudit, et cimiteria Mors- 23
wilre[24] et Vochilishofen[25] destruxit. Cives vero in Eginsheim suburbium suum proprium 25
exusserunt. Suburbium rubeum Rubiacense delevit et villam Suntheim et domum domino-
rum de domo Theotonica, scilicet hospicium advocati imperii, bubones incenderunt, et a
suis defendere non valebant. Post haec ad Sanctam-crucem perrexerunt, silvam praecide-
runt et castrum cum multitudine hominum obsederunt. Post tribuccum[d, 26], turrim altitu- 26
dinis . . . . ligneam, fecerunt et ad fossatum cum violencia pertraxerunt. Videntes interiores,
quod castrum defendere non valerent, castrum cum quibusdam condictionibus voluntarie
tradiderunt. Post haec episcopus Argentinensis intellexit in Rodisheim ortam seditionem,
venit cum hominibus ad unam portam, et una parcium sibi tradidit civitatem.

---

Quidam[e] ex principibus electorum regis, scilicet dominus archiepiscopus Maguntinus 1297.
et dux[f] Saxonie et dux de Brandiburc, videntes quod Adolfus rex Romanorum nollet regnum
secundum eorum regere voluntatem, taliter sibi mutuo loquebantur: *Adolphus rex pauper
est in rebus pariter et amicis; stultus est; regnum sub eo breviter deficiet in diviciis et honore.*
Tunc unus eorum dixit: *Necesse est eius solutio procuretur.* Alter dixit: *Mittamus duci Austrie
defectus regis, rogantes*[g]*, ut ad curiam nuncios mittat; literas nostras cum defectibus regis
secum deferant*[h]*, eius absolutionem promoveant diligenter. Dicatur etiam duci, quod, ut rex*

a) littigantes 1. b) volo *sequitur in cod.* c) voluerit *sequitur in cod.* d) *sic scripsi pro* triburium. e) Quidam — nuntii regis ad propria redierunt *leguntur* 1. *f.* 128′—129′. f) dūs 1. g) roganter 1. h) deferat 1.

22) Egino. 23) Gebersweiler. 24) Obermorschwihr prope Herlisheim, a Colmaria ad meridiem. 25) Vögtlinshofen inter Herlisheim et Sulzbach. 26) machinamentum oppugnatorium.

1297. *noster efficiatur, omnes in eum pariter consentimus.* Tertius dixit: *Sanum hoc consilium subito compleatur.* Principes hii duci Austrie voluntatem suam[a] subito transmiserunt. Dux Austrie, literis his ac nunciis visis, gavisus est valde.

27 Post haec misit dux Austrie cognato domino, comiti[27] de Hegirloch, literas ac nuncios, mandans sibi, quatinus ad ipsum veniat festinanter. Comes Burghardus[28], cognatus ducis, voluntatem voluntarius adimplevit. Comes Burghardus cum ad ducis presentiam pervenisset, dicebat: *Domine, ecce adsum; quid placet ut faciam?* Qui dixit: *Cognate, ecce sedecim milium marcarum pecuniam suscipias, Romam velociter pergas, et literas principum electorum regis, quas pro regis electione pape transmittunt, ut sigillentur promoveas diligenter.* Qui iussa Romam adiens[b] complevit[b], pape cardinalibusque causam, pro qua venerat, recitavit. Qui, ut dixit, literas quasdam tradiderunt, et ad propria pergere permiserunt. Tenorem literarum omnis homo simpliciter ignoravit. Hae litere pape supradictis electoribus regis subito transmittuntur.

1298. Principes, his visis literis pape, convenerunt, et colloquium seu curiam in festo sanctorum Philippi et Iacobi[29] pro regni negociis edixerunt, et regem Adolphum et ducem specialiter vocaverunt.

Audiens hec Adolphus rex, nuncios misit ad curiam, ut literas ducis Austriae seu principum[c] electorum regis irritas facerent aut delerent. Cum nuncii regis ad curiam pervenissent et pape regis negotia revelassent, taliter respondebat: *Neque dux Austrie neque principes aliqui petitiones aliquas porrexerunt. A me nullas literas poterant obtinere. Si autem litteras aliquas obtinuerunt, hoc per me non fecerunt, quia hoc dico[d] me penitus ignorare. Et verbis meis credatis dicatisque secure regi, quod veniat ad me et ipsum in caesarem consecrabo.* Auditis his, nuntii[e] regis ad propria redierunt.

30 Comes[f] Albertus[30] de Hegirloch, cognatus ducis Austrie, cum litteras, obtentas in curia, duci demonstrasset et easdem postea principibus electoribus regis tradidisset, civitatibus quae sunt in Suevia damna multipliciter inferebat. Quod cum per tempus sustinuissent et defendere minime potuissent, convenerunt et coniuraverunt, fidelitatem sibi mutu m promiserunt. Post haec simul egressi castellum quoddam pariter obsederunt[g], violenter obtinuerunt et totaliter destruxerunt. Post hec civitates, de . . . . . . . . plurimum confidentes, audaces effecte[h] res comitis Burcardi viriliter impugnabant, expugnatisque quattuor castellis, funditus everterunt; eum de rebus propriis fugere coegerunt.

Mart. Dux Austriae vocatus a principibus[i], cum infinita hominum multitudine, Ungarorum atque Cumanorum, qui omnes pugnare cum sagittis et arcubus consueverunt. Habuit secum Australes, qui armis ferreis utebantur.

Inde rex Adolphus Romanorum contra ducem Austriae, cum magna multitudine venientem, in occursum currit etiam cum hominibus armatis, cum multitudine copiosa; ex quibus armati reputabantur, qui cassias ferreas in capitibus habebant, et qui wambasia, id est tunicam spissam ex lino et stuppa vel veteribus[k] pannis consutam, et desuper camisoam ferream, id est vestem ex circulis ferreis connexam, per quae nulla sagitta arcus poterat hominem vulnerare. Ex hiis armatis centum inermes mille ledi timuerunt. Habebat et multos, qui habebant dextrarios, id est equos magnos, qui inter equos communes, quasi Bucephalus Alexandri inter alios, eminebant. Hii equi cooperti fuerunt coopertoriis ferreis, id est veste ex circulis ferreis connexa[l]. Assessores dextrariorum habebant loricas ferreas, habebant et caligas, manipulos ferreos et in capitibus galeas ferreas splendidas et ornatas, et alia multa quae me teduit enarrare. Exercitus regis invadere ducis exercitum

April. voluntarie voluisset, si locorum oportunitas affuisset. Dux fugiendo ab Ulma usque Waldishuott regis exercitum derelinquit; et[m] rex eum persequi desistebat.

Post haec significavit dux Austriae tribus[n] principibus electoribus regis, quod ad[o] colloquium, quod condixerant in festo sanctorum Philippi et Iacobi prope Frankinfurt, propter impetum regis Romanorum non posset commode pervenire; quapropter rogavit, ut haec in alteram[p] transferrent. In hoc subito consenserunt. quia et tribus[q] vicibus transtulerunt.

a) voluntate sua 1. b) adiit 1. c) principes 1. d) dic 1. e) nunciis 1. f) Cones 1. g) obsederent 1. h) effecti 1. i) profectus est *excidisse videtur.* k) vetibus 1. l) connexi 1. m) Ex 1. n) tirbus 1. o) ad *addidi.* p) diem *excidisse videtur.* q) tribubus 1.

27) Alberto, poetae amatorio, de quo cf. Hagen Minnesinger I, 63. IV, 83. 28) immo Albertus. 29) d. 1. Maii 1298. 30) Sic recte hoc loco nomen comitis in cod. legitur.

Exeunte duce Austriae terram suam, venit ad eum dux Bavariae[31], frater[32] suus; taliter amicabiliter loquebatur dixitque: *Socer meus*[33] *petivit a me, quatinus eum in necessitatibus cum suis fideliter adiuvarem. Ego vero, ut me decuit, exaudivi. Rogo te, quatinus me nunc in hoc casu*[a] *teneas excusatum.* Dux dixit: *Frater mi, adiutores habeo multos; unde fac, sicut tibi videbitur expedire.* Audiens haec comes Burcardus, cognatus ducum, dixit consanguineo: *Scias, cognate, quia socerum me contradicente non poteris visitare. Si vero socerum*[b] *tuum visitaveris, manu tibi valida contradicam.* Dux Bavariae plus quam 300 milites acquisivit, ad socerum[c] suum Adolphum regem Romanorum versus Alsaciam declinavit. Occurrit autem ei cognatus suus, comes Burcardus de Hegirloch, cum militibus multis; ducem cognatum suum capere nitebatur[d]. Milites vero ducis ipsum fideliter defenderunt. Post longam concertationem comes Burcardus laesus de dextrario cecidit. Videntes rustici suum dominum cecidisse, ad ipsum convenerunt, multos dextrarios perfoderunt, ut dominum suum a mortis periculo liberarent. Milites videntes, se dextrarios amisisse, subito convenerunt, rusticos gladiis invaserunt et pene trecentos occideruut, plurimos vulneraverunt; reliqui perterriti, ducem Bavariae pergere quo voluit libere permiserunt. Comes vero Burcardus de Hegirloch obiit cum caeteris interfectis. 1298. Apr. Apr. 17.

Cum dux Austriae in Waldishoch[34] in oppidum pervenisset, rex Adolphus declinavit in Alsaciam, volens duci viam praecludere descendenti. Dux audiens, regem Adolphum in Alsaciam descendisse, in Friburgum et ipse subito declinavit. Cives autem Friburgenses ipsum intrare civitatem cum armatis hominibus renuerunt. Adolfus rex intelligens, ducem Friburgum pervenisse, castellum Kencingin perrexit duci viam obstruere descendenti. Dux intelligens, in Kencingin se regem transtulisse, descendit et ipse ac sua tentoria prope regis tentoria collocavit. Exercitus sibi mutuo loquebantur, sed ad se pervenire propter aquae transitum non valebant[e]. Regis exercitus penuriam panis interdum paciebatur, quia civitas Brisacensis et Columbariensis pistare panem sufficientem exercitui non valebat. Hiltibrandus dapifer de Bappinheim, vir iuvenis, fortis, nobilis ac dives de exercitu regis, fratrem visitans in treugis de exercitu ducis, occiditur fraudulenter, circa Kalendas Maii; per fratres Praedicatores in Columbariam ducitur et apud eosdem solenniter sepelitur. Apr. 27. Dominus de Bercheim, et dominus de Haginechi, ductores bigarum 16, quae exercitui necessaria portabant, ab inimicis supervenientibus capiuntur.

Cum rex Adolphus cum exercitu grandi pene diebus 14 prope Kencingin quievisset, nihilque fuisset notabilium perpetratum, emit a domino Uosinberch castellum Kencingin, obligans ei Vallem sancti Gregorii, cum castro Blixperch[35], ut posset habere liberum adi- 35
tum ad ducis exercitum veniendi. Audiens dux, treugas ratione componendi peciit, et unius diei inducias impetravit. Dux circa principium noctis illius cum militibus suis versus Rinaugiam declinavit, et ipsos alii silenter atque velociter sequebantur. Circa diem castra pauperes succenderunt et post suos dominos velociter abierunt. Ducis tabernaculis succensis, quidam ex militibus regis ducis pauperes persequi voluissent, sed alii dissuaserunt, quia in treugis et pacis tempore recesserunt. Insuper dicebant: *Hac nocte ducis milites quieverunt, et nos cum ad eos lassi dispersique venerimus, nos sine labore capient universos.*

Post haec in Argentinam dux pervenit et exercitum suum pro magna parte propriis pavebat expensis; ibique et circa septimanis quinque quievit, quia neque ad dextram neque ad sinistram potuit commode declinare. Post haec cum paucis ad dominum archiepiscopum Maguntinum descendit, et exercitus eius eum sicut potuit sequebatur. Audiens rex, ducem cum paucis Maguncìam pervenisse, Rubeacensem reliquit[f] obsidionem, in Brisaco Rhenum transivit, et ad inferiores partes venire quanto plus potuit festinavit. Mai. Iun. Iun. 11.

Cum dominus Albertus dux Austriae de Argentina recessisset, duxit secum 30 naves bonis quibusque operatas, quas ibi si non obtinuisset, in inferioribus partibus obtinuisse minime potuisset. Civitates enim sibi necessaria vendere noluerunt. Obsedit autem dux Alcinache[36] castellum; illique se sub condicione tradiderunt, ut si infra octo dies . . . . . . ., 38
liberarentur, si non, quod in potestatem ducis libere transferrentur[g]. Rex haec intelligens descendit, ut obsessos restitueret pristinae libertati. Tanta autem fuit in ducis exercitu

a) *iterum* me *sequitur* 1. b) socrum 1. c) socrum 1. d) nitentebatur 1. e) valebat *cod.* f) reliquid 1. g) transferentur 1.

31) Rudolfus I dux Bav. sup. 32) immo filius sororis Alberti ducis. 33) Adolfus rex. 34) Waldshuth. 35) Pflichteburg, Plixburg. 36) Alzey, a Moguntia ad meridiem.

1298. carista, quod panis vix valens denarium[a] pro sex denariis vendebatur. Audiens rex Adolphus, Albertum ducem Austriae descendisse et castellum Alcinache fratris ducis Bavariae[b] obsedisse, tunc et ipse descendit et prope Alcinache sua tentoria collocavit. Tantae autem potentiae ac multitudinis exercitus regis extitit, quod ducis exercitum faciliter[c] vicisset, si eum sui dolosi, ut dicebatur, consiliarii permisissent.

Iul. 1. In octava autem sancti Ioannis baptistae archiepiscopus Moguntinus et dux Austriae in penuria fuerunt, quia civitates imperii eis necessaria vendere noluerunt. Tunc ad invicem
Iul. 2. dixerunt: *Aliquantulum fugiamus, ut inimicos vincere valeamus.* Tunc dominus archiepiscopus suos armare se fecit ad dimidium miliare, ibique ducis exercitum expectare. Dux vero suis dicebat: *Praeparate vos ad pugnandum atque ad recedendum.* Cumque se praeparassent, recesserunt atque tabernacula succenderunt. Dux processit a loco, quo tentoria fixerat, ad dimidium miliare, volens ibi cum regis exercitu dimicare.

Videns exercitus regis castra ducis succensa, consiliarii regis subito venerunt, ducis gesta secundum quod apparuerunt fideliter retulerunt, dixeruntque: *Dominus archiepiscopus cum suo commitatu hodie mane de ducis exercitu recedebat; nunc dux, sicut fecit in Kencingin, sic et nunc facere disponit, et animam suam atque suorum cogitat a mortis periculo liberare.* Rex credens consiliariis infidelibus tanquam fidelibus, acquievit. Rex suis arma sumi praecepit, fugientes persequi fideliter adhortatur. Rex cum paucis primus paratus[d] ad praelium ducem cum paucis sequitur confidenter.

Dux videns regem cum paucis venientem, securus de victoria dicebat: *Exercitus meus in tres partes dividatur et regis exercitus ad medium mei venire sine obstaculo permittatur. Cum autem in nostra pervenerit, a nostris circumdetur; et rex in primis capiatur vel velociter occidatur; equi inimicorum lanceis perfodiantur, assessores eorum sine laesione corporum capiantur.* Sicut dux suis dixit faciendum, sic omnia fideliter perfecerunt. Ad bellum dux cum signo peregrino processit, proprium vero suum pluribus committebat. Rex vero sub signo proprio dimicavit, malens sub signo proprio capi vel occidi quam inimicis tradere sanguinem innocentum. Cum rex cum suis ad ducis exercitum pervenisset et ducis exercitum in tres partes divisum et ad praeliandum non fugiendum consyderasset, dixit eum sequentibus cum dolore: *O fel amici nostri, immo potius[e] inimici, manibus inimicorum nostrorum sine misericordia nos[f] tradiderunt. Si enim fugiemus, omnes perditi sumus; si vero*
36 *pugnaverimus, quis rei eventus eveniat, penitus ignoramus.* Tunc dixit filio suo[36]: *Recede a me, quia inimici mei non me vivere patientur.* Tunc filius dixit: *Pater, quocunque perrexeris, ero tecum in mortem pariter et ad vitam.* Rex cum signis regis atque vexillo regis, cum militibus melioribus, quos secum habuit, ad vexillum ducis sine pugna et obstaculo pervenerunt. Occurrit primo regi ferens insignia ducis, quem ferociter aggreditur et velociter interfecit. Occurrit et alter regi, qui per interfectionem regis magnam pecuniam deservisset; hic gladio regem petens, in ipsum irruit vehementer. Cum hoc rex diutius dimicat, tandem ipsum vulneravit; qui de equo cecidit et ab equorum pedibus conculcatur. Post haec regem plures pariter invaserunt, de quibus omnibus, ut homo desperatus, viriliter se[g] defendebat. Tandem equus regis in anterioribus pedibus vulneratur; tunc rex et equus pariter ceciderunt. Post haec rex percutitur atque vulneratur, et sic in Domino requievit.

Dux suis praecepit, quod praeter regem nullus hominum laederetur, sed tantum equi mortis supplicio traderentur[h]; quod fuerunt fideliter executi. Interfecti fuerunt 2035 ut quidam retulerunt. Alii dixerunt, quod equorum interfectorum fuerunt tria millia computata[i], ex hominibus occisis fuerunt centum et non amplius computati. Excoreati fuerunt ipso die omnes equi, ut plurimi retulerunt.

---

Iun. 23. 1298. In vigilia[k] nativitatis sancti Iohannis baptiste, cicli lunaris[l] septimo[37], tres electores regis Romanorum, scilicet dominus archiepiscopus Moguntinus, marchio Brandiburgensis, dux Saxonie, in Moguntia convenerunt, campanas compulsaverunt, populum convocaverunt, quedam que fecerant, quedam facienda fideliter retulerunt. Ascenderunt

a) denerium 1. b) Bavariae *addidi.* c) facilliter 1. d) paratis 1. e) pecius 1. f) nos *add. Urstisius.* g) se *add. Urstisius.* h) tradentur 1. i) computati 1. k) In vigilia — et in omnibus paruerunt *leguntur* 1. *f.* 134; *praemissa sunt verba haec:* Hic est alius sexternus. l) lunari 1.

36) Ruperto. 37) sc. anno.

igitur ambonem ecclesie[a]; facies suas vertentes ad altare, manus suas elevaverunt, per 1298.
Deum viventem iuraverunt: quod ante sex annos regnum rege caruerit Romanorum . . . . . Iun. 23.
*Nos[b] igitur electores tres ex parte nostra et ex parte aliorum electorum, scilicet . . . . . . . . . . qui[c] in nos eligendi vota sua transtulerunt, iure ac canonice Adolphum de Nassouwe, tunc non cognoscentes meliorem, in regem elegimus Romanorum.* *Post electionem suam Adolphus rex sapienter se tenuit, electoribus atque prudentibus acquievit[d]; post breve tempus sapientum consilia sprevit, iuvenum consiliis acquievit et regenda minime terminavit; divicias per se non habuit nec amicos, qui eum vellent fideliter adiuvare. Electores, videntes hos defectus regis et plus quam 20 alios, pape significaverunt, rogantes suppliciter, quatinus ipsum nobis daret[e] auctoritatem[f] absolvendi et alium confirmandi* — id optinuerunt, ut a pluribus dicebatur; nuncii vero Adolphi regis dixerunt, quod his papa simpliciter contradixit — *ipsius[g] igitur auctoritate[h] nobis[i] commissa, Adolphum regem insufficientem invenientes, absolvimus eum a regiminis dignitate; et dominum Albertum, ducem Austrie, in dominum et regem eligimus Romanorum et potestate nobis tradita similiter confirmamus.* Et *Te Deum laudamus* solenniter cantaverunt. Deinde[k] quia dux presens non aderat, extra civitatem ad tabernacula perrexerunt, et ibi pannum[l] preciosum supra equum proiecerunt regemque supersedere desuper preceperunt, et *Te Deum laudamus* cum magna leticia cantaverunt.

Civitatum cives hunc regem deriserunt et ei nullatenus parere voluerunt eique vendere necessaria renuerunt. Regem Adolphum pro rege tenuerunt et ei necessaria prebuerunt,
ei fidem huc usque, ad ipsius obitum, tenuerunt. Post mortem Adolphi regis civitates do- Iul. 2.
minum Albertum, ducem Austrie, electum regem a principibus, subito pro suo domino receperunt, et ei[m] in omnibus paruerunt.

6. Nonas Iulias Adolphus rex interficitur.

Regis Romanorum dapifer[n] palatinus, pincerna rex Boemie, iudex dux, prepositus camere marchio;

versus { Inde: palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna Boemus.

Omnia camerarius regis sibi vendicavit libere.

[o]Rex Romanorum Albertus in octava Martini in Nůrinberc curiam solempniter[p] cele- Nov. 18.
bravit, ibique regina[38] more debito coronatur, et pene omnes electores presentes extite- 38
runt; et ibi dignitas cuiuslibet domini coram rege solenniter recitatur, et quilibet dominorum regi in officio suo sicut debuit ministravit. Rex vero Boemus[39] cum pretiosissima veste et equo, qui ad mille marcas estimabatur, sedens vinum[q] in scypho aureo sibi porrexit.

Audiens venerabilis dominus[r] Albertus rex Romanorum, quod pater suus Rudolfus[s] rex[t] Romanorum, in die anniversaria sua ut eius haberetur memoria, minime contulisset, contulit eis 50 librarum redditus, ut in altari, quod in ecclesia eorum construxerat, cottidie . . . . . . . . dicerent aut cantarent.

Comes* de Hollandia[40], vir iuvenis et fortis, habens in matrimonio sibi coniunctam 1299.
iuvenculam nobilem ac facundam[41], hii ad mensam pariter sederunt hilares et iocundi. Hi toxico perierunt pariter innocentes. Horum comitatum usurpavit sibi comes Hanogogie[42] velociter et potenter. Haec audiens venerabilis dominus Albertus rex Romanorum, mandavit comiti Henigogie, quod has res contra iusticiam possedisset, et eas dare sibi libere postulabat. Comes hec facere simpliciter recusabat. Hiis rex Albertus auditis exercitum 1300.
congregavit et comitem obsidere velociter cogitavit. Cum rex prope Coloniam cum exer- Aug.
citu pervenisset, quidam ex suis benigne eum[u] magna fraudulentia receperunt; eum interficere voluerunt. Haec cum[v] quidam ex consanguineis regis intellexissent, et statim miserunt ei nuncium: *Nisi ad nos ante prandium veneris, in prandio morieris.* Hec rex cum

* *In cod. fol.* 130 *leguntur haec:* Anno Domini 1300. comes Holandie cum uxore sua in prandio
intoxicantur. Albertus vero rex Romanorum, existens in Turego ante festum sancti Iohan- ante Iun. 24.
nis baptiste cum regina, haec intelligens exercitum congregavit et velociter descendit, ut comitatum Holandie in propriam traheret potestatem.

a) ambo in ecclesiam 1. b) Hos 1. c) que 1. d) aquievit 1. e) dare 1. f) authoritatem 1. g) ipsos 1. h) authoritate 1. i) vobis 1. k) De 1. l) penum 1. m) ei *addidi.* n) *sequitur* dux Saxonie 1. o) 1297. 1. p) solenempniter 1. q) vinum *add. Böhmerus.* r) *sequitur* rex *in cod.* s) *sequitur lacuna quorundam verborum* 1. t) rex *add. Urstisius.* u) cum *cod.* v) cum *addidi.*

38) Elisabeth. 39) Wenceslaus II. 40) Iohannes I, qui obiit d. 11. Nov. 1299. 41) Elisabetham, filiam Eduardi I regis Angliae, quae obiit a. 1316. 42) Iohannes comes Hannoniae.

1300. Aug. audisset, ascendit dextrarium et fugit velociter ad cognatos. Pauci autem ex suis, quos rex vocavit, velociter sequebantur; et postquam ad suos pervenit, fuerunt insidie patefacte. Hiis sic gestis, vocavit rex suos, eisque dicebat: *Ad terram meam redire dispono et quo mihi*[a] *perveniam consulatis.* Qui dixerunt: *Cum multitudine militum potestis terram vestrorum inimicorum velociter pertransire.* Rex militibus dicebat: *Preparate ergo vos ad*[b] *me ad meos cum potentia perducendum.* Qui dixerunt: *Domine, deficiunt nobis expense, et ideo vobiscum pergere non valemus.* Rex dicebat: *Dabo vobis mille quingentas marcas, ut me ad propria perducatis.* Milites dixerunt: *Voluntarie faciemus.* Ascenderunt milites dextrarios suos et regem ad suos cum letitia perduxerunt; et cum pervenisset, dedit militibus pecuniam quam promisit.

1301. Cum regi visum fuisset, quod Rhenum potenter teneret, et se confirmatum crederet, mandavit domino archiepiscopo Moguntino, archiepiscopo Coloniensi atque ceteris accipientibus thelonium supra Rhenum, ne incurrerent indignationem regie maiestatis. Episcopi regi responderunt: *Thelonea nostra longo tempore debite ac ante accepimus, et antecessores nostri longo tempore receperunt, et reges Romanorum minime turbarunt. Unde et nos hec thelonea nolumus voluntarie resignare.* Rex his auditis mandavit[c] domino pape, quod domini archiepiscopi super Rhenum fluvium per theloneum iniustas exactiones facerent et totam terram graviter perturbarent. Episcopos papa corrigere tardavit; sed rex tamen quomodo eos cum[d] suis corrigeret[e], cogitavit. Rex de consilio suorum eos diffidavit. Non post multum temporis rex in Moguntiam coram quibusdam principibus super futuris gravaminibus solenniter appellavit.

43 Eodem tempore filii sororis regis[43] et ducis Bavarie[44], scilicet Rudolphus et Otto[45], litigabant[f] inter se pro dominio, et senior iuniorem de paternis possessionibus expulit violenter. Tunc iunior se contulit ad regem Romanorum, senior vero confoederavit se episcopo Moguntino. Iunior rogavit regem Romanorum, ut eum secundum iusticiam promoveret. Dixit ei rex: *Accipe tuos amicos, et ego mitto tibi de meis hominibus, et fratris obsideas civitatem.* Cui iunior voluntatem suam, regis, voluntarius adimplevit. Cumque dux Ottho civitatem . . . . . . . . diebus pluribus obsedisset, nec dominus archiepiscopus liberare potuisset, venit dominus rex Romanorum et civitatem potenter obsedit, et quia quasi obtinuit violenter. Cumque dux plures munitiones perdidisset, et liberare eam minime[g] habuisset, tunc regi res et corpus simpliciter conferebat. Rex vero inter fratres, ut placuit, dividebat. Existens autem in obsidione rex res domini archiepiscopi Moguntini potenter invasit, et multas civitates et villas dicebatur in cinerem redegisse.

Aug. Post haec acceptis illorum ducum duorum hominibus, ad civitatem quae dicitur Bingin cum letitia se[h] transferebant. Cum eam obsedissent, misit eis rex Francie Gallicos multos, qui civitatem viriliter impugnabant; tamen inter omnes nationes illi de Alsatia laudabilius faciebant. Erat enim haec civitas munita valde: habebat enim ex una parte aquam, id est Rhenum magnum, qui habebat periculum grave, per quod et naves magne sine periculo
46 non poterant pertransire; habebat ex altera parte aquam[46] magnam, quam sine navibus sine periculo non poterant[i] pertransire; in tercia parte sui habuit castrum forte in lapide situm, quod non poterat subfodi nec expugnari sine laboribus maximis et expensis; in quarta parte habebat fossatum[k] profundum, murum fortem et altum, portam et turrim[l], quae non poterat[m] faciliter[n] expugnari; habebat homines fortes et electos, quinque comites et electos eorum, qui exercitati fuerant in preliis, et alios quingentos, qui si in campo plano fuissent et circa se sepem habuissent, ab infinita multitudine diucius defendissent. Habebat autem homines rex nimios; erant tot, quod[o] antiqui patres dixerunt, quod nunquam viderint talem ac tantam miliciam congregatam. Servorum autem pauperum, qui dicuntur bubii, tanta fuit multitudo, quod regi dicebant: *Domine, date nobis res, que sunt in civitate, et nos*[p] *vobis eam trademus*[q] *sine lesione ac detrimento in vestram liberam potestatem.* Rex hoc renuit facere, ut res inimicorum suorum ad libitum devastaret[r].

Expugnavit autem civitatem hanc rex per duo vasa concava, quae faciebant artifices sapientes. Unum vas catta vocabatur[s], aliud cancer fuit ab artificibus nominatum. Erant

a) *fortasse* et quomodo ibi perveniam. b) ad *addidi.* c) *sequitur* rex 1. d) cum *add. Bōhmerus.* e) corrigit 1. f) littigabant *cod.* g) nomine *in marg.* 1. h) se *addidit Urstisius.* i) poterat 1. k) fossum 1. l) *sic corr. Bōhmer.*, terram 1. m) poterit 1. n) facilliter 1. o) quot 1. p) nobis 1. q) *iterum* eam *sequitur* 1. r) devastare 1. s) vocabat 1.

43) Mechtildis. 44) Ludevici II. duc. Bav. sup. 45) immo Ludewicus. 46) Nahe fluv.

hec vasa longa, quadrata, demissa, ex omni parte laterum clausa per asciola pariter et 1301. aperta. Vasa haec versus terram nullum munimen habebant, sed versus celum tectum de Aug. tabulis fortibus ac spissis et lignis parvis tectum habebant, quod machinarum lapides minime metuebat. Habuit ergo rex Albertus, rex Romanorum, hominum genera multa, que laudabiliter pugnabant; sed Alsatici laudabilius faciebant. Per duo autem vasa supra memorata fuit civitas faciliter expugnata. Catta enim leve vas erat et faciliter trahebatur. Cum hoc vas ad civitatem fuisset perductum, signa[a] quedam pro pedibus sibi fecerunt, ut ad murum per fossatum[b] possent faciliter pervenire. Et cum ad murum pervenissent, iuvenes de civitate egressi catte pedes reciderunt[c], in fossatum cadere coegerunt. De hoc rex fuit non modicum perturbatus. Post hec cancrum ad civitatem cum laboribus perduxerunt. Fuit enim cancer instrumentum magnum, forte, pariter ponderosum. Fuit etiam in hoc cancro traps magna, pariter longa, in una parte grossa, in altera parte parva; in grossiori parte sive in capite fuit ferro forti fortissime circumdata[d], et in fronte ipsius cancri ferro fortissime colligata. Trabs hec supra quaedam instrumenta iacuit, quod faciliter movebatur. Hic cancer cum ad murum pervenisset, in circulos qui in trabe erant funes immiserunt[e], ex paucis ictibus cum iecissent pro magna parte cadere coegerunt[f]. Cum uno ictu murum tetigerunt, cum pro magna parte caderet[g]. Uno etiam ictu turrim tetigerunt et in tantum leserunt, quod ruinam fortissime minabatur.

Hospites videntes murum cecidisse, timuerunt, et omnes machinas et instrumenta quae fecerant ad defendendam civitatem, velociter destituerunt[h], et in castrum se cum festinancia receperunt. Post haec cives se[i] cum paucis conditionibus tradiderunt; quod et Sept. 25. 26 circa principium libentissime fecissent, si eos hospites permisissent.

Cum obsessa civitas fuisset, scultetus hospitibus dicebat: *Vos domini, quid oportet nos facere? Melius erit, ut hoc faciamus, quamdiu res et corpora possidemus, quam cum nostris omnibus pariter pereamus.* Tunc hospites pariter irruunt[k] et eum[l] miserabiliter occiderunt.

Fuerunt hic equi fallerati seu dextrarii seu militum praeter aliorum hominum duo milia ducenti in hoc exercitu numerati. Hominum autem tanta fuit multitudo, quod non poterant computari. Obsessa fuit[m] haec civitas Bingin ex parte Rheni, quia totus Rhenus repletus navibus erat, et via patuit transeuntibus. Fuerunt et galei militum ordinati super muros, et eorum claritas in montibus apparebat. Fuit et obsessa ex parte altera, qui etiam eos graviter infestabant. Ex parte terre fuerunt obsessi per cattum atque cancrum, quia solus cancer quingentos homines occupabat.

1302. Duxit Albertus rex in Coloniam viginti milia et . . . . . . . quartalia frumenti et 1302. sex milia vini karratarum. Eodem anno misit rex solennes nuncios ad papam, scilicet episcopum Tullensem[47] atque suum cancellarium[48], cum magnis expensis; qui ante [47] festum sancti Iohannis baptiste cum literis clausis redierunt; quae tamen statim lecte non ante Iun. 24. fuerunt, quia rex cum suis legere timuerunt[n]. Circa festum sancte Marie Magdalene c. Iul. 22. dominus Albertus rex Romanorum cum hominibus Austrie, Bavarie, Ungarie, Boemie et superioribus hominibus Rheni Coloniam perrexit, et res trium archiepiscoporum et aliorum episcoporum, suorum adversariorum, ad libitum devastavit. Dixit enim, se Holandiam atque Flandriam breviter perventurum. Inimici regis plurimum vexati cum rege composuerunt, et homines cum navibus Rhenum ascendere ac descendere libere permiserunt.

1303. Nuncii domini regis Alberti, quos ad papam Rhomam transmiserat, circa puri- 1303. ficationem domum[o], ut eis condixerat[p][49] . . . . . . ., redierunt, et ad regine praesentiam per- c. Febr. 2. venerunt. Regina vero unum ex eis, monachum militem, festinanter ad regem transmisit, rogans suppliciter, quatinus subito dignaretur ad eius praesentiam pervenire. Hoc autem rex subito velociter adimplevit. Venerunt nuncii domini regis Romanorum infra octa- Iul. 1. vam sancti Iohannis baptiste in Columbariam, dicentes, quod dominus papa in consistorio

a) forte ligna aut tigna. *Urstisius.* b) fossitatum 1. c) uociderunt *corr.* occiderunt 1. d) circumdato 1. e) immisissent 1. f) cogerunt 1. g) cogeret 1. h) destiuaverut 1. i) se *addidit Urstisius.* k) iurarunt *corr.* irrunt 1. l) eum *addidit Urstisius.* m) fuit *addidi.* n) timinerunt 1. o) domini 1. p) condicant 1.

47) Iohannem I, 1296—1305. 48) Iohannem, praepositum Turicensem. 49) Cf. Ann. Colmar. maior. 1302. supra p. 226.

1303. coram pluribus milibus hominum[a] dixisset, quod[b] rex Romanorum esset verus et in gratia sua, et quando veniret, sicut rex tenetur venire, vellet eum in cesarem consecrare. Eodem tempore reconciliatus est rex Arragonum, et misit pape kathedram auream cum scabello.

1304. 1304. rex Romanorum Albertus et rex Boemie pro regno litigabant[c] Ungarie. Et
Iun. 17. venit rex Albertus sex diebus ante solsticium estivale in Columbariam, et petivit ab eis marcas quadringentas, quas sibi non voluntarie tradiderunt; petivit et in eodem loco de sororibus de Sancto Iohanne currus et equos et vinum nobile et preciosum.

a) quod *iterum sequitur* 1. b) quod *deest* 1. c) litigabant 1.

# ANNALES BERNENSES.

*Habentur in codice chartaceo in* 4° *teste Boehmero nostro saeculo XV. olim in monasterio sancti Vincentii domus Theutonicorum conscripto, qui hodie in bibliotheca publica civitatis Bernensis numero* 452 *signatus servatur, ubi titulum praeferunt:* Cronica de Berno. *Inscriptio antiqua:* Anno Domini : : : : : : frater Uolricus dictus Phunt tunc custos ecclesie Bernensis | procuravit conscribi hunc librum *annum recenti manu* MCCCXXV. *exhibet; quem si veritatem referre statuas, librum ex antiquiore quodam transcriptum fuisse oportet. Certe notitiae undecumque congestae in malum ordinem redactae sunt, ita ut e. g. res annorum* 1255, 1269, 1241, 1267, 1283. *extra ordinem proprium scribantur, quas igitur transponendas duxi. Anterior pars usque ad a.* 1318. *una eademque manu scripta, reliqua diversis manibus addita sunt. Notae diversis manibus necrologio adscriptae nonnumquam eundem auctorem agnoscunt cui notitiae annalium debentur; quod quo facilius agnoscatur, eas ordine kalendarii posthabito secundum annos Domini disposui. Textus primum in libro „Der Schweizerische Geschichtsforscher“ Bern* 1817. *in* 4° *Tom. II. p.* 21—31 *prodiit, quem hodie beneficio Boehmeri nostri, qui a.* 1851. *die Sept.* 16. *codicem denuo cum edito contulit, multo emendatiorem repetere iuvat. Editores Bernenses in necrologio ad Kalendas Ianuarias obitum Berchtoldi, filii Berchtoldi V. ducis Zaringensis, notari referunt.*

## CRONICA DE BERNO.

Anno Domini 1191. fundata est Bernna civitas a duce Berchtoldo Ceringie. Versus:

Anno milleno C. cum primo nonageno
Bernnam fundasse dux Berchtoldus recitatur.

1218. obiit Berchtoldus Zeringie, et vivus rexit Bernam 27 annis.

1233. fundatum est hospitale sancti Spiritus prope Bernam.

1235. 2. Kalendas Iunii data est fratribus domus Theuthonice ecclesia in Kuinitz cum aliis ecclesiis adiacentibus, scilicet: Berno, Bimplitz, Mullenberg, Nuwenegga, Ybristorf, a Friderico quondam Romanorum imperatore, et confirmata ab apostolico Innocentio quarto.

1241. comes Gotifredus de Hasburg cepit trecentos Bernenses cum quinquaginta, aliquos etiam occidit in carnisprivio. Ian. 28.

1255. fratres Minores intraverunt Bernam.

1267. heretici in Swarczenburg combusti sunt post pasca.

1269. Praedicatores intraverunt Bernam.

1283. domnus Rudolfus rex expugnavit Paterniacum mense Decembri.

1288. in Bernna fuit duellum inter virum et mulierem in octava Innocentum, sed mu- Ian. 4.
lier prevaluit.

1288. Kalendas Iunii, tunc feria tertia, illustris Romanorum rex Rudolfus primo ob- Iun. 1.
sedit Bernam cum triginta milibus hominum et plus; et proxima feria sexta impugnavit Iun. 4.

1288. Iun. 4. eam simul per ignem et per hostes, accenso hospitali superius et leprosorio inferius; sed Bernenses illaesi evaserunt ab utroque infatigabiliter resistentes. Iterum idem rex secundo
Sept. 14. obsedit Bernam in die Laurentii. Demum in exaltatione sancte crucis, tunc feria tertia, nisus destruere novum pontem et molendinum, immisit in Arari multas strues lignorum ardentes[a], scilicet floss; et iterum se fortissime defendentes, illesi omnino de his periculis evaserunt.

Apr. 27. Postea sequenti anno, scilicet 1289, in vigilia Vitalis Rudolfus dux, filius dicti regis Rudolfi, occidit iuxta Bernam plures quam centum de Bernensibus, plures etiam captivavit; versa vice autem in eodem conflictu domnus Ludewicus comes de Homberg famosus, et quidam miles de Hetelingen et multi equi pretiosi a Bernensibus sunt interfecti.

Febr. 24. 1295.[b] tunc feria quinta in die beati Mathye apostoli post dominicam Invocavit Adolfus Romanorum rex, quondam comes de Nazowa, Bernam venit et a Bernensibus honorifice receptus est.

Mart. 2. 1298. 6. Nonas Martii, tunc dominica Reminiscere, cum Friburgenses, fulti auxilio pugnatorum trium comitum, scilicet Ludewico de Sabaudia, de Novocastro et de Gruiers, processissent contra Bernenses ad devastandam terram ipsorum incendiis et rapinis, Bernenses adiuti tantum cum pugnatoribus Hartmanni comitis de Kyburg eis occurrentes iuxta villam Oberwangen, occiderunt ex parte Friburgensium plus quam 60 viros, mille quingentos[c] duxerunt captivos, et quod extremae ignominiae est decem et octo vexilla Friburgensibus abstulerunt; aliis omnibus terga vertentibus, licet Friburgenses tam in peditibus quam in equitibus tunc fuerint Bernensibus forciores. De Bernensibus vero unus tantum occubuit, et alius tantum captus fuit.

Eodem etiam anno circa principium Maii destructum fuit castrum Belp a Bernensibus infra duodecim dies.

1307. inceptum erat hospitale inferius apud molendina a burgensibus villae Bernensis.

1308. 6. Kal. Iunii Bernenses in adiutorio Friburgensium iverunt contra comitem Sabaudiae potenter ultra Meldunum.

Apr. 30. 1309. in vigilia apostolorum Phylippi et Iacobi Heinricus rex Romanorum, quondam comes de Lützelemburg, venit Berno cum mille equis et ultra, et a Bernensibus honorifice est receptus.

1310[d]. circa festum beati Martini castra Balmegga et Munsingen infra quindenam a Bernensibus in adiutorio Solodrensium fuerant destructa.

1310. circa festum beati Michaelis predictus Heinricus Romanorum rex secundario venit Berno, per decem dies continuos ibidem mansurus, volens et intendens cum principibus et nobilibus regie maiestati adherentibus ire ultra montes ad Lombardiam, Thuscaniam et Apuliam in subsidium terre sancte, secum domna Elyzabeth sua nobilissima coniuge comitante[e].

Iun 29. 1311. in die apostolorum Petri et Pauli, que tunc erat feria tertia, divina permissione accidit, quod 72 homines utriusque sexus, volentes ire ad forum in Berno, in portu navigii apud Tettingen naufragio sunt submersi.

1318. mense Maii castrum Kerrenriet infra decem dies a Bernensibus fuerat destructum.

1323. mense Maii castrum Rörberg destructum fuerat a Bernensibus.

1331. mense Martii castrum Diessenberg infra decem dies destructum fuerat a Bernensibus[f].

Iul. 6. 1334. in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli fundamentum muri cimiterii parochialis ecclesie in Berno inchoatum fuerat et inceptum.

Iul. 21. 1334. primus lapis eiusdem muri in vigilia beate Marie Magdalene per fratrem Theobaldum plebanum Bernensem et fratrem Ulricum Bröwen positus fuerat, necnon per Nicolaum de Esche, qui in subsidium dicti muri decem libras denariorum dederat et per Nicolaum dictum Rubel, qui quinque libras dederat in pecunia numerata.

1334. quarta die mensis Iunii murus, per quem vallis de Sibental inclusa fuerat, per burgenses de Berno et eorum complices ac adiutores funditus destructus fuerat cum villa de Winmis.

a) ardentea *c.* b) MCCCLXXXXV. *corr.* MCCLXXXXV. *c.* c) quiengentos *c.* d) MCCCXI. *corr.* MCCCX. *c.*
e) *hic alia manus pergit.* f) *alia manus pergit.*

1339. obsederunt castrum Loupon[a] Friburgenses in vigilia beati Barnabe apostoli, Iun. 10. tunc feria quinta, et habebant in suum adiutorium contra Bernenses federatos sibi et coniuratos, comites videlicet de Kyburg, de Nydowa, de Sabaudia exteriorem, de Novo Castro, de Gruyeriis, de Valensis[b], de Arberg, de Strasburg, episcopos Basiliensem et Lausanensem, et multos alios nobiles et barones de Alsatia, de Suevia, de Sungowia et de Argowia, ex parte ducum Austrie. Et habebant in exercitu suo viginti quatuor milia pugnatorum. Computatique sunt ab eis in exercitu existentibus mille ducenti galeati, inter quos fuerunt septingenti coronati. Bernenses vero volentes castrum predictum liberare, supervenerunt cum paucis suis adiutoribus, videlicet mille et ducentis pedestribus armatis, de vallibus scilicet Ure, Switz, Underwalden, Hasle et Sibental, in vigilia 10000 martyrum, tunc feria Iun. 21 secunda; et venerunt in campum iuxta villas Oberwil et Widon prope Loupon, et ibidem inito conflictu cum eis hora vesperarum prosperati sunt Bernenses, Deo pro eis pugnante, quia vix sex milia habebant armatorum, et obtinuerunt campum, castro Loupon liberato cum sollempni victoria, occisis de adversariis fere 4000 hominum tam nobilium quam etiam popularium. Multi quoque novi milites eadem die militiam recipientes perierunt. Per omnia benedictus Deus in secula seculorum Amen. Anno ab incarnacione

1340. Idus Maii incepta est missa dicenda post missam matutinalem dotata ad altare sanctae crucis a Iohanne de Habstetten bone memorie. Anno Domini

1344. Ydus Aprilis villa de Hutwile muris et fossato munita et roborata per burgenses de Berno vi convicta fuerat et per incendium penitus devastata.

Item anno Domini quo supra 12. Kal. Maii hominum et burgensium de Friburgo per predictos burgenses de Berno quingenti et ultra manifesto in conflictu inter ipsos inito atque facto gladiis et armis aliis occisi fuerant et submersi; quo peracto ipsa die nova villa Friburgi cum castro dicto Castels a prefatis burgensibus de Berno devastata per ignem fuerat et destructa. Item anno Domini ut supra 8. Kal. Maii munitio dicti Friburgi dicta Galterra a burgensibus de Berno prenominatis per ignem fuerat penitus devastata. Item et anno Domini quo supra 8. Ydus Maii castrum de Burgestein a sepedictis burgensibus de Berno vi convictum fuerat funditus et destructum.

## NOTAE BERNENSES.

6. Kal. April. Anno Domini 1286. hac nocte feriae secundae in ebdomada pascali, quae 1286. tunc fuit, media pars civitatis Bernensis antiquae combusta fuit sursum.

8. Idus Decembris. Anno Domini 1287. in nocte multe domus combuste fuerunt in 1287. nova civitate Bernensi.

Kal. Iunii. Hic rex Rudolfus primo obsedit Bernam anno Domini 1288. cum triginta 1288. milibus hominum et plus.

2. Nonas Iunii. Hac feria sexta, que tunc fuit, fecit rex Rudolphus insultum, scilicet sturn[c], ad portam superiorem et inferiorem simul in Bernam per hostes et per ignem, vento valido sequente, sed non prevaluerunt.

4. Idus Aug. Rex Rudolfus secundo obsedit Bernam anno Domini 1288. 1288.

18. Kalendas Octobris. Anno Domini 1288. rex Rudolfus impugnavit Bernam per multas strues lignorum ardentes, scilicet flos, in Arari, sed minime prevalens recessit.

5. Kalendas Maii. Hos[1] occidit Rudolfus dux, filius dicti regis Rudolfi, plures etiam 1289. captivavit, versa vice autem in eodem conflictu domnus Ludewicus comes de Homberg et quidam miles de Ettlingen, et multi equi pretiosi a Bernensibus sunt interfecti.

Kalendas Martii. Anno Domini 1298. tunc dominica Reminiscere. Bernenses in con- 1298. flictu vicerunt Friburgenses.

13. Kal. Maii. Anno Domini 1302. tunc nocte coenae Domini fere media pars civitatis 1302. Bernensis inferioris exusta est per transversum.

Idus Ian. Anno Domini 1309. tunc feria secunda nocte exusta fuit villa Bernensis de 1309. vico crucis supra.

5. Nonas Iulii. Anno Domini 1324. exusta est Friburg. 1324.

a) lŏpon *c.* b) Valendys *ed.* c) *ita c.*

1) Eorum nomina non liquent, fortasse: Heinrich von Bern, Ulrich von Murzendon, Chuno von Habstetten, Rudi von Engi, Wernher Brugger. *Editores Bernenses.* Sed multo plures fuisse, supra a. 1289. videbis.

1375. 8. Kalendas Ianuarii. Dis sind die zu Frowenbrunnen erschlagen worden: Iohans Rieder, Syman Lampart, Erni Trögers, Bůri an der Hofstat, Heinrich Turnmeister, Ienni von Hindelwanch, Peter Komat, Ulrich Sester, Chunrad Ruppo, Peter Ramft, Hans Rot von Byglon, Peter Weinger, Hans von Schwandon, Thomat von Küssenwil, Chunrad Giger, Ruf. von Kreingen, Chůnczi der Weibel, Peter Dorfman, Ienni Lurcz, Ienni Růtingers, Ienni Malers, Heinrich Rohrbach, Chunrad von Wolen, Ulrich Reczo, Hans Wanners, Willi Isenli; item. dis beschach anno Domini 1375. in die Iohannis post natale Domini hora quinta post mediam noctem.

13. Kalendas Ianuarii. Notandum est, quod anniversaria illorum, qui occisi fuerunt in Frowenbrunnen, celebrari debent feria secunda ante nativitatem Domini, et nomina eorum, qui ibi occisi fuerunt, scripta sunt specialiter et nominatim in die Iohannis euangelistae post nativitatem Domini, quia eadem die occisi fuerunt. Sed tamen anniversaria eorum celebrantur sicut hic notatum est.

1386. 7. Idus Iulii. Anno Domini 1386. occisus fuit Lutoldus dux Austrie cum suis complicibus iuxta oppidum Sempach, hora quasi octava.

1399. 6. Nonas Iulii. Anno Domini 1399. hora sexta post meridiem, do schos der donrr in der lutkilchen gloghuse oben durch den helm und in die kilchen nebend dem grossen krucze 2 zwen[2] zwelfbotten harab, und einem die rechten hand in den sinczen[3] des kanczels, da noch daz zeichen gegenwürtig ist.

1405. 2. Idus Maii. Anno Domini 1405. exusta fuit fere tertia pars villae Bernensis scilicet 14ª die Maii.

2) i. e. zwischen den. *Ed. Bernenses.* 3) i. e. gesims. *Ed. Bernenses.*

# ANNALES
# S. BLASII ET ENGELBERGENSES.

*Monasterium sancti Blasii in Nigra silva Ottone Magno imperante a Reginberto conditum, saeculo undecimo exeunte et duodecimo religione et doctrina praecipuum, post Bernoldum chronographum suum celebrem annalibus etiam minoribus initium dedit, quos codice principe deperdito, ex apographis saltem quodammodo restituere licet. Quum enim Frowinus monachus saeculo duodecimo medio monasterium Engelbergense trium abbatum incuria dilapsum restituturus Sanctum Blasium reliquisset, in locum curae suae commissum litteras introduxit et libris manu sua pulcherrime exaratis monachos ad exemplum suum imitandum incitavit. Cuius industriae inter monumenta ipse in monasterio Engelbergensi et in Murensi, quo ex Engelbergensi allatus fuerat, duos codices formae maximae miratus evolvi atque*[1] *in usus nostros converti. Uterque chronica Bedae de sex aetatibus, Reginonis, Herimanni Augiensis, Bertholdi et Bernoldi complectitur, praemisso tamen cyclo paschali adnotationibus historicis ornato. Quod si annales istos propius inspexeris, eos inde a principio usque ad finem saeculi undecimi integros fere annorum numero haud raro immutato ex chronicis subsequentibus atque paucis aliis, Annalibus Heremi et Einsidlensibus, excerptos facile perspicies; reliqua authentica in* 1

1) *codice Murensi medio saeculo XII. conscripto in anno* 1175 *desinunt, subiectis manu saeculi XIII. exeuntis versibus in laudem Rudolfi regis a C. cantore conscriptis; contra qui ex ipso descriptus est*

2) *codex Engelbergensis textus illius nonnulla mutavit omisit addiditve, et continuationem diversis manibus sibi succedentibus exaratam inde ab a.* 1178 *usque ad a.* 1546 *exhibet.*

*Prior annalium pars commixtis notitiis Engelbergensibus*[2] *et Sanblasianis*[3] *textum apud Sanctum Blasium primo conscriptum a Frowino insertis Engelbergensibus transscriptum esse arguit; reliqua inde ab anno* 1147 *omnia in monasterio Engelbergensi conscripta esse, dubitari nequit. Ceterum et adnotationes Frowino debitas haud raro aliquot annis post res gestas codici illatas esse, ex nota anni* 1159 *colligitur.* 2

*Annales integri iam primo prodeunt, postquam Aemilius Ussermann T. II Prodromi Germaniae sacrae p.* 438—442 *sub titulo „Excerpta chronici S. Blasii" nonnisi excerpta codicis Murensis dederat.*

1) V. SS. T. V. et Archiv T. VII. p. 557. 2) e. g. annis 1120, 1123. 3) ut abbatum vocabula probant.

# ANNALES SANCTI BLASII A. 932—1143.

932. Heinricus Ungarios in Svirbia interfecit . . .

937. Ungarii Franciam, Alemanniam, Galliam usque Oceanum et Burgundiam devastantes per Italiam redierunt . . .

943. Ungarii cum Baioariis pugnant et vincuntur.

955. Ungarii . . . Deo iuvante ab Ottone rege pugna victi immensa cede necantur 4. Id. Aug. . . . .

962. Otto rex a Iohanne papa imperator coronatur[a].

963. Hoc anno datum est edictum Ottonis anno regni eius 27. imperii autem 2. indictione 6. actum Verone Nonis Iunii.

964. Iohannes XII. papa 132. obiit.

965. Leo VIII. papa 133. annum unum, quo depulso Benedictus a Romanis ordinatur. Benedictus papa 135. quo eiecto, Leo ab imperatore Ottone restitutus sedit annis duobus.

972. Iohannes XIII. prius Narniensis episcopus, sedit annis 7, qui expulsus et iterum restitutus.

973. sanctus Oudalricus Augustensis 4. Non. Iul. feria 6. migravit ad Dominum. Eodem quoque anno set prius Otto imperator Non. Maii subitanea morte apud Parthenopolim obiit et sepelitur. Otto II[us] magni Ottonis filius regnavit annis 9.

976. sanctus Chounradus[b] Constantiensis episcopus migravit ad Dominum, et pro eo Gamenoldus praefuit.

979. Gamenoldus Constantiensis episcopus obiit, eique Gebehardus nobilis et venerabilis succedens 16 annis ecclesiam[c] rexit; qui basilicam sancti Gregorii in ripa Reni abbatiamque suis ex prediis construxit.

983. Otto II.[d] imperator Rome 6. Idus Dec. moritur, et ibi sepelitur. Otto tercius Ottonis secundi filius admodum puer regnavit annis 18[e].

986. Benedictus VI. papa 136. post primum annum a Crescentio relegatus[f] et strangulatus est; eoque vivente ordinatur Bonifacius. Fames facta est magna. Bonifacio papa post unum mensem fugato, Benedictus VII. papa sedit menses[f*] 9, papa 138. obiit.

988. Iohannes XIV. papa 139. qui et Petrus Papie episcopus post menses 8 a Bonifacio reverso comprehensus et necatus est

989. Bonifacius papa interiit, qui primus[g] male ordinatus, et expulsus fuerat et iterum male reversus pessime postremo periit papa 140.

A. Einsidl. 996. 995. Iohannes XV. papa 141. obiit. Gregorius primus abbas celle sancti Meginradi obiit. Cui Wern in regimine successit.

997. Bruno qui et Gregorius V. papa ordinatus, sedit annos 2, menses 9; et Otto imperator efficitur.

1001. Otto III. imperator in Italia 10. Kal. Febr. obiit, et intestina eius Auguste, reliquum corpus Aquis grani sepelitur. Heinricus dux Baioarie rex effectus, regnavit annos 23[h], menses 5.

1004. Silvester II. qui et Gerbertus, primo Remorum post Ravennatium archiepiscopus, papa 143. obiit.

A. Heremi. 1006. Iohannes XVI. papa 144. obiit. Episcopium Babinberg ab[i] Heinrico rege constituitur, et Eberhardus ibi episcopus ordinatur.

1007. Bern[k] vir doctissimus Augie abbas ordinatur.

1010. Iohannes XVII. papa 145. obiit.

1013. Sergius papa 146. obiit.

1014. Heinricus rex Rome imperiali benedictione coronatur a Benedicto VIII. papa.

1015 Ernest dux in venatu ab Adelberone[l] comite sagitta occiditur.

1024. Benedictus VIII. papa 147. obiit. Heinricus imperator 3. Id. Iul. obiit et in Babinberg episcopio a se facto in monasterio sancti Petri sepelitur. Chounradus annis fere 15 regnavit.

1026. Wern abbas S. Meginradi obiit. Chounradus rex filium suum Heinricum post se designavit.

1027. Chounradus a Iohanne papa consecratur imperator, et Gisela imperatrix efficitur.

1032. Roudolfus rex Burgundie moriens, diadema suum Chounrado imperatori misit.

1033. Iohannes XVIII. papa 148. obiit.

1039. Chounradus imperator 2. Non. Iun. obiit, et apud urbem quae Spira vocatur sepelitur. Eclipsis solis 11. Kal. Sept. Heinricus filius Chounradi annos 18 regnavit.

1043.[m] Benedictus IX, qui propter scelera pulsus iterumque reversus et viciis deditus a papatu sponte recessit.

1042. Bern abbas Augie obiit.

1043. Gisela imperatrix mater Heinrici regis 16. Kal. Mart. obiit, et apud urbem Spira sepelitur. Heinricus rex Agnetem Willehelmi Pictavensis[n] principis filiam reginam apud Magontiam ungui faciens, regalibus sibi nuptiis eam Herim. Sangall. apud Ingelenhem[o] villam regalem copulavit. Inde infinitam histrionum et ioculatorum multitudinem ad laudis sue cumulum vacuam et inanem sine cibo et muneribus merentem[p] abire permisit.

1045. Silvester III. papa 150, qui eiecto Benedicto ordinatus est, statimque depulsus.

1046. Clemens papa 152. obiit et Pabinberc[q] reportatus sepelitur.

1048. Boppo Brixiensis episcopus ab imperatore electus, et Romam missus papa ordinatur, et Damasus II. vocatur, set eodem mense quievit in pace 153.[r]

1049. Brun Leuchorum episcopus ab imperatore electus, et Romam missus summo honore suscipitur, et in quadragesima papa ordinatur, Leonis noni nomen accepit papa 154.

1052. Leo papa IX.[s] dedicavit altare Scafhuse.

a) p. ordinatur 2. b) Chunradus 2. c) r. e. 2. d) *deest* 2. e) XVI. 2. f) religatus 2. f*) annis *H. C.* g) *male intellexit Hermannum Augiensem.* h) XII. III. 2. ~~i) a 1.~~ k) Berno 2. l) adilberone 2. m) 1044. 2. n) pictaviensis 2. o) ingelheim 2. p) mentem 2. q) babinberg 2. r) CLIIII 2. s) *deest* 2.

1054. Leo IX. papa obiit. Gebehardus 155.[a] qui et Victor Aureatensis[4] episcopus ab episcopis electus Romamque missus papa efficitur. Hermannus Contractus homo Dei 8. Kal. Oct. feliciter exspiravit.

1056. Herimannus[b] Colonensis archiepiscopus obiit. Cui Anno Goslarensis[c] episcopus successit.

Imperator domno apostolico ad se invitato, anno etatis sue 39. obiit, et Nemeti a papa sepultus. Cui filius eius Heinricus septennis successit.

1057. Fridericus qui et Stephanus 156. abbas Cassini prefuit papa mensibus 9.

1058. Otto dux Alemannorum obiit. Cuius ducatum Roudolfus accepit. Gerhardus[d] Florentie episcopus Nicolaus vocatus, papa praefuit annis 3. Hunc etiam papam piae[e] memorie Petrus Damiani Ostiensis episcopus ad corrigendam iuxta canones clericorum incontinentiam provocavit.

1059.[f] Hoc anno magna mortalitas hominum facta est. Roudolfus dux Mahthildam[g] regis sororem duxit uxorem.

1060. Mahtilt[h] uxor Roudolfi ducis obiit, et hoc anno sicut in priori mortalitas multos extinxit.

1061. Lucensis episcopus Anshelmus papa 158. ordinatur, et Alexander nominatur[i].

1062. Agna imperatrix velamine sacro se Christo dedicavit.

1064. Consecratum est monasterium Scafhusense ab episcopo Romualdo.

1068. Wernherus abbas[5] obiit.

1069. Romualdus[k] episcopus Constantie obiit.

1071. Otto Constantie episcopus a rege constituitur.

1072. Petrus Damiani cardinalis episcopus et monachus iam dudum mundo[l] crucifixus, 7. Kal. Mart. migravit ad Dominum.

1073. Alexander papa obiit, qui et Anshelmus Lucensis episcopus; pro quo venerabilis Hiltebrandus Romane aecclesiae archidiaconus, vir prudens sobrius et castus, communi consilio papa constituitur et Gregorius VII. appellatur papa 159.

1075. Facta est prima pugna Heinrici regis cum Saxonibus, Roudolfo et Welfhardo ducibus adhuc sibi faventibus, A. Einsidl. ubi Ernist marchio et Heinricus et Eberhardus de Nellenburc[m] interierunt. Sequenti anno

1076 apud Openheim[n], placito habito, pariter ab ipso[o] defecerunt. Inde Longobardiam properavit, obedientiam promittens placavit papam, quam dum implere obliviscitur, denuo discidium inter ipsum et papam renascitur.

1077. Roudolfus dux rex eligitur.

1079. Adelheit[p] uxor Roudolfi regis obiit, et apud Sanctum Blasium sepulta iacet.

1080. Bellum Heinrici regis cum Saxonibus, in quo Roudolfus rex pro dolor occiditur.

1081.[q] Gregorius papa 151, qui et Gratianus, quem Benedictus se ipsum deprivans pro se ordinari fecit, non unum annum sedit.

1087. Desiderius qui et Victor 160. papa sedit menses 4.

1088. Otto qui et Urbanus papa 161, sedit annos 11, menses 5.

1091. Willehelmus Hirsaugiensis abbas obiit.

1092. Dedicata est ecclesia sancti Nicolai[6] a Gebehardo Constantiensi episcopo. Inceptio novi monasterii[r] sancti Blasii.

1093. Hoc anno 11.[s] Kal. Oct. circa terciam horam diei facta est eclipsis solis, alteroque anno facta est mortalitas magna. Anno dehinc quarto accensus est ardor Ierosolimitani itineris.

[Transitus ducis Gotefridi. 2.]

1096. Sigefridus abbas Scafusensis et Liutfridus abbas Murensis obierunt[t]. Bern.

1098. Hoc anno 5. Kal. Oct. tota pene nocte rubrum visum est celum ab oriente per septentrionem usque in occidentem. 3. autem[u] Id. Dec. facta est eclipsis lunae, cum esset 13ª. 8°. quoque Kal. Ianuar. eclipsis facta est solis. Sequenti anno

capta est Ierosolima. Fuit vero fames valida per tres continuos annos, cepta ab eo 1099. quo hec facta sunt anno, set in medio maxima, quia erat hiemps durissima, et semina et arbores defecerunt.

1101. Urbanus, qui et Otto, prius Ostiensis episcopus, obiit. Reginherus[v] qui et Paschalis[w] papa ordinatur 162.

1105. Heinricus V. rex circa natale Domini a patre Heinrico IV. rege se separavit. Sequenti anno circa natale A. Einsidl. Domini pater a filio captus est et eodem anno obiit[x].

1110. Gebehardus Constantiensis episcopus obiit. Heinricus rex Romam veniens, cum exercitu A. Einsidl. honorifice susceptus est, et eodem die orta seditione inter eum et papam Paschalem multi Romanorum cede et aquis[y] perierunt, et papa captus est. Deinde dimisso et pacato, rex idem imperator effectus est.

1116.[z] Tercio Non. Ianuar. terre motus fuit ubique tam validus, ut turres aliaque edificia plura subruerent, in galli cantu semel, et ad nonam secundo.

a) *suprascriptum* 1. *deest* 2. b) Hermannus 2. c) coloniensis . . goslariensis 2. d) Gebehardus 2. e) et pie 2. f) *haec anno* 1058. 1. 1064. 2. *adsignant, cf. Bertholdum.* g) Mattildam 1. h) Matth. 1. i) vocatur 2. k) Rumaldus 2. l) in deo 2. m) nellenburch 2. n) opinheim 2. o) eo 2. p) Adilheit 2. q) 1082. 2. r) monsterii 1. s) *lege* IX. t) *haec desunt* 2. u) *deest* 2. v) Reginhe 2. w) pascalis 2. x) *anno* 1105. *manu saeculi XIV. additur:* Hoc anno Gratianus commonachus sancti Felicis Bononie, compilacionem decretorum, qua nunc utimur, videlicet que incipit: „Humanum genus", elegantissime composuit, ut praesumitur ex numero annorum quem ponit II. q. VI. §. Forma, qui est hic annus. 1. y) *hinc lacuna annalium Einsidlensium SS. III. p.* 146 *explenda est.* z) *a.* 1117. *Ann. Einsidl.*

4) i. e. Eichstadensis. 5) S. Blasii ex cod. Gottvicensi. SS. T. V. p. 274 nota. 6) Petershusae.

1120.[a] Calistus II. prius Viennensis episcopus papa ordinatur 163. Eodem[b] anno incepta est hec cella ab abbate Adelhelmo.

[Hoc[c] cenobium montis Angelorum Chounradus fundator eius, vir ingenuus, et sanctus Adilhelmus abbas hic primus, sub papa Calisto II, regnante Romanorum imperatore Heinrico IV, ob honorem sanctae Dei genitricis semper virginis Mariae, Kalendis Aprilis feria 5. auspicantes, inceperunt feliciter. Postquam vero idem Chuonradus privilegia et omnia huic loco proficua pro suo posse contulit, cuncta spernens terrena, nudus Christum secutus, maxima hic inter fratres fratrum minimus vixit oboedientia et humilitate sub praedicto sancto abbate; qui adhuc hodie infirmis sepulchrum suum visitantibus solet crebrius oppitulari. Post hunc sanctum Adilhelmum, non dico abbates, sed potius si licet dici ababbates tres, unus post alterum[7], viciis magis quam officiis se sequendo succedentes, se locumque istum tamen paucis annis male tractaverunt. Istis vero miseris pro merito misere de medio sublatis, miserans Dominus misertus claustro huic, misit sibi de coelo sancto suo Frowinum abbatem[8] secundum, virum moribus conspicuum, sapientia clarum, quod libri eius luculenter elaborati probant, qui servantur apud nos.]

1123. Bertholdus[d] dux obiit. Edictum Heinrici quarti imperatoris datum Spire indictione 1. 5. Kalend. Ianuarii.

1124. Domnus[e] Calistus papa obiit.

1125. Domnus Rousteinus abbas[9] obiit. Privilegium Heinrici imperatoris[10] datum Argentine 5. Kalend. Ianuarii indictione 3. — Chounradus[f] fundator huius loci obiit.

1126. Datum est edictum a Lothario III, regni eius primo anno.

1127. Oudalricus[g] episcopus Constantiensis obiit. Factus est terremotus 8. Kal. April. media nocte.

1128. Iterum 3. Kal. Iul. factus terre motus nocte. Eodem anno luna versa est in sanguinem 5. Id. Novemb.

1130. Honorius II. papa 164. obiit.

1131. [Sanctus[h] Adilhelmus noster hic primus abbas obiit.]

1132. Sexto Non. Mart. eclipsis lune contigit, et cometa eodem anno visa est per aliquot noctes.

1133.[i] 4. Non. Aug. eclipsis solis, hora quasi 6.

1134. Pridie Id. Ian. factus est terre motus media nocte.

1137. Lotharius imperator obiit. Adelbero[k] Basiliensis episcopus obiit.

1138. Chounradus filius Friderici ducis rex efficitur. Eclipsis lune 13. Ingens rubor fere tota nocte apparuit in celo, et in ipso rubore vise sunt flamme instar cometarum longas comas protrahentium.

Datum est edictum a Chounrado III. regni eius anno 1.

1140. Hoc anno eclipsis solis contigit 13. Kal. Aprilis hora diei quasi 10. luna 28.

1141. Domnus Bertholdus[l] venerabilis abbas[11] feliciter exspiravit.

1142. Pridie Idus Febr. eclipsis lune contigit cum esset 13.

1143. Domnus Innocentius II. papa 165. obiit, pontificatus autem sui anno 14. Cui Wido quidam de Castellano cardinalis[m] Sancti Marci, successit papa 166, Celestinusque vocatus, dimidium annum sedit, sicque obiit. Cui successit venerabilis Gerhardus cancellarius, vocatusque est Lucius, et eodem anno obiit. Iste est annus 180. ex quo datum est edictum Ottonis magni imperatoris[12]. Ignitus lapis quasi massa candentis ferri cecidit de celo super montem Brisach ante valvas ecclesie 17. Kal. Iul. hora diei quasi 9, cum esset dies serenissimus.

## ANNALES ENGELBERGENSES A. 1147—1175.

1147. Hic annotari placet, quod hoc anno, divino ut credimus nutu, accensus est paene per omnes ecclesias ille ignis Ierosolimitani itineris, suadente verbis Bernhardo abbate

a) *haec desunt* 2. b) *haec alio atramento.* c) *alia manu inserta sunt saec. XII.* 2. d) Berhtoldus 2. e) *haec desunt* 2. f) *alia manu saec. XII.* 2. *desunt* 1. g) Oudilricus 2. h) *alia manu saec. XII.* 2. *desunt in* 1. i) *haec perperam anno* 1132. *adscribit* 2. k) adilbero 2. l) Berhtoldus 2. m) *deest* 2.

7) Liutfridus, Welfo, Hesso. 8) annis 1153—1178. 9) S. Blasii. 10) Extat originale optime servatum in tabulario Engelbergensi, anno incarnat. Domini 1125. indict. 3. Argentine 5. Kal. Ianuarii, die dominica, luna 17. Evolvi illud a. 1837. Errat igitur Ussermann, qui diploma monasterio S. Blasii concessum hic innui, et notam temporis corrigendam esse statuit. 11) S. Blasii. 12) cellae S. Reginberti, unde monasterium S. Blasii ortum est.

venerabili. In quo etiam eclipsis solis facta est 7. Kal. Nov. dominica die ante meridiem. Fridericus dux Alemannorum moritur; cuius ducatum filius eius Fridericus accepit. Eodem anno eclipsis solis contigit 7. Kal. Novemb. hora diei 3. luna 28. [Transitus[a] Bernhardi abbatis.]

1152. Chounradus dux[13] obiit. Chounradus III. rex obiit, et Fridericus dux Alemannorum rex efficitur.

1153. Eugenius papa obiit.

1154. Anastasius papa obiit.

1155. 15. Kal. Febr. factus est terre motus 6. hora noctis. Fridericus rex imperator efficitur, et Romanorum plures in bello occiduntur.

1158. 12. Kal. Febr. factus est terre motus 7. hora noctis.

1159. Domnus Adrianus [III.][b] papa obiit. Quo defuncto factum est scisma inter cardinales de sede apostolica. Maior etenim et sanior pars elegerunt Roulandum cancellarium, vocatusque est[c] Alexander; altera vero pars cum auctoritate imperatoris elegerunt Octavianum cardinalem, vocatusque est Victor; quo defuncto post 5 annos successit Pascalis, et eo defuncto[13*] post 3 annos successit Celisius, qui modo[14] tenet locum regiminis; set et Alexander adhuc sedet.

1161. 2. Id. Febr. eclipsis lune contigit, cum esset 13. 8. Kal. Mart. factus est terre motus ultima hora diei. Ipso etiam anno factus est alius terre motus 17. Kal. Aug. hora quasi vespertina. Eodem anno Hermannus episcopus[15] obiit.

1162.[d] Civitas potentissima Italiae Mediolanum a Friderico imperatore capitur, atque a fundamentis subvertitur indictione 10. 5. Kal. Mart. factus est terrae motus gemina concussione media fere nocte. Eodem anno captivitas plus quam nongentorum militum sub comite Hugone facta est apud Touingen[16]. Item eodem anno terrae motus ingens[e] 4. Non. Dec. circa pullorum cantum.

1166. Fridericus imperator quarta vice Italiam petit[f], Romanos rebelles devastat, templum sancti Petri et sancte Marie succendit, bellum vero postea per Reginoldum Coloniensem archiepiscopum misso exercitu contra eos movit, in quo multa milia Romanorum occisa sunt. Hoc eodem anno gravis pestilentia totum pene exercitum morte delevit. Nam episcopi plures, Fridericus dux de Winisperc[g][17], Welf dux Welfonis ducis filius, cum aliis principibus occubuerunt.

1170 Kal. Aprilis feria 4. ante cenam Domini factus est terre motus magnus penultima diei hora. Alius circa mediam noctem contigit. Eodem anno magna mortalitas hominum facta est.

1175. Pridie Kal. Maii terre motus factus est prima hora noctis[h].

## CONTINUATIONES ANNORUM 1168—1546.

1178.[i] Domnus Frowmus, venerabilis abbas noster secundus, decessit, cui religiosus vir Bercholdus mox in regimine successit.

1179. Alexander papa tandem confirmatus in sede apostolica, magna industria collegit universale ac celeberrimum concilium Rome ad Sanctum Petrum pro statu sancte ecclesie. In quo scismatici cuiuslibet ordinis inrevocabiliter sunt depositi.

1181. Hac tempestate Fridericus imperator filium suum Heinricum natu maiorem electione principum coronari fecit regemque constituit.

1187. Luctuosa nimis discordia inter regem Ierosolimorum et Saladinum Damasci regem oritur, quae peccatis nostris exigentibus eo usque processit, ut certamine summis viribus a christianis et Sarracenis facto, heu exercitus christianorum, rege, episcopis, Templariis et ceteris baronibus interfectis, sancta crux sit capta; moxque Saladinus victor factus Ierosolimam invasit, aecclesias circumquaque destruxit. Fridericus imperator crucem accepit. Episcopi plures, principes multi, cruce simul accepta, iter suum direxerunt per Bulgariam, magnisque laboribus brachium sancti Georgii transfretaverunt. Ibi Turcis eos fatigantibus, per montium devia loca venerunt Iconium, illaque expugnata in terram Armeniorum devenerunt. Quibus eos pacifice suscipientibus, imperator refrigerandi et exercendi

a) *eadem manu saec. XII. addita* 2. b) *deest* 1. c) *deest* 2. d) 1160. 2. e) i. factus est 2. f) petiit 2. g) Winisperch 2. h) *hic desinit* 1. i) *notitiae annorum* 1178—1187 *eadem fere manu atque anteriora scripta sunt.*

13) Zaringensis. 13*) a. 1168. 14) Calistus III a. 1178 sedi renuntiavit. 15) Constantiensis. 16) i. e. Tübingen. 17) alias de Rothenburg dictus.

gratia, fluvium natando ingressus est, extimploque viribus deficientibus proch dolor ipsis aquis suffocatus interiit. Corpus eius Anthiochiam delatum, scapulaque et costa una cum intestinis sunt ibi terre mandata, reliquum corpus eius dux Alemannie Fridericus, filius ipsius, Acram secum asportavit[a].

1197. Berhtoldus, abbas noster tercius, obiit. Hic sobrie ad se, iuste ad homines, pie ad Deum, prudens virgo permanens, Dei genitricis semper virginis Mariae nostrae patronae fidelis dispensator et minister vixit. Nam sacra missarum sollemnia cottidie, et quod magis mirandum sit, etiam in ipso obitus sui die quam devotissime celebravit. Hunc gratia divina sedulo secretis revelatis sibi causis prosecuta, benigno favore multis mortalium eum commendabilem reddidit. Denique ut multa alia relatu et miraculo digna praeteream, hoc solum memorabo, quod die mortis Friderici imperatoris in Armenia defuncti, nobis inde stupefactis hic prophetando praedixit.

1206. Diethelmus Constantie episcopus obiit.

1208. Philippus rex Romanorum secundus obiit.

1211. Domnus Nicolaus abbas Interlacensis pie memorie obiit.

1213. Liutoldus episcopus Basiliensis obiit.

1215. Domnus Innocentius papa III. habuit Rome in Lateranensi ecclesia concilium, cui interfuerunt 415 episcopi, abbates et alii praelati 800.

1223. Heinricus, abbas noster quartus, obiit. Sub hoc prudenti patre vorax flamma ultrix peccatorum nostrorum omnem ligneam machinam claustri nostri depascens consumpsit, quam in melius prout potuit restauravit; insuper pro turri campanaria, et campanis dependentibus in ea, pro cruce maiori argentea auro superfusa, quae non minus quam 80 sanctarum reliquiarum partes sibi inclusas continet, pro vinetis in Burgundia, et pro omnibus nostris tam corporis quam animae utilitatibus, pius et inpiger collaborator, fideliter desudavit.

1241. Heinricus II, abbas noster quintus, pie memorie obiit.

1250. Wernherus, abbas sextus, pie memorie obiit.

1267. Waltherus abbas propter suam negligentiam ab ordinario et a fratribus deponitur

1276. Waltherus, abbas septimus, bone memorie obiit; qui beatissime virginis Marie nostre domine et patrone bonus et fidelis dispensator gubernator minister tempore suo existebat: qui et Domino concedente sub Eberhardo in Christo episcopo nostro Constanciensi felicis memorie et per eum nostro monasterio laboriose ecclesiam Stannensem[18] obtinuit perpetualiter permanere.

1294. Arnoldus abbas obiit, vir tocius providentie et utillimus gubernator sui gregis.

1298. Uolricus abbas obiit.

1306. Anno milleno ter centeno quoque seno
Hic in pyr vertit templum conversio Pauli.

1317. Ruodolfus pie memorie abbas obiit. Iste venerabilis domnus et prelatus dignissimus tempore suo nostro monasterio utillime prefuit, scilicet spiritualia et temporalia fideliter dispensando. Nam quasi alter fundator pene omnes structuras a fundamento restauravit. Flamma enim ignis a quodam maligno commonacho nostro subdyacono super laqueare portata, omnem ligneam machinam oratorii combussit et ornamenta campanarum multaque alia ecclesie ornamenta consumpsit. Set prelibatus honorabilis heros chorum nostrum ampliavit et campanas multo melius restauravit, omnes etiam officinas inferioris claustri dilatando meliorando destruxit et reparavit.

1325.[b] Hoc anno velate sunt in monasterio nostro in die sancte Verene virginis 140 virgines minus una, presente domna Agnete quondam regina Ungarorum, filia gloriosi domini Alberti regis Romanorum, cum multis honestis personis et populo multo; et ecclesia nostra dedicata tunc est cum quinque altaribus: hec omnia sunt facta sub expensis predicte domine nostre regine, et multa alia larga beneficia ab ipsa nobis multociens exhibita.

1331. Waltherus abbas tercius hoc nomine regimen abbatie resignavit, Wilhelmus abbas eodem successit die.

1340. Opidum Lucerne in die Petri et Pauli totaliter ex una parte fluminis igne consumptum est, et domus nostra funditus.

a) *hinc inde diversae manus 2.* b) *haec in c. annum 1356. subsequuntur.*

18) Stanz in Unterwalden.

1345. Velate sunt nonaginta virgines dominica[19] qua cantatur *Ad te levavi* ab archiepiscopo Heinrico[a] Avercensis[20] ecclesie.

1347. Wilhelmus abbas prima die Martii regimen sua sponte resignavit; eodem die electus fuit concorditer Henricus abbas tercius huius nominis.

1348. Facta est mortalitas maxima citra et ultra mare.

1349. Hoc anno facta est pestilentia et mortalitas magna et maxima in valle ista, ita ut plus quam viginti domus permanerent vacue et sine habitatore. Eodem anno a festo nativitatis Marie usque ad festum epiphanie mortue sunt de claustro dominarum nostrarum centum et sedecim, inter quas primo obiit Katerina magistra, circa medium venerabilis domina Beatrix cometissa de Arberg quondam magistra, et crastino Innocentum Mechthildis de Wolfenschiessen magistra. Et de nostris duo sacerdotes et quinque scolares.

1352. Obsessa fuit civitas Thuricensis a duce Austrie Alberto.

1356. Terre motus factus est in die Luce euangeliste.

1361. Ruodolfus abbas per reverendum in Christo patrem et dominum Hinricum episcopum Constantiensem consecratur.

1362. Ruodolfus dux Austrie ecclesiam Küssnach monialibus donavit. Domus nostra in Turego comparatur ac melioratur pro 160 libris.

1364. Heinricus[b] Constanciensis episcopus 30 moniales velavit. Curia dicta Engi comparatur pro 425 libris.

1366. Heinricus[b] episcopus Constantiensis 5 virgines velavit et stupam monialium suis beneficiis procuravit.

1376. Anglici circa Solodorum fines infestant.

1379. Urbanus apud Romam in papam eligitur, set Clemens aput Avinionem.

1398. Obiit pater noster abbas Ruodolfus Smiling, qui ecclesiam in Kussnacht monialibus nostris procuravit et ecclesiam in Kerns moneta nostra coemit. Et in eius locum Waltherus abbas eligitur nominis huius quartus.

1398. Rodulfus abbas obiit, cui Waltherus successit.

1420. Waltherus IV. Mirer abbas obiit. Huic Iohannes Kupperschmitt successit.

1421. Iohannes Kupperschmitt abbas obiit, cui Iohannes Kummer successit. Hic initium desolationis monasterii usque nunc fuit.

1430. Iohannes Kummer abbas abbatiam resignavit, et pro se Iohannem de Wiide prepositum Sancti Leodegarii in Lucern substituit. Quo post annos duos eius machinatione eiecto, iterum abbatiam arripuit et ut prius male praefuit.

1437. Iohannes abbas dictus Kummer in Rinowe abbas preficitur, cui Rodulfus de Balneo ducis successit.

1444. Rodulfus abbas resignavit, cui Iohannes dictus Strine successit. Hic vastatorum monasterii unus non minimus fuit.

1452. Iohannes abbas dictus Strine depositus ob dilapidationem bonorum monasterii, et Rodulfus restituitur. Qui post 10 ebdomadas episcopo resignavit. Cui Iohannes dictus am Buel successit; hic male et negligenter praefuit.

1458. Iohannes abbas dictus am Bûl resignavit. Cui Henricus Porter successit. Hic pessime praefuit, plura bona vendidit et totaliter alienavit, debita non minuit set in intolerabile monasterii detrimentum augmentavit; ecclesiam in Stans iuri laicorum concessit, et cetera plura fecit que enarrari longum esset; que Deus emendet.

1478. Henricus abbas dictus Porter a confederatis deponitur et in Briens plebanus locatur. Cui Ulricus successit, vir segnis et ad restituendum pene collapsum monasterii statum admodum ineptus et inexpertus. Set quid futurum sit, posteri iudicabunt. Anno Domini 1484.

1489. Ulricus abbas confirmatus et non consecratus obiit. Huic successit Nicolaus primo professus monachus Hornbacensis. Qui nondum confirmatus resignavit. Inde electus est Iohannes, primo Hirsaugiensis monachus, post multas paupertates exilia et miserias ad regiminis culmen, in quo, dictu grave, non multum laudamenti promeruit. Velle enim habens, posse ei defuit. Vidensque tam flebilem monasterii liliose Virginis desolacionem

a) H. *codex, quod Iodocus Mezler* Heinricus *intelligit et Italum fuisse scribit* ecclesiae Avicensis archiepiscopum. b) H. *c.*

19) Adventus prima. 20) Acerranus episcopus Heinricus tunc vixit.

ac dilapidacionem, omniumque bonorum devastacionem, necnon omnia et singula subposita voluntati ac ordinacioni secularium, et tam manifestam frivolamque deordinacionem, prava dissimulacione incitatus, Deo equissimo iudici ac defensori se et monasterium cum suis omnibus in oracionum suarum sedulitate devotissime commendavit.

Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi 1546. die vicesimo nono mensis Decembris ex huius deplorandi mundi hospitio sese recepit ad aeternas coeli sedes, ubi immortalis cum Altissimo quies. reverendissimus dominus Barnabas Bürky huius monasterii abbas, vir in vita summe clarus, doctrina insignis, artium liberalium et magister doctus, divinarum scripturarum ac orthodoxae christianae theologiae et philosophiae peritissimus professor, in docendo indefatigatus declamator, ignarae iuventutis sollicitus institutor, memorabili sanctimonia vitae, catholicae fidei et castae religionis conservator, omnium haeresum propugnator, pauperum liberalis elargitor et defensor; concordiae et pacis amator; iniuriarum et persecutionum patientissimus lator; ambitionis detestator, et doctorum virorum ornator ac promotor. Denique tam admirabili fuit sanctimonia vitae, ut omnibus suae aetatis hominibus summae esset admirationi et spectaculo. Qui pridie quam ex vivis recederet rapidissima paralisi attactus, animam suam, prius omnibus rebus rite peractis, quae ad salutem animae suae pertinebant praeceptis, individuae Trinitati commendavit, ac omnes coelicolos oravit, ut pro eo intercedant, ut vitam aeternam consequatur.

Ideoque cuncti mortales, qui aeternam salutem et resurrectionis exspectant diem, pro tali religiosissimo reverendissimo castissimo doctissimo sapientissimo viro intercedere debent, ut habeat vitam aeternam.

Vixit annis septuaginta tribus, et praefuit monasterio annis quadraginta duobus.

# ANNALES SUEVICI.

*Exscripsi eos Londini ex codice Musei Britannici inter codices hoc saeculo acquisitos numero 22,349 insignito, membranaceo, qui saeculo XIII. exeunte exaratus est. Habentur ibi ad calcem Martini Poloni primae editionis, eademque atque hic manu rebus relatis aequali scripti sunt. Excipit eos Bernhardi epistola ad fratres Montis Dei, eiusdem tractatus de formula honestae vitae, Nychodemi historia de passione et resurrectione Domini, presbyteri Iohannis epistola ad Emanuelem, Iohannis Wirzburgensis epistola Dietherico socio et domestico suo de partibus transmarinis revelacio*[1]. *Annalium auctorem in coenobio aliquo fratrum Minorum in Suevia vixisse ex rebus ab ipso relatis apparet.*

Anno Domini 1273. Cum Romana res publica longis temporibus sine imperiali administratione quasi desolationi proxima gemebunda tepuisset, larga semper Dei misericordia de celo in terram aspiciente, Ruodolfus comes de Habspurg apud Frankenfurth in regem Romanorum eligitur, ac apud Aquasgrani cum matrona sua Anna sollempniter intronizatur. Anno Domini

1274. Heinricus episcopus Basiliensis vir bellicosus obiit. Cui frater Heinricus de Isinna[a. 2] ordinis fratrum Minorum in episcopatu successit. Eodem anno obiit Eberhardus episcopus Constantiensis, eique substituitur Ruodolfus comes de Habspurg, patruelis Ruodolfi regis. Gregorius papa celebrans generale concilium Lugduni, decimam omnium ecclesiasticarum redditüum dari sex annis continuis instituit, et eas in subventionem terre sancte deputans, crucis misterium fecit generaliter predicari. Anno Domini

1275. Ruodolfus episcopus Constantiensis apud Viennam a quodam cardinale in presbiterum ordinatur, et a Gregorio papa in episcopum consecratur. Gregorius papa et Ruodolfus rex apud Lausennam conveniunt, et ibidem Ruodolfus rex cum coniuge sua et Ludwicus dux Bawarie cum multis aliis baronibus cruce signatur. Anno Domini

1276. Gregorius X. papa, vir religiosus et vere sancte ecclesie custos pervigil, viam universe carnis ingressus, Innocentio sedem reliquit. Quo eodem anno vita decedente, Adrianus V. successit, set ante consecrationem obiit. Cui Iohannes XXI. subrogatus eodem 1277. anno ordinationis sue moritur, et Nicolaus natione Romanus in sede apostolica collocatur. Maxima etiam opulentia annone, quam antea fuisse nullus meminit, hoc tempore viguit, ita ut modius siliginis venderetur pro 11 denariis, et modius tritici pro 16 denariis.

Hoc anno Ruodolfus rex 7. Kal. Septembris cum Odoacro rege Boemie, qui cum ma- 1278. ximo exercitu sibi occurrit, conflictum publicum iniit, et quamquam idem Romanorum rex equo quo sederat interfecto in terram corrueret, iterato se conflictui involvit; sicque Boemii prelii pondere gravati, in fugam se vertentes, regem suum occisum per manus Theutonicorum miserabiliter reliquerunt. Post hec filius et filia quondam regis Boemie a Ruodolfo rege Ottoni marchioni de Brandenburg sub tutele nomine committuntur, et ipsi filio quondam regis, necnon fratri predicti marchionis due filie Ruodolfi regis desponsantur.

a) Isnina? 1) ed. Bern. Pez Thes. anecd. T. I P. 3. p. 485—534. 2) Isny.

Verum idem marchio huius amicicie inmemor, Ruodolfo regi se opponere nititur, magnos et validos exercitus congregando. A. D.

1280. Nicolaus papa tertius obiit, qui Karolum de senatoria dignitate amovit, fratrem suum natione Romanum, sicut et ipse fuerat, in eadem dignitate instituendo. Ruodolfus rex magna milicia collecta contra Ottonem marchionem de Brandenburg in Boemiam potenter venit.

1281. Sequenti anno Martinus papa quartus Nicolao substituitur, et indignationem quam idem Nicolaus contra Karolum exercuit, ipse in favoris gratiam convertit. Eodem anno Anna
Febr. 16. regina uxor Ruodolfi regis 14. Kal. Martii apud Wienam moritur, et apud Basileam 14 Kal.[a] Aprilis honorifice thumulatur. Eodem anno Ruodolfus rex, Alberto filio suo primogenito
Mai. in Austria pro gubernatore relicto, ad Sweviam revertitur; collectaque maxima multitudine contra comitem Egenonem, qui regiam maiestatem ipso absente varie offenderat, in oppido
Oct. 7. Friburg tamdiu obsidione cinxit, quousque eundem Egenonem ad satisfactionem pro omni
Oct. 23. libito voluntatis sue compulit. A. D.

1282. Hartmannus filius Ruodolfi regis cum ad eundem Mogontiam navi ire vellet, 12. Kal. Ianuarii in primo flore adolescentie prope Rinaugiam naufragio cum pluribus aliis periit, et apud Basileam 2. Kal. Ianuarii corpus terre reddidit. Eodem anno 8. Kal. Februarii
Aug. factus est terre motus magnus in crepusculo noctis. Eodem etiam anno Ruodolfus rex collecto exercitu valido Coloniensem archiepiscopum, qui usque ad hęc tempora bona imperii tenuit, ad restitutionem eorundem bonorum valide coegit. A. D.

Mart. 29. 1285. Martinus papa quartus obiit, cui Honorius quartus successit. Hic tam cyra-
Apr. 2. gricus quam podagricus usque ad finem sue vite fuit. A. D.

1287. Apr. 3. 1288. Honorius papa quartus obiit, cui Nicolaus quartus successit, primus de ordine
Febr. 22. fratrum Minorum. A. D.

Mai. 1290. Ruodolfus dux Austrie, filius Ruodolfi regis, obiit, relinquens filium parvulum nomine Iohannem ex filia Odoacri quondam regis Boemie. A. D.

Iul. 15. 1291. Ruodolfus rex Romanorum Spire obiit, ac ibidem thumulatur, mense Iulio. A. D.

Mai. 5. 1292. Adolfus comes de Assowe in regem Romanorum eligitur.

a) *vox suppleta; cf. Annales Colmar. maiores.*

# ANNALES SANCTI TRUDPERTI.

*Reperi eos anno* 1848 *in codice Martini Poloni membranaceo in folio, qui saec. XIII. exeunte exaratus apud virum b. m. Zeisberg Wernigerodanum habebatur, et iam cum tota eius collectione litteraria in bibliothecam illustrissimi comitis Stolbergensis Wernigerodanam transiit. Libellus ex Reginone, Wipone, Herimanno Augiensi, Ottone Frisingensi et eius continuatione, Annalibus Engelbergensibus, Ottone de Sancto Blasio, et catalogis pontificum Romanorum saeculo XIII. exeunte excerptus, in monasterio sancti Trudperti*[1] *a meridie Friburgensis civitatis in Brisgovia originem habuisse videtur, unde primum fabula de sancto Trudperto comite Habsburgensi in tertia eius vita anno* 1279 *composita prodiit. Annis* 1058, 1093, 1098, 1122 *et inde ab exeunte saeculo XII. plurimum cum annalibus Zwifaltensibus consentit, ita tamen ut ex eisdem atque illi fontibus hausisse videri possit, ac nonnulla habeat quae in Zwifaltensibus desiderantur, annorum tamen numeris nonnunquam male notatis. Extremam partem, qua auctor ea quae ipsemet viderat retulisse censendus est, abscisam esse dolemus. Fontibus libelli in margine indicandis Iaffeus noster operam dedit.*

1. Ab Adam usque ad nativitatem Domini anni 5500. Iudeis cum ceteris gentibus census ab Augusto per presidem Cirinum indicitur. Dominus Iesus Christus in Bethlehem Iude nascitur anno imperii Cesaris Augusti 42, anno ab Urbe condita 750, olimpiade . . *etc.*

593. Hiis temporibus Ingenuinus episcopus Sabionensis vel Brixinus clarissimus dicebatur et fuit[a] . . . . . . . . Paul. Diac. III. c 26.

720. Leo imperator imagines Domini et sanctorum incendi iussit et multos huic contradicentes decollavit. O. Fris. Chr V. c. 18.

722. Patriarcha Germanus nomine a Leone pellitur et Anastasius in locum eius subrogatur.

723. Gregorius papa, commonito sepe imperatore et incorrigibili invento, Italiam ab eius imperio recedere persuasit.

724. Sanctus Bonifacius a Gregorio papa Maguncie episcopus ordinatur. Herm. Aug 719.

726. Sanctus Pirminius clarus habetur, qui multorum monachorum auctor extitit. Hiis diebus reliquie sancti Augustini in Ticinum a Leuprando Longobardorum rege deportantur. Karolus Burgundiam subiecit. O. Fris. Chr V. c. 18. H. Aug. 727

728. Hiis diebus Beda presbiter Anglorum multa scripturarum monimenta relinquens quievit in pace. Tria cenobia constructa sunt Altaha, Mŏrbach, Savarias. O. Fris. Chr. V. c. 18. H. Aug. 731.

731. Gregorius papa obiit[b], Gregorius IV. successit.

733. Heto episcopus Argentinus, prius abbas Augiensis, monasterium Etthinhein construxit. H. Aug. 734.

734. Hiis diebus Sarraceni Constantinopolim per obsidionem cinxerunt, tandemque clamantibus ad Dominum civibus, fame frigore ac pestilencia correpti discesserunt. In urbe quoque Constantinopoli 300 milia pestilencia periisse feruntur. O. Fris. Chr V. c. 18.

742. Gregorius papa obiit, cui Zacharias successit. Leo imperator 24. imperii sui anno obiit, cui Constantinus filius suus 65. successit. Karolus filius Pippini obiit, tres filios Karlomannum, Pippinum et Griphonem reliquit. Pippinus et Karlomannus contra Hunaldum ducem Equitanie bellum movent, captoque castello quod Lucas dicitur regnum dividunt. Karlomannus Austriam Alemanniam Turingiam, Pippino Burgundiam Neustriam Provinciam sortito. c. 19. 20

744. Constantinus imperator maliciam patris supergressus maleficiis ac cruentis sacrificiis. c. 19.

752. Hoc tempore Hildericus solo nomine in Francia regnavit. O. Fris. Chr. V. c. 21.

753. Zacharias papa obiit, Stephanus successit. Hic Merovingorum regno in Hilderico finito, Karolingorum a Pippino, per quod Constantinopolitanum minuendum erat, inicium sumpsit. Pippinus a sancto Bonifacio Mogontino archiepiscopo auctoritate domni pape, detonso rege Hilderico, in regem ungitur. c. 22. c. 21 et 22.

a) Hiis — temporibus *tertia manu adduntur*. b) *deest in codice*.

1) Cf. a. 814, 1020, et notitias de urbe Friburgensi condita a. 1118, de condita Brisaugia a. 1185, a. 1232 de obitu Sophiae comitissae et hereticis in Brisaugiae partibus crematis.

O. Fris. Chr. c. 22. 754. Hiis diebus sanctus Corbinianus primus Frisingensem ecclesiam rexit.

H. Aug. 754. O. Fris. Chr. V. c. 25. 755. Sanctus Bonifacius archiepiscopus martirio coronatur. Pippinus rex rogatu Stephani pape contra Austulfum regem Longobardorum procinctum movet, in Italiam veniens Papiam obsedit, in qua se Austulfus contulerat. Deinde acceptis 40 obsidibus, iureiurando[a] interposito ne amplius Romanam ecclesiam infestaret, ad propria remeavit.

ibid. 757. Stephanus papa obiit, Paulus successit. Tassilo dux Baiariorum Philippo[b] fidelitatem promisit.

758. Pippinus gravi bello Saxones tributarios fecit.

760. Pippinus Wafarium ducem Equitanie vicit.

761. Tassilo dux Baioarie postposita fide regi repugnat.

ibid. 766. Sanctus Othmarus migravit ad Dominum.

767. Paulus papa obiit, Stephanus successit.

ibid. ibid. c. 26. 769. Pipinus Wafarium interfecit, ipseque Turonis in reditu infirmatus obiit, cuius filii Carolus et Karlomannus regnum inter se divisere, Constantino adhuc imperante. Hic Karolus ad differenciam aliorum Magnus cognominatus est. Hic Hunaldum qui ducatum Aequitanie invaserat, occiso Wafario, ad Lupum Gasconum ducem fugavit, sed postea tam ipsum quam Lupum in dedicionem accepit.

ibid. 771. Karolus Magnus Saxonibus victis 300 equorum per annos singulos censum imponit, et defuncto fratre suo Karlomanno, et uxore eius ac filiis ad Desiderium Longobardorum regem fugientibus, solus regnavit.

772. Stephanus papa obiit, Adrianus successit.

ibid. 773. Karrolus rogatu Adriani pape Desiderium regem Longobardorum Ticini obsidione includit, ibique dimisso exercitu, Romam oracionis causa perrexit, inde reversus, urbem fatigatam ad deditionem coegit, regemque captivum abduxit.

774. Karolus subacta Italia tripartito exercitu Saxoniam ingreditur, incendiisque vastata terra, predam immensam diripuit; et denuo regressus, obsides accepit.

O. Fris. Chr. V. c. 26 et 27. 776. Constantinus obiit, cui Leo filius suus 66. ab Augusto successit.

O. Fris. Chr. V. c. 27. 777. Karolus Saxonibus iterum subactis christianam fidem suscipere persuasit. Solus Widikint aufugit.

cf. Reg. 778. 778. Karolus Ispaniam petit, Cesaraugustanam urbem capit, Saxones rebelles reversus iterum domuit.

Regino 779. H. Aug. 779. 779. Hiltebrandus Spolitanorum dux ad Karolum venit et eius dominationi se subiecit. Karolus a Saxonibus rursum repugnantibus obsides accepit.

O. Fris. Chr. V. c. 27. 28. 780. Leo imperator obiit, Constantinus filius suus 67. ab Augusto successit.

O. Fris. Chr. V. c. 28. 781. Karolus Romam venit, ubi Pippinus filius eius in regem Italie et Ludewicus in Aquitanie regem ab Adriano papa unguntur.

cf. Reg. 782. 782. Saxonum iterum repugnancium Karolus 4 milia aut occidit aut exilio dampnavit.

H. Aug. 783. 783. Hiltegardis uxor Karoli obiit.

cf. Reg. 784. 784. Karolus cum filiis suis Saxones iterum devastat. Sanctus Virgilius Salzburgensis episcopus obiit[c].

Regino 785. H. Aug. 785. 785. Karolus Saxonum multociens repugnantium depredatus est castra. Widikint dux eorum ad Karolum veniens baptizatus est.

Regino 786. 787. 786. Karolus Britanniam debellavit et Romam veniens a Herigiso Beneventano duce 12 obsides et a Tassilone totidem accepit.

H. Aug. 788. et Reg. 788. ibid. H. Aug. 789. 788. Tassilo infidelitatis et periurii convictus capitali sentencia dampnatur, sed Karolus misericordia motus, quia consanguineus eius fuit, eum in monasterium cum filio suo abire concessit. Grecorum exercitus a Francis et Italis vincitur. Karolus Sclavos cognomento Wilzi subiugavit.

O. Fris. Chr. V. c. 29. 793. Constantinus imperator consilio matris sue Hierene ut dicitur cecatus obiit, regnavit post eum mater sua 5 annis.

H. Aug. 795. 795. Karolus a Saxonibus iterum repugnantibus obsides accepit.

H. Aug. 796. 796. Adrianus papa obiit, Leo successit. Tudin rex Avarorum cum magna multitudine venit ad Karolum et baptizatur; magnisque muneribus donatus remittitur.

O. Fris. Chr. V. c. 30. Regino 799. 799. Leo papa in letania maiore a Romanis flagiciosissime truncatur, ita ut oculi eius eruti viderentur, qui ad Karolum veniens honorifice suscipitur et post adiutorium promissum pari honore remittitur.

O. Fris. Chr. V. c. 30. 800. Karolus Romam venit, ubi se Leo papa de obiectis criminibus coram cunctis sacramento purgavit.

Regino 801. O. Fris. Chr. V. c. 31. 801. Huius anni die natali Domini cum Karolus ante confessionem sancti Petri surgeret, Leo papa coronam capiti eius imposuit, et omni populo laudes dicente, 69. ab Augusto imperator creatur. Deinde post paucos dies criminatores Leonis pape capitali sentencia dampnatos sed ipsius precibus vite servatos in exilium misit. Hoc anno regnum Romanorum, quod a Constantino usque ad id temporis in urbe Constantinopoli fuit, ad Francos derivatum est. Exhinc Grecorum imperium a Romanorum imperio disiungitur.

Regino 805. 805. Karolus imperator Sclavos depopulatur, duce eorum Leto occiso.

Regino 806. 806. Karolus imperator inter 3 filios Pippinum et Ludewicum et Karrolum regnum testamento divisit et Leoni pape transmisit ad confirmandum. Eclipsis lune 4. Non. Septembris facta est.

Regino 807. 807. Eglipsis solis 3. Idus Febr. lune quarto, 11. Kal. Septembr. facta est.

Regino 810. 810. Pippinus filius imperatoris Karoli obiit.

Regino 813. 812. Karolus obiit.

cf. Vita S. Trudperti[1] c. 1. 29. 31. 814. Sanctus Trudpertus a Ranperto comite de Habesburc translatus est. Karolus imperator Ludewicum filium suum imperatorem designat.

O. Fris. Chr. V. c. 33. 815. Ludewicus Karoli Magni filius 70. ab Augusto imperavit et a Leone papa diademate coronatur.

816. Leo papa obiit, Stephanus successit.

ibid. 817. Stephanus papa obiit, Pascalis successit. Imperator Ludewicus primogenitum suum Lotharium regni socium legit, alios vero duos Karolum et Ludewicum reges vocatos unum Equitanie, alium Baiaorie prefecit.

O. Fris. Chr. V. c. 34. 821. Lotarius filius imperatoris in die sancto pasche coronatus a Paschali papa imperatoris et augusti nomen sortitur.

824. Pascalis papa obiit, Eugenius successit.

828. Eugenio papa defuncto, Valentinus successit, qui post 40 dies obiit. Gregorius successit.

Regino 838. 828. Ludewicus a suis imperio privatus et custodie traditus; Lotario filio eius monarchia electione Francorum datur, sed a filio Ludewico de custodia erutus in regnum restituitur. Hoc factum dicitur per fornicationes Iudit uxoris

a) a iureiur *c.* b) *leg.* Pippino. c) S. Virg. — obiit *quarta manu s. XIV. post inscripta sunt.* 2) Acta SS. Apr. III, 426 sq.

eius. Cuius imperium prius peracta cruenta pugna tres filii eius dividunt, Karolo occidentali regna id est a Britannico mari usque ad Mosam, Ludewico orientalis, id est omnis Germania usque ad Renum, Lotario media pars, id est Belgica Gallia, que ex nomine Lotaringia usque hodie vocatur, cum Romano imperio forte devenit, 71. loco ab Augusto. Eppo episcopus Remorum in generali sinodo deponitur et multi alii exilio dampnantur post depositionem imperatoris. O. Fris. Chr. V. c. 35. O. Fris. Chr. VI. c. 1. Regino 839.

840. Ludewicus imperator obiit. Regino 840.

844. Gregorius papa obiit, Sergius successit.

847. Sergius papa obiit, Leo IV. successit.

855. Lotharius imperator imperium inter filios divisit. Ludewico Italiam tradidit eumque imperatorem appellari iussit, Lotario regnum quod ex nomine eius vocatur concessit, Karolo autem Provincie regnum dedit, et ipse monachus efficitur. Vide ad quantum defectum imperium devenerit, ut in tres partes Francorum regno diviso tercie partis tercia pars fiat. Ludewicus filius Lotarii 72. ab Augusto imperavit. Regino 855. O. Fris. Chr. VI. c. 1, 2.

856. Leo papa obiit, Benedictus successit.

857. Karolus Pippinum filium Ludewici patrui sui, regem Equitanie, cepit et in monasterium trusit. O. Fris. Chr. VI. c. 1.

858. Karolus obiit, pro cuius regno inter fratrem Lotarium et patruum Karolum controversia oritur. O. Fris. Chr. VI. c. 2.

859. Benedictus papa obiit, Nicolaus successit.

862. Lotarius Diepirgam legittimam uxorem reiecit et Waldradam concubinam suam in locum eius subintroduxit, unde a Nicolao papa excommunicatus omni regno discrimen genuit. O. Fris. Chr. VI. c. 3.

865. Lotarius Diepirgam receptam rursum abiecit, et Waldradam quam abiuraverat recepit. cf. H. Aug. 867.

868. Nicolaus papa beatissimus obiit, Adrianus successit.

869. Lotarius Romam veniens cum se falso affirmaret coram pontifice predecessoris sui Nicolai circa Diepirgam servasse[a], corpus Domini sub attestatione conscientie de manu pape cum suis accepit, inde rediens in via obiit. Omnes huius facinoris rei qui corpus Domini sumpserant infra unius anni spacium obierunt. O. Fris. Chr. VI. c. 4.

870. Regnum Lotarii frater eius Ludewicus et patruus Karolus IV.[b] inter se dividunt. Karolus 3 filios habuit, Karlomannum, Karolum et Ludewicum. Ex quibus Karolus a quodam percussus interiit, Karlomannus diaconus ordinatus cum Christi servicium sperneret et diaboli appeteret, pro latrocinio a patre suo luminibus privatur. Regino 870.

871. Adrianus papa obiit, Iohannes VII. successit.

873. Innumerabilis locustarum multitudo totam devastavit Galliam, que cum in Britannicum mare, vento impellente cecidissent, oceani refluxione reiecte instar moncium circa litora iacebant. Regino 873.

874. Ludewicus suavissimus imperator obiit, cuius patruus Carolus a summo pontifice Iohanne et civibus imperium pecunia ut dicitur optinuit 74. ab Augusto. O. Fris. Chr. VI. c. 6.

876. Ludewicus occidentalis Francie rex obiit.

877. Karrolus IV. veneno ut dicitur obiit, cuius regnum filius Ludewicus IIII. accepit.

878. Ludowicus IIII. obiit. Hic duos filios ex nobili puella habuit Ludewicum et Karlomannum, qua patris iussu dimissa, Adilheidem accepit, que eo mortuo in utero filium habens, patris nomen Karoli VII. puero imposuit. Boso parvipendens filios Ludewici quasi non legittime natos Burgundiam invadit, sed adolescentes ipsum adiutorio procerum cunctis diebus vice eius persecuti sunt. Regino 878. O. Fris. Chr. VI. c. 6. Regino 879.

880. Karlomannus IV. obiit. O. Fris. Chr. VI. c. 6.

881. Karolus VII, cui Alemannia sorte cessit, in Italiam procinctum movet, totaque Longobardia potitus ad Urbem venit, ubi a Iohanne papa imperatoris et augusti nomen sortitur 75. ab Augusto. O. Fris. Chr. VI. c. 8.

882. Ludewicus VI. rex orientalis Francie obiit, cuius regnum Karolus III. suscepit. Regino 882.

883. Ludewicus obiit. Iohannes papa obiit, Marinus successit. Regino 883.

884. Karlomannus V. obiit. Regino 884.

885. Marinus papa obiit, Adrianus successit.

886. Adrianus papa obiit, Stephanus successit.

887. Karolus VII. imperator cum corpore et animo egrotaret, principes Arnulfum filium Karlomanni IIII. ad regnum trahunt. Ad quem miserabile dictu, de regno potentissimo pauper factus nuncios misit, ut eius gratia vel victum cottidianum haberet. Hac pauperie per annum passo christianissimo imperatore dicunt ei hanc temptationem circa finem suum evenisse. Obiit ergo pauper et modicus, paulo ante potentissimus, cunctis exemplum linquens lamentabile mortalibus et in monasterio Augiensi humatur. O. Fris. Chr. VI. c. 9. Regino 887. O. Fris. I, 1. cf. Reg. 887.

888. Karolo mortuo, sicut de Alexandro Magno legitur, regnum multimode scinditur. Itali Berngarium et Widonem reges statuunt, sed Berngarius a Widone expulsus ad Arnulfum profugus venit. Occidentales Franci Oddonem filium Ruperti consensu Arnulfi statuunt. O. Fris. Chr. VI c. 9. O. Fris. Chr. VI. c. 10.

889. Hungarorum gens ex Scitia egressa ac a Petenatis pulsa tam beluina fuit, ut crudis carnibus vesceretur humanum sanguinem.

891. Normanni cum christianis congressi, Sunzone archiepiscopo Moguntino et Arnoldo comite et multis aliis occisis, victores existunt 6. Kal. Iulii. Deinde Arnolfus rex, audito hoc nuncio, collecto milite usque ad paucissimos delevit. Regino 891. O. Fris. Chr. VI c. 11.

892. Stephanus papa obiit, cui Formosus successit. Regino cronicarum scriptor in Prumiensi cenobio abbas constituitur. Regino 892.

893. In regno occidentali inter Karolum VII. filium Ludewici IV, qui patre mortuo adhuc in utero matris positus fuit, et Ottonem de regno lite orta, Karolum et ad Arnolfum supplicem venire auxilii gracia compulit. Cui Arnolfus regnum paternum donat, sed Otto ei forcius resistens ex utraque parte perire multos fecit. O. Fris. Chr. VI. c. 11. O. Fris. Chr. VI. c. 6. 11. Regino 893.

894. Arnolfus composita Germania Longobardiam ingreditur et capta fortissima civitate Pergamo Ambrosium comitem patibulo suspendit, quo facto omnes civitates Italie metu perculse sese ei dederunt. Wido qui Italiam regebat imperatoris nomen habens obiit, cui filius suus Lanpertus succedens Romam venit et diadema imperii a presule sibi imponi fecit cum nomine imperatoris. O. Fris. Chr. VI. c. 12. Regino 894.

895. Arnolfus rex conventum Wormacie celebrans Zwendebaldo filio suo cum voluntate principum regnum Lotarii tradidit. O. Fris. Chr. VI. c. 12.

896. Lanpertus qui imperium invaserat obiit et Ludewicus filius Bosonis, cui Karolus IV, II. imperator Provincie regnum dedit, a Longobardis ad imperium invitatus. Arnolfus Italiam ingressus ad Urbem usque progreditur, qua armis capta a Formoso papa coronatus imperator creatur. O. Fris. Chr. VI. c. 13. et Regino 896.

a) *deest* iussa *vel simile quid.* b) *ita c.*

Herm. Aug. 897. Formosus papa obiit, Bonifacius successit, qui 15. die podagra moritur; cui Stephanus VI. successit, qui digne propter effossum Formosum eiectus est. Romanus in locum eius substitutus est. Romanus quinto mense obiit, cui Theodorus successit, quo 20. die mortuo Iohannes IX. successit.

O. Fris. Chr. VI. c. 13. 898. Otto occidentalis Francie rex obiit, et Karolus VIII. filius Ludewici IV. filii Karoli IV. filii Ludewici filii Karoli Magni omnium voluntate rex creatur.

Regino 898. 899. Arnolfus imperator obiit. Inter Ludewicum Bosonis filium et Berngarium in Italia plurime congressiones fiunt. Berngarius Ludewicum expulit, ipse Romam ingreditur, ubi a summo pontifice coronatus imperator appellatur.

O. Fris Chr. VI. c. 13. 900. Iohannes papa obiit, Benedictus IV. successit. Ludewicus Arnolfi filius rex creatur ac a principibus Lotaringie eo quod Zwendebaldo fratri suo offensi essent in regnum Belgice invitatur.

O. Fris. Chr. VI. c. 14. 901. Zwendebaldus fratri resistere volens publico bello necatur, et sic Ludewicus libere regnavit.

903. Hiis diebus Ungari Longobardiam vastant.

904. Bonifacius papa obiit, Leo succedens eodem anno obiit, cui Christoforus successit, et ipse eodem anno eiectus Sergio III. sedem reliquit.

O. Fris. Chr. VI. c. 15. 905. Ludewicus Bosonis filius[a] Berngarium Italia expulit. Sed Berngarius clam revocatus Ludewicum captum luminibus privavit, et ipse regnum Italie cum Romanorum imperio tenuit.

906. Hiis diebus Albertus nobilissimus Francorum comes, Ottonis Saxonum ducis ex filia nepos, Cunradum, qui a quibusdam Ludewici regis frater fuisse creditur, occidit. Ob ea rex predictus Albertum Babenberg obsessum et dolo captum occidit.

908. Ungari commisso cum Baioaris bello ducem eorum Leubaldum, Arnolfi ducis patrem, occidunt, ac inde per totum regnum diffusi Alemanniam, Franciam, Saxoniam, Turingiam pervenerunt.

O. Fris. Chr. VI. c. 16. 913. Sergius papa obiit, Anastasius successit. Ludewicus Arnolfi imperatoris filius, orientalis Francie rex, sine herede obiit, et in ipso Karolum genealogia defecit ad tempus in orientali Francia. Cunradus filius Cunradi ab Alberti occisi Ludewico mortuo orientalis Francie rex creatur. Hunc quidam Ludewici fratris filium fuisse dicunt et ob hoc eum novissimum Karolorum ponunt. Ungari a Suevis et Baioaris iuxta Enum fluvium sternuntur.

ibid. 914. Anastasius papa obiit, Laudo successit. Arnolfus dux Baioariorum regi Cunrado rebellans ad Ungaros fugit.

915. Laudo papa obiit 5. mense, cui Leo VII. succedens et ipse post 2 menses obiit, cui Iohannes X. successit.

ibid. 918. Cuonradus orientalis Francie rex obiit.

O. Fris. Chr. VI. c. 18. 920. Heinricus Ottonis Saxonum ducis filius Cuonradi antecessoris sui consilio in regnum sublimatur, Karolo VII. adhuc occidentalis Francie regnum tenente. Berngarius quoque Italiam cum Romano imperio adhuc tenebat. Heinricus cum cis Renum regnaret et de Belga cum Karolo disceptaret, ex voluntate amborum Belgica Heinrico cessit, Karolo Celtica et Aquitanica, Lugdunense pro se regem habente, remansit et sic regnum quod Francorum dicitur ex paterna hereditate Belgicam, Galliam cum palacio Aquis et maiore parte Francie perdidit.

H. Aug. 921. 921. Pugna Rudolfi regis Burgundie et Burchardi ducis Alemannie, in qua rex a duce fugatur.

C. Reg. 924. O. Fris. Chr. VI. c. 18. 923. Karolus VII. ab Heriberto comprehensus in custodiam mittitur. Arnolfus Baioariorum dux morte regis Cuonradi comperta ex Ungaria in patriam revertitur regnareque cupiens tandem a rege relictis sibi terre ecclesiis in pacem vocatur.

H. Aug. 924. 924. Hiis diebus sanctus Uodalricus Augustensem et sanctus Cuonradus Constantiensem ecclesiam regebant.

H. Aug. 925. C. Reg. 925. 925. Sancta Wiborada virgo martirio coronatur. Karolus rex occidentalis Francie in custodia obiit. In cuius locum primates quendam Ruodolfum eligunt, despecto filio Karoli Ludewico.

O. Fris. Chr. VI. c. 18. 929. Iohannes papa obiit, Stephanus successit. Heinricus rex Ungaros more suo erumpere volentes in Saxonia incredibili cede prostravit, lanceam quoque sacram a Rudolfo Burgundie rege minis extorsit.

931. Stephanus VII. papa obiit, Iohannes XI. successit.

935. Iohannes papa obiit, Leo VII. successit.

ibid. O. Fris. Chr. VI. c. 19. 937. Heinricus rex dum ad optinendum imperium Romam tenderet, 17. regni sui anno obiit, cui filius suus Otto nobilis heres succedens a Mogontino archiepiscopo Hildeberto coronatur.

938. Leo papa obiit, Stephanus VIII. successit.

ibid. 939. Otto rex Sclavos qui et Bemi, resistentes sibi, compescuit, Belgas consilio Gisilberti ducis transitum Reni prohibere[b] in fugam vertit totamque terram ferro et flamma vastavit.

941. Giselbertus dux collecto milite Andrenacum usque progreditur, ubi occurrentibus sibi Germanis acerrimo prelio commisso dux fugere volens Reno mergitur, ceteri fugantur.

942. Ludewicus rex filius Karoli VIII. sororem Ottonis regis Gisilberto duce mortuo viduatam in matrimonium accepit. Stephanus papa obiit, Marinus II. successit.

ibid. 945. Marinus papa obiit, Agapitus II. successit. Otto rex Galliam[c] rursum petens totam in dedicione accepit, et ex hinc provincia illa a regibus Teutonicorum absque contradictione possidetur.

947. Otto rex post multos triumphos Italiam ingreditur indeque Berngarium fugat. Ipse vero cum redire vellet, Cuonradum ducem Wormacie ad persequendum Berngarium dereliquit ibi.

ibid. 948. Iniciatus est locus Sancti Blasii monasterii in Nigra silva. Berngarius ad Augustam civitatem Recie veniens cum filio suo Alberto regi Ottoni se dedidit, ab eoque regnum Italie excepta marchia Veronensium et Aquileiensium suscepit.

O Fris. Chr. VI. c. 20. 955. Agapitus papa obiit, Iohannes XII. successit. Ungarorum gens sevissima ab Ottone rege apud Augustam incredibiliter in vigilia sancti Laurencii ceduntur, quippe usque ad septem numero omnes perierunt.

958. Otto rex Sclavos resistentes sibi bello peciit, ac tam de ipsis quam de Ungaris triumphans pater patrie appellatus est.

O. Fris. Chr. VI. c. 21. 960. Iohannes diaconus et Azo scriniarius ab apostolica sede missi ad regem Ottonem veniunt ipsumque ad tuicionem Romane ecclesie invitant.

961. Otto rex filio suo Ottone in palacio Aquis ad regnum sublimato per Baioariam et Tridentinam vallem Italiam armatus intravit.

O. Fris. Chr. VI. c. 22. 962. Otto rex ad Urbem a Papia progressus honorifice suscipitur et imperatoris ac augusti nomen sortitur 77. vel 84. ab Augusto.

O. Fris. Chr. VI. c. 23. 963. Otto imperator cum Berngarium in monte Leonis obsidione clauderet, Albertus filius eius Iohannem papam in suam partem inclinavit, quapropter imperator obsidione dimissa contra Urbem aciem dirigit, pontifex cum quibusdam aufugit, alii datis obsidibus augusto subduntur. Imperator papam revocat, sed eo nolente venire, Leonem in pontificatu substituit, ibid. c. 24. Berngarium deinde in deditionem acceptum in Baioaria exilio relegavit.

a) *excidit.* b) *deest* nitentes. c) Belgicam *Otto Fr. VI*, 19.

964. Imperatore Ottone ab Urbe recedente, Romani Iohannem recipiunt, Leone expulso. Qui nil moratus ad imperatorem venit. Interim Iohannes moritur, et Benedictus V. a Romanis ei substituitur. [O. Fris. Chr. VI. c. 24.]

965. Otto imperator tam pro expulsione Leonis quam subrogatione Benedicti inflammatus exercitum contra Urbem movet. Quam obsidione clausam et incredibili fame fatigatam ad deditionem coegit. Deinde Leonem restituit, Benedictum secum abduxit.

967. Leo papa obiit, cui Iohannes XIII. successit.

968. Otto imperator deficientibus a se denuo Italicis Alpes transcendit, et natale Domini Rome celebrans 13 ex maioribus Urbis patibulo suspendit. Deinde vocato ad se filio suo Ottone, a summo pontifice coronari et augustum vocari precepit.

972. Iohannes papa obiit, Benedictus VI. successit.

974. Benedictus papa obiit, Benedictus VII. successit, prius Sutrie episcopus. Sanctus Uodalricus Auguste episcopus obiit. Otto imperator obiit; Berngarius et uxor eius Willa Babinberch obierunt. [ibid.]

975. Otto magni Ottonis filius 85. ab Augusto imperat. Otto imperator cum Polanis pugnans vincitur, et Misico dux filius Holizlai victor existens Polimiorum gentem ab eius imperio seiunxit. [ibid. c. 25. cf. Brun. V. S. Ad. c. 10. (SS. IV, 598.)]

976. Sanctus Cuonradus Constantiensis episcopus obiit.

977. Otto imperator dum Grecos incaute in Calabria persequeretur, amisso milite de navi exiliens natando evasit. [O. Fris. l. l.]

980. Otto imperator cum Karolinis Francis congressus et victor existens, dum vino et gule cum exercitu quasi securus deserviret, a victis vincitur. [Brun. l. l.]

983. Benedictus papa obiit, cui Iohannes XIIII. successit. Otto imperator obiit, cui Otto III. filius suus 86. successit. [O. Fris. Chr. VI. c. 25. 26.]

984. Iohannes papa obiit. Bonifacius VII. successit, qui etiam prius male ordinatus et expulsus fuerat et interim male reversus pessime postremo periit.

985. Iohannes XV. Bonifacio succedit.

989. Hic inicium sumit ciclus Dionisii abbatis qui magnus annus dicitur continens lunares 532.

996. Iohannes papa obiit, cui Gregorius V, qui et Bruno, successit. Otto III. a Gregorio papa coronatus imperator creatur. [H. Aug. 997.]

997. Hiis diebus sanctus Adelbertus Bragensis episcopus a Brucis martirio coronatur. [O. Fris. Chr. VI. c. 26.]

999. Gregorius papa obiit, cui Silvester II. successit.

1001. Otto sine herede obiit. Heinricus dux Noricorum a primoribus regni electus 87. ab Augusto imperavit. [O. Fris. Chr. VI. c. 27.]

1004. Silvester papa obiit, Iohannes XVI. successit.

1007. Iohannes papa obiit, Iohannes XVII. successit. Heinricus rex episcopatum Babinberch in honore sancti Georgii instituit et Eberhardus primus ibi ordinatur.

1009. Heinricus rex, sorore sua Gisila Stephano Ungarorum regi data, tam ipsum quam totum regnum eius ad fidem Christi vocavit. [ibid.]

1013. Sergius papa obiit, Benedictus papa VIII. successit.

1014. Heinricus rex Rome imperiali benedictione a Benedicto papa coronatur. [H. A. 1014.]

1015. Ernestus dux Suevorum occiditur. [H. A. 1015.]

1020. **Hoc anno 2. Idus Aprilis sanctus Trudpertus martir translatus est.**

1023. Sanctus Heinricus imperator obiit, sepultus in Babinberch. [cf. O. F. Chr. VI. c. 27.]

1024. Benedictus papa obiit, Iohannes XVIII. successit.

1025. Cuonradus natione Francus 88. imperavit, et ab Arbone Maguntino archiepiscopo ungitur. [ibid. c. 28.]

1026. Bolislaus dux Polanorum regi Cuonrado rebellat, sed post paucos dies obiit; sed filius eius Misico similiter rebellis fratrem suum Ottonem quoniam regi favebat, in Ruziam pepulit. Cunradus rex Giselam viduam Ernisti ducis accepit uxorem. Ernist dux Alemannie, Cuno dux Francie, Fridericus dux Lotaringorum regi rebellare conati sunt; sed ipse, designato post se Heinrico filio suo rege, in Italiam tendit. [Wipo c. 3. O. Fris. Chr. VI. c. 28. et Wipo c. 9. 10. 11.]

1027. Cuonradus Rome imperiali benedictione una cum coniuge sua coronatur a Iohanne papa indictione 10. [Wipo c. 16.]

1028. Cunradus imperator Heinricum filium suum 11 annorum a Pilgrino Coloniensi archiepiscopo apud Aquisgrani in regem consecrari fecit et Ernistum ducem Saxonie exulari fecit super quandam rupem dictam Gibechenstein. [Wipo c. 23. Wipo c. 20.]

1030. Ernist dux a custodia solutus ducatum recepit, sed statim causa Wezelonis militis sui eundem perdidit; et Hermanno fratri suo iuniori committitur, et ipse publicus hostis iudicatur, et post paucum tempus a Manegoldo comite interficitur ipso etiam procumbente. Ruodolfus rex Burgundie, avunculus Gisile imperatricis, obiit et regi Cuonrado diadema suum misit. [Wipo c. 25. Wipo c. 28. Wipo c. 29.]

1033. Cuonradus imperator Burgundiam intrans, pro rege coronatur in purificatione sancte Marie. [Wipo c. 30.]

1036. Benedictus papa obiit, propter scelera pulsus. Cuonradus imperator[a] dum Mediolanum capere non posset, omnia in circuitu ferro et flamma vastavit. [Wipo c. 35.]

1038. In Italia tres episcopi Vercellensis, Cremonensis, Placentinus apud imperatorem accusati, ab ipso sine iudicio in exilium mittuntur. [ibid.]

1039. Cuonradus imperator obiit. [Wipo c. 39.]

1040. Heinricus, Cuonradi imperatoris filius et Gisile, que de Karoli stirpe descenderat, 89. imperavit. [O. Fris. Chr. VI. c. 32.]

1041. Heinricus rex Ungariam cum exercitu ingressus, regem eorum Petrum, ab Ottone quodam fraudulenter regno pulsum, devictis Ungaris restituit. Hiis diebus tres pontifices, quorum unus Benedictus IX, alter Silvester III, terciusque Gregorius VI, unus ad Sanctum Petrum et unus ad Sanctam Mariam, tercius in Lateranensi palatio, simul sederunt. Sed Benedictus et Silvester sede pulsi sunt. Gregorius aliquandiu sedit. Heinricus rex Italiam. Gregorium papa, qui et Gracianus, occurrente sibi suscepit, et post ei a pontificatu pro nota simonie cedere persuasit, eique Swidigerum Babinbergensem episcopum, qui Clemens dictus est, substituit. Petrus Ungarorum rex a cliente suo Andrea nomine oculis ac regno privatur, ipseque Andreas regnum invadit. Quod audiens Heinricus imperator Pannonias ingreditur, sed latitantibus undique incolis terre militem sibi sustentare non valens, cunctis vastatis rediit. [O. Fris. Chr. VI. c. 33.]

1042. Heinricus rex Agnetem Gwillehelmi ducis sororem accepit uxorem, omnemque turbam histrionum et balatronum que ad nupcias venerat vacuam abire permisit, pauperibus largas elemosinas distribuens. [ibid. c. 32. Herm. Aug.]

1047. Heinricus rex in die natali Domini a Clemente papa coronatur 89. ab Augusto. [O. Fris. Chr. VI. c. 33.]

1048. Clemens papa obiit, eique Poppo Brixinensis episcopus[b], qui et Damasus II, substitutus est, qui primo mense obiit, cui Bruno Leuchorum episcopus a rege substituitur et Leo IX. appellatus est. [H. A. 1049.]

a) imperatore *c.* b) o — episcopus *in rasura tertia manus correxit.*

O. Fris. Chr. VI. c. 33. 1051. Gens Normannorum Appuliam irrupit Leonemque cum milicia venientem fugant Beneventum. Tanta strages hoc bello facta est, quod acervus ex ossibus mortuorum compactus hactenus ab indigenis monstratur.

ibid. 1054. Leo papa obiit crebrisque miraculis fulget, cui Victor II. successit.

1057. Heinricus III. imperator obiit eique filius Heinricus IV. successit 90. ab Augusto. Victor papa obiit, Stephanus IV, qui et Fridericus, sedit mensibus 6; hoc quoque mortuo[a] Nicolaus, qui et Gebehardus, Florencie episcopus, successit.

cf. A. Zwifalt. 1057. 1058. Otto dux Alemannie obiit, cui Rudolfus successit.

O. Fris. Chr. VI. c. 34. 1061. Nicolaus papa obiit, cui Alexander, qui et Anshelmus, Lucensis episcopus successit. Hic Kadolum Parmensem episcopum sedem Romanam armata manu occupare volentem repressit.

ibid. 1072. Saxones regi rebellant, castellaque ac munitiones quas ibidem fecerat dissipant.

ibid. 1073. Alexander papa obiit, sedem Hiltibrando archidiacono, qui Gregorius VII. dictus est, reliquit. Heinricus rex Saxones bello petit; commissoque prelio cesis utroque multis, cruenta victoria regi cessit. In hoc conflictu occubuit A. Engelb. 1057. Gebehardus, pater Lotarii qui postmodum rex fuit, et Ernist marchio et alii innumerabiles. Heinricus rex deficientibus a se principibus Rudolfo et Welfhardo, Italiam intravit et papam placavit; sed dum que promiserat non impleret, denuo inter eos discidium oritur.

O. Fris. Chr. VI. c. 35. 1076. Stella cometes hoc anno visa, effectu non caruit. Gwillehelmus enim Normannie comes Brittanniam maiorem, que nunc Anglia dicitur, expugnavit, occisoque rege eorum Heraldo ipse illic regnavit.

ibid. 1077. Gregorius papa VII. regem sepe vocatum excommunicavit; eiusque ut dicitur consilio et auctoritate Rudolfus Alemannorum dux a quibusdam principibus rex creatur.

O. Fris. Chr. VI. c. 36. 1079. Gregorius papa a rege Heinrico Urbe pellitur, et Guibertus Ravennatensium archiepiscopus ei subrogatur.

cf. O. F. Chr. VI. c. 35. A. Engelb. 1080 Pugna inter Heinricum et Ruodolfum reges et Saxones facta est, in qua Rudolfus rex occubuit. In cuius locum Hermannus princeps Lotaringie substituitur; et ipse non multo post occiditur.

O. Fris. Chr. VII. c. 1. 1085. Gregorius papa apud Salernum iam diu pro iusticia pontificatu privatus obiit, et Romani nullum pontificem constituerunt, pro eo quia Gwibertus regis auctoritate sedem occupaverat.

ibid. 1087. Post duos annos Desiderius, qui et Victor III, cardinalis et abbas Cassinensis, a Romanis ob metum scismatis nocte consecrandus in ecclesiam beati Petri inducitur; sed post hec quarto mense obiit, et Ottoni Hostiensi episcopo, qui Urbanus II dictus est, sedem reliquit.

1088. Reginoldus[2] musicus, qui fecit historiam sancti Nicolai episcopi, obiit Eihsten[b].

O. Fris. Chr. VII. c. 2. 1090. Civitas sancta Ierusalem a paganis conculcatur; sepulcrum Dei questus gratia ab eis in veneratione habetur.

1092. Urbanus papa laborioso itinere in Galliam profectus, verbo sancte predicationis innumerabiles ad Ierosolimitanum iter accendit.

cf. A. Zwifalt. 1093. 1093. Eclipsis solis hic facta est hora diei quarta.

O. Fris. Chr. VII. c. 6. 1096. Urbanus papa auxilio pro Christi nomine peregrinantium Guibertum ab Urbe eiecit, et ipse deinceps libere tota potitur Urbe.

cf. A. Zwifalt. 1101. 1098. Hic domus et ordo Cisterciensium firmata sunt[c].

1099. Urbanus papa obiit; Paschalis II. successit. Gotfridus dux ab omni exercitu Dei Ierusalemis rex ordinatur.

O. Fris. Chr. VII. c. 7. 1100. Gotfridus rex obiit. Baldewinus frater eius auctore papa ei subrogatur.

1101. Gwillehelmus comes Pictaviensis et dux Equitanie et Diemo Iuvaviensis archiepiscopus, Guelfo Noricorum dux qui Frisingensem et Augustensem destruxit urbes, cum multis aliis ad sepulcrum Dei properantes, ab Alexio Constantinopolitano imperatore fraudulenter omnes pene exstincti sunt. Hiis diebus Gwibertus, invasor apostolice sedis, 1105. scismati horribili moriens finem dedit. Fridericus dux Suevorum, qui sororem Heinrici V. regis habuit, obiit.

1103. Heinricus imperator Heinricum filium suum apud Moguntiam regem post se designavit, et se[d] sepulcrum Dei visitaturum publice pronunciavit.

O. Fris. Chr. VII. c. 8. 1104. Apud Ratisponam orta seditione, coram Heinrico imperatore, Sigehardus comes a familia principum, qui ministeriales dicuntur, eo quod iusticiam eorum infringere diceretur, occisus est. Heinricus quintus rex contra patrem consilio multorum principum armatur. Post multa igitur pessime patrata Heinrico V, patre eius relicto, cuncti pene adhesere.

cf. O. F. Chr. VII. c. 11. 1106. Heinricus quartus imperator, commonitus vel pocius coactus a principibus regni, insignia filio suo Heinrico quinto misit; et sic ipso paupere facto, filius suus 91. ab Augusto imperavit.

O. Fris. Chr. VII. c. 12. 1107. Heinricus quartus iam imperio privatus, in Belgas se contulit, et a Coloniensibus non ut exul sed ut rex apparatu regio suscipitur, non post multum tempus deinde mortuus controversie finem fecit.

O. Fris. Chr. VII. c. 13. 1108. Heinricus quintus patre mortuo Colonienses obsidione cinctos ad deditionem coegit.

O. Fris. Chr. VII. c. 14. A. Engelb. 1111. Heinricus rex Romam rediens, in comitatu suo 30 milia equitum habuit; unde etiam ad quodcunque accessit, citissime subiugavit Ad Urbem veniens honorifice suscipitur; sed orto discidio, papa a rege capitur, muri quoque Urbis rupti sunt. Tandem pontifice dimisso et muneribus cum civibus placato, rex imperator efficitur.

1112. Hic sanctus Bernhardus 22 annorum ordinem Cistertiensium ingressus est cum 19 sociis.

O. Fris. Chr. VII. c. 15. 1113. Apud Mogontiam Heinricus imperator regio apparatu, coniuncta sibi filia Heinrici regis Anglorum Mehthilde, nupcias celebravit. In curia principes conspirantes, miserum imperium, quod vix paucos quievit annos, rursum inter se colliditur. Bella plurima cum multa sanguinis effusione tam presente imperatore quam in Italiam migrante, rerum summam sororiis suis Cuonrado et Friderico committente, peraguntur.

ibid. 1115. Hic terre motus horribilis montes plurimos subvertit.

1118. Hoc anno condita est civitas[e] Friburch a duce Bertholdo.

1120. Paschalis papa obiit, Kalixtus II. successit.

ibid. 1121. Stephanus rex Ungarorum cum magna multitudine fines regni clanculo invadens, a Lepaldo marchione et duce Boemorum fugatur Sentencia excommunicationis suadente Alberto Mogontino, Friderico Coloniensi, Cuonrado Iuvaviensi archiepiscopis, in imperatorem Heinricum datur a Kalixto papa.

a) *deest c.* b) Reginoldus — Eihsten *addita sunt tertia manu paullo recentiori.* c) Hic — sunt *adduntur secunda manu.* d) *vox deest c.* e) citas *c.*

2) episcopus Eichstetensis, de quo v. Anonymum Haserensem SS. VII, 257. Obiit d. 4. Aprilis a. 989. SS. VII, 245.

1122. Imperator Heinricus ad Urbem veniens, Burdunum quendam Romane sedi violenter imposuit. Qui tamen, imperatore regrediente, a Romanis capitur et custodie mancipatur. Translatio sancti Cuonradi episcopi Constantiensis. O. Fris. Chr. VII. c. 15. cf. A. Zwifalt. 1123.

1123. Heinricus imperator apud Wormaciam investituram episcoporum legato apostolicae sedis reddens Lamperto nomine, ab eodem anathemate solvitur. O. Fris. Chr. VII. c. 16.

1124. Kalixtus papa obiit, Honorius II. successit. Heinricus quintus imperator obiit, et in civitate Spira iuxta patrem, avum, proavum sepelitur. ibid.

1125. Lotarius dux Saxonum apud Moguntiam ad regnum tractus 92. ab Augusto regnat. ib. VII. c. 17.

1127. Lotarius rex dum progeniem antecessoris sui persequitur, Cuonradus a fratre suo Friderico Suevorum duce ac quibusdam aliis rex creatus, a Mediolanensi archiepiscopo in sedem Italici regni ungitur; quapropter ipse ab episcopatu deponitur a summo pontifice et alter in locum subrogatur.

1129. Cuonradus a Mediolanensibus nuper rex creatus, rursum deficientibus a se omnibus, periculose ad propria repedavit. ib. VII. c. 18.

1130. Honorio papa mortuo, Innocencius II. canonice electus, a Petro Petri Leonis filio sede occupata, ad regem Lotarium venit, eiusque auxilium implorans impetravit.

1132. Pax firmissima per Lotharium imperatorem facta est. ib. VII. c. 19.

1134. Augustus, eiecto regis[3] duce de Apulia, ducatum Reginoldo, viro forti ac nobili, tradidit, relicta[a] sibi parte militum, papa quoque manum vexillo adibuit. ib. VII. c. 20.

1137. Lotharius imperator in vilissima casa sine herede obiit; quo defuncto Cunradus dux, frater Friderici, circa mediam quadragesimam rex eligitur, 93. ab Augusto. Bruno Coloniensis archiepiscopus eiusque successor Hugo, Albertus Mogontinus, Heinricus Frisingensis episcopi, abbas Vuldensis, Leopaldus orientalis marchio obierunt. Rex quoque Francorum Ludewicus et Anglorum Heinricus et Regnoldus Remorum archiepiscopus, comes quoque Pictaviensis Galfridus, Reinaldus Apulie obierunt. ib. VII. c. 20. 22. ib. VII. c. 21 ib. VII. c. 23

1138. Heinricus dux Noricorum gener imperatoris Lotharii apud Herbipolim proscriptus, in nativitate Domini in palatio Goslariensi ducatu privatur.

1139. Sinodus Rome mille episcoporum presidente Innocencio papa celebratur, et sciamatici qui Petri Leonis parti[b] faverant dampnati. Heinricus dux obiit. ib. VII. c. 24.

1140. Hoc anno factus est episcopus Brixinensis beatus Hartmannus[c].

1141. Leopaldus dux obiit. ib. VII. c. 25.

1143. Innocencius papa obiit; cui Celestinus II. succedens, sexto mense obiit; huic quoque Lucius successit; huic quoque infra anni spacium defuncto Eugenius successit. ib. VII. c. 27. 31.

1145. Ecclesia orientalis Ierusolimitana sed et universa provincia graviter a paganis est attrita et multorum sanguine iustorum est infecta. ib. VII. c. 33.

1146. Huc usque Otto Frisingensis episcopus cronicas suas miro studio perduxit.

1147. Fridericus dux Alemannorum, frater Cunradi[d] regis, obiit, cuius ducatum filius eius Fridericus accepit. Hoc anno etiam Cunradus rex cum eodem duce Ierosolimitanam adire parant.

1148. Eclipsis solis accidit hora tertia.

1152. Cunradus rex obiit, cui Fridericus dux Suevorum, fratruelis suus, 94. ab Augusto successit. Cunradus dux[4] obiit, Bertoldus filius eius sibi successit. Otto de S. Blasio c. 4. 5. cf. Cont. chr.

1153. Eugenius papa obiit, cui Anastasius successit. Hoc anno sanctus Bernhardus doctor egreius Clarevallensis abbas migravit ad Dominum. Otton. Fris. Otto de S. Blasio c. 5.

1154. Anastasius papa obiit, Adrianus successit.

1159. Adrianus papa obiit; quo defuncto duo constituuntur, unus eleccione canonica Alexander nomine, alter auctoritate imperatoris Friderici, Victor IV. nomine. A. Engelb.

1161. Civitas potentissima Mediolanum a Friderico imperatore capta subvertitur. cf. Cont. chr. Otton. Fris.

1164. Victore uno pontificum Rome defuncto, Pascalis III. substituitur, Alexandro adhuc sedente. Pugna inter Welphonem et Bertoldum duces et comitem palatinum Hugonem facta est apud Tuvingen[e], in qua duces a comite fugantur, captis fere nongentis militibus ex parte eorum. Otto de S. Blasio c. 16.

1165. Beatus Hartmannus Brixinensis episcopus obiit[f].

1166. Pascali defuncto, Calixtus III. substituitur; Alexander quoque adhuc permanebat. ibid. c. 21.

1177. Hoc anno sanatum est scisma ecclesie, quod ortum fuit post obitum Adriani papae. cf. Cont. chr. Otton. Fris.

1178. Hoc anno factum est Romanum concilium sub Alexandro papa, in quo depositi sunt plures episcopi scismatici, et plures diversorum ordinum per eos ordinati. cf. Otto de S. Blasio c. 24.

1179. Luna versa est in sanguinem in plenilunio, ita ut splendorem quoque rubeum horrendumque tota nocta iaceret 14. Kal. Septembris.

1183. Alexander papa obiit, Lucius III. successit.

1185.[g] Lucius papa obiit, Urbanus III. successit. Hoc anno Heinricus rex condidit Brisaugiam[5]. cf. Cont. chr. Ott. Fr. et A. Marb. 1185.

1187. Urbanus papa obiit, Gregorius VIII. successit; quo intra paucos dies defuncto, Clemens III. successit. Otto de S. Blasio c. 30

1188. Christiani in transmarinis partibus a paganis graviter atteruntur in bello multis milibus occisis[h], dominica cruce sublata regeque capto; deinde Ierusalem cum multis aliis civitatibus et omni pene provincia in dominium suom redigitur.

a) relecta *c.* b) *prius scripserat* parti Petri L. parti, *sed post* parti *primum deleverat scriba.* c) Hoc — Hartmannus *post addita tertia manu.* d) C. *codex saepius.* e) Twingen *c.* f) Beatus — obiit *tertia manu addita.* g) *annus* 1184 *in codice scriptus, sed auctoritate notae sequentis emendatus:* 1185. Hoc anno superius scriptum accidit. h) *vox deest c.*

3) Siciliae. 4) Zaringensis. 5) Heinricus rex mense Iulio a. 1185 ab Heinrico Basiliensi episcopo dimidium montium Brisaugiensis et Eckhardbergensis in feodum recepit. Hergott Geneal. Habsb. II, 195.

cf. Otto de S. Blasio c. 31. 1189. Multi christianorum ex occidentalibus regionibus sub Friderico imperatore in orientem contra paganos zelo pietatis accensi, multitudine exercitus roborati armisque ac reliquo militari apparatu instructi coadunantur.

ibid. c. 33. et 35. 1190. Clemens papa obiit, Celestinus III. successit. Fridericus imperator iam secundo Ierosolimam pro Christi nomine tendens, in ipso itinere obiit[a], ac apud Anthiochiam humatur. Filius quoque eius et ipse Fridericus dictus, dux Suevorum, qui pariter Ierosolimam tendebat, non multo post patris funus in obsidione Accaron cum christianorum planctu ibid. c. 33. obiit et ibidem sepelitur. Heinricus VI, imperatoris filius Friderici[b], prius ab eo rex constitutus, Romam cum non parva militum manu veniens, a Celestino papa susceptus, imperiali benedictione una cum coniuge in pascha coronatur 95.

ibid. c. 37. 1191. Cuonradus[c], imperatoris Friderici filius, post mortem fratris ducatum ipsius, imperatore Heinrico fratre suo tradente, suscepit. Hoc anno in vigilia sancti Iohannis baptiste dominica die sol sexta diei hora aere serenissimo, quasi oppanso panno, radios suos contrahens, quasi imminutus visus est.

1193. Penultima hora noctis luna paulatim rubescens quasi flamma ignis usque in diem facta permansit 15. Kal. Iunii, cum esset 13[a].

ib. c. 39. 40. 1194. Heinricus imperator Campaniam, Calabriam, Apuliam et Siciliam dicioni sue subiecit, maioresque et nobiliores seu captos seu obsides cum inestimabili[d] preda triumphans secum abduxit.

1196. Cuonradus dux Suevorum, filius Friderici et frater Heinrici imperatoris, Bertoldum ducem de Zeringen bello appetens minus rationabili, in ipso expeditionis itinere inopinata morte occubuit. Cui Philippus frater suus annuente Heinrico imperatore, fratre scilicet suo, in ducatu successit.

ibid. c. 45. 1197. Heinricus imperator bellicosus, hostibus imperii undique subactis, terra marique potens in Sicilia obiit, et apud Mesanam civitatem cultu regio sepelitur, relinquens filium parvulum nomine Fridericum, quem etiam regem Romanorum post se designaverat coactis pocius quam rogatis metu imperialis potentie principibus ad prestandum infantulo sacramenta fidelitatis. 12. Kal. Iulii feria sexta ante festum sancti Iohannis baptiste circulus in modum celestis arcus solem late ambiens visus est sexta diei hora usque ad vesperam.

1198. Heinrico imperatore defuncto, imperium ab ipso valde dilatatum in se ipsum divisum scinditur manibusque suorum ad unguem evisceratur. Nam omnes fere occidentales principes cum archiepiscopo Coloniensi Ottonem Pictaviensem comitem, filium Heinrici quondam ducis Saxonie, in regem elegerunt. Econtra omnes orientales Philippum ducem Suevie, fratrem Heinrici imperatoris, regem creantes, datis sibi regalibus ipsi subiciuntur. Hii duo reges multis expeditionibus per multos dies contendentes imperium, multis[d'] profligantur.

1198. 1199. Celestinus papa obiit, Innocentius III. successit. Otto rex Colonie curiam cele-
1199. 1200. brans, tres coronas de auro capitibus trium magorum imposuit. Eodem anno Otto comes,
Ian. 13. frater Philippi, obiit et apud Bisuncium sepelitur.

1200. Hiis temporibus Fridericus, imperatoris Heinrici filius, admodum puer, in Sicilia ex materna hereditate licet obscure regnabat, periculoseque interdum, ob odium patris et expertam sepe regibus perfidiam Siculorum.

1201. Philippus rex contra Ottonem regem et contra Colonienses procinctum movet, ab ipsisque militari occursione[e] susceptus, non sine dampno[f] regreditur.

1202. 1204. Otto rex expeditionem contra Philippum movet; cui Philippus cum exercitu occurrens set tamen inpari, Ottoni cessit, urbemque Spirensem ope civium evadens ingreditur.

1204. Hisdem temporibus archiepiscopi Coloniensis et Treverensis cum duce Brabandie de Lovin regi Ottoni rebellantes, ad Philippum se contulerunt; eorumque auxilio apud Aquis-
1205. Ian. 6. grani archisolio eodem anno potitur.

1203. 1205. Hiis diebus rex Boemie et lantgravius de Turingen Philippo rebellantes ad Otto-
cf. A. Zwif. nem se contulerunt, Philippumque apud Ertvurten[6] obsessum noctis beneficio evadentem fugaverunt.

1208. 1207. Philippus rex contra Ottonem expeditionem movens, apud Babinberch[g] ab
cf. A. Zwif. Ottone palatino de Witinspach, cui filiam desponsatam ignominiose abstulerat, occiditur[h]; idemque palatinus eodem anno in ultionem Philippi ab Heinrico marschalco de Kallenden interficitur. Et Otto rex eodem anno apud Frankenfurt ab universis principibus in regem sine omni controversia eligitur.

a) in partibus Armenie mersus obiit 4. Idus Iunii *addit quarta manus fere coaeva in margine superiore.* b) Fridericus *c.* c) Cůradus *c.* d) inestimali *c.* d') *scil.* proeliis. e) ocursione *c.* f) dapno *c.* g) apud B. *bis scripta, tum ultima deleta* 1. h) occiderat *c.*

6) Erfurt.

1209. Otto rex expeditionem in Italiam principibus indixit, et per vallem Tridentinam exercitum duxit in Italiam; ad Urbem progrediens ab Innocencio papa honorifice susceptus, imperatoris et augusti nomen sortitur, ab Augusto 96[us]; egressusque ab Urbe[a], Campaniam, Oct. 4. Apuliam peragravit, negotiaque imperii disponens, civitates et castella expugnans[b], easdem regiones sibi potenter subiecit.

1210. Otto imperator Biterbium civitatem Tuscie aliasque civitates et castella sicut antecessores sui imperatores in suum dominium traxit, et ob hoc a domno apostolico eadem loca sui iuris esse causante[c] anno 1210. incarnationis Domini in cena Domini excommuni- Apr. 15. catur; denuoque miserum imperium desolatur et scinditur.

1212. Fridericus rex Sicilie ab Innocentio papa Ottoni imperatori excommunicato superpositus, et a cunctis Germanie occidentalis[d] principibus ad regnum Romanorum invitatus, et in generali curia apud Frankenfurt electus et confirmatus, benedictione regali Dec. 2. Mogontie consecratur, omnibus propter excommunicationem ab Ottone deficientibus.

1215. Hoc anno factum est Romanum concilium sub Innocentio papa. A. Zwif.

1216. Eclipsis lune facta est 4. Kal. Septembris[7]. Innocentius papa vir doctissimus Iul. 16. obiit; Honorius III. successit. Fridericus rex Romanorum Aquisgrani cum solio regni, pre- 1215. Iul. 25. sidio Ottonis imperatoris expulso, potitus, in eodem loco, gracie Dei non ingratus, cruce signatur.

1218. Otto imperator quartus, vir omnibus usus que melior fortuna potest atque omnia passus que peior, ex augusto tandem prope privatus et absque liberis moritur, regalibus, que quamvis depositus hactenus retinuerat, Heinrico fratri suo palatino Reni[e]. Que tamen mox ab eodem rex Fridericus per transactionem, mediantibus principibus, composita pactione recepit, libereque rerum summa potitur, filio suo Heinrico duce Suevorum designato. Bertoldus dux de Zeringen huius nominis et generis ultimus sine herede moritur, A. Z. et in ipso genealogia principum Zeringin deficit.

Dux Bertoldus obit, ventus quoque plurima lesit.

1219. Fridericus rex Romanorum II, cunctis ad votum sibi cedentibus, Romam pro 1220. corona imperii tendens, filium suum Heinricum, quem pridem Suevorum ducem dici iusserat, regem abhinc favore principum declaratum in Germania reliquit; ipseque cum exercitu Apr. forti Urbem adiens, ab Honorio III. papa pro imperatore 97. coronatur. Qui ex more mater- Nov. 22. num regnum Sicilie ingressus, aliquandiu illic in magna rerum gloria demoratur.

1220. Damiatam, civitatem munitissimam Egypti, christiani perdunt. A. Z.

1222. Heinricus filius Friderici imperatoris apud Aquisgrani in regem Romanorum A. Z. Mai. 8. coronatur.

1224. Cunradus Portuensis et Sancte Rufine episcopus cardinalis, totius Germanie a domno papa Honorio missus est legatus, expeditionem transmarinam ad succurrendum terre sancte predicaturus; et per hoc verbum sancte predicationis claret, et cum multa A. Z. 1225. penitentia suscipitur; multi etiam signo sancte crucis signantur.

1225. Pestilencia pecudum per universas terras grassatur; fames etiam homines A. Z. 1226. pressit.

1226. Honorius papa obiit, Gregorius VIIII. successit. Multa milia hominum in itinere A. Z. 1227. sancte terre peste perierunt. Discordia oritur inter papam et imperatorem.

1227. Expeditio sancte terre scilicet nobilium et divitum hic facta est. Romani pre- A. Z. 1228. cepto imperatoris Gregorium papam invadunt et fugant et Viterbum obsident.

1229. Fridericus imperator transiens mare, Ierusalem christianis restituit. A. Z. 1230.

1230. Bellum oritur inter papam et imperatorem. A. Z. 1231.

1232. Sophia comitissa obiit. Hoc anno plures in Brisaugie partibus propter heresim consumpti sunt igne. Heinricus rex cum victorioso exercitu devicit ducem Bawarie et A. Z. 1233. regem Boemie, et deinde acceptis obsidibus a singulis civitatibus Theutonie, patri se opponere nitebatur.

1235. Imperator Fridericus Sueviam intravit, et filium suum Heinricum regem captivum in exilium misit. Sororem quoque regis Anglie in uxorem ducens, nuptias Mogontie A. Z. 1236. celebravit.

1236. Imperator Lombardiam devastavit, mittens exercitum in Austriam ducem in- A. Z. 1237. pugnavit.

a) ad urbem c. b) expungnans c. c) causantem c. d) *ita emendavi;* Germanie oceani c. e) *scilicet* relictis.

7) vero 5. Kal. Sept.

A. Z. 1238. 1237. Hoc anno comes Egeno de Friburc obiit. Imperator iterato Lombardiam veniens, Mediolanensium 16 milia occidit, currum cum vexillo dicto herwan[7] et potestatem[8] cum multis aliis cepit.

A. Z. 1239. 1238. Papa post multam discordiam inter eos habitam imperatorem excommunicavit.

A. Z. 1240. 1239. Imperator Fridericus Faventiam et Vicenciam vi cepit, et Lombardiam rapinis et incendiis molestavit.

A. Z. 1241. Aug. 21. 1240. Gregorius papa obiit. Tres cardinales cum abbatibus Cluniaci, Cistercii, Pre- Mai 3. monstrati venientes in auxilium apostolici, ab imperatore Friderico cum multo thesauro capiuntur. Diverse gentes dicte Tartari terras Pannonie, Septem-urbium, Moravie vastaverunt; propter quod contra eos homines tocius Germanie cruce signantur; quo comperto in fugam versi sunt. Filius imperatoris Heinricus, qui rex antea magnificus fuerat, in captivi- 1242. Febr. tate moritur, dimissis duobus filiis. Imperatrix obiit.

A. Z. 1242. 1241. Mogontinus et Coloniensis episcopi imperatorem impugnant. Captus est autem Coloniensis episcopus; in Badua[9] occisi sunt 565 homines ab imperatore.

1241. 1242. 2. Non. Octobris facta est eclipsis solis.

A. Z. 1244. 1243. Transmarini christiani ab exercitu regis Babilonie occisi sunt, vix obtinentes civitates et castella.

A. Z. 1245. 1244. Innocentius papa Lugdunis indicto generali concilio, protulit sententiam depositionis in imperatorem Fridericum, eique Heinricus lantgravius Duringie substitutus est in regem ab electoribus imperii contra Fridericum imperatorem.

A. Z. 1246. 1245. Dux Austrie cum Ungaris dimicans occiditur, et ducatus eius cessit regi Boemie.

A. Z. 1246. Cuonradus filius imperatoris apud Frankenvurt dimicans cum Heinrico rege et archiepiscopo Mogontino[a], fugam iniit.

*Reliqua abscisa sunt.*

a) *hic folii finis, voces* fugam iniit *ex Ann. Zwifaltensibus supplevi.*

7) i. e. Heerfahne. 8) Mediolanensium. 9) Badorf prope Brühl; cf. dissertationem meam *über eine Rheinische Chronik des* 13. *Iahrh.* in Abhandlungen der K. Akademie der Wissenschaften zu Berlin 1855 p. 136.

# ANNALES SANCTI GEORGII

## IN NIGRA SILVA.

*Monasterium sancto Georgio dicatum anno* 1088. *ab Hezilone et Hessone conditum*[1] *est ad fontem Danubii prope Villingam in Nigra Silva et Wilhelmo Hirsaugiensi abbati subditum. Liber annalium ibi conscriptus et duce Herimanno Augiensi a Christo nato exorsus una eademque manu ad annum* 1153. *decurrit, additis postea diversa manu continuationibus usque ad electionem abbatis F. Georgii Geisser Ingolstadiensis a.* 1627. *Codex monasterio destructo ad Sanctum Blasium delatus est, ubi anno* 1762. *praesens Garampius Cardinalis manu Calixti Marinii amanuensis sui illum describi vel potius excerpi curavit. Quo factum est, ut, quum codex ipse una cum monasterio sancti Blasii anno* 1768. *incendio periisset, excerpta illa cum Sanblasianis communicata in locum authentici quodammodo succederent, et Martino Gerberto in historia Nigrae Silvae atque Ussermanno usui essent. Ussermannus Marinium partem tantum libelli intra annos* 832 *et* 1292. *et aberrante nonnunquam maxime in nominibus propriis et annorum supputatione calamo descripsisse tradit, indeque decerpta Gerbertus Historiae Nigrae Silvae et Ussermannus Prodromo Germaniae Sacrae inseruerunt. Quum Marinii apographum hodie inter schedas a Sancto Blasio ad Sanctum Paulum in valle Lavantina translatas minime reperiatur, prout litteris viri reverendissimi Conradi Altherr, bibliothecarii Sancti Pauli, edoctus sum, fragmenta apud Gerbertum et Ussermannum edita hic collecta proponere iuvabit.*

613. Eraclius imperator. Augustinus Anglorum archiepiscopus migravit ad Dominum. Sanctus Columbanus Luxovio pulsus, Brigantio mansit triennio[a].

940. Otho rex ad Caprimontem.

941. Ludovicus invasit Alsatiam. Rex cito revertens, Brisachum obsedit, et Ludovicus discessit.

943. Eberhardus dux interim occisus, et Giselbertus in Rheno submersus.

945. Rex vero in Lotharingos, omnesque suo subiugavit imperio propter[b] episcopum Metensem; necnon et frater eius Heinricus proiectis armis venit ad eum.

948. Otto rex in Bavarios, fraterque eius Heinricus ab Eberhardo comprehensus.

950. Quo liberato Bavarios iterum invasit, omnesque sibi subdidit. Heberhardum rebellem filium Arnolphi misit in exilium.

960. Liutolphus Italiam invasit. Contentio inter Ottonem imperatorem propter fratrem eius Heinricum Noricorum ducem et filium Liutolphum sedata per beatum Udalricum.

a) *annis subsequentibus notas nullius auctoritatis manu saeculi XIV. insertas haberi, Gerbertus Hist. Nigrae Silvae I. p* 47 *docet:*

682. Hoc anno cella sancti Georgii primitus incepta est aedificari.
700. Hainricus primus abbas Sancti Georgii.
727. Heinricus abbas obiit.
737. Wilhelmus abbas Sancti Georgii.
760. Wilhelmus abbas obiit.
772. Theogerus abbas eligitur qui et sanctus.
801. Sanctus Theogerus episcopus Mettensis et abbas Sancti Georgii obiit. — *v. infra a.* 1084 *sqq.*

b) preter.

1) v. Bernoldum a. 1088.

2 1013. Hoc anno incepta est aedificari cella sancti Blasii a Reginberto eremita[2].

1084. Hoc anno cella sancti Georgii primitus incepta est aedificari[a].

1088. Obiit Hezil fundator cellae sancti Georgii.

1094. Mortalitas maxima. Et simoniaca haeresis per quemdam Manegoldum acriter impugnata.

1102. Ruopertus, prior Sancti Georgii, ad reparandam monasticam religionem Ottenburon abbas, licet multum renitens, transmittitur.

1113. Obiit Hesso fundator cellae sancti Georgii.

1119. Werinherus[b] abbas eligitur. Theogerus Metensis episcopus et abbas Sancti Georgii.

1125. Obiit Heinricus rex quintus apud Traiectum, sepultusque in Spira civitate. Cui successit Lotharius dux Saxonum in regno.

1134. Obiit Werinher abbas Sancti Georgii, et Fridericus per controversiam abbas constituitur.

1138. Fridericus ab abbatia Sancti Georgii removetur, et Iohannes per apostolicum ordinatur[c].

1145.[d] Fridericus permissu papae cum honore magno in abbatiam sancti Georgii revocatur.

3 1146. Beatus Ruopertus abbas[3] obiit, et miraculis claruit.

## CONTINUATIONES A. 1154—1308.

1154. Fridericus abbas Sancti Georgii obiit, cui Guntrammus[e] in abbatia successit.

1160. Arnoldus Moguntinus occiditur a suis clientibus.

1162. Mediolani irreparabilis eversio per Fridericum imperatorem facta est.

1165. Obiit Gotefridus abbas Admuntensis[4].

1168. Obiit Guntrammus[f] abbas Sancti Georgii, succedit prior Wernherus.

1169. Werinherus abbas obiit, cui Manegoldus in abbatia successit.

1173. Abbates Alpirspacensis, Sancti Blasii, Gengenbach, Steine obierunt[5].

1174. Constantiensis episcopus[6] resignavit episcopatum, et successit Bertholdus. Eodem anno moritur Otto. Fridericus caesar expeditionem fecit contra Longobardos, et obsedit Paleam, quae et Alexandria. Wilica abbatissa inferioris monasterii[7] obiit.

1175. Caesar magno detrimento rerum et militum habito, dimissa obsidione recessit a Palea. Longobardi deditionem faciunt, et rursus violare contendunt. Nova expeditio a principibus iuratur. Bertholdus dux apud castellum Gillum multos militum suorum per ruinam praecipites amisit. Bellum inter ducem Bertholdum et Zolrenses. Dux occupavit Fürstenberc.

1176. Caesar in Longobardia positus vocavit episcopos complures ad dirimendam werram et schisma, quod dudum fuit in ecclesia pro apostolicis.

9 1177. In Alsatia pugna magna facta est[8]. Nuwilre coenobium comburitur[9].

1178. Schisma ecclesiae Callisto deposito et Alexandro apostolicam sedem obtinente ad unitatem reformatur. Caesar a Longobardia rediens curiam Ulmae celebravit. Item caesar post natale Domini curiam Wormatiae constituit, ubi Heinricus dux Saxoniae de coniuratione adversus caesarem accusatus est.

1179. Alexander papa collectis diversarum provinciarum episcopis et abbatibus solemne concilium Romae celebravit, ubi fautores Callisti tam episcopos quam abbates ordinatos dignitate et officio privavit.

1180. Otto palatinus dux Bawariae, Bernhardus marchio dux Saxoniae constituuntur.

a) *in autographo codice nomen* S. Georgii *abraso priori ab alia manu substitutum erat; ubi etiam nota ad a.* 1088. *recentiorem nonnihil characterem praeferebat, quamvis alias cum Bernoldo concordet. U. Cf. Gerberti Hist. Nigrae Silvae I. p.* 285. b) Werinh. *U.* c) nominatur *Hist. N. Silvae I,* 452. d) 1144. *Hist. N. S. l. c.* e) Sintrammus *Hist. N. S.* f) Sintrammus *H. N. S.*

2) falso; cf. Hist. Nigrae Silvae I, 227. 3) Ottoburanus. 4) a. 1138. ex monasterio S. Georgii illuc evocatus. Hist. Nigrae Silvae T. I. p. 455. U. 5) Nullum ex illis hoc anno mortuum reperio, si Wernherum S. Blasii excipiam ann. 1174. defunctum. U. 6) Otto. 7) Niedermünster in Alsatia, de quo Gallia Christ. Tom. V. p. 842. 8) inter Cunonem de Horburg et Egelolfum de Urselingen, ex fragmento Urstisii ad annum 1178. U. V. supra. 9) Neuwilre a S. Pirminio exstructum Alsatiae monasterium. Gall. Christ. T. V. p. 833.

1181. Imperator cum exercitu Saxoniam secundo intravit, et Heinricum ducem sine aliqua rebellione principem exuere et in exilium ire compulit.

1182. Obiit Hugo palatinus de Tuwingen. Obiit Bertholdus Constantiensis episcopus, cui Herimannus[a] succedit[10]. 10

1184. Imperator curiam celeberrimam Moguntiae habuit, ubi omnibus nominatis primatibus a Rhodano usque ad Albiam adunatis filii caesaris gladio accinguntur; Heinricus vero eorum aetate major assensu principum tam spiritualium quam secularium coronatur.

1186. Obiit Bertholdus dux Zaringiae.

1187. Manegoldus resignavit abbatiam, cui successit Albertus.

1191. Iter ad Ierusalem sub imperatore Friderico.

1193. Liupoldus dux Austriae obiit.

1194. Caesar Heinricus intrat Apuliam cum exercitu.

1195. Tancredus rex Siciliae obiit, et imperator castella et munitiones expugnando possedit Apuliae, Calabriae.

1198. Innocentius papa primo adstitit Ottoni contra Philippum. Philippo occiso consecravit Ottonem in imperatorem et coronavit eum. Postea anathematizavit eum, praecipiens principibus Alamanniae, ut nullus ei amplius obediret. Quibus postea misit Fridericum regem Siciliae, et ille electus est a principibus Alamanniae.

1212. Otto imperator deponitur a papa Innocentio, et expellitur a Brisach.

1213. Fridericus rex Siciliae occulte veniens in Teutoniam, eligitur a principibus in regem, et coronatur Maguntiae, et pacem faciens multos fecit decapitari.

1218. 12. Kal. Martii Bertholdus dux Zaringiae obiit. Eodem anno obiit Otto Saxo.

1220. 8. Kal. Octobris obiit Burkardus abbas Sancti Georgii, cui successit Heinricus.

1224. Permissione Dei monasterium nostrum universaliter exuritur in 11000 vir- Oct. 22
ginum et martyrum.

1231. Cuonradus episcopus Constantiensis obiit, cui successit Heinricus.

1234. Fridericus imperator reversus de Apulia in Alamanniam, captivavit filium suum Heinricum, et captivum transmisit in Apuliam. Eodem anno expeditionem fecit contra Lombardos. Postea reversus venit in Austriam, et debellavit ducem Austriae, et obtinuit civitates et urbes ipsius. Sequenti anno iterum expeditionem contra Lombardos.

1240. Tam iuvenes quam senes cruce signati sunt contra Tartaros.

1246. Adulti signati sunt cruce contra Fridericum imperatorem.

1248. Hoc anno obiit Heinricus Constantiensis episcopus, cui successit Eberhardus.

1249. Hoc anno obiit Sigefridus Moguntiensis, qui multum in vita sua contra rebelles ecclesiae laboravit.

1250. Hoc anno 4. Non. Martias homines fulminati sunt. Hoc anno dominus de Gerolsegge Waltherus in castro suo Lare[b] a comite Conrado de Friburg et aliis captivatus fuit cum filio[11].

Anno incarnationis Domini 1255. Id. Iunii monasterium nostrum iterato consecratum est a venerabili Eberhardo episcopo Constantiensi, et ipse episcopus de consilio prudentum dedicationem ipsius in posterum praecepit celebrari in festo sancti Hieronymi . . . . . Celebrari solebat ante exustionem 8. Kal. Aprilis.

1259. Obiit Heinricus abbas Sancti Georgii, cui successit Dietmarus.

1262. Facta est caedes magna inter Argentinenses et dominum de Geroltesecke[12], in 12
qua dominus Hermannus filius domini de Geroldsecke, et dominus Heinricus de Tiersperc, et alii quamplures nobiles sunt occisi, et multo plures ab Argentinensibus sunt captivati[13].

a) herit *ed.* b) *ita Ussermanno duce corrigendum esse videtur; ed.* Gerolsegge in V. castro suo La . . Ma . .

10) Alii ad a. 1179; vid. supra ad a. 1174. Pro *Herit* legendum *Hermannus*. U. 11) In historia pragmatica familiae de Geroldseck p. 22 ex antiquo msc. chronico ad hunc ipsum annum Waltherus comes cum filio a comite Friburgensi in castro suo Lare captus esse memoratur, hic per *La* indicato, uti per *Ma* Mahlberg innui videtur. U. 12) De conflictu Waltheri de Geroldseck episcopi Argent. cum Argentinensibus vid. chron. Senoniense lib. V. c. 15. in Dacherii Spicileg. Tom. III. p. 653, ubi tamen nomina hic notata haud exprimuntur, nisi quod unus ex occisis dicatur *frater Argentinensis episcopi, dictus advocatus Alsatiae*. In citata vero historia p. 21 nominatur filius Waltheri (de quo supra ad a. 1250.) Hermannus, frater Waltheri a. 1259. praepositi postea episcopi Argentinensis: de cuius bello hic notato vid. ibidem inter monumenta p. 18 seqq., ubi vero Heinrici de Tiersperc nulla fit mentio, bene tamen in Tschudii chronico Helvet. ad hunc annum, ubi de Thierstein vocatur. U. 13) V. supra pag. 111.

1267. Dietmarus abbas Sancti Georgii captivatus est a milite de Werbinwag, qui propter id leprosus factus est. Eodem anno facta est pugna inter comitem Fridericum de 14 Zolre[14] et comitem Albertum de Hohinberg[a], et comes Albertus multos captivando triumphavit.

1268. Hoc anno in vigilia sancti Bartholomaei Cuonradus dux Sueviae decollatus est in Neapoli civitate, et cum eo dux de Austria cum aliis 14 nobilioribus, a rege Carolo . . et alii quamplures occisi sunt, ac multo plures sunt captivati.

1269. Hoc anno inundationes magnae factae sunt; et Dietmarus abbas lethale vulnus pertulit a monacho suo in die apostolorum Philippi et Iacobi, qui tunc evenit in vigilia ascensionis.

1271. Obiit Cuonradus de Friburc et Gotfridus de Habesburch comites et multi in conflictu, quem habuerat rex Boemiae et rex Ungariae.

15 1272. Hoc anno moritur abbas Sancti Galli Bertholdus[15].

1273. Ruodolfus comes de Habespurch hic in regem coronatur.

1274. Hoc anno Ebirardus episcopus Constantiensis moritur, successit Ruodolfus. Gregorius papa collectis diversarum provinciarum episcopis et abbatibus quamplurimis solemne concilium Lugdunis celebravit.

1277. Hoc anno rex Ruodolfus cepit Austriam.

1278. Hoc anno factum est praelium magnum inter regem Ruodolfum et regem Boemiae, in quo praelio rex Boemiae occisus cum aliis 12 milibus.

1279. Obiit Laurentius episcopus Metensis.

16 1280. Obiit Diethmarus abbas, cui successit B.[16]

1291. Eodem anno Ruodolfus rex Romanorum moritur.

1292. Hoc anno Adolfus comes de Nassowe in regem Romanorum eligitur.

1308. Hoc anno Kalendis Maii Albertus rex Romanorum apud Bruggen a Ioanne fratrueli suo, cui patrimonium et hereditatem suam violenter detinuit et usurpavit, primitus ab eo restitutionem possessionum suarum multis precibus et per intercessionem aliorum requisitam, est occisus[b].

a) hohinlo *ed. sed cf. Ann. Sindelfingenses.* b) *in vetere manuscripto monasterii S. Georgii a nostro certe diverso haec adnotantur*: A. 1539. hat Kaiser Carolus der Fünft mein Geschlecht der Freyen Herren vom Zimbarn zuo dem Graffenstand erhöchet. *Necnon* Cuno liber dominus a Zimbarn testis testamenti pro monasterio sancti Georgii per dominum de Hornberg: Wernerus item et Eberhardus de Zimbern, mater eorum Adelhaidis comitissa de Zaringen, testis unius testamenti fratrum monasterii sancti Georii in Nigra Silva, per unum de Grüningen prope Villingam, qui dicebatur liber homo, anno 1224.

14) qui postea a Rudolfo caesare burggravius Norimbergensis renunciatus est. U. 15) Oriundus erat ex Falckensteiniis Nigrae Silvae dynastis, qui sepulturam apud Sanctum Georgium habuerunt. U. 16) Bertholdus.

# ANNALES SINDELFINGENSES.

*Monasterium Sindelfingense saeculo undecimo exeunte in loco castri antiqui ab occidente Stuttgardiae sito ab Adalberto comite conditum, saeculo decimo sexto canonicis Tubingam commigrantibus desiit. Liber memoriarum membranaceus ibi saeculo XIII. conscriptus vel exeunte saeculo XVI Sindelfingae adservatus, tunc temporis a viris rerum Suevicarum curiosis Martino Crusio et O. Gabelkovero transscriptus excerptusve, abinde latuit, ita ut nonnisi excerptis illis uti liceat. Quae quum inter se admodum distarent, beneficio historiae patriae vir clarissimus et doctissimus Carolus Fridericus Haug, historiae in academia regia Tubingensi professor, a.* 1836. *libri reliquias collegit, disposuit, illustravit, typis edidit*[1], *et locum eis inter fontes historiae patriae adsignavit, hodieque laboris sui fructus Monumentis etiam Germaniae inseri lubentissime annuit. Liber ita inscriptus fuit:*

Iste liber est ecclesie sancti Martini in Sindelvingen, ad honorem et decorem domini Dei et ecclesie sancti Martini in Sindelvingen: reverendi in Christo Cunradi de Bernhusen, Constantiensis in Sindelvingen ecclesiarum prepositi, consilio consensu et plena deliberatione, ac canonicorum eiusdem ecclesie et rogatu habitis. Ego Hainricus de Meschilche, rector ecclesie in Ahe, et dicte ecclesie in Sindelvingen canonicus, considerata negligentia praeteritorum, et utilitate presentium et futurorum, attendens vitam brevem, temporis malitiam hominumque labilem memoriam, considerans etiam bona, proprietates, possessiones, iura, consuetudines, conditiones dicte ecclesie nostre, ubicunque sitas, nondum ad plenum in utilibus et legitimis scriptis redactas, ac etiam anniversaria illorum, quorum utimur elemosinis, in sanctorum carthalogo non plene contineri, nec etiam prout rei condecet, sollempniter celebrari: ideo hec omnia et singula manu propria proposui conscribenda. Scripta est hec tabula[a] anno Domini 1261. mense Maio, indictione 4.[b]

*Tum alia manu:* Iste liber conscriptus et inovatus est a Cuonrado de Wurmelingen, canonico Sancti Martini in Sindelvingen 1273. indict. 1. in vigilia ascensionis Domini. Unde, fratres charissimi, peto, ut memoriam mei habeatis.

*Prima igitur libri initia Heinrico de Möskirch canonico debentur, notitia scilicet de fundatione ecclesiae, tum principia catalogi praepositorum, necrologii, chartarum, quaecumque annum* 1271. *antecedunt, quo auctor Constantiam ad ecclesiam sancti Iohannis ipso opitulante conditam demigravit. Reliqua, praecipue annales inde ab a.* 1276. *usque ad a.* 1294. *prout res dignae notatu occurrebant conscriptos addidit Counradus de Wurmelingen*[2], *patre Dieterico, matre Agnete natus, qui a.* 1255. *praebendam Sindelfingensem accepit, et cellerarii*

a) Kalendarii *scilicet.* b) Originale in sacristigia reservatur *in marg.*

1) Chronici Sindelfingensis quae supersunt e manuscriptis Crusianis et Gabelkoverianis collecta atque digesta primum edidit, annotationibus illustravit Carolus Fridericus Haug, philos. Dr. hist. in reg. literar. universitate Tubingensi p. p. o. reg. Würtemb. societ. rerum patriarum cognit. adaugendae adscriptus. Tubingae 1836. in 4°. 2) villa inter Tubingam et Rottenburgum sita, ministerialium Tubingensium deinde Hohenburgensium sedes; hodie praefecturae Rotenburg adscripta.

*officio functus multisque negotiis exercitus, dissolutis quoque ecclesiae suae moribus reformandis intentus fuisse dicitur, atque cellerarii officio deposito, mense Aprili a. 1295. obiit. Res quas calamo tradidit, aut ipse vidit aut ab aliis audiverat, quippe cui propter munus suum et ecclesiae cum episcopatu Constantiensi atque comitibus Tubingensibus et Hohenburgensibus patronis eius necessitudinem, necnon canonicorum familias comitibus Wirtembergicis aliisque dominis vassallitio coniunctas, rerum bene cognoscendarum facultas aderat. Quam ob causam primaria inter scriptores Suevicos auctoritate fruitur, cuius narratio a Nauclero eiusque excerptoribus repetita, amplificata vel deformata et contur-*
3 *bata agnoscitur*[3].

*Editionis fundamenta, codice ipso deperdito, fuerunt*

*1) codex bibliothecae regiae Stuttgardiensis inter historicos in 8⁰ numero 16 signatus, pag. 74—93. scilicet Ottonis Gabelkoveri excerpta; quae ipsis autographi verbis et scribendi ratione accurate servatis praestant, sed annales nonnisi inde ab anno 1287. habent, necrologium uberius chartasque praebent; fundationis historiae et annalium priorum fragmenta tantum passim in aliis Gabelkoveri libris occurrunt. Librum post Haugii curas nostrum in usum praecipuus rerum nostrarum fautor et historiae Wirtembergensis auctor Ill. Stälin iterum non sine fructu accuratissime evolvit.*

*2) Codex bibliothecae universitatis Tubingensis Nr. 445*[b] *p. 1 seqq. Crusii excerpta per totum quidem librum pertinent, sed rebus passim omissis et verbis quoque crebro amputatis et in elegantius mutatis, ita ut in edendis libri reliquiis posterioribus secundo tantum loco nominanda sint. Ea quoque nostrum in usum a Stälino iterum evoluta fuerunt.*

*Editio igitur nostra textum a Cl. Haug magna cura constitutum et illustratum in universum repetit, locis tamen nonnullis subsidio praecipue adnotationum quas Stälino nostro debemus emendatum, et nominibus locorum recentioribus adiectis.*

*Anni initium, ut plurimum in Germania per medium aevum, a nativitate*
4 *Domini computatur*[4].

## DE FUNDATIONE ECCLESIAE SINDELVINGEN[5].

Fundavit eam comes quidam Albertus Axinbart[a], residens in castro Sindolphingen, una cum uxore sua Wilcha. Initio fecerunt monachos ordinis sancti Benedicti, cum monialibus eiusdem ordinis. Postmodo conflato illo ordine Hirsaugiae, fecerunt canonicos in Sindelphingen ut ibi essent monasterio. Ex castro destructo fecerunt monasterium, et usque ad mortem manserunt in quadam domo, quam struxerant apud ecclesiam beati Martini. Sepulturam sibi elegerunt Hirsaugiae, ubi quiescunt. Partem item ville istius contulerunt ad fundationem ecclesiae beato Martino, quam consecrari fecerunt 1083. 4. Non. Iunii; reliquam partem villae sorori suae Uotae reliquit. Uota haec ex quodam duce peperit duas filias, Uotam et Lutgardam. Uota copulata fuit Welphoni de Spoleto. Qui ex ea genuit filium Welphonem iuniorem, qui Túwingen 1165. obsedit 8. Idus Septembres. Luicgardis per vim iuncta fuit cuidam militi transalpino, nomine Verli; ex quibus natus fuit Philippus, praepositus ecclesiae nostrae Sindelfingensis. Wilcha fundatrix huius ecclesiae, tradidit nepti suae Uotae in dotem Schoinburc cum ministerialibus et omnibus attinentiis, Celle et nemus ibidem et omnia attinentia, villam Merchelingen cum suis attinentiis; item Grúningen cum suis, item Kisilowe, Hedolfishane, Munigolfishane, Owishane, Neckirowe[b], Kan-
6 nistat, Bliningen, Echtertingen[c] [6], Móringen cum omnibus horum attinentiis. Item partem

a) *al.* Azzinbart 2. b) Heckirowe 2. *quod emendavit H.* c) Entringen 2.

3) V. Haugii praefationem p. IV. V. Cf. e. g. 1283. 1284. 1285. 5) Cf. Cl. Haugii notas p. 41—44. 6) castrum cum villa prope Tubingam situm inde a saec. XI. liberorum dominorum de Entringen sedes. Contextus poscit Echterlingen, villis Bliningen et Möringen conterminum; testibus chartis saec. XII. Welfonis erat. HAUG.

villae Sindelphingen. Eadem Wilcha ultimo vendidit Hainrico imperatori[a] ministeriales in Bernehusen et ceteros omnes, ut ille provideret ei in necessariis temporibus vitae suae, cum censu personis servis et dominabus. Uotae autem praedictae et Welphoni, iuniori filio eius mortuo, cum haeredes veri non invenirentur, ad imperatorem Hainricum, filium sororis Welphonis senioris, omnia praedicta sunt devoluta. Postea ad alios.

Anno dominicae incarnationis 1083. 4. Non. Iulii[b] dedicata est ecclesia Sindelphingen a venerabilibus episcopis, Gebehardo[c] Iuvaviensi archiepiscopo, et Adelberone Wirceburgensi, in honore sanctae et individuae Trinitatis et sanctae crucis et sanctissimae Dei genitricis Mariae omniumque sanctorum, praecipue tamen in honore sancti Martini episcopi et confessoris. Cripta autem dedicata est anno Domini 1090. 7. Kal. Dec.[d] a venerabili Gebehardo Constansiensi episcopo, in praesentia etiam Adalberti Wormaciensis episcopi, in honore sanctae Trinitatis, sanctae crucis, sanctae Mariae, praecipue sancti Iohannis baptistae. Insunt multae reliquiae sanctorum in altaribus.

Subiecta est haec ecclesia episcopo Constanciensi. In cuius rei signum praepositus quotannis episcopo dat unum ferconem[e] argenti[7]. 7

Anno 1122. advocatus noster erat Godefridus palantinus[8], temporibus praepositi Friderici.

Anno 1263. statutum capituli factum est mense Iunio, ut quicunque fiat canonicus huius ecclesiae, cappam conferat ex serico, quae minimum unam marcam valeat.

Anniversaria, in quibus canonicis cunctis residentibus et praesentibus statuta remedia ministrantur, cum processione consueta ad sepulcra, et vesperis mortuorum it dem dicendis, et crastino cum vigilia decantatur ante missam pro defunctis canenda, ac cum solempni campanarum compulsatione, et alias cum devotione thuris crucis et candelarum, prout actenus consuevit fieri, statuimus deinceps celebrari. Anno 1263.

## NOTAE SINDELFINGENSES.

Anno 1110. 7. Idus Ianuar. dedicata fuit capella Tulheshusen[9] a venerabili episcopo 9
Constansiensi Gebehardo, in nomine domini nostri Iesu Christi et in honore sancti Michaelis archangeli.

Anno 1237[f]. facta est eclipsis, atque crux predicabatur per totam Alamaniam. Milites in Ungariam caesar misit.

Anno 1248. civitas Levinberch fundata fuit; inchoata novis aedificiis et muro a comite de Wirtinberch, temporibus Friderici imperatoris, qui sequenti anno obiit.

Anno 1267. gravis pugna fuit apud Haigerloch in festo omnium sanctorum inter comites de Zolre et de Hohenberg. Ubi comes de Zolre potenter triumphavit[g].

Anno 1268. ind. 2. Rudolfus comes[10], advocatus noster, dictus Scerer, praeposito 10
Cunrado et ecclesie 6 marcas argenti annuatim in recompensam ablatorum in possessionibus suis recipiendas assignavit, ut in privilegiis nostris invenitur.

Anno 1270. post Reminiscere incepit Cunradus de Wurmelingen canonicus, mandato praepositi Cunradi novam sacristigiam et alias officinas, aedificavitque.

a) qui regnavit 1092. *addit* 2. b) *supra* Iunii. c) Godehardo 1. 2. *perperam. Gebehardus et Adalbero studiorum olim Parisiensium, iam exilii socii: ob fidem erga ecclesiam Romanam sedibus suis pulsi, Hirsaugiam secesserant. H.* d) MCVII. K. Nov. 2. *Sed Adalbero Wormac.* 2. *Non. Iul. eiusdem anni obierat (Schannat Ep. Worm. I,* 347.*). Hic quoque partium Romanarum assecla, in fuga capellam castri Wirtenberg a.* 1083. *consecraverat. H.* e) *i. e.* fertonem, *quartam partem marcae.* f) *pertinent haec ad a.* 1241, *eclipsis scilicet solis, crux contra Tartaros praedicata, et Conradi regis expeditio in Austriam et Hungariam. H.* g) *locum hunc Gabelkover in manuscr. archivi reg. Stuttg. Nr.* 48. *fol.* 502, *et post illum Pregitzer Teutscher Regenten und Ehrenspiegel p.* 96. *chronico Sindelf. tribuunt. Sed Crusius p. III, l.* 2. *c.* 17. *eadem, verbis tantum mutatis, referens, Hermannum Aedituum auctorem citat, pleniore forsan codice usus, quam Eccardus, apud quem (Corp. hist. I,* 1626.*) Martinus Minorita (vulgo Herm. Aed.) haec tantum habet:* MCCLXVIII. Pugna apud Heygerloch facta circa festum OO. SS. *Eadem videtur fuisse pugna, de qua Chron. monast. S. Georgii apud Usserm. II,* 447, *quamvis hoc comiti Alberto de Hohinberg — sic enim emendandum — triumphum decernat. H. — At codex olim Rebdorfiensis iam Parisiensis rectius habet:* MCCLXVII pugna apud heigerloch, omnium sanctorum.

7) Cf. bullam Friderici imperatoris a. 1155. apud Pistor. III, 696. H. 8) palatinus Rheni, comes de Calw, fundatoris filius. H. 9) cum filia sua, capella in Lewenberg, a. 1277. capitulo in Sindelfingen incorporata. H. Hodie Leonberg praefectura. STÄLIN. 10) de Tuvingen; cf. Cl. Haugii notam de comitibus Tubingensibus pag. 44. 45.

## ANNALES SINDELFINGENSES.

Aug. 15. Anno 1276. rex Rudolfus in Austriam cum copiis descendit, post assumptionem. Anno
1277. ind. 5. post purificationem venit comes[a] Albertus de Hohenberg de Austria. Anno
1277. 4. Id. Maii, ind. 5, Wine in Austria obiit comes Rudolfus de Túwingen, dictus
Scerer[b], advocatus huius ecclesie. Sepultus fuit in Bebenhusen 5. Kal. Iunii. Eodem tem-
pore regina regis Rudolfi, quae fuit filia sororis comitis Rudolfi de Tuwingen huius de-
11 functi[11], descendit cum filiabus versus Austriam ad civitatem quae dicitur Wine cum magno
comitatu. Anno,
Ian. 21. 1278. ego Cunradus fui ad ordinem diaconatus consecratus. Die Agnesae[c] comes Al-
bertus de Hohinberg et marchio de Baden cum magno exercitu versus comitem de Grünin-
gen convenerunt, et multa mala ac damna villis et pauperibus fecerunt. Eodem anno, 17.
et 16. et 15. Kal. Iunii nive et frigore multa damna vineis acciderunt. Et tonitrua novies
Mai. 26. in castro Achalme[12] facta tres servos occiderunt, videlicet die ascensionis Domini, vel 14.
Kal. Iunii[d]. Et ea die comes Gothefridus eiecit violenter Uolricum comitem de civitate Be-
Aug. 26. belingen et de tutela omnino[13]. Feria 6. post Bartholomei occisus est rex Boemiae a rege
Romanorum Rudolfo. Annonae vilitas erat. Anno
1279. Ioannem et sororem suam copulavi legitime, pueros Dieterici militis de Wur-
melingen, indict. 7. Comes Uolricus iunior de Wirtinberch obiit 14. Kal. Oct. Obiit et comes
Iul. 17. antiquus Ludwicus de Othingen 8. Kal. Oct. Circa Alexii obsessum fuit a comite Alberto
castrum Waldeche, et labores ibidem apparuerunt. Vinum hoc anno preciosum erat;
annona vero in optimo foro. Anno eodem H. de Cannistat et Renhardus de Bihingen,
canonici ecclesiae Sindelfingen, violenter rapuerunt in vigilia sancti Galli de nocte Cunrado
de Wurmelingen, concanonico eorum, omnia sua in curia eius, contra statuta et privilegia
ipsorum; et compulsi fuerunt omnia reddere ipsi Cunrado. Anno
Iul. 9. 1280. indict. 8. feria 3. post Uodalrici civitas Túwingen exusta est[14]. In die Osvaldi
Aug. 5. regis comes Gotfridus de Bebelingen vel Duwingen[e] versus Bebenhusam ivit cum armatis;
et violenter sacristigiam intravit ad rapiendum aurum et argentum, si multum invenisset.
15 Comes de Grúningen[15] circa festum Michaelis mortuus est in Asperch in captivitate. Eo-
dem tempore et anno vinum in optimo foro fuit. Civitas nova prope Rotinburch muris et
novis aedificiis fuit inchoata. Eiusdem 1280. anni indict. 9. facta post octavam sancti Mar-
Nov. 22. tini Symundus comes Geminipontis obiit in civitate Spirensi, in die Caeciliae virginis.
Item frater Albertus de Ratisbona ordinis fratrum Minorum obiit Coloniae ante natalem
Domini. Anno
1281., indict. 9. copulavi Ellam filiam meam Bebelingen in secunda vespera Agnetis.
Febr. 23. In vigilia Matthiae obiit regina uxor Rudolfi regis in civitate Wina; dormit in Basilea. Post
Iun. 1. pentecostes rex noster Rudolfus ad terram istam reversus est[16]. Circa festum Iacobi et
post, castrum Kaltindal[17] obsessum fuit a civibus in Ezzelingen. Eodem anno vidi regem
Sept. 14. Rudolfum Achalme, post nativitatem beate Marie virginis die dominica. Praepositus noster
Sept. 21. captus fuit post exaltationem sancte crucis die dominica. Filius regis Rudolfi et quidam
Dec. 20. alii submersi sunt in Rinowe, in vigilia Thomae apostoli. Anno
Mai. 24. 1282. indict. 10. haec facta sunt: Rex celebravit curiam in Ulma in octava pente-
18 costes. Comes Albertus nuptias suas in Onfridingen[18] celebravit 14. Kal. Aug. Post Iacobi

a) C. *ed.* b) 1. *addit:* gener Ulrici de Schelklingen. *Verba haec, uncis inclusa, ipse videtur inseruisse, patrem Rudolfum confundens cum filio cognomine. H.* c) *dies Agnesae quem* 2. *e codice transscripserat, in annalibus eius sub praelo perversus in diem Agathae. H.* d) *numerum Kalendarum corruptum esse patet, XIV pro VII. H.* e) *ita* 2 vel de Tuwingen *ed.*

11) Gertrudem s. Annam reginam, Austriacae domus genitricem, e comitibus Hohenbergensibus, patre Burcardo prognatam esse, a Gerberto abbate (Crypta S. Blas. p. 7 sqq.) est demonstratum; matrem prodit auctor noster palatinam Tubingensem, non quam Sattlerus (Topogr. Gesch. p. 265) somniatur Luitgardem quandam Guilielmi filiam, sed sororem Rudolfi Scherarii, Rudolfi II. filiam; Mechtilden in literis nuncupatam et inter coenobii Benhusani benefactores collaudatam. H. 12) Achalm prope Reutlingen. 13) Gotfridus et Ulricus comites de Tüwingen. H. 14) Crusius e collectaneis Rüttelii: 1280 *conflagrarunt Tuwingen* 150 *domus.* 7. *Id. Iulii.* H. 15) Hartmannus obiit d. 4. Oct.; cf. Heyd Gesch. d. Grafen v. Gröningen p. 83 sq. H. 16) per Baioariam et Franconiam, et ineunte Septembri Sueviam intravit. 17) Kaltenthal, a meridie et occidente Stuttgardiae. STÄLIN. 18) Albertus de Hohenberg, senior; a. enim 1319 Elisabeth de Fürstenberg, relicta Gotefridi comitis de Tüwingen, Rudolfum, Alberti filium, vocat filium sororis suae. H. Onfridingen i. e. Opferdingen prope castrum Fürstenberg, in praefectura Badensi Bondorf. STÄLIN. Cf. Stälin Wirtembergische Geschichte III, 669.

apostoli bona nostra in Bebelingen[19], Darmishan et Vayingen incepit comes Gothefridus 18
incendiis[a] et rapinis devastare, quod praebenda H. de Birningen Hertario Diterico[b]
non dabatur, licet antea bona praedicta fuissent libera, ut in privilegiis poterit apparere.
Comes H. de Fúrstinberch filios suos milites fecit, presente rege Rudolfo et aliis multis
baronibus et dominis in civitate Vilingen, die Othmari abbatis. Curiam rex Rudolfus de Nov. 16.
Appesberch[20] dictus ante nativitatem Domini celebravit in Augusta. Ibi filium suum
ducem Austriae instituit de consensu principum. Anno

1283. die Hilarii nix magna cecidit. In vigilia nativitatis Domini sepultus fuit dux Dec. 24.
Ludwicus de Deche. Die Gangolfi, 13. Maii, vineae frigore perierunt. Postridie Uolrici de
nocte grando plurima damna in multis locis dedit. Castrum in Boltringen[21] circa Iacobi 21
destructum est. Comes Uolricus de Asperch obiit die Osvaldi regis; et hic sepultus fuit in Aug. 5.
Bebenhusen in pomerio, die Afrae martyris. Anno Aug. 7.

1284. post nativitatem Domini, obiit H. comes de Fúrstinberch. Regina, filia ducis
Burgundiae, copulata fuit regi Rudolfo, in secunda vespera Blasii martyris. Traditum fuit
castrum Entringen[22] comiti[23] Friderico, die cathedrae Petri. Sed postea eum et suos Febr. 22.
eiecit inde 15. Kal. Maii Marquardus[24]. Obiit comitissa de Baden in castro Libincelle[25] 11.
Kal. Maii. Eodem anno obiit comitissa de Zaphilstan[26], relicta Symundi comitis de Zwain-
bruoch[27], in vigilia cathedrae Petri. Translata fuit sancta Rensindis[28] Nonis Maii, vel Febr. 21.
in crastino Iohannis ante portam Latinam. Eodem anno, in festo Bonifacii martyris et Mai. 7.
sociorum eius usque Barnabae apostoli, duas campanas Sancto Martino, et unam Sancto Iun 5-11.
Nicolao in Altingen[29] congregavi. Rex noster Rudolfus Iohannis baptiste maximas nuptias 29
filio suo[30] celebravit Basileae. Ad vincula Petri comes Albertus de Hoinberch in castro Aug. 1.
Grúningen[31] nuptias celebravit filio suo[32], rege Rudolfo praesente et multis aliis comitibus,
de Bavaria Ludovico et H. fratribus et de Tirole comite. Statim ivit Esslingen stans
duobus septimanis. Rex postridie exaltationis sanctae crucis fuit Wilae civitate[33] et castro Sept. 15.
Waldeche[34], et circumdedit id exercitu suo. Ibidem in monte castrum novum comes Alber-
tus fecit. Regina venit Wimpinam ante Galli. Circa festum Martini castra omnia Waldeche Oct. 16.
destruebantur[35]. Comes Albertus[36] et comes Fridericus de Zollere[c] et filius iunior de villa
nostra de Sindelphingen in vigilia Nicolai a nobis recesserunt. Isto anno quartam partem Dec. 5.
muri civitatis Sindelphingen, versus Bóbelingen, compleverunt[37]. Inchoarunt ante pente-
costes. Anno Mai. 28.

a) *ita emendat Böhmer;* stipendiis 1. *et ed.* b) *ita* 1. c) Collere 2. *sed veram lectionem textus primi auctoritate infra a.* 1293. *restitui.*

19) hodie Böblingen, Darmsheim praefecturae Böblingen, et Vaihingen auf den Fildern praef. Stuttgart. STÄLIN. 20) Habsburg. 21) Poltringen praefecturae Herrenberg. STÄLIN. 22) Hohenentringen praefecturae Herrenberg. STÄLIN. 23) de Zolre: H. 24) de Halvingen, Tubingensium ministerialium gente tum florentissima, quae castrum Entringen partim ut feudum Zollerense, partim proprio iure possidebat. H. Halvingen hodie est Hailfingen praefecturae Rotenburg. STÄL. 25) Liebenzell praef. Calw. STÄLIN. Kunigundis comitissa de Eberstein, uxor Rudolphi I. marchionis de Baden. H. 26) Zavelstein praefect. Calw. STÄLIN. 27) Nomen hoc in codice obscure scriptum ut erueret, frustra laboravit Crusius: videre sibi videtur *Grauanbruch* aut *Ravensburg*, quae nihili esse nemo non perspicit. Non haesitavi substituere *Zwainbruoch*. Symundi scilicet, comitis Bipontini et domini de Eberstein a. 1280. defuncti, relicta, altera, ni fallor, filiarum Gotefridi, ultimi Calvensium comitum, inter annos 1255—1268. demortui. Zavelstein, dos illius aut paternae pars hereditatis, viduae denique sedes. H. 28) Primum collocata sancta Reginswindis sive Rensindis in ecclesia, ab Humberto episcopo Wirceburg. condita et consecrata, a. 837. d. 15. Iuli, quo die sollennia virgunculae et martyris in dioecesi Wirceburgensi exinde celebrari solita. Altera vice translatum est sanctum corpusculum in ecclesiam, in pago Lauffensi a. 1227. exstrui coeptam, a. 1284. Non. Maii, ut noster, aut pridie easdem Nonas secundum AA. SS. Antw. T. IV. mens. Iul. p. 91. Sub idem tempus (inter a. 1277—1299.) ordinis sancti Dominici parthenon ab Uizingen Lauffam translatus. H. 29) Altingen praef. Herrenberg. STÄLIN. 30) naturali, Alberto, cui biennio ante comitatum Löwenstein comparaverat; sponsa Luccardis de Bolanden. Vide Kremer in Act. acad. Theod. Palat. I, 328 sqq. H. 31) civitas Markgröningen praefecturae Ludwigslust. STÄL. 32) seniori, Alberto. Gröninga tum regii iuris civitas, iudicis provincialis Alberti curae demandata; cf. Heyd. Gr. v. Grön. p. 97 sq. H. 33) Weilderstadt praef. Leonberg, olim civitas imperii. STÄLIN. 34) Cf. Stälin Wirtemb. Geschichte III, 51. 35) Mons in confinio territorii Calwensis et Hohenbergensis super Nagaltam fluvium opportune situs; incolebant duae familiae, nobilium et dapiferorum de Waldeck. H. 36) scilicet de Hohenberg. STÄLIN. 37) A. 1263. Rudolfus comes de Tüwingen villae Sindelfingen ius libertatis ad instar Tubingensis civitatis contulerat: confirmat id rex Rudolfus 1274. Kal. Mart. Fossis a. iam 1268. cincta, nunc vero, contra suspectam Gotefridi comitis Böblingensis fidem moenium exaedificatio accelerata. H.

Febr. 2. 1285. post nativitatem Domini haec facta sunt: In purificatione de nocte marscalcus[38]
captus fuit[39]: et anno Domini 1311, 11. Kal. Iun. ante castrum Wirtenberg cum multis
aliis occisus. Totam quadragesimam male habui. In hieme boves multi moriebantur usque.
10. Kal. Iun. grando Syndelphingae damnosa, et pestilentia facta buum, et mel carum.
Iul. 13. Die Margarethae cives Lewinberch capti sunt a civibus de Grüningen[40]. Anno
Ian. 6. 1286. multa damna post epiphaniae incendiis et rapinis facta sunt Eberhardo comiti
Ian. 20. de Wirtenberch in omnibus bonis suis. Rex Rudolfus die Fabiani et Sebastiani curiam fre-
quentem Augustae celebravit. Tunc infeodavit de novo comitem de Tirole de ducatu Carin-
Febr. 22. thiae. In cathedra Petri rex reconciliavit in Ezzelingen Eberhardum comitem et suos de
41 Wirtenberche, et comitem Albertum et comites de Deche[41] atque eorum complices. Rex
Sept. 1. curiam indixit Ulmae[42]. Ibi multa ordinavit. Idem post Egidii Ezzelingae a monachis et
clericis annonam et vinum expressit. Cimiterium Núwertingen[44] obsessum fuit; sed man-
Sept. 14. dato regis omnes recesserunt, qui post exaltationem crucis id destruxit[45]. In crastino nati-
Sept. 9. vitatis beatae Virginis villam Wile[46] in Scanbuch comes Eberhardus totaliter destruxit de
Wirtinberch dictus Koche[47], et C. de Custertingen[48] et C. de Dizingen[49], et balistarii et
servi comitis de Helphenstane[50]. Item 6 domus de horrea, foenum et annonam ac speltam
51 meam; et B. filiastri[51] et C. servi mei annonam et foenum, et omnia utensilia nostra incen-
Sept. 21. diis et rapinis destruxerunt. Rex destructo cimiterio Núwertingen ante Matthaei apostoli,
Sept. 23. vallavit civitatem Stucharten in crastino Mauritii cum magno exercitu[a]. In secunda vespera
Sept. 27. Cosmae et Damiani Dipoldus Berenchusen[52] occisus fuit, et multi capti et equi plurimi
occisi prope Hedelphingen[53]. Advocati nostri totam decimam nostram Sindelphingen in
Oct. 23. annona huius anni acceperunt et consumpserunt usque Michaelis. In octava Galli episco-
pus Moguntinus Stucharten cum magno comitatu venit in auxilium regis. Eodem die co-
54 mes Burchardus cum comite Friderico[b] Balgingen[c, 54] conflictum habuit, et multi capti et
interfecti fuerunt ex parte comitis B. et Alberti comitis de Hohinberch, qui tunc fuit Stuchar-
Nov. 11. ten. Tandem Martini festo rex recessit, muro eius civitatis destructo, aliisque munitionibus
regi assignatis a comite de Wirtenberch[55]. Postea hic Stucharten rursus muro vallavit,
contra iuramentum et promissionem regi factam. Comes Albertus cum multis comitibus
Nov. 13. in secunda vespera Bricii venit Sindelphingen; pauca ordinavit, statim rediit ad regem ver-
Nov. 24. sus Ezzelingen. In vigilia Katrinae rex Rudolfus venit ad nuptias comitis Rudolfi Scerer
57 dicti[56]. In crastino Spiram ivit ad cardinalem[57]. Item comes Eberhardus Scerer nuptias

a) *numerum hic quendam obscuris signis adnotasse videtur codex, quae Crusius vacillante calamo adumbrare conatus est,* CCCIV *forte aut* CCCM. *H.* b) (de Zollern) 1. c) Schalginge 2. *littera initiali obscura et incerta;* balinge *Haugius duce Minorita emendavit; cuius codex Parisiensis habet* balingen, *quod recepi.*

38) de Wirtenberg, Ludovicus; 1287. d. 23. Mart. Ezzelingae testis citatur. H. 39) Quae sequuntur, ab alia manu posthac addita, cladis, cuius meminit breve Chron. vernac. apud Sattler, Gesch. d. Graf. v. Wirtenb. I, Beil. n. 2, produnt diem et annum. H. 40) Wirtenbergenses ab regiis. H. 41) fuerunt proprie duces, fortasse Hermannus et Conradus in charta apud Sattler Nr. 11. a. 1287. occurrentes. STÄLIN. 42) d. 6. et 7. Iul. Ulmae morabatur Rudolfus. H. Cf. Böhmeri nostri Regesta Rudolfi p. 132. 44) Nürtingen praefectura. STÄLIN. 45) Ius patronatus ecclesiae, cum parte oppidi a. 1254. ab Uracensibus militibus ad Wirtenbergenses devenerat. Aliam oppidi partem a. 1284. Berth. de Neuffen monachis Salemitanis vendiderat. Teccenses quoque participes. H. 46) Weil im Schönbuch praef. Böblingen. STÄLIN. 47) quem posterior aetas Illustrem cognominavit. H. 48) Kusterdingen praefecturae Tübingen. ST. 49) Ditzingen praef. Leonberg. STÄLIN. 50) Helfenstein praefecturae Geislingen. STÄLIN. 51) filiaster i. q. gener. H. 52) Bernhausen praef. Stuttgart. ST. 53) Hedelfingen praefecturae Cannstadt. STÄLIN. — Diepoldus miles de Bernhusen, vir cum opibus tum virtute insignis, a. 1280. vice Alberti comitis advocatus in Sindelfingen; a. 1284. Rudolfus rex propter fidem et clara opera advocatiam ei coenobii Denckendorf oppignorat; a. 1282. mens. Dec. in curia Augustensi privilegium monasterii sancti Georgii editum, inter viros nobilitate et fide erga regem eximios attestatur. Graves cum Wolframo de Bernhusen exercebat inimicitias, fratre aut cognato, qui Eberhardi partes sectabatur; cf. Sattler Grafeng. I, Beil. pag. 11. Sepultus in ecclesia oppidi Grötzingen a. Domini 1287. ut in Annalibus scribit Crusius, quod noster corrigit. H. 54) Balingen praefectura. Rebstock (kurze Beschr. v. Wirtenb. p. 105) a. 1286. d. pentecost. in bello Hohenstauffensium (!), Hohenbergensium et Zolleranorum Balingam obsessam, captam et funditus eversam esse refert, narratiunculas scil. plebeias secutus, quibus veri aliquid subesse videtur. H. 55) Pridie eius diei deditio erat facta. Munitiones quoque Wittelingen et Remse assignatae quidem, non tamen traditae. H. 56) comitis Tubingensis, cum filia comitis de Schälklingen. H. 57) Io. Bucamatium episcopum Tusculanum, legatum pontificium. H.

celebravit Vahingen[58] cum sponsa sua[59], in secunda vespera Cunradi episcopi Constantiensis multis praesentibus[a]. [1286.] Ante nativitatem Domini[60] rex Rudolfus venit Hohinberch[61] [Nov. 26.] et Rotwile. Ibidem festum natale celebravit. Comitem Albertum et comites de Zollere[b] reconciliavit. Anno

1287.[c] Eberhardus et Rudolfus comites, filii Rudolfi dicti Schaerer, terram ipsorum [1287.] et hereditatem diviserunt in Túwingen Non. Maii indictione 15, a. 1287, praesentibus multis. Rudolfus nunc episcopus Constantiensis, in Buthelspach[62] fuit, redeundo de concilio [Mart. ex.] Herbipolensi[63]. Comes Fridericus iunior de Zolre captus fuit feria secunda post ascensionem Domini. Item marchio Hermannus antiquus de Baden et filii sui cum amicis eorum [Mai. 19.] habentes plus quam sex milia armatorum tam equitantium quam peditum, cum Burcardo comite pugnaverunt prope castrum Altinstage[64], et multi ibi capti et interfecti sunt, in vigilia Chiliani[d]. [64] Sed[65] castrum Altinstage fractum[e] fuit ante assumptionem violenter[f] per illos [Iul. 7.] de Buolo[66] et dominos castri[67]. [Aug. 15.] Eodem anno rex noster Rudolfus post festum sanctae Rensindis venit Ezzelingen cum exercitu, et violenter expugnavit Cannistat Brihe[68] et Berge, [Iul. 15.] septem castra, et de iis[g] igne destruxit statim castra. Deinde cum filio suo iuniore[69] ivit [69] versus Buothesbach et versus Giselingen[70]. Ibidem moratus fuit in assumptione. Die assumptionis Ebirhardus de Wirtinberche et Gothefridus de Bobelingen comites, habuerunt [Aug. 15.] conflictum cum civibus in Ezzelingen prope Dúrinkan[71]. Et ibi multi occisi et capti fuerunt. Infra octavam assumptionis afflicta sunt haec: villa Bondorffe, molendina Herrenberch, [Aug. 22.] Affsteten[72], Horwe prope Ezzelingen, Bliningen, Berchan[h. 73] prope Ezzelingen, Bernehusen, Blatinhart[74], item castrum Rorinstage[75] et alia, rapinis incendiis caedibus per marchionem de Baden, comitem Burcardum, palatinum Gozzonem, Ebirhardum et comitem de [75] Vahingen. Die Bartholomaei Wilha[76] et Echtertingen[77]. Rudolfus rex venit post Dionysii [Aug. 24. Oct. 9.] Ezzelingen, et stetit ibi usque post omnium sanctorum cum archiepiscopo Moguntino, destructo castro Bliningen; [Nov. 1.] et Ebirhardus de Wirtenberch et Gothefridus de Bebelingen comites castra eorum in Walhusen[78] Remeshe Withelingen et Rossecche in pace regi [78] praesentarunt[79]. Anno[i] 1287. die Galli fuit eclipsis, et rex Rudolphus Ezzelingen. Feria sexta post Martini erat capitulum in Ezzelingen, quia de Sindelphingen egressum, et duos [Nov. 14.] annos ablata ei fuit decima. Anno

1288. in die cathedrae Petri Rudolfus comes Scherer Malmishan[80] fuit vulneratus et [Febr. 22.] sui a Trutwino dicto Hemmelinch de Cuppingen[81]. Inter hunc Rudolfum et praepositum [81] Sindelfingensem facta fuit compositio Herrenbergae post conversionem Pauli[k]. Item proxima die post translat'onem sancti Benedicti maxima tempestas vineas, agros, [Iul. 12]

a) et Rudolfo rege *addit* 1. *qui hinc pergit* b) Collere 2. *v. infra a.* 1293. c) *numerum addidi.* d) martyris *addit H. deest* 1. 2. e) traditum 2. f) *deest* 2. g) *ita* 1. atque igne castra destruxit 2. h) *ita* 2. bercben *ed.* i) *haec praeter rerum ordinem alio loco affert MS. Crusianum, a posteriore forsitan manu inserta. H.* k) *haec* 2. *in marg.*

58) Vaihingen an der Enz, praefectura. STÄLIN. 59) Adelheida filia Chuonradi comitis Vaihingensis; cf. Stälin Wirtemb. Gesch. III, 711. 60) v. Stillfried et Märcker Hohenzoll. Forschung. I, 132. 171. 61) Hohenberg praefecturae Spaichingen. STÄLIN. 62) Beutelsbach praefecturae Schorndorf. STÄLIN. 63) Naucleri Chron. fol. 238A.: *affuit in ea convocatione praepos. ecclesiae sancti Martini in Sindelfingen, qui nomine capituli in expensis consumpsit* 15 *libras Hallensium.* Verba videntur esse Chron. Sindelfing. H. Cf. Böhmer Regesta Rudolfi 1287. Mart. 16. 64) Altensteig civitas in praefectura Nagold. ST. 65) Causa litis, cui dirimendae Rudolfus rex a. 1288. d. 22. Apr. arbitros constituit (Sachs. Bad. Gesch. II, 25. 34.) ipsa videtur fuisse Altensteiga, nuptiarum forte iure a marchionibus vindicata. Albertus quidem marchio Badensis, a Gabelkovero sub a. 1295. e litteris citatus, rerum Badensium scriptoribus ignotus adhuc, ipso nomine prodere videtur affinitatem quandam Badensium et comitum de Hohenberg. H. — Albertus marchio errore quodam niti videtur. STÄL. 66) Bulach praefecturae Calw. ST. 67) *dominos castri*, advocatos intelligo de Altensteig, e nobilibus de Berneck, ministerialibus Burcardi. Hinc praefero Crusii lectionem. Castro potitus, porro in terram palatinorum marchio grassabatur. Nobiles de Waldeck et de Cuppingen socii hoc bello Badensium dicuntur in litteris Rud. citatis (vid. supra ann. 1284, infra a. 1288). H. 68) pars Cannstadiensis civitatis a sinistra Nicri; Berg villa ad civitatem pertinet. ST. 69) Rudolfo duce; cf. Pfister G. v. Schw. III, 69 sqq. 70) Geislingen raefectura ST. 71) Ober- vel Unte Türkheim praef. Cannstadt. ST. 72) Afftett praef. Herrenberg, Horw destructum prope Roith praefecturae Stuttgart; Plieningen praef. Stuttgart. STÄLIN. 73) Berkheim praefect. Esslingen. ST. 74) Bernhausen; Plattenhardt praef. Stuttgart. ST. 75) olim dirutum. ST. 76) Weil im Schönbuch. 77) Echterdingen praef. Stuttgart. ST. 78) Waldhausen praef. Welzheim, Rems seu Neckarrems praef. Waiblingen, Wittlingen praef. Urach, Roseck praef. Herrenberg. ST. 79) Cf. chartam d. 23. Oct. ap. Sattler Hist. Wirtemb. et Böhmer Regesta Rudolfi n. 936. 80) Malmsheim praefect. Leonberg. ST. 81) Kuppingen praef. Herrenberg. ST.

1288. homines; grandine et aqua destruxit: Ezzelingen, Butispach et villam in Wile[82] prope
Holzirringen penitus devastavit grandine. Item maximus timor fuit Sindelphingen ab illis
83 de Bebelingen, a festo sancti Galli usque omnium sanctorum[83]. Rex venit tunc Ezzelin-
gen post omnium sanctorum, et post Martini inde recessit Hailprunnam. Deinde ivit ver-
sus Stophen[84] castrum suum et Gamundiam[85] ad nuptias Alberti comitis et . . . . . mar-
Nov. 23. chionis de Burgo[86] festo Clementis papae. Et ibidem in crastino Clementis in Gamundia
Nov. 24. multa circa dominos ordinavit. Anno

1289. Mart. 25. 1289. post annunciationem rex venit Ezzelingen. Subito inde recessit. Multa facta
sunt isto anno per desponsationes in castro Achalme. Anno

1290. 1290. rex curiam magnam habuit in Erphurthe; plus quam 70 castra destruxit, et
Mai. 11. plus quam 111[a] personas decollavit[87]. Inde reversus est ad nos. Ante ascensionem Domini
88 in civitate Brage in Boemia obiit dux Sueviae, filius Rudolfi regis de Habesburch[88]. Post
Iacobi Rudolfus comes, advocatus noster in Sindelphingen, omnia bona et redditus ville
Sindelphingen praepositi et capituli totaliter accepit. Et canonici fugerunt propter minas
comitis, et paupertatem[b] [89], et propter stultitiam et paupertatem comitis. Rex Rudolfus
Erfordia venit post Martini in Nurinberch; ubi convocatis civitatibus, exegit maximam
pecuniam, quam post natale Domini accepit. Anno

1291. Febr. 2. 1291. Rudolphus rex circa purificationem fuit in Constantia; deinde rex et regina con-
Febr. 22. venerunt Winterthure ante cathedram Petri, deinde iverunt versus Baden, munitiones
regis. Et tunc reliquit reginam Rinvelden, ubi regalia regni servata sunt. Deinde Argen-
Apr. 6. tinam venit. Deinde versus Spiram venit post octavam annunciationis sanctae Mariae die 5.
Isto anno, mense Marcio et Aprili, exustae sunt civitates Vahingen et Grúningen. In vigilia
90 Rensindis rex Rudolfus venit ad civitatem Spiram, et regina et filii uxor[90], soror regis
Boemi, et dux Ludvicus de Bawaria, et multi alii barones cum eo venerunt; et die Rensin-
Iul. 15. dis obiit, et die crastina gloriose et honorifice sepultus fuit in monasterio sancte Marie,
apud sepulchra regum aliorum, prope sepulchrum regis Philippi. Rege mortuo episcopus
H.[c] Spirensis venit de exilio Franciae, quo[d] 5 annis[91] fuit in exilium missus per praedictum
Rudolfum regem; statim castra et munitiones per regem ablatas sibi et ecclesiae Spirensi
recuperavit violenter. Isto etiam anno comes Gothefridus de Bóbelingen in messe anno-
nam totam in Darmishan[92], circa 200 maltra accepit. Et similiter accepit annonam totam
93 in Wile[93] Glemisgowe praeposito et capitulo Sindelphingensi. Item in autumno Walhen[94]
Aug. 15. Hesso marchio accepit vinum canonicis in Sindelphingen. Praedicto anno post assumptio-
nem comes Uolricus de Wirtinberch[95] cum multis comitibus et cum magno exercitu equi-
tum et peditum dominari coepit ascendendo Birtinloe[96] versus Rothinburch et Hagirloe[97]
civitates, et villas et vineas omnes circa vias igne cremavit. De novo etiam castrum dictum
Odinburc[98] prope Túwingen reaedificavit comes Gothefridus de Túwingen et comes Eber-
99 hardus. Haec facta sunt usque Bartholomaei. Reversus vero comes[99] et sui adversus
Wirtinberg, castra in Wabelingen[1], in Berge, in Andresbach destruxerunt. Facta sunt haec
Sept. 1. Dec. 6. a festo assumptionis usque Egidii confessoris. Eodem anno post Nicolai comes Albertus
et comes Ulricus de Wirtinberch liberos suos copulaverunt in civitate Grieningen. Nuptiae
factae sunt 15. Kalendas Ianuarii in civitate prope Túwingen Rotinburch solenniter, mul-
tis praesentibus[e]. Anno.

a) *numerus deest* 1. b) *haec desunt* 1. c) Heinricus; *ita et Gabelkover*, *vocabatur* Fridericus. STÄLIN. d) *ita emendavi;* quod *ed.* e) *haec desunt* 1.

82) Weil im Schönbuch prope Holzgerlingen. ST. 83) Sindelphingen, comitum Tubingensium Schaerariorum, Böblingen Gotefridi oppidum. H. 84) Hohenstaufen. ST. 85) Gmünd. ST. 86) Alberti filia Margaretha puella Henrico impuberi adhuc marchionis Henrici nepoti nupta; cf. de Raiser, Guntia p. 42 sqq. H. 87) Cf. Chron. S. Petrin. Erfordens. Gerbert Cod. epist. Rudolfi (fasti Rudolfini) p. CLVII sq. H. 88) Cf. Kopp K. Rudolf I, 23. Anm. 4. 89) suam scilicet. 90) Rudolfi a. 1290. defuncti, mater Iohannis Parricidae. H. 91) Cf. Remling Geschichte der Bischöfe von Speier. STÄLIN. 92) Darmsheim, villa in ditione Gotefridi sita, Wile, comitis de Asperg, sub tutela eius constituti. 93) Weil, vulgo Weil im Dorf, in Glemsgau, praef. Leonberg. ST. 94) Walheim ad Nicrum praef. Besigheim. 95) Cf. Cl. Haugii notam pag. 46. 47. 96) locus copiis colligendis commodus et usitatus, aeque ut Gunzenlê prope Augustam Vindelicorum; cf. Stälin Wirtemberg. Geschichte III, 74. olim Birhtinle. Mone Zeitschr. III, 121. STÄLIN. 97) Haigerloch principatus Hohenzollern. ST. 98) Odinburc, in monte Spitzberg nuncupato, Hohenbergensium territorio iminente. H. Cf. Stälin Wirtemb. Gesch. III, 75. 99) Albertus. H. 1) Waiblingen, Berg, Endersbach praef. Waiblingen. ST.

1292. annona erat satis cara. Kalendis April. praedones de Ondingen[2] 7 suspensi
sunt et duo truncati pedibus. In quadragesima castrum Cersi[3] destruxerunt cives de Ezze- Febr. 19.
lingen et Ulricus comes de Wirtinberch suffodiendo in 10 diebus. Isto anno in vigilia Mart. 29.
annunciationis sanctae Mariae Albertus iuvenis comes de Hohinberch et Burcardus comes, Mart. 24.
ministeriales et civitates eorum, Túwingen ante civitatem domus et horrea et Lustenowe[4]
villam incendiis et rapinis offenderunt cum multis armatis. Isto anno post pascha, Ruodol- Apr. 6.
fus episcopus Constanciensis de sua militia et de suo exercitu prope civitatem Winterthur
amisit multos[5]. Item dux Austriae post pascha venit ad terram istam et a civitate Grúnin- b
gen[6] die Vitalis martyris versus Francinfurt ad curiam ad eligendum regem ivit cum magno Apr. 28.
comitatu; et ibi elegerunt in regem Adolfum comitem de Nazzo. Isto anno dux Cunradus
de Decke[7] ante Walpurgis obiit; et tunc etiam obiit comes de Spicinberch[8], qui in militia Mai. 1.
occisus fuit. Isto anno venit praedictus rex Hagenoam, et Albertus dux Austriae cum multo
dominatu post Andreae, deinde iverunt versus Basileam[a], et ibi stetit per festos dies nativi- Nov. 30.
tatis Domini rex cum multis baronibus. Cives 10. Kalend. Ian. in Wile civitate[9] vulnerati, Dec. 23.
occisi, capti fuerunt ad mandatum regis. Anno

1293. post Agnetis regina venit Achalme et ibi stetit, et haec facta sunt postea: Rex Ian. 21.
venit Ezzelingen post Matthiae apostoli, et congregati fuerunt tunc omnes barones terrae, Febr. 24.
et etiam tunc omnes pacem iuraverunt, praeter comitem de Wirtinberch; deinde versus
Hâlle et Rothinburc cum multis dominis, deinde Spiram venit ante Gertrudis; ibi diu stetit. Mart. 17.
Deinde reversus Achalme in coena Domini, deinde Ura, deinde Erbipolin. Anno praedicto Mart. 26.
comes Gothefridus de Túwingen emit pro[b] comite Eberhardo de Túwingen Wile[10] Althorfe[c] 10
et alia. Isto anno Ambrosii obiit Ruodolfus episcopus Constanciensis Thurego, sepultus in Apr. 4.
Cons ancia. Isto anno Adolphus nunc rex et . . . .[11] regina fuerunt ad nuptias in Winsperch
2. Non. Iulii. Idem rex ante nativitatem sanctae Mariae virginis cum exercitu venit et cum Sept. 8.
multis baronibus ad civitatem dictam Bisinze episcopatum, et versus Colmaren[d] civitatem,
ipsam obsidendo et totam Alsatiam circa et circa destruendo. Tempestas 5. Kal. Augusti
maxima fuit in diversis locis cum vento et grandine, circa Neccarum Renum et Danubium,
nocens arboribus pomariorum et sylvarum, annonae et domibus. Item comes Uolricus de
Wirtinberch ante Galli magnum festum habuit Wabelingen civitate. Item isto comes de Oct. 16.
Wirtinberch ante festum sancti Martini cum multis armatis totam terram comitis Friderici
de Zollere[e] devastavit. Anno

1294. per festa nativitatis Domini regina fuit Achalme, veniendo de Alsatia et de 1293. Dec. 24.
Ortinberch in vigilia Domini, postea in circumcisione Domini fuit regina Stuchart vel Wir- Ian. 1.
tinberch ad baptisionem filiae comitis Uolrici. Isto anno post epiphaniam Domini comes et Ian. 6.
comitissa de Wirtinberch, dux[12] et multi barones ad regem Adinolfum Oppinaue venerunt,
ibique steterunt.

a) *vox suppleta a H.* b) a 2. *ést idem.* c) altorfe 2. d) *ita* 1. Colmaram 2. e) *ita* 1. Colere 2.

2) Ehningen, Böblingensis praefecturae vicus, Tractus terrae latrociniis infestus (supra a. 1284.) et saeculo insequenti nobilium seditionibus famosus. Cives adeo Wilae, civitatis vicinae, violatae pacis publicae reos factos, quae sub finem h. a. notantur, suspicionem movent. H. 3) Kersch, destructum infra Deizisau villam, auf dem Bühel. Steinh. II, 192. H. 4) Lustenau praef. Tübingen. ST. 5) per Hugonem de Werdenberg, Alberti ducis capitaneum. Tschudi I, 209. d. 13. Apr. cf. Pfist. III, 98 sqq. H. 6) Cf. Heyd G. von Markgröningen p. 8 not. H. 7) Crus. Ann. Paraleip. c. 4. e missali monasterii Owen: *sub anno Domini* 1292. *obiit venerabilis domnus Conradus dux de Tecke, electus in regem,* 6. *Non. Maii.* H. Cf. tamen Böhmer Regesta 1292. Mai. 5. Electio regia primo in diem 2. Maii constituta fuit. 8) arce super Filsam amnem sita, de qua a Rudolfo erat depulsus. Gabelkover in coenobio quodam Alsatiae sepultum refert, ubi haec monumento inscripta legantur: *Anno Dom. MCCXCVI* (leg. XCIII) 5. *Kal. Septemb. obiit per vim famosus Eberhard comes de Sp. et generosus — vici cum verbis multos armis et acerbis* etc. H. 9) Weil die Stadt praef. Leonberg. ST. 10) Weil im Schönbuch, Altdorf praef. Böblingen. ST. 11) Imagina. 12) de Tekke. STÄLIN.

# ANNALES
# WEINGARTENSES WELFICI.

*Habentur in codice Weingartensi membranaceo saeculi XII. exeuntis ad calcem Anonymi scriptoris de Welfis, quocum inde in codices alios transscripti sunt, Augiensem scilicet saeculo XIV. in charta exaratum qui hodie in bibliotheca Magni Ducis Badensis Carlsruhana adservatur, Augustanum saeculi XV. et Peutingerianum saeculo XVI. ineunte scriptum, quem in Museo Britannico inter Harleianos numero* 3668 *signatum aeque evolvi. Primus Anonymum Leibnitius ex codice Augustano protulit Scriptorum Brunsvicensium Tom. I. p.* 792, 793, *quem anno* 1784. *secutus Gerardus Hess librum ad fidem codicis Weingartensis Tomo Monumentorum Guelficorum in* 4° *edidit. Iam vero quum annales pro parte Anonymi habendi non sint, eos ad fidem codicis Weingartensis hodie in bibliotheca publica Fuldensi adservati denuo et non sine fructu recognitos hoc loco proponimus, annotationibus nonnullis Hessio debitis eius nomine signatis.*

*Annales uno calamo exarati, ex adnotationibus librorum Weingartensium quos inter et Ottonis Frisingensis chronicon fuerit, collecti et inde ab anno* 1167. *rebus aequales fuisse videntur.*

Anno dominice incarnationis 1101. Welfo dux senior iter Hierosolimitanum aggressus est in Kalendis Aprilis.

1 Anno dominice incarnationis 1109. 4. Idus Ianuarii prelium iuxta Idungesheim[1] inter duos comites, Roudolfum videlicet comitem Bregantinum et Hartmannum comitem de Kilicperch, conmissum est, cesis ex utraque parte plurimis. Cruenta tandem victoria Hart-
2 manno cessit. Cecidit in eo conflictu Waltherus comes[2] et alii conplures.

Anno dominice incarnationis 1111. expeditio Romam facta est per Heinricum V, in qua Paschalis papa captivatur.

Anno 1123. translatio sancti Counradi facta est 6. Kal. Decembris.

Anno 1123. Heinricus dux iunior, qui postea in Saxonia humatus est, arma accepit.

3 Anno 1124. inceptum est monasterium sancti Martini Winigartin[3].

Anno 1127. Heinricus dux senior cum coniuge sua Wulfildi, quae 16 tantum dies supervixit, obiit.

Anno 1135. Heinricus dux, filius Heinrici, postea Bawariae et Saxoniae dux, in pente-
Otto Fris. Chr. 7, 19. costen baptizatus est. Quo et in anno pater eius in secunda expeditione Lotharii imperatoris, soceri sui, per Italiam in Apuliam mille ducentas loricas duxit.

1) An [illegible]ngen ad Thuram? 2) filius Manegoldi comitis de Veringen, principalis fundatoris monasterii Isnensis in Algoia. Cuius pater Wolfradus comes anno 1042. prima iecerat ecclesiae illius fundamenta. Porro hic patrem habuit itidem Wolfbardum comitem, qui anno 972. diplomati Ottonis I. subscripsit. HESS. 3) Nempe novum hoc anno coeptum est ab Heinrico Nigro duce Bavariae, filio Guelfonis IV. HESS.

Anno 1139. Heinricus dux, qui in Saxonia humatus est, obiit.

Anno 1140. Welfo dux Leopaldum ducem Bawariae in Idibus Augusti pugna iuxta castrum Valeium aggressus vicit. Ipse vero in eodem anno in festo sancti Thome a rege Counrado apud Winisperch devictus est. Otto Fris. 7, 25.

Anno 1147. iter illud Ierosolimitanum sub Counrado rege nostro et Loudewico rege Francorum factum est.

Anno 1150. Welfo apud Flochperch cum principibus et militibus regis Counradi conflictum habens, devictus est.

Anno 1152. Fridericus regni gubernacula suscepit.

Anno 1153. divorcium factum est Constantiae inter Fridericum[4] et Adilam, filiam Diopaldi marchionis.

Anno 1154. Fridericus expeditionem Romanam aggressus est, in qua imperiali benedictione ab Adriano papa sublimatur, in festo sancti Michahelis recedens, et post annum in eodem tempore revertens.

Anno 1157, regni vero Friderici sexto, nix magna et frigus insolitum circa passionem Domini inhorruit. Quod mortalitas hominum ad tempus, et exustio[a] maxima per totam estatem subsecuta est. Porro in ipsa die Kalendarum Iulii tanta severitas grandinis tantaque concussio ventorum invaluit, ut segetes circumquaque consumeret, robustiores arbores radicitus evelleret, in Altorfensi quoque cenobio campanas omnes usque ad duas de minoribus frustatim[b] confringeret, edificia[c] etiam castrorumque munitiones humo prosterneret.

Anno 1158. Fridericus imperator secundo expeditionem in Italiam in pentecoste movit propter rebelles Mediolanenses; set quia ex levi eos vincere nequiverat, principes qui relicti fuerant, sequenti anno subsequuntur, Heinricus videlicet dux Bawariorum et Saxonum circa pentecosten in mille ducentis[d] loricis, Welfo vero circa festum sancti Michahelis in trecentis loricis Deuthonicorum, anno videlicet 1159.

Sequenti[e] anno, id est 1160, dux Heinricus rediit ab expeditione[f].

Anno 1162. in festo sancti Clementis discidium factum est inter Heinricum ducem et uxorem suam Clementiam, filiam Counradi ducis[5], Constantie. Ibid. 7, 33 5

Anno 1166. devastacio Boemiorum sub ducatu Friderici ducis, filii Counradi regis, in partibus istis facta est.

Anno 1167. Guelfo secundo Ierosolimitanum iter persolvit; filiusque eius Guelfo eodem anno defunctus est.

Anno 1172. Heinricus dux Bawariorum et Saxonum Hierosolimitanum iter aggressus est circa purificationem sancte Marie.

Anno 1174. Fridericus imperator tertio expeditionem in Italiam movit circa festum sancti Mathei, et in sequentis pasche vigilia conflictum cum Italicis habuit apud Alexandriam.

Anno 1176. in diebus rogationum feria quarta fuga miserabilis et devastacio in partibus istis facta est, episcopo Coloniensi et comite Flandriae cum aliis quam pluribus hic transeuntibus ab imperatore in Italiam evocatis.

Anno 1177. unio aecclesiae sub Alexandro papa reddita est.

Anno 1180. infra festum sancti Galli et sancti Martini Fridericus imperator habita curia Herphurt[6] Heinricum ducem Saxonum et Bawariorum duobus annis bellis attritum, exilii proscriptione dampnavit. 6

Anno 1182. indict. 1, 2. Idus Novembris dedicatum est monasterium novum sancti Martini Winigartin a venerabili Bertholdo Constantiensi episcopo.

Anno 1184. filii imperatoris Friderici, scilicet Heinricus rex et Fridericus dux Swevorum, in pentecostes Mogontie arma sumpserunt. Eodem anno in Augusto imperator sine armis Italiam ingressus est, et a Veronensibus et Mediolanensibus cum maximo honore susceptus. Sequenti dehinc anno

1185.[g] Heinricus dux Saxonum, post festum sancti Michahelis de Anglia reversus est.

a) exulio *c.* b) frustratim *c.* c) edifficia *c.* d) $\text{II}^{ux}$ *c.* e) *tota nota anni* 1160. *manu posteriori saec. XII. addita est* 1. f) episcopo 1*. g) *numerum inserui.*

4) imperatorem 5) Zeringensis. H. 6) Erfurt.

Anno 1181. Welfo dux illustrissimus Winigartensi coenobio duas curias hereditario a se iure possessas contradidit, Berge videlicet et Willare[7] cum omnibus appenditiis suis, et omni utilitatis proventu qui exinde provenerit, pratis et nemoribus, pascuis, molendinis, aquis aquarumque decursibus; et insuper beneficia, quibus vasalli sui inbeneficiati erant ea conditione dedit, ut ipsi isdem beneficiis dum vivunt, utantur, successores vero eorum nisi secundum velle abbatis et fratrum de his nichil hereditabunt. Acta sunt hec Idus Augusti regnante Friderico imperatore serenissimo in villa que dicitur Mammingen[a], testibus quam pluribus astantibus[b].

a) manmingen *c.* b) *sequitur in codicibus* 1. 1*. *recensio reliquiarum in capella sanctae Mariae in altaribus principalis dexterae et sinistrae partis adservatarum et pagina versa Vita Counradi episcopi.*

7) Villae horae unius spatio Vinea distant. HESS.

# ANNALES OTTENBURANI ISINGRIMI ET MINORES.

*Monasterium Ottenburanum anno* 764 *decimo ab oriente Memmingae lapide in honore S. Alexandri conditum, saeculo XII. annalibus originem dedit, quorum eos qui vetustiores sunt, duobus codicibus nixi quinto scriptorum tomo pag.* 1—9 *luci dedimus. Postea vero ex bibliotheca serenissimi principis Oettingensis et Wallersteinensis, quae Maihingae historiae studiosis liberalissime patet, tertius mihi codex oblatus est, saeculo XII. ineunte in membrana scriptus, qui paucis ad orthographiam spectantibus exceptis cum codice primo, Peziano scilicet apographo, ita consentit, ut hunc inde derivatum fuisse nullus dubitem. Iam vero praesto sunt annales ab illis diversi, quos ex variis codicibus manu scriptis eruere et restituere contigit. Et antiquiores quidem illos anno* 1113 *abruptos proxime excipiunt annales inde a dedicatione novi monasterii anno* 1121 *scribi coepti atque passim usque ad translationem reliquiarum Coloniensium anno* 1168 *peractam deducti, quorum auctorem Isingrimum abbatem ex ipsius verbis facile agnoscimus, dum se corpora trium magorum integra Coloniae conspexisse scribit. Singulae notitiae per decursum saeculi XII. medii membranae in folio maiori inscriptae fuerunt, cuius anterior pagina libellum theologicum quendam claudebat. Ipsa membrana, quo casu nescio, ex Ottenburensi in coenobium Wiblingense ad Nicrum prope Heidelbergam situm delata est, ibique in duas partes dissecta, quarum priorem ibi saeculo XVIII. ineunte superstitem fuisse oportet, dum tunc temporis duo inde apographa confecta sunt:*

1) *Alterum inter Bernardi Pezii apographa in coenobio Mellicensi servatur,*

2) *alterum anno* 1819 *mihi in bibliotheca regia Hannoverana ad manus venit*[1], *ita inscriptum:* Chronici Ottoburani antiqui fragmentum. Ex Wiblingensis monasterii ordinis S. Benedicti bibliotheca. *Utrumque eo fere uno ab altero differt, quod apographum Hannoveranum annis nativitatis numeros indictionum addit.*

3) *Reliqua membranae pars teste incriptione vel hodie superstite „Ex libris S. Martini Monasterii Wiblingen" Wiblingae vilipensa et pro involucro codicis S. Augustini de fide aliorumque tractatuum adhibita est, quocum inter libros Iacobi Perizonii transiit eiusque ex legato anno* 1715 *in bibliothecam universitatis Lugdunensis perlata est. Ubi quum Bethmannus noster singulos libros manuscriptos evolveret, annalium prout ei videbatur Wiblingensium frag-*

1) Archiv T. I. p. 466.

*mentum exscripsit; quod ut annalium vere Ottenburanorum partem diu desideratam esse perspexi, a V. Cl. Pluigers bibliothecae clarissimae praefecto ut lib um mecum communicaret facile impetravi; eiusque beneficio textum integrum cum scripturae authenticae specimine proponere licet.*

*Scriptura cuiusque fere anni narrationem suo tempore exaratam fuisse monstrat, et textum integrum qualis ab Isingrimo exactus erat superstitem exhibet; praeter oram marginis sinistri a bibliopega Wiblingensi abscisam, cuius tamen lacunas, primam Bethmanno, reliquas deinde mihimet ipsi explere contigit. Integros igitur Isingrimi annales proponimus, viri non solum de monasterio suo bene meriti, sed historiae cultoris, Friderici primi in expeditione Romana anni* 1154 *ut videtur comitis, et cui Otto Frisingensis chronicon suum dicaverit. Industriae eius testes supersunt codices olim Ottenburani, hodie in bibliothecis episcopali Augustana, regia Monacensi et illustrissimi principis Fürstenbergensis adservati, quibus excussis annales etiam minores proponere licet:*

4) *Codex bibliothecae episcopalis Augustanae Isingrimi vocabulo clarus eius manu medio saec. XII. optime exaratus* n o t i t i a s  a n n o r u m 1145—1157 *fide dignas exhibet, necnon necrologium monasterii, cuius alterum exemplar in bibliotheca regia Monacensi inter codices Latinos numero* 9921 *signatur; uterque liber saeculo XII. medio exaratus, a Iaffeo nostro in usus nostros conversus est.*

5) *Anno iam* 1852 *Meeresburgi ad lacum Bodamicum apud Iosephum liberum baronem de Lassberg b. m. tres codices Ottenburanos saeculo XII. in membrana scriptos evolvi, qui postea cum tota bibliotheca Lassbergiana bibliothecae principali Donaueschingensi illati sunt, atque vocabulis codicum albi rubri et fusci insigniri solent. Quorum gratia Illustrissimi Principis et bibliothecae praefecto V. Cl. Scheffel Ph. D. benignissime opem ferente iam iterum compos factus,* a n n a l e s  b r e v i s s i m o s *in codice fusco fol.* 14—18 *in margine cyclorum paschalium diversis manibus inde ab a:* 1145 *usque ad a.* 1416 *sibi succedentibus conscriptos una cum notitia folio primo anno* 1180 *fronti libri inscripta in lucem proferre licet, necrologiis tribus alii loco reservatis; quibus omnibus post egregias Mauri Feyerabend*[2] *et viri reverendissimi et doctissimi Antonii Steichele*[3] *operas rebus Ottenburanis novam lucem allatum iri sperare licebit.*

## ANNALES ISINGRIMI MAIORES.

Anno Domini 1121. ind. 14.[a] dedicatum est[4] monasterium sancti Alexandri[5] a Herimanno Augustensi episcopo et Uodalrico Constantiensi pontifice, patrante hoc sancto viro Ruoperto abbate.

1125. Obiit Heinricus imperator; successit ei in regnum Lotharius dux Saxonum.

1138. Obiit Lotharius imperator in expeditione Romana. Successit ei in regnum Chuonradus dux Suevorum.

1143. Factus est ventus tam validus, ut plura ecclesiarum et urbium moenia subverteret, silvas magna ex parte radicitus evelleret[b], maximum mortalibus terrorem incuteret.

Aug. 15. 1145. Obiit[6] Ruopertus abbas, miraculorum operator eximius, anno vitae suae

a) *ita deinceps* 2. b) c. et m. 2.

2) Des ehemaligen Reichsstiftes Ottenbeuren Benediktiner Ordens in Schwaben sämmtliche Iahrbücher. Band 1—4. Ottenbeuern 1813—1816. 3) canonici maioris ecclesiae Augustanae et bibliothecarii, qui Iaffei nostri studiis benignissime favit, et in libro „Archiv des Bisthums Augsburg" chronicon Ottenburanum antiquum plurimum illustratum edidit. 4) 4. Kal. Oct. Necrologium Ottenburanum utrumque. 5) Ottenburanum. 6) 18. *Kal. Sept. felicis memoriae Ruopertus abbas et confessor obiit.* Necrologium Ottenburanum cod. Monac.

centesimo vicesimo, praelationis vero quinquagesimo[7]. Successit ei abbas Isingrimus . . . . 7 Eodem anno et sequenti facta est tam valida fames, ut modius avenae talento et quinque 1146. solidis venderetur.

1147. Romanorum rex Kuonradus et Ludewicus rex Francorum cum totius regni principibus Ierosolymam perrexerunt; in qua expeditione non nulla christianorum milia a paganis occisa sunt, multi in captivitatem acti.

1148. Remis synodus celebratur sub Eugenio apostolico, ubi Eudon haeresiarcha, qui se Deum mentitus est, cum complicibus suis sub aeterno anathemate damnatus est; in quo concilio privilegium nostrum factum est, patrante hoc abbate Isingrimo[8]. 8

1149. Reversus est Kuonradus rex Constantinopolim. Hoc anno multi homines tonitruo perierunt. Herimannus scholasticus[a] igne periit. Uodelscalcus abbas obiit.

1150. Per triduum, id est in ipsa epiphaniae die, facta est tanta vis algoris, ut multi homines perirent, arbores et petrae per medium scinderentur; lupi silvis egressi in vicis[b] cum animalibus cubabant. Aquarum fragor longe lateque auditus est. Facta est pugna inter milites regis et ducem Welf.

1151. Facta est fames adeo valida, ut dimidius modius tritici pro triginta solidis venderetur; sex panes admodum parvi pro septem emebantur solidis. Ipsi principes aliquot dies sine pane diversis coctionibus vescebantur, carnibus pecorum et herbis populus vivebat, non nulla mortalium milia fame interierunt, ita ut in villis plurimae domus sine cultore vacuae remanerent. Factum est et hoc mirabile, ut[c] mense Maio cum pene nullae segetes in agris apparerent, in Iunio et subsequente mense tantae subito exortae sunt fruges, ut a rusticis hoc quasi pro celebri proverbio haberetur, per hos duos menses Deum non aliud fecisse, nisi fruges de coelo pluisse. Per eosdem menses pluvia continuatim descendit.

Factus est Augustae conventus clericorum sub cardinali Octaviano et Walthero eiusdem civitatis episcopo, ubi de suspensione officiorum et beneficiorum subdiaconorum, diaconorum et presbyterorum, concubinas habentium, et de filiis sacerdotum confirmata sunt decreta. Ubi ecclesiam in Behaim sub manu monachorum administrandam consensu episcopi recepimus, quam etiam in privilegio Eugenii pridem in synodo Remis celebrata obtinuimus.

1152. Celebrata est curia Constantiae sub Kuonrado rege et principibus totius regni, ubi mortuus est Kuonradus dux de Zaringen. Item celebrata est curia in Babenberc sub eodem rege, ubi et ultimum clausit diem. Filius fratris sui Fridericus in regem est electus, sub quo celebrata est curia in Ulmensi castro, ubi ab eodem astipulantibus principibus firma pax facta est.

Augustensis episcopus Waltherus nimio confectus senio depositus est, et in locum eius subrogatus[d] Kuonradus Constantiensis ecclesiae diaconus. Hic cum praelatis huius episcopatus Romam veniens, consecratus est ab apostolico Eugenio.

Ottenburensium monasterium igne consumptum est[9], sed per Isingrimum abbatem 9 restauratum. Corpus piae memoriae Tuotonis abbatis sub altare inventum[e]. Item Ademundensium[10] et Fultenbachensium[11] monasteria igni interierunt.

1153. Civitas Ascalona a christianis expugnata et possessa est, et ex utraque parte plurimi occisi. Ipso anno plurimi naufragio perierunt.

1154. Facta est eclipsis lunae in ipso crepusculo vespertino. Eo anno multa loca et ecclesiae igne consumpta sunt. Multus sanguis effusus est, pro pace firmanda a Friderico rege plurimi suspensi, et multae ecclesiae et villae et castella igni succensa. Ab eodem rege Saxoniae[12] curia celebrata est, in qua ducatus Bavariae Hainrico duci resignata[f] est[13], qui cum ipso rege in expeditione Italica positus Longobardiam intravit.

1155. Hoc anno in Augusto et Septembri facta est tanta aeris ariditas, ut ex nimio solis aestu pluribus in locis ipsa terra ardere videretur. Quam ariditatem tam vehemens subsecuta est pestilentia animalium, ut villae complures absque animalibus vacuae remanerent, et ipsi homines pro bubus iuncti aratris illa traherent et terram utcunque colerent.

a) scol. 2. b) in v. *desunt* 1. c) ut in m. 2. d) s. est 2. e) i. est 2. f) *sic* 1. 2.

7) Cf. Annales minores. 8) Cf. Annales minores. 9) a. 1153. Annales minores, Ann. Admuntenses SS. IX, 580. 10) 5. Id. Martii 11) Fultenbach, haud procul a rivo Zusam, in districtu Dillingensi et diocesi Augustana. 12) i. e. in Saxonia, Goslariae. 13) V. Meiller Babenbergische Regesten p. 224.

1155. Post haec tanta pluviae subsequitur inundatio, ut avenaria messis in agris putrefacta secari non potuisset.

Eodem anno Fridericus rex in Longobardia multa victoriosa git, castellis pluribus per eum destructis, habitatoribus eorum aliis occisis, aliis in patibulis suspensis, multis in deditionem acceptis. Qui hoc ipso anno Romam intravit, et ab Adriano papa consecratus est in caesarem ad Sanctum Petrum. Ubi Romanis armatis ex improviso et fraudulenter super
Iun. 18. eum irruentibus, rex ipse cum suis arma corripuit, et conserto praelio[a] victor[b] gloriose existens, innumerabiles ex eis[13] occidit, multos in captivitatem egit. Hisdem diebus Arnoldus[c] hereticus, qui plurimas seditiones Rome concitaverat, in patibulo suspensus est, corpus eius igni consumptum et in Tiberim[d] missum. Imperator in reditu positus, civitatem famosissimam Hispoletum[14], armis captam, funditus destruxit, multis[e] illic occisis, praeda eorum
Sept. suis non mediocriter onustatis. Imperator[15] cum venisset Veronam, milites quidam eiusdem regionis[f], assumpta sibi non parva manu Mediolanensium, transitum cesaris in angustis montium locis concluserunt, estimantes[g] se tropheum cum infinita praeda de imperatore consecuturos. Quod et factum fuisset, nisi ut putatur divino respectu imperator[h] eorum dolos praevenisset. Illis enim in tuto se obstruentibus, ubi et rapere et occidere potuissent quosque praetereuntes, nec ipsi propter[i] praeeminentia sibi saxorum praecipicia ledi ab ipsis timuissent, dux Hainricus, qui et ipse fortissimus in illa expeditione[k] belligerator, cum suis clam et ex inproviso pedibus manibusque rependo eorundem montium conscendit cacumina; ubi ex alto iactis[l] missilibus et lapidum ictibus, hostium conatum reddidit frustratum. Quo viso, imperator et ipse nichilominus arreptis armis ex[m] adverso fortiter instare cepit; sicque omnibus in manibus eorum conclusis, aut occisi, aut manibus pedibusque sive naribus et[n] auribus turpiter amputatis, inciderunt in foveam quam fecerunt. Duodecim tamen nobiliores ex eis in patibulis sunt suspensi. His prospere gestis[o] cesar
16 Tharentum[16] venit; inde per montana conscendens, Augustam adiit, exinde generalem
Oct. med. Ratispone acturus curiam, Baioariam[p] intravit[q]. Anno[r] dominicae incarnationis

1160. expugnata est civitas Mediolanum a Friderico imperatore, multis[s] illic utriusque partis milibus occisis[t].

1162. Expugnata urbe et murorum ambitu destructo, reliquiae hominum quatuor[u] in partes provinciae sunt divisae, quatenus hoc impleretur vaticinium, quod illic inter ruinas in lapide sculptum inventum[v] est. Quod sic est:

Tu Mediolanum, nostrum non sit tibi vanum
Hoc vaticinium, quod dant oracula vatum.
Sermo est, quod[w] durus tibi rex quandoque futurus,
Per quem tristeris, quia per quadrum minueris.

Illic in monasterio sancti Ambrosii[x] tres magi reperti sunt[y]; qui ab episcopo Coloniensi sublati, et ab ipso honorifice Coloniam sunt delati: quorum corpora adhuc, ut ipse dum venissem[z] Coloniam aspexi, integra, utpote balsamo condita. Quae, ut habent ystoriae, ab Helena regina ab oriente Bizantium[*] sunt deportata, et in tumbis tribus plumbo, ne inde moveri potuissent, perfusis sunt recondita. Cumque eodem tempore Mediolanensium[a] episcopus in obsequio eiusdem esset reginae, haec corpora sibi quasi pro mercede sui famulatus tradi deposcebat. Quod illa ac si rata futile[b] fore propter plumbum posse moveri, concessit. At ille, ut vir sollertis ingenii, arte quadam effecit, ut etiam a paucissimis hominibus[c] tulta, in ratem deponerentur, et sic Mediolanum defferrentur[d]. Anno[e] dominicae incarnationis

1165. facta est pugna inter Welfonem filium Wolfonis et palatinum Hugonem de Tuwingen[f], ante hoc ipsum castrum, data eidem palatino victoria. Welf terga vertit, plurimis

a) *hic folium Lugdunense incipit* b) *ita supplevi;* ...or *c.* c) noldus *suppleta a Bethmanno.* d) Tiberim *suppleta.* e) multis i *suppleta.* f) regioni *supplevi.* g) mantes *suppleta.* h) imperator *supplevi.* i) propter *supplevi.* k) ne belli *suppleta.* l) iactis m. *supplevi.* m) mis ex a *suppleta.* n) et auribu *supplevi.* o) gestis c *suppleta.* p) baioar *suppleta.* q) *quae sequuntur, alia penna scripta sunt.* r) Anno *suppleta.* s) multi *suppleta.* t) *alia manu, priori similior.* u) quatu *suppleta.* v) ventum *suppleta.* w) est quod du *supplevi.* x) reperti sunt *addita, sed manu antiqua sunt deleta.* y) reperti sunt *supplevi.* z) nissem col *suppleta.* *) Bizanti *suppleta.* a) Mediola *suppleta.* b) rata fut *supplevi.* c) hominibu *suppleta.* d) *quae sequuntur, alia penna scripta sunt.* e) Anno *suppleta.* f) de tu *suppleta.*

13) Romanis. 14) Spoleto; ad hunc ipsum annum Ispoleto scribitur a Paolino Pieri in cronica. 15) Cf. Ottonis Fris. II, 26. 27. 16) i. e. Tridentum.

illic nobilibus suae partis[a] in captivitatem actis, set per imperatorem Fridericum liberatis[b] Anno[c]

1167. imperator Fridericus terciam expeditionem paravit in Longobardiam. Cumque cum papa suo[d] Paschale contra Alexandrum papam deponendum pergens, Romam venisset, Romanis ad arma concurrentibus, plurimos[e] ex eis occidit; reliqui in fugam sunt conversi. Eo tempore in Longobardia[16*] morante imperatore, ex corrupto aere[g] multa milia hominum mortua sunt. Quo casu nobilis ille dux Fridericus de Routenburc illic mortuus est, Welf[h] dux, filius Welfonis, vita decessit, episcopus Ratisponensis, episcopus Bragagensis[17], episcopus Coloniensis, episcopus Basileensis[i], episcopus Argentinensis, cum aliis numero 17 infinitis, illic mortui sunt; et quod dictu miserabile est, in cacabis[18] excocti sepultis[k] intestinis, ossibus solis utribus insutis, sic ad propria sunt reportata. Anno 18

1168. mortuus est Kounradus Augustensis[l] episcopus; Hartwicus electus est episcopus. 1167. Eodem anno Isingrimus abbas Coloniam venit, ubi de exercitu sanctarum[m] 11000 virginum quinque corpora impetravit, et cum magna reverentia ad locum proprium deportavit. Quarum nomina sunt haec: Albina[n], Patralia, Balsade, Torpeiadech, Caravia.

---

## ANNALES ISINGRIMI MINORES.

1145. In hoc anno 18. Kalend. Sept. obiit abbas Roupertus sacrae religionis cultor eximius, et successit ei abbas Isingrimus, per omnia inutilissimus Frisinginsium famulus Augustensium monachorum minimus; et regi Counrado Aquisgrani presentatus, non sine omni curiali exactione regalibus investitus, huius libri minimum patravit opus.

1148. Remis synodus celebratur, ubi ab apostolico Eugenio privilegium per abbatem Isingrimum loco nostro datur.

1153. Hoc anno locus noster incendio periit.

1157. Hoc anno grando magna et insolita comminuit omnia.

## ANNALES OTTENBURANI MINORES.

1145. Obiit dignae memoriae Ruopertus confessor, miraculorum et in corpore et extra magnificus operator, abbas loci huius annis 40, 7. Id. Novenbris ordinatus, vita vivens centum viginti ferme annorum. Huic successit Isingrimus abbas.

1153. Locus iste igne flagravit.

1154. Fridericus, Welfonis consobrinus, in regem eligitur.

1157. Grando magna comminuens omnia.

---

1163. Totto sepelitur, ac principale altare dedicatur.

1164. Annus quadringentesimus a quo locus iste fundatur, plus septem ante conditionem Campidonae.

1166. Ecclesie seu monasteria bello devastantur.

1167. Illatio sanctarum reliquiarum a Colonia[19]. Et[p] Oualricus nobilis de Rieden 20 dedit praedia sua huic ecclesie.

1171. Datur[q] privilegium a Friderico imperatore.

1180. Obiit Isingrimus abbas[20], in praediis et aliis rebus aecclesiae acquirendis multimodus, set ante mortem suam biennio per insaniam occulto Dei iudicio miserabiliter est 21 adnichilatus. Cui successit Bernoldus abbas.

Anno[r] incarnationis Domini 1180 abbas Isingrimus Outtenburensis aecclesiae pridie Idus Decembris defunctus est. Hic ante mortem suam duobus annis in vesaniam permutatus, diversis interim cruciatibus consumptus, sensu non recuperato vita excessit. Sed plaga ipsius quamvis sit multis admiranda, hominibus tamen aecclesiae huius nequaquam videtur insolita. Ferunt enim quam assidue, quod quaelibet persona tirannidem in homines adeo

a) suae pa *suppleta.* b) *hinc alia penna.* c) Anno *suppleta.* d) suo pa *supplevi.* e) plurim *supplevi.* g) aere *suppleta.* h) Wel *suppleta.* i) ensi *suppleta.* k) sepulti *suppleta.* l) augus *supplevi.* m) sanctarum XI *supplevi.* n) . . . . . alia *c. Lacunam ope schedae saeculi XII. apud Feyerabend* 2, 143 *explere conatus sum; reliqua tria nomina certa sunt.* p) *alia manu.* q) *manu saec. XIII.* r) *haec notitia in prima libri pagina manu eadem fere, qua notitia anni* 1188 *scripta est, habetur.*

16*) vox pro Italia usurpatur. 17) i. e. Pragensis. 18) vas fictile. 19) sc. in monast. Ottenburanum. 20) 2. Id. Dec. Necr. Ottenb. Monac. 9921.

1180. vel res monasterii exercens, si citius se [illegible] recognovit, districtae ultioni visibiliter in hac
vita subiacuerit. Legimus huic simile in [illegible]teribus paginis de Hainrico abbate nostro, et
Ruoperto advocato, quorum prior positus in agonia oculis de capite subito exilientibus
seculo subtrahitur, sequens autem in insaniam diebus aliquot actus, indignam et ipse con-
secutus est mortem. Set hec posteris ad exemplum sufficiant, nunc propter quod cepimus
Dec. 12. breviter percurramus. Obeunte abbate ut premissum est, Bernoldus de senioribus nostris
Dec. 13. etate maturior in dominum eligitur. Qui stat[illegible] deductus in aeclesiam, quae facienda sunt
electo rite super eum completis, predecessorem suum pridie iam defunctum, divinis cum
obsequiis terre commendare ilico satagit. Expeditus proinde cum religiosis abb[illegible]bus et
ceteris qui convenerant, non parva videlicet multitudine, pransurus foris in atrio discum-
Dec. 14. bit, ac parat se interea, ut in crastino inperatori Friderico apud Ulmam occurrat, habens
secum inter alios Heinricum comitem de Rumesperch, aecclesiae advocatum. Cumque
inperatori ambo se presentassent, cognita abbatis electione, quia canonice facta est, ab ipso
tandem principe confirmatur, et per regalia sublimatur, ibique a clero tocius curie in eccle-
siam cum impetu ducitur, premissaque super eum benedictione, ut solet fieri, a laicis nichi-
lominus velut in propria sede proclamatur. Ad inperatorem denuo revertens, de curiali
exactione vel remuneratione cum ipso electo cancellarius studiose pertractat. In haec suos
etiam inperator cupiens adiuvare, prior prorupit in vocem, dicens omnino iuris esse, ut qui
duces et comites ceterosque nobiles viros inbeneficiaret, promotus ab ipso per sceptrum
hominibus curiae suae deberet pariter conferre donaciones. His obiectionibus abbas respon-
dens dixit, in privilegiis contineri suis, se ab omni regio negocio esse liberum, preter quod
in promotione sua domno inperatori duos canes pariles in libertatis testimonium afferre
deberet. Itemque rogat privilegia, que secum de monasterio tulerat, recitari, ut dignitates
vel iura aecclesiae suae omnis curia certius recognoscat. Leguntur itaque privilegia inpe-
ratorum, Ottonis videlicet et Lotarii, necnon ipsius Friderici inperatoris. Set quidam ea
sinistre interpretantes de curia, dicunt iusticiam suam in his proscriptam non esse, magis
magisque suggerentes domino suo, ut precipiat abbati curialem persolvere exactionem.
Igitur paucos secum ibi habens inperator de principibus regni sui, nec tale quid volebat
sine consilio eorum determinare, ac satisfacere cupiens parti utrique, memorato abbati
generalem curiam apud Herbipolim celebraturus indicit, ubi secundum sibi a principibus
condictam sententiam expedire se attentius precipit. Sicque cum gratia ipsius principis
reversus, solito apparatu in aecclesia recipitur a nobis. Instabat nichilominus sacratissima
Dec. 25. Iesu Christi nativitas, et dux Welfo mortalium liberalissimus eundem abbatem invitans ad
predictam sollempnitatem in vico Berngarterunt[22] honestissime retinuit, rogans ad hec dux
prefatus, ut curiam utrique indictam secum eundo et redeundo dignaretur consummare.
Quo annuente perduxit nos satis deliciose ad prescriptam civitatem. Ibi coadunatis princi-
pibus, Suevorum scilicet, Francorum et Saxonum, ventilata est in palatio nostre profectio-
nis causa, datis etiam ab inperatore advocatis, alterutram partem discernendi. Cum igitur
incassum ageretur negocium, inperator secundo ecclesiae nostre iubet recitari privilegia
et exponi. Deinde precipit Treverensium archiepiscopo, litem altercationis huius iudiciali
sententia solvendo dirimere. Antistes siquidem religiosus placere curialibus nolens, ne
detrimentum anime sue faceret, communicato principum consilio, adiudicavit, abbatem se-
curum fore de curiali exactione, seu de remota itineratione, atque de omni regia servitute.
Huic ceteri principum consentientes; petitaque licentia de inperatore, cum integritate
ecclesie nostre seu iusticia regressi sumus hilariter ad propria.

1188. Gotefridus cum uxore et parentela sua in capitolio nostro rogatu marchionis Heinrici sepeliuntur.

1189. Fridericus imperator cum exercitu maximo Hierosolimam tendens, post circulum anni aqua mersus miserabiliter occubuit.

Capella[a] dedicatur. Et Bernoldi presbyteri corpus ad chorum sancti Michaelis transfertur.

1193. Deficiente viribus et sensu Bernoldo abbate, rogatus dominium resignat, et fratres cum fidelibus ecclesiae Cunradum sibi statim unanimiter creaverunt[b].

1197. Fames facta est tam magna per totam Germaniam, ut maltrum siliginis 30

a) *alia manu.* b) crea . . . . c ; *reliqua abscisa.*

22) Bergatreute, parochia in praefect. Waldsee.

solidis venderetur et maltrum tritici duabus libris. Que per quinque annos durans, multa hominum milia necavit.

1198. Hoc[a] anno Phylippus rex[23] nuptias Gunzele[24] celebravit. 24

1204. Dedicatio huius monasterii, quod ante 11 annos vetustate collapsum est et per annos totidem reparatum.

1208. Hoc anno mortuus est[b] Gottefridus comes[25]. 25

Hoc anno fraudolenter occisus est Philippus rex, qui adversus Ottonem inclitum imperatorem canonice ac divinitus electum per decem fere annos infeliciter Romanum tenuit imperium auxilio principum regni, inimicorum regis celestis regni, quia oderunt pacem et munera dilexerunt. Illo igitur occiso, Deo dilectus et preelectus rex Otto favente rege regum contra voluntatem predictorum principum adeptus est imperium gloriose; ac sequenti anno cum exercitu copioso Teutonico atque Italico pacifice ad urbem Romanam 1209.
veniens, a domno papa Innocencio unctione salutari christus Domini factus est et sublimiter Oct. 4.
coronatus.

1211. Hoc anno obiit Bertholdus comes[26]. 26

1212. Fridericus Apulie rex, imperatoris Heinrici filius, occulto iudicio Dei Ottoni adhuc viventi excommunicato a domno papa Innocencio est substitutus.

1217. Locus iste secundo periit incendio, et duo sacerdotes, unus monachus, alter clericus, in eodem mortui sunt miserabili exicio.

1218. Dedicatio capelle sancti Nicolai.

1219. Hoc anno advocacia Ottinburensis ecclesie Friderico imperatori vendita est a comite Gotfrido de Marstetin nongentis marcis, et concessa Heinrico regi et duci Suevie.

1228. Obiit bono fine pius abbas Cunradus, qui per 36 annos religiose prefuit huic monasterio. Mox successit ei domnus Bertholdus concordi electione, iuvenis quidem etate sed valde senex prudencia et morum probitate.

1235. Hoc anno Fridericus imperator exire compulsus de Sicilia ob conspirationem filii sui Heinrici regis contra se impie factam, ipsum Heinricum positum in custodia, in Apuliam destinavit exilio. Anno sequenti

1236. Vincentiam civitatem et alias munitiones expugnans, Padowa et Tarvisio mirabiliter et feliciter in deditionem receptis, et totali marchia Stirie, et maiori parte Austrie.

1241. 2. Nonas Octobris contigit enclipsis solis octava beati Michaelis anno incarnationis Domini 1241 in meditullio circa meridiem et vesperam[c].

1246. Deficiente viribus Bertholdo abbate, de consilio fratrum maiorum videlicet predicatorum, et consensu diocesiani dominium resignavit. Post obitum vero suum Waltherum cum consensu totius capituli sibi substituerunt.

1251. Hoc anno Fridericus imperator mortuus est. Eodem anno Cuonradus filius suus Apuliam intravit.

1273. Anno Domini 1273. Ruodolfus comes in regem apud Franchinvurt electus est. Sequenti anno

1274. Philippi et Iacobi a domno papa Gregorio habitum est concilium Lugduno. Mai. 1.

1285. Obiit bono fine pius abbas Heinricus, qui per 30 annos religiose prefuit huic monasterio. Mox successit ei domnus Cuonradus.

1291. Idibus Iulii obiit Ruodolfus rex Romanorum.

1294. Hermannus Nordholz et Heinricus Altmanshoven prespiteri.

1298. Adolfus rex occisus est. Albertus rex electus est.

a) *haec aut a.* 1197 *aut* 1198 *adscripta sunt.* b) *vox abscisa.* c) *anno* 1244 *adscriptum est* G. obiit; *anno* 1247 Her. natus; *anno* 1262 B. H. H. E. B. C. presbiteri . . subdiac.; *anno* 1285 H. H. et B[us] presbiteri.

23) Ineunte Martio a. 1198 rex electus est; et Chron. Weingartense, Chron. Urspergense et Otto Sanblas. haec anno 1197. Mai. 25. adscribunt.
24) Gunzenlech a meridie et oriente Augustae prope Kissingen.
25) Heinrici marchionis Rumespergensis filius, advocatus Ottenburanus.
26) Godefridi frater, advocatus Ottenburanus, in quo stirps ista defecit; cf. chronicon Ottenburanum editum a V. Cl. Antonio Steichele in Archiv für die Geschichte des Bisthums Augsburg T. II. p. 44 sqq.

1353. 3. Ydus Marcii obiit reverendus pater et domnus Hainricus Dei gratia abbas huius monasterii natus de Nordholcz, qui rexit 31 annos; et in momento electus est domnus Iohannes natus de Altmashofen.

1371. Nonas Novembris obiit pie memorie reverendus pater et dominus noster abbas Iohannes natus de Altmashofen.

1416. 15. Kal. Septembris venerabilis Eggo abbas huius monasterii a propriis servis monasterii in monasterio hew proch dolor occiditur, et a peremtoribus per quotdam fenestrum ad corpus ecclesie crudeliter deicitur, prout patet cernentibus[a] hodierna die, et post[b] . . . .

a) cerentibus *c.* b) *hic scriba desinit spatio vacuo relicto.*

# ANNALES BENEDICTOBURANI.

EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ, M. D.

*Decerpsi annales istos, nondum vulgatos, ex cyclis membranacei codicis Latini Monacensis* 4563 (*Benedictoburani* 63), *ad quos fol.* 16. 17 *appositi sunt manibus tribus, quarum quidem duae saeculi XII scripserunt annos* 1109—1155, *tertia saeculi XIII annos* 1191—1211. *Comprehendit vero codex etiam catalogum pontificum Romanorum usque ad Eugenium III, calendarium*[1], *Helpherici artem calculatoriam, folio* 3' *relationem istam:* Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto in die sancti Benedicti abbatis venerabilis [1495. Mart. 21.] pater Narcissus, abbas monasterii Benedictumpewrensis, in presentia tocius conventus combivit seu permutavit pro libris mecum, quia habebant a me unum volgare volumen nomine Speculum humane sapientie, quem cum mea voluntate servaverunt et presentem kalendarium mihi contribuerunt. Presentes fuerunt canonici Habacenses[2]: dominus Wolfgerus decanus, Casmus Schutz, Iohannes Ziegl, Wolfgerus plebanus in Pewren etc. Hoc scripsi et annotavi, ne postea autumarent, quod accomodassem etc.

*Annalibus addidi Notas Buranas, quas omnes exaratas saeculi XI manibus repperi in codicibus Latinis Monacensibus; ac I quidem in* 4547 (*Benedictoburano* 47) *fol.* 4, *II ibidem fol.* 250, *III in* 4599 (*Benedictobur.* 99) *fol.* 135, *IV in* 4601 (*Benedictobur.* 101) *fol.* 132, *V ibidem fol.* 79.

*Berolini* 6. *Idus Iunias* 1858.

1109. Hoc anno Heinricus rex, eiecto dudum patre de regno, Romam cum magno [1111.] exercitu intravit et, papam Paschalem diu captum, benedictionem regalem ab eo extorsit, sicque rediens contra canonum instituta in epiphania Domini Mogontie nuptias celebravit. [1114. Ian. 6.]

1138. Hoc anno Lotharius imperator obiit et Counradus, frater Friderici ducis, in regem electus est; et quindecim annis sine imperiali unctione pacifice regnavit, ac demum apud Babinberc vitam finivit ibique sepultus est.

1139. Hoc anno Waltherus apud Burin in abbatem electus est et post duos annos benedictionem abbatialem[a] libere vix promeruit a Walthero[b] episcopo.

1143. Hoc anno dedicatum est monasterium in loco Burensi a venerabili Walthero Augustensis aecclesiae episcopo[3].

1147. Hoc anno maxima expeditio Hierosolimis facta est a regibus et principibus et aliis multis ex Theutonicis et ex partibus Francorum. Set eheu haec expeditio non habuit

a) abb. *cod.* b) W. *cod.*

1) cui illata haec sunt: *Anno* 1047, 4. *Idus Martii Adalpertus presbyter ordinatur. Anno* 1051, 3. *Idus Iunii Adalpertus presbyter obiit.* 2) Habach, a monasterio Benedictoburano ad occidentem. 3) d. 22. m. Oct. teste Meichelbeck, Chron. Bened. Bur. 1, 96.

prosperitatem, quia multi a paganis capti vel occisi, pauci tandem reversi, lacrimosa nuntia portantes, quod multi sunt ab ethnicis exiliati.

1152. Counradus rex viam universe carnis ingreditur, pro quo Fridericus dux Suevorum in regem apud Frankinvurt consensu principum eligitur. Ipso etiam anno Waltherus Augustensis episcopus permissione Eugenii pape potestatem episcopalem dimisit et quidam
4 Counradus, nobilis Suevigena, ei canonice successit[4].

1155. Hoc anno Fridericus rex magnam expedicionem movit in Italiam et post multos labores Romam veniens imperialem benedictionem ab Adriano papa accepit. Quod Romani moleste ferentes, armati decreverunt eum prosternere, set ipse multis occisis victor honorifice repedavit in Franciam.

---

1189. 1191. Fridericus imperator signatus proficiscitur. Cuius filius Heinricus post eum regnavit, qui subiugavit Siciliam et Apuliam.

1197. 1196. Obiit Heinricus imperator.

1198. Ian. 8. 1197. Hoc anno infra octavam epifanie obiit Celestinus papa et eligitur Lotharius, qui et Innocentius papa. Eodem anno in quadragesima eligitur Philippus rex, filius Friderici imperatoris. Econtra etiam Otto, filius Heinrici ducis, eligitur rex a principibus et episcopis ultra Rhenum in occidentali Germania.

1212. 1211. Hoc anno, regresso imperatore Ottone ab Italia, Fridericus filius Heinrici imperatoris contra Ottonem transivit Alpes et a Theutonicis principibus suscipitur in Septembri . . . . . . . . .

---

*In cod. Lat. Monacensi 4594 (Benedictoburano 94) fol. 29' manus saec. XIII. notavit haec:*

Anno Domini 1278, 15. Kal. Ianuarii ordinatus sum presbiter et dictum fuit eodem
1248. Febr. 10. anno, quod triginta tres anni in proximo Scolastice sequente essent elapsi, quod Burensis ecclesia fuit concremata[5].

---

# NOTAE BURANAE.

I. Haec pictura[a] duos comites notat hic tumulatos,
Ortu praeclaros, moribus eximios,
Arnolfum dico cum patre suo Meginhardo,
Qui dum vivebant hic domini fuerant.
Augebantque locum cum fundo largiter istum
Et suo tradendo foenore pro Supero.
Extiterant fidi defensores Benedicti.
Pro quibus, aeternam quo capiant veniam,
Funde preces Domino, legis haec qui corde benigno,
Dicens: *Ambobus tu miserere Deus.*

1005? II. Haec familia fugerat tempore famis[6] ex hoc monasterio Puronensi, in honore sancti Benedicti constructo:

7 De villa Puron[7] Perolf cum uxore et 7 filiis, Adalpero cum uxore et filiis, Reginheri cum uxore et 4 filiis, Regino cum uxore et filio, Reginpraht cum filio, Meginhart filius Meginharti presbyteri cum uxore et 7 filiis, Reginfrit cum uxore et 7 filiis, Cundram cum uxore et filiis, Engilram cum uxore et filiis, Engilmar cum filiis 5, Reginhalm cum uxore et filiis, Reginpraht cum uxore et filiis, Adalger.

8 Isti iuvenes de Puron et Puhila[8]: Diotrih, Fridirih filius Meginharti, Eciman, filius et filia Reginperti nigri, Reginhart furcifer.

a) *non est addita pictura in cod.*

4) Cf. Ann. Aug. min. et Isingrimi maior. 1152. 5) V. supra SS. IX, 237. 6) Cf. Annal. Augustan. 1005 (SS. III, 124), Alpert. I, 6 (SS. IV, 704), cet. 7) hodie Laingruben, a monasterio ad occidentem. Cf. Meichelbeck I, 40. 8) Bichel, a monasterio ad septentrionem.

De villa Allinga[9] Diotrih cum uxore et filiis 7. 9
De Hemeheringa[10] Maginhart cum uxore et 7 filiabus.
De Tumindorf[11] Adalpreht cum uxore et filiis.
De Trupinga[12] Reginpreht cum uxore et filiis. 12
De Sehhiringa[13] Reginpraht cum uxore et filiis.
Item de alia villa Sehhiringa[13] Reginpraht cum uxore et filiis.
De Polciwanc[14] Hatto cum uxore et filiis. 14
De Puron Liuto . . . . .
De Solon Trutmunt cum 7 filiis.
Do Sig . . poldisperc Engilpraht cum uxore et filiis.
De . . . . . s . . lenpurc cum viro et filiis.
De p Cuntpolt.
De Puron Adalpraht filius Chunonis cum uxore.
De Ha . . . r . . . . filii Adalperti.
De Puron Adalheit filia M.
De Pirbirbahc ad Veronam civitatem Fridirihc cum uxore et filiis.
De . . . . ing . . . . g . . . rt cum uxore et filiis.

III. Haec aecclesia primo dedicata est[15] a sancto Oudalrico Augustensis aecclesiae episcopo[16] tempore Richolfi huius loci abbatis. Post haec destructa est, et a domno Gotehelmo[17] reedificata et a venerabili Ellinhardo Frisingensi episcopo[18] vice venerandi Embriconis Augustensis aecclesiae episcopi[19] dedicata, id est anno ab incarnatione Domini millesimo XI. VII.[a] sub die octavo Idus Maii. Mai. 8.

Hec eadem ecclesia dedicata est in honore domini nostri Iesu Christi et sancte crucis et sancte Marie Dei genitricis et sancti Michahelis archangeli et sancti Iacobi apostoli et sancti Laurentii diaconi et martiris Christi, sancti Stephani protomartiris, Viti martiris sancti Georgi martiris, sancti Quirini martiris et sancti Christofori Blasii.

Hic continentur reliquiae: De dente sancti Laurentii martiris Christi, de corpore sanctorum Stephani protomartiris, Ypoliti martiris, Romani martiris, Blasii martiris, Xixti papae sociique eius Felicissimi.

IV. Anno ab incarnatione Domini 979. dedicata est aecclesia hic in atrio sancti Benedicti a venerabili episcopo Liutolfo aecclesiae Augustensis[20] ex peticione huius loci domni Ratoldi[21], qui eam primus fundavit atque fabricavit[22], in honore domini nostri Christi et sanctae crucis et sanctae Mariae Dei genitricis. 989? 22

In altare primo continentur sanctae reliquiae: De vestimento sanctae Mariae, de catena sancti Petri apostoli, de clavo Domini, de corpore sanctorum martyrum Laurentii, Fabiani, Sebastiani, Dionisii, Rustici, Eleutherii, Gengolfi et sancti Martini episcopi et sanctae Godeswindis virginis. In australe sunt sanctae reliquiae: sancti Iohannis baptistae, sancti Andreae apostoli, sanctorum Mauricii sociorumque eius Pancracii, Nerei et Achilei, Adriani martyris. In boreali altare sunt sanctae reliquiae: sancti Nikolai, sancti Corbiniani, sancti Oudalrici, sancti Martyni episcoporum; sancti Benedicti, sancti Galli, sancti Magni, sancti Otmari abbatum.

V. Anno ab incarnatione dominica 1063. sub die 8. Kal. Augusti feria sexta, tempore Heinrici quarti regis, Megingozi Puronensis abbatis, in hoc loco Husun dedicata est aecclesia a venerabili antistite Pernhardo Velternensis aecclesiae vice secundi Heinrici Augustensis aecclesiae episcopi, peticione venerandi presidis secundi Sigimari eiusque religiosae coniugis Kerpirgae, in honore domini nostri Ihesu Christi victoriosissimaeque[b] sanctae crucis semperque virginis Dei genitricis Mariae sanctorumque confessorum Martini episcopi, Benedicti abbatis. 1063. Iul. 25.

a) *sic cod.* b) victoriosismęque *cod.*

9) Alling, a Monachio ad occid., inter fluvios Amper et Würm. 10) Emmering, a Monachio ad occid., ad Amper fl. 11) Diemendorf prope Würmsee, ad occid. 12) Traubing, a Würmsee ad occid. 13) Obersöchering et Untersöchering, a monasterio ad occid. 14) Polzwang in praefectura Wolfratshusiana sec. Meichelbeck I, 33. 15) die 25. Sept. v. supra SS. IX, 218 et 222. 16) 924—973. 17) abbate 1032—1062. 18) 1052—1078. 19) 1063—1077. 20) 989—996. 21) praepositi. 22) Cf. Chron. Benedictobur. c. 12, supra SS. IX, 219.

1063. Iul. 25. In orientali altare continentur sanctae reliquiae, quas venerabilis abbas Megingozus illuc dedit ob amorem Dei et sancti Benedicti venerandorumque virorum supradictorum, id est de ligno sanctae crucis, de vestimento sanctae Mariae semper virginis, de corpore sancti Iacobi apostoli, de corpore sancti Christofori martyris, de corpore sanctorum martyrum quatuor coronatorum Claudii, Nikostrati, Simphoriani, Castorii; de corpore sanctorum confessorum Martini episcopi, Benedicti abbatis; de vestimento sancti Oudalrici episcopi, de corpore sanctae Anastasiae virginis. Australe altare dedicatum est in honore sancti Blasii episcopi et martyris, sancti Quirini martyris, sancti Castuli martyris. De sepulcro Domini pars continetur illic. Boriale altare dedicatum est in honore sancti Nikolai episcopi, sancti Marci euangelistae, sancti Magni confessoris Christi.

# NOTAE DIESSENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ, M. D.

*Notae Diessenses haustae sunt omnes ex codice quondam monasterii Diessensis ad Ammer lacum siti, nunc Latino Monacensi* 5509c *membr. saec. XIII fol., praeter alia continente necrologia duo saec. XIII—XV (edita ab Oefelio Rer. Boic. SS. II,* 654—684 *et in Mon. Boic. VIII,* 300—310), *quae ob eam rem solent Liutoldi presbyteri dici, quod in priore necrologio ad d.* 2. *Non. Novembris annotata haec sunt:* Liutoldus presbyter et canonicus nostre congregationis frater, qui hunc et alios libros scripsit. *Prius autem necrologium, ex quo quidem plerasque sumpsi notas, aut anno* 1224. *aut paullo post eum annum mandari litteris coeptum esse, ex eo censeri oportet, quod qua manu conditum opusculum est, eiusdem manus novissimam relationem pertinere ad a.* 1224. *perspicimus; quae vero principi scribae debentur, ea adauxit nonnumquam alia saec. XIII manus, et ista quidem additamenta, inclinatis litteris imprimi a me iussa, quoniam non procedunt ultra annum* 1245, *medio illo saeculo videntur conscripta esse. Posterioris necrologii non sunt nisi relationes anni* 1256. 2. *Kal. Mart., a.* 1314, *a.* 1322. *Praeterea ex codicis fol.* 30—36 *et ex fol.* 45 *adeptus sum res gestas annorum* 1150, 1158 *ind.* 3, 1182, 1237. 16. *Kal. Oct.,* 1241. 2. *Non. Oct.,* 1274, 1286, 1295, 1384, 1407, 1415, 1425, 1432, *quas quidem una cum nonnullis aliis rebus, iisque ad codicem traditionum Diessensium potius spectantibus, inscriptas Breve chronicon Diessense vulgavit Oefele II,* 701. 702. *Omnibus igitur notis secundum annorum ordinem constitutis apposui*

*Catalogum praepositorum Diessensium, quem varii saec. XIII et XIV manus retulerunt in cod. fol.* 30′, *quemque antehac edidit Oefele II,* 692; *deinde*

*De fundatoribus monasterii Diessensis commemorationes quinque, et ineptis cognationum fictionibus et temporum erroribus minime vacuas. Quarum primam manus saec. XIII. intulit in membr. cod. Latini Monacensis* 5515 (*Diessensis* 15) *fol.* 128, *ed. in Mon. Boic. VIII,* 297. *Secundam repperi* 1) *in eiusdem quem modo dixi codicis folio* 128, *manu saec. XIV, et* 2) *in chartac. cod. Lat. Monac.* 5688 (*Diess.* 188) *fol.* 179, *manu saec. XV. exaratam; ubi fol.* 180′—184′ *tertia quoque legitur, itidem saeculo XV. scripta. Quartam mihi suppeditavit* 1) *saec. XIV. scriptam codex Lat. Monac.* 5509c *fol.* 19′, 2) *scriptam saec. XV. codex Lat. Monac.* 5688 *fol.* 184′; *eamque iam pridem ediderunt Hund Metr. Salisb. II,* 180, *Koeler De ducibus Meraniae, Altdorfii* 1734, *p.* 22, *Oefele II,* 673. *In quinta denique proponenda, quum*

*in libris calamo scriptis eam non offendissem, editiones adii paratas ab Oefelio II, 703, in Mon. Boic. VIII, 299. 300, a Duellio, qui codicem Pollinganum adhibuit in Miscell. II, 127. 128.*

*Berolini,* 3. *Kal. Martias* 1859.

*Anno gracie 1122,* 5. Kal. Iunii Otto comes[1], post monachus factus, fundator loci istius,
2 obiit, sepultus Sewen[2].

1136. *Anno gracie 1127.*[a,3] 4. Idus Novembris Otto comes iunior Papie sagitta confossus obiit, *frater Hainrici comitis de Wolfrathusen, sepultus in capitolio.*

Anno dominice incarnationis 1150. indictione 10.[4] Nonas Octobris consecratum est altare in meridionali absida in honore sancti Iohannis baptiste a venerabili Hartmanno
5 Brixinensi episcopo[5], rogatu Waltheri Augustensis episcopi[6], in honore sancte Marie perpetue virginis. He sunt reliquie altaris sancti Iohannis baptiste: sanctorum martyrum Georii, Chrisanti, Exuperii, sancti Oudalrici episcopi et confessoris, sanctarum virginum Anastasie, Christiane, 11 milium virginum.

*Anno gracie 1151,* 5. Kal. Iulii Berhtoldus comes, post conversus nostrae congregationis
7 frater, fundator huius loci, (pater[b] beate Machthildis abbatisse[7]) obiit, *sepultus in capitolio.*

Anno ab incarnatione Domini 1155, 5. Idus Maii Hainricus Ratisponensis episcopus obiit[8].

Anno verbi incarnati 1158,[9] 6. Nonas Maii Hainricus comes de Wolfratehusin obiit, *sepultus in capitolio.*

Anno verbi incarnati 1158, indictione 3,[10] in capite Kalendarum Novenbrium dedicatum est altare summum huius ecclesie a venerabili Hartmanno Brixinensis ecclesie episcopo, permittente Chounrado Augustensi antistite[11], in honore sancte et individue Trinitatis et sancte Marie perpetue virginis. He sunt reliquie: sancte Dei genitricis Marie, de quinque panibus, sancti Mathie apostoli, sancti Stephani prothomartyris, sanctorum Laurentii, Georgii, Sebastiani, Blasii episcopi, Viti, Dyonisii episcopi, Pangratii, Gordiani, Martini, Antonini, Lamperti episcopi, Vigilii martyris, Oudalrici, Nycolai, Rouperti episcoporum, Benedicti, Zenonis, Fortunati, Servatii confessorum et Rufi, sanctarum virginum Marie Magdalene, Agnetis, Margarete, Afre, Lucie, Tecle, Anastasie, Columbe, Eufemie, Iustine, undecim milium virginum et aliorum plurimorum sanctorum. Eodem die dedicatum est altare sancti Iohannis apostoli et euangeliste ab eodem Hartmanno episcopo.

12 *Anno verbi incarnati 1160,* 2. Kal. Iunii Mathildis abbatissa de Otilinestetin[12] bone memorie obiit, *sepulta ante altare sancti Iohannis baptiste.*

Anno verbi incarnati 1173, 2. Nonas Decembris Hartwicus prepositus, nostre congregationis frater obiit, qui primus hanc sedem rexit, tumulatus ante altare sancti Iohannis ewangeliste.

(1176.[c]) 17. Kalend. Augusti Hadewic comitissa obiit, (uxor[c] Bertoldi marchionis), *sepulta in capitolio.*

Anno verbi incarnati 1180, 14. Kal. Iulii Eufemia abbatissa de Altinmunstir[13], nostrae congregationis, obiit, *sepulta ante altare sancti Iohannis ewangeliste.*

Anno dominice incarnationis 1182, indictione 12[14], 4 Ydus Octobris dedicatum est hoc
16 monasterium a venerabilibus episcopis Haertwico[15] Augustense pontifice et Ottone[16] Babenbergense antistite, presidente autem kathedre Romanorum Lucio venerabili et apostolico viro, anno pontificatus eius secundo, in honore sancte et individue Trinitatis et sancte crucis et sancte Marie perpetue virginis et sancti Iohannis babtiste et sancti Petri apostoli et sancti Iohannis ewangeliste. Eodem die consecratum est altare sancte crucis ab Augustense episcopo Haertwico. Hęę sunt reliquie altaris ipsius: De ligno sancte crucis,

a) *sic cod.* b) pater — abbatisse *addidit manus saec. XIV.* c) 1176 *et* uxor Bertoldi marchionis *addidit man. saec. XIV.*

1) de Diezen s. de Wolfrathausen. 2) Seon. 3) immo 1136. V. Annal. Saxon. 1136, Mon. SS. VI, 771. Auct. Garst. 1136, Annal. Admunt. 1136, SS. IX, 569, 578. 4) immo 13. 5) 1142—1164. 6) 1133—1152. 7) V. infra ad 1160. 8) Cf. Cont. Admunt. 1155. SS. IX, 582. 9) Cont. Admunt. 1157. l. l. 10) immo 6. 11) 1152—1167. 12) Edelstetten ab Augusta ad occidentem, inter Burgau et Kirchheim. 13) Altomünster ab Augusta ad orientem. 14) immo 15. 15) I, 1167—1184. 16) II, 1177—1196.

sancti Iohannis euangeliste, Dyonisii episcopi et martyris, Gordiani martyris, Gereonis martyris, Oswaldi martyris, Marini martyris, Maximini episcopi et confessoris, sanctorum innocentum, sancte Marie Magdalene, Petronelle virginis, de virginibus sanctis. Item ipso die consecratum est altare sancti Petri principis apostolorum ab Ottone Babenbergense episcopo. Hęę sunt reliquiae altaris eiusdem: sanctorum Petri et Pauli apostolorum, Wolfgangi et Vigilii episcoporum ac martyrum, Exuperii martyris, Oudalrici episcopi et confessoris, Margarete, Anastasie virginum et martyrum, undecim milium sanctarum virginum.

Anno incarnationis dominicae 1188, 19. Kal. Ianuarii Berhtoldus marchio de Andehs obiit, *filius Berhtoldi comitis fundatoris nostre ecclesie, sepultus in capitolio.*

Anno ab incarnatione Domini 1195, 8. Kal. Aprilis Agnes ducissa[17] obiit, *sepulta in* 17 *capitolio.*

Anno incarnationis dominice 1196, 6. Non. Maii Otto Babenbergensis episcopus obiit, qui hanc aecclesiam dedicavit et dotavit et prediis suis magnifice ditavit Musingen et Kirichaim[18].

Anno verbi incarnati 1204, 3. Kal. Maii Deginhardus prepositus secundus, conversus nostre congregationis frater, obiit, *sepultus ante altare sancti Iohannis ewangeliste. Anno 1204 verbi incarnati* 3. Idus Augusti Berhtoldus dux *Meranie* et marchyo *Ystrie* obiit[19], *sepultus in capitolio.*

Anno 1224, Nonis Iulii Ortliebus presbyter et prepositus tertius, nostre congregationis frater, obiit, *sepultus in medio monasterio.*

Anno incarnationis dominice 1228[a], 15. Kal. Augusti Heinricus felicis recordacionis marchio Istrie, filius ducis Meranie Berhtoldi, die ista iussa carnis exsolvit. Qui et pro remedio anime sue et maiorum suorum dedit ecclesie sancte Marie in Diezen ius patronatus ecclesie sancti Petri in Ehingen et duas curias ibidem et unum mansum et molendinum, et Hage cum attinenciis[20], et plaustrum vini, hac condicione premissa, quod prelatus, qui 20 pro tempore fuerit, cum toto conventu Deum habens pre occulis debeat anniversarium eius annuatim missarum execucione, elemosinarum largicione perpetualiter celebrare. *Sepultus in capitolio.*

Anno ab incarnatione Domini 1231, Nonis Maii Beatrix ducissa Meranie[21] obiit,

Anno ab incarnatione Domini 1234, Nonis Maii Otto dux Meranie[22] obiit, *sepulti Lanchaim*[23].

Anno ab incarnatione Domini 1237, 8. Idus Iunii Ekebertus Babenbergensis episcopus, *filius Berhtoldi ducis Meranie,* obiit. 16. Kalendas Octobris terre motus factus est.

Anno incarnationis Domini 1241, 2. Nonas Octobris visa est enclypsys solis hora diei nona.

*Anno gracie 1241,* 2. Idus Octobris Haedewigis ducissa Zlesie, *filia Berhtoldi ducis Meranie*, obiit.

Anno Domini 1242, 4. Kal. Ianuarii Hainricus presbyter et prepositus quartus, nostre congregationis frater, obiit, sepultus in medio monasterio.

*Anno gracie 1245,* 4. Nonas Decembris (obiit) Poppo maior prepositus Babenbergensis, *frater Berhtoldi ducis Meranie.*

Anno ab incarnatione Domini 1248, 14. Kal. Iulii Otto[24] dux Meranie, comes palatinus Burgundie iunior, obiit[25], sepultus Lanchaim[26]. 26

Anno gracie 1252, 15. Kal. Martii Albertus presbyter et canonicus, nostre congregationis frater, obiit; hic rexit hunc locum in prelatura 9 annis et quatuor mensibus, et resignavit prelaturam. 10. Kal. Iunii Berhtoldus Aquileigensis patriarcha obiit, filius Berhtoldi ducis Meranie.

a) *codex margine absciso* MCXX'.

17) Meraniae. 18) Vide Cod. tradd. Diess., Mon. Boic. VIII, 133. 19) Cf. Cont. Lambac. 1204, Cont. Admunt. 1203, Ann. S. Rudb. Salisb. 1204, SS IX, 557. 590. 779. 20) Cf. Mon. Boic. VIII, 137. 21) uxor Ottonis I. ducis, filia Ottonis com. pal. Burgundiae. 22) I dux Meran. et com. pal. Burgundiae, cuius variae tabulae Burgundicae leguntur in Mémoires et documents de la Franche-comté III, 498 sq. 23) Langheim coenob. dioec. Bambergensis. 24) II. 25) V. tabulam Ottonis „egritudinis molestia lecto decumbentis," praesente abbate Lancheimensi datam d. 17. Iunii 1248. Mon. Boic. VIII, 184. 26) Cf. Annal. Erphordenses 1248, supra SS. XVI, 35.

27 Anno gracie 1254, Kalendis Decembris Maethildis abbatissa Kitzingen[27], filia Bertholdi ducis Meranie, obiit.

Anno Domini 1256[a], 2. Kal. Martii Sophia marchionissa obiit. Quae post obitum mariti sui Hainrici marchyonis Ystrie[28], vendita dote[b] sua, contulit nobis 300 libras Augustensis monete, ad quorum solutionem denariorum Otto dux Meranie dedit nobis decimas in Franconia de universis suis reditibus. Insuper transmisit nobis casulam sericeam opere manuum mirifico conpositam et 2 albas et 2 humeralia simul ornata, pretendium bonum altaris sancti Iohannis ewangeliste cum manuterio et sindonibus, 3 pretendia, 2 ruchlachen id est tapete, dalmaticam et subtile, camisiam sericeam, librum missalem, matutinalem et psalterium, calicem, 24 boves et 4 marcas pro lumine, 2 belves pretiosas et velum quadragesimale.

Anno gracie 1256. intemperies grandinis contrivit omnes fruges nostras hyemales et estivales in barrochia nostra et alias usui nostro cedentes ad numerum 86 curiarum et houbarum, et decimas 7 ecclesiarum, scilicet Prunnen inferioris, Músingen, Wezzilingen,
Aug. 9. Frútingen, Prunnen superioris, Mishinriet et Sancti Georii. Hec facta sunt in vigilia sancti Laurentii.

Anno gracie 1257, 11. Kal. Februarii Meinhardus comes Coricie obiit.

Anno Domini 1263, 9. Kal. Ianuarii Chuonradus presbyter et prepositus sextus, nostre congregationis frater, obiit.

29 Anno Domini 1271, 6. Kal. Iulii Anna ducissa Bawarie[29] obiit.

Anno dominice incarnationis 1274, 17. Kal. Augusti dedicatum est altare prope ianuam in honore sancti Iacobi apostoli maioris a venerabili Hartmanno Augustensis ecclesie antistite[30]. Hee sunt reliquie altaris: Bartholomei apostoli, Marci ewangeliste, Timothei apostoli, Laurentii martyris, sanctorum innocentum, Dyonisii episcopi et martyris, Albani martyris, Silvestri pape, Cristofori martyris, Gorgonii martyris, undecim milium virginum, Anastasie virginis et martyris, Walpurgis virginis.

Anno Domini 1283, 2. Nonas Aprilis Recolfus abbas de Búrren pie memorie obiit.

Anno dominice incarnationis 1286, 4. Kal. Maii dedicata est capella prope monasterium in honore sancti Thome apostoli et sancti Augustini episcopi et confessoris a venerabili Hartmanno Augustensis ecclesie antistite. Hee sunt reliquie altaris: Bartholomei apostoli, Mathei apostoli, Stephani prothomartyris, Laurentii martyris, Sebastiani martyris, Iohannis et Pauli martyrum, Georii martyris, Martini episcopi, Agnetis virginis et martyris, Ursule virginis, undecim milium virginum, Affre martyris, Lucie virginis et martyris. Eodem die consecratum est altare sancte Marie Magdalene et sancte Margarete virginis et martyris. Hee sunt reliquie altaris ipsius: de sepulcro Domini, de ligno sancte crucis, sancti Iohannis baptiste, de vestimentis sancti Iohannis ewangeliste, sancti Thome apostoli, Laurentii martyris, Stephani prothomartyris, Nicolai episcopi et confessoris, undecim milium virginum, Leonhardi confessoris, Benedicti abbatis, Georii martyris, de vestimento sancte Marie perpetue virginis.

1294. Anno gracie 1293, Kal. Februarii Ludwicus dux Bawarie (obiit).

Anno ab incarnacione Domini 1295, 3. Nonas Septembris terre motus factus est magnus.

31 Anno Domini 1305, 11. Kal. Ianuarii Methildis ducissa Bawarie[31] obiit, que dedit nobis ecclesiam in Frútingen et tres curias in Braitbrunnen.

1311, 6. Kal. Martii Uolricus presbyter et prepositus in Raeitenbuoch obiit.

1313. Anno Domini 1314, 9. Kal. Septembris Hainricus inperator obiit pie memorie, doxicatus in die nativitatis sancte Marie virginis.

Anno Domini 1316, 7. Idus Iunii Berhtoldus prepositus et canonicus, nostre congregationis frater, obiit pie memorie; qui hunc locum strennue rexit annis 19 et duobus mensibus. Qui etiam cognovit, quod os bovis triturantis non debet alligari, quare motus zelo pietatis, et ad perpetue religionis conversacionem plurimum intendens, de bonis ecclesie
32 nostre ordinavit, assentiente et consentiente . . . . . et episcopo Deginhardo[32] totique capitulo ecclesie Augustensis, dedit et confirmavit nobis oblegium nostrum in I . . . .

a) Anno — 1256. *eadem manus in margine addidit.* b) dote *cod.*

27) ad Moenum fluv., ab Herbipoli ad orientem. 28) mortui anno 1228. 29) uxor Ludovici II. ducis Bav. sup. 30) 1249—1286. 31) uxor Ludovici II. Bav. sup. ducis. 32) Augustensi, 1302—1307.

Anno Domini 1317, 12. Kalend. Decembris versum est cenobium in Dyezen in cineres una cum foro per ustionem ignis, in die sancti Clementis.

Anno Domini 1322, 7. Kal. Septembris Beatrix regina[33] obiit. 33

Anno Domini 1331, 2. Idus Martii Fridericus episcopus ecclesie Augustensis (obiit).

1333, 6. Kal. Aprilis Krafto canonicus obiit, summus prepositus Augustensis.

1334, Kal. Martii Hainricus prepositus in Polling[34] (obiit).

1347, 6. Idus Octobris Ludwicus imperator Romanorum, filius ducis Ludwici, fundator in Etal[35], obiit.

1356, 10. Kal. Iulii Margareta imperatrix Romanorum obiit.

1359, 4. Kal. Octobris Chunradus senior presbyter et canonicus nostre congregationis obiit. Qui hunc locum in officio prelature religiose ac strennue per 34 annos et 7 ebdomadas rexit; et resignavit prelaturam ante obitum suum 8 annis et 10 ebdomadibus. Et inter alia bona, que fecit, monasterium novum construxit, multa edificia edificavit, musicam cantari obtinuit et quasi secundus fundator apparuit.

1361, 14. Kal. Octobris Ludwicus dux Bawarie et marchio Brandeburge, filius Ludwici imperatoris, obiit.

1362, 7. Idus Octobris Ulricus prepositus in Pernried[36] obiit, frater noster. 4. Non. 36
Novembris Iohannes abbas in Campo principis[37] obiit.

1363, 6. Kal. Februarii Wernherus abbas in Wessesprum[38] obiit.

1365, 4. Idus Augusti Uolricus prepositus obiit in Cella Dyetrammi[39].

1369, 5. Nonas Octobris Waltherus[40] episcopus Augustensis occisus obiit.

1371, 6. Nonas Iulii Ulricus prepositus obiit in Uendistorf[41]. 41

In nomine Domini amen. Anno dominice incarnationis 1384. indictione 7, 18. die mensis Aprilis solutus est census Romane ecclesie de cenobio sancte Marie in Diezzen, a retroactis annis retentus usque ad ipsum annum, per dominum Ulricum dictum Sleher, presbyterum de Chûmstorf[42], eodem tempore provisorem cenobii prescripti, in manus domini Ulrici Burkravii, decani ecclesie Augustensis, necnon subcollectoris camere apostolice in dyocesi Augustensi a reverendo in Christo patre ac domino Ekhardo episcopo Warmarciensi[43] specialiter deputati, sicut patet in pagina quidditatis desuper data per antedictum subcollectorem, sigillo suo pendenti roborata.

Anno dominice incarnationis 1407. regnavit mortalitas hominum maxima, ita quod in civitate Lantsperga mille homines obierunt, et hic in foro Diezzensi 99 homines obierunt.

Anno incarnationis Domini 1415, 7. Idus[44] . . . . visa est enclypsis solis hora diei 7. 44

In nomine Domini amen. Anno dominice incarnationis 1425. indictione 3, 15. Kalendas Aprilis solutus est census Romane ecclesie de cenobio sancte Marie in Dyessen, a retroactis annis retentus usque ad ipsum annum, per dominum Iacobum prepositum cenobii prescripti in manus domini Hainrici dicti Amman, canonici et scolastici ecclesie Eychstetensis, necnon subcollectoris camere apostolice in dyocesi Augustensi a reverendo in Christo patre ac domino Theoderico dicto Bögel . . . . . .

Anno gracie 1428, 4. Kal. Septembris dedicata est capella sancti Iohannis waptiste in Heylligensteten prope villam Vaystingen a venerabili domino Alberto episcopo Colonensi.

Anno Domini 1432. fact(a est hiems) permaxim(a), ita quod multi homines et arbores et frumenta perierunt pre nimio frigore et nive. Et postmodum circa inicium veris multiplicate sunt aque, quod multe civitates et oppidi ex inondacione aquarum circa Danubium perierunt.

---

# CATALOGUS PRAEPOSITORUM DIESSENSIUM.

Haertwicus primus prepositus rexit hunc locum 40 annis et uno. 1132–1173.

Deginhardus prepositus rexit hunc locum 30 annis et uno. 1173–1204.

33) uxor Ludovici Bav. regis. 34) coen. dioec. Augustensis, ab Ammer lacu ad meridiem. 35) coen. dioec. Frisingensis, a Walchen lacu ad occidentem. 36) Bernried coenob. dioec. Augustensis ad Würm lacum. 37) Fürstenfeld coen. dioec. Frisingensis, a Monachio ad occidentem. 38) Wessobrunn coen. dioec. August., a Weilheim ad occidentem. 39) Dietramscell coen. dioec. Frising. a Würm lacu ad orientem. 40) secundus. 41) Indersdorf coen. dioec. Frising. 42) Königsdorf prope Tölz. 43) 1370—1405. 44) Iunias.

1204–1224. Ortliebus prepositus rexit hunc locum 20 annis, qui resignavit[45] prelaturam 7 septimanis ante diem obitus sui.

1224–1242. Hainricus prepositus rexit hunc locum 18 annis et 30 septimanis minus quatuor diebus[46].

1242–1250. Albertus prepositus rexit hunc locum 9[a] annis et 23 septimanis, et resignavit prelaturam ante diem obitus sui anno uno et 36 septimanis[b].

1250–1263. [c]Chuonradus prepositus sextus hunc locum strennua prelatura rexit 13 annis et 26 ebdomadis.

---

1297–1316. [d]Berhtoldus prepositus obiit pie memorie, qui rexit hunc locum strennue ac religiose annis 19 cum duobus mensibus et quievit in pace anno Domini millesimo trecentesimo cum 16.[e] Qui cum primo preficitur, invenit hanc ecclesiam oneratam prediorum et[f] aliarum possessionum distractione multarum, videlicet 14 et 87 prediorum in universo. Cuius summa mille duas libras denariorum effecit.

---

# DE FUNDATORIBUS MONASTERII DIESSENSIS.

47 I. Razo[47] comes. Fridericus comes Roche. Kuniza cometissa. Iusticia cometissa. Otto comes senior de Wolfrathusen. Hainricus Ratisponensis episcopus. Liupoldus comes. Richinza imperatrix[g] Romanorum. Maria imperatrix Grecorum. Mathildis cometissa de Sulzbach. Otto comes. Lauritta cometissa. Agnes abbatissa de Niunburch. Otto comes. Heinricus comes de Wolfrathusen. De Andehns, Chuonradus canonicus. Fridericus comes. Tuota canonica. Arnoldus comes. Gisila cometissa. Otto comes. Mathildis abbatissa de Oetilinstetin. Eufemia abbatissa de Altenmunster. Gisila cometissa de Berge. Berhtoldus marchio. Hadewich cometissa. Poppo summus prepositus Babenberch. Mathildis marchionissa de Hohenburch. Kunigundis cometissa de Eberstein. Sophia cometissa de Hennenberch. Berhtoldus dux et marchio. Agnes ducissa. Eckebertus Babenbergensis episcopus. Berhtoldus patriarcha Aquileigensis. Otto dux Dalmatie. Heinricus marchio Ystriae. Gerdrudis regina Ungarie. Agnes regina Francie. Mahthilt abbatissa Kitzingin. Hadewich ducissa Zlesie. Iohanna ducissa Meranie. Sophia marchionissa Ystriae. Otto iunior dux Meranie. Elizabet ducissa Meranie.

II. *Hee sunt genealogie et hec sunt nomina nobilissimorum principum fundatorum monasterii sancte Marie in Dyessen.*

Otto comes senior de Wolfrathausen, Iusticia cometissa uxor eius genuerunt Richinzam
48 imperatricem Romanorum[48], Mariam imperatricem Grecorum, Hainricum episcopum Ratisponensem[49], Ottonem comitem, Hainricum comitem et Ottonem comitem iuniorem.

Bertoldus[h] comes de Andehs[i], Sophia cometissa uxor eius genuerunt Ottonem episco-
50 pum Babenbergensem[50], Bertoldum[k] marchionem Ystrie, Machthildem abbatissam de Oetelsteten, Eufemiam abbatissam de Altenmûnster et Gisilam cometissam de Perg.

Bertoldus marchio Ystrie, Haedwigis uxor eius genuerunt Bertoldum ducem Meranie, Popponem episcopum Babenbergensem[51] et Machthildem cometissam Coricie.

Bertoldus dux Meranie, Agnes ducissa uxor eius genuerunt Bertoldum patriarcham Aquilegiensem[52], Ekkbertum episcopum Babenbergensem[53], Ottonem ducem, Gerdrudem
55 reginam Ungarie[54], matrem sancte Elizabeth, Agnetem reginam Francie[55], Hainricum marchionem Ystrie et Haedwigem ducissam Zlesie in Polania[l].

a) *immo* 8. b) *huc usque manus* 1 *(saec. XIII.)* c) *hinc man.* 2 *(saec. XIII).* d) *hinc man.* 3 *(saec. XIV).* e) *hinc man.* 4 *(saec. XIV).* f) et *addidi.* g) *sic corr. in cod.* cometissa. h) Berdoldus 2. i) Andechs 2. k) Berchtoldum 2. l) Polonia 2.

45) circa 19. Mai. 1224; obiit enim d. 7. Iulii 1224. 46) itaque a d. 5. Iunii 1224. ad d. 29. Dec. 1242; quo quidem die eum obiisse constat. 47) De Razone comite de Diezen cf. Meichelbeck Histor. Fris. I. P. II. 511 n. 1219. 48) Nugatur scriptor. Nemo est enim, qui nesciat, Richinzam Heinrici Crassi marchionis Fresiae uxorisque Gertrudis filiam fuisse. 49) 1132—1155. 50) II. 1177—1196. 51) 1238—1242. 52) 1218—1252. 53) 1203—1237. 54) uxorem Andreae II. regis. 55) uxorem Philippi Augusti regis.

### III. *Alia annotacio fundatorum nostrorum.*

Anno gracie nongentesimo quinquagesimo quarto Razzo comes, vir nobilis et strenuus, cenobium in honore Salvatoris omnium Werde construxit in pede sui castri Razenwerge et illic monachos coadunavit. Quam ecclesiam sanctus Udalricus episcopus Augustensis consecravit. In qua ecclesia comes prescriptus diem claudens extremum sepultus requiescit, ad cuius tumulum signa fiunt miraculorum. Que ecclesia postmodum ab hostibus et invasoribus ecclesiarum penitus devastata est et destructa. 954.

Anno gracie octingentesimo decimo quinto Rathardus presbyter, scientia litterarum inbutus, quem ex genealogia comitis Razzen credimus originem duxisse, aput ecclesiam sancti Ieorii[56] claustrum construxit et clericos spiritales ordinavit, cooperante sibi venerabili Hantone Augustensis ecclesie antistite, germano suo. In qua ecclesia idem Rathardus sacerdos Deo devotus tumulatus requiescit; ad cuius sepulchrum per Dei misericordiam signa fieri cernuntur. Cuius ossa ego scriptor istius libelli propriis manibus lavi ex aqua et vino anno Domini 1478 in die assumptionis sancte Marie. 815. 56 1478. Aug. 15.

Defuncto comite Razzen, successit ei Fridericus comes dictus Roch, nobilis et armis strennuus, qui ad sanctam terram Ierusalem iter faciens, debita carnis exsolvit, ibique est tumulatus.

Anno gracie 1020. Kunizza comitissa, religiosa femina, in servicio Dei devota, uxor comitis Friderici, post mortem mariti sui fundavit monasterium sancti Stephani[57] ibique tres sacerdotes collocavit et ibidem conversacione laudabili viam universe carnis est ingressa nono Marcii et in medio eiusdem monasterii tumulata quiescit. Huius itaque Kunizze avus fuit Otto imperator magnus[58], et soror eius sancta Richgardis, que Ebersperg cenobium construxit. 58

Diupoldus comes frater Ottonis comitis prescripti[a] obiit Kal. 11. Marcii.

Otto comes de Wolfraczhausen maior domus obiit 8. Kal. Maii, sepultus in meridiana abside Sancti Stephani ante altare sancti Blasii martiris et est sepultus iuxta fratrem suum ante altare sancti Blasii.

Iusticia comitissa uxor supradicti comitis Ottonis obiit 18. Kal. Februarii, sepulta Daningen[59], ad cuius tumulum virtutes signorum fiunt.

Anno 1155. Hainricus Ratisponensis episcopus, filius comitis Ottonis obiit. Qui locum hunc multiplicibus muneribus ditavit et precipue predio, quod situm est in valle Eni superiori, in villa que dicitur Relues, que bona reddunt quinque carradas vini.

Anno gracie 1122. Otto comes de Wolfraczhausen obiit, qui monasterium novum sancte Marie virginis[60] fundavit, sepultus est Sewen. 60

Lauritta, uxor comitis prescripti Ottonis, obiit 2. Kal. Septembris.

Anno gracie 1158. Hainricus comes de Wolfraczhausen obiit, qui locum hunc de cineribus sew de paupertate maxima sublimando extulit, multis hominibus et prediis honestissimis ditavit, sepultus in nostro capitulo.

Anno gracie 1141. Otto comes frater Hainrici comitis de Wolfraczhausen obiit sepultus in capitulo.

Cünradus possessor huius loci, litterarum scientia eruditus, patruus comitis Bertholdi de Andächs obiit 17. Kal. Iunii, sepultus in capitulo.

Sophia comitissa uxor Pertoldi comitis prescripti obiit 8. Idus Septembris, sepulta in capitulo.

Anno gracie 1196. Otto Babenbergensis episcopus, filius Pertoldi comitis, obiit. Qui plurimis beneficiis ecclesiam istam sublimavit, prediis videlicet Kirchaim, Musingen, Pirdorff, Smiehen et Prunnen.

Anno gracie 1160. Machtildis abbatissa de Ottelsteten, filia Pertoldi comitis, obiit, sepulta ante altare sancti Iohannis waptiste, que dum viveret multis miraculis claruit.

Anno gracie 1180. Eufemia abbatissa de Altenmünster, filia comitis Pertoldi obiit, sepulta ante altare sancti Iohannis ewangeliste.

a) *sic cod.*

56) Diessensem. 57) Diessense. In laterculo ibidem a. 1466. reperto legebant haec: *Chunigun peccatrix, huius loci s. dominatrix istam construens aulam*, 2. *Non. Martii obiit anno* 1020. V. Mon. Boic. VIII, 120. 58) Quae confictio! 59) Thaining a Diessen ad occidentem. 60) Diessense.

Anno gracie 1188. Pertoldus marchio Ystrie, filius Pertoldi comitis, obiit, sepultus in capitulo; et 1176 obiit Haidwigis uxor eius, sepulta ibidem.

Anno gracie 1204. Pertoldus, dux Meranie, marchio Ystrie, obiit, sepultus in capitulo, filius Pertoldi marchionis.

Anno gracie 1195. Agnes ducissa Meranie, ava sancte Elizabeth, obiit, sepulta in capitulo.

Anno gracie 1228. Hainricus march. Ystrie, filius ducis Pertoldi, obiit, sepultus in capitulo, qui multa bona nobis contulit.

Anno gracie 1234. Otto dux Meranie obiit, filius ducis Pertoldi, frater Hainrici marchionis, qui contulit nobis Hermansdorff.

Anno gracie 1232. Beatrix ducissa Meranie obiit, sepulta in Lancheim cum marito suo Ottone duce.

Anno gracie 1237. Ekkebert Babenbergensis episcopus obiit, filius Pertoldi ducis Meranie, frater Hainrici marchionis.

Anno gracie 1248. Otto dux Meranie, comes palatinus Burgundie, a suis veneno interfectus, obiit; qui dedit nobis ius patronatus ecclesie Trebigast. Sine liberis decessit, sepultus cum patre suo Ottone duce.

Anno gracie 1252. Pertoldus Aquilegiensis patriarcha obiit, filius Pertoldi ducis Meranie, frater Hainrici marchionis.

Anno gracie 1245. Poppo episcopus Babenbergensis obiit, frater Pertoldi quondam ducis Meranie.

Machtildis comitissa Coricie obiit 16. Kal. Februarii, soror Pertoldi quondam ducis Meranie.

1213. Sept. 28. Anno gracie 1200.[61] 4. Kal. Octobris Gerdrudis regina Ungarie occisa est, filia Pertoldi quondam ducis Meranie, que fuit mater sancte Elizabeth.

Anno gracie 1241. Haidwigis ducissa Selesie obiit, filia Pertoldi ducis Meranie.

1201. Anno gracie 1250.[62] Agnes regina Francie obiit, filia Pertoldi quondam ducis Meranie.

IV. Dyezzenses proceres et eorundem mulieres
Semet cum donis nostris tribuere patronis;
Interior fossa cunctorum continet ossa,
Nomina sed procerum tenet hic locus et mulierum.
Spiritus illorum quo tendat ad alta polorum,
Hoc optent iuvenes, cum puerisque senes.
Marchyo Berhtoldus[a] coniunx Hadwigis[b] et eius,
Berh[toldus] comes atque sua coniunx preclara Sophya,
Chuonrat canonicus, comes Hain[ricus], O[tto] frater et eius,
Dux et marchyo Ber[htoldus], sua nobilis uxor et Agnes,
Filius illorum marchraf Hainric[us][c], vir honorum.
In celi patria locet hos pia virgo Maria.

V. *Nota, apud Sanctum Stephanum in Diessen hec corpora sunt sepulta, videlicet:*

Kunissa fundatrix.

Otto comes de Wolfharthausen maior domus et Lupoldus frater suus. Legitur de Ottone, quod obsessi a demonio in suo sepulchro nullatenus se possunt sustinere, etiam in tumulo clamant ab ipso cremari. Cuius uxor Iustitia sepulta est in Danningen[d] in capella propria.

*Corpora sepulta in capitulo:*

Bertholdus dux Meranie, Agnes uxor sua.
Bertholdus comes de Andechs, Sophia uxor eius.
Marchio Bertholdus de Andechs, Hedwigis uxor eius.
Conradus canonicus.
Heinricus comes de Wolferthausen.

a) Pertoldus 2. b) Haidwigis 2. c) Hainr[icus] 1. Hainrich 2. d) Doeningin *Duellius.*

61) immo 1213. 62) immo 1201.

Otto comes frater suus, sagitta confossus Papie.

Heinricus marchio Istrie, filius ducis Berchtoldi, obiit in Graza.

*Corpora sepulta in monasterio:*

Beata Mechildis, filia Berchtoldi comitis de Andechs, abbatissa in Ottelstetten, sepulta ante altare sancti Ioannis baptiste; que dum viveret multis miraculis claruit, et ad eius tumulum multa miracula claruerunt.

Euphemia soror eius, abbatissa de Altenmünster, sepulta ante altare sancti Ioannis baptiste[a].

*Nota[b], hi principes non habent sepulturam in Diessen[c]:*

Anno 1155. Hainricus Ratisponensis episcopus obiit, sepultus in Ratispona; et fuit filius Ottonis de Wolfarthausen maioris domus, qui[d] Otto habuit duas filias: Richentzam Lotharii imperatoris uxorem et Mariam imperatricem Grecorum.

Anno 1196.[e] Otto Babenbergensis episcopus obiit, filius Berchtoldi comitis de Andechs et frater beate Mechildis.

Anno 1234. Otto dux Meranie obiit, filius ducis Meranie Berchtoldi, sepultus in Langheim[f], fundator, cum b.[g] Beatrice uxore sua.

Anno 1248. Otto dux Meranie, comes palatinus Burgundie, filius Ottonis predicti, a suis intoxicatus obiit, et ibidem cum patre suo sepultus.

Anno 1237. Ecbertus[h] Babenbergensis episcopus obiit, filius Berchtoldi ducis Meranie.

Anno 1252. Berchtoldus Aquilegiensis patriarcha obiit, filius etiam Berchtoldi ducis Meranie.

Anno 1245. Poppo Babenbergensis episcopus, frater Berchtoldi ducis Meranie obiit, et Mechtildis comitissa Goritie, soror Berchtoldi ducis Meranie, obiit[i].

Anno 1200. Gertrudis regina Ungarie occisa est, que fuit mater sancte Elizabethe, filia 1213.
Berchtoldi ducis Meranie.

Anno 1250. Agnes regina Francie, filia Berchtoldi ducis Meranie, obiit. 1201.

Anno 1241. Hedwigis ducissa Slesie, soror[k] Gertrudis, obiit, filia Berchtoldi ducis Meranie, et sepulta in Trebenitz et ibidem canonizata.

Anno 1232.[l] sancta Elizabeth obiit, filia Gertrudis regine Ungarie, que erat occisa.

Notandum[m], quod supra scriptum est Gertrudis regina Ungarie occisa, qualiter autem hoc evenit. Sciendum est, quod in desponsatione sancte Elizabeth filie sue et Ludovici lantgravii Thuringie, que copulatio nuptiarum celebrabatur Ungarie in civitate Ovena, quibus nuptiis intererat Berchtoldus patriarcha Aquilegiensis, frater prescripte regine, qui videns comitissam quandam Ungaricam valde formosam, quam circumvenit et invitam
oppressit[63]. Ipsa vero comitissa hoc malum sibi ingestum conquesta fuit marito suo. Ipse 63
vero patriarcha illam querimoniam vilipendit et ad propria remeavit. Temporibus quoque paucis elapsis, predictus comes suspicionem sinistram habuit, quod regina conscia fuerit et consensum prebuerit huius mali, quod uxori sue acciderat, et tempore sibi congruo convenit quosdam maleficos pro pecunia, qui nocturno tempore intraverunt cameram regine et ipsam strangulantes suspenderunt. Quo facto omnes simul et semel contractionem membrorum inciderunt, ita quod de mane familiaribus intrantibus inventi sunt contracti et muti, excepto viro, qui totum negotium confitebatur. Qui propterea condignam mortis penam subierunt. Et illa et alia signa apud reginam claruerunt; que postmodum auctoritate ecclesie solempniter fuit canonizata.

a) ewangelistae *Duell.* b) Sed *Duell.* c) quos tamen concernit fundatio *adduntur ap. Duell.* d) qui — Grecorum *desunt ap. Duell.* e) 1096 *Duell.* f) Leughan *Duell.* g) d. *Mon. Boic., deest ap. Duell.* h) Erbertus *Duell.* i) etc. *Duell.* k) soror Gertrudis *desunt ap. Duell.* l) 1234. *Duell.* m) Notandum — canonizata *desunt Mon. Boic. et Duell.*

63) Conf. Cont. Praedicatorum Vindobon. 1213, Mon. SS. IX, 726.

# ANNALES ET NOTAE UNDERSDORFENSES.

EDIDIT PHILIPPUS JAFFE.

*Monachii priore anno quum de inexhaustis litterarum copiis ibidem accumulatis aliquid degustarem, a Rudharto tabularii regii praefecto et Muffatio eius adiutore, viris clarissimis de reque nostra egregie meritis, inter alios libros ms. eosque graviores allatus mihi est codex quoque quondam monasterii Undersdorfensis, a Frisinga ad occidentem siti, membranaceus forma maxima, qui est „Chronicon Undersdorfense“ inscriptus. Cuius quidem tegulae posteriori quod adhaeret folium, in eo breves hos* annales *repperi, scriptos duabus saeculi XV manibus. De reliquo collatae in codicem sunt manibus saec. XIV et XV praeter necrologium Undersdorfense plures quidem memoriae, sed ad solius loci angustias maximam partem spectantes, ex quibus eas convehere* notas *satis habui, quae non videbantur alienae esse nostris institutis.*

*Berolini* 4. *Kal. Iunias* 1859.

## ANNALES UNDERSDORFENSES.

Anno Christi 1180. inceptio civitatis Monaci in Bavaria sub Friderico primo. Sed anno Domini 1208. fundatum fuit hospitale ibidem. Divisio ecclesie beate Marie in eadem civitate ab ecclesia sancti Petri facta est anno Domini 1271, confirmata per Gregorium decimum.

1313. Nov. 9. Anno Domini 1303. 5. Ydus Novembris dux Fridericus[1] Bavarie in conflictu, habito per eum et Australes iuxta Mosburgam, victoriam optinuit, et multos nobiles de Austria captivavit.

Sept. 28. Anno Domini 1322. in vigilia sancti Michahelis rex Ludwicus Romanorum et dux Bavarie cum duce Friderico de Austria bellum prope civitatem videlicet Muldorff commisit, et rex Ludwicus victoriam obtinuit et ducem Fridericum et fratrem eius ducem Hainricum, duces Austrie, cum multis nobilibus captivavit. Rapoldus Eysenhofer in parte regis interfuit; hic sepultus.

Anno[a] Domini 1472. fundatum, dotatum et confirmatum ac inceptum est studium 2 universale per principem Bavarorum Ludewicum[2] et filium suum Georgium in civitate eorum Ingolczstatt sub Sixto[3] papa.

## NOTAE UNDERSDORFENSES.

4 Anno Domini 1173. Fridericus palatinus dux[4] Bavarie, amore Dei compunctus, duce Apr. 8. Spiritu sancto, in die sancto pasce in hoc monasterio Undernsdorff coram summo altari gladium deponens, secularibus actibus renunciavit et ordinem recepit; qui eciam hic sepultus est.

a) *hinc alia manus.* 1) immo Ludewicus. 2) IX, Dives. 3) quarto. 4) comes.

A. D. 1430. regnavit pestilentia magna in Bavaria et obierunt in nostra parrochia Undensdorff ultra centum homines utriusque sexus, in civitate Monacensi circiter tria milia hominum. Ex nostra congregatione fratres professi obierunt sacerdotes quinque, duo dyaconi et duo fratres, videlicet Augustinus Prunner accolitus, frater Georius de Oettingen in lecto egritudinis faciens professionem, et frater Egidius conversus de Augusta cet.

A. D. 1435. Ydus Septembris obiit illustris princeps Wilhelmus, dux Bavarie, confrater noster. (Sept. 13.) Qui aput Deum devotus, aput homines pius, benignus ac humilis fuit, honorem Dei toto conamine querens, presertim sanctam religionem, in multis monasteriis heu collapsam, in tantum doluit, quod ipse in suo territorio cum visitatoribus, apostolica ac ordinaria auctoritate destinatis, personaliter interfuit, ibidemque in capitulo ipsorum coram conventibus devote et salubriter eos pro regularis vite observancia suscipienda proprio ore exhortando, offerens se eisdem favorabilem, graciosum ac defensorem in omnibus, sanctam observanciam promoventibus. Nostro presertim monasterio graciosissimus fuit, personas ac res fideliter defendendo etc. Preciosum eciam ornatum pro divino officio, ad sacerdotem et ministros pertinentem, nostro contulit monasterio. Amore quoque sancte observancie affectus, una cum fratribus in refectorio nostro aliquociens refectus est, de quo non modicam, ut sui asserebant, complacentiam ac animi sui edificacionem concepit. Fuit eciam protector sacri Basiliensis concilii, vices gerens serenissimi Romanorum imperatoris Sigismundi, ubi tantum amorem ac laudem aput patres ibidem, necnon aput totum imperium supra alios principes obtinuit, ut eius laudabilis fama longe lateque divulgaretur. Post obitum coniugem suam impregnatam reliquit et filium, quem peperit, reverendus pater, dominus Erhardus, prepositus nostri monasterii, de sacro fonte levavit.

A. D. 1437. obiit Sigismundus Romanorum imperator, necnon Ungarie, Bohemie, Dalmacie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, et Lucemburgensis heres. Qui nostro monasterio universa et singula iura, gracias, privilegia, libertates, indulta, munimenta, litteras, bona, possessiones, emptiones et predia hominesque, nobis a divis Romanorum imperatoribus atque regibus, et specialiter a serenissimis principibus Ludwico imperatore ac Heinrico, Ottone et Heinrico, Bavarie ducibus, obtenta et obtentas, in omnibus suis punctis, clausulis et sentenciis atque articulis de Romane regie potestatis plenitudine approbavit, ratificavit, innovavit atque confirmavit, volens et decernens, ea et eas perpetuam roboris obtinere firmitatem [5].

A. D. 1439. reverendissimus pater dominus Branda, vulgariter Placentinus nuncupatus, cardinalis tituli Sancti Clementis, obiit, qui huius monasterii fratribus a papa Martino quinto omnium peccatorum plenam absolucionem semel in vita vel in morte perpetuis temporibus impetravit.

A. D. 1463. regnavit pestilencia magna in partibus nostris. Et obierunt ex nostra parrochia Undensdorff et ex villa Glan [6] 180 homines utriusque sexus. Ex nostro autem conventu obierunt quatuor sacerdotes, dyaconus unus, duo subdiaconi, tres conversi et duo iuvenes, nondum vestiti habitu religionis, sub Iohanne V. preposito huius incliti monasterii.

A. D. 1483. fuit magna pestilencia in tota terra Alammanie, et obierunt multi tam in civitatibus, oppidis quam eciam in villis et monasteriis; Altissimo autem nostrum conventum conservante, nullus ex nobis infectus fuit; cui sit laus et honor in secula amen.

5) V. diploma Sigismundi Mon. Boic. X, 289. 6) Glon prope Indersdorf.

# ANNALES ET NOTAE SCHEFTLARIENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Monasterii Scheftlariensis, ad Isaram fluvium supra Monachium in dioecesi Frisingensi siti, monumenta a me collecta sic disponerentur placuit, ut quae latius vagantur, antecederent iis, quae de domesticis tantummodo negotiis agunt. Atque ita principium sumetur ab*

1) *Annalibus maioribus, quos quidem auspiciis serenissimi Bavariae regis Maximiliani II. ante hos duos annos in Quellen und Erörterungen zur Bayerischen Geschichte I,* 373—397 *emisit G. Th. Rudhart V. Cl., adhibens octo membranacea formae quadratae minoris folia, in tabulario regio Monacensi asservata, quibus comprehenduntur anni* 1112—1247, *et Kandleri apographum, quod annos* 1092—1111 *praestitit. Superiore autem anno quum in bibliothecae regiae Monacensis codice membran. Scheftlariensi* 24 *(Latino* 17024*), cuius partem illa octo folia fuisse et forma probat et scriptura, exordium quoque annalium offensum esset a Föringer bibliothecario regio, viro clarissimo et studiis nostris mirifice favente, mihi alteram hanc editionem procuranti annales integros e principali exemplo, diversis saec. XII. et XIII. manibus exarato, repetendi fuit potestas. Quae manus autem initium scribendi fecit, eadem tripartitis in longitudinem pagellis perrexit ad exitum anni* 1162. *Et ista quidem annalium pars quin sit alienis ex litteris constituta, nihil est dubitationis. In ea enim, quum de domesticis rebus sileatur prorsus, adeo accurate Ensdorfensis monasterii identidem est facta mentio, ut, ubi annos* 1121, 1123, 1156, 1158 *contuleris cum Haimonis Chronographia (supra SS. X,* 3 *sq.), ad quam Ensdorfensis saeculi XII. manus admiscuit accessiones, illico intellecturus sis, quosdam Ensdorfenses annales vel amissos vel nondum vulgatos ab utroque quidem scriptore, sed studiosius a nostro consultos esse. Fuerunt item ei prae manibus Ratisbonenses quidam annales antiquiores, iidem opinor, in quibus posteriores illi codicis S. Emmerammi annales Ratisponenses nituntur, qui leguntur infra a Wattenbachio editi, ut ex consensu a.* 1100, 1103, 1105, 1111, 1127, 1147, 1152, 1155, 1156, 1158, 1162 *suspicari licet. Quin etiam quandam cum Annalibus Mellicensibus et Sancti Rudberti Salisburgensibus cognationem huius annalium nostrorum partis significant anni* 1098, 1118, 1129, 1136, 1137. — *Inde ab anno* 1163 *variae manus, versibus per totam pagellarum latitudinem ductis, annales longius contexuerunt; non quo aequalis annorum singulorum memoria illata sit, sed sic fere fieri solebat, ut quisque annalista praeteritos annos plures una opera suppleret. Quapropter in annorum numeris*

*videtur toties erratum esse. At qui parabant opus, eos Scheftlariensis coenobii fuisse socios, explorate percipitur ex annis* 1199 (1198), 1238 (1239), 1239 (1240) *cet.*

2) *Annales minores Rudhartus itidem prius l. l. p.* 397—404 *in medio posuit ex eodem, quem nos quoque sequimur, codice membr. Scheftlariensi* 138 (*Latino Monacensi* 17138) *fol., quasdam sanctorum vitas continente. Sunt autem ab uno saeculi XIII scriba relati in bipartitum folium* 84'. *Quo completo in inferiore margine sic idem collocavit* An(no), *quemadmodum solet primum consequentis pagellae verbum indicari; ut manifestum sit, ultra annum* 1272, *quo quidem anno desinunt in codice annales, adauctos eos fuisse. Qui quamquam ab ipsius monasterii memoria sunt vacui, tamen ea causa Scheftlarienses recte putandi dicendique videntur, quod, quum nihil habeant, quo iudicium ad alium locum traducatur, tum nisi in istius coenobii codice non reperiuntur, tum quadam cum superioribus annalibus cognatione tenentur; id quod maxime annis* 1220, 1221, 1225, 1227, 1236 *intelligitur.*

3) *De fundatione Scheftlariensi narratiunculam, saeculo XIV exaratam neque eam multo ante, ut mihi quidem videtur, formatam ope tabularum coenobio concessarum, traxi ex tabularii Monacensis codice Delegationum Scheftlariensium II membran. fol., ubi fol.* 1 *ipsis traditionibus tamquam prooemium antecedit.*

4) *Dedicationes Scheftlarienses sumpsi plurimas ex tabularii Monacensis codice Delegationum Scheftlariensium I membr. fol., scripto saeculis XII et XIII. Quibus in temporis ordinem redactis interserui dedicationes annorum* 1148, 1172 *(Id. Iul.)*, 1198, 1206 *(ecclesiae Cellensis)*, 1268, 1284, 1315, 1341, *quas alius eiusdem tabularii liber Scheftlariensis* (145) *membr. fol. saec. XIV mihi suppeditavit.*

5) *In Catalogo praepositorum (quem Chronicon breve Scheftlariense inscripsit constrictumque ex Liebii apographo expressit Oefele Rer. Boic. SS. I,* 640. 641) *edendo usus sum eo, quem modo memoravi* (1) *codice Scheftlar.* (145), *in quo saeculi XV ineuntis manus seriem adduxit ad annum* 1410 *posterioresque scriptores ad annum* 1652 *sunt persecuti; et* (2) *membrano saeculi XIV, quod quondam operculo codicis Latini Monacensis* 17293 (*Scheftlar.* 293) *erat agglutinatum, in quo fragmenta duo tantum leguntur, quorum prius extenditur ab exordio ad* 1164 . . . libris scribendis et . . ., *posterius ab a.* 1249 *ad* 1290 . . . eligitur ac postea . . . *Quod quidem opusculum vix censuerim ante saeculum XIV institutum esse, quandoquidem saepius peccatum est in saeculi XIII praepositorum et ordine et tempore constituendo; neque interesse nostra arbitratus sum, catalogum ultra annum* 1463 *proponere.*

*Berolini* 10. *Kal. Octobr.* 1858.

## ANNALES SCHEFTLARIENSES MAIORES.

1092. Expeditio ad Ierusalem sub Gothefrido duce Urbani pape[a] facta est. 1096.
1098. Christiani Anthiochiam obtinuerunt.
1099. Ierusalem capta est.
1100. Urbano papa II. defuncto Paschalis II successit. A. Ratisp. 1099.
1103. Sigehardus comes de Schala Radispone occisus est[1]. A. Ratisp. 1104. Febr. 5.

a) *aut tempore aut iussu vel simile verbum excidisse videtur.*

1) die 5. m. Febr. secundum necrol. Sancti Michaelis Burense apud Filz Geschichte von Michaelbeuern II, 860: *Nonis Febr. Syrus comes occisus.* RUDHART.

1104. Heinricus filius imperatoris patri in regno subponitur.

A. Rat. 1105. Heinricus IV. a filio capitur et regno deponitur.

1106. Imperator Heinricus obiit, Heinricus filius eius successit.

1108. Rex Heinricus Ungariam expugnaturus adiit, civitatem Bosaniam, id est Prespurch, obsedit et sine victoria rediit.

A. Rat. 1111. Rex Heinricus Romam pergit, Paschalem papam capit, a quo deinde consecratur.

1112. Rex Ungariorum cum Liupoldo marchione magnum bellum habuit.

Ian. 3. 1117. Terre motus factus est magnus, semel in nocte et semel in die, 3. Non. Ian.

cf. A. Mellic. 1118. Per plurimas mundi partes magna inundatio aquarum fuit.

A. Ensdorf. 1121. Monasterium Enstorfense[a] cepit edificari 10. Kal. Iun.[2]

A. Ensdorf. 1123. Monasterium Enstorf a venerabili[b] episcopo Babinbergensi Ottone dedicatum
Iul. 25. 8. Kal. Aug. indictione 1.[3]

1125. Heinricus V. imperator obiit, Luotharius rex successit.

A. Rat. Apr. 13. 1127. Hainricus dux Bawarie obiit[4]. Terre motus magnus fuit nocte et die Idus Aprilis.

cf. A. Mell. 1129. 1128. Luopoldus marchio de Styre obiit.

Aug. 2. 1133. Eclipsis solis facta est 4. Non. Augustarum.

cf. A. S. Rud. 1136. Luopoldus marchio obiit.

cf. A. Mell. 1137. Lutharius imperator obiit. Heinricus Frisingensis episcopus obiit.

1138. Cunradus rex constituitur.

1139. Otto episcopus pius Babinbergensis obiit.

1139. 1140. Hainricus dux Bawarie obiit[5].

1142. Cunradus rex Beoniam[6] cum exercitu adiit.

1143. Bertoldus abbas Garstinensis obiit.

Ian. 20. 1144. Ventus vehemens 13. Kal. Febr. magnas ruinas per plurimas mundi partes fecit.

1146. Fames magna fuit. Radispona obsessa est[7]. Gebehardus de Liuginberc[8] obiit.

A. Rat. 1147. Annus iste memorialis erit, cum beatus Clarevallensis abbas Bernhardus Cunradum regem Romanorum et Luodewicum regem Francorum cum infinita multitudine in expeditionem contra inimicos crucis Christi promovit; et per mare, quod vulgo brachium sancti Georii dicitur, digressi diversis plagis perierunt. Profanus tunc temporis quidam pseudopropheta apparuit in civitate Augusta, qui fantastica ludificatione multos sui spectaculo attraxit, qua tandem cassata dissparuit.

1147. 1148. Cunradus archiepiscopus Salzburgensis obiit[9]. Hainricus[10] translatus est. Eclipsis solis facta est 5. Kal. Nov.[11]

A. Ensdorf. 1149. Cunradus rex repatriavit.

1151. 1150. Kelhaim obsessa est[12].

1152. A. Rat. 1151. Cunradus rex obiit, Fridricus[c] successit. Radispona incendio periclitatur. Cunradus dux de Zaringin obiit.

1154. Fridricus rex Romam pergit; sequenti anno consecratur.

1155. Heinricus Radisponensis[d] episcopus obiit, Hartwicus successit.

A. Ensdorf. A. Rat. 1156. Otto palatinus obiit. Fridricus imperator nuptias celebravit Wirceburg.

A. Rat. 1157. Fridricus imperator Boloniam[13] adiit. Abundantia pacis fuit.

A. Ensdorf. 1158. Vilsa fluvius in Ensdorf 3. Kal. Febr. siccum iter prebuit. Fridricus imperator
Ian. 30. A. Rat. Mediolani triumphavit. Otto episcopus Frisingensis obiit. Heinricus[e] comes de Wolfrathusen obiit.

1159. Mediolanum imperatori rebellavit. Adrianus papa obiit; Victor et Alexander apostolicam sedem sibi usurpant.

1160. Grimma civitas[14] deleta est ab imperatore Fridrico. Arnoldus Moguntinus archi-
Iun. 24. episcopus 8. Kal. Iulii occiditur.

1161. Disturbatio fuit et plurima incendia et pericula.

a) Ensdorfsense *cod.* b) vernenerbili *cod.* c) Fridicus *cod.* d) Radiponensis *cod.* e) Heinricus — obiit *addidit alia manus.*

2) Cf. cod. tradd. Ensdorf. apud Freyberg Sammlung II, 180. 3) Cf. cod. tradd. Ensd. l. l. p. 181. 4) 1126. Dec. 13. 5) 1139. Oct. 20. 6) Bohemiam. 7) Cf. Otton. Fris. Gest. Frid. I. c. 30. 8) Leuchtenberg ad Luhe fl. 9) 1147. Apr. 9. 10) II, imperator, 1147. Iul. 13. 11) immo 7. Kal. Nov. anni 1147. 12) V. Gesch. des Deutschen Reiches unter Conrad III. p. 201. 13) Poloniam. 14) Crema.

1162. Mediolanenses cives 3. Kal. Martii sponte venientes se suaque cesari dedere, et absque ulla clementia Mediolanum destruitur. A. 1161.

1173. Heinricus Brixinensis episcopus captus est a comite Counrado de V.; ipso anno obiit.

1177. Terminatum est scisma, quod fuit tempore Alexandri pape et Friderici imperatoris annos pene 18. Eodem anno Chounradus archiepiscopus de Witelinsbach Salzburg constitutus est. Augusta pene incendio tota devastata est. Hermannus Babenbergensis mortuus est, Otto, marchionis[15] Bertholdi frater, substitutus est.

1180. Dux Heinricus ducatu privatur, Otto maior palatinus loco eius dux constituitur. Munichen destruitur[16]. Feringen[17] reedificatur.

1181. Alexander papa obiit, Lucius constituitur.

1182. Chounradus dux de Dachau obiit.

1183. Frisinga incensa est 7. Idus Maii. Otto dux[18] obiit. Eodem anno Chounradus Mogontiam transfertur; Albertus Salzburg restituitur.

1184. Adelbertus episcopus[19] obiit, Otto substituitur.

1185. Lucius papa obiit, Urbanus successit.

1186. Nuptie regis Hainrici.

1187. Eclipsis solis facta est 2. Nonas Septembris. Eodem anno Saladinus rex paganorum exercitum christianorum apud Ierusalem occidit, ipsamque civitatem cum omnibus ad ipsam pertinentibus vi obtinuit et sanctam crucem cum[a] . . . . . . . rege multisque aliis captivatis abduxit. Urbanus papa obiit, Gregorius papa obiit, Clemens substituitur.

1189. Ad honorem et magnificentiam celestis Imperatoris Fridericus Dei gratia Romanorum imperator expedicionem, ut tristiciam quae Ierosolimis facta est aecclesie sancte converteret in gaudium, hoc anno ordinavit, multis sibi sociatis principibus aggressus est. Eodem anno in nocte assumptionis sancte Marie terrae motus factus est magnus. Otto iunior palatinus obiit. Aug. 15.

1190. Fridericus imperator obiit, Heinricus filius eius in regnum successit.

1191. Hoc anno Clemens papa decessit, Celestinus successit. Inperator Hainricus ab eodem Rome coronatur.

1192. Counradus dux Swevie constituitur. Welf[20] dux obiit. 1191.

1194. Heinricus inperator Apuliam expugnaturus adiit. Facta est grando et tempestas valida 11. Kal. Septembris.

1195. Heinricus dux Saxonie obiit.

1196. Fames valida facta est. Otto episcopus Babenbergensis obiit. Cuonradus dux Swevie occisus est; Philippus successit.

1197. Counradus Mogontinus episcopus multique alii Ierusalem adierunt.

1198. Eodem anno Philippus dux Swevie 8. Kal. Iun. apud Augustam nuptias celebravit[b]. 1197.

1199. Celestinus papa obiit[21], Innocentius successit. Heinricus imperator obiit[22]. 1198. Fridericus palatinus obiit. Heinricus prepositus[23] obiit. Inter Philippum et Ottonem orta est altercatio de regno.

1200. Auguste mutatum est corpus Domini in carneam speciem.

1202. 4. Non. Mai. factus est terre motus magnus. 1201.

1204. Incendia et predationes plurime facte sunt ubique terrarum, set maxime in Bawaria ex discordia Ludewici ducis et Ratisponensis episcopi Cuonradi. Eo anno obiit marchio Voburgensis. Luna versa est in sanguinem 16. Kal. Mai. Counradus Ratisponensis episcopus obiit.

1207. Eclipsis solis facta est 2. Kal. Martii.

1208. Luna versa est in sanguinem 2. Non. Febr. Eodem anno Philippus rex occisus est Babenberch a palatino de Witelinsbach; Otto in regnum successit.

1209. Otto palatinus occisus est. Eodem anno imperator consecratur Otto,

a) *sequitur lacuna.* b) *sequuntur in cod.* Fridericus palatinus obiit, *sed erasa.*

15) Istriae. 16) Cf. supra Annal. Underdorf. Dec. 15. 1180. 17) Föhring a Monachio ad septentriones. 18) Bavariae. 19) Frisingensis. 20) VI, 1191. 21) 1198. Ian. 8. 22) 1197. Sept. 28. 23) Scheftlariensis, d. 3. m. Iulii, v. infra catal. praepositorum.

1210. Castrum Wolfrathusen a Ludewico Bawariorum duce destruitur.

1211. Fames facta est ex inproviso fere per totam provinciam.

1212. Fridricus rex Appullie, filius Heinrici cesaris, faventibus sibi principibus Teutonicam terram intravit et Ottonem cesarem regno privavit. Eodem anno quidam puer nomine Nicolaus[24] surrexit, qui multitudinem puerorum et mulierum sibi aggregavit, cum quibus Ierusalem, crucem dominicam liberaturus, iussu angelico adire debere, mare sicut quondam populo Israelitico siccum iter prebere, asserebat. Ex quibus in procinctu constitutis quidam fame interierunt, quidam confusi ad propria redierunt.

1215. Frisinga incendio periclitatur. Concilium Rome sub Innocentio papa celebratur.

1216. Innocentius papa obiit, Honorius papa successit. Chuonradus Brixienensis episcopus obiit

1219. Otto Frisingensis episcopus secundus obiit, Geroldus successit.

1220. Fridericus, Heinrici filius inperatoris, Rome ab Honorio papa consecratur.

1221. Ludewicus dux Bawarie sepulcrum Domini visitaturus transfretavit. Eodem anno Damiata civitas in marinis partibus sita, a christianis pridem capta, in dominium paganorum iterum cessit. Munichen civitas incendio periclitatur.

1222. Civitas Bozana incendio devastata est, ubi etiam multi de hoc ipso incendio perierunt.

1223. Factus est terre motus magnus 8. Kal. Ian., unde quedam civitates in Longobardia sitae mirabiliter perierunt. Eodem anno quedam incognita gens[25] terras Daciarum intravit eamque debellando inhabitavit, que cuius secte vel religionis sit ignoratur.

1224. Soldanus rex paganorum obiit, qui multos christianorum relaxavit eosque ad propria remisit. Episcopus Coloniensis occiditur[26].

1225. Surrexit quidam Iohannes[27], qui verbum crucis predicavit et non minimam
Nov. 9. multitudinem signatorum sibi aggregavit. Eodem anno Fridricus imperator 5. Idus Novem-
Nov. 18. bris nuptias in Apulia celebravit. Cuius filius[28] postea in octava beati Martini nuptias celebravit Nuornberch, ubi altercatio maxima facta est de occisione Coloniensis episcopi, ubi etiam ferę sexaginta viri nominatissimi perierunt. Eodem etiam anno pestilentia et fames ubique terrarum facta est.

Anno verbi incarnati 1226. Kuonradus Ratisponensis episcopus obiit, alter[29] . . . cantor Moguntine ecclesie successit. Eodem anno fames invaluit.

1227. Heinricus marchio Ystrie, favente duce Bawarie Luodewico, repatriavit. Wolfrathusen castrum reedificatur. Honorius papa obiit, Gregorius successit. Celebris curia in
1228. Mai. 14. Strubingen in pentecosten[30] habetur, ubi rege Hainrico et multis principibus presentibus filius ducis Bawarie, Otto comes palatinus Rehni, cingulum militare favorabiliter suscepit.
1227. Habundantia pacis fuit. Imperator Fridricus iam dudum signatus Ierusalem, crucem dominicam liberaturus, se ire spopondit. Qua fama multi principum, divino zelo succensi sibi adherere cupientes, portum qui dicitur Brandiez[31], appulerunt, ibique quidam ex eis estivo calore et corruptione ciborum et aeris putredine perierunt; unde ab imperatore veneno interfecti dicebantur. Inter quos precipui erant lantgravius Thuringie Luodewicus, et Sifridus episcopus Augustensis. Cuius rumoris magnitudine dux Luodewicus et alii principes videbantur aliquantulum in fide regni claudicare. Marchio supradictus[32] obiit sine herede; Otto dux Meranie hereditatem fratris sibi vendicavit.

Dec. 25. A. 1228. Rex Heinricus filius imperatoris et dux Bawarie Luodewicus in nativitate Domini ad inimicicias exorsi sunt in civitate, que dicitur Hagenaowe. Eodem anno imperator prefatus contra spem omnium populo Dei, adventum suum in transmarinis partibus expectanti, in adiutorium venit. Qui prudenter excommunicationem Gregorii pape dissimulans, nondum tamen ab ipsa solutus, transfretavit ad Cretam insulam, ubi etiam hiemavit ibique per principem Tripolitanum et a principe Antiochie honorifice suscipitur; soldano per ipsos in amicicia iungitur.

24) Coloniensis, v. Cont. Admunt. 1212, SS. IX, 592. 25) Tartari. 26) Engelbertus, 1225. Nov. 7. 27) ordinis Praedicatorum. Cf. Cont. Sancruc. I. 1225, SS. IX, 626. 28) Heinricus (VII). 29) Sigifridus. 30) anni 1228, quem indicant Ann. S. Rudb. SS. IX, 784; Hermannus enim Altahensis 1128. tradit, inter principes etiam Sibotonem episcopum Augustensem affuisse, qui mortuo decessore Sifrido 1227. Aug. 23. episcopatum regendum suscepit. 31) Brundisium. 32) Heinricus marchio Istriae, d. 18. m. Iulii. V. Not. Diessenses supra p. 325.

A. 1229. Hic annus generationibus futuris memorialis erit, cum gloriosus imperator Fridericus tempore[a] veris terram sanctam intravit, soldano confederatus, Ierusalem et omnia, que nostre parti cedebant, sub quadam condicione recepit. In die parasceuen[33] Apr. 13. civitatem sanctam inperator cum multitudine peregrinorum sine arcu et gladio ingreditur, loca sancta mundantur, civitas ipsa, Capharnaum et Nazareth reedificantur. In illo tempore non erat rex in Israel, set unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Gregorius papa inconsulte partes regni per quendam Iohannem[34], quem principem militie sue fecerat, aggreditur, urbes munitas et civitates cepit; unde a Romanis eicitur. Roma in desolatione fuit. Apostolicus Longobardis et duci Bawarie Ludewico contra imperium confederatur. Multitudo signatorum ad vallem Pendentis-aque[35], transfretare volentibus, ab ipso retenti ad propria remittuntur; quam plures ex ipsis occiduntur. Heinricus rex, filius imperatoris, partes ducis circa Danubium cum magno exercitu invadit, rapinis et incendiis devastat. Hoc tempore secundum visionem Hiltegardis decus clericorum et maxime claustralium vilescere cepit. Dux exercitum ad obsidionem et incendiarios contra Wolfrathusen misit. Qui auxilium regi ferentes in nos, et in aliis ecclesiis tuicioni ducis Bawarie subiectis, multis malis per incendia et rapinas sunt debachati. Incendiarii vero ducis, nimis inconsulte procedentes, basilicas sanctorum igni combusserunt, reliquias sanctorum velud margaritas proiectas ante porcos execratis manibus suis nimis indigne tractaverunt; unde ab hostibus plurimi ex ipsis occisi, alii in fugam versi, sine victoria et confusi ad propria reversi, peiora mala prioribus nobis induxerunt. Pace tandem inter ducem Bawarie et regem Heinricum 6. Kal. Septembris facta usque in octavam beati Martini[36], videns ipse dux, se nichil proficere in hoc, quod contra imperium arma[b] tulerat, pacem iterato quesivit et impetravit, obsides regi dedit iurans, se a regno deinceps non recessurum in fide. Set res, ut postea patet[c], nichil profuit.

A. 1230. Fridericus imperator cum felici victoria a transmarinis partibus rediit, exercitum aggregavit, contra apostolicum rebellare voluit, set non fecit, quia exercitus domini pape prevaluit. Pace igitur inter eos aliquandiu facta, imperator principes Teutonicos, qui videbantur fideles esse regni, vocavit. Inter quos erant precipui archiepiscopus Salzepurgensis[37] et episcopus Ratisponensis[38], qui et cancellarius regni efficitur, Aquilegensis patriarcha[39]; et laici dux Austrie[40] et dux Meranie[41] et alii, quos narrare longum est. Hii ergo, assumptis principibus Italie, dominum papam et imperatorem concordes fecerunt eo pacto, ut imperator urbes et possessiones, quas abstulerat, ecclesie Romane redderet, pacem et libertatem ecclesie actenus habitam et precipue clero reformaret. Interea dux Bawarie literas excusatorias et reconciliationis petentes gratiam per episcopum Pataviensem[42] transmisit, prebens sibi conductum usque Wazzerburch[43] ad comitem Kuonradum[44]. Qui interrupta fide episcopum prefatum cum omnibus suis captivavit, adversariis ducis infide iungitur. Episcopus idem literis et omnibus, que secum detulerat, spoliatur. Unde et ecclesia tota Frisingensis diocesis per totam quadragesimam sub interdicto posita fuit ab episcopo Geroldo. Dux Liupoldus Austrie apud imperatorem positus in Apulia obiit; cuius morte imperator non modicum doluit. Curia in eodem anno in festo omnium sanctorum[45] apud Ravennam celebrari principibus regni nunciatur. Due civitates munitissime maritime Sydon et Tyrus sponte imperatori subduntur, que prius Templariis serviebant.

A. 1231. Geroldus Frisingensis episcopus, pro dilapidatione ecclesie impulsatus, sponte pontificatus honorem resignavit; Chuonradus canonicus eiusdem ecclesie, auctor eiusdem inpulsationis, eligitur in episcopatum. Eo tempore frater dicti electi castrum ducis Bawarie in Valai nocte conscendens obtinuit, comitem, qui fuit particeps eiusdem castri, cepit. Incendia et rapine plurimae in Suevia sunt orte; unde rex Heinricus colloquium cum principibus in Augusta habere decrevit, de predictis incendiis volens ulcisci. Kuonradus comes de Wazzerburch duci reconciliatur, obsidionem validam contra Valai movit, set nichil ibi profecit. Curia Ravennatis principibus iterato nunciatur. Eodem anno miserabile nefas et omni seculo dolendum accidit in nece ducis Bawarie, qui 16. Kal. Octobris a Sept. 16

a) tempori *cod.* b) *sequitur in cod.* non. c) *sic correctum in cod.* patuit.

33) d. 13. Apr., sed cf. Böhmer Reg. p. 140. 34) de Columna, presbyterum card. tit. S. Praxedis. 35) Aquapendente. 36) Nov. 18. 37) Eberhardus II. 38) Sigifridus. 39) Bertholdus. 40) Leopoldus. 41) Otto. 42) Gebehardum II. 43) Wasserburg ad Oenum fl. 44) de Wasserburg. 45) Nov. 1.

quodam ignoto transfixus cultro miserabiliter obiit. Hic erat in cunctis rebus fortunatus, vir prudens, suis multum pacificus, inimicis strennuus. Otto palatinus comes Rehni, filius eiusdem ducis, sibi hereditario iure successit. De nece igitur tanti principis non modica disturbatio inter principes fuit.

A. 1232. Imperatore aput Ravennam adventum filii et principum expectante, Venecienses se sibi subdiderunt, ipsum cum tripudio honorifice susceperunt, ibique in die puri-
Febr. 2. ficationis sancte Marie coronatus processit. Eo anno Heinricus rex quamvis invitus apud Aquilegiam patri imperatori occurrit, quia curiam Longobardi ob odium imperatoris impedierunt.

A. 1233. Rex Heinricus magnam curiam in Franchenvurte cum principibus regni celebravit, ibique cum quibusdam principibus sibi consentientibus patri pro divisione regni rebellare deliberavit. Huic consilio dux Bawarie dum consentire noluisset, odium regis
46 incurrit. Pro hac itaque deliberatione episcopus Babenbergensis[46] et Moguntiacensis[47] ad imperatorem diriguntur a rege. Eodem anno idem rex aliam curiam in Wirzeburch celebravit, ibique expeditionem in Bawariam adversus ducem in futurum annum proposuit, auxilia principum super hoc deposcens.

A. 1234. Rex Heinricus expeditionem validam contra ducem in Bawariam movit, plurimas partes eius ducatus incendiis et rapinis devastavit. Episcopi supradicti, directi a rege ad imperatorem, cum epistolis revertuntur, cum quibus regem ab intentione propositi sui revocare volebat sed non potuit. Preterea idem rex eosdem episcopos in malo suspectos habuit, dum contra patrem sibi auxilium ferre noluerunt, unde episcopus Babenbergensis ad imperatorem redivit, deferens secum literas quorundam principum Teutonicorum, que eum ad terras Teutonicorum exire rogaverunt.

A. 1235. Otto dux Meranie obiit. Imperator Fridericus de Italia ad terras Teutonicorum venit, per Bawariam transiens, Ratispone cum principibus colloquium habuit; Ottoni duci Bawarie pro morte patris, de qua suspectus habebatur, reconciliatur. Eodem anno imperator contra filium suum regem magnum exercitum movit, et in castro quod Trivels nuncupatur eum obsedit. Rex vero, sponte se patri offerens, ab ipso statim capitur, duci Bawarie custodiendus[a] traditur. Post hec imperator filiam[48] regis Anglie[49] terciam uxorem
c. Iul. 25. in matrimonium sumpsit, cum qua circa festum beati Iacobi aput[b. 50] . . . . . . nuptias cele-
Aug. 15. bravit. Deinde in assumptione sancte Marie curiam apud Moguntiam celebravit, ubi primo inter principes de pace iuratum est et de expeditione valida in Longobardiam. Eodem anno inter ducem Bawarie et episcopos Salzburgensem, Ratisponensem, Augustensem[51], sed precipue inter Frisingensem episcopum Kuonradum et dictum ducem, inimicicie graves et discordie orte sunt; incendia et rapine in episcopatu et ducatu plurime fuerunt et tota ecclesia Frisingensis diocesis sub interdicto divinorum posita est. Quod interdictum duravit usque in tercium annum. Eodem tempore rex Heinricus a patre in exilium in Apuliam mittitur. Propter quod dux Austrie[52] se obposuit imperatori, nolens venire ad curias, quas
Nov. 11. condixerat eo anno, videlicet aput Moguntiam primam, secundam aput Augustam in festo
1236. Ian. 6. beati Martini, terciam in epiphania Domini apud Rehnum, ubi etiam imperator et alii principes egerunt, ut filia[53] ducis[54] Brabancie filio[55] ducis Bawarie copularetur.

56 A. 1236. Sancta Elisabeth, uxor lantgravii de quo superius[56] fecimus mentionem de Thuringia, multis et preclaris signis claruit. Hec fuit nobilis filia videlicet regis[57] Ungariorum et sororia marchionis[58] Heinrici et ducis Meranie[59] et fratrum ipsorum episcoporum[60].
61 Que obiit anno 1230[61] vidua sancta, habens heredes filium et filiam, et sepulta est apud oppidum quod dicitur Marchburch, ubi domum ipsa fecerat ad suscipiendos pauperes, orphanos et peregrinos. Cuius translatio magnifice celebrata est ab omnibus comprovincialibus
Mai. 2. episcopis, presente ipso imperatore et multis principibus regni, 6. Nonas Maii[62]; qui etiam multa dona ob merita sanctitatis eius illuc contulerunt. Hoc anno imperator circa festum
c. Iul. 25. beati Iacobi expeditiones validas movit. Unam per se ipsum in Longobardiam[c], ubi obtinuit
63 civitates Tarentum[63], Vincentiam, Grimmonam[d. 64], Veronam, Baduam et quedam castella.

a) custodiendiendus *cod.* b) *sequitur locus rasus.* c) Longordiam *cod.* d) *sequitur in cod.* p.

46) Ekbertus. 47) Sigifridus III. 48) Elisabeth. 49) Iohannis. 50) Wormatiam. 51) Sibodum. 52) Fridericus II. 53) Maria. 54) Heinrici. 55) Ludovico (post duci Bavariae sup.). 56) a. 1227. 57) Andreae II. 58) Istriae. 59) Ottonis I. 60) Bertholdi patriarchae Aquileiensis et Ekberti episcopi Babenbergensis. 61) immo 1231. 62) immo Kal. Maiis. 63) Tridentum. 64) Cremonam.

Mantuam vero multo tempore obsedit, set nichil ibi profecit; in cuius obsidione multi nobi-
les et barones et alii de exercitu corrupti estivo calore perierunt. Alteram per ducem
Bawarie movit contra ducem Austriae et per episcopum Babenbergensem, dimittens illis in
auxilium quosdam comprovinciales episcopos et comites, qui ob odium ducis inter se con-
tendentes sine effectu ad propria redierunt. Eo tempore inperator circa nativitatem Domini c. Dec. 25.
de Italia ad partes Teutonicas rediit.

A. 1237. Divina in episcopatu Frisingensi sunt relaxata, et dux et episcopus ad concor-
diam sunt revocati circa pentecosten. Imperator iterato auxilia principum et militum c. Iun. 7.
conduxit, in Longobardiam exercitum movit, Mantuam et Brixinam et alias quasdam civi-
tates obtinuit, Mediolanum obsedit ibique dimicando nobiliter triumphavit, maximam cedem
hominum fecit. Eccheberlus episcopus Babenbergensis[a] iussu cesaris in Austriam exer-
citum movit, in cuius procinctu constitutus obiit; alter quidam[65] successit, qui eodem anno
obiit. Terre motus in quibusdam locis factus est 15. Kal. Octobris ante solis ortum. Sept. 17.

A. 1238. In vigilia sancti Thome ante natale[b] . . . . . . infracte sunt treuge, que facte 1239. Dec. 20.
sunt inter ducem Bawarie et ducem Meranie. Nam homines ducis Meranie Franci per
noctem obsident[c] castrum Baierbrunne[66] et dolose illud obtinuerunt et plurima mala homi-
nibus nostris intulerunt; sed et incendia et rapine per diversa loca oriuntur, maxime in
nostris possessionibus. Eodem anno obiit prepositus Kuonradus[67], qui locum istum per
viginti duos annos[d] strennue gubernavit; huic successit Liupmannus prepositus. Eodem
anno renovate sunt treuge inter duces per comitem Kuonradum de Wazzerburch[e], et
castrum Baierbrunne dominis suis restitutum; et quievit terra duobus annis.

A. 1239. Prepositus Liupmannus huius ecclesie deponitur, alter Chuonradus successit, 1240.
qui post decem dies obiit, et locus iste vacavit rectore fere per duos menses. Hoc anno
novum castrum in Pigarten[68] apud nos edificatur; et iterum nova mala super hunc locum
oriuntur. Ulricus quidam Suevus huic loco preficitur.

Anno gracie 1240. Gregorius papa obiit[69], Stephanus[70] successit et idem obiit eodem 1241.
anno, et sedes[f] apostolica mirum auditu vacavit rectore per duos annos. Eodem anno
due eclipses[g] solis facte sunt, et luna versa est in sanguinem; prima circa solsticium in
die sancti Viti[71], secunda in autumpno[h] 4.[72] Non. Octobr., ita ut per dimidiam horam obscu- Iun. 15? Oct. 6.
raretur in similitudinem noctis in toto orbe; unde quam plurimos maximus pavor occupavit,
et merito, quia tenebrosos[i] dies tenebrosa tempora sequebantur. Eodem anno egressa
est quedam incognita gens barbarica, quos Tartaros vel Ismahelitas nominabant, qui maxi-
mam stragem hominum fecerunt, maxime christianorum, ob quorum persecutionem et
nominis extirpationem exierant. Inter quos Polanos et totam Ruzziam penitus deleverunt
et totam Moraviam. Deinde in Ungariam transeuntes, regem unum[73] occiderunt, alterum[74]
regno depulerunt. Quibus admixti sunt falsi christiani et multitudo hereticorum, quorum
instinctu multa monasteria subversa, multitudo fidelium ab ipsis sunt necati. Quorum
timore omnis ecclesia turbatur et verbum crucis publice in omnibus ecclesiis predicatur, et
multitudo hominum in universis mundi partibus signatur ad resistendum ipsis; sed dextra
Dei nos defendente ad fines nostros non pervenerunt. Sed qualiter a finibus christianorum
recesserint, ipse solus Deus arbiter novit. Hoc etiam anno multa mala increverunt huic
loco[k]. Nam castellani de Wolfrathusen omnia nostra predia et villas igni concremaverunt
et curiam nostram in Keverloch[75] et in Ebehusen et Strazloch[76], que nuper ex incendio
prioris prelii[77] vix fuerant reedificata. Dux itaque, cum subiugasset sibi inferiores partes,
civitates et urbes, videlicet Villeshoven[78] et Natpurch[79], reversus audivit, quanta nobis et

a) Babergensis *cod.* b) *sequitur laçuna in cod.* c) *in cod. legimus* per noctēt, *ut librarium liqueat* noctem *cum verbo in* -ent *exeunte confudisse; itaque* obsident *addendum duxi.* d) pnnos *cod.* e) *sic correxit Rudhart,* Wakkerburch *cod.* f) sedis *cod.* g) eclipsis *cod.* h) aumptumno *cod.* i) tenebrosus *cod.* k) loco *addidi.*

65) Sigefridus. 66) Baierbrunn a Monachio ad meridiem. 67) Conradum praepositum a. 1239, non 1238, obiisse docet cod. delegationum Scheftlar. I. ms. in tabulario regio Monacensi p. 183 (Mon. Boic. VIII, 499) ubi legimus haec: *Anno ab incarnatione Domini* 1239. *indictione* 12. *Chuonrado preposito huius ecclesie defuncto, succedente in loco suo Liupmanno preposito cet.* 68) Beigarten a Scheftlarn ad orientem. 69) 1241. Aug. 21. 70) Coelestinus IV. 71) Neque a. 1240 neque a. 1241 d. S. Viti (Iun. 15.) defecit sol. 72) immo 2. Non. Oct. (1241. Oct. 6.) 73) Cholomannum, fratrem Belae IV. regis. 74) Belam IV. 75) Keferlohe a Monachio ad orientem. 76) Straslach a Monachio ad meridiem. 77) V. supra 1238 (1239). 78) Vilshofen ad Danubium fl. 79) Natternburg a Deggendorf ad occidentem.

provincie intulerint inimici, et cupiens ulcisci de ipsis, congregato magno exercitu voluit
80 obsidere castrum Wolfrathusen, sed non fecit. Intravit enim locum istum[80], et per decem
dies hic commoratus cum multitudine, tam nos quam in circuitu totam provinciam penitus
est demolitus. Dampnum itaque huius ecclesie, nobis ex utraque parte hoc anno illatum,
nemo potest computare.

1242. A. 1241. Dux Otto iterum congregato magno exercitu intravit montana contra comitem Tyrolensem[81], et partem exercitus reliquit ad obsidendum castrum Wolfrathusen; sed parum prevalentes, cum victualia non haberent, iterum treugis factis, ad propria redierunt.

1243. A. 1242. Innocentius papa Gregorio substituitur[82], qui sicut predecessores sui imperatorem Fridricum pro libertate tocius ecclesie et ablatis possessionibus Romane ecclesie cepit inpulsare. Hoc anno castrum Wolfrathusen, quod armis expugnari non poterat, mira-
Mart. 27. bili dolo capitur 6. Kal. Aprilis, post annunciationem dominicam feria 6.[83], ante diem palmarum[84], et omnes castellani nudi evadentes, quasi a vento rapti ubique sunt dispersi, et nos de laqueo ipsorum, Deo ipsum conterente, liberati sumus.

1244. A. 1243. Tartari qui et Agareni in transmarinis partibus velud locuste faciem terre operientes, peccatis nostris exigentibus, populum Dei multum affligentes, occiderunt maximam multitudinem, et sepulchrum dominicum et loca sancta profanantes, Hierosolimam et cuncta loca, in quibus christiani habitabant, penitus subverterunt.

A. 1244. Innocentius papa, persecutionem imperatoris declinans, in Galliam divertit ad urbem que dicitur Lugdunum. Eo tempore qui de castro Wolfrathusen evaserant, latrocinia magna exercuerunt in provincia de castro Starnberch[85] et Telingen[86], unde idem castrum obsessum ab hominibus ducis multo tempore. Phaphelinus occiditur; hic fuit auctor
87 captionis castri in Wolfrathusen, sicut supra[87] memoravimus.

A. 1245. Concilium aput Lugdunum cum episcopis Galliarum sub Innocentio papa celebratur, et imperator tamquam hereticus publice excommunicatus denunciatur cum omnibus fautoribus suis, et ab ecclesia deinceps imperator vel rex nominari prohibetur. Eo
1246. tempore lantgravius Duringie Heinricus defensor ecclesie ab episcopis et a papa eligitur,
Mai. 22. contra quem Kuonradus filius Friderici ad rebellandum dirigitur, et vincitur et auxiliarii sui
Aug. 5. capiuntur, ipso vix evadente. Interim in nostris partibus quedem municio Telingen dicta capitur, quidam ex eis occiduntur, quidam patibulo suspenduntur. Eo etiam tempore Starnberc castrum duci traditur, et pax provincie nostre redditur. Sed in Suevia et aput Francos
Sept. 1. et in aliis provinciis dissensiones, incendia et rapine oriuntur. Kuonrado duci Suevie filia[88] ducis Bawarie copulatur; unde scisma et maximus error in ecclesia oritur, maxime inter principes, qui partim domino apostolico, partim Fridrico quondam imperatori favebant. Inter hec dux Meranie ob ultionem castrorum suorum cum marschalco de Papenhaim partes ducis Bawarie incendiis et rapinis invadit; quos ipse collecto exercitu a finibus suis
89 repulit. Eberhardus de Porta[89], huius signifer facti, obiit et noster tortor.

1247. A. 1246. Heinricus lantgravius, qui et novus rex nuncupatus, expeditionem validam movit contra ducem Suevie Chuonradum, et obtinuit quasdam urbes, et multi adheserunt sibi ex nobilibus, et obsedit Ulmam civitatem iuxta Danubium hiemali tempore, sed per-
Febr. 17. territus inde fugit et mortuus est in itinere. Eodem tempore prevaluit iniquitas, et populus Dei sine rectore fuit et Roma in desolatione, et decor clericalis periit, et divisus est populus Dei, partim sequebantur ecclesiam et hii signati erant, partim favebant Fridrico quondam imperatori et hii insultabant divine religioni; unde vinculis anathematis omnes faventes addicti, plurime ecclesie in diversis provinciis sunt posite sub interdicto divinorum, et dolor et gemitus oriebatur, et misericordia et veritas et iudicium de terra sublata sunt, et multi clericorum errantes in invio et non in via contra interdicta celebraverunt. In diebus illis marschalcus de Papenhaim, qui ducem Bawarie multis modis afflixerat, ab hominibus ipsius ducis capitur, castrum ipsius quod Niuwenburch nuncupatur destruitur. Dux Meranie, ab imperatore quondam Fridrico recedens, ecclesie fautoribus in fide iungitur, sed futuro anno[90] veneno infectus, a suis strangulatus miserabiliter moritur. Siboto comes de Niuwenburch[91]

80) Scheftlarn. 81) Albertum. 82) 1243. Iun. 25. 83) Dies 27. m. Martii incidit in feriam 6. post annunciationem anno 1243 (in feriam 5. anno 1242). 84) decimo die ante dominicam palmarum. 85) Starnberg ad lacum Würmensem. 86) Delling praef. Starnberg. 87) 1242 (1243). 88) Elisabeth. 89) de quo cf. Mon. Boic. VI, 213; VIII, 499. 90) 1248. Iun. 18. V. Not. Diessenses 1248, supra p. 325. 91) Neuburg castrum dirutum ad Mangfall fl.

occiditur; frater eius Chuonradus capitur, comiti Chuonrado de Wazzerburch in custodiam traditur, qui castra ipsius sibi fraudolenter usurpavit.

A. 1247. Divina in Bawaria per totam potestatem ducis prohibita sunt celebrari. Comes Kuonradus de Wazzerburch a duce alienatur, inimicis suis sicut antea in perfidia iungitur.
Unde a filio ducis Luodewico in castro iam dicto obsidetur circa festum sancti Iohannis c. Iun. 24.
baptiste in solsticio; et circa festum sancti Martini castrum cum tota commetia duci tradi- c. Nov. 11.
tur; ipse comes toto patrimonio exheredatur et depellitur, patre seniore duce aput Rebnum in diversis occupato. Eo tempore Heinricus Constanciensis episcopus cum comitibus ecclesie astantibus Chuonradum dictum regem multis modis afflixit, sed ipse rebellare non
potuit. In diebus illis alius pro lantgravio Thuringie pro rege ab ecclesia eligitur. scilicet Oct. 3.
comes Willehelmus de Hollande. Qui et Aquasgranis[a] obsidens multo tempore, ipsam sibi 1248
subiecit.* Oct 18.

* *In cod. delegationum Scheftlariensium I, qui in tabulario regio Monac. servatur, p. 186 (Mon. Boic. VIII, 501) leguntur haec:* Anno dominice incarnationis 1247. quarto Nonas Novembris obiit domnus Otto de Baierbrunne aput Ratisponam et sepultus in sepulchro patrum suorum in Scheftlarn.

---

## ANNALES SCHEFTLARIENSES MINORES.

A. D. 814. rex Karolus magnus regnavit.

A. D. 1215. rex Fridricus Aquisgrani intronizatus et coronatus est, et eodem die ad miliciam Dei cruce signatus est.

A. D. 1217. dominus Liupoldus dux Austrie cum magno exercitu signatorum transfretavit. Et fames valida fuit.

A. D. 1218. Otto imperator obiit, et Berhtold dux de Zeringen obiit. Item turris de Nilo obtinetur, et Damiath civitas Sarracenorum a christianis cingitur obsidione.

A. D. 1219. Damiath civitas obtinetur.

A. D. 1220. rex Fridricus honorifice et sine contradiccione Rome[b] ab Honorio papa in imperatorem consecratur.

A. D. 1221. Ludwicus antiquus dux Bawarie in auxilium sancte terre transfretavit, sed ipse cum aliis Christi militibus a Sarracenis est callide circumventus. Item soldano Babilonie Damiath civitas resignatur.

A. D. 1225. Iohannes predicator, totam Alemaniam circuiens[c], quam plures homines cruce signavit. Et fames valida fuit et pestilencia[d] magna. Item eodem anno Fridricus
imperator reginam Ierusalem[92] in uxorem duxit. 92

A. D. 1227.[e] langravius[f] Thuringe, et Augustensis episcopus Sifridus cum aliis quam pluribus[g] principibus et militibus et cruce signatis in peregrinacione perierunt. Et Honorius papa obiit, cui Gregorius papa successit.

A. D. 1228. Fridricus imperator ad recuperandam terram sanctam transfretavit. Item Hainricus marchio Andesze obiit.

A. D. 1229. quam plurimi cruce signati, transfretare volentes, a Gregorio papa inpediuntur[h], sed tamen Dei favente misericordia a Fridrico imperatore Ierusalem victoriose obtinetur. Item Bawaria propter gewerram Hainrici regis et ducis ipsius provincie per rapinam et incendium periclitatur.

A. D. 1231. Liupoldus dux Austrie[93] et Rappato palatinus obierunt. 1230. 1231.

A. D. 1232. Ludwicus dux Bawarie aput Kelhaim per nuncios Fridrici imperatoris 1231.
occiditur.

A. D. 1233. rex Hainricus, filius Fridrici imperatoris, cum exercitu valido Bawariam ingreditur et sibi Otto dux eiusdem provincie per filium suum, quem in obsidem ei dedit, reconciliatur.

A. D. 1234. Otto dux Marine[94] obiit. 94

A. D. 1235. Fridricus imperator de Apulia rediens filiam[i] regis Anglie in uxorem

a) Ache *scriptum est supra* Aquasgranis. b) Romane *cod.* c) circuens *cod.* d) pestileria *cod.* e) 1027. *cod.* f) langravia *cod.* g) plurebus *cod.* h) inpelluntur *cod.* i) filia *cod.*

92) Iolantam. 93) 1230. Iul. 27. 94) Meraniae.

duxit; et filium Hainricum regem a regno eiecit et captivavit et tamdiu in captivitate tenuit, quousque mortuus fuit.

A. D. 1236. corpus Elisabeth Marburch[a] presente Fridrico imperatore sublimatur[b] magnifica translacione.

A. D. 1241. sol obscuratus est in meridie, et nox facta est per longam horam, et stelle vise sunt. Item Sarraceni dicti Tartari, gens crudelis, exierunt potenti manu, et intrantes Ungariam et Austriam vastaverunt.

A. D. 1246. Fridricus dux Austrie in conflictu abito cum rege Ungarie occisus est. Item Chunradus rex, filius Fridrici imperatoris, filiam Ottonis ducis Bawarie in uxorem
95 accepit aput[95] . . . . . . . Item Eberhardus episcopus Salzburgensis obiit, cui Philippus successit.

A. D. 1247. tota terra Bawarie a papa Innocencio ponitur sub interdicto.

1250. Dec. 13. A. 1251. Fridricus imperator obiit in die sancte Lucie.

1253. A. D. 1254. Otto dux Bawarie obiit subito.

A. D. 1254. Chunradus rex, filius Fridrici inperatoris, in Apulia, toxicatus a suis, obiit
Mai. 21. in ascensione Domini. Post cuius obitum Innocencius papa potenti manu Apuliam intravit, Neapoli[c] in terra laboris[d] quievit in pace. Quo defuncto, Manfredus princeps Tarentinus, filius Fridrici inperatoris, regnum Apulie potenter obtinuit.

A. D. 1256. Maria[e] ducissa Bawarie apud Swebshemswerde decollata est.

A. D. 1257. comes Ricshardus, frater regis Anglie, pro pecunia symoniace in regem
96 electus est. Item Othakerus rex Boemie Bawariam hostiliter ingreditur, et per Můldorf[96] fugiens, sine victoria revertitur.

A. D. 1258. Chuonradus episcopus Frisingensis obiit.

A. D. 1259. fames valida fuit, et multitudo hominum in Ungariam profecta est. Item eodem anno a domino papa Alexandro generale studium Bononie destructum est. Item Ezzlinus tirannus per Cremonenses captus et occisus est. Item eodem anno Trabbena civitas in fine Silicie per terre motum et maris hiatum submersa est. Item in autumpno eiusdem anni Messina, civitas magna et bona, celesti igne exusta est.

A. D. 1260. orta est in Perusia[f] civitate Thuscie[g] secta verberatorum. Item Othakerus rex Boemie Stephanum[h] regem Ungarie devicit. Item eodem anno multe ymagines lingnee et lapidee[i] fleverunt in Alemannia et Italia.

Nov. 7. A. D. 1262. mense Novembri, proxima feria tercia ante festum sancti Martini, in crepusculo noctis celum igneum apparuit in oriente ubique terrarum.

A. D. 1263. sterilitas magna et ariditas fuit. Et sol obscuratus est die dominico, Nonis Augusti, festo sancti Oswaldi.

A. D. 1264. mense Augusto apparuit stella sicut flamma coruscans, que a quibusdam cometa dicebatur.

A. D. 1266. Othakerus rex Bohemie iterato hostiliter Bawariam ingreditur, et sine victoria revertitur.

1266. A. D. 1267. Karlothus comes Provincie, frater regis Francie, ex vocacione pape cum exercitu magno Apuliam intravit, principem Menfridum regnantem[k] ibidem devicit, et idem
Febr. princeps in eodem conflictu non gladio sed calcaneo equorum occubuit mense Februa-
1267. rio. Item Chunradus rex secundus Veronam init. Item sol obscuratus est in vigilia
Mai. 25. ascensionis.

A. D. 1268. Chunradus rex secundus, transiens honorifice Lombardiam et Thusciam, venit Romam. Deinde volens ire in Apuliam, occurrit sibi Karlothus cum magno exercitu
97 in convallibus moncium loci, qui dicitur Abagan[97], et habito conflictu, idem rex Chuonradus, causa avaricie suorum propter predam, a Karlotho devictus est. Et de civibus Romanorum et de Alemannis, Yspanis, Lombardis, Thuscanis et Franzigenis plus quam decem milia
98 hominum in eodem conflictu occisi sunt, et frater regis Yspanie[98] captus est. Ipse vero rex Chuonradus, una cum Fridrico duce[l] Austrie et comite Gerhardo de Pisis atque comite

a) Marbruch *cod.* b) sublimitur *cod.* c) Neapolim *cod.* d) labris *cod.* e) Marie *cod.* f) Pusia *cod.* g) Thusie *cod.* h) Shephanum *cod.* i) lapide *cod.* k) regnante *cod.* l) duci *cod.*

95) apud Vohburg secundum Ann. S. Rudp. Salisburg. 1246. SS. IX, 789, sed cf. Böhmer Wittelsb. Reg. p. 21. 96) ad Oenum fl. 97) Avezzano? 98) Heinricus, filius Ferdinandi III. regis Castellae, frater Alfonsi X. regis Castellae.

Salvano[99] et filio illius fugiens super mare, per nautam ibidem traditus, captus et Karlotho 1268.
asignatus est. Qui consilio pape Clementis cum predictis nobilibus eundem Chuonradum
regem 4. Kalendas Novembris decollari precepit apud Neapolim. Post decollacionem in Oct.29.
festo sancti Andree predictus papa Clemens male mortuus est. Item eodem anno maxi- Nov.30.
ma gewerra fuit inter Hartmannum episcopum Augustensem et Ludwicum ducem Bawariae.

A. D. 1271. Fames magna fuit, quod modius siguli pro tribus libris denariorum Augustensium et plus vendebatur, et multi homines pre fame mortui sunt. Item eodem anno
uxor Ludwici ducis Bawarie[1] et uxor Hainrici ducis Bawarie[2], filia regis Ungarie[3], obierunt. 1
Item Gregorius X. papa creatus est tempore autumpnali, ipso existente in transmarinis
partibus. Item predictus papa circa nativitatem Domini venit Romam, vocatus per gardi- c. Dec.25.
nales. Post adventum ipsius, quorum consilio creatus fuit, subito mortui sunt.

A. D. 1272. Frater Perhtoldus de ordine fratrum Minorum egregius predicator obiit.

Anno . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## DE FUNDATIONE SCHEFTLARIENSI.

Ad cunctorum scire vel legere volencium memoriam huius nostre ecclesie videlicet Scheftlariensis, fundacionem seu antiquitatem, quibusque sub pontificibus inperatoribusve aut principibus sit fundata quibusve libertatibus vel privilegiis gaudeat ab antiquo et fruatur adhuc, presenti scripto cupimus revocare. Pateat ergo cunctis, quod hec ecclesia primis
temporibus fundata est a quodam venerabili sacerdote nomine Waltrico[4] sub glorioso duce 4
Bawariorum Thassilone et reverendo episcopo Frisingensi domino Iosepho circa annum
incarnacionis dominice 780. sub Leone papa et Constantino imperatore Karoloque rege 780.
Francorum.

Transactis vero pluribus annis, a quodam impiissimo duce Bawariorum nomine Arnolfo[a] prefata nostra ecclesia ita est destructa penitus et vastata, sic ut omnimodis desolaretur. Sed omnipotens Deus ne tam egregius tamque sanctus locus sanctissimorum martirum suorum Dyonisii episcopi et martiris ariopagite sociorumque eius, in quorum honore ab antiquo fuerat consecratus, absque sui cultus honore preciosissimorumque martirum suorum sic perpetuo permaneret, oculis sue misericordie hunc locum dignatus est intuere ac taliter restaurare[b].

Nam cuidam reverentissimo Frisingensi episcopo videlicet domno Ottoni magno, huius 1140.
nominis primo, pius et misericors Deus divinitus quodammodo inspirare dignatus est, hanc sibi debere ecclesiam in sui nominis honore predicatorumque martirum restaurare ac eciam consecrare. Qui sic divinitus edoctus hanc ecclesiam tam sollerti cura reedificare et restaurare cepit, ut omnipotentis Dei laus et precipuorum martirum suorum Dyonisii et Iuliane non deficeret in eternum. Fundavit autem in ea ac iniciavit ordinem Premonstratensem, cuius fratres ad serviendum Deo inibi primitus collocavit. Acta sunt autem hec in
anno Domini 1140.[5] sub Romano pontifice Innocencio secundo et Romanorum imperatore 5
Conrado et duce Bawariorum Heinrico.

## DEDICATIONES SCHEFTLARIENSES.

Anno dominice incarnacionis 1148. indictione 5.[6] in Idibus Septembris dedicata est 1148.
basilica sancte Marie Magdalene a venerabili Brixinensi episcopo Hartmanno[7] in honore Sept. 13.
sancte et individue Trinitatis ac victoriosissime crucis et gloriose genitricis Dei Marie et in honore sancte Marie Magdalene.

### *Consecratio monasterii sancti Dyonisii Sceftlaren.*

Anno dominicae incarnationis 1160. 7. Idus Octobris, indictione 8, anno intronizationis
domni Frisingensis episcopi Adalberti[8] secundo, consecratum est ab ipso hoc oratorium 8

a) comite Schirensi *in marg. addidit eadem manus.* b) restaure *cod.*

99) Galvano. 1) Anna. 2) Elisabeth. 3) Bela IV. 4) V. chartam fundationis, Mon. Boic. VIII, 363. 5) V. Ottonis episcopi Fris. tabulam, Mon. Boic. VIII, 511. 6) immo 11. 7) 1142—1164. 8) primi, 1158—1184.

1160. Oct. 9. in honore sanctae et individuae Trinitatis ac victoriosissimae crucis et in honore sanctae Dei genitricis perpetuae virginis Mariae et in honore sancti Dyonisii. Continentur ibidem reliquiae subscripte: Sancti Iohannis baptiste, sanctorum apostolorum Petri, Andreae, Thomae, Mathei euangelistae, Lucae euang., Bartholomei, Dyonisii, Rustici et Eleutherii, Stephani protomart., Georgii m., Laurentii m., Pangratii m., Iohannis et Pauli, Gereonis m., Vitalis m., Quirini m., Tiburcii et Valeriani, Christofori m., Chrisogoni m., Yppoliti m., Miniatis m., Sixti pape et m., Tertulini m., Largi m, Adelberti ep. et m., Papiae et Mauri m., Dyonisii ep. avunculi sanctae Affrae, Eleutherii episcopi et m., Nicolai ep., Martini ep., Oudalrici ep., Routperti ep., Wolfkangi ep., Remedii ep., Germani ep., Silvestri pape, Leonis pape, Leonhardi conf., Egidii abbatis, Iulianae v. et m., Margaretae v. et m., Ceciliae v. et m., Agnae v. et m., Barbarae v., Affre m., Dignae, Eunomiae, Eutropiae, Anastasiae v. et m., Scolasticae v., Petronellae v., Helenae reginae, undecim milium virg., de sepulchro Domini, de calvariae loco, ubi crucifixus est Dominus, de monte Oliveti.

Ipsa die consecratum est altare ad sanctam crucem ab eodem episcopo domno Adelberto in honore eiusdem victoriosissime crucis et sancte Dei genitricis et eorum, quorum reliquias continet sanctorum.

1162. Iun. 6. Anno ab incarnatione Domini 1162. consecratum est altare in sinistra abside a venerabili Frisingensi episcopo Adelberto 8. Idus Iunii in honore deificae Trinitatis et in honore sancti Martini Turonensis episcopi.

1163. Mai. 29. Anno incarnationis Domini 1163. 4. Kal. Iunii consecratum est altare sancti Iohannis euangelistae in dextra abside et[a] sancti Willehelmi confessoris et sancti Iohannis baptiste et eorum, quorum reliquias continet sanctorum.

1172. Iul. 11. Anno incarnationis dominicae 1172. dedicata est ecclesia in Perchach[9] 5. Idus Iulii a venerabili domno Adelberto Frisingensi episcopo in honore sanctae et individuae Trinitatis et in honore victoriosissimae crucis et in honore sanctae Dei genitricis Mariae et sancti Valentini martiris. Continentur autem ibidem reliquiae istae: Andreae apostoli, Valentini martiris, Chrisogoni martiris, Victoris martiris, Lantperti martiris, Longini martiris, Tatiani martiris, Mariani martiris, Hermogenis martiris, Nicolai episcopi, Oudalrici episcopi, Nonnosi confessoris, Iulianae virginis, Affrae martiris, Anafredis virginis, undecim milium virginum, de petra de qua Dominus ascendit in coelum.

Iul. 15. Anno Domini 1172. dedicatum est altare in dextra abside monasterii in Idibus Iulii a venerabili Frisingensi episcopo Adelberto in honore sancte et individue Trinitatis et sancte Dei genitricis Marie perpetue virginis et omnium apostolorum et eorum quorum reliquias continet sanctorum.

1173. Sept. 1. Anno dominicae incarnationis 1173. dedicata est haec ecclesia Cheverloch[10] in Kalend. Septembris a venerabili domno Adelberto Frisingensi episcopo in honore sanctae et individuae Trinitatis et in honore sancte crucis et in honore sanctae Dei genitricis Mariae et eorum, quorum continet reliquias sanctorum: De capillis et veste sanctae Mariae, Iohannis baptistae, apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Bartholomei, Thomae, Dionisii episcopi et m., Laurentii, Chrisogoni, Castorii, Cosmae et Damiani, Sebastiani, Pangratii, Lantperti, Christofori, Cornelii, Vitalis, Barthemii et Caloceri, Ruxorii, sanctorum innocentum, Felicis et Fortunati, Gordiani, confessorum: Martini, Nicolai, Egidii, Leonardi, Wolfkangi, Benedicti, Nonnosi, Rathardi, virginum: Iulianae, Margaretae, Verenae, Mariae Magdalenae, Anafredis virginis. Dotata est ipsa aecclesia predio Isenrichingen.

1182. Nov. 2. Anno ab incarnatione Domini 1182. 4. Nonas Novembris dedicatum est hoc altare in sinistra absidâ a venerabili Adelberto Frisingensi episcopo in honore sancti Michahelis archangeli et sancti Corbiniani et sanctae Marthae et eorum, quorum reliquias continet sanctorum.

1198. Oct. 10. Anno Domini 1198. dedicata est ecclesia Strasloch[11] 6. Idus Octobris a Frisingensi episcopo Ottone secundo[12] in honore sancte et individue Trinitatis et sancte Dei genitricis Marie semperque virginis et sancti Petri apostoli et sancte Walpurge virginis.

1200. Apr. 26. Anno ab incarnatione Domini 1200. dedicata est capella sancte Marie 6. Kal. Maii a venerabili Frisingensi episcopo Ottone secundo rogatu prepositi Wernheri, fundatoris

a) *nonnulla verba haud dubie exciderunt.*

9) Percha ad lacum Würmensem, a Scheftlarn ad occidentem. 10) Keferlohe a Monachio ad orientem. 11) Straslach a Monachio ad meridiem. 12) 1184—1220.

eiusdem aecclesie, in honore sancte et individue Trinitatis et in honore gloriose semper- 1200.
que virginis Mariae et eorum, quorum reliquias continet sanctorum.

Anno dominicae incarnationis 1200. 12. Kal. Decembris consecratum est altare in su- Nov. 20.
periori capella a venerabili Frisingensi episcopo domno Ottone secundo in honore sancte
Trinitatis et in honore sancte Dei genitricis Marie.

Anno ab incarnatione Domini 1206. dedicata est aecclesia in superiori villa Sceftlaren 1206.
2. Kal. Decembris a venerabili Frisingensi episcopo Ottone secundo in honore sancte et Nov. 30.
individue Trinitatis et in honore sancte Dei genitricis Marie et eorum, quorum continet reliquias sanctorum: Petri apostoli, Iacobi apostoli, Dionisii episcopi et martiris, Georgii m., Mauritii m., Primi et Feliciani m., Sabini episcopi et m., Blasii episcopi et m., Christofori m., Cesarii m., sanctorum confessorum Martini episcopi, Nycolai episcopi, Corbiniani episcopi, Silvestri pape, Leonis pape, Oudalrici episcopi, Wolfgangi episcopi, sanctarum virginum Ceciliae v., Katerinae v., Severe v. et m., Digne, Eunomiae, Eutropiae, undecim milium virginum, de sepulchro Domini, Abrahe episcopi.

Anno dominicae incarnationis 1206. dedicata est aecclesia in Niuvarn[13] in Kalend. De- Dec. 1.
cembris a venerabili Frisingensi episcopo Ottone secundo in honore sanctae Trinitatis et in honore sanctae Mariae semper virginis.

Anno dominice incarnationis 1206. dedicata est ecclesia in Cell[14] in honore sancte Dec. 1.
Trinitatis et in honore sancte Marie virginis et sancti Michahelis archangeli a venerabili episcopo Frisingensi Ottone secundo in Kalendis Decembris.

Anno Domini 1268. 7. Idus Octobris dedicata est capella sancti Spiritus a venerabili 1268.
episcopo Frisingensi Chuonrado[15] in honore sancte et individue Trinitatis et victoriosissime Oct. 9.
crucis et beate Dei genitricis et virginis Marie.

Anno Domini 1284. indictione 12, 8. Idus Septembris dedicatum est altare ad omnes 1284.
sanctos in sinistra abside a venerabili episcopo Frisingensis ecclesie domino Emichone[16] Sept. 6.
in honore sancte et individue Trinitatis ac victoriosissime crucis et omnium sanctorum.

Anno Domini 1315. feria tercia ebdomade pentecostalis, que fuit tercio Idus Maii, con- 1315.
secratum est altare, quod est in atrio ante monasterium, a venerabili episcopo Frisingensi Mai. 13.
domino Chuonrado[17] in honore sancte et individue Trinitatis sancteque Marie virginis 17
gloriose et in honore sanctorum videlicet Andree apostoli et Christofori martiris, qui in eodem patrocinantur altari.

Anno dominice incarnacionis 1341. 10. Kalendas Maii, hoc est in translacione sancti 1341.
Dyonisii ariopagite, indictione 9. consecratum est altare sancti Augustini episcopi in am- Apr. 22.
bitu ante capitulum a venerabili episcopo Pelionensi nomine Augustino, tunc temporis a sede apostolica licenciato, ad peticionem fratris Chuonradi dicti Saechsenhauser, eiusdem structure fundatoris, istius ecclesie prepositi, anno sui regiminis vigesimo.

---

## CATALOGUS PRAEPOSITORUM SCHEFTLARIENSIUM.

Anno Domini 1140. data est ecclesia Scheftlarensis ordini Premonstratensi a venerabili domino domino Ottone Frisingensis ecclesie episcopo, huius nominis primo[18]. 18

Item anno prenotato honorabilis dominus Engelbertus[a], huius nominis et loci primus, in prelatum eligitur et ad instanciam prefati domini domini Ottonis, ecclesie Frisingensis episcopi nec non eiusdem ecclesie fundatoris, a sanctissimo Romane sedis antistite domino Innocencio huius nominis secundo, pontificatus vero ipsius anno 11, apud Lateranum publice confirmatur; necnon eciam ab eodem sanctissimo domino apostolico ordo Premonstratensis secundum regulam sancti[b] Augustini in ecclesia Schefftlarensi multis specialibus et prerogativis dignitatibus roboratur. Rexit hic annis 13 et resignavit[c].

Item a. D. 1153. dominus Eberhardus eligitur, et septimo anno moritur pridie Idus Ianuarii.

A. D. 1160. dominus Arnoldus eligitur, et quarto anno moritur 6. Idus Iunii.

a) Engel 1. 2. Engelpertus *Oefele*. *Cf. Innocentii II. bullam, M. B. VIII*, 512. b) beati 2. c) obiit 9. Kal. Maii. *Oefele*.

13) Neufahrn a Scheftlarn ad occidentem. 14) Zell prope Scheftlarn. 15) secundo, 1258—1279. 16) 1283—1311. 17) tertio, 1314—1322. 18) V. Ottonis tabulam, Mon. Boic. VIII, 511.

Item post hec a. D. 1164. dominus Hainricus, vir multe probitatis ac religionis, in prelatum eligitur, et in 36. anno ad Dominum transmigravit 5. Non. Iulii. Hic huic ecclesie multa bona fecit in prediis augmentandis, libris scribendis et bonis omnibus ampliandis.

A. D. 1200. dominus Wernherus pius pater eligitur, et 18. anno ad Christum migravit
19 4. Nonas Februarii[19]. Hic huic ecclesie multa bona fecit in edificiis construendo. Hic enim fundator est capelle sancte Marie et ambitus antiqui; sub ipso eciam tapecia huius ecclesie textili facta sunt opere valde bona.

Item a. D. 1218. dominus Chunradus prepositus eligitur, ac 39.[20] anno moritur 3. Kal. Februarii. Hic temporibus suis quam plura predia comparavit.

A. D. 1239. dominus Liupmannus in prepositum eligitur, et tercio anno deponitur[21].

Item a. D. 1241.[22] Ulricus Swevus preficitur, et 9. anno deponitur[23].

24 A. D. 1249.[24] Chunradus dictus Wisbaimer 10 diebus preest.

Item a. D. 1249. dominus Berchtherus huic loco preficitur, et post 10 annos resignat.

A. D. 1259. Hainricus dictus Chozmer dimidium annum[a] preest.

A. D. 1259. dominus Sighardus eligitur, et 5. anno propter suam negligenciam ac superbiam non solum ab ecclesia set eciam de provincia depellitur et penitus exstirpatur.

A. D. 1264. dominus Dietricus Swevus eligitur, et anno 9. occulte resignavit et sic ab ecclesia discessit, cum tamen huic ecclesie in multis multa bona fecisset, precipue in empcione curie nostre Vinkeln iuxta Bozanum, quam ipse comparavit sine dampnis[b] ecclesie pro 49 marcis.

Item a. D. 1273. dominus Berchtherus secunda vice eligitur, et[c] quarto anno moritur.

A. D. 1277. dominus Gerwicus eligitur, et post dies 20 moritur, et in his diebus emit 4 hubas et unum beneficium in Peygarten[d] pro 60 libris denariorum Monacensium.

Item a. D. 1277. dominus Fridricus, nacione de Swewing et de familia huius ecclesie, in prelatum eligitur, et anno 9. voluntarie resignavit.

Iul. 25. A. D. 1286. dominus Chunradus eligitur, et quarto anno moritur 8.[e] Kal. Augusti. Hic
emit curiam in Helachen[f] de domino Weichnando de Eyrespurch pro 70 libris denariorum
25 Monacensium cum omnibus suis adtinenciis, videlicet Haslach et vico Cchrebslehen[25].

Item a. D. 1290. dominus Chunradus dictus Witscheit in prelatum eligitur, ac postea[g] in abbatem consecratur, et post hec anno 5. deponitur.

A. D. 1295. dominus Hainricus dictus Giesinger preficitur, ac septimo anno per dispensacionem domini Premonstratensis voluntarie resignavit.

Item a. D. 1301. dominus Fridricus secunda vice eligitur, et anno quinto moritur. Hic emit curiam in Planchenhof pro 10 libris denariorum Monacensium.

A. D. 1305. dominus Ulricus dictus Tiufelhart eligitur, et post 9 menses moritur. Hic conparavit decimas in Holczhawsen et in Ampach, cum adhuc esset custos ecclesie.

Item a. D. 1305. dominus Chunradus, nacione de Swewing et de familia ecclesie, eligitur,
Febr. 24. gitur, et anno 13. moritur 6. Kalendas Marcii. Hic emit decimam in Waenelhausen et feodum unum in Pozzenhoven et dimidiam vaccariam in Müllberch et duas urnas vini an der Schal.

A. D. 1317. dominus Rudolfus eligitur, et post annos 3, ebdomadas 3, dies 3 moritur
Apr. 6. 8. Idus Aprilis.

Mai. 6. Item a. D. 1320. pridie Nonas Maii frater Chunradus dictus Saechsenhäuser, huius ecclesie canonicus, eligitur et in prelatum confirmatur. Hic enim multum studiosus fuit edificia ecclesie, que propter longevam etatem temporum ruinam minabantur, ad reformandum. Construxit enim ambitum novum cum lavatorio novo, preter alia edificia, que

a) *deest* 1. b) dampno 2. c) *deest* 1. d) Peigarten 2. e) 13. 2. f) Selathen 2. Gelachen *Oefele.* g) *hic desinit* 2.

19) In cod. delegationum Scheftl. I. fol. 174 manus saec. XIII scripsit haec: *Anno ab incarnatione Domini* 1218. *Werhero preposito de medio facto, Cuonradus prepositus in locum eius successit.* 20) Chunradus obiit anno 1239, cum praefuisset monasterio annos 22. V. supra Annal. Scheftl. maiores 1238 (1239). 21) immo iam a. 1240, vide Ann. Scheftl. maior. 22) immo a. 1240. 23) In cod. delegat. Scheftl. I. fol. 185 (Mon. Boic. VIII, 501.) manu saec. XIII. scripta haec sunt: *Anno gracie* 1249. *Ulrico huius loci preposito deposito, et per divinam dispensationem domno Berhtero in locum eius succedente* cet. 24) immo a. 1240. ante Ulricum. 25) V. tabulam Emichonis episcopi Fris., Mon. Boic. VIII, 535.

fecit et adhuc facere intendebat pro utilitate et commodo ecclesie et conventus. Hic eciam multum in librorum augmentacione laborabat. Scripsit enim tria matutinalia parva cum valde magno propria manu, cum adhuc subditus esset. Scripsit eciam unum matutinalem librum parvum valde bonum cum kalendario prescripto propria manu, cum factus esset prelatus, preter alios libros, videlicet gradualia, sermones, quos scripsit, qui usque hodie in conventu reperiuntur. Conparavit eciam duo antiphonaria magna in duobus voluminibus. Et hunc librum scribi iussit per fratrem Perchtoldum, tunc subpriorem. Plura vero adhuc in edificiis multis et libris fecit. Comparavit eciam speculum hystoriarum in quatuor voluminibus pro centum et septuaginta florinis. Insuper emit quatuor curias vinearum in montanis ab ecclesia Novecellensi pro 400 libris Monacensibus, quas invictissimus imperator Ludowicus ad instanciam precum suarum totaliter persolvit. Edificavit eciam novum chorum cum quinque fenestris subtiliter vitreatis, necnon novum dormitorium cum stuppa artificialiter reparavit pro commodo conventus; ac inferiorem domum nostrum infirmarie cum novo muro circumduxit et in longitudine et latitudine ampliavit. Construxit eciam duo molendina, videlicet Chünratzmül et Sachsenmül, ex novo, de quorum redditibus altare sancti Augustini in omnibus necessariis procuratur. De reliquis vero redditibus conventui
ordinaria servicia ministrantur. Obiit autem predictus pater anno Domini 1346. 16. Kalend. 1346. Dec. 17.
Ianuarii anno regiminis sui 26.

A. D. 1346. dominus Perchtoldus dictus Nöderdorfer, huius ecclesie canonicus, in pre-
latum eligitur et confirmatur, et in tercio anno moritur 4. Kal. Februarii. Hic multum labo- 1348. Ian. 29.
riosus fuit in libris scribendis, qui adhuc in conventu reperiuntur. Scripsit eciam hunc
librum, cum adhuc esset subprior.

Item in anno D. 1348. dominus Wernherus, vir multe probitatis et religionis, in pre-
latum eligitur, et in quarto anno ad Dominum transmigravit 14. Kal. Septembris. Hic multa 1352.
bona fecit ecclesie in libris scribendis. Scripsit tria matutinalia valde bona. Hic eciam Aug 19.
comparavit advocaciam curie nostre in Vichaüsen pro 13 libris Monacensium.

A. D. 1352. 2. Nonas Septembris frater Hainricus dictus Phanaer, huius ecclesie Sept. 4.
canonicus, in prelatum confirmatur. Hic vero rexit annos decem, et per dispensacionem domini Premonstratensis resignavit. Hic fuit fundator capelle corporis Christi in ambitu. Hic eciam quoddam pratum iuxta ecclesiam situm ex silvestris rubis et arboribus exstirpavit.

Item a. D. 1363. frater Ulricus dictus Osterhover, huius ecclesie canonicus, in 1363.
prelatum eligitur pridie Nonas Septembris. Hic comparavit decimam in Nassenhäusen, Sept. 4.
cum adhuc esset subditus. Obiit autem predictus pater in anno Domini 1380, 18. Kalend. 1380
Decembris. Nov. 14.

Item a. D. 1380. in Ydibus Decembris frater Iohannes, dictus Valer, natus de Mornaw, Dec. 13.
huius ecclesie canonicus et professus, eligitur et in prelatum confirmatur; actum festum
sancte Lucie virginis et martiris. Rexit autem pius pater 30 annos, et postmodum resigna-
vit ordinarie, libere et voluntarie. Item resignacio facta est in anno D. 1410. nativitatis 1410
sancte Marie virginis. Obiit autem predictus pater in anno Domini 1410. in Kalendis No- Sept. 8.
vembris. Hic enim multum studiosus, prudens et famosus bene moderatus fuit. Item com- Nov. 1.
paravit et laboravit tempore regiminis sui ecclesiam in Scheyringen[26] iacentem in Licu 26
penes castrum Liechtenberg[27], una cum decima tam parva quam magna, que in perpetuum 27
annexa est monasterio sancti Dyonisii martiris necnon sancte Iuliane virginis et martiris
patronorum in Schefftlern; actum in a. D. 1404. Comparavit etiam unum antiphonarium 1404.
magnum partem estivalem de tempore et de sanctis; eciam organum novum et bonum;
actum in a. D. 1407. Item emit curiam unam et hubam unam, sitas in Pücherdorff. Emit 1407.
eciam unam curiam sitam in Wangen, et alia multa bona fecit in edificiis in emptionibus
librorum[a], quos et quas acquisivit tempore regiminis sui. Requiescat in pace amen.

Item[b] a. D. 1410. exaltacionis sancte crucis dominus Iohannes natus de Trosperg, 1410. Sept. 14.
huius ecclesie canonicus, in prelatum eligitur et confirmatur. Hic multa bona fecit et specialiter in reconstruccione domus nostre in Monaco existentis. Etiam construxit novum atrium monasterio annexum cum quinque altaribus ibidem reedifficatis. Et rexit 28 annos et resignavit. Hic eciam duo sacraria testudinavit et eciam librariam.

a) libros 1. b) *hinc variae manus.*

26) Scheuring ab Augusta ad meridiem. 27) Lichtenberg ad Licum fluv.

1438. Nov. 10. Item a. D. 1438. in vigilia sancti Martini dominus Hainricus dictus Sagsth, huius eccle-
sie canonicus in prelatum eligitur et confirmatur. Hic emit domum unam retro domum
nostram in Monaco existentem, preter alia bona que fecit. Et rexit 19 annos, et moritur
1457. Nov. 13. dominica post festum sancti Martini anno 1457.

Dec. 1. Item a. D. 1457. proxima die post Andree apostoli dominus Wilhelmus Oberndarffer
eligitur et in prelatum confirmatur. Hic multum laboriosus fuit pro utilitate monasterii,
precipue circa flumina dictus Isera. Construxitque novam prepposituram, preter alia multa
1463. Ian. 25. bona que fecit; et rexit annis septem, et ipsa die conversionis sancti Pauli diem clausit
extremum a. 1463.[a]

a) *cetera omisit.*

# ANNALES ET HISTORIAE

# ALTAHENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Quum inferioris Altahae, celeberrimi ad Danubium in dioecesi Pataviensi siti monasterii Benedictini, historias recognoscendas suscepissem, omni sum ope annisus, ut scriptos loci illius libros per bibliothecas tabulariaque mirabiliter dispersos, quoad facultas ferret, aut ipse ubiubi asservarentur aggrederer aut humanissimi, quorum curis codices mandati sunt, viri huc transmitterent. Quare evenit, ut plures paullatim mihi paterent codices Altahenses, quorum principes sunt isti:*

A. *Liber maxima forma membranaceus saec. XIII. bibliothecae Caesareae Vindobonensis, hist. eccl.* 29, *Ekkehardi chronicon et Hermanni Altahensis annales potissimum continens, de quo cf. Archiv III,* 477. 478. *VII,* 474—481. *X,* 451.

B. *Tabularii Caesarei Vindobonensis codex forma quadrata membr. saec. XIII, in quo variae Hermanni abbatis eiusque successorum quorundam et tabulae et relationes insunt, quas paene omnes vulgavit Chmel in Archiv für Kunde österr. Gesch.* (1848.) *I,* 1—72. *Fontes Rer. Austr.* (1849) *II,* 1, 136—160. *Sitzungsberichte der philosophisch-histor. Classe der kaiserl. Akademie* (1853) *X,* 235—258. *XI,* 875—953. *Notizenblatt* (1854) *IV.* (1855) *V.* (1856) *VI.*

C. *Hermanni abbatis codex forma maxima membr. saec. XIII, in tabulario regio Monacensi asservatus et ab editoribus Monumentorum Boicorum tomi XI multum adhibitus, qui praeter tabulas plurimas alia quoque comprehendit saeculi XIII et XIV monumenta ad res Altahenses pertinentia.*

D. *Eiusdem tabularii Monacensis codex membr. saec. XIII et XIV, in quo Wernhardus abbas et de initiis suis narrationem et de sua monasterii administratione* (1289—1317) *tabulas poni iussit.*

E. *Necrologium Altahense membr. saec. XII, quod Ienae tenetur (cod. Bosianus in* 4. *N.* 1); *de quo refertur in Archiv XI,* 508. 509.

F. *Qui Lipsiae habetur in bibliotheca senatoria codex membr. saec. XIII, vitas passionesque sanctorum plurimas comprehendens, de quo vide sis Naumanni catalogum p.* 59 *n. CXCV.*

*Quae opera autem ex codicibus illis Altahensibus arcessivi, ea maiore ex parte debentur* a b b a t i  H e r m a n n o. *Is vero, natus anno aut* 1200 *aut* 1201[1], *quando in monasterium Altahense se abdiderit, non est cognitum. At illic tanto*

1) Obiit enim 1275. Iul. 31. „anno vitae suae 75", ut tradit infra Heinricus Stero.

*opere inter ceteros monachos excelluit, ut Ditmarus abbas (1232—1242) di-
gnum eum duceret, qui legatus et Veronam et bis Romam mitteretur, ac re-
manserunt usque ad nostram memoriam duae Gregorii IX. bullae, quarum alte-
ram constat Laterani die 15. mens. Martii 1239, alteram ibidem die 12. mens.
2 Aprilis 1240. abbati illi per Hermannum impetratam esse[2]. Nec quidquam est
dubitationis, quin die 27. m. Ianuarii a. 1242. in coenobio custodis officium
gesserit Hermannus[3], in ampliorem gradum post paullo ascensurus. Protinus
enim quum die 27. Octobris 1242. vivere Dithmarus desiisset[4], eodem die[5] Her-
mannus monasterio praefectus abbas est. Exinde Vindobonam petiit, ubi a Rud-
gero episcopo Pataviensi in ecclesia S. Antonii consecratus est d. 9. m. Novem-
bris, expeditisque quibusdam monasterii in Austria negotiis, die 25. Novem-
3 bris redux a laetis fratribus excipitur[6]. Abbatia autem in regenda rebusque
domesticis tuendis quanta Hermannus fuerit et industria et pietate, hospitalitate,
humanitate, sapientia, quum ab eius aequalibus memoriae proditum est[7], tum
ipse mirum quot vestigia reliquit in iis, quos supra dixi, codicibus A, B, C.
Cuius permulta acta illa, quae ad ipsum monasterium plerumque spectant,
quamquam non est nostrum hoc loco persequi singulatim, tamen hoc dignissi-
mum notatione videtur, summorum illius aetatis hominum usu non caruisse Her-
mannum. Etenim, ut multa omittam, Innocentius IV. papa d. 2. Martii 1247.
mandatum ei dedit, ut Benedictinos abbates et Pragensis et Olomucensis dioe-
8 ceseos ad capitulum singulis annis celebrandum cogeret[8]; in Otakari Bohemiae
regis aula m. Octobri a. 1258 Welis versatus est, quemadmodum ex tribus
illius diplomatibus[9] potest perspici, deque regis eiusdem voluntate a. 1261
Alexandro IV. papae supplicavit pro Gunthero eremita in sanctorum numerum
referendo[10]; Heinricum I. Bavariae inferioris ducem scimus invitatu Hermanni
anno 1258. dies paschales Altahae egisse[11] et eius filium Stephanum a. 1271.
12 ab abbate christianis sacris initiatum esse[12]. — Erat autem in eo haud me-
diocris illo quidem tempore historiae tractandae et navitas et facultas. Reliquit
enim tum suae aetatis annales tum libellos de institutione deque advocatis mo-
nasterii Altahensis ac de rebus gestis suis, quorum opusculorum unum quodque
posterius considerabitur. Tabulas etiam et priorum et suorum temporum ad
monasterium Altahense pertinentes satis laudabiliter in tria illa volumina A, B,
C. c gendas curavit, et postulanti Ottoni episcopo Pataviensi (1254—1265)
misit quartum librum „omnia privilegia ecclesiae suae a sede apostolica et a
pontificibus ecclesiae Pataviensis tradita“ continentem[13]. Itaque quum abbatiae
praefuisset amplius annis triginta, iam senex viribus desertus sponte sua se
14 abdicavit munere d. 12. m. Martii a. 1273.[14], transactisque valetudine incom-
moda annis duobus, quum quinque et septuaginta annos natus esset, naturae
concessit die 31. Iulii 1275.*

*Atque haec de iis, quos adhibui, codicibus Altahensibus et de Hermanni vita primum dicenda videbantur, quo commodius deinceps, quae scripta sumus edituri, ea singillatim tractaremus.*

*I. Auctarium Ekkehardi Altahense inscripsi accessiones eas, quae*

2) V. infra De advocatis Altahensibus. 3) Vide novissimam adnotationem ad libellum De advocatis Altahensibus infra. 4) V. De advocatis Altah. 5) V. Hermannum de rebus suis gestis I. 6) V. ibid. 7) V. in Hermanni annalibus additiones ad a. 1273 *de Hermanni abdicatione* et *Heinricus Steoro de Hermanni morte.* 8) V. Erben Regest. Bohem. p. 544. n. 1164. 9) ap. Hagn Urkundenbuch von Kremsmünster p. 113—115. 10) V. litteras in Mon. Boic. XI, 58. 11) V. Heinrici ducis diploma in Quellen und Erörterungen zur Bayerischen Geschichte V, 161. 12) V. Hermanni annales 1271. 13) V. Mon. Boic. XXIX, 2. p. 1 sq. 14) V. Herm. De rebus suis gestis 1273. et De Hermanni abdicatione in Annalibus ad 4273.

*in cod. A. fol.* 10—144. *admixtae sunt Ekkehardi chronico, in anno* 1106 *desinente. Quarum quidem partem ipsa saec. XIII. manus, qua chronicon Ekkehardianum est exaratum, interseruit, atque auctarii nostri quidem annos hos:* 592, 594, 651, 653, 654, 674, 679, 680, 682, 684, 711, 788: Hic est Thessalo — constituit, 975, 990, 991, 997, 998, 1005, 1008, 1012, 1022, 1023, 1025, 1027, 1033: Monasterium — consumitur, 1034, 1037, 1038: Presulis — petivit, 1049, 1055: Quo tempore — equiparandus, 1062, 1064, 1067. *Cetera in locis vacuis relictis et in marginibus posuerunt omnia plures eiusdem saeculi eaeque paullo aetate posteriores, ut videntur, manus, quarum ductus etiam in Hermanni annalibus, qui in eodem insunt volumine, in conspectum veniunt; ut sit manifestum, ad ipsum Hermannum et eius scribas si non universum auctarium, at partem tamen eius aliquam oportere referri. Eo autem auctarii pretium longe maximum continetur, quod sunt in eo fragmenta veterum illorum annalium Altahensium, qui non iam exstare videntur, quosque mira et industria et sagacitate Wilhelmus Giesebrecht V. Cl. in suo libro, quem dixit „Annales Altahenses" (Berlin* 1841*), conatus est restituere ex Bavaricis temporis posterioris chronicis et potissimum quidem e Staindelii chronico apud Oefele SS. RR. Boicarum I,* 420*sq. Quarum etsi reliquiarum minor quam optes numerus est, eam tamen auctarium habet utilitatem, ut non modo et certas et hic illic emaculatas et novas quasdam annalium deperditorum particulas teneamus, sed de universis etiam annalibus queamus paullo tutius existimare, propterea quod ex illo perspicuum fit, a Staindelio praeter alios libros ipsum nostrum quoque codicem A. pervolutatum esse. Quae enim in auctario manus plures ex pluribus, quos paullo post indicabo, fontibus aggesserunt, ea saepius eodem modo inter se connexa reperiuntur apud Staindelium, cui etiam Hermanni annales ex eodem codice A. fuisse cognitos, indicia similia in promptu sunt. — Praeter annales autem Altahenses scriptoribus auctarii praesto fuerunt: Annales Fuldenses*[15]*, Herimanni Augiensis, Hildeshemenses, Mellicenses, Sancti Rudberti Salisburgenses, Chronica Ekkehardi et Ottonis Frisingensis, Vitae pontificum Romanorum, S. Godehardi*[16]*, S. Cerbonii, S. Corbiniani, S. Emmerammi, S. Ruperti, Passio Tiemonis, Genealogia marchionum Austriae, Concilium Dingolfingense, notae variae Ratisponenses et Bohemicae, diplomata quaedam, Lex Baiuvariorum. Nec mirum est, tantam litterarum varietatem Altahensibus patuisse. Siquidem Altahae iam pridem vigebant studia, cuius ex schola et nono et decimo et undecimo saeculo exstiterunt episcopi abbatesque praeclari, qui nomen coenobii illustre reddiderunt. Quam facile igitur putes accidisse, qui loci tum historiae vinculis tum ordinis institutis tum fraternitatum societate cum Altaha coniuncti erant, ut ex iis monumenta litterarum ad monasterii bibliothecam affluerent. Mitto recensere ecclesias monasteriaque omnia, cum quibus varia necessitudinis vincula procedentibus annis contraxerit Altaha, satisque habeo fraternitates quasdam, quae testimonio sunt frequentis monasteriorum commercii, ex codice E. in annotationibus proponere, ab Altahensibus saeculo XIII aut initas aut renovatas cum monachis Altahae superioris*[17]*, cum Affligemensi-*

15) quorum exemplum Altahense hodie Lipsiae servatur in bibl. senatoria Nr. 422; v. Naumanni Catal. p. 134. 16) cuius vitam a sese adhibitam esse in libro De institutione monasterii, ipse declarat Hermannus. 17) In fol. 78 leguntur hae litterae d. d. 7. Maii 1299: *Religiosis viris et in Christo dilectis, domino Wernhardo venerabili abbati in Altah inferiori et conventui ibidem, Ch . . . Dei gratia abbas in Altach superiori et conventus eiusdem loci Ratisponensis dyocesis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ut inter nostrum et vestrum monasteria devocionis sinceritas, que inter ea caritativo affectu hactenus viguit, propensius augeatur, et ut ei mutue caritatis zelo reddamus obsequium, cui sub eiusdem regula in hoc exilio militamus, talem inter nos et vos et nostram et vestram ecclesias pactorum et fraterni-*

**bus[18], cum Cladrubensibus[19], Hildeshemensibus[20], Lilienfeldensibus[21], Pruveningensibus[22]**

tatis subivimus unionem, videlicet ut plenam participacionem oracionum et omnium spiritalium beneficiorum, que dante Domino in nostra ecclesia fiunt, habeatis in vita pariter et in morte. Hoc adiecto, quod cum obitus alicuius vestrum nobis fuerit nunciatus, a quolibet sacerdote dicentur tres misse, ab inferiorum vero graduum quolibet dicetur unum psalterium, adiunctis tribus corporalibus disciplinis; illiterati vero dicent centum et quinquaginta vicibus Pater noster. Preterea singulis annis post dominicam, qua cantatur Domine in tua, proxima vacante feria generaliter pro omnibus fratribus, defunctis in vestro monasterio, apud nos specialis commemoracio fiet; talis videlicet, ut pulsatis campanis vigilie defunctorum et in mane missa una cantetur publice in conventu. Ad supradicta autem universa et singula astringi volumus et ligari, si vos in eis omnibus et singulis parem nobis vicem et similem vicissitudinem faciatis. In quorum omnium evidentiam presentes litteras vobis damus, sigillorum nostrorum robore communitas. Datum anno Domini 1299, indictione 12, in crastino Iohannis ante portam Latinam. 18) Fol. 60 habentur hae litterae d. d. 25. Maii 1255: Religiosis et in Domino honorandis viris Hermanno, Dei gratia monasterii de inferiori Altah venerabili abbati, eiusdemque loci conventui ordinis sancti Benedicti Pataviensis dyocesis, frater Iohannes dictus abbas Haffligemensis et ipsius monasterii conventus eiusdem ordinis, Cameracensis dyocesis, orationes suas qualescumque cum salute et sincera in Domino karitate. Karissimorum nostrorum fratrum Guntheri et Poponis, monachorum vestrorum, latorum presentium, religiosis precibus inclinati, si tamen sic vobis placet, spiritualis fraternitatis societatem et fedus inter nos et vos in perpetuum observandum constituimus et ordinavimus in hunc modum, quod singulis annis post ascensionem Domini proxima vacante feria omnibus apud vos defunctis in nostro monasterio, et pro nostris defunctis in vestro monasterio pulsatis campanis officium unum fiat, videlicet in vesperis vigilie ex integro, ut est moris, et in mane missa una publice in conventu; preterea ad unam missam privatam ipso die singuli presbiteri teneantur. Alii inferiorum ordinum litterati quinquaginta psalmos dicant, et qui litteras nesciunt, tociens Pater noster. Supradictis autem ex placito nostrorum fratrum Gunteri et Popponis hoc addimus, quod vobis, pater venerabilis, domine Hermanne, hoc concedimus et predictis duobus fratribus, ut cum cuiuscumque vestrum trium obitus nobis fuerit intimatus, tantum pro vobis facere teneamur, quantum pro nostris invicem facere consuevimus; ad idem teneamini, cum alicuius nostrum obitum vobis contigerit nunciari. In cuius rei testimonium et munimen ego abbas sigillum meum apposui, capituli Haffligemensis accedente beneplacito et consensu, cui etiam sigillo meo complacuit in hiis litteris sigillandis. Valeat in Christo vestra karitas et proficiat in perpetuum. Datum in die sancti Urbani, anno Domini 1255. — In fol. 4' scripta haec sunt: Isti sunt fratres Affligemenses: Heinricus prior, Symon, Franco, Nycolaus, Heinricus, Heinricus, sacerdotes et monachi obierunt. Conversi: Gysilbertus, Gosvinus, Stephanus, Heinricus, Wilhelmus obierunt. 19) Fol. 83 continet tabulam hanc d. d. 8. Iul. 1260: Geste rei noticia propagatur in posteros, cui venit robur firmius a testimonio litterarum. Notum sit igitur singulis et universis fratribus, in monasterio Altahensi Deo militantibus seu militaturis, quod nos Hermannus, Dei providentia abbas Altahensis ecclesie, annuentes iustis peticionibus venerabilis domini Reinheri, abbatis Cladrubensis monasterii, de unanimi fratrum nostrorum voto fraternitatem ex antiquo inter ecclesiam nostram et ipsius contractam renovavimus et plenam sibi et fratribus suis concessimus, tribuentes eisdem omnium beneficiorum, que in ecclesia nostra fiunt, largam participationem. Acta sunt hec in monasterio Altahensi anno Domini 1260, 8. Idus Iulii. 20) In codicis fol. 52 et 52' insunt tres hae tabulae: a) Venerabilibus dominis in Christo diligendis, Wernhardo, venerabili abbati sancti Mauricii Altahensis cenobii, necnon sacro eiusdem ecclesie conventui Hildebrandus, permissione divina abbas, et conventus monasterii sancti Godehardi in Hildensheim orationes in Christo et obsequium indefessum. Paternitati vestre presentibus innotescat, fratrem Ludwicum, nobis anno iam elapso destinatum, se humeros suos ad portandum onera paciencie tamquam columpnam validam expandisse. Unde ipsum profitemur nostri cenobii collegio ut decuit humiliter ambulasse; recte virum eximium murmuris scrupulo carentem dicimus et honestum, omni dubio sopito nostre congregationi prefatum, si sibi visum fuisset, perhenniter copulasse. Quoniam utpote vir fortissimus, vester quondam antecessor D(ietmarus) abbas reverendus in Christo, cum predecessore L(udoldo) venerabili abbati nostro inter vos et nos fraternitatem prehabitam renovavit, nos enim ac capitulum nostrum quamplurimum promittentes quecumque uni nostrum vivo vel defuncto iure professionis seu ratione consuetudinis, eadem unicuique vestrum totaliter assignantes. In signum renovandi fraternitatem hoc scriptum nostris sigillis iussimus communire. Datum anno Domini 1297, Marcelli pape (16. Ian. 1297). — b) Venerabilibus viris abbati totique cenobio Altahensi Ab. Dei gratia decanus totumque Hildenensis ecclesie capitulum orationes in Christo devotas. Oracionum communicare suffragia nos sacra commonent instituta. Hinc est, quod cum ex antiquis nostris libris didicerimus et dilecto fratre Ludwico regerimus (sic), fratres predicti cenobii nostre ecclesie in Christo fore fratres, fraternitatem presentibus renovamus, facientes eosdem participes omnium bonorum, que in nostra Hildenensi ecclesia die ac nocte fiunt. Et hoc notum esse volumus presenti scripto, sigillo nostri capituli communito. Anno Domini 1297, in die beati Marcelli pape et martiris gloriosi (16. Ian. 1297). — c) Religiosis[a] viris domino Hildebrando abbati totique conventui monasterii sancti Godehardi in Hildensheim Wernhardus, Dei gratia abbas in Altah inferiori, et conventus ibidem orationes humiles in domino Iesu Christo. Ut vestrum nostrumque monasteria, que Deus unius et eiusdem patroni, sanctissimi videlicet pontificis Godehardi, patrociniis

a) Hanc epistolam in cod. male servatam ope archetypi, quod Hannoverae habetur, corrigere licuit gratissima Grotefendii V. Cl. benevolentia.

*II. Annales ducum Bavariae exiguos levesque, ex Vitis Corbiniani, Emmerammi, Gregorii II, Chronico Ekkehardi, Annalibus S. Rudberti cet. corrogatos, in codicis A. fol.* 51′ *posuerunt saeculi XIII manus duae. Inde sumpsisse videmus eos, a quibus proximo saeculo Auctarium Mellicense*[23] *confusum* 23 *est, ut fidem faciunt praecipue anni* 593, 617, 652; *nam et quae in codice nostro prior scripsit manus et quae posterior partim delevit partim addidit corrigendo, ea utraque inter se pugnantia reperiuntur in auctario illo.*

*III. Catalogum abbatum Altahensium inveni:* 1) *in codice C., ubi fol.* 62 *fieri paullo post a.* 1279. *coeptus est, prima enim saec. XIII. manus pervenit usque ad Albinum abbatem; variique scribae subsequentia attulerunt;* 2) *in cod. E. fol.* 157′*sq., ubi iam ante a.* 1242. *quidem ad scribendum accessit manus prima, quippe quae in Dietmaro abbate desinat, sed resecto margine plura nomina sunt mutilata.*

*gaudere donavit, una et indivisa fraternitatis mutue subventione letentur iuxta illud veridicum testimonium sapientis: Frater qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma, modum fraternitatis, quam vos volumus habere nobiscum, per presentia placuit declarare, quod scilicet vos constituimus participes bonorum, que pro fratribus nostris facimus et faciemus Domino concedente, precipue cum illis memoriam habituri vestrorum defunctorum* 3. *Non. Septembris in vigiliis defunctorum sollempnibus et in missa publice in conventu. In cuius rei etc. Datum anno Domini* 1297. *in die beati Mathie apostoli* (24. Febr. 1297). 21) In fol. 111 positae sunt litterae hae, d. d. 27. Sept. 1292: *Reverendo in Christo patri pariter et amando domino Wernhardo, Dei gratia venerabili abbati in Altah inferiori, totique conventui ibidem, frater Ch. dictus abbas in Lilienvelde cum universitate conventus eiusdem loci salutem et orationum suffragium salutare. Exigente pie devocionis affectu, quem ad ordinem nostrum intelleximus vos habere, peticioni vestre, nobis per dominum F. confratrem vestrum oblate, benigno concurrentes affectu, damus vobis vestroque conventui plenam participacionem omnium bonorum, que fiunt ac de cetero dante Domino in domo nostra fient, in sancta missa, in vigiliis, in ieiuniis et in aliis piis laboribus et exerciciis in vita pariter et in morte; ita quod cum obitus vester nostro fuerit conventui nunciatus, ibidem sicut unus nostrum absolvemini omniumque missarum et orationum, quas in ipso annis singulis pro fratribus nostris iniungimus faciendas, plenum eritis consorcium habituri. Set quoniam caritatis operibus caritatem condecet similibus respondere, participium bonorum omnium, que virtutum domino in divinis laudibus plusque piis laborum exercitiis in vestro monasterio exhibentur, in equipollentiam vobis exhibite caritatis, devote requirimus et rogamus. Datum anno Domini* 1292, *sub die sanctorum Cosme et Damiani.* 22) Fol. 140′ praebet tabulam hanc, d. d. 30. Iunii 1280: *Religiosis viris et in Christo dilectis, domino Volchmaro, venerabili abbati in Altah inferiori, et conventui ibidem Bruno, Dei gratia humilis abbas ecclesie sancti Georii in Pruoveningen, totusque eiusdem loci conventus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ut inter vestrum et nostrum monasteria devocionis sinceritas, que inter ea caritativo actu actenus viguit, propensius augeatur, et ut ei mutue caritatis zelo reddamus obsequium, cui sub eiusdem ordinis regula in hoc exilio militamus, talem inter vos et nos et vestram et nostram ecclesiam pactorum et fraternitatis subivimus unionem, videlicet ut unum vel plures ex fratribus vestri monasterii, quandocumque per suum abbatem per commendaticias litteras petentem, ut recipiatur, ad nos missus vel missi fuerint, debeamus sicut unum ex confratribus nostris recipere ac pro petito per ipsum abbatem tempore in nostro monasterio*[a] *observare. Set ne ex hac mutua fraternitate locum in duobus monasteriis reputet quispiam se habere, ad secreta nostri capituli transmissum taliter volumus non admitti. Pro defunctis vero abbatibus sive fratribus vestris, de quorum obitu nobis constiterit, in nostra ecclesia missarum et vigiliarum pro quolibet singulariter per nos talis fiet oratio, videlicet quod eo die, quo de alicuius vestrum certificati erimus obitu, in vesperis vigilias et de mane missam pulsatis campanis cantabimus sollempniter cum conventu, et in ipsa die ad unam missam privatam tenebitur quilibet sacerdotum. Item per quemlibet sacerdotem dicentur postmodum tres misse, per inferiorum vero graduum quemlibet dicetur una tociens Quinquagena, et ab illiteratis totiens Pater noster. Preterea singulis annis post dominicam, qua cantatur Domine in tua, proxima vacante feria generaliter pro omnibus fratribus defunctis in vestro monasterio, apud nos specialis commemoratio fiet, talis videlicet, ut pulsatis campanis vigilie ex integro et in mane missa una cantetur publice in conventu; et ad unam privatam missam ipso die singuli presbiteri teneantur; inferiorum vero graduum litterati et illitterati ordine quo supra. Ad supradicta autem universa et singula astringi volumus et ligari, si vos in eis omnibus et singulis parem nobis et nostris vicem et similem vicissitudinem faciatis. Pro vobis autem, domine Volchmare abbas, in morte vestra in missis, vigiliis et orationibus omnia faciemus, que pro abbate nostri loci apud nos fieri sunt consueta. In quorum omnium evidenciam presentes litteras vobis damus, sigillorum nostrorum karacteribus communitas. Datum Pruveningen, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, in crastino beatorum apostolorum Petri et Pauli.* — De fraternitate Altahensium et Chremsmunsteriensium v. tabulas d. d. 21. Iunii 1259. et d. 4. Iulii 1284. in Urkundenbuch von Kremsmünster p. 117 et 140. 23) supra SS. IX, 535.

a) in nostro monasterio tempore *cod.*

*IV. Nomina monachorum Altahensium minime inutilia, et eorum quidem, qui sub Godehardo (*997—1022*), Wenzlao (*1063—1068*), Hermanno (anno* 1256*), Volchmaro (a.* 1280*) abbatibus incoluerunt Altaham, consignata litteris sunt manibus saeculi XIII. in cod. C. fol.* 77, 74, 69, 116. *Antehac prodierunt in Heidenii Des Klosters Niederaltaich kurze Chronik, Regensburg* 1732. 4° *p.* 61, 98, 99 *et in Lackneri Memoriali seu Altachae inferioris memoria, Passavii* 1779 *fol. p.* 137—140.

*V. Hermannus abbas de institutione monasterii Altahensis conscripsit ex Wolfherii vita Godehardi II, Ekkehardi chronico, Gerhardi vita Udalrici, annalibus tabulisque ipsius coenobii.*[24] *Quam quidem relationem non multo post* 15. *Ian.* 1242. *ac certe ante* 29. *Nov.* 1253. *expeditam esse, perspicuum fit ex extremo libello, ubi: sub Ottone II duce Bavariae (quem, suscepta post* 15. *Ian.* 1242. *monasterii advocatia, abiisse e vita* 29. *Nov.* 1253. *scimus)* speratur *inquit scriptor* presens ecclesia reformari. *Post* 21. *Sept.* 1271. *autem eadem historia, coacta in angustum novissima parte, iterum descripta est cum brevi de monasterii consecrationibus narratione. Atque* 1) *in cod. B. fol.* 4, 15, 13 *est manu saec. XIII. collocata prior relatio, cui alia eiusdem saeculi manus nonnulla admiscuit;* 2) *codex vero bibliothecae regiae Monacensis, Bav.* 807, *chartac. forma quadrata saec. XIV. fol.* 5—11. *opusculum servat commutatum. — Editiones curaverunt Freher in Andreae presb. Ratisponensis chronico, Ambergae* 1602. 4° *p.* 171 *sq., Beneventura Piter: Thesaurus absconditus S. Guntherus, Brunae* 1762. 4° *p.* 9—14, *Chmel in Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen I,* 1848. *p.* 14—20, *ex quibus primus codicem* 2, *secundus et tertius codicem* 1 *sunt secuti. Equidem proposito ex codice* 1 *opusculo integro adiunxi codicis* 2 *additamentum.*

*VI. De advocatis Altahensibus narrationem multis modis cum eo, quo nuperrime dixi, opusculo convenire, facillime perspectu est. In ea quoque conficienda scriptor, adhibitis ut exordium declarat monasterii tabulis, vivo Ottone II. duce, advocato Altahensi, itaque spatio annorum* 1242—1253. *versatus est.* Otto *enim inquit* cuius studio totus comitatus in optatam pacem et necessariam reformatur. *Huc accedit, quod in codice C, qui unus fol.* 51 *exhibet libellum, prior saec. XIII. manus finem scribendi fecit verbis his:* Ditmarus abbas obiit, cui successit Hermannus abbas, *quod utrumque a.* 1242. *constat evenisse; clausula autem de Hermanni abdicatione et electione Albini:* Qui rexit — huius monasterii advocato *alia manu post a.* 1273. *addita est. Quum haec ita sint, etiam ista relatio scriptori Hermanno abbati haud dubitanter tribuenda est. In lucem antehac bis prodiit ex eodem codice: in Monum. Boic. XI,* 19—23. *et in Boehmeri Font. III,* 564—567.

*VII. Genealogia Ottonis II. ducis Bavariae et Agnetis ducissae manu saec. XIII. relata est in codicem B. fol.* 130, *ibidemque fol.* 129' *habetur etiam is, quem genealogiae adieci, libellus haereditatum Ludovici et Ottonis ducum Bavariae; quo ex codice paratae sunt Leibnitii quoque (SS Rer. Brunsv. II,* 21. 22*) et Boehmeri (Font. III,* 560—563.*) editiones. Est vero manifestum, utramque notationem duce Ottone II, ideoque ante a.* 1253. *factam esse, verique est simillimum, scriptorem fuisse Hermannum abbatem. At in propaginibus enumerandis crebrius erratum esse, attente legentem minime fugiet*[25].

24) In lemmate significat Hermannus, se esse usum *Vita S. Godehardi et chronicis ac privilegiis ecclesiae.*
25) Afferri placet hoc loco nonnullas notas, quae manibus saec. XIII. in codice C. positae sunt:

*VIII. Hermannus abbas de rebus suis gestis notationes quasdam reliquit. Et primum quidem initia sui muneris breviter exposuit prooemio collectarum administrationis suae tabularum, postea autem de aedificiis potissimum a sese vel dirutis vel commutatis vel exstructis secundum annorum ordinem est persecutus. Quae quidem notationum ratio intelligitur optime ex* (1) *codice B, ubi manu saec. XIII. notatio prior in fol.* 5′ (Ego Hermannus — notitiam transfundenda), *fol.* 6 (Nec mirari — contigit interesse), *fol.* 8′ (Peractis deinde — dare studuimus) *exarata est; posterius vero opusculum separatim legitur in fol.* 43′. *At* (2) *in cod. A. fol.* 172 *utramque materiam, conductam unum in locum, posuit saec. XV. scriba, nonnullis additamentis intermixtis, ut appareat, eum alio ac superiore codicis B. exemplo esse usum. Ex cod.* 1. *(B.) utrumque libellum edidit Piter Thesaurus absconditus S Guntherus p.* 14 — 16, *priorem tantum Chmel in Archiv für Kunde Oesterr. Gesch. I,* 20, 21; *sed codicem* 2 *(A.) secutus est Boehmerus Font. II,* 522—524. *Nostrum vero exemplum ex duobus illis codicibus sic procurandum duxi, ut et discernerentur opuscula, nec codicis* 2 *accessiones desiderarentur. Praeterea de dedicationibus anno* 1253. *et* 1262. *actis narrationes, quae insunt in cod. F. fol.* 57′ *et* 163 *commodis locis annectendas curavi.*

*IX. Hermanni abbatis annales utilitate longe ceteris eius scriptis excellunt, propterea quod in Altahensibus rebus se non continent, sed iis universae*

a) *Sentenciatum est coram nobis, quod, quicumque perdit graciam abbatis, ab illo die, quo super hoc impetitus fuerit et convictus, usque ad quatuordecim dies debet esse sine lesione rerum et persone. Quod si infra tempus tale graciam abbatis non acquisierit, tunc abbas intromittet se de beneficio vel hereditate sua et aliis rebus suis, et personam coget per advocatum ad reconciliacionem gracie et iusticiam faciendam. Causa autem huiusmodi culpe talis est: si duxerit uxorem extra familiam, vel si abbas precipit sub obtentu gracie sue aliquid fieri quod iustum est vel vitari quod iniustum, et similes casus. Et hoc de ministerialibus et colonis.* — b) *Subscriptum ius habet ecclesia in quibusdam hominibus. Si quis genuerit filium ex muliere, que est ecclesie, et non est uxor sua, iste puer dicitur chebschint. Qui in puericia, postquam videre potuerit cacumen domus quod dicitur virst, tunc ille qui dicitur chuntmeister, quod officium habet Alhardus Geumannus in feodo ab ecclesia, debet indicere parentibus pueri, ut redimant eum a servitute, ut possit legitimari et hereditatem habere. Si hoc impetraverint ab abbate, tunc ille chuntmaister accipiet ab eis quinque denarios et coram parrochiali ecclesia publicabit, puerum illum exemptum esse a servitio maioris census, et habere ius quod habent homines hereditarii, et possit ac debeat admitti ad dandas sententias, et causarum valeat esse testis. Hereditatem autem paternam vel maternam non possidebit, nisi tantum quantum sibi donabitur ab eisdem. Quod si predicta omnia usque ad annos pueri legitimos neglecta fuerint, et postquam idem puer tam magnus factus fuerit, ut possit in anno triginta denarios deservire, tunc ille chuntmeister debet ei indicere, ut se redimat, ut superius est expressum. Et si fecerit, recipiet ab eo viginti quatuor denarios et ius sibi datum publicabit coram ecclesia, sicut supra. Si autem hoc predictus homo, sive sit masculus sive femina, facere contempserit, tunc predictus chuntmeister intromittet se de omnibus rebus suis, et duas partes dabit camerario ecclesie, ac sibi terciam retinebit. Insuper captivum ducet eum et tradet eum in quamcumque curiam ecclesie, ubi abbas voluerit, et ibi perpetuo serviet sicut proprius servus. Ex officio etiam illius chuntmeister est illud, quod si aliquis homo hereditarius furtum fecerit vel talem pugnam que videatur afferre mortem aut schachprant vel aliam culpam habuerit, pro qua ei iure abiudicari debet hereditas et omnia iura, si gratiam abbatis et advocati pro hoc acquisierit, debet eundem ad ius suum coram ecclesia similiter publicare.* — c) *De spadonibus qui sunt in prediis ecclesie, talis est iusticia: quod ille homo qui tenet predium, si est habilis, debet caballicare, quocumque ad remota loca iusserit abbas, ter in anno. Set si equus ipse moritur in via, ille homo liber erit a tali servicio per quatuor annos. Si autem vivus sibi reddatur, etiam quantumcumque sit debilis et morietur apud ipsum, predicto servicio est iterum obligatus, quia de propriis rebus alium caballum debet statim emere competentem. Item si homo predictus non est habilis ad serviendum in equo, caballum semper habebit paratum, et prestabit eum servienti abbatis, quandocumque exigetur ab ipso. Istud servicium pro necessitate in censum denariorum est mutatum, optione tamen apud abbatem remanente.* — d) *Notandum, quod in legibus Bawarorum saica sunt* 3 *denarii, tremisses sunt quatuor denarii, solidus sunt* 12 *denarii, unwan desperatio vite; disciplina ducalis, id est pena que solvitur duci, sunt* 40 *solidi; manumissus dicitur freilas, avorsus dicitur awersn; pena que dicitur wergelt sunt* 160 *solidi, wergus exul vel pro culpa enormi de patria depulsus.* — e) *In quibusdam provinciis iudices provinciales appellantur centenarii, quia locus iuditialis, qui apud nos vocatur dinchstat, apud eos dicitur cend.*

*etiam saeculi XIII. res Bavaricae, Austriacae, Bohemicae illustrantur. Sunt autem integri in codice A, ex quo de proprietate cursuque eorum optime sumi potest. Ekkehardi enim chronico (fol.* 40—144) *usque ad annum* 1106. *adducto proxime succedunt annales nostri (fol.* 144—166), *eosque chronici illius continuationem haberi vult ipse scriptor verbis illis, quae in exordio operis reperiuntur infra:* Huc usque *cet. Deinde adhibito Ottonis Frisingensis chronico (VII. c.* 12—34), illa, que postea continentur, *inquit Hermannus*, ex diversis chronicis et privilegiis undecumque colligendo cum hiis, que meis temporibus contigerunt, de anno in annum simplici stilo annotare curavi. *Tenemus autem, eum usque ad annum* 1234. *praeter Ottonis, quod modo dixi, chronicon adiisse Annales Sancti Rudberti, Mellicenses, continuationem Admuntensem, annales Ratisponenses. Sed inde ab a.* 1235. *alienis subsidiis, ut videmus, caret. Quo tempore ad scribendos annales accesserit, ex eo arbitrari licet, quod cum opus a principio ad annum* 1265. *eadem manu continenter scriptum esse reperiamus, sub anno* 1236. *iam de obitu Friderici filii Heinrici (VII) regis, quem constat a.* 1251. *evenisse, et in alius manus additamento ad eundem annum* 1236. *de pace inter Belam et Otakarum anno* 1254. *composita commemoratur hoc modo:* Ex tunc gratia divina donante ac probitate dicti domini *(Otakari)* faciente, pax ibidem optima renovatur, rura deserta coluntur, securum ubique acquirunt transitum mercatores. *Quae quidem pax, ut annales ipsi testantur, iam anno* 1260. *turbata est. Unde et additamentum illud ante a.* 1260. *formatum, et totos annales intervallo annorum* 1251 —1260. *inchoatos esse apparet. Prima manus igitur progreditur, ut supra dictum est, usque ad a.* 1265; *abhinc autem diversos librarios admotos videmus, ex quibus quidem alius post alium exaravit partes has:* a) 1265. Cometam priori anno — 1267 . . . in archiepiscopum consecratur; b) 1267. Idus Septembris — 1268; c) 1269. 1270; d) 1271 . . . vocatus est Stephanus; e) 1271. Ipsa vero ducissa — 1272 . . . dampna plurima paterentur; f) 1272. Eodem anno — 1273 . . . totaliter est consumpta.

*Absolutos Hermanni annales excipiunt epilogi duo, quorum alterum* ***De Hermanni abbatis abdicatione*** *sodalis quidam Altahensis in folio* 166 *consignavit ipso anno* 1273 *et spatio quidem dierum* 12. *et* 16. *mensis Martii*[26]; *altero autem* ***De Hermanni morte*** *non multo post d.* 31. *Iuli* 1275. *in margine folii* 166′ *tradidit* ***Heinricus Steoro****, in quo quidem commoremur parumper necesse est.*

*Erat autem Heinricus Steoro monachus Altahensis, quo capellano aliquamdiu Hermannus abbas usus est, ut ex illa de abbatis obitu notatione intelligitur; nec dubito, quin idem fuerit ille „Heinricus capellanus", qui est testis invectus in tabulam Hermanni datam d.* 18. *Nov.* 1261.[27] *Post praepositus Oettingense ad Oenum fluvium coenobium administrabat circiter annis* 1270—1276. *Qui non mediocriter peritus rerum litterisque eruditus fuisse ob eam rem censendus est, quod eum Heinrici I. ducis Bavariae inferioris non modo protonotarium anno* 1270. *egisse reperimus,*[28] *sed etiam procuratorem tum Francofurti in eligendo Rudolfo rege d.* 29. *Sept.* 1273,[29] *tum Augustae in celeberrima illa*

26) Namque d. 12. m. Martii 1273. munus deposuit Hermannus. Novissima autem epilogi verba haec sunt: *Ex quo planctus familiaribus ipsius ecclesie et vicinis oritur — omnibus in commune optantibus, tanto cessori successorem ydoneum subrogari;* ut appareat, annotata ista esse ante electum successorem Albinum, qui quidem d. 16. Mart. 1273. creatus est. Obiit enim Albinus d. 9. Mart. 1279 (v. Notae Altahenses 1279. infra), cum praefuisset monasterio „annis 6 minus 8 diebus" (v. Catalogum abb. Alt. infra).

27) Notizenblatt zum Archiv für Oesterr. Gesch. 1854. IV, 544.

28) V. tabulam Heinrici ducis d. Ratisponae 5. Sept. 1270, Mon. Boic. XIII, 221: *dilectus noster Heinricus prepositus ecclesie Otingen, prothonotarius noster.*

29) Vide Rudolfi regis diploma d. d. 15. Maii 1275 in Quel-

*Rudolfi curia, de iure eligendi regis mense Maio a. 1275. agitata*[30], *tum anno* 30
*1276. in pace concilianda inter Heinricum et eius fratrem Ludovicum II superioris Bavariae ducem*[31]. *Huius igitur egregii viri habemus de mortuo Her-* 31
*manno memoriam exiguam, in qua, licet abbas iam tum esset, propter verecundiam se ipse Hermanni (quondam) capellanum tantum dixit; sed alius exin superposuit haec:* Subscripta sunt verba domini Heinrici prepositi Otingensis. — *Atque ista ideo a me tam accurate ostenduntur, quod ex brevi illo Heinrici Steoronis epilogo varii gravesque virorum doctorum sunt errores nati, qui Heinricum modo ipsorum Hermanni annalium, modo earum, de quibus post paullo dicam, continuationum scriptorem fuisse putabant, immo vero etiam partem annalium SS. Udalrici et Afrae Augustensium eidem tribuerunt, ut infra, ubi agetur de editionibus, et in praefatione annalium illorum Augustensium referam.*

*Adiuncta in cod. fol. 166'—171' est Hermanni annalibus continuatio annorum 1273—1291, quam Altahensem, ratione anni 1281. habita, inscribere non dubitavi. Nec vero sic condita est, ut, singulis annis quae evenerant, ea ab aequali semper librario adscripta esse videantur. Sed quum et sub anno 1274. iam anni 1281. res attingantur, et anno 1277. res gestae annorum 1278. 1279. 1290. attributae sint, ac similis in ceteris annis ratio compareat, praetereaque totam simul continuationem cernamus una eademque manu esse exaratam, nihil est dubitationis, quin universam post annum 1291. demum constituerit scriptor. Completo autem fol. 171' desinit narratio in medio et anno 1291. et verbo quodam* as . . . ., *ut palam fiat, in amisso quodam folio eam longius progressam esse.*

*Alia continuatio annorum 1287—1301. servatur in cod. fol. 186—188', eamque Ratisbonae esse factam et proinde Ratisbonensem probe appellari debere, non obscurum consideranti erit. Immo canonicum ecclesiae Ratisbonensis video scriptorem fuisse. Quem enim, ut una utar argumentatione, nisi capituli socium tantopere iuvisset commemorare ad a. 1296, Heinricum episcopum* Latinum vinum canonicis ad praebendam quibusdam certis temporibus dari instituisse? *Discernuntur autem manus duae, quarum prior pervenit ad annum 1298....* usque hodie incendium evaserunt. *Istaque continuationis pars evidenter annis 1297 et 1298. conscripta est. Rerum enim anno 1296 et 1297. gestarum iam sub annis 1287, 1290, 1291, 1294 fit mentio; memoriamque anni 1297. non post eundem annum formatam esse, ex eo putari oportet, quod adversus Adolfum regem principum* machinatio *inquit scriptor* in ridiculum est conversa; *quae denique sub anno 1298. leguntur verba:* Et sic Iudei Ratisponenses licet cum multa difficultate usque hodie incendium evaserunt, *ex iis ipsas concitationes plebis eodem anno factas redolere facile dederis. Sed posteriorem continuationis partem post annum 1301. esse positam, exordium prodit, in quo iam illius anni res insunt.*

*Ex Hermanni annalibus eorumque continuationibus hauserunt maxime scriptores Annalium SS. Udalrici et Afrae Augustensium, Osterhovensium, Windbergensium, Eberhardus archidiaconus Ratisbonensis, Staindelius, quorum aliis solos Hermanni annales, aliis continuationes tantum, aliis has et illos servivisse reperio, quemadmodum in singulis illis scriptis cognoscetur infra.*

len und Erörterungen zur Bayerischen Gesch. V, 278: *per nuncios et procuratores ducis H., videlicet Heinricum prepositum Oetingensem* cet. 30) Vide Annales S. Rudberti (SS. IX, 801) 1275: *ex parte Heinrici illustris ducis Bavariae H. prepositus Ottingensis cum honesto comitatu.* 31) Cf. tabulas d. d. 22. Ian. et 2. Febr. 1276. in Quellen und Erörterungen V, 289 et 290.

*Editiones exstant tres, sed nulla omnibus numeris absoluta. Et primus quidem ex codice quondam SS. Udalrici et Afrae Augustensi, nunc Latino Monacensi* 4352 *chartac. maxima forma saec. XV fol.* 243—259, *Hermanni annales ab anno* 1152 *ad a.* 1273. *sub Heinrici Steronis nomine, deceptus Freheriana annalium SS. Udalrici et Afrae Augustensium editione, pervulgavit Canisius Ant. lect. I,* 229—303, *Basnage IV,* 172—214. *Secundam editionem, eamque graviter deformatam comparavit Oefele Rer. Boic. SS. I,* 660—695, *usus Aventini Rhapsodiarum volumine X (nunc codice Bavarico Monacensi* 204*), ubi collector excerpta annalium nostrorum parum accurata, cum fragmentis annalium Reichersbergensium, Osterhoviensium, aliorum confusa, ab anno* 1152—1273 *Hermanno abbati, et ab anno* 1273—1313 *Heinrico (Steoroni) praeposito Oettingano imprudenter addixit. Optimum vero est exemplum Boehmerianum (Font. II,* 486 *sq.) pendens ex codice A, quamvis hic illic et praecipue quidem in continuationibus ab illo recedendum videretur. Nostram enim editionem ita curabam, ut penitus perspici posset, et Hermanni annales et epilogi et continuationes cuiusmodi essent in codice A, ceterorum exemplorum fonte; eoque magis placitum est, in continuatione Ratisbonensi servari ipsam annorum perturbationem, quo cognitu facilius sit, quam accurate inde ii mutuati sint, quibus ad opuscula nostra patuisse aditum supra protuli.*

*X. De itinere Altmanni abbatis in urbem Cameracum anno* 1367. *facto narrationem, quae in Mon. Boic. XI,* 93. 94. *vulgata est, requisivi* 1*) ex cod. C.,* 2*) ex cod. D., quorum utriusque folia novissima eam continent una eademque manu saec. XIV exaratam.*

*XI. Notae Altahenses a me ex variis codicibus Altahensibus exscriptae et in ordinem annorum redactae sunt, ut uno in conspectu viderentur eae, quas certis annis alligatas saeculorum XIII—XVI manus plures dispersim posuerant. Suppeditavit autem cod. A. annos* 1277, 1305. Obiit Gerhardus — Moguntinus, 1361. In die — duraret diem, 1375. Feria — Austrie, 1378, 1406, 1415, 1456, 1487, 1491. Facta — his annis, 1501, 1503. Ceciderunt — pro admonitione, 1505, 1512, 1513. *In codice C. (fol.* 89. 52. 119. 120*) repperi annos* 1164, 1234, 1295. 7. Kal. Iunii — Altahense, 1298. Subscripti — quingenti, 1487. *Caetera tracta sunt omnia ex codice E.*

*Berolini* 13. *Kal. Decembres* 1858.

## AUCTARIUM EKKEHARDI ALTAHENSE.

A. S. Rudb. Anno Domini[a] 508. Hoc tempore gens Noricorum, prius expulsa, revertitur ad sedes proprias duce Theodone, Latinis eiectis.

*Alia manus saec. XIII addidit haec:* In ecclesia sancti Michahelis in Longeweu inventum fuit sepulchrum, et in lapide superposito scriptum fuit, quod ibi sepultus fuerit Theodo dux et uxor eius domina Gleisnot. Set quis Theodo ex quatuor Theodonibus fuerit, ignoratur.

513. Theodo dux Bawarie obiit.

A. S. Rudb. 520. Romanus exercitus aput Oetingas a Theodone secundo duce prosternitur.

Vit. S. Cerb. (533.) .... Sub isto Vigilio papa sanctus Gorbonius[31*] anseres miraculose captos eidem pape presentavit; unde usque hodie papa nulli homini nisi eius successori, id est episcopo Popoliensi, assurgit.

Vit. S. Rup.[32] 580. Sanctus Rubertus Wormatie claruit episcopus.

A. Mell. 592. Edilfridus rex cum Edilperto filio Anglis imperat.

Ekk. p. 145. 593. Hiis temporibus Hildebertus rex Francorum Tassilonem ducem Bawarie constituit, Garibaldo rege Bawarie et filio eius Gundoaldo et filia Theodelinda ad Otharium regem Lombardorum fugientibus.

a) *ita constanter, quas voces in sequentibus omisimus.*

31*) S. Cerbonius; v. eius vitam apud Ughelli It. sacr. III, 707. Act. SS. Oct. V, 99. 32) Act. SS. Mart. III, 702 sq.

594. Sanctus Columbanus in insula Hu obiit anno etatis 67. A. Mell. 595.

617. Hiis diebus Theodo tertius dux regnat in Bawaria, quem sanctus Ruobertus babtizavit. Cui succedit Theodebertus dux, adhuc vivente sancto Ruberto. Vit. S. Rup.

627. Transitus sancti Rudberti sub Honorio papa, Eraclio imperatore, rege Francorum Lothario patre Dagoberti. A. S. Rudb. 628.

631. Iste Dagobertus Bawariis leges dedit.* O. Fris. Chr. V. c. 9.

*Fol. 68 *in margine addita haec sunt:* Chlodoveus, quem sanctus Remigius babtizavit, subiugavit sibi Alamannos et Baioarios, quibus Theodericus filius suus primo legem dedit, set quia propter vetustissimam paganorum consuetudinem populum emendare non potuit, fratres sui Hildebertus et Chlotharius reges ea in populo et in legibus correxerunt. Hec autem omnia Tagobertus rex gloriosissimus, filius videlicet Chlotharii, filii Hilperici, per illustres viros Claudium, Chadum, Indum, Magnum et Egilolphum revocavit et omnia vetera legum in melius transtulit ac unicuique genti scriptam tradidit, que usque hodie perseverant. Unde legitur in chronicis[32], quod Tagobertus rex dederit leges Baioariis. Idem Tagobertus cepit regnare anno Domini 631, regnante Theodeberto d(uce) i(n Bawaria). Lex Baioar. Prolog. (Ekk. p. 116. 117.) Ekk. 631. et p. 149.

651. Onemus Anglorum archiepiscopus moritur. A. Mell.

652. Hiis diebus passus est in Bawaria beatus Emmerammus in Helfendorf, ut dicitur. Megingfr. V. S. Emmer.

653. Mediterranei Angli christiani effecti sunt. A. M. 652.

654. Dagobertus rex misit exercitum contra Samonem in Carinthiam, ducem Sclavorum. A. S. Rudb. 655

671. Hiis diebus Theodebertus dux regnat in Bawaria. Post hunc Theodo quartus, qui cum filiis Theodoaldo et Grimoaldo sanctum Corbinianum locavit in Frisinga. Ekk. p. 149. Vit. Corbin.

674. Williherus rex Merciorum obiit, pro quo Edilred regnavit annis 25. A. M. 673.

679. Theodoius, archiepiscopus Anglorum, item synodum colligit sub Agathone papa. A. M. 678.

680. Sanctus Lambertus apud Traiectum, que nunc Leodium translatum est, claruit episcopus. A. S. Rudb. O. Fr. C. V, 12.

682. Ekefrid rex Hiberniam misso exercitu inmeritam vastat. A. M. 681.

683. Leo papa secundus doctor obiit 5. Nonas Iulii. Vit. Leon. II.

684. Authari rex Cantuariorum interiit. A. M. 683.

692. Theodoaldus dux . . . .

711. Chunred rex Merciorum Romam venit ad Constantinum papam et cum illo Offa filius Sigherimus, ibique monachi facti, in servicio Dei migraverunt. A. M. 707.

712. Eodem tempore Theodo quartus, dux gentis Baioariorum, beati Petri apostoli limina primus de gente eadem petiit orationis voto. Gest. pont. Greg. II.

(713.) Iste Pippinus ex Pilihdrude legitima uxore sua primo genuit Bosonem sive Drugonem et Grimoaldum ducem, de quo subscripti versus aput Coloniam ostenduntur:

*Legali thalamo Pilidrudis iuncta Pipino*
*Bosonem genuit magnumque ducem Grimoaldum.*

Postea superducta Albhaide, ex qua genuit Karolum avum Karoli Magni. Qui Karolus Tutides a maioribus fabrorum malleis, quibus tundi et extenuari massa solet, appellatur; qui maior aule regie factus sub Taguberto iuniore, satis strennue cum Sarracenis pugnavit. Nam eos ex Affrica in Hispaniam transfretantes et postea Taguberti temporibus cum uxoribus et pueris Aquitaniam provinciam Gallie invadentes devicit, in quo bello 365 milia Sarracenorum interfecit. Iste etiam Karolus Tutides propter assiduitatem bellorum res ecclesiasticas laycis tradidit. Pugnavit enim contra Saxones et Bawaros, quos cum magna difficultate superavit. Iste etiam Karolus auctoritate domini Zacharie pape a Francis in regem constituitur, Hildrico rege ignavo in monasterium detruso. Nam reges Francie tunc ceperunt a solito rigore deficere et negocia regni per maiores aule administrare, id est per dapiferum, conestabulum et camerarium.

716. Winfridus, qui et, cum episcopus ordinaretur, dictus est Bonifacius, genere Anglus, ad predicandum venit in Germaniam, ordinatus a Gregorio papa secundo. A. Fuld. 717.

718. Theodo quartus dux Bawarie obiit, pro quo Theodaldus[a] et Grymoaldus filii eius. A. S. Rudb. V. C. c. 19.

720. Sanctus Ohtmarus, celle sancti Galli primus abbas constitutus, cenobialem vitam inibi instituit et per annos 40 nobiliter rexit. H. Aug. 720.

722. Ordo Cluniacensis incipit.

723. Karolus Alamannos et Baioarios subegit, qui sequenti anno iterum rebellant. ib. 722. 723.

725. Karolus cum Baioariis pugnavit eosque vicit. cf. O. F. Ch. V, 16.

729. Post Grimoaldum Hugbertus dux Bawarie fuit. A. S. Rudb

738. Hiis diebus Karolus Marcellus, qui et Tutides[b], avus Karoli Magni, invitatur a Zacharia papa ad liberandum urbem Romam et Ytaliam a Gothis et Lombardis[c] comprimentibus eam; quod et fecit. Et ipse primus decimas ecclesiarum de consensu predicti pape militibus dedit in feudum pro ecclesie Dei necessitate. Tunc etiam pactio dicitur esse facta inter papam, Romanos et principes Germanie, ut devictis Longobardis et Gothis imperium in Germaniam transiret; quod etiam usque hodie durat.

739. Hugbertus dux Bawarie obiit; Odilo dux successit. A. S. Rudb.

741. Monasterium Altahense consilio sancti Pirminii et adiutorio ducis Outilonis fundatum est. Wolf. V. God. II. c. 2.

743. (Pippinus et Karlomannus) Alemannos etiam cum duce eorum Theotpaldo rebellare nitentes mira celeritate comprimunt. A. Fuld. 743.

744. Karlomannus cum Oudilone duce Baioariorum pacem facit. ibid. 744.

747. Pippinus Tassilonem sororium suum post Otilonem ducem fecit. A. M. 748.

750. Distinctio episcopatuum in Bawaria facta est per sanctum Bonifacium. Wolf. V. God. II. c. 2.

754. Sanctus Quirinus translatus est ad Tegrnse.

765. Oudilo dux Bawarie obiit. A. S. Rudb.

778. Tassilo dux Baioariorum et Theodo[d] filius eius construxerunt monasterium in Chremsmuonster.

a) *manus recentior superscripsit* senior. b) qui et T. *addidit manus alia.* c) et Lomb. *addidit alia manus.* d) *supra* Theodo *eadem manus scripsit* Dieto.

32) V. Otton. Fris. chron. V. c. 9.

Ekk. p. 162. 788. (Karolo – dampnati sunt.) Neque provincia Bawarie quam Tassilo tenebat ulterius duci set comitibus est commissa. – Tassilo deponitur et Geroldus in Norico substituitur prefectus. — Hic est Thessalo dux, qui in servicio et officio divino ampliando devotissimus existens, monasteria celebria construxit, scilicet Chremismunster et item monasterium sancti Petri Lorshi et Wezzinsbrunnen*, Pataviam civitatem Bawarie instaurans et renovans, episcopatus sedem que apud Lauriacum, priusquam ab Hunis everteretur, erat, inibi constituit.

* *In cod. Altah., annales Fuldenses continente, qui Lipsiae in bibl. senat. servatur n. 422. in margine ad a.* 748 *manu saec. XIII. addita haec sunt:* Tassilo dux Chremsmunster et Lorich fundavit et Phaffi-Munster prope Strubing.

792. Vallis Karoli Magni, quam intendebat facere de flumine Alamona[33] usque in Moenum flumen, inchoavit aput villam que dicitur Pubnhaim[34], et sic ad villam que dicitur

dipl. Kar.[37] 794. Feb. 22. Graben[35], et sic versus Weizenburch[a, 36]. — Karolus gratia Dei rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum dedit ad Sanctum Emmerammum iuxta muros civitatis Ratisponensis a parte meridiana ipsius monasterii de terra culta et inculta iugera 266 et de prato, ubi possunt colligi 58 carrade feni, anno regni sui 24.

827. Iste Sergius papa proprio nomine vocabatur Os porci, et mutato nomine vocatus est Sergius. Ab illo tempore omnes pape nomina mutant, set nec hoc carentes ewangelica auctoritate. Nam cum Dominus Petrum principem apostolorum constituit, nomen eius mutavit.

843. In divisione regnorum Lotharius cum nomine imperatoris possedit Italiam, Luodewicus Germaniam, Pipinus Aquitaniam, Karolus Galliam.

A. Hild. et Fuld. 847. Otgarius archiepiscopus obiit, Rabanus succedit.

A. Fuld. 852. Concilium magnum habitum est in Magontia sub Rabano archiepiscopo.

A. Hild. 856. Rabanus archiepiscopus obiit, Karolus succedit.

ibid. 863. Karolus archiepiscopus obiit, Ludpertus succedit.

885. Karolus tertius imperator donavit nonas de curtibus subter nominatis omnium rerum suarum ad capellam, que sita est in villa que dicitur Oetinga, id est de Wels, Atarhofn, Matichofn, Rantesdorf, Muninga, Swindelbach, Oeting, Ostermundinga, Salzburchofn, de Salina, de Attila, Osterhofn, Dingolfinga, Liuchinga, Incinga, de Perigen, Chiminchof, Veldan, Helsendorf, et nonam partem mute de Rantesdorf et de Tabersheim. Actum in Weibelinga 8. Kalendas Septembris indictione 3. anno[b] Domini 885, anno imperii piissimi imperatoris Karoli in Italia 2, in Francia 4, in Gallia primo. Actum in Weibeling in Dei nomine feliciter amen.

A. Fuld. 887. Karolus imperator tertius obiit Idus Ianuarii.

ibid. 891. Embricho Ratisponensis episcopus, cui Aspertus succedit.

898.[39] indictione 1. imperante Arnolfo augusto, presidente Ratisponensi ecclesie Tutone episcopo, dedicatum est monasterium sancti Emmerammi 9. Kalendas Octobris a sanctissimo sedis apostolice presule Formoso in honore sancte et individue Trinitatis et sanctissime Dei genitricis Marie et sancti Petri apostoli et sancti Emmerammi episcopi et martiris, presentibus predictis principibus et Hermanno Agrippine, Hattone Magontie, Adalgario Brumie, Rapotone Treverensi archiepiscopis, Sigemundo Belvariensi, Iringo Basiliensi, Theodolfo Curiensi, Engilmaro Osennensi, Rudolfo Herbipolensi, Erchanboldo Rubilocensi, Waldone Frisingensi, Baldrammo Argentinensi, Wichperto Hiltinensi, Salomone Constantiensi, Adalberone Augustensi, Drugone Mimidensi, Theotlao Warmaciensi, Gotheraco Spirensi, Ruperto Mettensi, Dadone Wirdinensi episcopis.

ibid. 899. Engilmarus Pataviensis episcopus obiit, in cuius locum Wichingus quidam Alamannus, prius Marahavensium[c] ab apostolico destinatus episcopus, imperatore concedente successit; set non multo post a Dietmaro archiepiscopo Salzpurgensi et suis suffraganeis canonicali iudicio abicitur et Richarius ei substituitur.

A. S. Rudb. 907. 908. (Baioarii ab Ungariis interficiuntur) cum Leutpoldo duce ipsorum, patre videlicet Arnolfi ducis.

Ekk. 913. 920. Idem namque Arnoldus dux metu Chunradi regis fugerat in Ungariam, steteratque ibi per 5 annos.

Conc. Ding. 932. Regnante in Bawaria Arnolfo duce, convenientibus cunctis Bawariis ad locum qui Dyngolfinga vocatur causa synodalis colloquii, episcopis videlicet atque comitibus aliisque populis supradicte regionis, residentibus autem episcopis in synodali concilio Oudilperto archiepiscopo Salzpurgensi, Isangrimo episcopo Ratisponensi, Gerhardo episcopo Pataviensi, Wolframmo episcopo Frisingensi, Nithardo episcopo[d] . . . . nunciisque Oudalfridi episcopi, chorepiscopis duobus Gottaperto et Swartloho aliisque presbyteris et dyaconibus ac clericis quam plurimis de statu ecclesiastico tractantes[e], feriandos dies subscribi sanxerunt[e].

A. S. Rudb. 942. Ungarii a Berhtoldo duce occisi sunt apud Welas in Truongeu.

A. Hild. 955. Heinricus dux Bawarie obiit, frater Ottonis regis.

A. S. Rudb. 956. Heroldus archiepiscopus Salzpurgensis ab Heinrico duce Bawarie tunc expulso aput Muoldorf excecatur; et ipse dux eodem anno obiit.

A. Hild. 954. 963. Fridericus Mogontinus presul obiit, cui succedit Wilhelmus filius regis.

Cf. Cosmae Chr. Boem. 967. Iohannes papa indulget Bolezlao duci Boemie, fratrueli sancti Wenzezlai martiris, ut in Pragensi civitate ordinetur sedes episcopalis. Ordinatur itaque et consecratur consensu et iussu Ottonis imperatoris primi Ditmarus Saxo in Pragensem episcopum a Willihelmo archiepiscopo Moguntino.

A. Hild. 968. Adalbertus episcopus primus in Maidburch instituitur.

a) *sic correxi*, Werzenburch *cod.* b) anno — amen *alia manus add.* c) Olomucensium *superscripsit manus eadem.* d) *sequitur lacuna.* e) tractantes — sanxerunt *inducta sunt, pro iisque verbis addita haec:* ac aliis plurima tractaverunt.

33) Altmühl. 34) Bubenheim ad Altmühl fl. ad Suevicam Rezat. 35) a Bubenheim ad orientem. Cf. Buchner Reise Rat. I, 8. 36) Weissenburg auf der Teufelsmauer p. 99. 37) apud Ried Cod. dipl. Ratisbona monastica p. 39. 38) V. Notitiam apud Coelestinum,

969. Hatto secundus archiepiscopus obiit; Rupertus succedit. A. Hild.

**975. Familia sancti Mauricii a Boemis occiditur.**

978. Heinricus dux Bawarie ab Ottone imperatore captus in exilium mittitur et Ottoni duci Swevie Bawaria commendatur. H. Aug. 978.

982. Otto dux Swevie et Bawarie obiit. ibid. 982.

**989. Heinricus dux Karintanorum obiit.**

990. Erkenbaldus abbas ordinatur et regularis vita sub eius dominio in Altahensi monasterio ordinatur et restauratur. Cf. Wolf. V. God. II. c. 5.

991. Godehardus diaconus monachus factus est. Ignis de Rheno ascendit villasque circa Rhenum positas consumpsit. Wolf. Vit. God. I. 1. A. Hild.

**994. Wolfkangus Ratisponensis episcopus obiit, cui Gebhardus successit anno Domini 994.**

995. Heinricus dux Bawarie obiit, pater sancti Heinrici. Herim. Aug.

996. Sanctus Adalbertus episcopus Pragensis martirizatus est. **Eodem anno Bruno, nepos Ottonis tertii regis, factus est papa et dictus Gregorius quintus; predictum Ottonem in ascensione Domini, que tunc fuit 12. Kalendas Iunii, consecrat in imperatorem.** Cf. Cosm. Ch. Cf. Thietm. Chr. IV. c. 18.

997. Godehardus abbas constituitur. Wolf. Vit. God. II. c. 6.

**998. Quedam mulier de familia sancti Mauricii in Altahensi monasterio enixa est quinque filios.**

999. Gregorius papa obiit, cui Iohannes XVII[39] successit. Adelhait imperatrix obiit. A. Hild.

1001. Heinricus iste ex patre Heinrico duce et Gysila filia Chunradi regis Burgundie natus fuit.* — Ista sancta Chunigundis filia fuit Sifridi palatini comitis Rheni, ducis Saxonie, et habuit fratres, videlicet Theodericum Mettensem episcopum, Adalberonem clericum et Heinricum postea ducem Bawarie. H. Aug. 995. cf. V. S. Hein addit. [40] H. Aug. Chr. 1008.

> * *Manus saec. XIV. addidit haec:* Huic in ducatu Bawarie succedit Heinricus, qui et Hezel dictus est, patruelis eiusdem imperatoris, qui ecclesiam Osterhovensem fundavit et patrimoniorum suorum copiosa liberalitate magnificavit. Quo mortuo sine heredibus, institutionis et propositi sibi heredem imperatorem dereliquit.

1003. Stephanus rex Ungaricus super avunculum suum Iulum regem cum exercitu venit. Quem cum adprehendisset cum uxore et duobus filiis eius regnum eius cum vi ad christianitatem compulit. A. Hild.

1005. Bernharius abbas Hersvelde obiit, pro quo constitutus est Godehardus abbas. ibid.

1008. Guntharius heremum inhabitare cepit. ibid.

**1010.** (*manu saec. XV.*) **Boleslaus[41] dux Boemorum fundat monasterium in Ostrow, cui prefecit abbatem primum nomine Lambertum de Altha inferiori.**

1011. Willigisus archiepiscopus obiit. ibid.

1012. Godehardus relicta Hersveldia remeavit Altha. ibid.

1013. Christianus Pataviensis episcopus obiit, cui Berngerus successit. ibid.

1018. Heinricus marchio Austrie subita morte preventus obiit, **cui successit Adalbertus filius eius.** ibid.

1022. Berwardus episcopus Hildenshaim obiit, cui Godehardus abbas Altahensis monasterii sanctitate vite successit. ibid.

1023. Wolframmus abbas Althahensi cenobio prelatus est. ibid.

**1025. Wolframmus[a] abbas Altahensis obiit[42], subita morte preventus.** Synodus in Salinginstat inter episcopos Arbonem Moguntinum et Godehardum Hildenensem facta est. 1026. Vit. God. I. c. 30. II. c. 22.

1027. Ratmundus abbas ordinatur in regimen Althahensis cenobii. ibid. I. c. 31.

1029. (Brun Augustensis episcopus obiit) **8. Kalendas Maii[b]** et in ecclesia sancti Mauricii a se construi cepta set non perfecta sepultus est. Herim. Aug.

**1033. Heinricus[43] filius Stephani regis Ungarie obiit, qui tantis miraculis claruit, quod in sanctorum katalogo est asscriptus. — Monasterium Althahense post centesimum secundum edificationis suae annum 4. Nonas Marci cum ceteris edificiis igne consumitur.** Mart. 4.

**1034. Rogatu domini Guntharii heremitae et provincialium comitum Oudalricus dux[44], exilio eiectus, a Chounrado Ratispone recepit ducatum.**

**1037. Eo etiam anno sanctus Godehardus[b] Hildinensis episcopus obiit. Hoc etiam anno Althahense templum, post incendium denuo a fundo reedificatum, 11. Kalend. Octobris divino honori est consecratum. Eodem anno vico Hallensi res miseranda in familia sancti Mauricii evenit. Duo etenim germani fratres cum plebe sibi conducta patruum suum sediciose invaserunt, ipsum occiderunt, filiosque eius sex cum eorum parvulis et reliqua multitudine promiscui sexus et etatis non minus quinquaginta hominum omnes simul in una domo incenderunt.** 1038. 1037. Sept. 21.

a) Wolframmus — facta est *inducta sunt*. b) Godehardus — obiit *inducta sunt*.

39) immo Silvester II. 40) Mon. SS. IV, 817. 41) Cf. Fundationem monasterii Ostrowiensis apud Piter Thes. abscond. S. Guntherus p. 152. 42) die 1. Oct. Necrol. Altah.: *Kal. Oct. Wolframmus abbas huius loci. Iste sepultus est ad apostolos in medio.* Necr. S. Emm. Rat. ms.: 2. *Kal. Oct. Wolframmus abbas Altahensis.* 43) V. Legendam S. Hemerici apud Endlicher Rer. Hung. mon. p. 193 sq. 44) Bohemiae.

1038. Richerius primum monachus Altahensis, postmodo abbas Leonensis, abbas efficitur Cassinensis.

Presulis emeriti tunc et flatus Godehardi
Carnem dimisit et celica regna petivit.

Herim. Aug. 1040. (Eberhardus primus Babenbergensis episcopus obiit), cui Swidgerus successit, qui postea papa factus est.

ibid. 1043. 1044. (Liupoldus marchio — inmature obiit) et a patruo suo Poppone Treverensi archiepiscopo multorum/ nimio dolore deploratus aput Treverim sepelitur.

1045. Berngerus Pataviensis episcopus obiit, cui Eygelbertus successit.

1047. Heinricus dux Bawarie obiit.

45 1049.. Eodem anno Althahensis abbas Ratmundus, solutus gravedine corporea[45], celestis factus est aule, linquens successorem Dietmarum, eiusdem congregationis decanum, qui quidem fratrum ac laicorum electione tali est sublimatus suggestu, quoniam maxima floruit pietate et industria in priori principatu.

1052. (Qui papa veniens Ratisponam — sanctum quoque Wolfkangum, eiusdem urbis episcopum, de tumulo levavit) presentibus[46] Beldingo Iuvavensis ecclesie archiepiscopo et Dominico patriarcha de Venetiis et Gebhardo Ratisponensi, Hunperto sancte Rufine ecclesie, Otkero Perusine ecclesie, Severo Pragensi, Gebhardo Aureatensi episcopis, presente etiam serenissimo imperatore Heinrico tercio.

1054. Hertwicus Babenbergensis episcopus obiit, cui Adalbero successit.

A. M. 1056. 1055. Adalbertus marchio Austrie obiit, cui Ernestus filius eius successit. — Quo tempore Richerius abbas Cassinensis, qui et Leonensem abbatiam regebat, unam id est Leonensem sponte
47 remisit[47]. Quam mox ex petitione ipsius Richerii aput Florentiam tradidit imperator Wenzlao monacho Althahensi, viro admodum honesto, modesto et sapienti. Ex tempestate obit Althahensis abbas Diethmarus, vir omnigena pietate probatus[48]; pro quo communi fratrum consensu eligitur Adalhardus, eiusdem congregationis monachus, bonis quibusque merito equiparandus.

1056. Adalbero Babenbergensis episcopus obiit, cui Guntherus successit.

1060. Nycolaus secundus papa obiit, cui successit Alexander secundus. Baldwinus Salz-
A. S. Rudb. purgensis archiepiscopus obiit, cui Gebhardus successit, qui fundavit monasterium Admontense. Gebhardus tertius Ratisponensis episcopus obiit. cui Otto successit.

1062. Obiit Adalhardus abbas Althahensis[49], vir in monastica professione summae perfectionis.

1062. Dec. 25. 1063. Rex in Frisingen celebravit Domini nativitatem, ubi constituit Wenzlaum Althahensibus patrem, eiusdem quidem congregationis monachum et patrem, set tunc temporis
1063. Ian. 1. abbatem Leonensem. Is ergo Althaham veniens in Domini circumcisione, fratribus cunctis congaudentibus, susceptus est cum ingenti honore simulque communi leticia universae familiae.

1065. Hoc anno Wolframmus, tunc abbas Oziacensis, pridem vero monachus Altahensis, fit episcopus Tarvisiensis. Eygelbertus etiam Pataviensis presul obiit, cui Altmannus successit.

1067. (Heinricus — Triburiae.) Eodem tempore dux Otto, qui in beneficio habuit Althahensem
1068. abbatiam[50], fratribus illis eligendi inter se abbatis concessit licentiam. Qui mox sine ulla dilatione elegerunt[51] quendam suae congregationis fratrem nomine Walkerum, virum multis virtutibus approbatum.

A. S. Rudb. 1072. Gebhardus archiepiscopus Salzpurgensis Gurcensem fecit episcopatum pridie Nonas Maii.

ibid. 1073. Welpho Bawarie, Rudolfus Swevie, Perhtoldus Karinthie duces coniurant adversus regem[a].

ibid. 1075. Ernestus marchio Austrie occiditur, cui Luopoldus filius eius successit.

ibid. Gen. march. Austr.[52] 1081. (Bellum — inter Chounradum ducis Boemise fratrem et Luopoldum marchionem) in Mawerperge (commissum est 4. Idus Maii) et post magnam stragem utrimque factam Leupoldus victus est.

a) Heinricum *addidit manus recentior.*

45) d. 19. Ian. Necrol. Altah. et S. Emm. Rat. ms. 46) Cf. infra Notas S. Emmerammi 1052. 47) Eodem anno obiit Richerius, secundum Chron. mon. Casinens. (v. supra SS. VII, 688) d. 11. Dec., secundum Necrol. Altah. die 13. Dec.: *Id. Dec. Richerius abbas de Monte Cassino, nostre congregationis.* 48) d. 3. Sept. Necr. Altah.: 3. *Non. Sept. Diotmarus abbas huius loci.* Necr. S. Emm. Rat. saec. XII. ms.: 3. *Non. Sept. Diotmarus abbas de S. Mauritio.* 49) die 13. Nov. Necrol. Altah., Necr. S. Emm. Ratisp. ms. 50) Cf. Lamberti Ann. 1063. SS. V, 167. 51) Wenzlao abbate, qui rexit monasterium annos 6, mortuo 1068, Sept. 24. vide Catalogum abbatum infra. 52) Mon. SS. IX, 609 not.

1084. Sanctus Nycolaus a Mirea in Barim civitatem Apulie transfertur. Eodem anno monachi in Chotwico locantur. A.S.Rudb. 1084.

1088. Gebhardus archiepiscopus Salzpurgensis obiit, cui successit sanctus Thiemo, monachus Altahensis, set tunc abbas Sancti Petri Salzpurge. A.S.Rudb. 1088. 1090. Pass. Tiem.

1089. Monachi in Medlich constituuntur a marchione Luopoldo[a]. A.S.Rudb. G. m. Austr.

1091. Altmannus episcopus Pataviensis obiit, fundator monasterii Chotwicensis, cui Oudalricus successit. A. Mell. 1091. 1092.

1096. Leupoldus marchio Austrie, institutor monachorum in Medlicensi monasterio, obiit, cui successit Leupoldus Largus, filius eius. A.S.Rudb. Gen. march. Austr.

1107. Otakerus marchio Stirie et Elysabeth[b] uxor eius construxerunt monasterium in Gaersten.

1109. Sanctus Otto Babenbergensis episcopus construxit monasterium in Prufninge, et sublimavit rebus et honoribus monasterium sancti Andreae in Norico situm, quod construxit Bruno de Valchenstorf anno Domini 1084. dictum Glunich iuxta civitatem Styram.

1109. Consecrata est ecclesia sancti Petri in Obernaltach, set fundata a Fridrico advocato Ratisponensis ecclesie.

1112. Monasterium in Sytanstetn initium sumit. A. S. Rudb.

1115. Ordo Premonstratensis sumit initium in dyocesi Laudunensi per virum bonum et religiosum de regali stirpe Francorum nomine Norbertum, postea Madburgensem archiepiscopum.

1119. Welfo dux Bawarie obiit, cui Heinricus frater successit. ibid.

1121. Oudalricus Pataviensis episcopus obiit, cui Reginmarus successit. ibid.

1127. Heinricus dux Bawarie obiit, cui Heinricus filius eius successit. ibid.

1135. Constructum et dedicatum est monasterium in Reichenbach.

1137. Lotharius secundus imperator obiit. Decesserunt etiam tunc Ludwicus Francorum et Heinricus Anglorum reges, Albertus Moguntinus, Bruno et Hugo Colonienses, Heinricus Frisingensis et Reginmarus Pataviensis episcopus, cui Reginbertus successit. ibid.

1139. Otto sanctus Babenbergensis episcopus obiit, cui Engelbert successit.

---

1122. Monasterium Osterhoven[53] datur ordini Premonstratensi per sanctum Ottonem Babenbergensem episcopum, exclusis secularibus canonicis, qui ibidem per centum annos steterunt.

---

# ANNALES DUCUM BAVARIAE.

508. Gens Noricorum sive Baioariorum primitus a suis sedibus expulsa revertitur[c] cum Theodone duce suo in Baioariam, Latinis ab ea commigrantibus. Cf. Auct. Garst.

513. Theodo dux obiit, cui Theodo succedit.

520. Romanus exercitus apud Oetingas a Theodone secundo duce prosternitur[d]. A. S. Rudb.

600. Garibaldus quidam[e] rex in Bawaria regnat. Iste filiam suam nomine Theodelindam copulavit Outherio regi Lambardorum, quam post mortem Outherii duxit Aigilulfus rex Lombardorum. Ekk. p. 144. 145.

593.[f] Tassilo dux regnat in Bawaria. Istum Tassilonem Hildebertus rex Francorum ducem in Bawaria constituit, Garibaldo rege Baioariorum et filio eius Gundoaldo et filia eius Theodelinda fugientibus ad Outharium regem Lombardorum. Quis autem vel qui inter istum Tassilonem et sequentem Theodebertum regnaverint, ignoratur.*

* *Manus 2. delevit* Quis autem — ignoratur *addiditque haec:* Provero 617. Theodo dux regnat in Bawaria, quem sanctus Rupertus baptizavit; 652. dicunt passum esse sanctum Emmerammum. Unde putatur, quod inter istum Theodonem et sequentem Theodebertum fuerit Theodo ille, cuius filius Lantpertus sanctum Emmerammum occidit. Megisfr. V. S. Emm.[54] ibid.

670. Theodebertus dux, ad quem fugit Aspirandus et[g] . . . . . . . Liuprandus. Ekk. p. 149

712. Theodo dux principatur in Bawaria, vir erga Deum devotissimus, insignis potencia et virilis virtute, cum filiis decorus et nobilium virorum alacritate precipuus. Hic fama longe lateque illustris, provinciam Bawarie sibi et soboli eius in partes quatuor diviserat. Erat enim pater Grimoaldi et Theodoaldi ducum. Iste Theodo cum filio suo Grimoaldo locaverunt sanctum Corbinianum in castro Frisinge.* V Corb c. 10 c. 19. c. 20.

* *Manus 2. addidit haec:* Iste Theodo primus princeps de gente illa ivit Romam causa orationis anno Domini 717. Gest. Pont. Greg. II.

723. Theodoaldus et Grimoaldus fratres tenent ducatum in Bawaria; et mortuo Theodoaldo, solus Grimoaldus regnat, ducta uxore fratris defuncti Theodoaldi, et cetera in vita sancti Corbiniani. V. Corb. c 19.

733. Hucpertus dux regnat in Bawaria; sub quo sanctus Corbinianus episcopus sedit Frisinge, et ipsius ducis temporibus est defunctus. c. 28. 29.

735. Oudilo dux post Hucpertum ducem regnat in Bawaria. Hic transtulit Vivilonem episcopum de Lauriaco in Pataviam et cetera.

a) *manus recentior adscripsit* tertio. b) *manus saec. XIV. addidit* soror Leupoldi marchionis Austrie. c) roveritur *cod.* d) 508. Gens — prosternitur *postea addidit manus 2.* e) quidam *addidit manus 3.* f) *sic manus 2. correxit anni numerum.* g) *sequitur locus rasus.* 53) Cf. Fund. Osterhov. Mon. Boic. XII, 330. 54) Acta SS. Sept. T. VI, 492.

**744. Oudilo dux apud Lech pugnavit cum Karlomanno et Pippino regibus, et victus atque fugatus est; cui Tassilo filius eius succedit.**

**778. Karolus imperator Tassilonem ducem Bawarie et Theodonem filium eius tonsurąvit et in monasterium Lauriacum[a] trusit et Bawariam nulli duci set comitibus commendavit.**

**815. Ludwicus imperator, mortuo priori anno magno Karolo patre suo, Lotharium filium suum prefecit Bawarie post[b] Geroldum ducem, et Pippinum Aquitanie.**

**843. Ludwicus, filius Ludwici imperatoris, regnum paternum cum fratribus sui Lothario et Pippino et Karolo dividens, Germaniam in sortem hereditatis accepit, id est omnes provincias a Rehno usque ad Illiricum, hoc est ad mare Grecie.**

**877. Karlomannus, filius Ludwici regis orientalis Francie, accepit a fratribus suis in partem hereditatis Bawariam, Boemiam, Moraviam, Karinthiam, Austriam, Stiriam. Hic sedem regni locavit apud Oeting.**

**880. Karlomannus rex obiit, regnum cum ducatu Bawarie Arnolfo, filio suo ex concubina nobili de Karinthia[55], reliquit.**

**899. Arnolfus filius Karlomanni, iam factus imperator, reliquit ducatum Bawarie Leupoldo cuidam[c] nobili, non suo filio; qui cum multis de gente sua ab Ungaris est occisus.**

**907. Leupoldus dux Bawarie, pater Arnolfi ducis, cum multis Bawarie populis occiditur.**

---

# CATALOGUS ABBATUM ALTAHENSIUM.

*Abbates istius loci, videlicet[d] Altahensis.*

Eberswindus abbas.* Wolfbertus abbas. Uorolfus abbas[56]. Teutpaldus abbas[57]. Gozbaldus abbas. Otgarius abbas[58]. Wolfbertus abbas. Eberswindus abbas. Grimaldus abbas[59]. Otbaldus abbas[60]. Chunibertus abbas. Egelolfus abbas. Aaron abbas.

Post hos defecit ordo monasticus in isto loco fere ad[e] centum annos usque ad Erchanbertum abbatem[f].

Anno ab incarnatione Domini 990. regnante Ottone imperatore tercio Erchanbertus abbas ordinatur et regularis vita sub eius dominio restauratur in Altahensi monasterio. Hic rexit annos 6.[61]

Sanctus Godehardus abbas rexit annos 26 et in episcopatu annos 16.

Wolframmus abbas rexit annos 4.

Ratmundus abbas rexit annos 23.

Diotmarus[g] abbas annos 6.

Adalhardus abbas annos 7.

Wenzlaus abbas annos 6.[62]

Waltkerus abbas[h. 63]. Wolframmus abbas. Ruotpertus[i] abbas. Luotpoldus abbas. Adalfridus abbas rexit annos 12. Chuonradus abbas. Polizlaus abbas[64]. Ditricus[k] abbas. Gerhardus abbas. Uolschalcus abbas[65].

*) *In 1 fol 65' leguntur haec:* Invenitur scriptum in libro nostro, quod dicitur salpuoch, quod sexto anno ducatus Tassylonis ducis, qui est fundationis nostre annus tercius decimus, quoddam predium in Puttynga delegatum fuit ecclesie Altahensi, Eberswindo abbate tunc temporis existente. Unde opinabile est, ipsum Eberswindum primum abbatem hic fuisse. Item anno ducatus predicti Thassylonis ducis 30. et etiam 42. exstitit Wolfpertus abbas.

a) Lauriacum *in lacuna posuit manus* 2. b) post — ducem *addidit manus* 2. c) cuidam — filio *addidit manus* 2. d) videlicet Altah. *desunt* 1. e) per 2. f) abbatem *deest* 2. g) Dietmarus 2. h) *in* 1. *addidit manus saec. XV:* sub quo floruit sanctus Thyemo. *In cod. Altah. passionem sancti Thiemonis continens, qui Lipsiae servatur (v. M. G. SS. XI,* 52 *et* 54*), manu saec. XIII. apposita ad cap.* 3. *haec sunt:* „quod (*sc. monasterium Alt.*) dominus abbas Waltkerus, vir venerandus, tunc regebat anno ab incarnatione Domini 1079." i) Ruopertus 2. k) Dietricus 2.

55) Liutswinda, v. Dümmler de Arnulfo 3. 56) Obiit d. 29. Iunii. Necrol. Altah.: 3. *Kal. Iul. Urolfus abbas huius loci.* Necr. S. Emm. Rat. ms.: 3. *Kal. Iul. Urolf abbas Altahensis.* 57) Obiit d. 12. Dec. Necrol. Altah.: 2. *Id. Dec. Dietpaldus abbas huius loci.* 58) Obiit d. 19. Apr. Necrol. Altah.: 13. *Kal. Maii Otgerus abbas huius loci.* Necrol. S. Emm. Ratisp. ms.: 13. *Kal. Mai. Otker abbas Altahensis.* 59) Obiit d. 12. Iunii. Necrol. Altab.: 2. *Id. Iunii Grimoldus abbas noster.* Sed necr. S. Emm. Rat. ms.: *Id. Iunii Grimoldus abbas Altahensis.* 60) Obiit d. 9. Iunii. Necr. Altab.: 5. *Id. Iunii Otpaldus abbas huius loci.* Necr. S. Emm. Rat. ms.: 5. *Id. Iunii Otbald abbas Altahensis.* 61) Obiit d. 7. Febr. Necr. Alt.: 7. *Id Febr. Erchinpertus abbas noster.* Necrol. S. Emm. Rat. ms.: 7. *Id. Febr. Erchanpertus abbas Altahensis.* 62) Obiit d. 24. Sept. Necrol. Altah.: 8. *Kal. Oct. Wenslaus abbas huius loci.* 63) Obiit d. 21. Nov. Necrol. Altah.: 11. *Kal. Dec. Waltherus abbas huius loci pie memorie.* Necrol. S. Emm. Rat. ms.: 9. *Kal. Dec. Walkerus abbas Altahensis.* 64) Obiit d. 20. Oct. Necrol. Altah.: 13. *Kal. Nov. Bolezlaus abbas huius loci.* 65) Obiit d. 15. Maii. Necrol. Altah.: *Id. Mai. Oudilscalcus abbas huius loci.*

Udalricus[a] abbas rexit annos 6.

Millesimo[b] centesimo septuagesimo nono incarnationis Domini anno Dietmarus factus est abbas, rexit annos 23. 1179.

Poppo[c] abbas annos 28.

Berhtoldus electus menses 7.

Chuonradus[d] electus annos 2.

Dietmarus abbas[e] annos 10, menses[f] 7.

Hermannus abbas[g] rexit 30 annos, menses 4, dies 16.

Albinus abbas[h] 6[i] annis minus 8 diebus[i].

Anno[k] Domini 1282.[l] Volchmarus abbas obiit[m]; rexit autem[n] annis tribus, mensem unum, dies 19.

Anno[o] Domini 1289. 6. Kal. Februarii secundus Poppo abbas obiit; et rexit hanc ecclesiam per sex annos et dimidium, et antea rexerat ecclesiam in superiori Altah 22 annis[o].

Anno[p] Domini 1317. 14. Kalendas Maii obiit dominus Wernhardus abbas huius loci, qui ipsum rexit annis 28, mensibus duobus, diebus 18.[p]

Fridericus abbas primus[q] rexit annis 5, mensibus 7.

Anno Domini 1335. obiit[r] Ruegerus abbas, qui[s] rexit annis 12.

Anno[t] Domini 1343. obiit Otto abbas primus, qui rexit annis 8.

Petrus abbas primus[u] rexit annis 18.[v]

Anno[w] Domini 1366. obiit Otto abbas[66] secundus, qui rexit annis 6. 66

Altmannus abbas[67] rexit annis 35, mensibus 5. 67

Anno[x] Domini 1414. obiit Iohannes abbas Newerlichedl', rexit annos 12.

Anno[y] Domini 1434. obiit Iohannes Kuechlmundt, qui rexit annos 20. Hic abbacie cessit cause mali seminis seu provocatione quorundam.

Huic[z] successit Herhardus abbas dictus Reyttane, rexit annis 19.

Huic[*] successit Albertus abbas, qui rexit annum unum, menses 2, dies 8. Hic anno 1453 periit naufragio in fluvio Ysare descendendo de Landeshütta. Et iacuit 15 diebus in aquis, et tandem inventus et sepultus in monasterio.

Eundem[a] successit Petrus abbas secundus, et rexit annis 13, menses 5, dies octo.

Huic[b] successit Wolfgangus Pawssinger, electus in die Wolfgangi anno Domini 1466, et rexit annis 9.

Huic[c] successit Fridericus, nominatus et postulatus in die sancti Thome anno Domini 1475, et rexit annis 9. Et eodem anno sibi deputatus est coadiutor in temporalibus et spiritualibus, videlicet pater Georgius Hawer[68], ita tamen quod predictus Fridericus habuit auctoritatem cantandi sub infula. Obiit idem dominus Fridricus sancto die Felicis in Pincis anno 1491. 68

Huic[d] successit Iohannes Sumerl, nominis tercius, eodem anno, et rexit[d] annis quasi[e] 12[f], obiit[g] anno Domini 1502 in die sancti Bernhardi.

a) Uodalricus 2. b) Millesimo — annos 23. *leguntur in* 2. *Pro quibus in* 1. *haec habentur:* Dietmarus abbas rexit annos 23. c) *in* 1. *addidit manus saec. XV:* primus. d) Chunradus 1. e) *hinc variae manus in* 2. f) mensibus 1. g) *in* 1. *addidit manus saec. XV:* Anno Domini 1273. Hic Hermannus senio et laboribus fatigatus voluntarie obtulit cessionem regiminis, ut ex scriptis suis patet. h) *in* 1. *addidit manus saec. XV:* anno 1279. i) *pro* 6 — diebus *leguntur in* 2: annos 6. k) *hinc variae manus in* 1. l) Anno — 1282 *desunt* 2. m) obiit *deest* 2. n) autem *deest* 2. o) *pro* Anno — annis *leguntur in* 2: Poppo secundus abbas rexit annos 6 et dimidium. p) *pro* Anno — 18. *leguntur in* 2: Wernherus abbas rexit annis 28, mensibus 2, diebus 19. q) primus *deest* 2. r) Anno — obiit *desunt* 2. s) qui *deest* 2. t) *pro* Anno — 8. *leguntur in* 2: Otto abbas rexit annis . . . u) primus *deest* 2. v) *in* 2. *addidit manus recentior:* obiit 1361. w) *pro* Anno — 6. *leguntur in* 2: Otto abbas rexit annos 6. x) *pro* Anno — 12. *leguntur in* 2: Iohannes abbas rexit annos 12. Obiit anno Domini 1414. y) *pro* Anno — quorundam *sunt in* 2. *haec:* Iohannes abbas dictus Chüchelmund rexit annos 20. Obiit a. D. 1434. z) *pro* Huic — 19. *leguntur in* 2: Erhardus abbas rexit annis 15. etc. *) *pro* Huic — monasterio *in* 2. *leguntur:* Albertus abbas rexit a. 1, m. 2. . . . obiit a. D. 1453. a) *pro* Eundem — octo *sunt in* 2. *haec:* Petrus abbas rexit a. 13, m. 5, d. 8, a. Domini 14 . . . b) Huic — 9. *desunt* 2. c) *pro* Huic — 1491. *leguntur in* 2: Fridericus abbas rexit annis 10 annis; obiit anno Domini 149 . . d) *pro* Huic — rexit *leguntur in* 2: Iohannes Sumerl abbas rexit. e) quasi *deest* 1. f) 8. 1. g) obiit — Bernhardi *desunt* 1.

66) die 13. Decemb. Necrol. Altah.: *Id. Dec. Otto abbas huius loci.* 67) Obiit d. 26. Iunii a. 1402. Necrol. Altah.: 6. *Kal. Iulii Altmannus abbas huius loci;* Necrol. Windb., Mon. Boic. XIV, 100: 7. *Kal. Iul. Altmannus abbas de inferiori Altach a. D.* 1402. 68) Aventinus in Cod. ms. Bav. Monac. 204 f. 28, ubi catalogum descripsit, haec addidit: *qui scripsit duci Georgio chronicon, philosophiae magister.*

Huic[a] successit Bernhardus huius nominis secundus, rexit 16 ebdomadibus; obiit[b] anno Domini 1503 in die Steffani prothomartiris.

Anno[c] Domini 1503. Chylianus binomius: ex waptisimo Andreas, professione vero Chylianus, cognomento Weybekh, 11. Ianuarii electus[d].

Chilianus[e] Beibeck abbas, vir tocius prudenciae et consilii, praefuit huic loco annis 31 (obiit[f] 1534).

Victor Lansser abbas non modo praedictis non inferior sed longe superior. Quapropter maximum cunctis desyderium sui post se relinquens, obiit anno Domini 1535. Rexit mensibus novem.

Caspar Ieitges huius loci abbas predignus, prefuit monasterio annis 10; obiit anno Domini 1546, 6. Idus Martii.

---

# NOMINA MONACHORUM ALTAHENSIUM.

## A. SUB GODEHARDO ABBATE. 997—1022.

*Nomina fratrum istius congregationis.*

69 Domnus abbas Godehardus[69].

Eginolfus. Rychkerus. Adaloldus. Adalpertus. Arnolfus. Perichgerus. Sigimarus abbas Sancti Agapiti *in Chrembsmünster*[g]. Ruodhere. Rychpoldus presbyter. Withardus presbyter. Eberhardus. Diotpertus. Diothardus. Northpertus. Wolframmus, istius loci abbas. Puobo ex laico obiit. Egilpertus. Herilo presbyter. Herrant presbyter. Ryhherius, abbas Cassinensis. Lantpertus abbas in Ozdrawe. Wolfstein abbas. Gozradus presbyter et monachus. Richpoldus. Counrat. Switker presbyter et monachus. Ryhhardus. Rihhart. Atto. Rehwinus abbas. Gundharius heremita. Wolfher monachus. Voltgoz presbyter et monachus. Altman presbyter. Ymmo presbyter. Gundharius presbyter. Ratmundus abbas istius loci. David presbyter. Lanzo dyaconus. Wenzezlaus abbas noster et Leonensis. Meginhardus abbas in Brevnawe. Pernharius. Adalhere. Reginhart. Ellimpertus presbyter. Liupertus. Arnoldus presbyter. Switker presbyter. Ratpoto. Engilschalcus. Eng marus presbyter. Willhalmus diaconus. Engilforiht dyaconus monachus. Adalhardus subdyaconus et monachus. Engilpreht monachus.

## B. SUB WENZLAO ABBATE. 1063—1068.

*Nomina fratrum istius congregationis.*

Wenzlaus abbas.

Irmbertus. Davit. Engelwort Gerhart. Wolfram, episcopus Tervisiensis. Waltker. Gundram. Bernhart. Hieremias. Tagadieo. Eggihart. Diethart. Rudolf. Rudolf. Bernger. Adalbero. Herma. Hertwich. Dietmar Egno. Willhalm. Weichart. Otakar. Reginbolt. Heinrich. Winther. Hadmar. Wolfram. Willhalmus. Amize. Chunpreht. Adelpreht. Sigibrant. Wenher. Wiseman. Pernolt. Engelger. Papo. Eberdolt. Rudolf. Eggilhart. Hertwich. Udelschalich. Liupolt. Pernolt. Adelhart.

## C. SUB HERMANNO ABBATE. A. 1256.

*Anno Domini* 1256 *mense Aprili notati sunt fratres istius congregationis:*

Dominus Hermannus abbas.

Iacobus presbyter. Rutlibus presbyter, *abbas*[h] *in Aspach*. Chunradus *Schepfel* presbyter. Chunradus *Lamina* presbyter. Ulricus *Boemus* presbyter. Eberhardus presbyter. Heinricus *Ramstorfer* presbyter. Heinricus *Aichper* presbyter. Ulricus *Rinthna* presbyter. Albinus presbyter, *abbas huius loci*. Ulricus *Rukka* presbyter. Guntherus presbyter. Otto presbyter. Burchardus presbyter, *abbas in Obernaltach*. Wolfkangus presbyter, *abbas Sancti Emme-*

a) *pro* Huic — ebdomadibus *leguntur in* 2: Bernhardus abbas rexit ebdomadibus 15. b) obiit — martiris *desunt* 1. c) Anno — electus *leguntur in* 1. d) *hic desinit* 1. e) Chilianus — 1534 *leguntur in* 2. f) obiit 1534 *addidit manus recentior*. g) in Chr. *manus posterior addidit*. h) *inclinatis litteris scripsi ea, quae postea addita sunt in cod.*

69) Cf. Karajan Das Verbrüderungsbuch des Stiftes S. Peter zu Salzburg p. 34 (138) lin. 10 sq.

*rammi Ratisponensis.* Poppo presbyter, *abbas in Obernaltach*[70]. Chunradus *Prager* presbyter. 70 Gotpoldus presbyter. Wernherus presbyter. Heinricus *Sapiens* presbyter, *abbas in Piburch*[71].

Gozwinus diaconus. Tymo *Hicsteter* diaconus. Ulricus *Landawer* diaconus. Heinricus *prior* diaconus. Marquardus diaconus. Alhardus diaconus.

Chunradus *Munichdorfer* subdiaconus. Sifridus subdiaconus. Chunradus *Haminger* subdiaconus.

Tymo acolitus. Wernhardus acolitus. Burchardus.

Chunradus *Lapicida* conversus. Berhtoldus conversus. Ditricus conversus. Alhardus conversus. Chunradus *Zauner* conversus. Marquardus conversus. Chunradus *Weiner* conversus. Heinricus conversus. Chunradus *Abstorf* conversus. Herbordus conversus. Heinricus conversus.

### D. SUB VOLCHMARO ABBATE. A. 1280.

*Anno Domini* 1280 *nomina fratrum ecclesie Altahensis:*

Dominus Volchmarus abbas.

Wintherus Bohemus. Otto. Goppoldus. Leupoldus. Heinricus Bohemus. Wernherus prepositus in Rymchna. Alhardus. Thiemo Hicsteter. Chunradus de Munichdorf. Heinricus de Misa. Ulricus de Wienna. Chunradus de Semanshausn. Chunradus scriptor. Wernhardus vernus. Chunradus de Awerbach. Lazarus. Ditmarus de Puchof. Hermannus. Engelmarus[72]. Godehardus. Rugerus de Aichperch. Ulricus. Davit. Heinricus novicius: Presbiteri.

Ratmundus. Chunradus Woelhel. Albinus: Dyaconi.

Wernhardus officialis *postea factus abbas.* Fridericus Dulcis. Mauricius: Subdyaconi.

Hartmudus. Chuno. Symon. Eberhardus de Frising: Acoliti.

Chunradus Morator. Heinricus de Ramsdorf. Chunradus Malczer. Berhtoldus. Chunradus de Roechweinsdorf: Conversi.

---

# HERMANNUS DE INSTITUTIONE MONASTERII ALTAHENSIS.

*Subscripta*[a] *de institutione monasterii Altahensis Hermannus abbas ex vita sancti Godehardi et ex chronicis ac privilegiis ecclesie compilavit.*

Monasterium Altahense ex consilio sancti Pirminii, Mettensis[b] episcopi, ab Outilone duce in honore sancti Mauricii sub monachica professione construitur anno ab incarnatione Domini 741, pontificatus domini Zacharie pape anno sexto, ultimo autem anno Leonis imperatoris, qui in chronicis[73] ob sui maliciam Impius appellatur, Karolo primo maiore domus in regno Francorum existente, cuius filium Pippinum, patrem Karoli Magni, post hec anno nono sanctus Bonifacius archiepiscopus ex decreto Zacharie pape unxit in regem, Hilderico rege in monasterium misso. Quem etiam Pippinum post hec Stephanus papa anno Domini 754 patricium constituit Romanorum et cum eo duos filios eius Karolum et Karlomannum cum matre eorum Berhtrada sacra unctione in regie dignitatis honore confirmavit ante distributionem[c] episcopiorum in Bawaria, que decimo anno post dictam constructionem per sanctum Bonifacium archiepiscopum ex decreto Zacharie pape et consensu Pippini regis ac Outilonis ducis facta est, ubi Iohanni Salzpurch, Gaibaldo Ratispona, Willibaldo Eihstat, Ermberto Frising comendatur. Nam tunc nullus in tota provincia pastoralem kathedram possidebat, preter Vivilonem archiepiscopum Lauriacensem, quem predictus Outilo, infestationem Avarorum cum clericis suis et monachis fugientem, Patavie recepit et episcopavit ibidem.

Wolf Vit. God. II, 2. Ekk. 735, 741. Wolfh. 1. 1. Ekk. Wolfh. 1. 1.

Defuncto dehinc rege Pippino patricio Romanorum cum ad Karolum filium eius et ad Francos sive Teutonicos[74] imperium, quod a tempore Constantini Magni, Helene filii, huc usque Constantinopoli manserat apud Grecos, per domnum Leonem papam et consensum senatus et populi Romani anno ab incarnatione Domini octingentesimo primo esset translatum, ipse Karolus serenissimus augustus a Deo coronatus, magnus, pacificus imperator Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Longobardorum, structuram istam largis prediis et

Ekk. 800, 801. Dipl. Kar.[75] 811. Nov. 26.

a) Subscripta — compilavit *addidit in* 1. *manus* 2. b) Mett. ep. *addidit in* 1. *manus* 2. c) *sequitur in* 1. etiam, *sed inductum.*

70) electus a. 1260. V. Hermanni Annales 1260. 1294. 1298, SS. X, 6.
71) electus a. 1272. V. Hermanni Annales 1272.
72) post abbas Ensdorfensis. V. Annales Ensdorf.
73) V. Ekkeh. chron. 718. 741.
74) Cf. Otton. Fris. Chron. VI, 17.
75) Mon. Boic. XI, 101.

Ekk. p. 162. **possessionibus ampliavit.** Nam terram Avarorum sive Hunorum per bellum continuum octo annorum capiens, Avaribus expulsis, ipsam Avariam sive superiorem Pannoniam, que nunc nomen tenet Austrie, totam inter ecclesias Bawarie, pontifices et abbates, comites dividit et barones, **ubi Orulfo abbati et ecclesie isti non parvam tradidit portionem.**

**Tassilo etiam dux, Outilonis ducis et Hiltrude sororis Pippini regis supradicti filius, et sui barones plura predia huic structure illis temporibus contulerunt[76].**

Wolf. Vit. God. II, 2. 3. Ekk. 814, 841. Ludwico post hec imperatore, filio Karoli Magni, in Romanum imperium sublimato, quatuor filiis eius, Lothario, Pippino, Karolo et Ludwico, sibi continue rebellantibus ac deinde post mortem patris fratribus inter se pro divisione regni concertantibus, in tam longa et detestabili dissensione plures ecclesie despoliabantur prediis et facultatibus suis. Ekk. p. 180. Inter quas ecclesia ista magnam partem perdidit prediorum, **licet hanc Ludwicus ille ultimus fratrum, cui postmodum diviso regno orientalis Francia,** a Rheno videlicet usque ad fines Illirici et Pannonie ac terminos Danorum, **in partem cesserat, defensione sua et prediorum larga munificentia relevare curasset, exposcentibus hec aput eum Gozpaldo et Otkario abbatibus et episcopis, qui temporibus regni ipsius ecclesiam hanc regebant[77].**

**Gente dehinc Ungarorum sub Ludwico rege, filio Arnolfi imperatoris exeunte et in necem christiani populi ac maxime in gentem Teutonicam vicinioremque sibi Bawariam** Ekk. p. 180. **graviter seviente, surrexit quidam tyrannus, Arnoldus videlicet dux Bawarie,** qui rex fieri frustra cupiens, Ungaris se coniunxit, invasor regni extitit, et pro hac ambitione destructis ecclesiis, earum reddi- Wolf. Vit. God. II, 3. tus militibus et fautoribus suis concessit. Inter que et Altahensis ecclesie proprietas fere tota in Bawaria et in Austria diripitur et huic sceleri militantibus iuxta dibachantium voluntatem beneficii immo maleficii causa dividitur et confertur.*

Istis et precedentibus necessitatibus norma monachica hic defecit. Sub regula tamen canonicorum usque in tempora Ottonis tercii imperatoris et[a] Heinrici[b] ducis, patris sancti Heinrici imperatoris, item quasi 937. per centum annos perstitit locus iste. **Predicto namque Ludwico et Chunrado primo ac Heinrico** Ekk. 937. 955. **primo regibus prefato Arnoldo et Ungaris viriliter resistentibus,** tandem mortuo eo, ab Ottone Magno 955. anno regni sui 19, qui est annus dominice incarnationis 955, apud Augustam civitatem in campo qui dicitur Lechfelt Gerb. Vit. Oud. c. 3. 12. exercitus Ungarorum inmensa cede necatur, virtus eorum quasi tota extinguitur, tres principes ipsorum, sicut in gestis sancti Uodalrici legitur, Ratispone in patibulis suspenduntur, et toti Bawarie pax a Domino redonatur. **Que ecclesia tunc in Bawaria existens tot inpetus tam perniciose gentis ac pagane sine magno discrimine sufferre potuit, contra quas etiam advocatus earum et princeps patriae Arnoldus[c] cum gente paganica conspiravit?**

Wolf. Vit. God. II, 5. Elevato post hec in Romanum imperium Ottone tercio, qui more avito in omni ecclesiastice dignitatis promotione crescere cepit, cuius quidem laudabilis industrie initiale fuit inditium, quod septimo ordinationis sue anno, qui est

Ekk. 913. * *In cod. C. fol.* 70 *leguntur haec:* Circa annum Domini nongentesimum quartum decimum, cum Chunradus primus in Romanum regem esset elevatus, Arnolfus dux Noricorum timore ipsius regis tamquam homo malignus et contrarius regi, cum uxore et filiis fugit in Ungariam et Ekk. 920. p. 180. exinde in regno quasi per quinque annos plurima mala fecit auxilio Ungarorum. Deinde mortuo sine heredibus predicto rege Chunrado, Heinricus primus in regem a principibus est electus, statimque memoratus Arnolfus ab Ungaria revertitur et a Baioaricis principibus non solum honorifice suscipitur, set etiam ut rex fiat ab eis vehementius exoratur. **Affectante itaque ipso imperium et discordante cum rege Heinrico, multarum ecclesiarum possessiones et predia, quibus ditate fuerant et dotate, per collationem ipsius tiranni in usus laicorum in hac discordia sibi famulantium transierunt. Nec poterant ea monasteria rehabere propter potenciam eorum, qui ipsa predia in feudo receperant, et quia per ipsos potentes ad minores personas fuerant hinc et inde feudaliter derivata, licet predicto Heinrico regi tres Ottones et sanctus Heinricus successerint, imperatores utique fortes et potentes et iudices severi et iusti ac ecclesiarum promotiones in omnibus ferventissime diligentes. Attamen quia dicte possessiones ad augmentum regni cesserant, gracia fit regalibus ecclesiis, sicut in quorundam monasteriorum privilegiis adhuc cernitur, quod ab obsequiis illis, que facere solebant imperatoribus et regibus cum milicia et armis, quando ipsos reges contigit ire in aliquam expeditionem, essent penitus absolute, et ut recipiens prelaturam ab imperio per ceptrum nichil iuris daturus esset curie, nisi quod proprio arbitrio et bona voluntate voluerit ministrare. Domnus etiam Ludwicus dux Bawarie[78], pater videlicet Ottonis ducis[79], sepius fatebatur, quod pro Altahensi et Tegrnsensi et similibus ecclesiis de suo ducatu obsequium illud, quod dicitur herschilt, ipse et alii sui successores imperio exhibere deberent.**

a) *sequitur in* 1. sancti, *sed inductum.* b) *sequitur in* 1. tunc, *sed inductum.* c) Arnoldus *in* 1. *addidit manus* 2.

76) V. Mon. Boic. XI, 14—18. 77) V. Ludewici II Germanici diplomata, Mon. Boic XI, 107—124. 78) Ludovicus I (1183—1231). 79) Ottonis II (1231—1253).

annus dominice incarnationis 990, sepedictum istud monasterium episcoporum consilio, videlicet[a] Wolfkangi Wolfh. Vit. God. I, 7. II, 5.
Ratisponensis et Pilgrimi Pataviensis, auxiliante demum duce prefato, in pristinum monachice religionis reformari facit 990.
statum. Quidam igitur venerabilis vir Erchanbertus nomine hic abbas preponitur, per quem auxiliante Domino divinum
ministerium iuxta regulam sancti Benedicti religiose disponitur. Ad cuius statim saluberrimam commonitionem sanctus 991.
Godehardus monachus est effectus, qui ex familia istius ecclesie natus hicque nutritus et sacrarum litterarum studiis fideliter II, 2.
est imbutus. Iste sanctus Godehardus antea in ordine canonicorum huius ecclesie prepositus existens, postea monachus II, 4. 5. 6.
factus, Erchanberto abbati succedit anno ab incarnatione Domini 997, sancto Heinrico, tunc duce Bawarie, ipsum abbatem 997.
et locum devote ac fideliter promovente.

Isdem namque Heinricus cum, Ottone tercio absque filiis defuncto, in regni sedem anno ab incarnatione Domini Ekk. 1001.
millesimo primo a cunctis esset principibus sublimatus, cum consorte regni, sancta virgine Chunigunda, quam
non ut uxorem set ut sororem dilexit, Dominum, bonorum omnium datorem, habere delegit[b] heredem et sexto regni
sui anno episcopatum Babenbergensem construxit aliisque sanctorum locis per regni latitudinem non minus, prout opus
erat, sue impertivit munificentie largitatem. Quedam enim loca iam dilapsa in melius restituit, quibusdam que minus
suppetebant adiecit. Inter que et ecclesiam istam, ab ipso dudum restructam, cortinis et vestibus
sacris, et quod maximum fuit seculi huius donum, pacis tranquillitate dotavit et larga ditavit
munificentia prediorum.

Invitabat ipsum et alios imperatores ad huius structure promotionem dulce patrocinium
istius ecclesie, videlicet legionis sacratissime Thebeorum, sicut cernere datur in privilegiis
ab ipsorum gratia donatis eidem, ubi[c] sanctum Mauricium gloriosum martirem Christi et
tocius regni summum patronum[80] appellant, quoniam ab altari suo, Rome in ecclesia sancti 80
Petri sito, ab apostolicis manibus imperii recipiunt dyadema. Instigabant insuper ipsos ad
hec grata obsequia, que eis cum exercitibus contra Ungaros euntibus hic fiebant.

Hunc autem Heinricum ad benefaciendum huic monasterio specialiter induxit cognita
sanctitas beatissimi patris Godehardi et discipuli sui Guntharii heremite, quos familiares
tenuit quamdiu vixit, et eorum secretis consiliis fruebatur. Et cum per ipsius imperatoris
industriam ecclesia ista se gaudeat reformatam, unum tamen est, quo se ab eo pia queri-
monia deflet lesam, videlicet quod sanctum patrem eius Godehardum abbatem, speculum
tocius Bawarie, anno regiminis[d] sui 26. Hildensheimensi[e] ecclesie prefecit episcopum, ex
quo coniecturam sumit, quod ex ea promotione suo sancto corpore careat integrali.

Post hec Heinricus pius tercius rex, imperator secundus, qui gentem Ungarorum cum
Petro rege ipsorum Romano imperio bellando subiecit, cum sua contectali Agnete impera-
trice monasterium istud prediis suis ditat, Ratmundo abbate, sororio[81] sancti Godehardi, 81
hec apud suam magnificentiam exposcente[82]. 82

Sub quo etiam abbate ecclesia ista anno Domini 1033, 4. Nonas Martii cum ceteris 1033.
edificiis igne consumitur, quam idem Ratmundus abbas a fundo reedificare cepit, cooperan- Mart. 4.
tibus sibi sancto Godehardo Hildensheimensi episcopo et Richerio Leonensi abbate, qui
primitus monachus Altahensis, postmodum per Chunradum imperatorem abbas extitit
Cassinensis; ac[f] quinto post hoc anno, 11. Kalendas Octobris a tribus episcopis, Peregrino 1037.
scilicet Pataviensi et Heriberto Eistetensi et Engilmaro Parentino dedicari procuravit[g],*. Sept. 21.

Heinrico post hec quarto patri in regni solio succedente, diversisque ducibus ducatum
Bawarie procurantibus, illo abiecto alio subrogato, pax a tempore primi Ottonis per succes-
siones 6 imperatorum huc usque vigens tunc tepescere cepit. Dissensiones oriuntur in
regno, ecclesie perturbatio, monasteriorum destructio, clericatus despectio, tocius iusticie
ac relligionis conculcatio et alia plura incommoda tunc sunt orta; scinditur tunc regnum et
sacerdotium, imperator et sui fautores ab Alexandro et Gregorio septimo, Urbano et Pa-
schali anathemate feriuntur. Heinricus quintus patre superstite regnum invadit. Episcopi Cf. Pass.
a propriis sedibus expelluntur. Inter quos sanctus Thiemo, monachus Altahensis set tunc Thiemonis.
archiepiscopus Salzpurgensis, a sede sua propellitur. Qui postmodum in visitatione domi-
nici sepulchri a Sarracenis cum aliis captus apud Corrozaim[83] crudeli martirio vitam finivit. 1101.

Dehinc regnat Heinricus imperator quintus. Hic Pascalem papam Rome captivavit,

* *In cod. Altah. bibl. caes. Vindob., Hist. prof.* 989, *hodie* 612, *manu saec. XIII scripta haec sunt:* Tempore Ratmundi abbatis Altahense monasterium consecratur a tribus episcopis, Berngero scilicet Pataviensi et Heriberto Eistetensi et Engilmaro Parentino anno 1037, 11. Kal. Oct.

a) videlicet — Pataviensis *in* 1. *addidit manus* 2. b) deelegit 1. c) *sic corr. in* 1. qui. d) regimis 1. e) Hidensheimensi 1. f) ac — procuravit *in* 1. *addidit manus* 2. g) *in* 1. *manus* 2. *in extremo folio* 5. *addidit:* Require plus in fine quaterni ad tale signum ⊕. *Et fol.* 13. *scripta sunt sequentia hoc praemisso signo* ⊕.

80) Cf. Heinrici IV. tabulam, Mon. Boic. XI, 159. 81) V. Wolfh. Vit. God. II, 27. 82) V. tabulas, Mon. Boic. XI, 146 sq. 83) V. Mon. Germ. SS. XI, 58. not. 14.

sed ab eodem ac postmodo plenius a Kalisto papa in communionem ecclesie est receptus, cui Kalisto et sancte Romane ecclesie idem imperator omnium ecclesiarum ad regnum pertinentium investituram per anulum et baculum cum privilegiis resignavit. Exin gwerris quiescentibus, pax in regno qualiscumque pro tempore reformatur.

Post hec Lothario, Chunrado, Friderico, Heinrico regni sceptra gubernantibus, anno
1154. Febr. 3. domini Friderici regis Romanorum primo, qui est annus dominice incarnationis 1153, quia iam repressa omnino contumacia Ungarorum, imperium in partibus Bawarie negocia quasi nulla tractare habuit, idem Fridericus iura regalia istius ecclesie propter defensionem tradidit Babenbergensi ecclesie, que tunc in Bawaria potens erat, Eberardo secundo episcopo existente, et abbate huius monasterii Polizlao[84].

1180. Incendium item patitur hec structura anno Domini 1180, sed per Dietmarum abbatem
1185. iterum reformatur, ac quinto post hoc anno ab Ottone Frisingense presule consecratur.

Imperantibus demum predicto Heinrico, Philippo, Ottone et Friderico ipsisque intencionem potentie sue ad regna Italica extendentibus, surrexerunt duo fratres Perhtoldus et Albertus, filii Alberti comitis de Bogen, qui non solum inter se, set etiam cum vicinis suis omnibus, episcopis, comitibus et liberis discordabant. Isti ex una parte occasione advocatie milites et colonos huius ecclesie rapinis et spoliis et captivitatibus crudeliter affligebant, ex altera parte per Rapotonem et Heinricum comitem de Ortnberch et alios inimicos eorum predia ecclesie predis et incendiis vastabantur. In expeditionem autem transmarinam
1218. Aug. 12. euntes, Bertoldus comes aput Damiatam moritur bono fine anno Domini 1218. pridie Idus Augusti. Reversus Albertus comes, cum insolentiam suam, iam quasi versam in naturam, nullus regum vel principum refrenaret, usque ad finem vite sue, licet secundo transfretaverit, in tali persecutionis sevicia perduravit.*

1218–1229. Ad tantam per hoc domus ista pervenerat paupertatem, ut dominus Poppo abbas, vir utique summe probitatis et qui ecclesiam istam sublimasset, nisi malicia temporis obstitisset, relictis paucis senibus et pueris ad alia loca se transtulerit, fratribus in monasteriis Boemie, Moravie et Austrie locatis, sepe tamen revisentibus ecclesiam istam, ut eam sicut filii dilectam matrem consolarentur, tamquam in agonia ultima laborantem. Hinc calices et alter ornatus ecclesie, meliora quoque predia obligantur pro vite necessariis et venduntur.

1232–1242. Vivente tamen eodem comite, quidam clericus ecclesie huius Ditmarus nomine assumens habitum monachalem abbas efficitur. Qui tempore huius miserie hanc ecclesiam relevavit, quedam debita redemit, edificia plura construxit et quibusdam redditibus ampliavit; cui nullus equiparari potuit in cura domestica disponenda.

1242. Ian. 15. Defuncto Alberto comite supradicto, gloriosus et christianissimus princeps Otto comes palatinus Rheni, dux Bawarie, ex inclito duce Bavarie Ludwico et Ludmilla, matre predictorum comitum, natus, fit huius ecclesie advocatus, vir utique bonus et per omnia Deum

1242. Ian. 15. * *In 2. narratio post sevicia perduravit sic pergit ac terminatur:* Quo defuncto, gloriosus princeps Otto comes palatinus Rheni, dux Bavarie, ex inclito duce Bavarie Ludwico et Ludmilla, matre predictorum comitum, natus, fit huius ecclesie advocatus, vir utique bonus, anno 1242.

Quis autem primus episcopus ad honorem Dei consecraverit locum istum, per nulla scripta patet. Attamen tempore canonicorum per Fridericum[85] archiepiscopum Salzpurgensem ecclesia ista legitur consecrata. Que postea tempore
1037. Ratmundi abbatis per incendium destructa reconsecratur, et a Perngero Pataviensi episcopo, cooperantibus sibi Heriberto Eistetensi episcopo, ut superius est prescriptum. Deinde tempore Dietmari abbatis illius nominis secundi, cum iterum per
1185. incendium esset devastata, consecrari procuratur ab Ottone secundo Frisingensis ecclesie episcopo, tempore quo superius est expressum. Postremo vero testudinato choro et novis altaribus erectis, ad consecrationem dicte ecclesie invitatur
1271. Sept. 21. dominus Petrus, reverendus Pataviensis ecclesie episcopus. Qui rogatu domini Hermanni abbatis in die sancti Mathei apostoli principale altare in honore antiquorum patronorum nostrorum, Mauricii videlicet et sociorum eius; et etiam secundum altare in honore beate Marie virginis ac presepis Domini pariter consecravit, recondens in eis priores reliquias et etiam multo plures anno Domini 1271. etc.

84) V. dipl. Friderici d. d. 3. Febr. 1154. Mon. Boic. XXIX, 1, 311. 85) primum, 954—991.

timens, sub quo speratur presens ecclesia reformari, nisi peccata nostra prepediant, vel 1242.
fortune volubilitas non permittat. Tu autem, domine Deus, exaudi clementer in hac domo tua preces servorum tuorum, quatenus illorum meritis tuam consequamur gratiam, quorum hic patrocinia veneramur. Amen.

---

# DE ADVOCATIS ALTAHENSIBUS.

Perspectis hinc inde privilegiis ecclesie et antiquis donationibus prediorum, non plene potuimus invenire, quis primum vel quos huic ecclesie constituerit advocatos. Necessarium tamen fuit, ut quelibet ecclesia advocatum haberet sive patronum, multis de causis. Cum enim aliquod predium ecclesie delegatur, illud in suum debet patrocinium suscipere advocatus, et ab omni homine defendere in quantum sibi et ecclesie iusticia suffragatur. Item quia non est clericalis dignitatis, iudicium vel vindictam sangwinis exercere, advocatus inter homines ecclesie furta, violentos coitus, homicidia sive pugnas enormes et incendia et similes causas, per quas possit irregularis effici persona ecclesiastica si puniret, secundum consuetam iusticiam iudicabit; que omnia pro ecclesiarum quiete et libertate sunt antiquitus constituta.

Istos tamen invenimus fuisse ecclesie advocatos. Tempore[a] Liupoldi ducis[86] et Tuto- c. 905.
nis episcopi[87] Herigolt[88] fuit ecclesie advocatus[a]. Tempore Arnoldi ducis et Agilolfi abbatis 907-937.
Raffoldus fuit advocatus ecclesie Altahensis. Tempore Chuniberti abbatis et Perhtoldi ducis 937-945.
fuit Albricus advocatus. Tempore Heinrici ducis Meinhardus comes fuit advocatus; hic 945-955.
habuit fratrem Ulricum comitem. Tempore canonicorum et Perhtoldi ducis fuit Chunradus advocatus. Heinricus dux habuit Waesigrimum advocatum. Tuto episcopus habuit Perh-
toldum advocatum. Tempore sancti Godehardi abbatis Meinhart et Rupreht fuerunt advo- 997-1022.
cati ecclesie. Tempore Ratmundi abbatis fuerunt advocati ecclesie Rutpertus, Udalricus 1027-1049.
comes et Marquardus. Tempore Adalhardi abbatis Meinhardus et Aschwinus fuerunt advo- 1055-1062.
cati ecclesie.

Aschwinus autem, comes de Bogen, fuit tempore Heinrici quarti* et Adalhardi, Wenz- 1056-1106.
lai et Walckeri abbatum advocatus Altahensis ecclesie. Hic Aeschwinus fertur Bohemos irruentes in provinciam nostram tribus bellis vicisse, et in signum victorie quandam crucem cum bipenni in quadam abiete in monte qui vocatur Apholtersperg excidisse; que abies usque hodie vocatur Aeschweinestanne. Iste Aeschwinus[89] dicitur Adilpertum comitem genuisse; 89
qui habuit uxorem Hadwigam, et fuit advocatus Altahensis ecclesie tempore Liupoldi et Adalfridi et Ruperti et Gerhardi abbatum. Iste Adalpertus[90] construxit monasterium in Windberge. Hic genuit Adalpertum, Haertwicum et Perhtoldum comites. Ex quibus Adalpertus sagitta occiditur in obsidione castri quod dicitur Phalaia[91] circa annum Domini 1140; 1140.
Haertwicus autem homo pessimus insaniendo vitam finivit. Pertholdus vero homo pacificus et dives fuit advocatus ecclesie Altahensis tempore Chunradi et Bolezlai abbatum, qui advocatiam quam ipse et progenitores sui antea ab imperio recipere solebant, primus recepit a Babenbergense episcopo Eberhardo[92]. 92

Hic genuit Adalbertum comitem ex Leutkarde. Iste Adalbertus advocatus ecclesie tempore Udalrici et Ditmari abbatum fuit. Hic fuit homo ferus et bellicosus et per hoc

* *In cod. C. fol. 83 leguntur haec:* Heinricus imperator quartus de legitimis et annalibus advocatorum placitis hoc statuit, quod ad placitum cuiuslibet advocati magnarum ecclesiarum pertinentes semel in anno, quando preceptum fuerit, omnes certis in locis conveniant, ibique advocati in servicium suum plus non exigant, nisi duos modios tritici et duos porcos, tres cados vini vel medonis, decem cados cervisie, quinque modios avene in pabulum triginta equorum.

a) Tempore — advocatus *in margine apposita sunt.*

86) qui obiit 907. Iun. 28. 87) Ratisponensis, 894—930. 88) V. tabb., Mon. Boic. XI, 129—131. 89) qui obiit d. 10. Maii, teste Necrol. Oberaltah. saec. XII. ms., cod. Vindob. bibl. caes. 2182; cf. Mon. Boic. XII, 281. 90) qui obiit d. 13. Ian. 1147. Necrol. Windb., Mon. Boic. XIV, 90. 91) Cf. Geschichte des Deutschen Reiches unter Conrad III. p. 34. 92) ab Eberhardo II (1146—1172). Cf. supra p. 372. n. 84.

destructor ecclesiarum et provincie exstitit. Nam per raisam versus Dornberch cum Bohe-
1193. mis factam et per prelium habitum cum Ludwico[93] duce anno Domini 1193, ac per constructionem castrorum in Hohenpogen et aliorum edificiorum sive preliorum[a] et per diversas exactiones ecclesiam nostram et alias ecclesias depauperavit.

Ipsius enim comitis iniqua vexatione primum cepit ecclesia nostra subadvocatos* habere et steurarum exactiones iniquissimas sustinere. Ius enim advocatie in aliquibus locis aliis obligationis titulo exposuit, aliis iure feodali possidendum concessit. Inter quos quidam Chunradus de Ahusen inbeneficiatus est ab eo in villa in Obernhausen cum adiacentibus hubis, Marquardus de Framleinsperg bonis nostris in Wincheling, Pernhardus de Lerchenveld bonis nostris in Mûndreiching et in Sifchofen, Regimboto de Suozzenpach[b] et Rapoto de Peilstain duabus villis nostris in Wizzenregen et in Hasenperg. Item obligationis titulo Paboni de Zulling villam in Usterling locavit. Preterea consensit, quod Perhtoldus de Ozzing vendicavit sibi bona nostra in Mûnichdorf, in Elnpach et in Swarza. Gozpoldus de Hofdorf Ocmarign et alia plura, Poppo de Chaesperch cum fratribus fere septuaginta beneficia sibi indebite adtraxerunt. Censuales etiam ecclesie plus quam quadringentos cuidam Chunrado de Rôt legitur contulisse. Item censuales nostros ab Isera usque post fines Patavie comiti de Ortenberch iure concambii tunc concessit. Et ministeriales ecclesie nostre per extraneas nupcias alienavit a nobis.

Ipsius etiam comitis temporibus, dubium an eo concedente vel favente, in partibus Austrie tunc ceperunt ecclesie nostre predia plures iniurias sustinere. Nam Perhtoldus de Arnstain quasdam vineas nostras in Spiz cum agris et pratis et decimis eorundem sibi vendicavit. Ulricus quoque cognomento Straeun advocatiam in predio nostro in Zaia sibi tunc etiam illicite usurpavit tempore Heinrici primi ducis Austrie et Liupoldi filii sui; a quibus principibus per querimonias diversas super hoc iusticia non poterat optineri. Plures etiam idem comes, sicut in litteris querimonialibus abbatum invenitur, malicias exercuit, que melius reticentur.

1198. Attamen moriens anno Domini 1198.[94] filiis suis Liupoldo clerico, Pertholdo et Adalberto, quos genuerat ex Ludmila, reliquit comitatum plenum divitiis et honore. Qui cum inter se primum, et postea cum aliis vicinis suis episcopis comitibus discordarent, in tantam rabiem et malitiam excreverunt, ut provinciam comitatus sui inhabitabilem facerent fere totam, et dominus Poppo abbas noster** cum monachis et familia propter defectum, locum

* *In cod. C. fol.* 83 *inveniuntur haec:* Adrianus papa quartus. Nos felicis memorie predecessoris nostri pape Eugenii statuta et karissimorum filiorum nostrorum Conradi quondam et Friderici, illustrium Romanorum regum, sanctiones et precepta sequentes, qui nullum de cetero in Teotunico regno subadvocatum super aliquas ecclesias decreverunt et inhibuerunt debere constitui, omnibus subadvocatis in ecclesiis regni predicti omnimodam abiudicamus iurisdictionem, si quam visi sunt in ipsis ecclesiis hactenus habuisse.

** *In cod. C. fol.* 122. *leguntur haec, scripta manu saec. XIV:* Quia rerum gesta, quamquam magnifice fuerint acta, temporaneo decursu ab hominum memoria penitus arcentur, ubi litterarum perpetuitati non mandantur, idcirco ad presentes futurasque fidelium Christi naciones huius pagine continenciam transmittimus, notum facientes, quod ego Poppo abbas de inferiori Altah, dum ecclesia nostra per advocatos nostros, comites videlicet de Bogen, multis undique circumfusa fleret periculis, rerum quoque gravibus indesinenter doleret ruinis, regem Phylippum accedens, qui tunc Romani regni[c] sceptra moderando gubernabat, causam illius deiectionis nostre et dolorum flebiliter exposui. Cuius itaque curiam multis impensis insequendo, laboris et periculorum nostrorum misertus, tribulaciones nostras et gravamina scuto proteccionis sue et auctoritatis sentencia relevare ordinavit et fluctuantes periculorum nostrorum procellas
1208. iudiciali rigore ex parte temperavit. Quo tandem de medio sublato, spei nostre anchora in profundo deperiit, quia acriores in nos tyrannos et seviores predictos comites mors regis suscitavit. Verumtamen Deo ecclesie sue imperatorem Ottonem providente, ipsum, longo
1210. Iun. itinere et impensis fatigatus, in Longobardiam profectus, in Alexandria inveni[95]. Cui omnem tenorem cause nostre, presente duce Bawarie[96] multisque terre nostre baronibus, lacrimose recitavi. Equidem querelas nostras imperialis maiestas pio affectu suscipiens, totam causam iusticie rigore terminandam duci Bawarie delegavit et ut ecclesiam nostram ab omni dampno

a) *sic cod.* b) *alia manus addidit:* Sûzzenpach est situm prope castrum Sigenstein. c) rengni *cod.*

93) Ludwico I. duce Bavariae. 94) Obiit Albertus d. 19. Dec. 1197, teste necrol. Windb., Mon. Boic. XIV, 107. 95) inter d. 13. et 20. Iunii. V. Böhmeri Reg. Ottonis IV. p. 54. 96) Ludovico I.

quasi desolatum relinquere et predia ecclesie meliora obligare vel vendere cogeretur.
Inter que etiam illud nobile predium Hallense Eberhardo primo[97] Salzpurgensi archiepiscopo 1219.
tantummodo pro trecentis quinquaginta marcis argenti tunc temporis vendebatur. Defuncto 1218.
autem aput Damiatam Berchtoldo comite[98], Albertus comes, habens Reichizam uxorem Aug. 12.
sterilem, in sui malitia usque ad obitum perduravit. Verumtamen dominus Ditmarus tertius 1232
abbas, vir in seculi sapientia subtilis, et cui in dispensatione domestica vix aliquis poterat |
conparari, tempore predicti Alberti comitis ecclesiam istam sagaciter et fideliter sustentavit, 1242.
redimens novem carradas vini, que quibusdam malignis dabantur ab ecclesia ad usuram.
Isdem etiam abbas per Hermannum monachum[99] privilegium infule et anuli[1] et ecclesiam 1239.
in Spicz[2] in usus ecclesie inpetravit. 1240

illesam et sine omni utilitatis exaccione usque ad adventum suum tuendo conservaret, 1210.
districte per sententiam imperavit. Qua conmissione suscepta, dum prefatus dux in civitate Iun.
Ratispona celebrem postea ageret curiam, causa nostra coram principibus et optimatibus terre nostre, ipsis advocatis astantibus sollempniter innotuit et diu ventilatam, quid per sententiam de nobis commissum haberet divulgavit, sigillum etiam cum litteris imperate sententie eisdem deffensoribus nostris imperiali auctoritate in propatulo tradidit. Nulla tamen composicione ibidem admissa, dum diversos in modos negocium nostrum verteretur, ipse dux usque in consequens placitum, quod acturus erat in Pledelingen, agende conposicionis racionem distulit. Interea legatus noster de imperatore reversus secundum preceptum prioris sententie ferens, quatinus causam nostram debito fine terminaret, duci precipiendo mandavit. Tandem in audiencia principum hanc conposicionis condicionem obtentu maiorum admisimus, ut nichil a proximo festo Mychahelis usque ad triennium per omnem advocaciam iuris exercerent, preter statutum ius, quod eis ex antiquo attinere et servire noscitur, illud etiam per nostros eis porrectum, de nullo causari tenentur, nec in quoquam fideles nostros tam clericos quam laicos, aut in pernoctacionibus vel in stiuris seu rogatibus sive in qualibet re licet minima molestare debent. Preterea si quicquam inter nostros emerserit in litibus, furtis vel homicidiis aut quolibet casu quod correctione dignum aliquid apportare videtur, illud, per officiales nostros determinatum, ipsis cum summa pace et communitate porrigendum est. Porro si quisquam preconum suorum pullum vel caseum seu quamlibet rem quantumlibet exiguam[a], duplicem restituere cogendus est; quod si iterato repetat, dignam pro tali facto penam solvat. Insuper hanc iuris condicionem in bonis nostris consequi tenentur, quam habent reliqui comites, sub quorum dicione bona nostra iacent, sine ulla advocacie ratione vel exaccionis occasione. Igitur ob huius facti ratam et intemeratam confirmacionem comes Bertoldus patrimonia sua in Tencelle cum villis et decimis et omnibus suis attinenciis in manus palatini Rapotonis delegavit. Similiter comes Albertus patrimonia sua videlicet Urků[b] et duas villas in Riede cum villis et decimis et universis attinenciis suis et proprietate in manus predicti palatini consignavit, ea condicionis lege, quod si iam dicte composicionis racio qualibet temeritate solvatur, prememorata amborum predia per manum supradicti delegatoris ecclesię nostre sine omni contradiccione, ipso delegatore defendente, contraderentur et in ius proprietatis cedant. Et si iusticiam de bonis nostris et prediis, que ministeriales eorum violenter possident, ordine iudiciario per eos non consequemur, querele nostre nude et aperte sicut a primo persistant et dampna nostra, que quinque milium librarum numerum excedunt, preter porcos, boves et pullos et caseos, que ad infinitum tendunt, nobis cum integritate restituant. Huius igitur tam sollempnis contractus testes sunt episcopus Pataviensis, episcopus Frisingensis, palatinus comes Eberhardus de Dornberc, comes Chunradus de Mosberc, Kalbach de Kyrhperc, comes Meinhardus de Retenekke, Chunrat de Horbach, Alram de Uttendorf, Alram de Halse, Wernhart de Hagenowe, Hainrich de Staine, Albertus Leutzeman, comes Perenger de Leunberc, Grimolt de Staine, Sifrit Kopf, Eberhart camerarius, Pertolt de Schiltperc, Poppo de Gelnilingen, Chunrat de Prunowe, Hawart de Autingen,

a) exegerit *excidisse videtur*. b) *sive* Urkȧ.

97) immo secundo, 1200—1246; cf. tab. dat. a. 1219, Mon. Boic. XI, 87. 88. 98) Ex Alberti Bohemi actis excerpsit Aventinus (Oefele SS. I, 793.) haec: *Berhtoldi comitis de Pogen uxor Kunegunda Diotmarum, abbatem inferioris Altah, excommunicavit, quod orarit pro Friderico imperatore et quod monachi receperunt ordines ab episcopo Bathaviensi, quod Diethmarum nepotem suum plebanum Ingolstadt fecit, quod W. notarium Alberti et eius nepotem W. in porticu lethaliter vulnerari fecerit, nisi auffugisset eum interfecissent, quos a proscriptionibus duabus a duce liberavit Baw. Actum Chirchdorff 5. Kal. Aug.* 1242. 99) postea abbatem; is enim in codice tabularii Vindobonensis (v. Archiv für Kunde Oesterr. Gesch. I, 1, 32.) scripsit haec: — *require in secundo quaterno —, et illa quo tempore domini Gregorii pape noni in legatione domini D(itmari) antecessoris nostri bis eundo Romam et semel Veronam super anuli et infule dignitate et obtentu ecclesie in Spits impetravimus, reperies duplicata.* 1) V. Gregorii IX. bullam d. Laterani d. 12. Apr. 1240, Mon. Boic. XI, 212. 2) V. eiusdem bullam d. Laterani d. 15. Mart. 1239, ibid. 204.

1242. Ian. 15. Anno itaque Domini 1242. moritur[3] predictus Albertus comes de Bogen sine herede 18. Kal. Februarii. Cui succedit in advocatia huius ecclesie Otto comes palatinus Rheni, 4 dux Bawarie, cuius studio totus comitatus in optatam pacem et necessariam reformatur[4].

Oct. 27. In autumpno[a] etiam sequenti in vigilia Simonis et Iude predictus dominus Ditmarus abbas obiit, cui successit Hermannus abbas[b]. Qui rexit ecclesiam istam triginta annis, mensibus quatuor, diebus sedecim. Quo propter senium et crebras infirmitates, quas tunc 1273. paciebatur, cedente, Albinus eiusdem ecclesie monachus per formam compromissi eligitur, vir bonus et homo timens Deum, Heinrico duce Bawarie existente huius monasterii advocato.

Ruotlant de Puohse, Otto de Haichenbach, Manigolt de Aheim, Heinricus de Stritwisen, Altman de Helngersperg, Gozpolt de Schônstain, Berchtolt de Stainberch, Gozpolt de Nuzperc, Hainric de Ratgozzingen, Heinricus Pfolinger, Palmar Russel et alii quam plures.

---

# GENEALOGIA OTTONIS II. DUCIS BAVARIAE ET AGNETIS DUCISSAE.

*Origo Agnetis ducisse Bawarie:*

5 Ritschardus[5] rex Angliae, pater videlicet illius Ritschardi[6] regis, qui a Liupoldo duce Austrie captivatus fuit, Sophiam[7] filiam suam copulavit Heinrico[8] duci Bawarie et Saxonie. Iste Heinricus genuit ex ea Ottonem imperatorem quartum et Willehalmum ducem de Lunburch et Heinricum comitem palatinum Rheni. Isti Heinrico Chunradus comes palatinus Rheni, frater Friderici primi imperatoris, copulavit filiam suam Iuditam[9] et ex hoc quia filium non habuit, succedit ei in palacii principatu. Qui Heinricus postmodum ex illa Iudita[10] genuit Agnetem, que Ottoni[11] filio Ludwici[12] ducis Bawarie matrimonialiter iuncta. Ipse etiam Otto, ex hoc quia predictus Heinricus filium heredem non habuit, principatum eiusdem comitatus palatii est adeptus. Item Heinricus predictus comes palatinus Rheni genuit alteram filiam nomine Yrngardam, quam duxit Hermannus marchio de Baden, qui genuit ex ea Hermannum et Rudolfum fratres. —

13 Fuerunt item quatuor fratres: Fridericus dictus Barbatus sive Paertinck[13], fundator cenobii in Enstorf, et Chunradus[14] archiepiscopus Magontinus, et Otto comes palatinus Bawarie dictus de Schiren[15], et Otto comes palatinus dictus de Witelinspach[16], nati ex Ottone comite palatino Bawarie[17] et Agnete[18] uxore sua, que filia fuit Ludwici comitis de Lôn.

Ex hiis ille Otto, dictus de Witelinspach, genuit Ottonem, qui Phylippum regem Roma- 1208. norum occidit.

Alter Otto, dictus de Schiren, cum ille supranominatus Heinricus Bawarie et Saxonie dux potentissimus a Friderico imperatore proscriptus esset et per sententiam principum 1180. utroque ducatu privatus, dux Bawarie est effectus, et genuit Ludwicum ducem Bawarie et quinque filias.

Harum unam, videlicet Sophiam, duxit Hermannus[19] langravius Thuringie. Et genuit ex ea Ludwicum[20] maritum sancte Elysabet, et Heinricum postea contra Fridericum imperatorem secundum in Romanorum regem electum et[c] . . . . . . .[21] uxorem[d] Alberti comitis 23 de Holtsezzen[22], qui fuit frater Hermanni comitis de Orlamunde, et Agnetem[23] uxorem

a) atumpno *cod.* b) *hinc alia manus.* c) *sequitur lacuna parva.* d) uxorem — Orlamunde *inducta sunt.*

3) Cf. Vaticinium de Alberto Mon. Boic. XII, 94. 4) Cf. tabulam ex Hermanni cod. impressam in Font. rer. Austr. II, 1, 137: *Anno* 1242. *ind.* 15, *cum tercio decimo die post mortem comitis de Bogen ex mandato piissimi principis domni Ottonis incliti ducis Bawarie Albertus et Wernhardus fratres de Mós* 6. *Kal. Febr. feria* 2. (1242. Ian. 27.) *in foro Helmgersperge pro sceleribus suis iudiciali essent sententia decollandi cet. . . . Actum in Helmgersperge coram domino Dietmaro abbate, Hermanno custode cet.* 5) immo Heinricus II. 6) Richardi I. 7) immo Mathildam. 8) Leoni. 9) immo Agnetem. 10) Agnete. 11) Ottoni II. duci Bav. 12) primi. 13) qui obiit a. 1198. 14) primus, 1161—1200. 15) primus, dux Bav. 16) qui obiit c. a. 1190. 17) qui obiit a. 1155. 18) immo Helica; Agnes autem, filia Ludovici I. com. de Los, nupta erat Ottoni, postea I. duci Bav. 19) primus. 20) IV. lantgravium. 21) Hedwigem; sed haec erat nata a priore Hermanni I. landgravii uxore, item Sophia (de Sommerschenburg). V. Ann. Reinhardsbr. ed. Wegele 1200. p. 91. 22) Holsatia. 23) rectius Irmengardim. Vide Ann. Reinhardsbrunn. p. 92.

Heinrici comitis de Anhalt, qui fuit frater Alberti[24] ducis Saxonie; item genuit tertiam filiam 24 Sophiam[25], quam duxit Heinricus[26] filius Liupoldi[27] ducis Austrie, et[a] genuit ex ea Gerdrudem, quam postea duxit Hermannus marchio de Padem, post interfectionem Friderici ducis Austrie et ipse Hermannus factus est dux Austrie. Soffia[28] vero postea Alberto predicto 28 duci Saxonie copulatur.

Secundam filiam Ottonis ducis, nomine Heilkam, duxit Dietricus comes de Wazzerburch et genuit ex ea Chunradum comitem.

Tertiam duxit Heinricus comes de Pleien et genuit ex ea Chunradum comitem.

Quartam Otto comes de Gelr et genuit ex ea tres filios.

Quintam duxit Albertus comes de Diligen et genuit ex ea Hartmannum comitem et Richzam uxorem Alberti comitis de Bogen et[b] . . . . . . uxorem Rapotonis comitis palatini Bawarie.

*Hec est origo Ottonis ducis ex matre:*

Bela[29] rex Ungarie, pater Andree[30] regis, patris sancte Elysabet et Bele[31] regis, habuit duas sorores. Quarum unam nomine[c] . . . . .[32] duxit Liupoldus[33] dux Austrie, et genuit ex ea Fridericum[34] et Liupoldum[35]; et iste Liupoldus genuit Heinricum et Fridericum[36], qui ambo sine filiis decesserunt. Alteram[37] duxit Fridericus dux Boemie[38], frater Otakari[39] regis Boemie, et genuit ex ea Ludmilam, quam duxit Albertus comes de Bogen[40], et genuit ex ea tres filios: Liupoldum clericum et Berhtoldum et Albertum comites. Mortuo 1197. autem eo, dictam Liudmilam duxit Ludwicus dux Bawarie, et genuit ex ea Ottonem, inclitum palatinum comitem Rheni ducem Bawarie*. 1204.

* *In cod. B. fol.* 129 *manus saec. XIII. posuit haec:* Nota quod Otakero[41] rex Boemie habuit tres fratres: Albertum, qui ex monasterio Ztrahawensi eligitur in archiepiscopum Salzepurgensem[43], et Heinricum[44] marchionem Moravie et Fridericum ducem, patrem Ludmille ducisse. Item nota, quod ante Otakarum Boemiam rexerunt duces. Set iste Otakarus a rege Romanorum Philippo[4] coronatur. Iste Otakarus genuit Wenzlaum[45] regem, qui fuit monoculus. Item 45 nota, quod eiecto Heinrico duce Saxonie, eundem ducatum consequitur Bernhardus comes de Anhalt, qui genuit Albertum ducem Saxonie et Heinricum comitem de Anhalt.

---

Isti sunt quorum hereditas cum castris et prediis ad Ludwicum[46] ducem et filium eius Ottonem[47] sunt devoluta: 47

Fridricus et Hermannus lantgravii de Stefninge.
Ulricus comes de Velburch et Chlamme.
Tres fratres purchgravii de Rietenburch vel Ratispona.
Otto liber de Werde apud Heilingenstat.
Dipoldus marchio de Vohburch et Chambe.
Chunradus dux de Dachawe.
Fridricus et Otto de Witeleinspach comites palatini.
Heinricus liber de Lantsperch apud Lech flumen.
Heinricus marchio* Ystrie de Andehsen.

* 1181. vixerunt marchio Berhtoldus de Istria et filius suus marchio Berhtoldus de Vohburch et frater suus Fridericus purcravius Ratisponensis et frater eius Otto lantgravius de Stefning.

Otto fratruelis suus dux Meranie de Wolfrathusen.
Otto comes de Phalagia.
Syboto comes de Hadmarsperch.
Chunradus comes de Wazerburch.
Alhait cometissa de Moren, que habuit Kasteun in montanis.
Sifridus et Bernhardus comites de Leubnawe, quorum erat civitas in Purchhausen.
Chuno comes de Meglinge.
Eberhardus comes de Dornberch.

a) et — Soffia vero *alia manus addidit.* b) *sequitur locus rasus.* c) *sequitur lacuna.* d) *sequitur* primus, *sed inductum.*

24) primi. 25) immo Agnetem 26) de Medlico dux. 27) sexti. 28) Agnes. 29) III, 1173—1196. 30) II, 1205—1234. 31) IV, 1234—1270 32) Helenam. 33) V, 1177—1194. 34) I. ducem Austriae 1195—1198. 35) VI. ducem Austriae 1198—1230. 36) II, 1230—1246. 37) Elisabeth. 38) 1173—1189. 39) I. 40) qui obiit anno 1197. 42) I. 43) 1168—1200. 44) Wladislaum Heinricum. 45) I. 46) primum. 47) secundum.

Heinricus liber de Vilspiburch.
Chalhohus comes de Chirchperch.
Ratoldus liber de Chager.
Pabo de Elmbretschirchen.
Hadmar et Rapoto fratres de Ahusen sive Landawe.
Heinricus comes de Ortenberch et Rapoto frater suus comes palatinus Bawarie.
Leupoldus, Perhtoldus, Albertus comites de Bogn.
Ludwicus liber de Hagenawe.
H. et L. liberi de Henchofen.
Insuper ministeriales.
[a]Item Rapoto palatinus de Rottal.
[b]Item Otto comes de Grunnpach et Hoholdus, gener suus de Wolmuotsa.
[c]Item comites de Mospurch.
Item liber de Utendorf.
[d]Item Leupoldus de Hals comes

---

# HERMANNUS ABBAS ALTAHENSIS DE REBUS SUIS GESTIS.

1242. Oct. 27. I. Ego Hermannus Dei gratia abbas ecclesie Altahensis cum, mortuo ac sepulto domino et antecessore meo, bone memorie Dietmaro abbate, concordi electione fratrum, permissione Dei in vigilia apostolorum Symonis et Iude anno ab incarnatione Domini 1242, indictione prima, presentibus domino Ulrico venerabili abbate superioris Altah[e], de Alderspach et de[f] Osterhofen prioribus, fratribus Predicatoribus et Minoribus et aliis honorabilibus ecclesiasticis secularibusque personis, qui ad hoc fuerant evocati, de me indigno electio facta esset, videns, quod peccatis exigentibus a tempore lamentabilis interfectionis domini 1208. Philippi Romanorum regis, que facta fuit anno Domini 1208, diversis persecutionibus, maxime tamen per tyrannidem Alberti comitis de Bogen, ecclesia nostra in distractione hominum et possessionum ac oblivione census et iuris eorundem, necnon contractibus diversis esset multiformiter disturbata, cum iam clamor et fletus viduarum et orphanorum, monachorum aliorumque pauperum Christi, sepe ac sepius per captivitates incendia et rapinas in alienas provincias propulsorum, in aures domini Sabaoht introisset, et per mise- 1242. Ian. 15. ricordiam Dei priori anno subtracto de hoc medio comite supradicto, per ducem gloriosum dominum Ottonem principem christianissimum reddita fuisset toti provincie pax optata, utile fore putavi, si omnia que tempore regiminis mei per me vel per alios fierent ad ecclesiam spectantia vel etiam dependentia, queque a predecessoribus meis incepta, quorum finis vel determinatio me respicere videbatur, scriptis commendarem ad presentium et futurorum noticiam transfundenda.

Oct. 27. Nec mirari quis debet, quod statim post sepulturam prioris abbatis electio sit de alio celebrata, cum ipse dominus Dietmarus abbas, infirmitate gravi corporis preventus et extra spem recuperande sanitatis positus, ante plures iam dies cessionem sui regiminis fecisset, ac ipsa cessione canonice adprobata, in predicta vigilia apostolorum electionis terminus sit indictus, et sic deficientibus viribus suis, eos qui vocati fuerant ad electionem, morti et sepulture dicti abbatis, sicut Domino placuit, contigit interesse.

Igitur[g] a venerabili domino Rudgero, Pataviensis ecclesie episcopo, aput Wiennam in Nov. 9. ecclesia sancti Antonii confirmatione et benedictione suscepta, 5. Idus Novembris primum amministrare cepimus, haec in Austria ordinantes: Vicariam ecclesie in Spitze, nondum alicui commissam, ad consilium relligiosorum virorum honesto cuidam contullimus sacerdoti . . . . .

Peractis deinde hiis, que in Austria tunc temporis agere poteramus. cum litteris com-48 mendaticiis domini nostri episcopi Pataviensis et capituli Babenbergensis[48] in festo sancte

a) *hinc man.* 2. b) *hinc man.* 3. c) *hinc man.* 4. d) *hinc man.* 5. e) Althe et prioribus 2. f) *deest* 2.
g) Igitur — dare studuimus *desunt* 2.

48) quae quidem habentur in Archiv für Kunde Oesterr. Gesch. I, 1, 32.

Katherine a conventu et familia domi cum hilaritate suscepti, que magis ardua erant eccle- 1242. sie negotia statim aggredi cepimus, querelas ab antecessore nostro inchoatas exequi, pre- Nov. 25. dia et census ipsorum exquirere et dependentibus quibusque congruum finem dare studuimus . . . .

---

II. Delectat[a] forte aliquos nostri temporis homines, ut per ea, que fieri vident, vetustatem edificiorum vel etatem suam soleant computare. Unde etiam propter expensas nostras subscripta placuit annotari.

Anno Domini 1245. ego Hermannus abbas feci aqueductum et structuram molendini prope pistrinum[b] monasterii, cum[c] ante non potuerimus molere nisi trans Danubium estivali tempore et in Swartza hyemali tempore.

1248. erexi a fundo domum nostram oppositam veteri[d] cenaculo et novam coquinam et furnum pisalis in refectorio. Eodem anno emi villam in Obernwerd, que constitit fere[e] centum talenta.

1249. expendi in reparatione domus nostre Ratispone circa 50[f] talenta. Eodem[g] anno construxi vivaria in pomario et molendinum novum in Yserhofn, et superduxi cellarium claustri novis trabibus et dilla et astrico.

1251. construxi domum latericiam, et erexi a fundo domunculam apud cameram abbatis et testudines in abside turris versus eandem cameram[h]. Eodem anno emi curiam in Puchofn ad[i] Heinricum de Asperg et uxorem suam pro 45 talentis.

1252. erexi a fundo[k] domum infirmarie prope[l] vivarium.

1253. erexi capellam sancte Marie et apostolorum prope[m] chorum* et capellam in Absperg et novam privatam[49] fratrum[n] super aquam et pavimentum de lateribus in ambitu 49 claustri.

* *In cod. F. fol.* 163 *manu saec. XIII. scripta haec sunt:*

*Dedicatio capelle sancte Marie in latere chori.*

Anno ab incarnatione Domini 1253. indictione 12. Deo devoto abbate Hermanno impe- 1253. trante, sed venerabili Pataviensi episcopo Berhtoldo permittente, dedicata est hec capella Sept. 28. quarta Kalendas Octobris a venerabili Ratisponensi presule Alberto[50] ad laudem et gloriam 50 sancte et individue Trinitatis et in honore vivifice crucis Christi et in honore sancte Dei genitricis Marie et sancti Benedicti abbatis et sanctorum apostolorum aliorumque sanctorum, quorum nomina hic ascripta videntur.

In altari sancte Marie et sancti Benedicti versus meridiem recondite sunt hee reliquie: De mensa Domini, de ligno sancte crucis, pulveres combuste eucharitie inveterate, de vestibus sancte Marie, Andree apostoli, Iacobi fratris Domini et sanctorum martirum, Clementis pape et martiris, Mauricii martiris, Laurencii martiris, Sebastiani martiris, Vitalis martiris, Marcialis martiris; item reliquie sanctorum confessorum: Godehardi episcopi et confessoris, Nicolai episcopi et confessoris, Wolfgangi episcopi et confessoris, Ottonis episcopi et confessoris, Epiphanii episcopi et confessoris, Benedicti abbatis, Isaach monachi, Heinrici imperatoris; item sanctarum virginum, undecim milium virginum, Lucie virginis et martiris, Agathe virginis et martiris, Agnetis virginis et martiris, Anastasie virginis, Emiliane virginis, sancte Elisabet, Cancianille virginis, Speciose virginis, Honeste virginis et reliquie altaris sancti Oswaldi et sancte Marie Magdalene. Altare autem illud versus aquilonem consecratum est in honore omnium apostolorum et illorum sanctorum, quorum reliquie ibi recondite sunt; hoc est: De veste Domini, de presepio Domini, de sepulchro Domini, de sancta cruce, reliquie sancte Marie, Iohannis baptiste, reliquie sanctorum Petri et Pauli, Andree, Bartholomei, Mathei, Luce, reliquie sanctorum martirum Stephani prothomartiris, Blasii episcopi et martiris, Herasmi episcopi et martiris, Georii martiris, Theodori martiris, Ursicini martiris, Gervasii et Prothasii, Nazarii et Celsi, Iusti et Artemii, Felicis et Regule, reliquie sanctorum confessorum Ambrosii episcopi et confessoris, Udalrici episcopi et confessoris, Ysaach monachi, Heinrici imperatoris, Emiliane virginis, item reliquie altaris sancti Egidii, item reliquie, que invente sunt in tribus altaribus apostolorum; et in utroque altari alie multe reliquie sanctorum, quorum nomina ignorantur.

Et ne quis miretur, quid in illo loco prius fuerit, sciendum, quod in eodem angusto loco prius fuerunt sex altaria, tria superius et tria inferius. In superiori loco prope dormitorium altare in medio fuit in honore beate Marie, et illud ad aquilonem in honore sancti Benedicti et illud ad meridiem fuit in honore sancte Margarete. In inferiori autem cappella

a) eciam *addit* 2. b) pistrinam 2. c) cum — tempore *desunt* 1. d) *deest* 1. e) fere *inductum in* 1. f) 60 *in* 2. g) Eodem — astrico *desunt* 2. h) versus cameram abbatis 1. i) ad — suam *desunt* 2. k) construxi 2. l) prope viv. *desunt* 2. m) prope ch. *desunt* 2. n) fratrum *deest* 2.

49) foricam. 50) primo, 1246—1260.

51 **1254.** constructum est praxatorium[51] et domus custodis.

**1255.** granarium renovatur et exaltatur et capella beate Marię virginis pictura decoratur.

**1256.**[a] ego Hermannus abbas presentavi domino Ottoni episcopo Pataviensi monachos ecclesie nostre ordinandos ad ordinem prespiterii: Purchardum, Wolfkagnum, Popponem, Chunradum, Goppoldum, Wernherum, Heinricum; ad ordinem dyaconatus: Tymonem, Ulricum, Heinricum (Boemus), Marquardum, Alhardum; ad ordinem subdyaconatus: Chun-
Mart. 11. radum (Munichdorfer), Chunradum (Hern). Actum in vigilia sancti Gregorii.

**1259.**[b] incepimus[c] circumdare muro aream claustri.

**1260.** constructum est pisale fratrum.

**1261.** muro circa aream claustri iam fere perfecto, domus lapidea in curia abbatis, habens sex cameras subtus et supra ad receptaculum hospitum, est constructa.

**1262.** constructum est molendinum infra muros et privata[d] posita super aquam. Eodem anno capella in Helmgersperg, auxilio fidelium reparata, consecratur 3. Kalend. Augusti*.

altare in medio fuit in honore sancti Petri et illud versus chorum in honore sancti Iohannis ewangeliste et illud versus aquilonem in honore sancti Iacobi.

Cum autem hec altaria essent nimis contigua et etiam valde parva et propter hoc essent multum despectui, maxime cum primum locum tenerent in introitu ecclesie, dominus Hermannus abbas, habita deliberatione et consilio, predicta altaria de licentia episcopali confregit et testudinem erexit ibidem, locans ibi duo altaria, que nunc videntur: unum in honore beate Virginis et sancti Benedicti propter patrocinia superioris capelle, alterum in honore omnium apostolorum proper patrocinium inferioris capelle. Et sic ut prescriptum est, procuravit eadem dedicari et decorari pictura et astrico ad maiorem devotionem fidelium excitandam.

* *In cod. F. fol. 57' manus saec. XIII. addidit haec:*

*Tercia Kalendas Augusti dedicata est capella beate Marie in Helmgersperge anno Domini* 1262.

Capella beate Marie virginis in Helmgersperge quondam a sancto Godehardo, tunc abbate
52 nostro, constructa est[52] et rogatu ipsius a Berngero venerabili Pataviensis ecclesie episcopo
1008. Febr 2. anno ab incarnatione Domini 1008. in festo purificationis predicte gloriose virginis dedicata. Fuerunt autem in ipsa cappella quatuor altaria erecta. Ad orientem videlicet duo: unum, id est summum, in honore sancte Marie matris Dei, et sub illo aliud in honore sancti Iohannis baptiste; ad occidentem vero unum altare in honore[e] sancti Petri apostoli et sancti Gengolfi martiris; aliud in honore sanctorum Blasii et Nycolai.

Cum itaque propter vetustatem et fragile opus muri memorata cappella facta esset omnimodis ruinosa, Hermannus venerabilis abbas eam a fundo auxilio Christi fidelium renovavit,
1262. Iul. 30. procurans ipsam dedicari a domino Anshelmo venerabili Warmiensi episcopo[53], apostolice sedis legato, domino Ottone Pataviensis ecclesie reverendo episcopo permittente, anno Domini 1262, tercia Kalendas Augusti. Et recondite sunt in uno altari reliquie quatuor altarium predictorum; insuper reliquie, que fuerunt recondite in cappella sancti Benedicti prope locum predictum, quondam a sancto Godehardo similiter constructa ac a venerabili Christiano Pataviensi episcopo dedicata; ac insuper reliquie subscripte, hoc est: De ligno Domini, Mauricii martiris, reliquie sanctorum Thebeorum, Apollinaris episcopi et martiris, Crisogoni martiris, Pantaleonis martiris, Quirini martiris, sancti Godehardi episcopi et confessoris, Wolfgangi episcopi et confessoris, Severini episcopi et confessoris, Christine virginis et martiris, Verene virginis et martiris, Iulitte virginis[f], undecim milium virginum.

Ad excitandam itaque devotionem fidelium erga Deum et ad veneracionem tantarum reliquiarum memoratus abbas Hermannus omnibus vere penitentibus et confessis, qui eandem cappellam in festo dedicationis eius ac in omnibus festis prefate sancte Marie virginis gloriose et per octavas eorundem festorum annis singulis cum devocione et reverencia visitaverint, subscriptam indulgentiam impetravit: a predicto consecratore domino Anshelmo Warmiensi episcopo, tunc apostolice sedis legato, 40 dies; a domino Ulrico Saltzpurgensi archyepi-
54 scopo[54] 40 dies; a domino Thoma Squillacensi episcopo, tunc a domino papa Urbano quarto pro reformatione Saltzpurgensis ecclesie ad Bawariam destinato[55], 40 dies criminalium et 40 venialium; a domino Leone Ratisponensi episcopo[56] 40 dies criminalium et 40 venialium;
57 a domino Hiltebrando Eistetensi episcopo[57] 40 dies criminalium et 40 venialium; a domino Heinrico episcopo Watlandiae 40 dies criminalium et 40 venialium; a domino Heinrico

a) 1256 — Gregorii *inducta sunt in* 1. *desunt* 2. b) 1258. *in* 2. c) cepimus 2. d) privata — anno *desunt* 2. e) hono *cod.* f) *sequitur* et martiris, *sed inductum.*

51) officina cerevisiae. 52) Vid. Wolfherii vita S. Godeh. I. c. 12. II. c. 6. 53) 1250 — 1264. 54) 1256 — 1264. 55) V. Annal. S. Rudb. 1262. 56) 1262—1277. 57) 1261—1279.

1263.[a] expenderam in structura domus nostre Ratispone et in emptione aree cuiusdam ibidem plus quam 70 libras.

1264. constructum est cenaculum in curia[b] super quatuor stabula equorum.

1267. datum, emptum et destructum est castrum in Cirberch et[c] predia ibidem data et adquisita.

1270. empta et conmutata et diruta est turris in palude.

1270. opere[d] chori nostri fere per decem annos expleto, dedicatus est idem[e] chorus
cum[f] duobus altaribus in die sancti Mathei a domino Petro Pataviensi episcopo. Sept. 21.

1272. absolvimus advocatiam in Weizenregen a Chunrado et Reimbotone[g] fratribus de Swarzenburch et Hainrico dicto Vitulo, quod constitit plus quam 80 talenta.

Postea[h] anno Domini 1273. in die beati Gregorii, postquam rexeram 30 annis, quatuor Mart. 12.
mensibus et sedecim diebus, iam senio et laboribus fatigatus, voluntariam regiminis mei obtuli cessionem. Et successit michi dominus Albinus.

episcopo Iatwesonie 40 dies criminalium et 40 venialium; a domino Ottone Pataviensi episcopo in festis predictis et non per octavas 40 dies, qui etiam auctoritate dyocesana datas superiores indulgentias et adhuc dandas ratificavit.

---

# HERMANNI ALTAHENSIS ANNALES.

Huc usque auctor presentis libri[58] tam ex Orosii quam ex Eusebii et eorum, qui post 58
ipsos scripserunt, libris collecta posuit. Cetera que secuntur usque ad annum Domini 1146, ex chronicis Ottonis Frisingensis episcopi posita sunt et sumpta. Illa vero, que postea continentur, ego Hermannus abbas Altahensis licet indignus ex diversis chronicis et privilegiis undecumque colligendo cum hiis, que meis temporibus contigerunt, de anno in annum simplici stilo annotare curavi, ne saltim in nostro monasterio facta huius maliciosi temporis ab hominum memoria penitus laberentur.

Resignatis ab imperatore — metam et articulum ponamus. *ex Otton. Frising. chron. VII. c. 12 — c. 34.*

Huc usque Otto Frisingensis episcopus chronicam suam perduxit.

Hiis temporibus Rogerius Siculus, Apuliam rursus ingressus, cum duce Rainone, quem 1137.
Lotharius ibi prefecerat, habet conflictum, victusque fugatur. Interea Anacletus filius Petri Oct. 29.
Leonis Rome moritur, et eo mortuo scisma terminatur. Post pauca dux Apulie Rainon vel 1138.
Reginaldus moritur; Rogerius in Apuliam revertitur et terram duce orbatam nec rebellan- 1139.
tem occupat, principem Robertum Capuanum cum omnibus nobilibus eicit et residuos variis tormentis affligit; ad ultimum se regem Apulie et Sycilie precipit appellari. Princeps Capuanus Robertus cum omnibus comitibus expulsis ad regem Chunradum secessit. Rex benigne omnes suscepit et longo tempore in Alemannia secum detinuit, set in Apuliam transire non potuit, quia gravis eum imperii necessitas impedivit. Ad hec papa Innocentius vir magnanimus cum populo Romano contra Rogerium collecto exercitu Apuliam ingreditur, ubi incaute conductus in loco, qui vocatur Gallazii, a Rogerio capitur; eoque cum reverentia coacto, Rogerius nomen et auctoritatem regiam cum benedictione apostolica tam in Sicilia quam in Apulia, sicut voluit, plenarie impetravit. Rogerius ex tunc apostolica auctoritate rex exaltatus, cum iam nullum preter Chunradum regem haberet obstaculum, Welfonem ducem, fratrem scilicet Heinrici Superbi supra memorati, pecunia con-
ductum contra Chunradum in Alemannia concitavit. Quem rex in uno prelio iuxta castrum 1140.
Winsberch eleganter vicit, suosque grandi occisione prostravit. Altera vice Heinricus filius
Chunradi, qui si vixisset post eum fuerat regnaturus, eundem Welfonem bello devicit. 1150.
Welfo tamen, dum Chunradus vixit, pro Rogerio stetit et regnum pro viribus impedivit.

Hiis temporibus Romani ceperunt innovare senatum, qui longis ante temporum curriculis ita cessaverat, ut nec mentio eius Rome haberetur. Quem papa Innocentius ingenio,
precio et minis solvere conatus non potuit, morboque preventus, sub ea discordia diem 1143.
ultimum clausit. Cui sacerdos laudabilis Celestinus successit. Quo infra annum defuncto, 1144.
Lucius papa in cathedra consedit. Lucius secundus itaque intendens senatum extinguere,

a) 1263 — libras *inducta sunt in* 1. *desunt* 2. b) *pro* in curia super *leguntur in* 2: magnum et subtus. c) et — adquisita *desunt* 2. d) opere — expleto *desunt* 1. e) idem *deest* 1. f) cum — Mathei *desunt* 2. g) Lembotone 2. h) Postea — Albinus *desunt* 1.

58) Ekkehardus.

cum ingenti milicia capitolium Rome conscendit, ut sedentes ibi tunc senatores cum dedecore removeret. Senatus autem populusque Romanus ad arma conversus, papam cum suis omnibus a capitolio in momento repellunt, ubi papa, sicut tunc audivimus, lapidibus
1145. magnis percussus usque ad obitus sui diem, qui proxime secutus est, non sedit in sede. Cui tunc Eugenius successit, abbas Sancti Anastasii Rome de ordine Clarevallensium, cuius
1152. tempore obiit rex Chunradus apud Babenberc anno Domini 1152. Tunc Constantinopolim regnabat Manuel, habens uxorem Teutonicam, sororem scilicet uxoris regis Chunradi, natam de Sulzbach, filiam nobilissimi comitis in terra Bauwariorum, nomine Gerdrudam.

An. S.Rudb. 1147, 1148. 1147. Synodus Eugenii pape Remis habetur. Expeditio Ierusalem facta est sub Chunrado rege. Chunradus archiepiscopus Salzburgensis obiit, cui succedit Eberhardus Piburgensis abbas.

1148. Claustrum in Raeitenhasla construitur.

An. S.Rudb. Ann. Mell. 1149. Chunradus rex de Ierosolima revertitur. Heinricus dux Bawarie, filius Liupoldi illustrissimi marchionis, vir bonus et militari virtute precipuus, de transmarinis partibus cum Chunrado rege Romanorum rediens, filiam cuiusdam clarissimi ducis, fratris scilicet regis Grecorum, nomine Theodoram, in eodem itinere accepit uxorem.

An. S.Rudb. 1150. Synodus quinque episcoporum sub Eberhardo archiepiscopo Salzpurgensi habetur.

1152. Chunradus tertius rex obiit, cui successit Fridericus primus.

Anno incarnationis dominice 1152. Fridericus primus, Friderici Swevorum ducis filius, fratris scilicet Chunradi regis, natus ex clarissima progenie Karolorum, post Chunradum tercium patruum suum aput Franchenfurt communi voto et consensu omnium principum est electus ad imperium, nonagesimus quartus ab Octavano Augusto. Hic in principio regni sui, omnium Teutonicorum favorem habens, per districta iudicia pacem optimam fecit in omnibus partibus regni sui. Ytaliam rebellem fortitudine sua premit; Cremonam, Mediolanum, Bononiam, Placentiam, Brexiam, Terdonam, Veronam[a], Spoletum et alias civitates sua potentia sic devicit, ut Mediolanum, Cremonam et quasdam alias urbes Ytalie omnino destrueret, civibus eorum quibusdam occisis, quibusdam in exilium relegatis. Nam septem
1155. vicibus de Alamannia duxit exercitum contra ipsos. Ab Adriano papa imperator consecratur. Set postea inter eum et ordinatorem suum Adrianum quartum ac successorem eius Alexandrum tercium gravissima oritur dissensio; ita ut Octavianns qui et Victor, et post hunc Gwido qui et Paschalis, contra predictum Adrianum, ex parte cesaris Romani pontifices constituerentur. Invaluit autem in tantum ista dissensio, ut quasi per 20 annos plures archiepiscopi et episcopi, faventes et obedientes domino Adriano, ab imperatore propriis sedibus pellerentur, indignioribus substitutis; plures etiam principes laici detrimentum honoris sui et rerum in hoc scismate pertulerunt. Heinrico etiam duci Saxonie, filio illius Heinrici ducis Bauwarie a Chunrado antecessore suo eiecti a Baioaria, consilio et rogatu principum ducatum paternum restituit Noricorum, et Heinricum patruum suum marchionem Austrie, tunc ducem Bauwarie, ab eodem ducatu removit. Et quia eiusdem marchionis magna nobilitas et multa exigebat honestas ut nomen ducis non perderet, et ut duces Bawarie minus deinceps contra imperium superbire valerent, imperator de voluntate et con-
1156. sensu principum in curia Ratispone habita anno Domini 1156. marchionatum Austrie, a iurisdictione ducis Bawarie eximendo et quosdam ei comitatus de Bawaria adiungendo, convertit in ducatum; iudiciariam potestatem principi Austrie ab Anaso usque ad silvam prope Pataviam, que dicitur Rotensala, protendendo. Nam huc usque quatuor marchiones: Austrie et Styrie, Ystrie, Chambensis qui dicebatur de Vohburch, evocati ad celebrationem curie ducis Bawarie veniebant, sicut hodie episcopi et comites ipsius terre facere tenentur. Sic igitur ille Heinricus factus est primus dux Austrie. Post hec cum cuncta sibi subiugavit imperatoris Friderici potentia, Heinricus dux Bawarie et Saxonie, qui iam quasi per viginti quatuor annos districtus et optimus iudex suos rexerat principatus, visus est imperatori non fidelis fuisse nec contra Lombardos bonus adiutor; per sententiam principum ab imperatore proscribitur et ab honoribus suis deponitur, eaque Otto comes palatinus Bawarie
1180. de Schyra per imperatorem substituitur in ducatu Noricorum anno Domini 1180. Post multas itaque victorias et prelia, pace in regno Teutonicorum per sua tempora florente, contra inimicos chrucis movet exercitum in subsidium terre sancte; et cum eo vadit Teutonicorum et aliarum gentium maxima multitudo. Ubi cum in Grecia in quodam parvo rivulo se lavaret, circa solsticium estivale in eodem occulto Dei iudicio est submersus; et exer-
1190. citus sui et peregrinorum magna pars ex intemperie aeris interiit anno Domini 1190. Cui successit Heinricus filius suus, nominis illius sextus.

a) Vetonam *cod.*

1153. Eclypsis solis accidit. Eugenius tercius papa obiit. Anastasius secundus[59] succedit et eodem anno obiit. An. S. Rudb.
Altahensis abbacia subicitur ecclesie Babenbergensi[60]. 60

1154. Adrianus quartus papa sedit. Ibid.

1155. Hartwicus Salzburgensis canonicus fit episcopus Ratisponensis. Fridericus rex in Ytalia aliquas urbes diruit, et Romam veniens imperator consecratur. Otto palatinus comes obiit.

1156. Fridericus imperator Roma rediens curiam Ratispone habuit, et restituto ducatu Bawarie Heinrico duci Saxonie, marchionatum Austrie in ducatum mutavit. Ibid. Ann. Mell. Ex quo facto multum est[a] diminutus honor et potentia ducum Bawarie, sicut patet in prifilegio imperii hic transcripto. Beatricem[b] Arelatensem duxit uxorem. An. S. Rudb.

*In nomine sancte et individue Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Quamquam rerum commutatio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere vel ea, que legaliter geruntur, nulla valeant refragratione convelli, ne qua tamen possit esse geste rei dubietas, nostra debet imperialis auctoritas precavere. Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium presens etas et successura posteritas, qualiter nos eius cooperante gratia, a quo celitus[c] in terram pax est missa hominibus, in curia generali Ratispone in nativitate sancte Marie virginis celebrata, in presentia multorum religiosorum et katholicorum principum litem et controversiam, que inter dilectissimum patruum nostrum Heinricum ducem Austrie et karissimum nepotem nostrum Heinricum ducem Saxonie diu agitata fuit de ducatu Bawarie, hoc modo terminavimus, quod dux Austrie nobis resignavit ducatum Bawarie, quem statim in beneficium concessimus duci Saxonie. Dux autem Bawarie resignavit nobis marchiam Austrie cum omni iure suo et cum omnibus beneficiis, que quondam marchio Liupoldus habebat a ducatu Bawarie. Ne autem in hoc facto minui videatur honor et gloria dilectissimi patrui nostri, de consilio et iudicio principum, Wadizlao illustre duce Boemie sententiam promulgante, et omnibus principibus approbantibus, marchiam Austrie in ducatum commutavimus et eundem ducatum cum omni iure prefato patruo nostro Heinrico et prenobilissime uxori sue Theodore in beneficium concessimus, perpetuali iure sanctientes, ut ipsi et liberi eorum post eos indifferenter, filii et filie, eundem ducatum Austrie hereditario iure a regno teneant et possideant. Si autem predictus dux Austrie patruus noster et uxor eius absque liberis decesserint, libertatem habeant eundem ducatum affectandi cuicumque voluerint. Statuimus quoque, ut nulla magna vel parva persona in eiusdem ducatus regimine sine ducis consensu vel permissione aliquam iusticiam presumat exercere. Dux vero Austrie de ducatu suo aliud servicium non debet imperio, nisi quod ad curias, quas imperator prefixerit in Bawaria, evocatus veniat, nullam quoque expeditionem debeat, nisi forte quam imperator in regna vel provincias Austrie vicinas ordinaverit. Ceterum ut hec nostra imperialis constitutio omni evo rata et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Pilgrimus Aquilegensis patriarcha, Eberhardus archiepiscopus Salzpurgensis, Otto episcopus Frisingensis, Chunradus episcopus Pataviensis, Eberhardus Babenbergensis episcopus, Hartmannus Brixinensis episcopus, Hertwicus Ratisponensis et Tridentinus episcopus, dominus Welfo dux, Chunradus frater imperatoris, Fridericus filius regis Chunradi, Hermannus dux Karinthie, marchio Engelbertus de Istria, marchio Albertus de Badem, Diepoldus Heinricus palatinus comes de Reno, Otto comes palatinus et frater eius Fridericus et alii quam plures. Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi[d]. Ego Reinaldus cancellarius vice Arnoldi Maguntiensis episcopi[e] et archicancellarii recognovi, regnante domino Friderico Romanorum imperatore in Christo. Datum Ratispone* 15. *Kalendas Octobris, indictionis* 4, *anno dominice incarnationis* 1156. *feliciter amen, anno regni eius quinto, imperii secundo.*

Wilhelmus Apulus cum[f] Manuele Greco pugnans vicit; cesa sunt ibi, ut aiunt, quadraginta milia Grecorum. An. S. Rudb. 1156–1158. Imperator Poloniam adit, et fit inter eum et apostolicum dissensio. Imperator Mediolanum obsedit et ad deditionem coegit. Eodem anno Ladizlaus[g] dux Boemie, mutato ab imperatore dignitatis nomine, in regem Boemorum preficitur. Ann. Mell.

1157. Heinricus comes de Wolfrarhusen obiit. Heinricus primus dux Austrie in Metem[61] monachos instituit, et clericos qui ibi erant locavit in Munster[62]. C. Admunt. 62

1158. Imperator Fridericus urbem Mediolanum obsedit, et ad deditionem cives eius coegit. Otto Frisingensis episcopus obiit; Adalbertus eligitur. C. Admunt.

a) est *alia manu superscriptum.* b) Beatricem — uxorem *inducta sunt in cod.* c) celicus *cod.* d) *in marg. appositum est monogramma Friderici.*



e) epi *bis in cod. legitur.* f) W. A. c. *addidit man. alia.* g) *manus recentior corr.* Wladislaus.

59) immo quartus. 60) Cf. Herm. de institutione monast. Altah. supra p. 372. 61) Metten prope Deggendorf. 62) Pfaffenmünster a Straubinga ad septentriones.

An. S. Rudb. 1159. Adrianus papa obiit. Octavianus cardinalis a parte cesaris constitutus Victor dicitur, set Rulandus qui et Alexander ab ecclesia eligitur.

1160. Imperator Cremam destruit. Arnoldus episcopus Mogontinensis in ecclesia sancti Iacobi occiditur.

Cont. Adm. 1161. Heinricus dux Karinthie periit in Ionio mari; Hermannus frater eius ducatum gerit. Pilgrimus patriarcha obiit; Udalricus ordinatur.

An. S. Rudb. 1162. Imperator Mediolanum destruit.

1163. Imperator iam quarto Ytaliam adit. Imperator Mogontie muros et turres destruxit.

Cf. Ann. Aq. 1164. Octavianus scismaticus obiit; Guido qui et Paschalis per cesarem substituitur. Corpora trium ma- An. S. Rudb. gorum translata sunt ad Coloniam[a]. Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus obiit; Chunradus Pataviensis episcopus, patruus imperatoris, succedit, ab Alexandro papa pallio honoratur. Hartmannus Brixingensis et Hertwicus Ratisponensis episcopi obierunt. Otacher marchio Styrie, Gebhardus de Burchusen, Sifridus de Leubenowe, Liutoldus de Plaigen comites obierunt. Ex tunc duces Bawarie castrum in Purchusn possiderunt. Chunrado Pataviensi episcopo succedit Rubertus.

An. S. Rudb. 1165-1166. Cont. Adm. 1165. Imperator in curia Wirzpurch principes regni Gwidoni scismatico iurare compulit. Christianus Mogontie Chunrado superponitur. Eo anno imperator curiam Laufen habuit. Rubertus Pataviensis episcopus obiit, cui Albo succedit.

Cf. Ann. Aq. 1166. Facta est translatio sancti Karoli imperatoris feria quarta post nativitatem Do- Cont. Adm. mini[b]. Ordinatio clericorum in Saltzpurch ab archiepiscopo Chunrado.

An. S. Rudb. 1167. Imperator Ytaliam quinto adit.

1168. Chunradus archiepiscopus Salzburgensis obiit; Albertus filius regis Boemie succedit, ab Alexandro papa 63 tercio honoratur. Henricus[63] Ratisponensis episcopus obiit[c]. Paschalis scismaticus qui et Gwido obiit.

1169. Imperator ad Salzpurchofen curiam celebrans, Saltzpurgensem episcopatum in deditionem accepit. Albo episcopus Pataviensis ab ecclesia abigitur; cui Heinricus succedit.

ibid. 1170. Imperator Salzpurgam 14. Kalendas Martii venit, ad Libenz cum prelatis colloquium habuit. Rex Ierusalem Cont. Adm. de Sarracenis triumphat. Eberhardus Babenbergensis episcopus obiit; cui Hermannus succedit[d].

An. S. Rudb. 1171. Thomas Cantuarie patitur. Vacca vitulum in montanis peperit, duo capita, octo pedes, duas caudas habentem.

1172. Imperator curiam Salzpurge habuit, volens Alberto archiepiscopo alium superponere, set tunc dilatum est. Cont. Adm. Heinricus dux Bawarie, Ierusalem profectus, reversus est. Heinricus Pataviensis episcopus sponte cessit, ne scismate contra ecclesiam obediat Friderico imperatori; cui succedit Theobaldus.

An. S. Rudb. 1173. Imperator regem Boemie deposuit, et patruelem eius illi superposuit nomine Zobezlavum[e].

1174. Imperator in curia Ratispone Heinricum prepositum Berhtersgadensem A. archiepiscopo superposuit, et ipse in Lambardiam sexto pergens Alexandriam obsedit[f].

Cont. Adm. 1175. Duces Austrie et Karinthie necnon marchio Styrie predas et incendia invicem exagitant, inter que ecclesia sancti Viti cum trecentis hominibus arsit.

An. S. Rudb. 1176. Boemi Austriam invadunt. Soldanus de Yconia cum rege Grecie pugnans vicit, cesis ei centum milibus, ut aiunt, et sancta chruce sublata.

Cont. Adm. 1177. Heinricus dux Austrie post multa virtutum ac probitatum insignia obiit; Liupoldus dux filius eius succedit.

An. S. Rudb. Cont. Adm. 1179 Alexander papa synodum Rome quadringentorum episcoporum habuit. Heinricus dux Bawarie et Saxonum ab imperatore proscribitur. Ulricus abbas Altahensis obiit[64]; cui succedit Ditmarus abbas.

Cf. Cont. Cremif. 1180. Styrensis marchio Otacher, mutato[g] antiquitatis nomine, dux appellari gloria- An. S. Rudb. tur. Heinricus dux Bawarie ab imperatore eicitur, Otto palatinus comes de Schyra ei substituitur. Manuel Grecorum rex obiit; Andronicus succedit. Monasterium Altahense igne crematur.

1181. Alexander tertius papa obiit; Lucius succedit. Vitalis, Virgilius, Hertwicus, Eberhardus episcopi signis Cont. Adm. claruerunt. Hermannus dux Karinthie obiit. Otacher dux Styrie obiit[65].

An. S. Rudb. Cont. Adm. 1182. Udalricus Aquileigensis patriarcha obiit; Gotfridus succedit. Liupoldus dux Austrie Ierusalem proficiscitur et revertitur.

An. S. Rudb. 1183. Terre motus accidit 2. Kalendas Maii. Christianus Mogontinus obiit. Chunradus Mogontie, Albertus Salzpurgensis episcopi restituuntur. Otto dux Bawarie obiit; Ludwicus filius eius succedit.

1184. Filii imperatoris Heinricus rex, Chunradus[66] dux Suevie, et Otto Mogontie gladiis accinguntur. Imperator septimo Italiam adit; cum Lucio papa familiare colloquium habuit. Beatrix imperatrix obiit. Albertus Frisingensis Cont. Adm. episcopus obiit; pro quo Otto succedit.

An. S. Rudb. 1185. Andronicus tyrannus Grecie occiditur. Lucius papa tercius obiit; Urbanus succedit. Chuno Ratispo- Ann. Mell. nensis episcopus obiit; Chunradus succedit. Thedora ducissa Austrie obiit.

1187. 1185.[h] Facta est congressio inter Saladinum regem Sarracenorum et regem Ierosolimorum, et superata parte christianorum, chrux dominica capitur. Acta sunt hec infra octavam apostolorum Petri et Pauli.

An. S. Rudb. 1186. Heinricus rex, filius imperatoris, duxit filiam Rogeri olim regis Apulie. Cremam imperator restaurat.

1187. Apostolicus et imperator pacificantur[i]. Soladinus Babilonicus terram Ierusalem intravit; Tyberiadem,

a) Corpora — Coloniam *manus alia addidit.* b) Facta — Domini *man. alia add.* c) Henr. — obiit *add. alia manus.* d) cui H. s. *addidit man. alia.* e) *manus alia corr.* Sobczlavum. f) A. o. *add. man. alia.* g) mutuato *corr. in* mutato *cod.* h) 1185. Facta — Pauli *add. man. alia.* i) pacificantur *scripsit manus alia, deleto verbo* dissentiunt.

63) immo Eberhardus, anno 1167. 64) die 31. Dec. Necrol. Altah. 65) immo anno 1192. 66) immo Fridericus V.

Caesaream, Nazareth, Accaron, plerasque alias civitates invasit; principes et populum in prelio cepit, et occidit ut aiunt [An. S. Rudb.] fere ad triginta milia circa Idus Iulii. In mense Septembri eclypsis solis accidit. In Idibus Octobris Urbanus papa tercius obiit; Gregorius qui et Albertus succedit; post hunc Clemens. Eodem anno in prima dominica quadragesime [Ann. Rat.] Fridericus imperator Ratisponam intravit, et ibi cum 17 episcopis et cum omnibus principibus Bawarorum permaximam curiam celebravit, ac ibidem totam quadragesimam et pascha peregit. Chunradus episcopus Ratisponensis eligitur. **Otacher dux Styrie lepre morbo prepeditur; ducatum Styrie, munitiones, predia et omnes ministeriales cognato suo duci Liupoldo Austrie reliquit**[67]. [67]

1189. Imperator a terra et mari movit expeditionem adversus Saladinum. Quem rex Grecie Ysachar primo mis- [An. S. Rudb.] sis legatis Nurnberch, iuravit se honorifice suscepturum et securum ei transitum prebiturum. Set postea eo Greciam intrante, mentitus est per omnia que promiserat. Quem imperator ad sacramentum faciendum denuo de pace et concordia et securo transitu compulit, acceptis ab ipso[a] electis obsidibus.

1190. Imperator et rex Grecie octava Kalend. Martii pacificantur, exercitus ex magna parte interiit. Willehelmus rex Apulie obiit; Tanchradus tyrannus regnum invadit. Heinricus rex expeditionem in Apuliam movit. Fridericus imperator [Ann. Rat.] in partibus transmarinis in parvo fluviolo est submersus quarta Idus Iunii. **Theobaldus Pataviensis episcopus obiit, cui Wolfkerus successit**[b].

**Anno incarnationis Domini 1191. Heinricus sextus, filius Friderici supradicti, regnare cepit nonagesimus quintus ab Augusto. Hic anno etatis sue vicesimo primo, adhuc vivente patre, cum regina Constancia, filia Rogerii regis Sycilie, gloriosas nuptias Mediolani aput** [1186.] **Sanctum Ambrosium celebravit, et a Celestino papa, successore Clementis, unctionem accepit imperii secunda feria pasche anno millesimo centesimo nonagesimo primo. Ipse** [1191. Apr. 15.] **autem Celestinus papa decessore**[c] **suo Clemente in sabbato sancto viam universe carnis** [Apr. 13.] **ingresso, in die sancto resurrectionis Domini electus et consecratus fuit. Iste Heinricus** [Apr. 14.] **audacia et largitate, iusticia et veritate, litteratura et sapientia et aliis virtutibus pollens, imperium suo brevi tempore bene rexit, regnum Sicilie sibi subiugavit, et multa alia bona ac memoria digna in imperio fecit, ac demum in Apulia insidiis uxoris sue ut dicitur veneno periit; cuius uxoris fere totam miris cruciatibus interfecerat parentelam.** [1197.]

Eodem anno Fridericus dux Swevie cum aliis principibus et episcopis in expeditione obiit. Rex Gallie et rex [1191.] Anglie expeditionem per mare movent. Eclypsis solis accidit 8. Kalendas Iulii circa mediam diem et totus aer [An. S. Rudb.] factus est purpureus.

1192. Controversia facta inter regem Gallie et regem Anglie, rex Gallie revertitur.

1193. Chunradus marchio, qui rex Ierusalem fuerat creatus, ut fertur de consultu regis Anglie a duobus insidiantibus occiditur apud Syndonem. Reichardus rex Anglie, pace cum Saladino composita, ab Ierusalem revertitur, et suorum destitutus comitatu, pedes aput Wiennam civitatem a duce Austrie Liupoldo captus, Heinrico imperatori traditur. Bauwari inter se dissidentes omnem regionem incendio devastant, **ubi Albertus comes de Bogen Ludwicum ducem fugavit auxilio Boemorum**[68]. [68]

1194. Otacher dux Boemie ab Heinrico imperatore ducatu suo privatur. [Cont. Adm.]

**1195. Liupoldus dux Austrie et Styrie lapsus**[d] **de equo crure fracto obiit 5. Kalendas** [1194.] **Ianuarii; cui Fridericus filius eius succedit in Austria, et Liupoldus in Stiria. Mortuo autem** [Dec. 28. 1198] **in transmarinis partibus Friderico, Liupoldus possedit utrumque ducatum, homo pacificus** [Apr. 16.] **et virtuosus; cuius tempore monasteria clerus et populus in suis provinciis pace maxima gaudebant, ut merito pacificus et pater cleri vocaretur.** Eodem anno Heinricus imperator de libera- [1195.] tione Ierusalem et sancti sepulchri omnimodis intendens, duas curias, Geilnhausen unam, Wormatie alteram, celebravit; [An. S. Rudb.] in quibus ipso imperatore multum instigante, infinitus episcoporum et aliorum principum exercitus sibi crucem affixit et contra Sarracenorum gentem iter arripiunt. Heinricus imperator secundam movens in Apuliam expeditionem, terrestri et navali fortissimo apparatu totam Apuliam et Syciliam cum palatio Panormitano et thesauris regum antiquorum infinitis obtinuit; et Margaritam piratam cepit, et alios quam plures, qui contra eum conspiraverant, diversis suppliciis interemit, filium Tanchradi et uxorem eius captivavit. Heinricus dux aliquando Bawarie et Saxonie in Brunswich obiit. Eodem anno cum Massimuot in Hyspaniis male pugnatum a christianis, multi eorum interierunt.

**1196. Imperatrix peperit filium**[69]**, qui vocatus est Fridericus. Quod ut primum per** [1194.] **Albertum comitem de Bogen, tunc in Apulia existentem, Heinrico imperatori innotuit,** [Dec. 26.] **gratiam suam, qua tunc carebat, recipere meruit. Set et Otachero Boemo qui et Premizl gratiam cesaris et ducatum pristinum impetravit. Destitutus enim in curia, Wormatie celebrata**[70]**, fuerat pro eo, quod contra Ludwicum ducem in auxilium Alberti comitis Bawa-** [70] **riam intraverat. Otto**[e] **secundus Babenbergensis episcopus obiit, cui Tymo successit.** [1196.]

1197. Christianorum exercitus quodam Gotfrido duce de Brabant mare transivit, et civitates duas videlicet Sydo- [ibid.] nem et Baruoth et alia quam plura castra, que possederant Sarraceni, occupaverunt. Heinricus imperator adhuc in Apulia positus mortuus est. Quo mortuo, Phylippus dux Suevie, frater predicti imperatoris, et Otto, filius Heinrici aliquando ducis Bawarie Saxonieque, pro regno contenderunt, **Phylippo postmodum prevalente.**

**Iste Philippus, nonagesimus**[f] **sextus ab Augusto, regni Romani iura strennue gubernavit,**

a) ipso *add. man. alia.* b) *sequuntur verba haec, post inducta:* Fridericus primus imperator obiit. c) successore *cod.* d) lapsus — Ianuarii *add. man. alia.* e) Otto — successit *add. man. alia.* f) nonagesimus — Augusto *add. man. alia.*

67) 1186. Aug. 17. V. Meiller Reg. p. 62. 68) Cf. supra de advocatis Altahensibus p. 374. 69) 1194. Dec. 26. 70) 1193. mense Iulio.

faciens iudicium et iusticiam omnibus, qui ad eum auxilii gratia confugerunt; et hec uberius fecisset, si non fuisset predicti Ottonis et suorum fautorum obstaculis prepeditus. Hic cum adhuc in regni solio sublimatus non fuisset, promiserat ducere matrimonialiter filiam Ottonis palatini comitis de Witeleinspach; quam postmodum repudiavit. Unde idem
1208. comes commotus, accessit in Babenberch ad cameram ipsius regis, tamquam ei solus pacifice locuturus, et gladio quem occulte gestabat ipsum regem subito interfecit.

An. S. Rudb. 1198. Adalbertus archiepiscopus Salzpurgensis[a] circa fluvium qui dicitur Lamer a ministerialibus capitur, et in castro Werven per dies 14 captus tenetur. Propter quam enormitatem facti divina in Salzpurgensi ecclesia aliisque episcopatibus vicinis interdicta sunt. *Liberasti nos ex affligentibus* cantatum est ei dimisso. Albertus comes de Bo-
71 gen obiit[71], relinquens tres filios, Liupoldum, Berhtoldum et Albertum.

1199. Celestinus tercius papa obiit; Innocentius papa sedit. Episcopus Wolfkerus Pataviensis cum duobus comitibus de Ortenberch Rapotone et Heinrico, qui ecclesiam Pataviensem vastaverant, contendens, mirabiliter castellis eorum vastatis contrivit eos, multis ibidem pereuntibus. Idem episcopus cepit edificare castrum in Obernperg[72]. Corpus Domini in Augusta civitate versum est in cruentam carnem.

1200. Adalbertus archiepiscopus 6. Idus Aprilis obiit; cui Eberhardus Brixingensis episcopus succedit. Chunradus Magontinus archiepiscopus obiit.

1201. Terre motus multis terrarum locis factus est magnus, ita ut multas urbes et ecclesias destrueret et mortes hominum fierent; cepit autem idem terre motus 4. Nonas Maii.

1202. Chunigundis virgo et regina, uxor imperatoris Heinrici Pii, Babenberch sepulta, multis fulgens miraculis, ab Innocentio papa canonizata est; et multis convenientibus episcopis et archiepiscopis, inter quos etiam affuit dominus Salzpurgensis archiepiscopus Eberhardus, ab eis est translata. Dietmarus abbas Altahensis cedit propter senium; cui succedit Poppo abbas. Tyemo[b] Babenbergensis episcopus obiit; Chunradus eligitur et eodem anno obiit; Ekkebertus succedit.

1203. Discordia facta est inter ducem Bawarie Ludwicum et episcopum Ratisponensem Chunradum; cui confederatus dominus Eberhardus archiepiscopus Salzpurgensis, in manu valida venit ei[c] in auxilium, nullo resistente. Et diruta sunt castra aliquanta ex utraque parte, factaque sunt incendia plurima per universam Bawariam, villarum depredationes et ecclesiarum, ita ut nec ab altaribus abstinerent et reliquias sanctorum inde aufferrent, aliaque quam plurima
Ann. Mell. nefanda et inaudita perpetrarent. Liupoldus dux Austrie et Styrie Theodoram, filiam regis Grecorum, duxit uxorem.

An. S. Rudb. 1204. Ludwicus dux Bawarie et dominus Eberhardus Salzpurgensis archiepiscopus et Chunradus Ratisponensis episcopus in concordiam redierunt. Chunradus Ratisponensis episcopus obiit 9. Kal. Maii; cui Chunradus Frisingensis prepositus succedit. Pilgrimus Aquileigensis patriarcha obiit; cui Wolfkerus Pataviensis episcopus succedit, pro quo Poppo prepositus Aquileigensis constituitur. Berhtoldus dux Meranie obiit. Ludwicus dux Bawarie castrum et oppidum in Lantshuot construere cepit.

An. S. Rudb. 1206. 1205. Poppo episcopus Pataviensis obiit; Manigoldus abbas de Tegernse succedit. Otacher dux Boemie
1198. consilio Ludwici ducis reliquit Ottonem et adhesit Philippo. Qui consensu principum im-
1207. posuit ei dyadema[73], faciens eum et successores suos reges; traditque filiam suam[74] Wenzelao filio suo. Exhinc reges Boemorum. Ordo fratrum Minorum inchoatur a sancto Francisco.

An. S. Rudb. 1208. Philippus rex cum papa reconciliatus, Babenberch ab Ottone palatino comite de Witlenspach per conspirationem occiditur.

1209. Otto filius ducis Heinrici de Prunswich in regem eligitur et ab Innocentio papa consecratur. Otto palatinus comes occiditur pro homicidio commisso in Phylippum.

1210. Otto a domino papa excommunicatur.

1211. Otto intravit Apuliam, ibidem Fridericum regem Sycilie expugnare voluit, et totam Apuliam sibi subiugavit. Otto rex a multis episcopis Alamannie excommunicatus a papa denuntiatur.

1212. In festo sancti Nycolai Fridericus rex Sycilie intravit regnum patris sui, electus Franchenfuort. Christiani de Sarracenis in Hyspania fere centum milia occiderunt et captivaverunt miraculose. Manigoldus Pataviensis episcopus et Rapoto palatinus simul discordantes, claustra monasteria ecclesias una cum omni provincia incendio devastant. Derisoria[d] expedicio puerorum:

Anno milleno ducenteno duodeno
Ad mare stultorum tendebat iter puerorum.

Altmannus de Helmgersperg moritur, set castrum ibidem ab ipso edificatum moriens resignavit ecclesie Altahensi; quod monachi destruere volentes, prohibiti sunt a comitibus de Bogen.

1213. Fridericus rex consecratus aput Mogontiam, in purificatione curiam Ratispone celebravit; aliam etiam curiam in passione Domini aput Constantiam celebravit; terciam Merspurch celebravit. Gerdruda regina Ungarorum, mater sancte Elysabeth, sponso expeditionem contra Ruthenos movente, a comite quodam Petro trucidatur; qui et ipse subsequenti nocte in ultionem sceleris cum aliis iugulatur. Cui episcopus de Gran misit in epistola amphiboloica: *Reginam occidere nolite timere bonum est; si omnes consentiunt, ego non contradico.* Castrum in Helmgersperg, data comitibus de Bogen pecunia, a domino Poppone abbate et monachis suis destruitur.

a) Salzpurgensis *add. alia manus.* b) Tyemo — Ekkebertus succedit *add. alia manus.* c) ei *add. alia manus.* d) Derisoria — iter puerorum *add. alia manus.*

71) d. 19. Dec. 1197. Necr. Windb., Mon. Boic. XIV, 107. 72) Obernberg ad Oenum fluv., a Patavia ad meridiem. 73) anno 1198. Sept. 8. 74) Cunigundam anno 1207.

1215. Manigoldus Pataviensis episcopus obiit; Ulricus eiusdem ecclesie canonicus succedit. Universalis synodus An. S. Rudb. celebrata est Rome, in qua fuerunt episcopi 412. Inter quos extiterunt Constantinopolitanus, Ierosolimitanus patriarche; primates autem et metropolitani[a] 71, abbates et priores ultra 800, presidente Innocentio papa tercio. In ipsa synodo Kymensis episcopatus instituitur; ad quam sedem Rudgerus primus episcopus ordinatur.

1216. Innocentius papa tercius ab Urbe egressus, verbum chrucis in Tuscia predicavit, et aput Perusium civitatem in divisione apostolorum obiit, ibique sepultus est; Honorius papa substituitur. Ordo Predicatorum inicium sumit.

1217. Rex Ungarie Andreas et Liupoldus dux Austrie, dux Meranie Otto, episcopus Babenbergensis Ekkbertus, et nobiles et comites cum manu valida transfretaverunt ad succursum terre sancte.

1218. Wolfkerus patriarcha Aquileigensis obiit, cui succedit Berhtoldus archiepiscopus Golocensis. Christiani in transmarinis partibus Cesaream et Turrim Stratonis reedificant, et post multas depredationes ad municionem montis Thabor accedentes, viriliter duabus vicibus inpugnaverunt. Quam munitionem postea ipsi Sarraceni timore christianorum destructam reliquerunt. Deinde coadunato exercitu christianorum civitatem Damiatam obsidione cingunt, et turrim munitissimam in medio fluminis sitam, et catenam fluminis 55 pedes habentem viriliter occupaverunt. Ubi tamen milites electi 40 cum aliis fracto instrumento in flumen precipitati sunt. Exercitus Romanorum cum Ytalicis multis[b] in auxilium veniunt christianis. Ludwicus dux oppidum in Strubing construere cepit.

1219. Otto aliquando imperator, a sententia excommunicationis absolutus, obiit. Regalia quoque Heinrico palatino Rehni assignanda regi Friderico reliquit; que ad instantiam eiusdem regis Friderici eodem anno sub quadam forma compositionis ipsi assignata sunt. Secouwensis episcopatus a domino Eberhardo Salzpurgensi archiepiscopo de licentia domini Honorii pape creatur, et Karolus Frisacensis prepositus eidem sedi preficitur. Fridericus rex curiam Nuornberch cum multis principibus celebravit. Concilium provinciale a domino Eberhardo archiepiscopo Salzpurgensi celebratur, cui interfuerunt Pataviensis, Frisingensis, Gurcensis, Kymensis, Secouwensis episcopi. Ludwicus dux Bawarie cepit munitionem civitatis Hallis in monte qui dicitur Griute, que ab archiepiscopo Eberhardo sub quadam forma compositionis destructa est. Et ob hanc causam prenominatus episcopus homines et redditus per omnia quos in Halle et circa habebant, aput Altahenses comparavit. Damiata civitas ignorante exercitu sine omni dampno christianorum in crepusculo noctis, interfectis innumerabilibus paganis, divina potentia capta est, et a christianis potenter possessa. Hiis diebus Ulricus Pataviensis episcopus cepit construere castrum in monte sancti Georii Patavie.

1220. Otto Frisingensis episcopus obiit, cui succedit Geroldus eiusdem ecclesie canonicus. Thomas Canturiensis episcopus et martyr, ab Honorio papa missis cardinalibus, translatus est. Fridericus Romanorum rex electus ab Honorio papa ad imperatorem Rome sollempniter consecratur, duce Bawarie Ludwico aliisque principibus et viris nobilibus presentibus.

1221. Damiata civitas, que portus Ethyopie dicitur, multo labore et sanguine ac sudore christianorum acquisita, heu! heu! exigentibus peccatis hominum, divina permissione seductis in quandam insulam christianis, aquis et exercitu Sarracenorum circumvallatis, quibusdam submersis aliisque occisis, tandem sub quadam forma compositionis, et multa strage hominum ab utraque parte facta, coactis christianis, Sarracenis per manus christianorum reddita est. Ubi aderant Ludwicus dux Bawarie, Ulricus Pataviensis episcopus, qui eodem anno transfretaverant, et alii quam plures nobiles et ignobiles, quorum non erat numerus. Qui fugam arripientes vix evaserunt. Ulricus Pataviensis episcopus ab expeditione rediens transmarina, in via obiit; cui Gebhardus comes de Plain, eiusdem ecclesie canonicus, succedit.

1223. Corpora sanctorum Viti et Modesti ab archiepiscopo Eberhardo et Karolo Secouwensi episcopo in ecclesia sancti Andree aput Lavent inventa et in altari recondita, plurimis ceperunt coruscare miraculis; et eorum reliquie ad ecclesiam Salzpurgensem, presentibus Patavieuse et Kymense episcopis, cum frequentia et tripudio populi ab archiepiscopo sunt translate.

1224. Berhtoldus Brixinensis[c] episcopus obiit, cui succedit Heinricus Aquileigensis archidyaconus. Oppidum in Landaw[75] construitur a Ludwico duce Bawarie. 75

1225. Chunradus cardinalis Portuensis episcopus, Romane sedis legatus, per se et per plures cooperatores verbum crucis per totam Alamanniam predicavit, et quam plures cruce signati sunt. Imperator cum filia Iohannis regis Ierosolimitani nuptias in Apulia celebravit, ex qua genuit Chunradum postea regem. Et Heinricus filius eius[d] rex declaratus duxit filiam Liupoldi ducis Austrie Margaretam. Cum qua presentibus principibus regni nuptias aput Nuornberch sollempniter celebravit. Ubi propter frequentiam populi circiter 40 persone, inter quas quidam prelati, monachi, clerici erant, cum aliis oppressi occubuerunt. Engelbertus Coloniensis episcopus, vir magne providentie et tutor regis, a comite Friderico de Altenach sororio suo occiditur, manu mutilatus et 33 vulneribus ut dicitur fossus. Hiis[e] diebus Leupoldus dux Austrie consensu Ludwici ducis Bawarie construxit castrum in Scherding[76]. 76

1226.[f] Sanctus Franciscus obiit. Imperator condixerat sollempnem curiam aput Cremonam, ad quam vocaverat filium suum et principes Alamannie. Qui propter rebellionem Lombardorum non permittebantur intrare; unde infecto negotio imperator in indignatione in Apuliam se recepit. Item inter Liupoldum ducem Austrie et Heinricum filium suum maiorem guerra est orta super hereditate, que tandem mediantibus maioribus terre ad concordiam revocata est. Fridericus iunior filius ducis duxit sororem regine Ungarie. Archiepiscopus instituit sedem kathedralem aput Sanctum Andream in Lavent, cui prefecit Ulricum in Huos. Guerra gravis inter Rapotonem comitem palatinum Bawarie et comitem de Bogen orta est; in qua quam plures ecclesie sunt destructe et spoliate, et predia nobilis monasterii in inferiori Altah incendio sunt destructa. Et Rapoto comes palatinus Bawarie civitatem in Lithenwerde, quam comes Albertus de Bogen prope monasterium Altahensem erexerat, incendio penitus devastavit. Chunradus Ratisponensis episcopus obiit, cui Sifridus successit, substitutus a domino Gregorio papa nono. An. S. Rudb. 1227.

a) metropolatalii *cod.* b) multis *add. alia manus.* c) Briximensis *cod.* d) maior *addidit manus posterior.* e) Hiis — Scherding *add. alia manus.* f) 1206 *cod.*

75) Landau ad Isaram fluv. 76) Schaerding ad Oenum fluv.

An. S.Rudb. 1227. Honorius papa tercius obiit; cui succedit dominus Hugelinus Hostiensis episcopus, qui et Gregorius nonus. Magna copia cruce signatorum ad exhortationem et mandatum domini pape iter peregrinationis arripuerunt, set circa maritima magna pars ipsorum mortua est. Inter quos Augustensis episcopus et Ludwicus, maritus sancte Elysabeth, lantgravius Turingie, cum aliis nobilibus obierunt. Reliqua pars credens dominum imperatorem transfretaturum mare transivit; imperatore vero remanente, in continenti fere omnis illa peregrinatio rediit. Dominus papa imperatorem pro eo, quod votum peregrinationis non solverat, excommunicatum sollempniter denuntiavit. Ex hoc itaque facto gravissimum scisma oritur inter regnum et sacerdocium, ita ut fere tota christianitas per plures annos novis et insolitis pressuris plurimum turbaretur. Nam electiones episcoporum, personatuum et aliarum magnarum dignitatum tunc a sede apostolica et legatis eius taliter sunt suspense, ut contra voluntatem eligentium is vel ille preficeretur in qualibet dignitate, qui vel cuius amici tunc videbantur sedi apostolice plus favere. Principum etiam ac comitum et ministerialium tantam multitudinem sibi adtraxit ecclesia, ut si ei perseveranter et fideliter adhesissent, poterat pro sue voluntatis arbitrio triumphasse. Quamdiu autem duraverit, et quomodo seviens mors tam pontificum quam regum inter se dissidentium sepe interruperit guerram istam, patebit in sequentibus. Fortitudinem tamen eiusdem scismatis multa paria litterarum ostendunt ex utraque parte hinc inde transmissarum, quarum quasdam hic placuit annotari:

1240. Iul. 18. *Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sycilie rex, dilecto principi suo N. gratiam suam et bonam voluntatem. Emula regum et principum orbis terre ac consortum inpaciens, dudum in superbia seculorum liberaliter adaucta per eos, Romana sedes illius, qui princeps esse dicitur sacerdotum, in suum adversus nos preconceptum odium ad universale scandalum sic exarsit, adeo averso ecclesie religionis ordine preter mandata legis, quorum lator et pater esse debuerat, que pervertit dum se hostilibus rebus immiscens dubios bellorum eventus, cedes hominum, obsidiones urbium et universaliter procurat undique pericula populorum, sponsam Christi ecclesiam matrem nostram, cuius auctoritate libitum pro licito sequitur, e sanctuario Dei suarum vindictas inimiciciarum exercens reddit proh dolor mundo notabilem, ut sub tam inconstanti et volubili rerum actore, qui presidet et nomine ecclesie diversa variat et confingit, experientia facti singulos edocente, non inmerito ab ecclesia pro eius preside ac experto patre mendacii meticulosa suspicio cordibus hominum inferatur. Quapropter devotionem tuam contingentia non patimur ignorare. Nuper enim per quosdam de maioribus fratribus suis et religiosos alios viros, aspirantes ad quietum ecclesie statum et piis zelantes desideriis bonum pacis, adhibita est cura propensior inveniendi*[a] *modum et habendi tractatum, per quem inter nos pontificem et phariseum istum, contra nostri honorem nominis prava consilia colligentem, ad certum tempus treugarum compositio fieret, infra quod per te, quem habemus in omni dilectione precipuum, et alios principes orbis terre ad integre pacis reformationem oportunitas commodior haberetur. Cumque nos eisdem viris, inventoribus huius vie, preter spem et creditum pro ecclesie reverentia condescendere dignaremur, G. dictus papa petebat, Lombardos, rebelles nostros et nostri bannitos imperii, treugis ipsis debere muniri. Quibus exclusis, treugas ipsas non poterat acceptare, ut evidentiorem daret omnibus intellectum, quod negocium rebellium Lombardorum fovit et fovet in nostrum odium manifestum, illud gerens et reputans velud suum; quamque hactenus alia palliaret, quod non in favorem ipsorum, set ob transgressiones nostras alias, quas fingebat, contra nos ad excommunicationis sententias processisset. Quod intollerabile visum est nobis, ut rebellibus nostris diutino guerrarum discrimine fatigatis et in maiori parte depressis, treugas concedere deberemus, ad quorum persecutionem et vindictam accincti vexilla victricia et prepotentia castra nostra triumphabiliter duximus educenda. Et licet nobis, in confinio castra metatis Campanie, suggereretur instanter ad ingressum illius provincie, data plene fiducia, de obtentu, super quo doloris gladius ad iniuriatoris nostri animam pertransiret, nos ad presens ob honorem Dei et reverentiam beatorum apostolorum Petri et Pauli, quibus utpote, quod sacrum dyadema de ara beati Petri suscepimus, esse volumus non ingrati, ab ingressu et receptione ipsius terre destitimus; expectantes interim, si nostrum iniuriatorem alias vexatio revocet ab offensis. Preterea non patimur te latere, qualiter homo iste, dictus papa, in obsidione Ferrarie civitatis imperii et Salingwerre fidelis nostri Bononiensibus*[b]*, Venetis, aliis convicinis nostris rebellibus convocatis, legatum suum cum Mediolanensibus fecerit convenire, ducem ibidem exercitus et rectorem. Qui adeo cum suis complicibus eundem Salingwerram et Ferrariam in exheredationem imperii coartavit, qui a suis proditus, receptis tamen promissionibus et pactis de indemnitate sue persone*

a) inveniendum *cod.* b) Boniensibus *cod.*

*ac rerum suarum et de salubri mora sua in eadem civitate, necnon per eundem legatum ducem* 1240. Iul. 18. *Venetiarum, potestates, rectores, capitaneos exercitus et generaliter per totum exercitum iuramento firmatis, nomine ecclesie iuramentum impendit ac se et predictam civitatem assignavit specialiter ecclesie possidendam, commissa fide sua fidei legati ecclesie, quod prestita et iurata sibi securitas plenarie servaretur. Set post deditionem civitatis et suam legatus idem, tamquam si ex legationis officio fungeretur celebrare periuria, quemadmodum prestitit iuramenta, cum predictis omnibus deieravit, demolitis domibus et bonis eiusdem Salingwerre, ipsum simul deduxere fide mentita Venetias captivatum. Ecce qualis invenitur in legato fides, qualis a patre legati menciendi procedit auctoritas, ut fidem reputent, fidei vinculum non servare. O quam pestiferum ab ecclesie rectoribus emanat exemplum, quam evidens obmissa veritate deceptio, ut regibus et principibus orbis, quibus propter impatientiam potestatis invident, sit precipue precavendum, ne de facili se prebeant in manibus eorundem, qui semper intercipere conantur incautos, et pium reputant, innocentiam condempnare. Nos autem, qui universos et singulos tum ex vicinitate tum ab experto intus et in cute iam cognovimus, taliter vos per indaginem rerum ab eorum fallaciis cautos volumus observari, ut vobis intendamus potissimum precavere; sperantes in eo, qui regna et reges constituit, quod iuste iniuriam propulsantes violentiam nobis illatam nostrarum virium conamine propellemus, et in gladio iusticie, quem auctore Domino baiolamus, sacerdotum gladios, quibus abiecta stola lumbos suos inhoneste precingunt, iustius retundemus. Dignum insuper duximus ad tuam noticiam deferendum, quod ipse papa, sicut ex suis motibus preceps et inconstans in omnibus viis suis, strennuis viris de Francia cruce signatis et pro voti executione ad iter accinctis prohibuit sub censura ecclesiastica, ne transeant in presenti, non adtendens necessitatem christiani exercitus in ultramarinis partibus commorantis, quibus in emergentis casus articulo nedum de cruce signatis, set de noviter consignandis deberet in auxilium subvenire. Unde ab operibus eius, que suo testimonium profitentur actori, potestis agnoscere, quod duplicitas viarum suarum scandalum generet et tocius universitatis incommoda subministrat. Datum in castris in obsidione Esculi* 18. *Iulii*, 13. *indictione.*

*Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et cetera. Dum ad depopulationem vicine* 1241. Mai. 18. *Bononie nostrum verteremus propositum et affectum, prelatorum turbam cum Prenestino episcopo*[77] *et magistro Ottone de Turengo Sancti Nycolai in carcere Tulliano dyacono cardinali, nostris adversaturam processibus, ex diversis provinciis congregatam, contigit suo infortunio Ianuam pervenisse. Ubi conveniente cum eis Gregorio de Romania, addito legato legatis, ut insimul ligarentur, et conspiratione cum Ianuensibus rebellibus nostris facta, galearum copiam armari fecerunt, cum quibus ad papam Romanum pro maioris causa discidii*[a] *coniuraverant advenire. Ad quorum inpediendum transitum et accessum, nostrarum diu ante previsum convenire fecimus aput Pisas victoriosum stolidum galearum; quod, eorum precognita motione in locis et portibus, que latenter*[b] *vel alto mari preterire non poterant, velut obvia et necessario navigabilia transituris, eis transeuntibus potenter occurrit. Et aggressis galeis nostris galeas*[c] *ipsorum, prepotens Dominus, qui ex alto videt et diiudicat equitatem, vias eorum et excogitatam maliciam meditatus, in viribus et potentia nostra, quam fugere terra vel mari non poterant Domino faciente, legatos simul tradidit et prelatos. Et tribus galeis ipsorum inmersis, ac omnibus, qui vehebantur in eis, sine spe recuperationis amissis, viginti et due galee non sine magna cede navigantium cum personis et rebus victe sunt a galeis nostris et triumphabiliter capte. In quibus predicti tres legati cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus et multis prelatis aliis, nuntiis et prelatorum procuratoribus ultra centum, anbassatoribus civitatum rebellium Lombardie, qui ad prefixum ire concilium properabant, quatuor milibus Ianuensium, exceptis specialibus et electis personis de Ianua, que*[d] *galeis preerant et comitatui prelatorum producendis et reducendis eisdem Ianuam*[e], *sicut intra eos fuerat infortunate conventum, ad manus nostras pervenere ligati. Et de Prenestino illo, qui summum contra nos ubique odium incitabat, divinum non defuisse iudicium arbitremur, quod sub latentis lupi specie in ovina pelle et agni clamide Deum inclusum gerere non confidat, et sciat Deum nobiscum esse sicut cum diis eorum, quod non solum per sacerdocium, set per regnum et sacerdocium mundi machinam statuit gubernandam. Nos igitur, suum nobis celitus Domino reserante consilium et in plana tot aspera convertente, sudores bellicos et estivos pulveres non vitantes, nostrum felix iter, intentionem omnimodam et conatus ad ea dirigimus, que nobis et ceteris regnantibus exaltationis*

a) discidii *addidi ex Friderici epistola ap. Rymer Foed. I,* 241. b) latent *cod.* c) galearum *cod.* d) qui *cod.* e) eis de Ianua *cod.* 77) Iacobo.

1241. Mai. 18. *et glorie afferant incrementum, ut te predictorum nostrorum successuum participem fieri gaudeamus, quem in omni successure felicitatis eventu cupimus haberé consortem. Datum Faventie* 18. *Maii*, 14. *indictionis.*

1239. Nov. 23. *Gregorius servus servorum Dei dilectis filiis, magistris Alberto archydiacono Pataviensi et Philippo de Asisio, nuntio nostro in Alemannia commoranti, salutem et apostolicam benedictionem. Quia Fridericus dictus imperator, de multis et gravibus excessibus suis a nobis diligenter et frequenter ammonitus, non solum satisfacere non curavit, set corde nequiter indurato iugiter etiam deteriora committit, nos de fratrum nostrorum consilio in eum et in omnes illos, qui in huiusmodi excessibus vel alias contra Romanam ecclesiam sibi prestiterunt consilium, auxilium et favorem, excommunicationis et anathematis sententiam duximus promulgandam, omnes qui ei fidelitatis iuramento tenentur, decernendo ab observatione iuramenti huiusmodi absolutos, et firmiter prohibendo, ne sibi fidelitatem observent, iuxta canonicas sanctiones. Ad hec civitates, castra, villas et alia loca, ad que ipse pervenerit, quamdiu ibi fuerit, ecclesiastico supposuimus interdicto, ita quod publice vel secreto nullum ibi divinum officium celebretur, indulgentia vel privilegio quolibet non obstante. Omnesque qui eidem presumpserint celebrare, vel pocius profanare divina, pene depositionis decrevimus perpetue subiacere. Universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis, per Alamanniam constitutis, nostris damus litteris in preceptis, ut predictam excommunicationis et anathematis sententiam, pulsatis campanis, accensis candelis, necnon alia, que continentur in ipsis, in singulis civitatibus, castris ac villis et locis suarum dyocesium absque dilatione aliqua publicari sollempniter ac etiam nunciari singuli faciant eorundem; et nichilominus omnes tam clericos quam laicos, qui ei adversus fidem katholicam et libertatem ecclesiasticam ac sponsam Christi sacrosanctam ecclesiam machinanti cum armis vel sine armis auxilium prestiterint vel favorem, excommunicationis vinculo innodari. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dicti archiepiscopi et episcopi preceptum nostrum neglexerint adimplere, vos eos ad id per excommunicationis sententiam appellatione remota cogatis, constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante. Quodsi non ambo hiis exsequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exsequatur. Datum Laterani* 9. *Kal. Decembris, pontificatus nostri anno tercio decimo.*

1239. Sept. 24. *Gregorius episcopus servus servorum Dei*[a] *dilectis filiis, magistris Alberto archydiacono et Phylippo de Asisio, nuntio nostro in Alamannia commoranti, salutem et apostolicam benedictionem. Rationalis spiritus exulanti extra suos terminos nature compatitur, et a naturali potentia frequenter rationis excidium deploratur. Set cum hec duo deformationis vulnera sentiunt, de illatis sibi passionibus ad invicem conqueruntur, non quod rationi vel nature possit inesse deformitas, a qua creator creaturam suam in creando facit penitus alienam, set quod actiones proprias tociens intentio prava deformat, quod iam corruptele vicium videatur nature privilegiis insignitum. Unde turbatur ratio, merito natura conqueritur, nisi ius ab iniuria provocet, ab iniusticia vox innocentis appellet, ad tribunal recurratur supremi iudicis, ubi affectus noxii iusticie limitibus coercentur. Quare apostolica sedes iusticie languenti succurrere, sevientis iniquitatis occursibus obviare, unius cultores attollere et actores tenetur alterius rigore ecclesiastice reprimere discipline. Hinc est, quod dolentes audimus, quod quidam Friderico dicto imperatori, qui sicut Herodes christianam religionem et in pectore fidelium Ihesum Christum conatur extingere et fidem katholicam ac ecclesiasticam libertatem totis molitur viribus conculcare, contra Deum et Romanam ecclesiam consilium et auxilium ac favorem inpendunt. Dolentes referimus quod persona, que imperio, cuius iura et honores ac principum conservari volumus et optamus illesa, perniciose incubat et incumbit, decorem ipsius imperii et honorem principum, imperii lege contempta et principum privilegio cancellato, quosdam de ipsorum maioribus, qui actibus suis illicitis consentire rennuunt, incarcerando, proscribendo, proditorie necis gladio feriendo, ac paganorum qui Asisim vocantur, quod inauditum est de quolibet principe christiano, gladiis exponendo, deturpat; nonnullos episcopos, precones Christi, rectores fidei, pastores omnium, medicos languentium animarum, spoliatos bonis ecclesiasticis et mundanis, de regno, quod est beati Petri patrimonium speciale, aliisque terris imperio Romano subiectis proscriptione dampnabili exulare compellit; sacrosanctas ecclesias sacrilega temeritate prophanans, religiosos — quorum unum de ordine fratrum Minorum absque iuris ordine et debita cause cognitione horribili crudelitate combussit — pupillos, orphanos, pauperes et viduas, tegmine vili nudatos, quasi sublatis desuper carnibus exossavit; excommunicationis quoque*

a) Dei *deest cod.*

*ac anathematis latam contra se a nobis sententiam, contemptis ecclesie clavibus, vilipendit,* 1239. Sept. 24. *sollempniter publice sibi faciens celebrari vel pocius prophanari divina, necnon laqueo dampnate heresis se suspendens, eandem sententiam predicat non servandam. Verum cum ex hoc subsidio consilii, auxilii et favoris fidelium populorum dictus Fridericus reddiderit se indignum, venerabiles fratres nostros archiepiscopos, episcopos ac dilectos filios abbates, priores, prepositos et alios ecclesiarum prelatos necnon nobiles viros, duces, marchiones, comites, barones et universos alios Christi fideles per Alamanniam constitutos, rogandos duximus attentius et monendos sub debito fidei christiane, quo tenentur domino Ihesu Christo, districte precipiendo mandantes, ut prefato Friderico consilium vel iuvamen, opem vel operam aliquatenus non impendant. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eos, qui contra prescriptum mandatum nostrum venire presumpserint, per excommunicationis sententiam, sublato appellationis obstaculo, a presumptione huiusmodi compescatis, constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante. Quodsi non ambo hiis exsequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exsequatur. Datum Laterani 8. Kalendas Octobris*[a]*, pontificatus nostri anno tercio decimo.*

1228. Imperator, defuncta imperatrice[b] in puerperio, transfretavit, et per Cyprum usque Acon[c] venit; ubi in An.S.Rudb. magna gloria fuit susceptus, et post paucos dies legatos soldani pacifice cum excipientes recepit. Otto filius ducis Ludwici Bawarie aput Strubing, presente rege Heinrico et multis aliis principibus, in festo pentecostes gladio accingitur. Mai. 14 Ubi Ulricus primus Laventinensis episcopus ab archiepiscopo in episcopum consecratur. Isti autem principes interfuerunt: Heinricus rex filius Friderici imperatoris, Ludwicus Bawarie, Leupoldus Austrie, Pernhardus Karinthie, Otto Meranie duces; Heinricus marchio de Andehs; episcopi Eberhardus Salzpurgensis, Hermannus Wirzpurgensis, Ekkibertus Babenbergensis, Gebhardus Pataviensis, Sifridus Ratisponensis, Siboto Augustensis, Heinricus Eistetensis, Rudgerus Chymensis, K.[78] Secoensis, A.[79] Laventinus. 79

1229. Imperator in transmarinis partibus positus, civitatem sanctam Ierusalem et maiorem partem terre sancte a soldano Babilonico recepit, et treugis inter ipsos firmatis, imperator revertitur in Apuliam, et fines regni Apulie ab exercitu domini pape occupatos recepit. Exercitus domini pape, qui in tres partes divisus erat, Teutonicis cruce signatis passagium impedivit. Longobardi et Tusci cum domino papa contra imperatorem conspirant. Agnes ducissa Bawarie[80] Idus Aprilis peperit filium, qui vocatus est Ludwicus. Poppo Altahensis abbas obiit[81]; Berhtoldus Burensis abbas eligitur; post quem Chunradus eligitur. 81

1230. Tyberis alveum suum egressus vicina loca occupavit, et in urbe Roma usque ad gradus sancti Petri ascendit, unde Romani compulsi papam ad Urbem revocaverunt. Dominus papa et dominus imperator, mediantibus principibus Alamannie, videlicet patriarcha Aquilegiensi Berhtoldo, archiepiscopo Salzpurgensi Eberhardo, episcopo Ratisponensi Sifrido, Austrie Liupoldo, Meranie Ottone et Karinthie Bernhardo ducibus, et quibusdam aliis, ad concordiam redierunt; et dominus imperator ab excommunicatione absolvitur, et post absolutionem in hospicio et mensa a domino papa excipitur. Liupoldus dux Austrie aput Sanctum Germanum obiit; cuius corpus in Monte Cassino in monasterio sancti Benedicti a cardinalibus sepelitur, et ossa ipsius elata in die sancti Andree aput monasterium Liernvelde, quod idem dux magnifico opere ut hodie claret construxerat, ab archiepiscopo sepeliuntur; et eodem die dictum monasterium ab eodem consecratur. Rex Bohemie Austriam in manu valida intrans, magnam partem terre vastavit. Episcopus Ratisponensis cancellarius imperialis aule efficitur. Sifridus Mogontinus archiepiscopus obiit. Karolus primus Secoensis episcopus obiit. Castrum in Flinsperch ab Alberto comite de Bogen erigitur.

1231. Geroldus episcopus Frisingensis cessit, cui succedit Chunradus canonicus eiusdem ecclesie. Rapoto palatinus Bawarie obiit. Ludwicus dux Bawarie presente familia sua a quodam ignoto pagano cultro percussus obiit, et hoc aput Chelheim insidiis domini Friderici imperatoris 16. Kalendas Octobris. Sept. 16. Prepositus Salzpurgensis, abbas Sancti Petri et abbas Admuntensis de licentia domini pape ab archiepiscopo in die sancto pasche mitris pontificalibus sunt insigniti et privilegiati. Monasterium monialium[82] Cysterciensis ordinis a Ludmila ducissa[83] in Lantshût construitur. 83

1232. Imperator nativitatem Domini aput Ravennam celebravit, et per Venecias transiens usque ad Aquileiam et Forum Iulii processit. Ubi rex filius suus et quidam alii principes, scilicet Fridericus dux Austrie, qui iam aput Wiennam gladio militari accinctus erat, cum quibus de pace Alamannie verboteaus ordinans, in Apuliam se recepit. Gebhardus Pataviensis episcopus propter infamiam occisionis Eberhardi canonici Pataviensis et aliorum criminalium sibi obiectorum episcopatum resignavit. Nam[d] dum Eberhardus et quidam alii canonici non consentirent pravis operibus episcopi Gebhardi, a suis sectatoribus in quodam itinere est pervasus, auribus, naribus, oculis et aliis membris deformiter mutilatis. Cuius caput canonici Romam portantes, apostolici presenciam accessuri cum lacrimis cantaverunt responsorium: *Videns*

a) Decembris *legendum esse censet Böhmer Reg. p.* 349. b) *sequitur lacuna exigua.* c) Ancon *cod.* d) Nam — audivi *in margine inferiore addidit alia manus.*

78) Karolus. 79) immo U(lricus). 80) uxor Ottonis II. ducis Bav. 81) die 12. Iunii. Necrol. Altah.; d. 11. Iunii secundum Necrol. Windberg., Mon. Boic. XIV, 99. 82) Seligenthal. 83) uxore Ludewici I. ducis Bavariae.

*Iacob;* et venientes ad versum, scilicet *Vide, si tunica filii tui* etc.[84], nudum deforme et sanguineum ostenderunt. Qui misericordia motus, istos consolatus, illum penitus degra-
An. S.Rudb. davit. Sic ego relatu domini Wernhardi[a] de Secovia[85] audivi. Sanctus Antonius de ordine Minorum fratrum apud Paduam signis coruscans a domino papa canonizatur, cum nondum annus integer post obitum suum esset elapsus. Ekebertus[b] episcopus Babenbergensis cum duce Karinthie bellum movens, plures eius munitiones destruxit et terram pro magna parte vastavit. Dominus archiepiscopus ex licentia domini pape preposito Salzpurgensi usum virge pastoralis et anuli et cyrothecarum indulsit. Chunrado electo Altahensi amoto, Dietmarus fit abbas.

1233. Sanctus Virgilius a domino papa Gregorio nono canonizatus est 4. Idus Iunii. Rudgerus primus Kymensis episcopus auctoritate domini pape Pataviensi ecclesie preficitur. Elysabeth filia regis Ungarie, vidua lantgravii, post obitum suum multis miraculorum signis claruit. Episcopus Ekkbertus Babenbergensis a ministeriale ducis Karinthie per totam quadragesimam in captivitate tenetur. Otto dux Bawarie curiam celebrandam Ratispone indixit, quam propter indignationem regis Heinrici et aliorum quorundam principum sibi non faventium aput Lantshuet celebravit. Set postmodum rex cum multis principibus et magno exercitu Bawariam intravit, ducem destructurus; set mediante archiepiscopo Salzpurgensi in gratiam eum recepit, et filium eius puerulum in obsidem regi dedit. Et tandem curiam sollempnem Ratispone dux celebravit, cui archiepiscopus Salzburgensis et omnes episcopi Bawarie interfuerunt. Dux Bawarie cum magno exercitu fines ducis Austrie devastavit et claustrum in Lambach exussit. Dux Austrie magnum exercitum contra regem Boemie primo collegit, et Moraviam intravit; et secundo alium exercitum adversus regem Ungarie collegit. Set postea plures ministeriales suorum tam in Marchia quam in Austria adversus eum conspirant.

1234. Dux Bawarie super monasterium Vormbach repente irruens, multos proscriptos qui se in eodem monasterio eiectis[c] monachis receperant comprehendit, quorum quosdam suspendi, alios capite plecti iussit circiter quadraginta.

1235. Agnes ducissa Bawarie 13. Kalendas Decembris peperit filium, qui vocatus est Heinricus. Albertus[d] comes de Pogen transfretavit et aput Venetias captivatur*.

* *Manus posterior apposuit haec:* qui hoc anno attulit sanctam crucem ad monasterium Althe superioris.

1236. Fridericus dux Austrie et Styrie ab imperatore proscribitur apud Augustam.

---

Iste[e] Fridericus cum esset severus homo, magnanimus in preliis, in iudicio districtus
et crudelis, in thesauris congregandis cupidus, terrorem suum sic fudit super indigenas et
vicinos, ut non solum non diligeretur, set ab omnibus timeretur. Ibat enim potenter cum
1233. exercitu in Moraviam contra Wenezalum regem Boemorum. Quandoque etiam Ungariam
intrabat, fines utriusque regni ferro et igne devastans. Satagebat etiam nobiles et melio-
res[f] terre sue opprimere et ignobiles exaltare. Agnetem uxorem suam, filiam Ottonis
1243. ducis Meranie, tamquam cognatam repudiavit[86]; quam postea Ulricus dux Karinthie accepit
uxorem. Edicta Friderici imperatoris, inimicicias principum contempsit, donec ab ipso
Friderico per sentencias principum in curia Auguste celebrata proscribitur et principatuum
1236. suorum honore privatur anno Domini 1236. Sequenti igitur anno Fridericus imperator
1237. contra Fridericum ducem in Austriam vadit, a civibus Winnensibus et quibusdam ministerialibus invitatus; et hyemavit ibidem, habens secum principes imperii, videlicet Wenezalum[g] regem Boemorum, Berhtoldum patriarcham Aquilegiensem, Sifridum Magontinum, Eberhardum Salzpurgensem, Theodericum Trevirensem archiepiscopos; Ekkebertum Babenbergensem, Sifridum Ratisponensem, Rudgerum Pataviensem episcopos; Ottonem Bawarie, Bernhardum Karinthie duces, Heinricum landgravium Turingie, et alios quam plures comites et nobiles. Tunc dictus Fridericus dux, terrore imperialis fortitudinis non
87 concussus, cum paucis qui sibi adheserant in oppido quod dicitur Nova-civitas[87] se recepit,
exinde pro sua defensione que poterat exercendo. Imperator itaque cernens, quod Fridericus dux parvi penderet illata, nec curaret gratiam imperii querere, recessit ab Austria, relinquens ibi capitaneos Ekkebertum Babenbergensem episcopum et de Henneberch et
Apr. 19. de Eberstain[88] et de Nurnberch[89] comites, celebrando festum resurrectionis dominice
Ratispone.

Ekkebertus autem episcopus Babenbergensis erat avunculus Bele regis Ungarie et frater Berhtoldi patriarche Aquilegiensis, vir magnanimus et bellicosus; et ob hoc predictus

a) Wer. *cod.* b) Ekebertus *add. alia manus.* c) eictis *cod.* d) Albertus — captivatur *in marg. superiore add. sunt.* e) Iste — mercatores *addidit in fol. proprio manus alia coaeva.* f) melores *cod.* g) *postea corr. in cod.* Weneceslaum.

84) Cantatur enim dominica tertia quadragesimae, quod breviaria diversa habent, hoc *Responsorium: Videns Iacob vestimenta Ioseph, scidit vestimenta sua cum fletu et ait: „Fera pessima devoravit filium meum Ioseph.“ Versus: „Vide, si tunica filii tui Ioseph sit an non“; et cum vidisset pater, ait: „Fera, gloria Patri, fera.“* 85) episcopi 1268—1283. 86) anno 1243. 87) Wiener Neustadt. 88) Ottonem. 89) Conradum II. burggravium.

imperator sibi tuendam terram Australem specialiter commendavit. Defuncto autem 1237.
eodem anno episcopo memorato, et imperatore se ad Apuliam transferente, predictus dux Iun. 5.
Fridericus animosior effectus Albertum comitem de Bogen in auxilium suum vocat. Sicque
cum ipso comite egressus muros Nove-civitatis, in campo qui dicitur Stainveld[90] pugnam 90
iniit cum Wiennensibus et capitaneis eorum, reportans victoriam gloriosam. Capti namque
sunt in eodem bello Rudgerus Pataviensis et Chunradus Frisingensis episcopi et multi ex
nobilibus, quos ad tuitionem terre predictus reliquerat imperator; actum anno Domini 1238. 1238.
Dux itaque Fridericus hiis successibus prosperatus, recedente a partibus illis cesaris milite,
in brevi tempore totam hereditatis sue terram rehabuit, regens eam deinceps ita strennue,
quod in ipsa quoque iusticia, ut multis videbatur, sepe tyrannidem exercebat. Audacia ita-
que cordis sibi innata ipsum quiescere non sinebat, donec octavo post hec anno Bele regi 1246.
Ungarorum bellum indixit. In cuius terram cum intraret, exercitum validissimum ducens,
congressione cum Ungaris facta et Cumanis, adversa pars vincitur et fugatur. In qua
victoria, dubium utrum ab amicis vel inimicis, circa oculum cuspide vulneratus, occubuit
sexta feria, festo sancti Viti, anno Domini 1246. Iun. 15.

Occiso itaque Friderico potentissimo et inquieto duce Austrie et Styrie, quanta mala 1246
fere per sex annos utraque provincia sit perpessa, nullus valet scribere vel narrare. Nam 1252.
quilibet nobilium, immo magis ignobilium, nec Deum nec homines reveritus, quecumque
volebat faciebat, homines, ad munitiones vel cavernas terre fugere non valentes, capti-
vando, vulnerando, occidendo ac excogitatis et actenus inauditis tormentis miserabiliter
cruciando. Bela etiam rex Ungarie, orbatas heredibus terras sibi attrahere cupiens, multa
milia hominum per paganos homines, videlicet Cumanos, in captivitatem adduxit, multa
occidit, ac utriusque terre marchias fere inhabitabiles fecit[a]. Tunc Hermannus marchio de
Baden, natus ex Iringarde, sorore domine Agnetis ducisse Bawarie, auxilio Ottonis ducis
Bawarie duxit in uxorem Gerdrudam, filiam Heinrici ducis, qui fuerat frater Friderici ducis 1248.
Austrie antedicti; et ducatus Austrie et Styrie ratione talis coniugii usurpavit. Qui genuit
filium nomine Fridericum et filiam nomine Agnetem, que Ulrico duci Karinthie postea co-
pulatur. Et cum dictus Hermannus dux esset inpotens, tantam maliciam hominum, que
iam nimis invaluerat, morte etiam prepeditus compescere non valebat; moritur enim 4.
Nonas Octobris anno Domini 1250. Dominus Otto etiam dux Bawarie, mittens Ludwicum 1250.
filium suum cum exercitu ad terram illam, sibi civitates Lintz et Anasum[91] cum magna Oct. 4.
parte illius provincie subiugavit. Postremo misericordia Dei de celo prospiciente, fatigatis
et depauperatis[b] iam nimium optimatibus terre, dominus Premizel qui et Otakker, filius
Wenceslai[c] regis Boemie, consilio patris et vocatione magnatum civitatum Austrie et
Stirie, utrumque ducatum sibi attraxit, dominam Margaretam, relictam Heinrici quondam
regis Romanorum, sororum scilicet supradicti Friderici ducis, accipiens in uxorem. Ad 1252.
cuius subiectionem statim tota Austria et Stiria cum superioribus et inferioribus civitatibus
est conversa. Attamen quia Bela rex Ungarie Bethoviam[92] civitatem iam cum magna parte 92
ducatus Stirie occupaverat, non desiit ledere utramque terram, donec conventione inter 1254.
reges facta, quedam pars ducatus Styrie sibi cum distinctis terminis assignatur, domino
Otaker in pace partem reliquam cum terra Austrie retinente. Ex tunc gratia divina donante
ac probitate dicti domini faciente, pax ibidem optima renovatur, rura deserta coluntur,
securum ubique acquirunt transitum mercatores.

---

Sancta Elysabeth miraculis clarens aput Marchburch de tumulo transfertur, presente 1236.
Friderico imperatore. Qui etiam tunc temporis Heinricum regem Alamannie filium suum, Mai. 1. 1235.
pro eo quod contra ipsum cum Lombardis conspiraverat, captivavit et exilio religavit, ubi 1236.
et vitam in brevi finivit[93]. Et duo filii eius F.[94] et H.[95] similiter in Apulia obierunt. 95

1237. Ekkbertus Babenbergensis episcopus obiit.

1239. Fridericus imperator a domino Gregorio papa nono in ecclesia Lateranensi in Mart. 20.
die palmarum, et subsequenter in cena Domini et in pascha ex multis causis sollempniter 24. 27.
excommunicatur, approbantibus cardinalibus universis.

a) facto *cod.* b) depaupertatis *cod.* c) *sic corr. in cod.* Wenzezlai.

90) Steinfeld, qui campus a Nova-civitate ad meridiem extenditur. 91) Ens. 92) Pettau. 93) 1242. Febr. 12. 94) Fridericus, qui a. 1251. obiisse fertur in Ann. Mell. et in Cont. Garst. SS. IX, 508. 599. 95) Heinricus.

1241. Hoc anno regnum Ungarie, quod 350 annis duravit, a Tartarorum gente destruitur. Gregorius papa nonus obiit; Celestinus papa sedit dies 18. Eclypsis solis
Oct. 6. facta est in media die in octava Mychaelis, et stelle vise sunt.

Ian. 15. 1242. Albertus ultimus comes de Bogen obiit 18. Kal. Februarii. Ditmarus abbas Altahensis obiit[96]; Hermannus abbas succedit. Heinricus de Camtania, notarius imperatoris, eligitur in episcopum Babenbergensem.

1243. Synnibaldus dyaconus cardinalis in papam eligitur et vocatus est Innocentius
Iun. 25. papa quartus 7. Kal. Iulii. Iam enim propter scisma inter regnum et sacerdocium sedes apostolica vacaverat mensibus fere 22.

97 1244. Heinricus, filius O.[97] ducis Bawarie, duxit uxorem dominam Elysabeth, filiam Bele regis Ungarie. Aqueductus fit ad monasterium Altahense.

1245. Universalis synodus celebratur apud Lugdunum, ubi dominus Innocentius papa contra Fridericum imperatorem depositionis sententiam promulgavit. In ea synodo fuerunt tres patriarche et episcopi plurimi.

1246. Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus obiit. Sifridus Ratisponensis episcopus obiit, cui Albertus per legatum sedis apostolice subrogatur. Fridericus dux Austrie occisus est. Heinricus lantgravius Turingie a quibusdam principibus eligitur in regem, et
98 eodem anno[98] obiit. Chunradus, filius Friderici imperatoris, duxit uxorem dominam Elysabeth, filiam Ottonis ducis Bawarie.

1247. Willehelmus comes Hollandie in regem eligitur.

Huius[a] Wilhelmi regis tempore civitates apud Rehnum cum principibus optimam pacem ineunt, eligentes sibi capitaneos, destruentes castra nociva, et iniusta thelonia removentes. Que post obitum ipsius regis[99], qui vixit quasi novem annis, omnia redierunt in pristinum malum statum. Fuerunt autem subscripti principes et subscripte civitates, qui
1 sancte pacis federa iuraverunt[1]: Gerhardus archiepiscopus Mogontinensis, Chunradus archiepiscopus Coloniensis, Arnoldus Treverensis episcopus, Richardus Wormatiensis episcopus, Heinricus Argentinensis episcopus, Perhtoldus Basiliensis episcopus, Iacobus Mettensis episcopus, abbas Fuldensis, Ludwicus palatinus Rehni dux Bawarie, Chunradus comes silvester, Ditherus comes de Chazenelnbogen, Fridericus comes de Luningen, Perhtoldus comes de Zigenhagen, Encho comes silvester, Gotfridus frater suus, dominus Poppo comes de Turingia, Ulricus comes de Ferreto, comes de Virnburch, domina Sophia lantgravia Turingie, domina Udulhildis comitissa de Linningen, dominus de Trinperch, Ulricus de Minzenberch, Gerlacus de Limpurch, Philippus de Herchenvels, Philippus de Valchenstain, dominus de Stralnberch, pincerna de Erlach, Wernherus dapifer de Alzeia, Heinricus de Ernberch, Rumpoldus de Stainah. Nomina civitatum confederatarum ad pacem generalem: Mogoncia, Colonia, Wormatia, Spira, Argentina, Basilea, Thirigum, Fridburch, Brisacum, Columbaria, Slezestat, Hagenowia, Weizenburch, Niunstat, Wimpina, Heidelberch, Lauternburch, Oppenhaim, Franchfurt, Friderberch, Wetflaria, Galenhausen, Marchpurch, Agilsvelt, Voleda, Mulenhusen, Aschafenburch, Soelistat, Pingia, Dipach, Wacheracum, Besalia, Popardia, Andernacum, Bunna, Nussia, Aquis sedes regalis; in Westvalia: Munster et alie civitates plus quam 60 cum civitate Bermensi; Grunperch, Hirsvelden.

1247. Aug. Rudgerus Pataviensis episcopus multas crematas ecclesias consecravit in mense Augusto. Ludwicus filius Ottonis ducis Bawarie Chunradum comitem de Wazzerburch cum exercitu invasit, et eum de comitatu eiecit, omnibus munitionibus suis captis. Phylippus, filius Bernhardi ducis Karinthie, eligitur in archiepiscopum Salzburgensem; cui a domino papa Burchardus comes de Cygenheim superponitur, et consecratus ac pallio archiepiscopali decoratus moritur.

Febr. 11. 1248. 3. Idus Februarii in nocte factus est terre motus. Ludwicus rex Francie transfretavit*.

* *Manus saec. XIV. addidit haec:* Isto Ludwicus est postea canonizatus a domino Bonifatio papa octavo anno Domini 1300 in crastino beati Bartholomei. Quante sanctitatis idem beatus vir fuerit, testatur tota Francia, quia adhuc hodie apud Sanctum Dyonisium prope Parisius miraculis multis claret.

a) Huius — Hirsvelden *alia manus coaeva addidit in folio antecedenti.*

96) d. 27. Oct. Necrol. Altah. 97) Ottonis II. 98) 1247. Febr. 17. 99) post 1256. Ian. 28. 1) Quae sequuntur et virorum et civitatum nomina aggessit Hermannus ex tabula Conventus civitatum Wormatiensis, 1255. Sept. 28, Mon. Legg. II, 374.

1249. Ludwicus rex Francie Damiatam civitatem Sarracenorum fortissimam in octava 1249. sancte Trinitatis miraculose cepit. Iun. 6. Rapoto[a] comes palatinus Bawarie ultimus obiit.

1250. Ludwicus rex Francie, a Sarracenis captus, Damiatam et alias munitiones quas priori anno ceperat reddere cogitur, Ruberto fratre suo plus quam cum viginti milibus christianorum occiso. In quo bello etiam occubuit paganorum innumerabilis multitudo. Rudgerus Pataviensis episcopus propter hoc, quod in scismate inter regnum et sacerdocium favere videbatur parti adverse, ab Innocentio papa quarto ab officii et beneficii deponitur dignitate, et dominus Berhtoldus, frater Alberti Ratisponensis episcopi, substituitur. Cui statim capitulum et civitas Pataviensis cum ministerialibus obedire ceperunt unanimiter et subesse, predicto R. episcopo contra voluntatem Chunradi regis et Ottonis ducis Bawarie penitus refutato. Hermannus marchio de Baden, qui sibi usurpaverat ducatum Austrie, moritur 4. Nonas Octobris. Fridericus imperator in Apulia moritur mense Oct. 4. Decembri. Dec. Hiis diebus quidam frater Berhtoldus de ordine Minorum fratrum de domo Ratisponensi tantam gratiam habuit predicandi, ut sepe ad eum audiendum plus quam 60 milia hominum convenirent.

1251. Chunradus rex nativitate Domini Ratispone fuit. 1250 Dec. 25. Ubi, quia iam possessiones episcopi et ministerialium Ratisponensium incendiis vastaverat, dum in proxima nocte post festum innocentum in monasterio sancti Emmerammi dormiret, Dec. 28. Chunradus de Hohenvels et alii ministeriales Ratisponenses quasi media nocte in cameram suam irruperunt, et cum per exploratoris dicta non plures quam regem cum quatuor sociis suis in ipsa dormire putarent, duobus occisis et tribus captis, credebant se occidisse ipsum regem. Set noctu sextus fortuito casu supervenerat, et loco ipsius interfectus est. Rex autem, latitans sub scamno, valde miraculose imminens periculum mortis evasit. Propter quod factum, quia Ulricus abbas eiusdem facti suspectus etiam habebatur, dictum monasterium rex et dux in prediis et edificiis multiformiter offenderunt. Venerant namque ministeriales cum episcopo suo; qui episcopus foras muros civitatis cum multis armatis eventum rei sollicitus exspectabat. Subsequenter circa festum epyphanie rex Boemie filium suum in Bawariam cum 1251. c. Ian. 6. exercitu destinavit, qui in marchia Chambensi multas villas rapinis et incendiis vastavit. Interea mors imperatoris propalatur, et Chunradus rex ad partes Rehni festinat. Dominus papa in cena Domini Wilhelmum comitem Hollandie, Apr. 13. iam dudum a quibusdam principibus in Romanorum regem electum, multis episcopis presentibus aput Lugdunum confirmat; et statim se transfert ad Ytaliam de Lugduno, ubi iam fere octo annis continue fecerat mansionem. Castrum in Teispach[2] a Ludwico duce, nocte per insidias pro parte captum 2 et pro parte obsessum, destruitur, et fossata eius mirabiliter forcia complanantur. Et ex hoc Bawaria in ea estate pro magna parte incendiis flagrat, Bohemis partem Alberti Ratisponensis episcopi adiuvantibus contra duces. Chunradus tamen in festo apostolorum Petri et Pauli cum Ottone duce Chambe[3] venit; Iun. 29. quos rex Boemorum videre contempsit. Otto dux castrum et oppidum in Dingolvinge[4] construere cepit. 4 Eodem anno Chunradus rex in autumpno intrat Apuliam, et ibidem fere totum regnum paternum potenter possedit, domino Innocentio papa tunc Perusii commorante nec prohibere valente. Wilhelmus rex Romanorum de comitissa Flandrie gloriose triumphat.

1252. Domina Elysabeth filia Ottonis ducis Bawarie genuit Chunrado regi filium in die Mart. 25. annuntiationis sancte Marie, et vocatus est Chunradus.

1253. Otto dux Bawarie novam monetam in Lantshut fabricari iussit circa inicium messis, mandans, ipsos denarios et non alios recipi in toto suo districtu. Et exercitum versus Austriam movens, in ipsa expeditione filii sui Ludwicus et Heinricus infra octavam Thebeorum aput Oeting[5] militaribus gladiis sunt accincti. c. Sept. 29. Volens itaque cum Heinrico filio suo occurrere Bele regi Ungarie, qui tunc sicut priori anno cum valido exercitu Cumanorum et Ungarorum Austriam et Moraviam intraverat, a munitionibus et militibus superioris Austrie prepeditur. Nam priori anno dominus Premizzel qui et Otaker, filius Wenzezlai regis Boemorum, Austriam et Styriam sibi adtraxerat, ducta in uxorem domina Margareta, relicta Heinrici quondam regis Romanorum, que fuit filia illius nobilissimi quondam

a) Rapoto — obiit *add. man. alia.*

2) Teisbach ad Isaram fluv. infra Landshut. 3) Cham. 4) Dingolfing ad Isaram fluv. 5) Alt-Oetting.

1253. ducis Austrie et Styrie Liupoldi. Auxilio itaque Meinhardi comitis Goricie et Ezilini nobilis
de Tarvisio Heinricus, filius Ottonis ducis, per vallem Tridentinam vadit in Ungariam ad
socerum suum, Belam regem. Otto igitur dux, in principio sui regiminis severus iudex et
princeps mansuetus, postea propter favorem, quem inpendere videbatur Friderico quondam
imperatori et Chunrado filio eius, ab Innocentio papa quarto et episcopis tam diu et sepe
Nov. 29. excommunicatus, persequi cepit clerum; et mala malis[a] addens, in vigilia sancti Andree
apostoli, cum in sero cum uxore et familiaribus suis valde iocundus fuisset, presentem
vitam subitanea morte finit. Eodem tempore, mense scilicet Novembri, famosus ille pre-
6 dicator, frater Berhtoldus[6], in Lantshuot predicationis officium exercebat, et morabatur
in castro cum duce predicto, cupiens eum inducere ad obedientiam ecclesie et suum erga
ecclesias et clerum animum mitigare. Tunc supervenit quidam pauper rusticellus, asserens
se in nocte preterita festi sancti Mychaelis[7] raptum et ductum ad tribunal iudicii cuius-
dam, ubi audivisset et vidisset, quod ad querimoniam sanctorum sententia mortis data
esset in Ottonem ducem et ceteros principes pacis turbatores et ecclesiarum ac pauperum
vastatores. Asserebat etiam, quod sub pena mortis a sanctis ex parte Dei sibi esset in-
iunctum, ut hec duci et aliis principibus nuntiare deberet; quod, si non admitteretur,
8 deberet aliis propalare[8]. Is igitur homullus, cum non fuisset admissus ad presentiam
Nov. 24. ducis, predicto fratri Berhtoldo et aliis quibusdam talia propalavit. Set et sexto die ante
obitum ducis idem homo venit ad monasterium Altahense, et dixit Hermanno abbati et
Alberto abbati de Metem ex parte illius iudicii: quod, quia non admitteretur talia mani-
festare, dicti abbates cum Heinrico abbate de Ebersperch deberent intimare duci prenotato,
quod nisi cicius monetam novam destrueret et resipisceret a vexatione pauperum et
ecclesiarum, mortis esset in brevi sententiam subiturus. Cuius visionis efficaciam sepe-
10 dictus dux, Innocentius papa[9], Chunradus rex[10] et alii principes per mortem insperatam
Sept. tunc proh dolor sunt experti; Wenceslaus[b] etiam rex Boemorum moritur in mense
Septembri. Ottone duce defuncto, dominus Ludwicus, Heinrico fratre suo in Ungaria
existente, cum Alberto episcopo Ratisponensi concordiam facit, et divina iam per multos
annos suspensa in illa dyocesi relaxantur.

1254. Berhtoldus episcopus Pataviensis obiit; cui per electionem canonicam et con-
cordem succedit Otto de Lonstorf, eiusdem ecclesie canonicus et archidyaconus. Lud-
wicus dux, adhuc absente fratre, concordiam facit cum Philippo electo Salzburgensi.
Chunradus rex, priori anno Neapoli expugnata et muris eius ad terram prostratis, homo
Mai. 20. pacificus et iudex severus, in vigilia ascensionis Domini diem clausit extremum. De cuius
obitu Teutonici, Apuli et Lombardi, preter illos qui erant de parte ecclesie, dolore nimio
sunt turbati. Heinricus dux Bawarie auxilio domini Philippi Salzpurgensis electi de Un-
garia revertitur; et ambo duces ad consilium domini Heinrici Babenbergensis episcopi
suum regunt concorditer principatum. Eodem anno sterilitas frugum magna fuit et
maxime circa Danubium, ut nec semina possint haberi. Set et in nocte sancti Marci ewan-
Apr. 25. geliste per maximum frigus vinee et fructus arborum perierunt, ita ut valde modicum vini
nasceretur et illud nimis esset acerbum. Chunrado rege mortuo, Innocentius papa fines
regni Sycilie est aggressus et usque Neapolim obtinuit. In qua civitate dum de obtenta
terre illius parte et spe obtinendi totum Sycilie regnum letus moraretur, Dominus, qui
cf. Ps. 32, 10. dissipat consilia principum et reprobat consilia populorum, ipsum papam per mortis voca-
Dec. 7. tionem tali leticia et spe privat. Moritur itaque septimo die intrante mense Decembri et
ibidem sepelitur. Cui statim in eadem civitate a cardinalibus tunc presentibus dominus
Reinaldus Ostiensis episcopus subrogatur, et vocatus est Alexander quartus. Iste papa
bonus et mansuetus ac timens Deum, non tantum curans de negociis principum et regno-
rum, multa revocat et cassat, que in gravamen multorum suus constituerat antecessor.
Manifredus etiam, filius Friderici quondam imperatoris, principatum tenens in Apulia,
potenter terram ipsam defendit nomine Chunradi, parvuli fratruelis sui, qui adhuc cum
domina Elysabeth, matre sua, in Bawaria morabatur. Bela rex Ungarie, qui iam plus
quam per biennium Austriam et Styriam et Moraviam vastaverat, multis milibus hominum
interfectis et in captivitatem abductis, concordiam facit cum Otakero duce, recipiens

a) malas *cod.* b) *sic corr. in cod.* Wenzezlaus.

6) cf. supra 1250. 7) Sept. 29. 8) Cf. Annal. Erphordenses 1254, SS. XVI, 40. 9) 1254. Dec. 7.
10) 1254. Mai. 20.

ducatum Styrie sueque potestati subiciens terram ipsam. Ipse autem Otakerus dux in tribus 1254. suis principatibus, videlicet Boemia Moravia et Austria, tamquam princeps omni probitate preclarus, inopinatam et optimam pacem facit, vadens in hyeme subsequenti in Prusciam cruce signatus, et magnam partem ipsius terre cultui subdidit christiano.

1255. Ludwicus et Heinricus duces Bawarie circa pascha suos inter se dividunt princi- c. Mart 28. patus. Et Heinrico cessit nomen ducis cum maiori parte Bawarie, videlicet Ratispona, Chambia, Chelheim, Aerding[11] cum Landshuot, Oeting, Purchhuosen[12] et Halle[13] et quic- 11 quid est inter loca predicta et terras Austrie et Boemie. Ludwico autem cessit superior pars Bawarie cum palatio Rehni; et nomen purchgravii Ratisponensis: unde et castrum in Regenstauf, in Legenvelde[14], Chalmuntz[15] et alia, que ad eundem pertinent comitatum, sibi in sortem cesserunt. Heinricus itaque dux cum Alberto episcopo Ratisponensi plene concordans, monetam Lantshuotensem, quam pater suus fabricari iusserat, cassavit, et innovatam monetam Ratisponensium denariorum dari sicut prius per suum districtum permisit et precepit. Concordiam etiam facit cum domino Ottone Pataviensi episcopo, ac interdictum divinorum, iam plus quam per triennium observatum in districtu suo eiusdem dyocesis, relaxatur. Interea Wilhelmo rege Romanorum cum comitissa Flandrie et Fresonibus bellica agente negocia, civitates Rehni, quasi destitute regia defensione, vinculo societatis fortissime ad invicem coniunguntur, capitaneum eligunt, thelonea eiusdem fluminis que a pluribus fuerant agravata removent, vicinos principes et comites sue societati adherere compellunt, undique in finibus suis pacem ordinantes optimam et hactenus inauditam. Quo superveniens dominus Ludwicus, novus palatinus comes Rehni, fedus laudabilis societatis iniit cum civitatibus supradictis. Ista autem pax, more Lombardicarum civitatum inchoata, propter maliciam resistentium non diu duravit.

1256. Ludwicus dux comes palatinus Rehni dominam Mariam uxorem suam, sororem Heinrici ducis Brabantie, suspectam habens de adulterio, tunc in Swevico Werde[16] moran- 16 tem, 15. Kal. Februarii precepit decollari. Ipso mense Bernhardus dux Karinthie obiit, Ian. 18. cui Ulricus filius eius succedit. Wilhelmus rex eodem mense, in Fresia cum exercitu existens, a Fresonibus est occisus. Qui cum ad quandam civitatem eiusdem provincie venisset, fertur ibidem invenisse sepulchrum opere mirifico constructum; et dum a civibus quereret, cuius esset hoc sepulchrum opere tam sumptuoso decoratum, dicebant, quod nondum quisquam ibi sepultus esset, set antiqui patres eorum construxerint illud, per fatum cognoscentes, quod in eodem loco deberet Romanorum regum aliquis tumulari. Devicta itaque et subiugata tota Fresia, cum iam victor ipsam terram exiret, a quibusdam fugitivis, secus viam in harundeto latitantibus, cuspidibus occiditur, et in predicto tumulo ab indigenis sepelitur anno regni sui nono.

1257. Principes regni, pro eligendo rege iam diu habitis diversis conventibus, tandem diffinitivum electionis diem in octava epiphanie statuerunt in Franchenfurt celebrandum. Ian. 13. Ubi dum quidam convenissent, Mogontinus[17] et Coloniensis[18] archiepiscopi et Ludwicus comes palatinus Rehni ac frater suus dominus H. dux Bawarie in Rychardum, fratrem regis Anglie, convenerunt. Et electus ab ipsis, subsequenter in die ascensionis Domini aput Mai. 17 Aquisgrani in regem ungitur et potenter in regni solio collocatur. Dominus autem Treverensis episcopus[19] cum aliis quibusdam principibus, consentire nolens electioni predicte, 19 in media quadragesima, fretus litteris et auctoritate regis Boemie, ducis Saxonie[20], mar- Mart. 18. chionum de Brandenburch et multorum principum, elegit dominum Alphonsum regem Hyspanie, qui electioni de se facte consensit, persuasus a regibus et principibus et amicis. Phylippus Salzburgensis, electus iam per 10 annos, nolens ordinem presbyterii ac episcopalem suscipere consecrationem, a domino Alexandro papa deponitur, et Ulricus Secowensis episcopus ei in archiepiscopum eiusdem ecclesie subrogatur. De cuius electi abiectione multa hinc et inde litterarum paria evolarunt, quarum hic quedam propter illos, quos talia legere delectat, placuit annotari:

*Venerabili patri ..... Dei gratia Pataviensi episcopo frater Heinricus eadem gratia Chymensis episcopus salutem et sinceram in Domino karitatem.* 1258. Mai. 7. *Licet olim dominus papa, volens pedetemptim*[a] *dominum Phylippum quondam electum ecclesie Salzpurgensis, qui perperam et*

a) pedetemptatim *cod.*

11) Erding ad Sempt fluv., inter Monachium et Landshut. 12) Burghausen ad Salzach fluv. 13) Reichenhall. 14) Burglengenfeld a Ratisbona ad septentriones. 15) Kalmünz. 16) Donauwörth. 17) Gerhardus. 18) Conradus. 19) Arnoldus II. 20) Alberti.

1258. Mai. 7. contra constitutionem ipsius in eadem amministratione sumebat[a], ab ipsius ecclesie regimine removère, sicut claruit ex post facto, nobis in mandatis dederat, ut ab ipso et detentoribus castrorum et munitionum ecclesie Salzburgensis eadem castra et munitiones requirere deberemus et nobis assignari faceremus, alioquin tam ipsum Phylippum quam detentores castrorum et munitionum ecclesiastico percelleremus mucrone, nosque licet circa omnia predicta mandatum domini nostri pape fuissemus diligenter et fideliter executi, tamen idem Phylippus, perire magis eligens quam parere, nec castra nec munitiones nobis assignare curavit. Unde nos ipsum et predictos detentores excommunicavimus et loca ecclesiastico supposuimus interdicto, sicut per nostras litteras, quas vobis et aliis prelatis super hoc negotio transmisimus, et per famam publicam, que rem gestam super tecta iam predicat, credimus esse notum. Verum cum predictus dominus papa ipsum Phylippum a predicta ecclesia removerit per difinitivam sententiam et eidem de pastore legitimo, videlicet domino Ulrico quondam episcopo Secowensi, duxerit providendum, volens eidem assignari castra et munitiones tamquam vero prelato, nobis super 1257. Dec. 4. eodem negotio denuo suas litteras misit, hanc seriem continentes: „Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . . Chymensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. In contemptum veniens Phylippus quondam Salzburgensis ecclesie electus, nimis videtur a se timorem Domini et hominum reverentiam abiecisse, dum adhuc munitiones et castra et quedam alia bona ipsius ecclesie in sua detinet potestate, quasi non suffecerit, dictam tenuisse ecclesiam, in suam et multorum perniciem tanto tempore viduatam. Errata igitur dicti Phylippi corrigi misericorditer cupientes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum ex parte nostra moneas attentius et inducas, ut predicta omnia venerabili fratri nostro Salzpurgensi archiepiscopo vel alii eius nomine sine qualibet difficultate resignet. Alioquin, cum ferro abscidenda sint vulnera, que fomentorum non sentiunt medicinam, tam eum quam alios qui eadem suo nomine detinent, ad id per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Contra quos, si necesse fuerit, omnium suffraganeorum, ministerialium et vassallorum eiusdem ecclesie auxilium invoces, ut super hiis tibi et ipsi archiepiscopo viriliter et potenter assistant, quotiens a te vel ab eodem archiepiscopo fuerint requisiti, suffraganeos ipsos ad hec auctoritate nostra, ministeriales vero et vassallos eosdem per privationem feodorum, que tenent ab ipsa ecclesia, monitione premissa, ratione previa, coartando. Datum Viterbii 2. Nonas Decembris, pontificatus 1258. Mai. 7. nostri anno tertio.“ Nos igitur auctoritate huius mandati predictum Phylippum per nostras litteras monuimus et per alios moneri fecimus, ut infra 15 dierum spacium castra et munitiones predicte ecclesie, sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo, predicto domino Ulrico Salzpurgensi archiepiscopo vel eius devotis, quorum sibi nomina in nostris litteris expressimus, suo nomine restituat et assignet; alioquin ipsum et detentores predictorum castrorum et munitionum iterum ex nunc excommunicamus et loca ipsa ecclesiastico supponimus interdicto. Vestram igitur prudentiam hortamur in Domino, et[b] districte, salva tamen reverentia, commissa nobis auctoritate precipimus, quatenus tenorem huius littere et mandati papalis, nostram etiam monitionem et sententias, quas contra memoratum Phylippum et detentores predictorum castrorum et munitionum, si in sua malicia gloriantes sicut hactenus mandatis nostris immo domini nostri pape non obedierunt, ferimus, in ecclesia vestra et aliis ecclesiis vestre dyocesis per vos et alios singulis diebus dominicis et aliis festivis publice denuntietis et faciatis sollempniter publicari. Ceterum provide pensans summus pontifex vos et alios suffraganeos ecclesie Salzpurgensis, qui vocati sunt in partem sollicitudinis, esse nobilia membra corporis tante metropolis, quod utique corpus per nexus salutaris obedientie et iuncturas venuste concordie subministratum crescit in augmentum roboris ecclesiastici ad destruendum omnem principatum et potestatem, que se nititur extollere contra id, quod[c] Romana ecclesia dicitur aut colitur, et in quo libertas ecclesiastica solidatur, ex affectu cordis satagit et intendit, ut vos[d] in quorum potentatibus consistit dextere sue salus, parati hoc in tempore opponatis vos murum pro domo Salzpurgensis ecclesie ad deprimendam domini Phylippi maliciam, qui non armis iusticie set facibus inique potentie et telis presumptuose violentie armatus, ad depressionem ipsius et internitionem tamquam hostilis predo insurgere nititur ex adverso, sicut per litteras ipsius domini pape, quas ad nos super ipsius negotio transmittit et earum executionem nobis committit, limpide patet vobis. Rogamus igitur et qua fungimur auctoritate vestram monemus devotionem, quatenus dolentes vicem matris vestre Salzpurgensis ecclesie, dudum per memoratum Phylippum tribulate miserabiliter et oppresse, opem detis et

a) *an se tenebat?* b) ut *cod.* c) a *excidisse videtur.* d) nos *cod.*

*operam cum affectu, ut ipsa de sua tyrannica oppressione vestro adiutorio liberetur, parati contra ipsum in fortitudine brachii secularis domino nostro, venerabili archiepiscopo Salzpurgensi, cum vos super hoc requisierit vel nos domini pape vice, ferre iuvamen; ne prevaleant filii alieni, errantes ab utero et a iusticie semitis claudicantes, lacerare dente vipereo materna viscera, et cultus iusticie abeat in obprobrium, si fidei pugiles, equitatis zelatores, ecclesiarum sanctarum presules, animarum pontifices, quorum est ingressus per portas iusticie, iniquis potenciis, nefariis insolentiis et pertinacibus violentiis ecclesiarum, libertates et iura calcantibus, non resistunt. Vos igitur obsecramus in Domino, ad prosecutionem huius negocii taliter accingite, ut non personam set iusticiam amplecti videamini et aput dominum papam et totam curiam, que suum reputat hoc negocium, et ipsum venerabilem archiepiscopum vester zelus commendabilis habeatur. Datum Veneciis anno Domini 1258, Nonis Maii.* 1258. Mai. 7.

Eodem anno Otakker qui et Premizil, rex Boemie dux Austrie, iuvenilis e atis audacia persuasus, sine provida deliberatione consilii, que bellicis rebus agendis summe necessaria est, per Pataviensem civitatem in terram Bawarie hostiliter est ingressus, iactans, se tamquam diviciis et potentia preditum velle et posse contra omnium hominum voluntatem, ad ignominiam domini Heinrici ducis et terre sue, ante muros civitatis vel castri in Lantshuot potenter milicie opera exercere. Nam tunc ibi predictus dominus Heinricus dux Bawarie cum domina Elysabeth, uxore sua virtutibus et sanguine nobilissima, morabatur. Set cum per pagum, qui dicitur Chuonzingeu, et per vallem Vilse[21] fluminis incendiis 21 vastando plurimas villas et ecclesias usque iuxta castrum in Fraunhofn[22] pervenisset, ecce memoratus dominus Heinricus dux, licet vix quinque diebus ante introitum predicti regis in Bawariam talium inimiciciarum litteras recepisset, celeri volatu nuntiorum et litterarum circumquaque discurrentium suis convocatis hominibus et amicis, tamquam animosus princeps et qui de sua iusticia et de Dei misericordia confidebat, cum exercitu valido equestrium et pedestrium ad campos contra suos audaciter egreditur inimicos. Iam etiam supervenerat cum paucis dominus Ludwicus dux frater suus, de partibus Rehni velociter evocatus, in cuius absentia prefatus rex sperabat se sui propositi desiderium adipisci. Rex itaque sepefatus, cernens animositatem ducum et Bawarice gentis, timuit congredi cum illis, et in festo sancti Bartholomei apostoli, quod tunc occurrerat in sexta feria, treugis per illum Aug. 24. diem petitis et inpetratis, in nocte ac subsequenti sabbato fugit cum suis omnibus versus Aug. 25. Muldorf[23]. Ubi, dum vexilla victricia nobilium ducum dorsa fugientium sequerentur, pons ibi per Enum fluvium traiectus, strepitum tot hominum et equorum certatim et impetuose transire volentium ferre non valens, sub hostibus ruit; et sic plurimi sunt submersi. Videbantur ibi electi milites in equis et armis natantes, quorum aliqui fluvium transierunt, aliqui adverse partis littori viciniores, dum applicare nituntur, volentes se pocius captivitati dare quam morti, per lanceas et sagittas litus tangere prohibentur. Sed et hii, qui remanserant citra flumen, receperunt se in suburbio sub turre quadam, fugere non valentes; qui omnes cum armis et equis optimis per indignationem subitam domini Ludwici ducis incendio sunt cremati. Tunc itaque in aqua et in igne quasi quadringenti homines perierunt, reliqui fere omnes preter regem, qui cum nobilioribus iam transierat, in predicto oppido sunt inclusi. Inter obsessos autem hii fuerunt nobiles de Boemia: Wocho de Rosenberch, Zmilo de Leuhtenburch, Wichardus de Tyrnach, Schazla de Fridlam, Wilhalmus de Gordebrat, Bohuslaus de Bork[a], Beneis de Valchenstein, Burchardus de Chlinberch, Ulricus pincerna de Ellnpogen, Ienezo purcravius de Graecz, Zmil frater Wochonis, Hair cognatus Wochonis, Dlohomil de Nabzden, Styborius dictus Caput, Ulricus de Rosental; de Austria vero: Albero et Heinricus de Chunring, Ulricus de Lobenstein, Ulricus de Capella, Ludwicus et Albertus de Zelking, Sighardus dictus Piber. Qui cum aliis omnibus nono die obsidionis Sept. 2. eorum per clementiam ducum predictorum sub quadam forma compositionis cum equis et rebus, quas tunc habebant, ad propria sunt remissi. Heinricus Babenbergensis episcopus obiit 14. Kalendas Octobris; cui succedit Berhtoldus comes de Leiningen, eiusdem ecclesie Sept. 18. canonicus.

1258. Chunradus Frisingensis episcopus obiit 15. Kalendas Februarii; cui succedit Ian. 18. Chunradus wildgravius, eiusdem ecclesie canonicus. Domina Elysabeth ducissa Bawarie peperit filiam in secunda vespera sancti Gregorii, que vocata est Elysabeth. Gebhardus Mart. 12.

a) Bohuslaus de Bork *in rasura posita manu alia; cf. Ann. Osterhovenses, ubi legitur:* Ibis de Cebechni.

21) Vils fluv. 22) Alt-Frauenhofen a Landshut ad meridiem. 23) Mühldorf ad Oenum fluv.

1258. comes de Hirzperch, quia priori anno bonus adiutor fuerat ducum Bawarie contra Boemos, dominam Sophiam, ipsorum ducum sororem, egregie forme feminam, ducere meruit in Mai. 18. uxorem. Eclypsis lune facta est 15. Kalendas Iunii. Dominus Ludwicus construxit castrum in Geirsperch contra Ratisponenses; quod postea destrui permisit magne pecunie interventu. Albertus Ratisponensis episcopus, pro quibusdam criminibus aput sedem apostolicam accusatus, cum se defendere non posset, cessit; eique frater Albertus de ordine Predicatorum subrogatur. Meinhardus comes Goricie duxit in uxorem dominam Elysabeth, sororem Ludwici et Heinrici ducum Bawarie, relictam scilicet Chunradi regis, Oct. 6. in octava sancti Mychaelis aput Monacum nuptiis celebratis; domina Agnete matre predictorum tunc aput filiam suam Sophyam comitissam de Hirzperch manente, que priori Oct. 2. feria quarta peperit filium nomine Gerhardum.

1260. Dominus Ludwicus, palatinus comes Rehni dux Bawarie, duxit dominam Annam, filiam Chunradi ducis Polonie, in uxorem. Eodem anno ab Alexandro papa sub- 1259. scripta epistola est transmissa: *Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fra-* Febr. 13. *tribus archiepiscopo Salzpurgensi eiusque suffraganeis, necnon et dilectis filiis abbatibus aliisque ecclesiarum prelatis ordinariam in subditos obtinentibus potestatem per Salzpurgensem provinciam constitutis, tam exemptis quam non exemptis, salutem et apostolicam benedictionem. Si vere, quod dicitur, pastores ovium Christi sumus, non inpavide ferre possumus terribiliter intonantia nostris sensibus contra pastoralis cure negligentiam sacrarum oracula scripturarum, que detrimenta dominici gregis in presidentium desidiam retorquentes, minaciter inclamant pereuntium sanguinem de prepositorum manibus exigendum. Quis nostrum non contremiscat et paveat,* Ierem 23, 2. *dicente ad pastores gregis sui Domino per prophetam: „Vos dispersistis gregem meum, eiecistis et non visitastis eos; ecce ego visitabo super vos vestrorum maliciam studiorum". Pavet utique ad hos increpationis interminationisque divine sermones idem ipse propheta, dum dicit:* Ierem 23, 9. *„A facie Domini et a facie sanctorum verborum eius conturbatum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea". O formidolosa speculatorum, quos populo dispensatio divina preposuit, et periculosa conditio, si perfunctorie res agatur, si eo modo in sollicitudine commissa non militent, quo summus precipit imperator, si sibi et universo gregi, cui Deus eos custodes et episcopos constituit, non adtendant. Hiis precipue horrendum erit illud humanorum operum finale iudicium, omnibus in commune tremendum, in quo si unusquisque de proprii corporis actionibus districto sit subiciendus examini, ut recipiat prout gessit; nobis tamen, quibus populi cura commissa est, non sufficiet propria innocentia sine cumulo iusticie subditorum, quando, negligentis ministri pigriciam*[a] *prosequens, austerus iniuncte servitutis exactor delicta plebis inpinget reatui prelatorum. Si enim qui de unico talento sibi credito sacri fenoris non reportabit augmentum, tamquam inutilis servus et piger iuste dampnationis periculum sustinebit, quam durum putatis iudicium fiet illi, qui commissum sibi pluralem numerum viventium talentorum non solum integrum neglexerit reddere creditori, verum etiam in illa districtione probabitur dampnum domino suo in bonis, que ab ipso multiplicanda susceperat, intulisse? Propterea fratres et filii, qui fasces pontificalis officii et ecclesiastici ministerii subeundo, defixistis pro animabus creditis aput extraneum manus vestras, festinate, quatenus liberari*[b] *ab illo, qui supremus est actor et iudex, nullum nobis de allegationis nitore presidium relicturus; discurrite nec cessetis, ne fiant anime vestre pro illis, quos in custodiam sub tanto vadimonio suscepistis. Excitet vos summi pastoris amor, qui vos pascendis rationabilibus ovibus dedicavit, exterreat corda vestra et torporis sompnum depellat ab oculis metus periculi, eis procul dubio, qui supra greges suas vigiles non observant excubias, imminentis. Set ecce letalis incurie sopor pastoralis cure vigilantiam, quod gementes dicimus, oppressisse videtur in plurimis, prout testatur nimia de plerisque regionibus clamans christiani populi corruptela, que cum deberet ex sacerdotalis antidoti curari medelis, invalescit proh dolor ex malorum contagio, quod procedit a clero, ita ut alicubi verum sit, quod ex prophetica querela testatur:* Isai. 24, 2. *„Factus est" inquiens „sicut populus sic sacerdos." Malicia*[c] *namque dierum labentium, que cum tempore corrupit et mores, dante quam plurimis ex inpunitatis audatia semper in deteriora proclivem infrenis licentie libertatem, nonnulli clerici, precipiti lubrice voluptatis arbitrio laxas committentes habenas, post carnis sue concupiscentias habierunt, et relegata pene penitus a conversatione vite sue clericalis mundicie honestate, tenent in conspectu etiam populi concubinas, cum quibus inpudice frontis irreverentiam induentes, fedas manus et fetidas, quas sordidis*

a) pigricia *cod.* b) valeatis *vel* mereamini *vel simile quid excidit.* c) maliciam *cod.*

1259. Febr. 13. *libidinose coinquinationis fecibus inmiserunt, non erubescunt in suum periculum et ruinam populi sacris ministeriis inmiscere; a quibus ob publici concubinatus insaniam, que nulla potest tergiversatione celari, secundum ſcita canonum tam quo ad se quam ad alios sunt suspensi, et ne quis talium missam audire presumat, artius in eorum contemptum canonice auctoritatis constitutio interdicit. Per tales maxime nomen Domini blasphematur in terris, per tales derogatur sacramentis fidei orthodoxe, cum vasa Domini pollutis eorum manibus prophanantur; per tales perit erga religionem katholicam devotio reverentie christiane, per tales decipitur populus in divinis, et ecclesiastica substantia dissipatur. Hinc detrahitur verbo Dei, dum inmundis talium labiis nuntiatur; hinc heretici musitant et insultant, hinc tyranni seviunt, hinc perfidi persecuntur, hinc crassantur audatius in Christi patrimonio sacrilegi exactores, a quibus proh pudor ob huiusmodi carnes putridas, quas disciplinalis mucro non resecat sicut debet, sincerum katholice matris corpus in ostentum ducitur et contemptum. Profecto patres, qui huiusmodi filios sub dissimulationis conventia fovent inpune, etiam si cum Ely sacerdote sint boni forsitan in se, ipsos merito pro consimilis negligentie malo repentina patris interitus ruina deiceret de sella retrorsum. Ecclesie quoque principes, qui zelo Phynees ardenter non feruntur in tales, sine causa videntur portare gladium potestatis, quem ad vindictam malorum, laudem vero bonorum desuper acceperunt. Nos igitur cupientes tantum malum de medio ecclesie, tantumque scandalum ab oculis fidelium removere, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur, attente vobis per apostolica scripta in virtute obedientie iniungentes ac vos singulos sub obtestatione tam iudicii singularis, quo quisque citatur ad Dominum de corpore mortis huius, quam iudicii generalis, in quo universi stabimus ante tribunal eterni iudicis, obsecrantes, quatenus, in vobismet ipsis curetis ostendere, quam pie ad Deum, quam sancte ad se ipsos, quam iuste ad proximos oporteat ceteros in Dei ecclesia conversari. Totius namque familie status et ordo vacillat, si, quod requiratur in membris, in eorum capite non habetur, et in eius ore adversus peccantes necesse est redargutionis obiurgatio conticescat, qui admittere cognoscitur arguenda. Qua enim fronte fieri quis poterit morbi curator, dum languore consimili detinetur, aut sectator virtutum, dum sectator ostenditur viciorum? Ad inquirendos autem ac puniendos subditorum vestrorum excessus et maxime incontinentie feditates in clericis, presertim concubinariis manifestis, qui odorem fetere faciunt domus Dei, tanto ferventius assurgatis, quanto dampnabilius preteriretis eorum contagia incorrecta. Verum ut adversus concubinarios huiusmodi officii vestri debitum cum autoritate nostra quam vestra liberius exequi valeatis, nos predecessorum nostrorum attendentes vestigia et plenius exprimentes, super hoc processus vestros per appellationis obiectum nolumus aliquatenus impediri. Si vero huiusmodi concubinarii, quorum culpas contigerit canonica districtione feriri, super appellatione aut absolutione vel restitutione sua litteras apostolicas reportarint, illas nisi forsitan in eis appellationis aut excommunicationis seu amotionis sue huiusmodi causam expresserint manifeste, decernimus nullius esse momenti, set eis vel processibus per eos habitis nequaquam obstantibus, censura vestre animadversionis in tales inviolabilem obtineat[a] firmitatem. Preces autem, monita, mandata et precepta nostra super hiis taliter implere curetis, quod conversationis honestas in clero et devotionis antique sinceritas in populo per sollicitudinis vestre diligentiam reformentur, cumque princeps pastrorum advenerit, ab unoquoque vestrum fructum iniuncti negocii quesiturus, coram ipso appareatis intrepidi et dignam sibi possitis villicationis vestre reddere rationem. Volumus autem atque precipimus, ut tu, frater archiepiscope, suffraganeis tuis et aliis prelatis tue provincie has litteras sine more dispendio facias presentari, ut super premissis precedtum nostrum exacta diligentia exequantur. Datum ....... Idus Februarii, pontificatus nostri anno* 5.

1260. Otakarus rex Boemie dux Austrie, dolens quod aliquando coactus esset a Bela rege Ungarie relinquere sibi ducatum Styrie, congregato valido exercitu castra metatus est citra fluvium Mariha[24]. Ubi cum Stephanus, iunior rex Ungarie, ex altera parte fluminis 24 sibi occurreret cum excercitu suo, transitum ei fluminis impedivit. Tamdem post plures dies Otakarus rex Boemie pro commodo equorum et hominum volens ad superiores partes fluminis se transferre, Stephanus rex, putans ipsum velle fugere, insecutus est eum, et congressione facta aput villam que Chressinprunne dicitur, victi sunt Ungari. Ubi Stephano rege vulnerato, de parte sua plurimi sunt occisi, plures fugiendo in flumine sunt submersi. Ex parte etiam Otakari regis multi ferro et sub armis calore nimio perierunt. Factum est enim hoc bellum feria secunda, in die sancte Margarete virginis, estu maximo existente. Iul. 12.

a) obtineant *cod.*

24) March.

1260. Iun. 26. Eidem etiam Otakaro regi Boemie prius, videlicet in festo sanctorum Iohannis et Pauli, tristem obtulerat se fortuna. Nam cum decem vel plura milia hostium insultum facerent in Austriam circa castrum quod Steutz[25] dictum, duo fratres sanguine nobilissimi, iuvenes electi, Otto videlicet comes de Hardekke et Chunradus comes de Plain, ac cum ipsis Chrafto de Sleuont et Chadoldus dictus Orphanus quasi cum 400 viris eis incaute occurrerunt, quibus fere omnibus occisis, paucissimi evaserunt. In morte quoque predictorum comitum ipso die deperiit successio illius nobilissime progeniei de Plain, quia sine heredibus de- Iul. 12. cesserunt. Otakarus itaque rex, obtenta tali victoria, progressus cum exercitu suo in Ungariam, abinde post paucos dies sub quadam forma compositionis recedit, ducatu Styrie cum civitate Bittovia[26], quam adhuc Ungari tenebant, sibi plenarie restituto.

*De flagellatoribus.*

Hiis etiam diebus surrexerunt quidam penitentes, qui flagellatores dicebantur, qui primo pauci numero a Perusio, civitate Tuscie, processum habuisse feruntur. Quorum sectam non solum tota Ytalia, set et regiones plurime sunt secute, ita quod eam in primis sibi multi nobiles et mercatores, postea rustici et pueri assumpserunt. Erat enim modus ipsius penitentie ad paciendum durus, horribilis et miserabilis ad videndum. Nam ab umbilico sursum corpora denudantes, quandam vestem[a] partem corporis inferiorem usque ad talos tegentem habebant, et ne quis eorum agnosceretur, cooperto capite et facie incedebant. Procedebant etiam bini vel terni, tamquam clerici, vexillo previo vel chruce, flagellis semet ipsos bis in die per 33 dies et dimidium, in memoriam temporis humanitatis domini nostri Ihesu Christi super terram apparentis, tamdiu chruciantes, quousque ad quasdam cantilenas, quas de passione ac morte Domini dictaverant, duobus vel tribus precinentibus, circa ecclesiam vel in ecclesia compleverunt, nunc in terram corruentes, nunc ad celum nuda brachia erigentes, non obstante luto vel nive, frigore vel calore. Miserabiles itaque gestus ipsorum et dira verbera multos ad lacrimas et ad suscipiendum eandem penitentiam provocabant. Set quia origo eiusdem penitentie nec a sede Romana nec ab aliqua persona auctorabili fulciebatur, a quibusdam episcopis et domino Heinrico duce Bawarie cepit haberi contemptui. Unde tepescere in brevi cepit sicut res immoderate concepta.

Eodem[b] anno dominus Poppo, monachus Altahensis, eligitur in abbatem Superioris Altahe, vir magne prudentie et relligionis; per cuius industriam ordo monasticus in Ratisponensi dyocesi cepit multipliciter reformari.

1261. Febr. 19. 1261. Domina Elysabeth ducissa Bauwarie peperit filium in proxima nocte post festum sancte Scolastice virginis, quem dominus Heinricus dux nominari fecit Ottonem. Eodem anno dominus Alexander papa direxit litteras regibus et ducibus, archiepiscopis et episcopis, ac universis principibus christianis, hortando ipsos, ut contra horrendam rabiem Tartarorum consiliis et armis se premunire deberent. Nam iidem Tartari, devictis iam et deletis omnibus regibus et regnis Sarracenorum in partibus transmarinis, Antyochie et Akaron ac aliis christianorum provinciis terrorem tam validum incusserunt, ut ad dictos papam et reges supplices et frequentes legationes dirigerent pro succursu. Unde cum super hoc negocio concilium in octava apostolorum Petri et Pauli[27] habendum in Viterbio condixisset, Mai. 25. ipse papa 8. Kalendas Iunii diem clausit extremum; cui successit Iacobus patriarcha Ierosolimitanus, et dictus est Urbanus quartus. Otaker rex duxit Chunigundam, filiam regis Ruscie, neptem Bele regis Ungarie ex filia, domina Margareta uxore sine iudicio ecclesie Dec. 25. repudiata; et una cum ipsa in sequenti festo nativitatis Domini regali dyademate coronatur a Wernhero archiepiscopo Moguntino. Frater Albertus Ratisponensis episcopus, fugiens tam magnam curam animarum, domino Urbano pape offert voluntariam cessionem; cui succedit dominus Leo, eiusdem ecclesie canonicus.

Febr. 23. 1262. Domina Elysabeth ducissa Bawarie peperit filium in vigilia sancti Mathye, qui dictus est Heinricus.

Ian. 28. 1264. In octava sancte Agnetis ventus tam validus est exortus, ut non solum edificia plurima subverteret, set etiam prosternendo multas arbores magnum dampnum faceret in Iul. Aug. nemoribus et in silvis. Eodem anno in mense Iulio et Augusto apparuit stella quedam,

a) quadam veste *cod.* b) Eodem — reformari *in margine add. manus alia coaeva.*

25) Staats a Vindobona ad septentriones. 26) Pettau. 27) Iul. 6.

que a se mire altitudinis et longitudinis radios emittebat. Hanc stellam dicebant esse cometam. Eodem anno in autumpno dominus Premizl rex Boemie qui et Otakarus copulavit filiam[28] sororis sue[29], videlicet filiam Ottonis[30] marchionis de Brandenburch, 30 Bele iuniori regi Ungarie. Urbanus papa moritur in mense Octobri, Oct. et aput Perusium sepelitur.

1265. Dominus Gwido, quondam miles uxoratus habens duas filias per uxorem, postea factus episcopus Podiensis, ac postmodum archiepiscopus Narbonensis, et subsequenter Sabinensis episcopus cardinalis, 3. Nonas Februarii eligitur in Romanum pontificem et dictus Febr. 3. est Clemens papa quartus. Qui per incrementa virtutum, que in ipso primitus floruerunt, provectus est ad tanti nominis dignitatem. Otto Pataviensis episcopus obiit quarta Idus Aprilis, Apr. 10. vir piissimus et pater cleri, qui non bellator, set diligens pacem, ecclesiam sibi commissam honoribus et diviciis plurimum ampliavit. In cuius locum primo postulatus dominus Werlodizlaus, postea Salzpurgensis electus; dominus Petrus a domino papa substituitur. Et quam bene ac mirabili modo utrique ecclesie, videlicet Salzpurgensi et Pataviensi, a sede apostolica sit provisum, in subscriptarum patet serie litterarum: *Clemens episcopus servus* Nov. 10. *servorum Dei dilecto filio Werlodizlao electo Salzburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Romana ecclesia, cui*[a] *divine sapientie inscrutabilis altitudo dispositione incommutabili precipuum contulit super ceteras magistratum, pium ad cunctas alias in huius orbis latitudine constitutas ecclesias materna provisione habens respectum, laudabili studuit hactenus observantia custodire, ut de illis potissimam curam gerens, eis, oportunitatis tempore occurrente, congrua subventionis non differret consilia tam libenter quam liberaliter exhibere. Nos etiam, qui licet insufficientibus meritis in sublimi culminis apostolici specula sumus disponente Domino constituti, predecessorum nostrorum Romanorum pontificum in hoc vestigiis inherendo, predictas ecclesias tam proximas quam longe positas paterne considerationis oculis intuentes, iniunctum erga ipsas sollicitudinis nostre ministerium, circumstanciis universis ac variis personarum rerum locorum et temporum emergentibus necessitatum articulis diligenter inspectis, quantum nobis ex alto permissum fuerit, ita vigilanter intendimus exercere, ut nichil prorsus in spiritualibus vel temporalibus desit ibi, quod per diligentie nostre studium possit aut debeat procurari. Et quamvis ministerii huiusmodi debitum circa singulas ecclesias exsolvere cupiamus, erga illas tamen, que viduitatis deplorant incommoda, ut videlicet ipsis de pastoribus iuxta cor nostrum ydoneis celeri providentia utiliter consulatur, curis continuis eo anxius angimur, insultibusque successivis eo instantius propulsamur, quo ipse, dum vacant periculis subiacentes maioribus, pociori noscuntur apostolico suffragio indigere. Sane venerabilis frater noster, Ulricus quondam Salzburgensis archiepiscopus, recte considerationis meditatione advertens, quod ipse, qui iam vergens in senium multa proprii corporis debilitate gravari dicitur, in commisso sibi plebis gubernaculo variis de causis se fructuose gerere, sicut erat expediens, non valebat, ac proprium et subditorum periculum reformidans, zelo karitatis, quo erga ecclesiam suam vigebat, inductus, ne occasione sue impotentie gregem suum inimicus insidiator invaderet vel ecclesie Salzburgensis utilitatibus per dispensatoris invalitudinem forsitan deperiret, ipsius ecclesie regimini elegit sponte cedere, per litteras et nuntium speciales supplici a nobis deposcens instantia, ut cessionem ipsius, quam sic offerebat spontaneus, de benignitate apostolica recipere dignaremur. Nos autem tam ipsius archiepiscopi quieti et commoditatibus providere, quam eiusdem ecclesie occurrere periculis oportuna diligentia intendentes, cessionem ipsius duximus admittendam. Per huiusmodi vero cessionem in manibus nostris factam eadem Salzpurgensi ecclesia pastore vacante, ordinationem illius nobis specialiter reservantes, inhibuimus expresse capitulo Salzburgensi, ne ad electionem seu postulationem aut nominationem aliquam procederent de archiepiscopo illa vice, ac decrevimus nichilominus irritum et inane, si quid contra inhibitionem huiusmodi contingeret attemptari. Et demum de salubri provisione ipsius Salzburgensis ecclesie sollicite cogitantes, post exacte deliberationis examen, decens ac necessarium nichilominus et expediens fore vidimus, ut eadem ecclesia titulo nobilitatis insignis, que currentium dierum faciente malicia multis est discriminibus exposita, variis conquassata molestiis, graviterque in temporalibus diminuta et enormiter in spiritualibus deformata, nobilis decore sponsi ac utilis ornaretur, cuius potentia et providentia circumspecta dampna resarcientur ipsius, regantur directa, et indirecta in debitam rectitudinis semitam dirigantur, ecclesiastica defensetur libertas, cleri*[b] *status reddatur*

a) cum cod. b) celer cod.

28) Cunegundam. 29) Beatricis. 30) tertii.

1265. Nov. 10. *tranquillior, et commodis salutis et gaudii plebs letetur. Unde nos laudabiles actus tuos, quibus de virtute in virtutem proficiens, in oculis hominum a tue iuventutis primiciis te gratum reddere studuisti, delectabiliter in animo revolventes, ac de redolentis bone tue fame suavitate, qua publico predicatur testimonio, quod claram serenissimorum tuorum nobilitatem natalium studiis ac operibus nobilitare satagis virtuosis, odorem acceptabilem sentientes, in te, generosum ac benedictionis filium, dreximus oculos mentis nostre. In quo te ipsi Salzburgensi preficiendo ecclesie noster non indigne spiritus requievit, spem grandem ac fiduciam optinentes, quod cum sis multorum principum consanguinitate ac affinitate subnixus, litteratura sufficienti dotatus, gratus moribus, conversatione placidus, vite honestate conspicuus, aliisque virtutibus multipliciter insignitus, in spiritualibus nichilominus providentiam ac in temporalibus discretionem optinens, ecclesia eadem per tuam potentiam et circumspectionem etiam fructuosam ab instantibus periculis efficaciter eruetur, a futuris preservabitur salubriter, et non solum in suis bonis, iuribus, immunitatibus et libertatibus magnifice defensabitur, verum etiam optate felicitatis et prosperitatis augmentum spiritualiter et temporaliter ad pacem et bonum statum subditorum sibi cleri et populi divina favente clementia consequetur. Hiis itaque digna meditatione pensatis, ecclesie prelibate, cuius in hac parte profectum potissime attendimus, speciali volentes diligentia providere, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine in nomine Domini, non obstante defectu quem in ordinibus pateris et etate, te, nunc prepositum Wisegradensis ecclesie, capellanum nostrum, prelibate Salzburgensi ecclesie in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et amministrationem illius tam circa spiritalia quam temporalia tibi totaliter committentes. Quapropter discretionem tuam rogamus, monemus attentius et hortamur, per apostolica scripta tibi in virtute obedientie districte precipiendo mandantes, quatenus tibi onus a Domino impositum reverenter suscipiens, ad commissam tibi ecclesiam cum plena nostre gratia benedictionis accedas et illius commissum tibi regimen sic prudenter et utiliter exequaris, quod ipsa tuo salubri ministerio gubernetur feliciter ac prospere dirigatur, tuque velud pastor sollicitus gregis dominici tue custodie deputati vigilem curam gerere comproberis, ex quibus clara tui fama nominis extendatur latius, et erga personam tuam benivolentie nostre sinceritas digne de bono in melius augeatur. Datum Perusii 4. Idus Novembris, pontificatus nostri anno primo.*

1265. Nov. 24. *Clemens episcopus servus servorum Dei dilecto filio Petro electo Pataviensi salutem et apostolicam benedictionem. In supreme speculationis vertice, cui nos licet indignos apostolice dignitatis gradus pretulit, constituti, de variis immensisque negociis iugiter emergentibus sollicitudinis apostolice studio dirigendis continua reddimur attentione solliciti, ne diligentie nostre ministerium videatur deesse, ubi pastorale tenemur iniunctum nobis officium exercere. Inter que de statu prospero ac salubri ecclesiarum omnium ubilibet positarum, cure nostre specialiter superna disponente clementia commissarum, assidue cogitamus et profundis vigiliis excitamur, ut aliquid penitus non desit inibi, quod ad ipsarum utilitatem per nos valeat procurari. Specialiter autem ad illas, quas viduitatis incommoda deplorare conspicimus, nostrum animum convertentes, in hoc precipue nostra sedulitas officiosa versatur, ut eedem de personis secundum cor nostrum ydoneis celeriter ordinentur. Ad quod eo instantius vigilamus, quo ad id ex suscepte administrationis cura specialius obligamur et quo ecclesias ipsas per vacationem illarum diutinam maioribus spiritualiter et temporaliter exponi discriminibus intuemur. Sane Pataviensis ecclesia pastoris solatio destituta, dilecti filii, capitulum eiusdem ecclesie, pro futuri electione pontificis ut est moris die ad eligendum prefixa convenientes in unum, Spiritus sancti gratia invocata, dilectum filium Wlodizlaum*[a] *nunc Salzburgensem electum, tunc capellanum nostrum et ecclesie Wissegradensis prepositum, in eorum episcopum unanimiter et concorditer postularunt, et nobis postulationem huiusmodi presentantes, illam admitti cum instancia postularunt. Nos quidem postulate persone, de cuius probitate multa laude digna relata nobis fuerant, necnon et de illius meritis certam volentes noticiam obtinere, eundem electum ad nostram duximus presentiam evocandum. Qui, velud obedientie filius, se nostro conspectui presentavit. Licet autem postmodum inspecta electi eiusdem laudabilium copia meritorum, de quibus tam per communis fame preconium et multorum fide dignorum laudabile testimonium, quam etiam per experientiam facti nobis evidenter constitit, postulationem predictam, velud de persona sufficienti et ydonea canonice celebratam, deliberassemus admittere; interim tamen venerabili fratre nostro Ulrico quondam Salzburgensi archiepiscopo pro eo, quod ipse in com-*

a) sic corr. Wlodizlaum in cod.

*misso sibi plebis gubernaculo variis de causis se utiliter gerere sicut erat expediens non valebat,* 1265.
*cessionem suam archiepiscopalis regiminis nobis per speciales litteras et nuntium offerente* Nov. 24.
*illamque a nobis admitti cum instantia postulante, nos tam ipsius archiepiscopi quieti et com-*
*moditatibus providere quam Salzburgensis ecclesie occurrere periculis oportuna diligentia inten-*
*dentes, cessionem ipsius duximus admittendam; recepta huiusmodi cessione, nos adtendentes,*
*quod nobilis ecclesia ipsa, que currentium dierum faciente malicia multis periculis est exposita,*
*virtuosi ac potentis indigebat cura rectoris, ipsum electum eidem Salzburgensi ecclesie in archi-*
*episcopum prefecimus et pastorem. Demum vero, ne prefata Pataviensis ecclesia, que proprii*
*pastoris carebat solatio, prolixioris vacationis*[a] *detrimenta sentiret, studiose vacavimus ad*
*exquirendum virum talem, qui ad ipsius ecclesie regimen ydoneus haberetur. Unde nos ad*
*personam tuam, quam nostre benivolentie plenitudinem assecutam odor fame nobis reddit ac-*
*ceptam, cum sufficiens tibi litterarum scientia suffragetur et habearis vir vite laudabilis et con-*
*versationis honeste, morum honestate decorus, discretionis maturitate conspicuus, clarus meritis*
*et alias in spiritualibus et temporalibus circumspectus, nostre considerationis dirigentes in-*
*tuitum, ac sperantes, quod virtutibus de sursum tibi traditis insignitus, ipsam Pataviensem*
*ecclesiam feliciter dante Domino gubernabis, ipsaque*[b] *utilis gubernatoris munita presidio*
*salubriter preservabitur a noxiis et optatis prosperitatis affluet incrementis, in nomine Domini*
*te, nunc ecclesie Vratizlaviensis canonicum, ipsi Pataviensi ecclesie de fratrum nostrorum con-*
*silio et apostolice plenitudine potestatis prefecimus in episcopum et pastorem. Ideoque discretioni*
*tue per apostolica scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandamus, quatenus impo-*
*situm tibi onus a Domino suscipiens reverenter, ad commissam tibi ecclesiam cum gratia nostre*
*benedictionis accedas, illius amplexandis honoribus et profectibus procurandis, de ea te sic red-*
*dendo sollicitum, ut laudabilis fame tue titulus apud remotos et proximos clareat per effectum,*
*et in delectationem nobis veniat, te semper et condigna gratia prosequi et tuis desideriis favorem*
*benivolum impertiri. Datum Perusii 8. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo.*

Cometam[c] priori anno visam multa incommoda subsecuntur. In diversis namque regionibus inter reges et principes cedes hominum multe fiunt, mortalitas quoque hominum et peccorum non mediocriter est secuta, ut patebit plenius in sequentibus.

1266. Tertio Nonas Marcii facta est congressio in Apulia inter Karolum, fratrem regis Mart. 5.
Francie, et Manfredum regem Sycilie; et Mamfredus devictus occubuit. Eodem anno
bellum magnum factum est in pago Wirzpurgensi 6. Idus Augusti inter Hermannum Aug. 8.
comitem de Hennberch et Wirtzpurgenses, ubi idem cives victores cum suis fautoribus
extiterunt. Tunc etiam Otakarus rex Boemie inimicitias, iam dudum contra Ludwicum et Heinricum duces Bawarie conceptas, totis viribus in arma convertit, adsciscens sibi Saltzpurgensem Pataviensem Ratisponensem civitates cum munitionibus earundem, ex quibus tunc facta sunt in Bawaria multa[d] incendia, occisiones hominum et rapine. Ipse quoque in mense Augusto[e] cum multis milibus armatorum versus Chamb Bawariam in-
travit, destruens Regenstauf et Nitnau[31] et alia castra, in quibus per incendium et iacula 31
sagittarum magna periit hominum multitudo. Et morante ipso per biduum Ratispone, per Egram revertitur in Boemiam, exercitu penuriam victualium patiente. Recedente autem ipso rege de Bawaria, dominus Heinricus dux, misso exercitu ultra flumen Iltsam[32], oppidum
in Velden[33] et alias munitiones cum tota provincia ibidem incendio devastavit. Subse- 33
quenter 3. Kalendas Novembris idem Heinricus dux Bawarie per portam quandam civitatis Oct. 30.
Pataviensis, procuratione sive traditione quorundam per adulterinas claves obtentam, novum forum cum quibusdam domibus et etiam cellario canonicorum ac magna parte civitatis exussit, aliquibus ibidem civibus interfectis; totamque civitatem cepisset, si sui non fuissent propter invasionem rapine et noctis tenebras hinc inde dispersi.

Anno incarnationis Domini 1267. dominus Guido cardinalis apostolice sedis legatus
6. Idus Maii aput Wiennam concilium celebravit, cui interfuerunt Iohannes Pragensis, Mai. 10.
Petrus Pataviensis, Bruno Brixinensis, Chunradus Frisingensis, Leo Ratisponensis, Amulricus Lavendinensis episcopi, et alii quam plurimi de ipsis dyocesibus prelati, archidyaconi
et decani. Tunc etiam in priori dominica factus est terre motus, ita ut in multis etiam Mai 8.

a) vocationis *cod.* b) ipsamque *cod.* c) *hinc alia manus coaeva.* d) *sequitur in cod.* mala, *sed inductum.* e) *sequuntur in cod.* plus quam, *sed inducta.*

31) Nittenau ad Regen fluv., a Donaustauf ad septentriones. 32) Ilz fluv., qui in Danubium prope Pataviam influit. 33) Neufelden ad Maiorem Mühel fluv., inter Pataviam et Linz.

locis ruinam edificia paterentur. Otakarus rex Boemorum et Heinricus dux Bawarie
Iun. 9. rursus per pacis osculum ad concordiam redierunt. Et Elisabet ducissa Bawarie 5. Idus Iunii
peperit filiam, que baptizatur a Leone episcopo Ratisponensi et vocata est Katerina. Sub-
Iun. 12. sequenter dominus Wladizlaus aput Saltzpurch in dominica Trinitatis in archiepiscopum
Sept. 13. consecratur. Idus[a] Septembris natus est Ludwico duci filius, qui vocatus est Ludwicus.

Anno ab incarnatione Domini 1268. Chunradus rex, invitatus diu a Lonbardis et Apulis
priori anno Ytaliam ingressus, adherentibus et faventibus sibi plurimis civitatibus, Romam
ingreditur, ubi gloriose tamquam imperator cum magno tripudio suscipitur, domino papa
tunc aput Viterbium existente. Post hec versus Apuliam progreditur cum exercitu, ac
habito conflictu cum Karolo rege victus et captus est; et aput Neapolim iussu predicti
Oct. 29. Karoli decollatur 4. Kal. Novembris feria secunda. Cum ipso etiam tunc decollatus est
Fridericus dux, filius Hermanni quondam marchionis de Padem ducis Austrie, de quo spes
non modica fuerat, quod deberet aliquando paternos ducatus, Austrie videlicet et Styrie,
optinere. Deinceps Karolus memoratus, tamquam duobus regibus, Manfredo scilicet filio
Friderici imperatoris et Chunrado fratruele ipsius Manfredi, victis et occisis, regno Sicilie
libere potitur, defensionis ecclesie de plurimis habens laudem. Subsequenter in eodem
Nov. 24. mense Novembre in die sancti Chrisogoni moritur Clemens papa, qui quoniam in papatu
nunquam Romam intraverat, in loco ubi iam diu steterat, videlicet in Viterbio sepelitur.
Ex hinc sedes Romana diu vacare cepit propter discordiam cardinalium, qui permittente
Domino ad malum tocius christianismi in eligendo pastorem ecclesie katholice non pote-
rant concordare.

1268. Anno[a] ab incarnatione Domini 1269. in ipso festo nativitatis Domini tanta facta est
Dec. 25. 1269. inundatio aquarum, quanta nunquam a tunc viventibus visa fuit. Gregorius patriarcha
Aquilegiensis obiit, in cuius locum eligitur Phylippus quondam Salzpurgensis electus, frater
Ulrici ducis Karinthie. Quo Ulrico post hec in brevi sine heredibus defuncto, memoratus
Phylippus sibi eundem ducatum tamquam verus heres ipsius attrahere adtemptabat, set
per Otakkeri regis Bohemie potentiam impeditur. Heinrico duci Bawarie nascitur filius
Oct. 9. in die sancti Dyonisii, qui vocatus est Ludwicus.

Anno ab incarnatione Domini 1270. Wladizlaus archiepiscopus Salzpurgensis obiit; cui
subrogatur Fridericus, eiusdem ecclesie prepositus. Bela etiam rex Ungarie, frater vide-
licet sancte Elysabeth et pater Elysabeth ducisse Bawarie, ex hac vita decessit, relinquens
Stephanum filium suum regni successorem. Maria eciam regina Ungarie non post longum
Aug. 15. tempus obiit. Subsequenter eciam in festo assumpcionis beate Marie Elysabeht virgo, filia
domini Heinrici ducis Bawarie, iam tercium decimum annum etatis sue gerens, in mona-
sterio in Lantshut habitum religionis assumpsit. In ipsa eciam estate tanta siccitas fuit
ubique, ut sata omnia arescerent; et ex hoc fames maxima est secuta. Attamen vinum in
habundancia natum fuit. Ludwicus rex Francie cum Iohanne filio suo tunc obiit in par-
tibus transmarinis, relinquens filium suum Philippum regni successorem. Stephanus
c Dec. 21. rex Ungarie circa festum sancti Thome apostoli, misso exercitu in Austriam, a parte meri-
diana Danubii illam provinciam devastavit, occisis et in captivitatem abductis plus quam
septendecim milibus hominum.

Anno[a] ab incarnatione Domini 1271. Otaker rex Boemie, congregato valido exercitu,
Apr. 12. infra octavam pasce invasit Ungariam; et devictis munitissimis castris, videlicet Prespurch
34 et Altenburch[34] et Tirna[35] et castro sancti Georii[36], ac aliis pluribus municionibus captis et
c. Mai. 24. devictis, circa festum pentecostes propter consumptionem victualium reverti cogitur in
Boemiam exercitu relaxato. Stephanus autem rex Ungarie, missis in Moraviam et in
Austriam Ungaris et Comanis, per incendia et rapinas et multas strages hominum plurima
c. Iun. 21. mala gessit. Tandem circa solsticium estivale per episcopos et religiosos viros Deum
timentes ad inopinatam et subitam pacis concordiam redierunt. Domina Elizabeth ducissa
Mart. 14. Bawarie peperit filium 2. Idus Marcii, qui baptizatus ab Hermanno abbate Altahense, vocatus
Oct. 24. est Stephanus. Ipsa[a] vero ducissa in subsequente autumpno 9. Kalendas Novembris diem
clausit extremum; que cum esset femina virtuosa et omni bonitate preclara, morte sua
toti provincie inconsolabilem luctum fecit. Castrum nobilissimum et fortissimum dictum

a) *hinc alia manus coaeva.*

34) Ungarisch Altenburg. 35) Tyrnau. 35) St. Georg inter Posonium et Tyrnau.

Starchenberch[37] in transmarinis partibus Sarraceni occupant et expugnant; quod[a] compa- 37
raverat Leupoldus senior dux Austrie.
Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo dominus 1272.
Thebaldus archidyaconus Leodiensis, iam priori estate per formam conpromissi in sum-
mum pontificem electus, cum glorioso apparatu in quadragesima intrat Urbem, et ibi in Mart.Apr.
ecclesia sancti Petri[b] consecratus, Gregorium decimum se appellat. Stephanus rex
Ungarie circa Kalendas Augusti moritur, relinquens duos filios successores, et Ladizlaus c. Aug. 1.
primogenitus ipsius statim in regni solio collocatur. In sequenti etiam auttumpno tanta
inundatio pluvie erupit, ut parvuli rivi in tam magna flumina subito excrescerent, ut evulsis
domibus multis, in submersione pecorum, abductione feni et annone homines circa valles
residentes dampna plurima paterentur. Eodem[c] anno post mortem predicti Stephani
regis quidam comes Hainricus de Guezzing, qui ab eodem rege de Ungaria eiectus fuerat,
et receptus a rege Boemie filiam domini Zmilonis de Luthenburch duxerat in uxorem,
dimissa eadem uxore, in Ungariam est reversus et reconciliatus domino Ladizlao, primo-
genito prefati Stephani regis tunc in regem sollempniter coronato. Accidit autem, ut cum
domino Bela duce de Matsawe, avunculo regis predicti et consobrino regis Boemie, comes
idem in verba contumeliosa prorumpens occasione presumpte proditionis contra supra-
dictum dominum Ladizlaum, ipsum ducem Belam in insula aput Budam miserabili nece
prosterneret; ita ut membra ipsius in frusta concisa matertere sue, videlicet due filie
domini Stephani regis, in monasterio ibidem constituto colligerent ac cum planctu et dolore
maximo sepelirent. Ob quam causam rex Bohemie maximo furore commotus, initam olim
cum regno Ungarie concordiam et ad magnam utriusque partis instantiam auctoritate sedis
apostolice confirmatam rescindens, nec treugas nec pacem sollempnibus nunciis Ungarorum
postulantibus voluit indulgere, set in confiniis eos iussit invadi; et statuit, cum grandi exer-
citu ipsum regnum se hostiliter aggressurum. Dominus Heinricus, monachus Altahensis,
factus est abbas Piburgensis*.

* *Alia manu addidit haec:* Eodem anno Bela dux de Matshowe, affinis regis Bohemie, ab Heinrico comite de Guzing occiditur.

Anno igitur 1273. Ungari et Cumani, prevenientes motum predicti regis Bohemie,
post festum purificationis quasdam partes Austrie, Stirrie et Maravie sub magna strage post Febr. 2.
promiscui sexus hominum intraverunt. Eodem anno feria quinta post Misericordia Do- Apr. 27.
mini kathedralis ecclesia Ratispone cum palacio episcopali et optimis campanis incendio
totaliter est consumpta.

## DE HERMANNI ABBATIS ABDICATIONE.

Eodem anno in festo beati Gregorii dominus Hermannus, venerabilis abbas Altahensis, 1273.
qui iam 30 annis et amplius eandem abbatiam cum tanta rexerat honestate, ut in spiritua- Mart. 12.
libus adeo profecerit, quod religionis vigeret illic observantia specialis, et cultus Dei per
ipsius diligentiam fuisset multipliciter ampliatus, ita quoque in personis ibi sub regula edu-
catis excreverit, ut sui regiminis tempore ex eiusdem loci monachis Formbach, Aspach,
Obernaltach, Prul et Piburch abbates electi essent — In temporalibus quoque possessioni-
bus, honore et pace et quiete per destructionem castrorum vicinorum, videlicet Flinsperch
et Zirberch et Mose, in turribus eiusdem ecclesie habundantia, ex digno[d] pro merito favore
principum et nobilium terre Bawarie, facta erat; In edificiorum quoque diversis hinc inde
structuris, tam in renovatione chori quam aliis infra septa claustri quam extra, et utilis-
simo aqueductu ad usum molendini et mundationem aree, tanta per ipsum preclara opera
cernebantur, ut merito posset dicere cum Cesare Augusto: *Urbem latericiam inveni, mar-* Ekkeh.p.93.
*moream relinquo;* Erat denique in hospitalitatis gratia totus hylaris, omnino providus, cui-
libet ordini, dignitati, conditioni, etati vel sexui adeo se conformans, ut quasi omnibus
omnia factus, in se et in honorem ipsius loci affectus omnium provocaret; O virum omni
religiosa laude dignum, qui sub tanta tamque fideli sollicitudine tot annis ipsi ecclesie

a) quod — Austrie *alia manu postea sunt addita.* b) Pretri *cod.* c) *hinc alia manus coaeva.* d) digne *cod.*

37) Montfort in Palaestina prope Ptolemaidem. Cf. Marin. Sanuti lib. III. c. 11. ap. Bongars II, 224. Wilken Gesch. der Kreuzzüge VII, 2, 595.

1273. Mart. 12. preesse non timuit, nec tamen, in spe quidem boni successoris, vivus et incolomis eidem regimini cedere recusavit! — Ipso quidem die beati Gregorii in manus domini Theoderici, tunc abbatis de Alderspach, qui ex mandato domini Petri venerabilis episcopi Pataviensis accesserat monasterium Altahense, idem dominus Hermannus, vergente quidem deorsum ex debilitate senilis etatis conditione corporea, sèt spiritu in sublimiora scandente, mitram et baculum cum omni cura pastorali, coram positis fratribus, maximo cessionis iam diu fervens desiderio, resignavit. Ex quo planctus familiaribus ipsius ecclesie et vicinis oritur nimis insolitus atque gravis, amiratio autem prelatis aliis per Bawariam constitutis, eo quod se illi in utilitate regiminis aut proposito renunciationis inpares estimarent, omnibus in commune optantibus, tanto cessori successorem ydoneum ex divina providentia subrogari.

---

## HEINRICUS STEORO DE HERMANNI ABBATIS MORTE.

Predictus[a] autem dominus Hermannus post cessionem abbatie supervixit duobus annis, detentus maximis infirmitatibus, ita ut de lecto in quo decumbebat non possit surgere, stare vel ire sine adiutorio sibi servientium. Qui infirmitates et omnes molestias corporis pacientissime toleravit, cottidie habundantissime fundens lacrimas et orans dominum Iesum pro peccatis suis. Qui, ut supra scriptum est, laudabiliter rexit ecclesiam Altahensem annis triginta, menses quatuor, dies sedecim, faciens maximas elemosinas et alia multa 1275. Iul. 31. bona opera. Obiit bono fine pridie Kal. Augusti anno vite sue 75. Ego Heinricus Steoro cappellanus suus hec addidi. Videns, in eo timorem Domini et sapientiam magnam esse, et super omnia ipsum habere misericordiam circa omnes homines, et alias virtutes multas[b], testimonium sibi perhibeo; et scio, quia verum est testimonium meum.

---

# CONTINUATIO ALTAHENSIS.

Anno Domini 1273. mortuo Rychardo Romanorum rege, principes imperii circa c. Oct. 6. octavam sancti Michahelis ad eligendum alium regem in Franchenfurd convenerunt. Et dum omnes qui vocandi erant interessent, preter Heinricum ducem Bawarie, qui et sollempnes miserat nuncios et per ratihabicionem suum electioni eidem prebuit consensum, electus est Rudolfus comes de Habspurch in Romanum regem, postea in imperatorem consecrandus. Qui Rudolfus statim exegit a principibus clericis ac laicis fidei iuramentum. Quod cum recusarent propter sceptri absenciam, ipse electus signum crucis accipiens talia dixisse fertur: *Ecce signum, in quo nos et totus mundus est redemptus; et hoc signo utamur loco sceptri.* Et deosculata cruce, omnes principes tam spiritales quam seculares ipsam crucem loco sceptri osculantes, recipientes feoda, sibi fidelitatis iuramentum prestiterunt. Ipse etiam rex, adhuc existens in palacio Aquensi, ad quod iam pridem intronizatus a 38 principibus fuerat, duas filias suas, unam[38] domino Ludwico comiti palatino Reni, alteram[39] duci[40] Saxonie, matrimonialiter copulavit. Eodem anno rex Boemie Otakerus et Heinricus dux Bawarie ad plenam concordiam redierunt, rege Boemie de castro in Scherding et quibusdam iuribus, que pertinebant ad ducem, refutacionem faciente. Ipsi etiam contra omnem hominem huius mundi iuraverunt mutuo se iuvare.

Anno Domini 1274. ad curiam novi regis in Franchenfurt principes evocantur. Eodem anno celebratum est generale concilium aput Lugdunum per dominum Gregorium papam decimum, cui interfuerunt plus quam 700 episcopi et abbates et prepositi, ceterique ecclesiarum rectores in numero copioso. Item eidem[c] concilio interfuerunt sollempnes nuncii seu procuratores Grecorum, qui coram toto concilio simbolum Nyceni concilii, scilicet: *Credo in unum deum* etc., alta voce decantaverunt in signum et testimonium, quod a suo veteri errore, quo dicebant Spiritum sanctum tantum a Patre et non a Filio procedere, se recessisse demonstrarent, et velle credere, quod sancta mater Romana et orthodoxa

a) Predictus — meum *in margine fol.* 166' *posita sunt. Postea praemisit alia manus verba haec:* Subscripta sunt verba domini Heinrici prepositi Otingensis: b) *sequitur parvus locus rasus.* c) eodem *cod.*

38) Mechtildim. 39) Agnetem. 40) Alberto.

ecclesia credit et predicat, scilicet quod Spiritus sanctus a Patre et Filio eterna spiracione 1274. procedit, sicut patet per decretalem, que super hoc est in eodem concilio promulgata. Cuius tenor talis est: *Fideli ac devota promissione fatemur, quod Spiritus sanctus eternaliter ex Patre et Filio, non tamquam ex duobus principiis set tamquam ex uno, non duabus spiracionibus set unica spiracione procedit. Hoc professa est hactenus, predicavit et docuit, hoc firmiter tenet, predicat, profitetur et docet sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium ac magistra. Hoc habet orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter et Grecorum incommutabilis et vera sentencia. Set quia nonnulli propter irrefragabilis premisse ignoranciam veritatis in errores varios sunt prolapsi, nos huiusmodi erroribus viam precludere cupientes, sacro approbante concilio, dampnamus et reprobamus omnes qui negare presumpserint, eternaliter Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere, sive etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio tamquam ex duobus principiis, non tamquam ex uno, procedat.*

Sed ipsi Greci ab hac fide et promissione subito recesserunt. Propter quod dominus papa Martinus in Urbe-veteri eos excommunicatos nunciavit, ut patet in littera subsequenti: 1281 Nov. 18. *Martinus episcopus servus servorum Dei. Ad certitudinem presencium et memoriam futurorum Michahelem Palleolôgum, qui Grecorum imperator nominatur, tamquam eorundem Grecorum, antiquorum scismaticorum et in antiquo scismate constitutorum et per hoc hereticorum, necnon et heresis ipsorum ac scismatis antiquati fautorem, de fratrum nostrorum consilio denunciamus, presente hac fidelium multitudine copiosa, excommunicationis sententiam, latam a canone, incurrisse, ac ipsius fore sententie vinculo innodatum. Ceterum universis et singulis regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus et ceteris omnibus cuiuscumque sint preeminencie, condicionis aut status, necnon universitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum districtius inhibemus, ne cum eodem Michahele Palleolôgo, in huiusmodi excommunicatione manente, societatem vel confederacionem aliquam contrahere sub quovis ingenio vel machinatione presumant, vel ei alias in hiis, pro quibus excommunicatus est denunciatus a nobis, prestare consilium, auxilium vel favorem publicum vel occultum. Et si secus presumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium facientes, non obstante qualibet indulgencia sub quacumque forma verborum vel expressione, ipsis ab*[a] *apostolica sede concessa vel in posterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino carere, sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus, volumus incurrere ipso facto. Terras autem ipsorum necnon universitates predictas, que secus attemptare presumpserint, prout expedire viderimus, ecclesiastico subicere curabimus interdicto ad privacionem omnium bonorum, que a quibuslibet tenent ecclesiis, et ad penas alias spirituales et temporales, prout utile putabimus, processuri; et nichilominus societatem confederacionem ipsas, etiamsi penarum et iuramenti adiectione vel quacumque fuerint alia firmitate vallate, decernimus irritas et inanes. Ut autem huiusmodi noster processus ad communem omnium noticiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in maioris Urbevetane ecclesie appendi vel affigi hostiis seu superliminaribus faciemus, que processum ipsum quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ita quod idem Palleolôgus et alii, contra quos processus ipse contingit, nullam possint postmodum excusacionem pretendere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile, remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Actum apud Urbevetanam in platea dicte maioris ecclesie, in festo dedicationis basilice principis apostolorum, pontificatus nostri anno primo.*

Item quia in partibus Alemannie iniqua consuetudo inoleverat de inpignoracionibus, 1274. in quibus unus pro alio, sive innocens pro nocente indebite pregravatur, contra inpignoratores huiusmodi idem papa Gregorius in eodem concilio talem edidit decretalem: *Etsi pignoraciones, quas vulgaris elocucio represalias nominat, in quibus alius pro alio pregravatur, tamquam graves, legibus et equitati naturali contrarie, civili sint constitutione prohibite; ut tamen earum prohibicio in personis ecclesiasticis tanto amplius timeatur, quanto in illis specialius inhibentur: eas concedi contra personas predictas seu bona ipsarum, aut quantumcumque generaliter pretextu cuiusvis consuetudinis, quam pocius reputamus abusum fore, concessas, ad illas extendi, presenti decreto districtius inhibemus. Illi autem, qui contra fecerint, adversus personas easdem pignoraciones seu represalias concedendo vel extendendo ad eas,*

a) ab *addidi.*

1274. *nisi presumpcionem huiusmodi revocaverint a concessionis vel extensionis tempore infra mensem, si persone singulares fuerint, sententiam excommunicationis incurrant, si vero universitas, ecclesiastico subiaceat interdicto.* Ex hac tamen salubri constitucione modica provenit utilitas, vel quia rite post concilium in provinciis publicata non extitit, vel quia a malis hominibus excommunicacionis precipicium non timetur. Item pro subsidio terre sancte imposita fuit in eodem concilio omnibus ecclesiis et monasteriis, non tamen xenodochiis nec orphanotrophiis, solucio decimarum omnium proventuum ecclesiasticorum per sex annos continuos idem concilium subsequentes. Que decima quamvis studiose exacta fuerit et recepta, tamen non est evidens, que utilitas terre sancte exinde fuerit procurata. Post
1275. Oct. idem concilium predictus papa Gregorius accessit Losannam[a] dominum Rudolfum, electum per principes Alemannie in Romanorum regem, et electionem de ipso factam confirmavit, sibi nomen et dignitatem regiam adscribendo; et promisit ipsum in imperatorem postea consecrare.

1276. 1277. Cum predicto domino Rudolfo Romanorum regi[b] omnes comites et barones ac communitates civitatum et civium de Reno, Franconia, Suevia ac Bawaria se sponte subderent, ei fidelitatis iurando homagia, castraque et civitates et terras, quas tempore vacantis imperii, scilicet a temporibus Friderici imperatoris, occupatas tenuerant, sibi voluntarie resignarent; dominus Otakarus, quintus Bohemorum rex, qui Austriam, Styriam,
41 Carinthiam, Carniolam ac Portum Naonis[41] tempore vacantis imperii tenuerat[c], resignare noluit, dicens, quod easdem terras bona fide et iusto titulo possideret, ac ex mandatis et commissionibus apostolicorum, qui tempore suo fuerant, contra insultus Ungarorum, Comanorum et Tartarorum per viginti quatuor annos cum gravibus sumptibus et laboribus, immo et multa impensa non solum suorum set etiam proprii sanguinis defensasset. Quam allegationem dominus Rudolfus Romanorum rex non advertit, set validum exercitum con-
Sept. gregans, intravit terram Austrie, euntibus secum in exercitu Moguntino[42] et Coloniensi[43]
46 archiepiscopis, Herbipolensi[44], Ratisponensi[45], Pataviensi[46] episcopis, Ludwico comite palatino Reni, Heinrico duce Bawarie, et aliis multis nobilibus de Reno, Franconia et Suevia. Et civitates ibidem et castra se suo dominio subdiderunt, excepta civitate Wiennensi;
Oct. quam etiam obsidione cinxit, nec tamen per violenciam cepit. Set per quoddam arbitrium, quod ipsi ambo reges inierunt, incepit ipsam civitatem Wiennensem et totam terram Austrie trans Danubium versus meridiem pacifice possidere, alia parte eiusdem terre trans Danubium versus aquilonem sive Bohemiam eidem regi Bohemie per idem arbitrium re-
1278. manente. Tandem per tres vel duos annos, cisso predicto arbitrio, prefatus rex Bohemie, de terris suis scilicet Bohemia et Moravia, et eciam de aliis terris scilicet Polonia, Pomerania, Saxonia et Michsna, fortem exercitum congregans, castra metatus est super
Aug. 25. flumen March, in campo qui dicitur Marichvelt prope Cistesdorf[47] Et cum idem rex Bohemie cum domino Rudolfo Romanorum rege de mane congredi cogitaret, ecce multi nobiles de parte adversa ipsum regem Bohemie premuniverunt litteris et nunciis, dicentes, quod in ipsa congressione nobiles sui essent eum prodicionaliter in manus hostium tradituri. Quod cognoscens, idem rex Bohemie nobiles suos ad se in suum convocavit tentorium, et se eis inermem omnimodis presentavit, dicens: *Ecce inermis in conspectu vestro sto, et licet de vestra fidelitate non diffidam, tamen si cui contra me prodicionis vel inique factionis esset voluntas, melius existeret, ut me nunc solum occideret, quam quod cras in bello mecum multa milia hominum moriantur.* Sed ipsi nobiles multis iuramentis, se ipsi fideliter velle assistere, promiserunt. Item idem rex Bohemie cuidam strennuo militi promisit plurima se daturum, si vel dominum Romanorum regem, vel saltem equum eius occideret in congressu. Qui
Aug. 26. miles, hac promissione accepta, cuneum fortissimorum militum penetrans, ipsum regem Romanorum vehementi ictu ad terram prostravit et equum eius occidit. Sed nobiles, qui latus regis stipaverant, eundem captivaverunt militem, et regem in equo alio locaverunt. Sed ecce mirabilem predicti regis Romanorum clemenciam, quia eundem militem sibi captivum presentatum abire permisit illesum, dicens, quod rei publice dampnum esset, si miles adeo fortis et strennuus deperiret. Ipso eciam rege Romanorum, coniunctis sibi Ungarorum et Comanorum regibus, et nobilibus de Reno, Franconia et Swevia, conflictum

a) Losannam *in lacuna est manu alia additum.* b) rege *cod.* c) tenuerat *deest cod.*

41) Pordenone. 42) Wernero. 43) Sigifrido. 44) Bertholdo II. 45) Leone. 46) Petro. 47) Zistersdorf.

habente cum predicto rege Bohemie, ipse rex Bohemie est occisus, et inter cadavera mortuorum 1278. Aug. 26. nudus omnimodis est inventus. Idem enim rex Bohemie nobiles et populum predictarum terrarum, scilicet Bohemie, Austrie, Moravie, Styrie, Carinthie et Carniole, qui ante sua tempora rapinis et spoliis assueti fuerant, multa austeritate compescuerat, et sine delectu personarum in severitate iusticie ita magnum iudicaverat sicut parvum. Et ob hoc predicti nobiles, eum latenter habentes odio, deseruerunt aciem, ac ipsum cum paucis expositum hostibus dimiserunt. Quod cum ipse rex conspiceret, scilicet suorum adiutorio se privatum, cum illis paucis, qui mori elegerant pro domino et patria, in turbas hostium prosiliit; et multa strage ab eo facta, tam ipse quam predicti fideles in acie ceciderunt anno[a] Domini 1278, 7. Kalendas Septembris. Post cuius mortem terra Bohemie et Moravie multis tribulationibus est exposita. Nam filius[48] ipsius regis Bohemie iuvenis erat et 48 per marchionem de Branburch[49] in tutele custodia servabatur, et ipsa terra Bohemie tam per incolas quam per ducem Heinricum Bratisslavie miserabiliter vastabatur. Interea eciam relicta predicti regis Bohemie duxit legitime quendam nobilem de Bohemia, Zebischum 1279. nomine, de cognatione Bitigoñum, qui sepe fati regis Bohemie validus fuerat persecutor. Sed tandem filius regis, ducens in uxorem filiam domini Rudolfi Romanorum regis[50] et 50 regnare incipiens, eundem Zebischum, qui per reginam quam duxerat thesauros habere ceperat nec regi assignare voluit, mortua quondam regina[51], captivavit et occidit. 1290. Aug. 24.

Eodem anno dominus Leo Ratisponensis episcopus obiit; cui successit dominus Hein- 1277. ricus comes de Rotenekk, eiusdem ecclesie canonicus.

1280. Petrus Pataviensis episcopus obiit, qui pontem trans Danubium Patavie primus 1280. fecit; cui successit dominus Wichardus, eiusdem ecclesie prepositus. Eodem anno dominus Albertus de Hals sua virtute et strennuitate meruit a domino Rudolfo Romanorum rege honore et nomine comitis insigniri.

1281. Uxor predicti domini Rudolfi Romanorum regis nomine Anna obiit. Et eodem 1281. anno ipse rex exivit terram Austrie, et ipsum ducatum Alberto filio suo primogenito commendavit. Sed postmodum eundem ducatum eidem domino Alberto et Rudolfo filiis 1282. suis in feodum contulit coram principibus suis, super hoc Auguste in curia congregatis. Dec. Eodem anno Chunradus[b] comes de Mospurch moritur sine heredibus, et comitatus ad do- 1281. mini Heinrici ducis Bawarie devolvitur potestatem. Item eodem anno a domino Fridrico Salzpurgensi archiepiscopo concilium celebratur. Eodem anno inimico homine superseminante zizaniam inter dominum Volchmarum abbatem de Altach ex una parte et quosdam fratres eiusdem loci ex altera, gravis discordia est exorta. Idem namque fratres contra predictum abbatem appellationem emittentes, quosdam ex se ad Romanam curiam transmiserunt, abbate e converso se per nuncios in eadem curia defendente. Interea procurantibus eciam quibusdam ex ipsis fratribus, omnes camere abbatis et cellaria et granaria violenter sunt effracta, et inde res alique asportate; campane et queque preciosiora ecclesie per eosdem fratres vendita sunt vel apud usurarios obligata. Tandem frater unius monachi et duo fratrueles alterius monachi cum quibusdam aliis predictum abbatem in passagio in Werd prope monasterium duabus sagittis in flumine Danubii occiderunt, equos 1282. Mai. 9. suos et servorum suorum cum rebus aliis abducentes. Sed post paucos dies quatuor eorundem malefactorum sunt detenti, quorum duo in Straubing sunt rotis affixi, alii duo in patibulis sunt suspensi, sed quintus et sextus postmodum gladiis sunt occisi, et sic pro crudeli homicidio Domino iudicante iusticiam crudeliter perierunt. Quia vero idem abbas multe austeritatis in relligione et sanctitatis in vita exstitit, corpus eius sic occisi a passagio in Werd usque ad villam in Tundorf[52] supernatans a pluribus videbatur, et tandem a fratri- 52 bus, qui sibi et iusticie fideliter astiterant, in capella sancti Kyliani honorifice est sepultus. Obiit autem anno Domini 1282, 7. Idus Maii. Post hunc autem electus est concorditer in abbatem Altahensem dominus Poppo venerabilis abbas de Altach superiori, vir utique tam sanctitate quam austeritate vite precipuus zelator ordinis et relligionis, qui idem monasterium in Altach inferiori, per[c] predictam dissensionem a sua honestate graviter inclinatum, tam in spiritualibus quam in temporalibus reformavit. Eiectis enim quibusdam fratribus, qui causam seu occasionem predicte dissensioni dederant, alios assumpsit, qui elegerunt

a) anno — Septembris *in margine addidit manus alia.* b) Chuor. *alia manu additum in lacuna.* c) ꝑ *cod.*

48) Wenceslaus II. 49) Ottonem V. 50) 1285. Ian. 51) 1285. Sept. 9. 52) Thundorf exadversus monasterium Altahense.

1282. ambulare in domo Domini cum consensu. Quibus in regularibus observanciis taliter profuit, quod predictum monasterium quoad relligionem vicinis ecclesiis religionis prebebat exemplum, et eciam longe positis sancte vivendi regulam ostendebat. Item in temporalibus sic provide amministravit, quod in domo sua famosa omnibus erat hospitalitas, et undecumque venirent pauperes pascerentur Capellam etiam beati Kyliani a suo antecessore inchoatam perfecit, predia plura emit, tres magnas construxit piscinas, et in omnibus factis suis Deo et hominibus amabilem se ostendit. Rexerat enim monasterium in Altach superiori in abbacia 22 annis, et preter ipsam ecclesiam omnes fere muros et edificia ibi de 1289. novo reparavit. Tandem anno Domini 1289, 6. Kal. Februarii bono fine decessit, in capella Ian. 27. beati Kyliani quam perfecerat est sepultus. Post hunc electus est in abbatem Altahensem dominus Wernhardus, eiusdem monasterii monachus, qui antea in prioratu, quem longo tempore rexit, et in abbacia postmodum omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret, et ut ei inesse videretur manifeste circa subditos iuste consulens misericordia et pie seviens disciplina.

1282. Anno ab incarnatione Domini 1282. Petrus rex Arrogonie, expulso Karolo rege, regnum Sicilie potenter occupavit. Propter quod papa Martinus excommunicationis sen- Mai. 7. tentiam protulit contra ipsum, sicut plenius patet in littera subsequenti: *Martinus episcopus servus servorum Dei ad certitudinem presencium et memoriam futurorum. Cogit nos temporis qualitas, et nequicia plurium detestando sollicitat, ut infra scriptorum predecessorum nostrorum gesta, que plenius in archivo conservantur ecclesie, recensentes, ipsius providere quieti caucius studeamus. Sane felicis recordacionis Innocencius papa quartus, predecessor noster, culpas graves immo gravissimas ac multiplices ac manifestos excessus quondam Friderici olim inperatoris Romanorum propensi maturitate consilii, recti iudicii censura diiudicans, eique secundum prava sua opera reddens, ipsum honore imperii, regno Sicilie, ducatu Apulie ac principatu Capue, generali super hoc congregato Lugduni concilio approbante ac iusticia exigente privavit, prout in universalem mundi noticiam non est dubium devenisse. Nec ab eadem creditur verisimiliter alienum, qualiter Fridericus ipse, aucto superbie spiritu, quamquam sic digne depositus, sic iuste privatus, sententie privacionis huiusmodi prolate in eum pertinaci animo parere contempnens, regnum et imperium supradicta post eiusdem prolacionem sententie ocupata detinere presumpsit. Qualiter autem post iam dicti Friderici obitum quondam Chunradus, natus eius, paterne malicie imitator, dictum regnum presumptuosis ausibus occupavit, et tandem predicto Chunrado humanis rebus exempto, quondam Manfredus, olim princeps Tarentinus, eiusdem ut dicitur Friderici filius, qui eciam absque privacione predicta non iniuste legitime successionis participium perdidit, quia ipsum partus legitimus non agnovit, utpote de dampnabili commixtione susceptum, ad occupationem predicti regni temerarias et occupatrices manus extendit. Gravibus igitur et enormibus admodum per potenciam et maliciam eorundem iniuriis irrogatis ecclesie, ipsaque in suis afflicta multipliciter fidelibus, respexit Altissimus sponsam suam, et convertens illi nubilum in serenum, scelestam predicti Friderici domum, que consueverat quamvis malis habundare personis, sic pene redegit in nichilum, sic illam iactura multimode dissipationis oppressit, ut de ipsa non nisi scintilla unica remaneret, Chunradinus videlicet, Chunradi filius supradicti. Qui, cum in eo malicia suppleret etatem, ipseque annorum suorum curricula nequicia superaret, progenitorum suorum nefarios actus sequens, ac illorum profanas iniquitates amplectens, mentisque ambiciose vicio imperium expetens, sibi regnum intitulando Sicilie, se ipsius regni regem denominare temere presumebat, et cum nonnullis ecclesie inimicis, Lombardis, Tuscis, Marchianis et Apulis precipue, de regno profugis prelibato, fraudulentis se inplicando commerciis, in Urbe, Lombardia, Tuscia et per alia diversa loca suas disseminare litteras presumebat, sub expressione proprii nominis et premisse intitulationis temere sigillo regie maiestatis inpressas, per quas commovere populum, concitare gentes ac turbare pacem ecclesie nitebatur, in ipsius ecclesie ac karissimi in Christo filii nostri Karoli Sicilie regis illustris grave preiudicium et discrimen. Unde pie memorie Clemens papa predecessor noster, cum sibi de hiis evidencius constitisset, diligenter adtendens multam ipsius Chunradini maliciam et suorum conatuum perversorum volens obviare principiis, certum habuit contra eum in hac parte processum, prout vidit rationabiliter expedire, ac negocii qualitas persuasit. Demum prefato Chunradino sublato de medio, eidem regno pax rediit, aurora tranquillitatis illuxit, sedatis turbacionis fluctibus, quos ipsius Chunradini prava studia suscitarant. Set, sicut nuper non sine multa turbatione fide dignorum relatu percepimus, nonnulli protervie*

spiritum assumentes, ad nostram nec non ecclesie dictique regis turbacionem et scandalum 1282.
aspirantes, in predicto regno ignem turbacionis emortue reaccendere moliuntur, ad id sua Mai. 7.
studia inique congerunt, ad id suarum virtutum potenciam coacervant, manus presumptuosas apponunt, et eciam oculti favoris auxilium largiuntur. Testatur hec inter cetera horrendi sceleris feralis inmanitas de novo in civitate Panormitana[a] patrati, ubi sic debachatus est gladius, ferrum infremuit, furor incanduit, rabies insanivit, manus truculenta desevit, quod sicut rumor mestus enunciat, non suffecit virorum ac mulierum multitudinem inibi cedi dari, nisi et hii, quos nondum in lucem natura produxerat, maternis apertis uteris, necarentur, trucidarentur innati et delitescentibus visceribus genitricum impie prefocationis exicium inferretur. Quia igitur prefatum regnum Sicilie ad Romanam ecclesiam spectare dinoscitur, suique iuris et proprietatis existit ac propter hoc nos, qui una cum ecclesia ipsa medullitus in hac parte contingimur et quasi cuiusdam acerbe punctionis aculeo excitamur, volentes tam gravibus huius malorum iniciis, tantisque periculis acceleratis remediis, prout possumus obviare, ne tam horrenda principia convalescant, presente hac fidelium multitudine copiosa, de fratrum nostrorum consilio universos et singulos cuiuscumque preeminencie, dignitatis, condicionis aut[b] status monemus adtente, districte precipientes eisdem, ne in predicto regno[c] vel eius parte nos et eandem ecclesiam et prefatum Sicilie regem, qui predictum regnum ab eadem tenet ecclesia, per se vel per alium aut alios molestent seu inpetant aut perturbent, ocupando vel invadendo hostiliter, seu ocupari vel invadi hostiliter faciendo regnum ipsum vel aliquam partem eius. Precipimus insuper universis et singulis Christi fidelibus, specialiter autem marchionibus, comitibus, baronibus, civitatibus, communitatibus et universitatibus castrorum, villarum et aliorum quorumcumque locorum Italie et maxime iuridictioni[d] temporali ecclesie Romane subiectis, ne predictis in occupatione vel invasione huius prorsus intendant, et ne cum armis vel sine armis ad turbandum in predicto regno pacem eiusdem Romane ecclesie ac prefati regis Sicilie in eadem prestent eis ocupacione vel invasione predictis consilium, auxilium vel favorem publice vel oculte, et ne super hoc societatem coniuracionem aut fedus aliquod ineant cum eisdem. Si qui autem contra monicionem et precepta nostra premissa per se vel per alium aut alios quoscumque dolo, fraude, arte vel machinacione fecerint, cuiuscumque sint preeminentie, dignitatis, condicionis aut status, excommunicacionis sententia, quam ex nunc in illos proferimus, ipso facto se noverint innodatos. Civitates quoque et communitates quaslibet, que contra moniciones et precepta nostra predicta quocumque dolo, fraude, ingenio, arte vel machinacione venire presumpserint, ecclesiastice sententie interdicti, quam ex nunc in illos proferimus, volumus subiacere. Aperte quoque predicimus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis inferioris gradus prelatis, quod si contra monicionem et precepta nostra premissa vel eorum aliquod venire temptaverint, nos eos omni ecclesiastice dignitatis honore, ceteros autem clericos, non prelationis officium set dignitatis forsitan vel personatus aut alia quevis ecclesiastica beneficia obtinentes, et obtentis privare curabimus et inhabiles reddere ad alia obtinenda, prout nobis facti[e] qualitas suggeret et iusticia suadebit[f]. Laycis vero cuiuscumque preeminencie, dignitatis, condicionis aut status et precipue iurisdictioni temporali ecclesie Romane subiectis denunciamus expresse, quod si contra moniciones et precepta nostra huiusmodi per se vel per alium seu alios temere veniendo, ea non curaverint observare, nos, tante temeritatis audaciam non intendentes relinquere inpunitam, ipsos feodis et aliis omnibus, que a predicta et aliis ecclesiis ac personis ecclesiasticis obtinere noscuntur, privare et vasallos eorum quos habent a fidelitatis iuramento, quo tenentur eisdem, reddere penitus absolutos, et personis eorum citra mortis et mutilacionis periculis expositis ad exposicionem bonorum eorum procedere Deo auctore curabimus, prout eorundem culpe exegerint et videbimus expedire. Ceterum quia predicta civitas Pannormitana et nonnulla castra seu ville illarum parcium contra prefatum regem Karolum, qui regnum ipsum ab eadem tenet ecclesia, rebellionis spiritum assumpsisse dicuntur, nos circa illa nolentes in hoc iuris rigorem observare, set uti pocius mansuetudinis lenitate, quam in actibus nostris libenter amplectimur, intendentes ac volentes eadem ab huiusmodi erroris inicio paternis studiis revocare, comitatibus, civitatibus et universitatibus[g] castrorum ac villarum predictarum districte precipimus, ut sublato cuiuslibet difficultatis et dilacionis obiectu, ad nostra mandata et ecclesie ac regis predicti[h] redire procurent, eisdemque comitatibus districte precipimus, ne predictos molestatores, turbatores, ocupatores seu eciam invasores, aut dantes eisdem in predictis

a) Parnomitana *cod.* b) aust *cod.* c) predicti regni *cod.* d) iurisdictione *cod.* e) *sequitur iterum* nobis *in cod.* f) swadebit *cod.* g) universitatibus *addidi.* h) predictorum *cod.*

1282. Mai. 7. *consilium, auxilium vel favorem, in civitatem, castra et villas seu districtus eorum quovis modo recipiant vel receptent, nec ipsorum vel alicuius eorum dominio vel regimini quomodolibet se submittant, neque ipsis vel eorum alicui contra nos et eandem ecclesiam ac regem predictum in ea inpendant in predictis consilium, auxilium vel favorem publicum vel ocultum. Nos enim confederaciones seu colligaciones quaslibet, si que inter comitates easdem vel ipsos vel quoscumque alios initas sive factas super ocupacione seu invasione predictis penitus dissolventes, ac iuramenta de illis servandis vel alio quocumque modo pro predictis hinc inde prestita relaxantes omnino, comitatibus ipsis aperte predicimus, quod, nisi premissa curaverint quantocius adimplere, contra eas et civitatem et castra vel villas earum spiritualiter et temporaliter auctore Domino procedemus, quod pena docente cognoscere poterunt, quam sit temerarium et superbum mandatis apostolicis contraire. Ut autem etc. Datum apud Urbem-veterem in platea dicte maioris ecclesie in die ascensionis Domini, pontificatus nostri anno secundo.* Quam excommunicationem cum predictus rex Arrogonie contempneret, papa excitavit contra eum dominum Philippum regem Francie, qui cum multis milibus militum intravit Arrogoniam. Sed per multitudinem muscarum illius terre et inopiam alimentorum, que etiam pecunia haberi non poterant, multi equi et homines perierunt. Et ipse rex mortuus ibidem, reductus est Pari-
1285. sius et apud Sanctum Dyonisium est sepultus anno Domini 1285, cor autem regis est apud Predicatores Parisius tumulatum; de qua divisione individui plures clericorum et laicorum contra eosdem fratres, qui hoc dicuntur obtinuisse precibus et exhortacionibus, scandalizati sunt.

1284. 1284. Fridericus Salzpurgensis archiepiscopus obiit; cui succedit Rudolfus, domini Rudolfi Romanorum regis vicecancellarius. Qui licet a principio contra adversarios sui episcopatus se validum propugnatorem ostenderet, tamen ultimo ad timorem, qui non de-
1288. Nov. 7. buerat in virum constantem cadere, statuta sui concilii, quod celebraverat 1288, quando eciam corpus beati Virgilii transtulerat, non sine tocius patrie scandalo in conspectu ducis Austrie revocavit.

1285. 1285. Gotfridus Pataviensis episcopus nacione de Bestvalia obiit; cui succedit dominus Wernhardus dictus de Prampach, canonicus eiusdem ecclesie, vir in mansuetudine etiam Moysi coequalis. Qui in multa pietate Pataviensem rexit ecclesiam, et beatorum Valentini et Maximiliani corpora, in loco humili reposita, in tumba honorabili erecta de novo in medio ecclesie Pataviensis decentissime collocavit. Preterito anno, hoc est anno 1280.[53], tempore Ladizlai regis Ungarie, filii regis Stephani, Tartari in tanta multitudine intraverunt Ungariam, quod dicebantur cum exercitu suo undecim miliaria occupare. Qui tandem non humano auxilio, set divino iudicio perierunt. Supervenit enim grando, nix et pluvia in tanta quantitate, quod se de loco movere non poterant; et sic a christianis in circuitu positis sunt occisi, et iusti tulerunt spolia impiorum.

1288. 1288. Dux Brabancie[54] devicit cum auxilio civium Coloniensium archiepiscopum Co-
55 loniensem[55] et comitem de Gelerr[56], ipsosque captivavit; et in eodem conflictu multi
1289. Iul. 16. strennui milites sunt amissi. Eodem anno[57] dominus Rudolfus Romanorum rex comitis Burgundie, rebellantis sibi, terram ingreditur cum exercitu. Et licet idem comes multorum de Picardia Francia et Flandria iuvaretur auxiliis, tamen cum predicto rege ad bellum con-
Sept. 1. gredi non audebat, set per ducem Burgundie ad graciam et concordiam rediit cum eodem. Item eodem anno mota est discordia inter omnes archiepiscopos episcopos prelatos et totum clerum regni Francie ex una parte, et fratres Predicatores et Minores ex altera,
1282. Ian. 10. super privilegio dato eis a domino papa Martino, cuius tenor talis est: *Martinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis ministro generali et provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Ad fructus uberes, quos in agro dominico predicando pariter et exemplo, confessiones audiendo, et per alia virtutum exercicia satis ordo vester et humiles ipsius ordinis professores produxerunt hactenus et in futurum sperantur Deo auspice producturi, attente consideracionis aciem convertentes, ut fratres eiusdem ordinis predicationis et audiendi confessiones officia eo liberius et efficacius exequi valeant, quo cercius de ipsa*[a] *circa*[b] *eadem de auctoritate apostolica constabit, tibi fili ministro generali per te, vobis vero provincialibus ministris, cum diffinitoribus in provincialibus vestris capitulis congregatis,*

a) *an* deinceps? b) certa *cod.*

53) immo 1285. V. Cont. Vindobon. 1285. Ann. S. Rudberti Salisb. 1285. SS. IX, 713. 809. 54) Iohannes. 55) Sigifridum. 56) Reinaldum. 57) immo anno 1289.

*committendi auctoritate apostolica fratribus eiusdem ordinis, sacra pagina eruditis, examinatis* 1282. *et approbatis a vobis, predicationis officium, audiendi vero confessiones, absolvendi penitentes,* Ian. 10. *iniungendi eis penitencias salutares, etiam fratribus alias ydoneis concedendi, eisdem quoque sepefati ordinis fratribus, quibus dicta officia per vos taliter concessa seu commissa fuerint, quod eadem libere valeant exercere, plenam damus et concedimus auctoritate apostolica facultatem; districtius inhibentes, ne quis fratres ipsius ordinis, quibus dicta officia taliter concedenda duxeritis, ut premittitur, sive etiam committenda, in exercicio sive execucione officiorum ipsorum audeat quomodolibet impedire. Volumus autem, quod hii, qui fratribus confitebuntur eisdem, suis parrochialibus presbiteris confiteri saltem semel in anno, prout generale concilium statuit, teneantur, quodque iidem fratres eosdem ad hoc diligenter et efficaciter secun'um datam eis a Domino gratiam exhortentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et inhibicionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud Urbem*[a] *-veterem 4. Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno primo.* Dicebant enim ipsi Predicatores et Minores, quod confessi ipsis non tenerentur, suis parrochialibus plebanis eadem peccata numero iterum confiteri. Cuius contrarium archiepiscopi et episcopi asserebant per idem privilegium et per decretalem extra[58] de penitenciis et remissionibus: *Omnis utriusque*[59], cuius in eodem privilegio mencio 59 facta fuit. Que questio per doctores seu magistros theologie et iuris canonici fuit multipliciter Parysius disputata; et validissimis ostensum fuit rationibus, precipue tamen per magistrum Heinricum de Gandavo, quod eadem peccata numero, que aliquis confessus fuerit Predicatori vel Minori, teneretur confiteri saltem semel in anno suo proprio sacerdoti. Quod tamen cum ipsi fratres multis rationibus destruere niterentur, consilium datum fuit per magistros Parisienses secularibus, quod suis propriis confiteantur sacerdotibus, quia de hiis nullum est dubium, quin iurisdictionem absolvendi habeant, et semel eis peccata confessa non sit necesse iterum confiteri. Super hac autem controversia dissolvenda ex parte episcoporum et cleri regni Francie missi fuerunt ad Romanam curiam duo episcopi de Francia, quibus in subsidium cause omnes archiepiscopi, episcopi, prelati et totus clerus centesimam partem omnium suorum ecclesiasticorum redditum ministrarunt. Dominus tamen Nycolaus papa quartus de ordine Minorum fratrum extitit, et eandem causam pro neutra parte adhuc hodie determinaverat, sed ipsam permisit in dubio dependere. Eodem 1287. tempore Iudei in Pacherac diocesis Herbipolensis quendam bonum et devotum hominem christianum, Wernherum nomine, occulte occiderunt[60], ab eo sanguinem, quo mederi di- 60 cuntur, tamquam in torculari multa violencia expresserunt; qui tandem in eodem loco multis miraculis dicitur claruisse. Preterito anno Iudei in Monaco, civitate Frisingensis dyocesis, puerum quendam christianum pro simili causa occiderant; propter quod populus eiusdem civitatis, non expectato iudicio vel sententia, omnes Iudeos illius civitatis, in domum unam confugentes, ignibus suppositis concremavit.

1289. Dominus Rudolfus rex Romanorum iterato contra comitem Burgundie triumphavit.

1290, 2. Nonas Februarii[b] dominus Heinricus dux Bawarie bono fine et multa contri- 1290. cione moritur apud Purchausen, et pro omnibus, in quibus se timuit ecclesiastias personas Febr. 4. seu ecclesias seu quoscumque alios indebite offendisse, constituit in presencia et cum consensu filiorum suorum dominum Heinricum Ratisponensem episcopum et fratrem Wernherum, lectorem fratrum Minorum Ratisponensium, indempnitati lesorum et saluti sue anime providere. Sepultus est autem in Lantshut. Ordinavit autem, quod duo filii sui, videlicet dominus Ludwicus et dominus Stephanus, per quatuor annos continuos permitterent terram Bawarie subesse dominio et ordinationi domini Ottonis senioris fratris eorum, nec ad aliquam divisionem vel particionem terre illis quatuor annis durantibus deberent procedere. Et hoc confirmatum extitit ipsorum fratrum ac nobilium patrie iuramentis. Eodem anno 3. Nonas Augusti[c] mortuus est dominus Rudolfus Salzpurgensis Aug. 3. archiepiscopus, et dominus Stephanus, filius domini Heinrici ducis Bawarie, est in archiepiscopum concorditer postulatus. Set dominus papa hanc postulacionem propter defectum

a) Urbem *deest cod.* b) 2. Non. Febr. *add. manus alia.* c) 3. Non. Aug. *add. manus alia.*

58) i. e. extravagantem. 59) V. Decretal. Gregorii IX. lib. V. tit. 39. cap. 12. 60) Cf. Cont. Claustroneob. VI, 1287. SS. IX, 746. Annal. Colmar. maior. 1287. supra p. 214.

1287. etatis ipsius, qui iam 21 annos habuit, non admisit. Deputavit autem in archiepiscopum
eiusdem ecclesie dominum Chunradum Lavendinum episcopum, qui una cum aliis nuncius
in predicta postulacione fuerat, ipsumque confirmavit, pallium ei, per quod notatur plenitudo pontificalis officii, assignando.

1290. Anno Domini 1291. dominus Latizlaus rex Ungarie sine heredibus moritur, et comites
seu barones eiusdem regni as......

---

# CONTINUATIO RATISBONENSIS.

1287. Anno Domini 1287. Rudolfus rex aput Herbipolim sollempnem curiam habuit cum
Mart. 16. principibus Alemanie, et eodem tempore Iohannes Tusculanus episcopus, apostolice sedis
legatus, ibidem celebravit concilium. Et quia multa onera et graves expensas volebat clero
imponere, a quibusdam episcopis adversus eum extitit ad sedem apostolicam appellatum;
et propter hoc sua intencio et concilium desideratum ab eo eventum non habuit, et ipse
61 subito ad propria est reversus. Intellexerat enim prius aliis de morte domini pape Honorii[61],
1288. qui prius dicebatur Iacobus de Sabello; cui successit frater Ieronimus de ordine Minorum
Febr. 22. fratrum, et vocatus est Nicolaus. De quo non intellexi, quod fratribus quondam sui ordinis
aliquas fecerit gratias speciales; et tempore suo noluit discutere questiones, quas fratres
Predicatores et Minores contra episcopos habuerunt, ut per ipsum neutra parcium gravaretur.
1292. Apr. 4. retur. Quo mortuo vacavit sedes apostolica propter discordiam cardinalium plus quam
1294. tribus annis[62]; et tandem idem cardinales ut creditur nutu divino concordaverunt in quen-
Iul. 5. dam virum rectum et religiosum, qui in cella sua per 40 annos et amplius sub regula beati
Benedicti strennue vixerat, qui electus Celestinus est vocatus. Et cum educeretur a cella,
nullum equum tunc eciam et postea ascendere voluit, set tantum asellum, exemplo Domini
venientis Ierosolimam, equitavit. In via eciam transeundo Dominus per eum miracula
multa fecit. Qui licet mire sanctitatis existeret, tamen adeo simplex erat, quod petentibus
concedenda et non concedenda concessit. Et cum consideraret, quod consuetum silencium
et abstinenciam, que in claustro servaverat, propter intollerabilem rerum curam tenere
non potuit in papatu, renunciare eidem presulatui cogitavit. Et cum sapientum esset opinio,
quod papa non posset cedere, talem constitucionem edidit, quod pape possint cedere tam
presens quam futuri, dicens, quod plenitudine potestatis eandem constitucionem facere
Dec. 13. Dec. 24. bene posset. Qua facta, statim cessit. Et electus est post ipsum Benedictus cardinalis, qui
vocatus est Bonifacius. Qui statim post creationem suam omnes gratias et concessiones,
quas predecessor suus fecerat, revocavit. Et omnis populus propter evidentem sanctitatem
predictum Celestinum libenter habuisset pro papa, set dominus Bonifacius ipsum reclusit,
1296. ne scisma fieret, si a populo raperetur. Post duos autem annos idem Celestinus mortuus
Mai. 19. est; et dicitur, quod Dominus per eum multa miracula operetur.

1291. Anno Domini 1291. 18. Kal. Augusti mortuus est Rudolfus Romanorum rex, et sepul-
Iul. 15. tus est in Spirea. Regnavitque annis 17 in Alemannia, et Ytaliam non intravit. Post quem
1292. infra tempus 6[63] mensium electus est Adolfus comes de Nassowe in Romanorum regem,
Mai. 5. 1294. miles multum strenuus, qui anno 1294. terras Turingie et Michsensem rebellantes sibi,
intravit, et duobus annis manens ibidem, expugnavit easdem, et nepotes olim Friderici
imperatoris persecutoris ecclesie, qui easdem terras occupaverant, eiecit penitus ab eis-
1296. dem. Postquam enim civitatem in Freiberch obtinuisset, castrum quod in eadem civitate
extitit subfodi latenter precepit, et congregatis ibidem maioribus adversariis regis et for-
cioribus, muri eiusdem corruerunt. Et idem rex cum suis eandem ruinam presciens, subito
impetu omnes qui in castro fuerant captivavit. Inter quos 60 viros, qui magis nocentes
fuerant, proscriptos ante sicut hostes imperii, in continenti decapitari precepit, aliis ad
peticionem suorum nobilium pro tempore reservatis. Quod factum adeo incolas terre
terruit, quod plures eorum desertis castris fugierunt, et ipse marchio Michsensis, cui adhuc
civitas et castrum Michsense cum paucis castellis remanserat, se domini regis gratie sub-
didit, ut rex illis parceret, quos de servitoribus suis in suis vinculis detinebat. Quod et
factum est, et sic pax eidem terre rediit. Ipse enim marchio, preter alia mala quibus

61) qui obiit 1287. Apr. 3. 62) immo annos 2, menses 3. 63) immo decem.

terram turbaverat, episcopum et canonicos Michsenses a suis habitaculis et rebus eiecerat, 1296.
et horreum feni pro equis suis fecerat de ecclesia kathedrali.

1290. Cum Albertus dux Austrie cum Chunrado Salzburgensi archiepiscopo discordaret, et ex utraque parte sibi dampna gravia intulissent, idem archiepiscopus confederavit
sibi Ottonem ducem Bawarie, et una cum predicto duce Karinthiam est ingressus, fiducia- 1292.
tus ab incolis, quod posset terram Styrie obtinere. Set tandem eos redire infecto negocio
densitas nivium compellebat. Sequenti vero tempore predictus archiepiscopus cepit filium[64] Mart.
ducis[65] Karinthie[a], cuius liberacio magna occasio fuit, quod pax inter ipsos extitit refor- Iul.
mata. Super qua reformacione Heinricus Ratisponensis episcopus una cum Ludwico duce 1293.
Bawarie sollicite laboravit. Qua concordia durante vix ad tres annos vel paulo plus, dux Mai.
Austrie obsedit opidum Rastat[66] ad duos menses vel modicum amplius. A qua obsidione 1296.
tandem propter inopiam victualium, que per angusta moncium adduci sufficienter non
poterant, dicitur recessisse, quia et dux Otto cum exercitu usque in Saltzburgam proces- Iul.
serat contra ipsum.

Anno Domini 1294. orta est discordia inter regem Francie ex una parte et Eduardum
regem Anglie ex altera. Et Adolfus Romanorum rex, plus favens regi Anglie, repetivit a
rege Francie regnum Arelatense et quasdam alias terras et provincias, quas dicebat esse
imperii, insuper et spineam coronam Domini, quas nisi redderet, eas quod in manu forti
vellet requirere, demandavit. Et ob hoc multi nobiles, sicut comites Flandrie[67] et de Bar
et alii, se eidem regi Francie opposuerunt, qui ei antea consueverant adherere. Propter
quod predictus rex Francie anno Domini 1297. eduxit super eosdem comites adeo magnum 1297.
exercitum, quod in eo dicebantur plus quam 30 milia Iudeorum esse, quos etiam primi belli
auspiciis exponere cogitabant.

Anno Domini etc. mortuus est Ludwicus comes palatinus Reni dux Bawarie in par- 1294.
tibus Reni apud Haidelberch Kal.[b] . . . . . . . in ea camera, ut dicitur, ubi natus fuit. Et Febr. 1.
reliquit duos filios; quorum primogenitus, videlicet dominus Rudolfus, duxit in uxorem
filiam Adolfi Romanorum regis nomine[68] . . . . . . 68

Anno Domini 1284. cives Ratisponenses ceperunt edificare antemuralia civitatis sue, 1294.
opus decorum et forte munimentum. Et a clero civitatis eiusdem pro eodem opere con-
tribucionem cum multa instancia exigebant. Set Adolfus rex Romanorum eodem tempore,
videlicet infra pascha et pentecosten, veniens Ratisponam, et proponente sibi Heinrico 1295.
Ratisponensi episcopo hanc exaccionem cognoscens, eosdem cives per se ipsum et consi- April.
liarios suos exhortatus est et monuit, ut nichil a clero ratione huius operis exigerent, set
eum consueta et concessa a Deo et Romanis principibus gaudere permitterent libertate.
Renovaverat siquidem eidem clero ad petitionem eiusdem Heinrici Ratisponensis episcopi
nuper ante apud Franchenfurt[69] quoddam privilegium olim Friderici Romanorum impera-
toris, quod incipit: *Ad decus et decorem*[70] et fere de verbo ad verbum in libro usus feo- 70
dorum est expressum, quod multam et maximam libertatem cleri continet, penasque
infligit gravissimas hiis, qui contrarium eidem privilegio ausi fuerint attemptare. Quod
privilegium in presencia sua per Heinricum Brixiensem episcopum eisdem civibus legi
fecit. Unde ipsi cives ab eadem exaccione cessaverunt, et permiserunt usque adhuc
clerum gaudere debita libertate.

Anno Domini 1296, 7. Kalend. Augusti Heinricus Ratisponensis episcopus dictus de 1296.
Rotenekke moritur. Postquam enim in die beati Iacobi apostoli, quem speciali consuevit Iul. 26. Iul. 25.
venerari honore, cum multa devocione missarum sollempnia personaliter celebrasset et cum
clero et populo se in mensa refecisset, hora vesperarum incepit subito viribus corporis de-
stitui; et sic in die altera expiravit. Qui mire providencie et sagacitatis extitit, in tantum
eciam, quod anniversarium suum vivus et sanus plus quam ad quatuordecim annos ante
mortem suam instituit, et eiusdem celebracioni cum candelarum accensione et pulsacione,
que consuevit fieri in funere episcopi, vigiliis et missis annis singulis interfuit. Sepulchrum
similiter sibi longe ante ad 12 annos fabricavit et previdit iuxta altare beate Virginis in
maiori, veteri tamen[c], ecclesia Ratisponensi. Trucam[71] eciam, in qua sepeliri debuit, cum

a) *sic corr. in cod.* Bawarie. b) *sequitur lacuna.* c) tamen *deletum in cod.*

64) Ottonem. 65) Meinhardi. 66) Radstadt ad Enns fluv. 67) Guido. 68) Mechtildem. 69) die 21. Mart. 1295, cf. Ried Cod. dipl. Rat. I, 669. 70) d. m. Dec. 1221. Ried I, 331. 71) arcam, Germ. *truhe*.

1296. vestibus funeralibus ibidem inpositis in memoriam continuam mortis sue per eosdem annos habuit locatam a latere lecti sui. Item in spiritualibus mirabiliter providus extitit, non solum vetera statuta servando, immo et multa nova salubriter condendo. Musicam primus in choro Ratisponensi cantari ordinavit, libros eiusdem artis secundum cantus et chori consuetudinem providendo. Ecclesiam Ratisponensem eciam multis preciosis dechoravit ornamentis, crucibus, calicibus aureis et argenteis, gemmis preciosis insertis, cappis, casulis, dalmaticis, vexillis, cortinis, libris et aliis, quibus fuit ante sua tempora quodammodo omnimodis destituta. Item primus Latinum vinum canonicis ad prebendam quibusdam certis temporibus dari instituit, prebendam eciam eorum in multis auxit; monasteria monachorum et monialium sepe cum multa providencia visitavit, et invenire non possum, quid ei in temporalibus et spiritalibus defuerit. Qui tempore suo adeo discordancium factus est reconciliacio, quod non solum Bawaria, immo et vicine terre per suam industriam et laborem pacis pulchritudine floruerunt. Rexit autem Ratisponensem ecclesiam 19 annis.

Aug. 1. Eodem anno in die beati Petri ad vincula electus est in Ratisponensem episcopum dominus Chunradus de Luppurch, vir ingenuus, tunc Ratisponensis prepositus, in mansuetudine ac pietate Moysi coequalis.

Anno Domini 1297. Adolfus rex Romanorum, preparans se cum milicia ad invaden-
72 dum regem Francie, impeditur, quia Maguntinus archiepiscopus[72], rex Bohemie[73], Albertus dux Austrie, duo marchiones de Brandenburch[74] et dux Saxonie[75], congregati in die pente-
Iun. 2. chostes, quo idem rex Boemie per dominum Moguntinum coronabatur Prage, condixerunt diem, in quo aput Egram convenire deberent, ut contra predictum Romanorum regem conspiracionis sue intentum perficerent. Set per potenciam ipsius regis impediti, in loco condicto non poterant convenire; set apud quoddam oppidum Boemie nomine Chadam[76] convenerunt predicti sine archiepiscopo Moguntino, qui, per maliciam regis obsessus in quodam castro, est a suo itinere retardatus. Et ob hoc eorundem principum, qui se dicebant alium regem velle eligere, machinacio in ridiculum est conversa. Eodem anno rex Francie, congregatis quasi omnibus viribus suis et exercitu magno valde, in quo dicebantur esse preter alios bellatores multa milia faleratorum equorum, intravit comitatum Flandrie; et in odium regis Anglie, cuius filiam comes Flandrie habuit in uxorem, obsedit civitates
78 eiusdem terre videlicet Pruks[a. 77], Eiper[78] et Gandavum. Eodem ann. mortuus est Reimboto Eystetensis episcopus; cui successit dominus Chunradus dictus de Peffenhausen, Ratisponensis ecclesie canonicus et archydiaconus, vir multe industrie et sagacitatis. Eodem anno civitas Ratisponensis per dominos Ottonem et Stephanum duces Bawarie inpugnatur, et prohibentur per eosdem ad eam deduci victualia. Unde et cives forum in Abach[79] exusserunt. Tandem per diligenciam domini Chunradi Ratisponensis episcopi cum ipsis dominis ducibus ad graciam et concordiam redierunt.

c. Mart. 16. Anno Domini 1298. circa medium quadragesime dominus Albertus dux Austrie, filius quondam domini Rudolfi Romanorum regis, cum favore domini Ottonis ducis transivit Bawariam cum exercitu, habens secum quosdam Australes, paucos tamen, Ungaros eciam, Bohemos. Et ad partes Reni veniens, per auxilium Moguntini archiepiscopi et Argentinen-
81 sis[80] et Constantiensis[81] episcoporum et quorundam nobilium ibidem maiorem fortitudinem collegit, et contra Adolfum Romanorum regem ad bella se exposuit. Qui rex illustrium principum dominorum Ottonis predicti et Rudolfi comitis palatini ducum Bawarie et quarundam civitatum imperii, ut puta Spirea Wrmacia, auxiliis iuvabatur; eidem duci Austrie, qui iam sibi nomen regis assumpserat, post multos circuitus hinc inde habitos, in loco qui dicitur Hasenpühel[b] cum preproperа festinacione, que in rebus bellicis et magnis exerciti-
Iul. 2. bus non expedit, occurrit in die Processi et Martiniani. Et predictis dominis ducibus Bawarie dimicantibus in prima acie, per novum bellandi genus, scilicet gladios preacutos, omnes eorum dextrarii sunt occisi; adeo ut et ipsi principes Bawarie una cum multis suis nobilibus, equis privati, sed adhuc animi virtute non fracti, super interfectorum hominum et equorum stantes cadavera, longo tempore cum hostibus dimicarent. Propter occisorum enim equorum aggerem hostes equites eos accedere non valebant, quia et ipsi vice versa

a) P. B. et G. *addidit manus alia.* b) Hasenpühel *in lacuna posuit manus alia.*

72) Gerhardus II. 73) Wenceslaus II. 74) Hermannus et Otto IV. 75) Albertus II. 76) Kaden. 77) Brügge. 78) Ypern. 79) Abbach ad Danubium fluv., inter Ratisbonam et Kelheim. 80) Conradi III. 81) Heinrici II.

per similem stragem equos perdiderant. Prima igitur sic dimicante acie, ipse rex, volens 1298. cum sua turba eis succurrere, et precedendo suam aciem, in qua re erat peritissimus, Iul. 2. ordinare, equo suo cadente ex infortunio ante ingressum ad bellum, cecidit, et ab eodem equo gravissime est concussus, adeo ut, cum a suis restitueretur in equo, minime sui compos esset. Et sic amens ad bellum veniens, quia et galeam pre debilitate retente ferre non potuit, hostibus se[a] exposuit minus caute, subito est occisus, predictis adhuc dominis ducibus Bawarie locum suum tenentibus, ut est dictum. Set rege mortuo, ipsi duces se apud Haidelberch recepernnt. Dominus tamen Otto dux erat tribus gravibus vulneribus sauciatus in tantum, quod mortis periculum vix evasit. Qui eciam dominus Otto dux, cum predictum regem sequeretur ad partes Reni, et castra metatus esset[b] [82] . . . . . . . . ., comes Albertus de Haigerloch, avunculus domini Alberti ducis Austrie, ipsum dominum Ottonem ducem inprovise invasit cum longe maiori equitum et peditum copia, quam idem dux ha- Apr. 17. buerit illa hora; de quo tamen idem dux, ipso comite et fere 400 de suis occisis, triumphavit. Dicitur eciam, quod in ipso conflictu regis et ducis pauci homines, set mille Iul. 2. quadringenti dextrarii sunt occisi. Postmodum vero rege sepulto aput monasterium Rosen[83], eiusque filio[84] capto, electores imperii prefatum Albertum ducem Austrie in regem Romanorum aput Franchenfurt unanimiter elegerunt. Eodem anno civitas Pata- Iul. 27. viensis se domino suo Pataviensi episcopo Wernhardo opposuit. Et tam episcopus quam canonici civitatem exeuntes, eam per excommunicacionem in certas personas et interdictum in locum spiritaliter, et eciam per machinas a monte sancti Georii et aliis modis, licet non multum fortiter, eosdem cives civiliter inpugnarunt. Volebant enim predicti cives habere magistrum civium, consules et rectores civitatis a se electos, et sigillum speciale; et campanas iam erexerant ad eorum consilium convocandum. Et sic intendebant more regalium civitatum, utpote Ratispone, non regi mandatis episcopi, sicut ante consueverant, set propriis rectoribus et magistro. Et super predicta discordia tam ipse episcopus quam cives Albertum regem in curia, quam celebravit apud Nůrnberch, accesserunt, suas querimonias proponentes. Predictus vero rex non per formam iudicii set per arbitrium eosdem Nov. 30. cives cum episcopo concordavit, ita videlicet, quod sigillum et campanas domino episcopo tradiderunt, quarum una eciam hodie in ecclesia sancti Stephani Patavie habetur. Promiserunt eciam predicti cives, memorato episcopo et suis successoribus de cetero fideliter obedire nec similia atemptare. Et insuper coacti sunt dare duo milia librarum Pataviensium pro emenda[85]. Eodem eciam anno exorta est fama quedam de Iudeis, quod corpus dominicum in mortario contuderint, et sanguis in multa quantitate emanaverit, qui postea a Iudeis non poterat occultari. Et ob hoc omnes Iudei in Herbipoli, Nůrnberch, Rotenburch et eciam per totam Franconiam per insultum populi et quosdam, qui se in magna multitudine collegerant, et quendam qui Rintflaisch dicebatur, quem pro principe elegerant, volencium vindicare tam recentem iniuriam Salvatoris, incendio sunt cremati. Et adeo valida fuit eorum persecucio, quod eciam castrum regale in Nůrnberch, castrum[c] . . . . . . . . . . . . prope Novum-Forum[86], ut de aliis opidis Franconie taceam, in quibus se Iudei cum armis defensionis, coniunctis christianis non paucis, receperant, sint in brevi diei spacio expugnata; et tam ipsa castra quam Iudei et christiani ibidem incendio perierunt. Et quod durum est dictu, licet durius sit facto, Iudei seniores, timentes ne pueri et femine baptisma, ut ignem evaderent, peterent, eos propriis manibus ante se ignibus subiecerunt, et ipsimet postmodum insilierunt in ignem. Arma eciam et pecuniam, ne christianis cederent, prius quam se ipsos, flammarum voragini tradiderunt. Et aput Babbenberch et eciam Emberch[87] contigit illud idem. Cives tamen Ratisponenses, suam volentes honorare civitatem, ipsos Iudeos absque iudicio occidi et destrui vetuerunt, dicentes, quod voluntati Dei in Iudeorum interfectione nollent resistere, set expectare, donec de hoc, quod hec vindicta esset a Domino, eis fieret maior fides. Et sic Iudei Ratisponenses, licet cum multa difficultate, usque hodie incendium evaserunt.

1298.[d] Albertus rex Romanorum celebravit curiam sollempnem cum principibus Alamanie apud Nurnberch. Cui interfuerunt Coloniensis, Treverensis, Moguntinus et Salzpurgensis archiepiscopi, et Ratisponensis, Pataviensis, Frisingensis et alii episcopi

a) *se deest cod.* b) *sequitur lacuna.* c) *sequitur lacuna.* d) *hinc alia manus.*

82) prope Oberndorf. 83) Rosenthal. 84) Ruperto. 85) mulcta. 86) Neumarkt inter Ratisbonam et Nürnberg. 87) Amberg.

1298. multi; item rex Boemie, dux Bawarie, Rudolfus comes palatinus Reni, duces Karinthie et
[88] alii nobiles multi. Et in eadem curia edixit leges, que inferius continentur[88], et filium suum
1301. primogenitum[89] pro duce Austrie deputavit. Cui eciam postmodum, videlicet anno 1301, filiam Philippi[90] regis Francie, nomine Plancha[a], natam ex filia[91] ducis Brabancie[92], uxorem copulavit; et ad terram Austrie est deducta. Circa idem tempus Bonifacius papa fecit,
1298. et ad generalia studia sub bulla transmisit Sextum librum decretalium. In quo multa, que antea erant in scolis et in iudiciis ambigua, declaravit; et duos cardinales[93] deposuit, ut
1300. patet clarius in eodem[94]. Item controversias et materias questionum inter episcopos, prelatos et clerum ex una parte, et fratres Predicatores et Minores ex altera, que iam per plures annos suscitate duraverant, et de quibus superius in hoc libello[95] fit mencio, decidit, ut patet in littera[96] subsequenti: *Bonifacius* etc. *Super kathedram* etc.[b] Eodem anno Sarracenorum rex nomine[c] . . . . ., habito conflictu cum soldano Babilonie, consilio et auxilio quorundam christianorum eum devicit; et ob hoc se baptizari fecit et terram sanctam promisit tradere cultui christiano. Quam cum quidam fratres de domo Teotonica cum magistro eorum intrassent etc.

1301. orta est discordia inter Albertum Romanorum regem ex una parte, et Coloniensem, Treverensem et Maguntinensem archiepiscopos et Rudolfum comitem palatinum Reni ex altera. Chunradus de Luppurch sine liberis moritur, et castrum Luppurch[97] cum pertinentiis suis ad dominum Chunradum Ratisponensem episcopum, fratrem predicti Chunradi, tamquam ad verum heredem devolvitur, et ab eo Ratisponensi ecclesie perpetuo donatur. Quod eciam castrum multis sumptibus et laboribus est obtentum.

Iun. 27. 1300. 5. Kal. Iulii Otto et Stephanus duces Bawarie fere cum 200 nobilibus terre sue
1297. aput Lantshut gladiis militaribus accinguntur; et memoratus Stephanus dux priori anno duxerat in uxorem dominam . . . . . . . . . .[98] filiam Polconis ducis Polonie.

1298. 1297. Navale bellum habitum est[99] inter Venetos ex una parte et Ianuenses ex altera, et victis Venetis, circa 30 milia perierunt armis et mari, et captivi a Ianuensibus sunt abducti.

1301. Ian. 14. 1300. Mortuus est rex Andreas Ungarorum sine heredibus, et Bonifacius papa deputavit pro rege ibidem[1] . . . . . nepotem Karoli[2] quondam regis Sicilie, natum ex filia[3] Rudolfi quondam Romanorum regis, qui eciam anno sequenti[4] est in Strigonia[5] coronatus, licet rex Bohemie pro[6] . . . . . . . filio suo idem regnum et eciam multi alii aspirarent.

---

# ITER ALTMANNI ABBATIS ALTAHENSIS.

1367. Sept. 18. Anno Domini 1367. dominus Altmannus abbas in crastino sancti Lamperti episcopi arripuit iter in uno curru ad dominum ducem Albertum[7] propter diversa mala, quibus ecclesia Altahensis tunc fuit perplexa, assumens pro cappellano fratrem Chunradum Püchpergär, monachum et professum eiusdem monasterii, et tandem prenominatum ducem invenit in provincia dicta[d] Hönegäw[8] in civitate Chemnaten[9].

19. 20. Prima die ivit usque in Pärbing[10]; secunda die usque in Cholmuntz[11]; tercia die usque
21. 22. ad Novum-forum[12]; quarta die usque ze Langenzenden[13]; quinta die, videlicet in die sancti Mauricii, usque in Binshuem[14], et ibi oportebat eum manere usque in terciam diem post prandium propter predones comitis[15] de Wirtenwerch[e], qui recesserunt ab obsidione

a) Plancha *in lacuna posuit manus alia.* b) Require in sequenti folio *addidit manus alia; legitur autem f.* 188'—189' *Bonifacii bulla haud integra:* Bonifacius . . . . . Super cathedram preminencie pastoralis — racio in extremi iudicis. c) *sequitur lacuna in cod.* d) dictam 1. 2. e) Wirtenwerkch 2.

88) neque vero leguntur in codice. 89) Rudolfum III. ducem Austriae. 90) tertii. 91) Maria. 92) Heinrici III. 93) Iacobum et Petrum de Columna. 94) V. Sexti decretal. L. V. tit. 3. cap. un. 95) Cf. supra 1287. p. 416 et Cont. Altah. 1288. p. 415. 96) dat. 1300. Febr. 18; Bullarium Franciscanum IV, 498. 97) Lupburg inter Ratisbonam et Neumarkt. 98) Ieutam. 99) 1298. Sept. 8. V. Danduli chron. cont. ap. Muratori R. It. Scr. XII, 408. 1) Karolum Robertum. 2) secundi. 3) Clementia, uxore Karoli Martelli regis Siciliae. 4) anno 1301. V. ep. Bonifacii VIII. d. d. 17. Oct. 1301. ap. Fejér Cod. dipl. Hung. VI, 2, 313. 5) Gran. 6) Wenceslao. 7) I. 8) Hennegau. 9) Cambrai. 10) Barbing, a Ratisbona ad orientem. 11) Kalmünz, a Ratisbona ad septentriones. 12) Neumarkt inter Ratisbonam et Nürnbergam. 13) Langenzenn, a Nürnberga ad occidentem. 14) Windsheim inter Nürnbergam et Herbipolim. 15) Eberhardi.

cuiusdam castri[16], quod fuit comitis de Ewerstain, qui omnes sibi occurrentes absque ulla 1367.
misericordia spoliaverunt. Sexta die ivit usque in Pischolfsheim[17]; septima die usque in Sept. 24.25.
Mümling[18]; octava die usque in Geinshaim[19]; nona die usque ad passagium[a] in Maincz, 26.27.
et ibi dedit naute pro traductione quinque personarum et quatuor equorum et uno curru
40 Halenses, et statim convenit unam navem in Maguncia usque Coloniam pro octavo[b]
dimidio aureo, et nauta expedivit omnes mutas seu theloneos[c] preter in Popart, ubi dominus
abbas dedit pro muta seu theloneo 3 solidos Halensium brevium solidorum. Et ea die ivit
usque in Pacharad[20]; decima die usque in Lücelwinter, undecima die usque in Perchen[21]; Sept. 28. 29.30.
duodecima[d] die usque Aquisgranis; tercia decima die usque in Pilsen[22]; quarta decima die Oct. 1 2.
usque in Genif[23]; quinta decima die usque in Holl[24]; sexta decima die usque in Perg[25]; 3.4.
septima decima die usque in Chemnaten. 5.

*Redditus seu diete prenominati abbatis in Wabariam.*

In die sancti Maximiliani episcopi arripuit iter a Chemnaten et ea die ivit usque in Oct. 12.
Perg; secunda die usque in Prüchsen[26]; tercia die usque in Mülnwech[e]; quarta die usque 13.14.15.
in Pilsen; quinta die usque Aquisgranis; sexta die usque Perchen; septima die usque Co- 16.17.18.
loniam et ea die a Colonia usque Weiss[27] ad passagium, et ibi transivit Renum et ivit in
Seyberkch[28]; octava die in Hachenwerkch[f, 29]; nona die in Chirchpurkch[g, 30]; decima[h] die 19.20.21.
usque in Genshaim[31] et nuncio, qui ostendit sibi viam a Colonia usque in[i] Maguncian,
dedit unum aureum et prebendam; undecima die ivit usque in Amstat[32]; duadecima die 22.23.
usque in Werthaim; tercia decima die usque in Herwipolim; quarta decima die usque in 24.25.
Piwern[33]; quinta decima die usque in Nürenberkch; sexta decima die usque in Posspa- 26.27.
wern[k, 34]; septima decima die usque in Rakkendorf[35]; octava decima die usque in Ylcho- 28.29.
fen[36]; nona decima die usque in Altach. 30.

---

# NOTAE ALTAHENSES.

765. 15. Kal. Febr. Uotilo dux, fundator huius loci obiit. Iste Uotilo dux Bawarie fundavit septem monasteria, in quorum uno, dicto Genginpach, Argentinensis dyocesis, est sepultus.

1080. Feria quarta pentecostes 173 homines de familia Sancti Mauricii miserabiliter Iun. 3.
naufragio perierunt.

. . . . . . .[l] terre motus factus est 6. Kal. Februarii.

1124. Obiit Leupoldus abbas[37], cui successit Adalfridus, cuius tempore translatus est 37
sanctus Godehardus anno 1131.

1133. Factae sunt tenebrae 4. Non. Augusti.

1134. Obiit Adalfridus abbas[38].

1164. Chunradus episcopus Pataviensis dedit ecclesiam sancti Michahelis in Wachaw monasterio sancti Floriani[39].

1179. Hoc anno Dietmarus[m] factus est abbas.

1180. Hoc anno combustus est locus iste[m]

1185. Hoc anno dedicatus est locus iste.

1190. 8. Kal. Iulii[40] Fridericus imperator, Hierusalem peregrinus, obiit in aqua.

a) passigium 1. b) actavo 2. c) thelaneos d) duadecima 2. e) Mülnwekch 2. f) Hackenwerch 2. g) Chirchpurch 2. h) decimo 2. i) in *deest* 2. k) Pozzpawern 2. l) *anni numerus erasus est.* m) rus *et* ste *supplevi.*

16) Neu-Eberstein. V. Stälin Wirt. Gesch. III, 302. 17) Bischofsheim ad Tauber fluv. 18) Mümlingen, ab Aschaffenburg ad meridiem. 19) Geinsheim ad Rhenum fluv., a Darmstadt ad occid. 20) Bacharach. 21) Bergheim, a Colonia ad occidentem. 22) Bilsen, a Mastricht ad occidentem. 23) Genappe, a Leodio ad occid. 24) Hal, a Bruxellis ad merid. 25) Mons. 26) Brüssel. 27) ad Rhenum, a Colonia ad meridiem. 28) Siegburg. 29) Hachenburg in ducat. Nassov. 30) Kirberg in ducat. Nassov. 31) Geinsheim, v. supra not. 19. 32) Umstadt, a Darmstadt ad orientem. 33) Markt-Bibert. 34) Postbaur inter Nürnberg et Neumarkt. 35) Rackendorf prope Parsberg, a Ratisbona ad occidentem. 36) Illkofen, a Ratisbona ad orientem. 37) die 26. Febr. Necrol. Altah. 38) d. 11. Iulii. Necrol. Altah.: 5. *Id. Iulii Adilfridus abbas huius loci, Hierusalem peregrinus* (Necr. s. Emm. Rat. ms.: 5. *Non. Iul. Adalfridus abbas Altahensis.*). 39) Cf. Conradi tabulam, Monumenta Boic. XXVIII, 2, 239. 40) immo 4. Id. Iunias.

1202. Hoc anno Poppo factus est abbas.

1229. 2. Id. Iunii Poppo abbas huius loci obiit.

1234. 11. Kal. Octobr. a venerabili Eistetensis ecclesie episcopo Heinrico, rogatu domni Ditmari, Deo devoti abbatis ecclesie Altahensis, et magistri Hugonis, plebani canonici Ratisponensis, dedicata est ecclesia in Ingolstat in honore domini et salvatoris Ihesu Christi et sancte Marie et sacratissime legionis sanctorum Thebeorum, videlicet Mauricii et sociorum eius, et aliorum sanctorum, quorum reliquie recondite sunt in altari. in-
41 dictione 5.[41]

1241. 2. Non. Octobr. in octava sancti Michahelis, dominica die in meridie facta est eclipsis solis et tenebre facte sunt, stellis apparentibus in celo, sole tamen ante tenebras et post clarissimo existente. Priori estate vastata est Ungaria et Polonia a barbara gente, a Tartaris videlicet et Cumanis, ecclesiis Dei destructis, pluribus episcopis, presbiteris, clericis, monachis omnium ordinum interfectis; nullique condicioni vel sexui pepercerunt.

1256. 15. Kal. Febr. Maria ducissa Bawarie gladio interempta a marito suo Ludwico duce, et eius pedissequa Hæilka de castro precipitata aput oppidum Werd[42].

1258. 18. Kal. Mai. Rudgerus episcopus Pataviensis[43] obiit[a].

1260. 6. Kal. Iulii Otto et Chunradus, fratres comites de Plaigen, Krafto de Slæunze, Rhadoldus Orphanus et alii occisi a Comanis[44].

1265. 4. Id. Apr. Otto episcopus Pataviensis obiit.

1275. 2. Kal. Aug. Hermannus, abbas huius loci, pie memorie obiit.

1277. 6. Idus Novembris Fridericus marchio de Lantsperch et Boppo filius comitis de Henneberch duxerunt filias Heinrici[b] ducis Bawarie Caterinam et Sophiam.

1278. 7. Kal. Septembr. Otakarus rex Boemie occisus in bello.

1279. 7. Idus Martii Albinus abbas huius loci obiit. Rexit ecclesiam Altahensem[c] annis 6.

1282. 7. Idus Maii obiit Volchmarus abbas huius loci.

1282. Dec. 18. 1283. 15. Kal. Ianuar. obiit Wichardus episcopus Pataviensis.

1285. 16. Kal. Maii Gotfridus[45] episcopus Pataviensis obiit.

1288. 14. Kal. April. Heinricus[46] episcopus Moguntinus obiit[a].

1289. 6. Kal. Februar. Poppo secundus abbas huius loci obiit*. 4. Idus Iulii familia Sancti Mauricii naufragio periit.

1289. Ian. 28. * *In codice D. 1. fol. 2', 2. fol. 12' leguntur haec:* Anno Domini 1289, quinto[d] Kalendas Februarii, cum bone memorie[e] dominus Poppo venerabilis quondam abbas noster, sicut placuit ei, in cuius manu mors et vita consistunt, viam universe carnis ingressus esset et corpus eius[f], quod amabile Deo credimus, traderetur ecclesiastice sepulture, nos Wernhardus, Dei gratia tunc prior[g], annuente Domino de concordi consensu[h] et unanimi voluntate omnium, quorum intererat, rite ac canonice, presentibus venerabilibus in Christo patribus[i] et dominis Chunrado de Obernaltach et Chunrado de Metem abbatibus ac aliis multis ecclesiasticis et secularibus personis, electi sumus 5.[k] Kalendas Februarii ad regimen ecclesie Altahensis. Postquam[l] autem confirmationem adepti fuimus a reverendo in Christo patre et domino Wernhardo, venerabili Pataviensi episcopo, aput Sanctum Ypolitum[47] in Austria in die beati Valentini,
47 Febr. 14. hoc est 16. Kalendas Marcii, in quasi possessionem legittime missi sumus ecclesie memorate. Et ne super hiis, que inter presentes vel aguntur vel fiunt, aput futuros rediviva litigia aut nove controversie oriantur, placuit nobis omnia, que per nos seu coram nobis tempore nostri regiminis acta fuerint memorie digna, scripture testimonio et testium subscriptione per presentem paginam transfundere in noticiam futturorum. Ut eciam ea, que in hoc libello annotata fuerint, valeant facilius inveniri, ipsum per officia distingui fecimus ac disponi, cuilibet officio locaciones, innovaciones aut mutaciones qualescumque factas in prediis et possessionibus sibi annexis congrue subscribendo.

1290. 3. Non. Febr. Heinricus dux Bawarie obiit.

1294. 4. Non. Febr. Ludwicus dux Bawarie obiit.

1295. 15. Kal. Ianuar. Bruno abbas de Pruveninge obiit. — 7. Kal. Iunii destrui cepit monasterium Altahense.

a) obiit *addidi.* b) H. 1. c) Atahensem 1. d) quinto — Februarii *desunt* 1. e) memorie reverendus pater et dominus noster abbas Poppo 2. f) eius, sicut speramus, Deo amabile traditum foret ecclesiastice 2. g) prior, divina permittente gratia, concordi 2. h) consensu fratrum et voluntate unanimi presentibus 2. i) patribus de Superiori Altah et de Metem abbatibus 2. k) 5. — Februarii *desunt* 1. l) *sequentia in fol. 12' coacta in angustum sunt.*

41) At annus 1234 incidit in indictionem 7. 42) Donauwörth. 43) demotus anno 1250. 44) Cf. Contin. Sancruc. II. 1260, SS. IX, 644. 45) primus. 46) secundus. 47) S. Poelten.

1297. 11. Kal. April. obiit[a] Chunradus abbas in Meten, nostre congregationis. 8. Kal. August.[48] obiit Chunradus abbas de Superiori Altah.

1298. 5. Non. Iulii Adolfus rex Romanorum occisus est in bello; regnavit annis quinque.

[b] Subscripti principes interfuerunt curie domini Alberti incliti Romanorum regis, quam inicio regiminis sui apud Nurnberch celebravit: Episcopus Coloniensis, episcopus Treverensis, episcopus Saltzpurgensis, episcopus[c] Maguntinensis, episcopus Babenbergensis, episcopus Herbipolensis, episcopus Constanciensis, episcopus Basiliensis, episcopus Murmaciensis, episcopus Branburgensis, episcopus Alberstatensis, episcopus Mesburgensis, episcopus Neunburgensis, episcopus Frisingensis, episcopus Ratisponensis, episcopus Pataviensis, episcopus Prixinensis, episcopus Aisteteusis, episcopus Olmunczensis, frater Antonius episcopus Senonensis, abbas de Hirsvelden, abbas de Fuld, abbas Augensis, abbas Campidonensis, frater regis Dacie, rex Bohemie, comes palatinus Reni dux Bawarie cum fratre suo, marchio Pranburgensis, duo marchiones de Praoburch qui nuncupantur cum sagitta, dux Karinthie, dux Austrie, marchio Michsnensis, dux Saxonie, dux Suevie, lankravius Turingie, dux lankravi Hassie, dux Apulie, comes Coricie, comites in generale 360 cum baronibus et liberis, militum 6 milia et quingenti.

1305. Obiit Gerhardus comes de Hirzzsperch sine heredibus. Mortuus est Wernhardus[49] archiepiscopus Moguntinus. 13. Kal. Iulii obiit Wenzeslaus[50] Bohemorum rex sextus; regnavit annis 27.

1310. 11. Kal. Ianuar. Stephanus dux Bawarie[51] obiit.

1312. 5. Idus Septembr. obiit Otto[52] dux Bawarie, rex Ungarie.

1317. 14. Kal. Maii obiit Wernhardus abbas huius loci, pie memorie.

1335. Id. Ianuar. obiit Rûgerus abbas huius loci, qui rexit ecclesiam . . . . . . . 3. Idus Decembr. obiit[a] Fridericus presbyter et monachus noster, quondam abbas.

1339. Kal. Sept. obiit Hainricus[53] senior dux Bawarie.

1342. 15. Kal. Iunii Albertus[54] episcopus Pataviensis obiit.

1343. 4. Kal. Maii obiit[a] Perchtoldus, primus abbas Celle Dei[55]. Kal. Novembr. Otto abbas huius loci obiit.

1347. 5. Id. Octobr. pie memorie Ludwicus imperator, benefactor noster munificus, obiit.

1358. 13. Kal. August. Albertus[56] dux Austrie, confrater noster, obiit.

1361. In die sancti Mathei apostoli cecidit nix in tanta spissitudine, quod duravit per Sept. 21.
triduum, et eodem anno nulla nix cecidit per totam hiemem, que duraret per mediam diem, set pro nive aliquando pluvia descendit, qui etiam statim liquefactus fuit; usque ad purificationem sancte Marie nulla nix cecidit, que per integram duraret diem. 8. Idus Octobr. Petrus presbyter et monachus noster, quondam abbas huius loci, obiit.

1375. Feria quinta[57] ante Invocavit, scilicet Nonas Martii, obiit Leupoldus, ultimus Mart. 7.
comes de Hals, sine heredibus, devotissimus in morte, ita ut cuncti mirarentur et glorificarent Deum. Fecit enim testamentum ad quatuor milia librarum Ratisponensium. Mortuus est autem Wienne in indicta curia a ducibus Austrie. 14. Kal. Iunii Stephanus dux Bawarie, filius domini Ludwici imperatoris, obiit in Lantzhuot.

1378. In die omnium sanctorum post laudes cometa apparuit. Item eodem anno in Nov. 1.
vigilia sancti Andree apostoli obiit pie memorie et sancte recordationis Karolus quartus Nov. 29.
Romanorum imperator et Bohemorum rex, sepultusque est honorifice in Bohemia, regali in civitate Praga, in ecclesia kadedrali coram altari sancti Viti martiris in sepulcro, quod sibi ipse antea paraverat. Procuravit autem eo vivente, ut filius eius primogenitus Wenczesslaus nomine ab electoribus in regem Romanorum ungeretur.

1381. Id. April. obiit Ulricus abbas Brewnoviensis.

1397. Die solis, undecima mensis Februarii, hora primarum obiit venerabilis vir Febr. 11.
magister Heinricus de Hassia, item eodem anno, die vero duodecima mensis Maii vene- Mai. 12.
rabilis vir magister Heinricus de Oyta, sacre theologie professores dignissimi, in ecclesia sancti Stephani Wyennensi Pataviensis diocesis iuxta altare sepulti.

a) obiit *addidi* b) *annus* 1298. *non est praemissus in cod.* c) *sequitur in cod.* Hunt.

48) 9. Kal. Aug., teste necrol. Oberaltah. ms. Vindob. bibl. Caes. 2182, cf. Mon. Boic. XII, 287. 49) Gerbardus II. 50) secundus. 51) inferioris. 52) III. Bavariae inf. 53) II. senior dux Bav. inf. 54) secundus. 55) Gottscell, ab Altaha inferiore ad septentriones. 56) secundus. 57) immo quarta.

Iun. 15. **1406.** Facta est eclipsis solis in die sancti Viti martiris hora tercia.

**1414.** 8. Kal. April. obiit[a] Iohannes abbas huius loci.

**1415.** Facta est eclipsis solis tenebrosa, ita quod sol omnino amisit lumen suum quasi Iun. 7. ad duo Miserere-mei, hora sexta diei, septima die mensis Iunii.

**1420.** 3. Idus Maii frater Albertus Trayber de Ingolstadt, vir omni morum honestate discretionisque vigore conspicuus, qui multos pro huius monasterii comodo labores pertulit et sudores, obiit, plebanus in Spiczz.

**1425.** Non. Ianuar. Iohannes dux Wavarie atque Hollandie obiit.

**1427.** 6. Non. Iul. obiit venerabilis pater et dominus dominus Petrus, abbas monasterii sancti Michaelis in Meten.

**1433.** In carnis brivio tanta inundatio aquarum facta fuit, ita eciam ut pavimenta nostri monasterii operiit; et duravit usque ad decem dies. Et idem eodem anno maxima fames est secuta. 16. Kal. Iunii obiit Iohannes abbas huius loci.

**1438.** Kal. Decembr. Eberwinus abbas Sancti Petri Althe superioris obiit.

**1451.** 9. Kal. Iulii Leonhardus episcopus Pataviensis obiit.

**1453.** Idus Aprilis reverendus in Christo pater et dominus dominus Albertus, abbas huius loci, se pro comodo et utilitate huius monasterii exponens, miserabiliter naufragio periit in flumine Ysare; cuius certe mors nos et totam familiam nostram penitus contristavit. Hic rexit annum unum, menses duos, dies octo. Requiescat in pace. — 4. Kal. Maii: Hic inventum et sepultum est corpus domini Alberti pie memorie abbatis huius loci, quod quindecim diebus iacuit in aquis. Sepultum est ante altare sancte crucis.

**1456.** In mense Iunio apparuit infra secundam et terciam horam post medium noctis circa ortum diei quedam stella, que differebat ab aliis stellis in situ et radiis, que eciam a se mire altitudinis et longitudinis radios emittebant. Hanc dixerunt fuisse cometam.

**1461.** 7. Idus Novembr. Iohannes abbas in Osterhoven obiit[a].

58 **1463.** 12. Kal. Sept.[58] Iohannes abbas in Altach superiori obiit. Idib. Sept. Iohannes abbas in Alderspach obiit.

**1465.** 13. Kal. Iunii Erhardus prespiter et monachus noster obiit, quondam abas huius loci.

**1466.** 3. Non. Maii Vitus abbas in Alderspach obiit; rexit annos duos.

**1476.** 11. Kal. Ianuar. obiit[a] Fridericus comes palatinus Rheni dux Bavarie, vir in rebus bellicis strenuus et milicie zelator precipuus.

**1479.** 15. Kal. Febr. obiit Ludovicus dux, qui etsi partem Baioarie se contingentem 29 annis satis pacifice rexit, in rebus attamen bellicis multum fortunatus extitit.

**1483.** Id. Decembr. Petrus senior, quondam abbas huius loci, obiit[59].

1485. Sciendum, quod anno Domini 1485 rex Ungarorum Mathias intravit civitatem Wie- Iun. 1. nensem eam capiendo in vigilia corporis Christi hora octava de mane. Primo premisit triginta duos currus cum alimentis; secundo duo milia equestres electos; tercio viginti quatuor cameli secuti sunt illos equestres, portantes thesaurum regis; quarto secuti sunt quadringenti pedites; quinto viginti quatuor episcopi cum mille equitibus electis secuti sunt; sexto rex Mathias intravit civitatem cum mille equitibus electis viris bene armatis et equi vestiti usque ad terram. Septimo secuti sunt regem ducenti pedestres electissimi. Octavo secuti sunt mille boves ad sustentacionem civitatis supra dicte. Eciam dicitur, quod Iun. 8. regina Ungarorum intrabit civitatem regalem Wienensem feria quarta ante octavam corporis Christi etc. et plura alia.

**1487.** Reformatus est et quodam modo de novo factus est lapideus pons trans ripam in dem Werd versus Tegkendorf[b], cuius medietatem construi fecit dux Georgius[c] Lanndshutanus, alteram partem dux Albertus Monacensis.

**1489.** 7. Id. Decembr. obiit reverendus in Christo pater et dominus Georius abbas in Scheyren.

**1490.** 5. Non. Marci obiit reverendissimus dominus Fridericus episcopus Pataviensis,

a) obiit *addidi*. b) Tegkendorf 2. Tekendorf 3. c) Georgius 2. Georius 3.

58) 11. Kal. Sept., teste necrol. Oberaltah., M. B. XII, 290. 59) In necrol. Oberaltah., M. B. XII, 300. leguntur haec: 2. *Id. Dec. domnus Petrus, olim abbas Althe inferioris, cum 9 monachis et presbyteris unoque diacono et fratre converso.*

comes de Ötting, electus et confirmatus et nondum sacerdos. Et ut communis divulgatio fuit, eum interiisse toxicatione.

1491. Facta est fames magna quasi in tota Allimannia, ita quod scaffa siliginis solvebat 5 talenta et plus, et duravit quasi per duos . . . . . et pluit quasi per totam estatem, specialiter prope Nidernaltach, quod nec semen nec siligo potuit crescere nec vina usque ad maturitatem, neque ullus fructus; et fuit magna penuria inter pauperes, quia interdum non unus habebat panem per octo dies et ultra. Et alia multa mala facta sunt in his annis. 19. Kal. Febr. obiit reverendus in Christo pater Fridericus abbas huius loci, quem sat laudabiliter rexit quasi per 10 annos.

1492. 9. Kal. Febr. obiit Conradus abbas Tegernsee. 7. Kal. Aug. obiit reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Heinricus Abtsperger, episcopus Ratisponensis, monasterio nostro multum inclinatus, qui laudabiliter rexit ecclesiam eandem.

1493. 13. Kal. Ianuar. obiit dominus Wolffgangus Peyczkover senior, quondam abbas huius monasterii.

1495. 10. Kal. Ianuar. obiit venerandus pater et dominus Pangratius, abbas in Meten; cuius anima requiescat in pace.

1501. Hora vesperarum vel circa, 15. Kal. Maii apportate sunt per fratrem Andream Swartzhueber, professum huius monasterii, prout in bulla plenius continetur, et suscepte sunt magna solemnitate et populi multitudine processioneque reliquie de societate sancti Achatii; et cetera in bulla declarantur. Post festum assumptionis Marie virginis facta est magna inundatio aquarum, ita ut atria monasterii intra et extra interiorem portam repleta erant aquis.

1502. 13. Kal. Septembr. migravit ex hac mortali luce reverendus pater et dominus Iohannes Sumerl', eius nominis tercius, vir equidem in subditos non minus pius quam equus. Qui et presentem locum gravibus oppressum debitis et inpignoracionibus magna ex parte libertati vendicavit.

1503. 7. Kal. Iunuar. obiit reverendus in Christo pater et dominus Bernhardus huius loci abbas, vir certe mansuetus ac per omnia humanus. Et rexit presentem locum ebdomadabus 15; cuius anime pacis propicietur largitor. — Ceciderunt signa in modum crucis super vestimenta hominum coloris citrini, aliqua etiam sanguinolenta, aliquibus etiam hominibus ceciderunt super nudo corpore. Hii arserunt, ut si carbo ignitus ponitur super nudo corpore. Aliqui etiam exinde mortui sunt. Et si qui venerati sunt ea, nil lesionis acceperunt, si qui vero irreverencius se erga ea habuerunt, puniti sunt. Apparuerunt etiam signa ad modum serpentum in collis hominum et aliqua signa serpentum viva fuerunt cum aliquibus et indiguerunt etiam refectionem; et quoque plura alia visa sunt. Hec facta propter maliciam hominum et ob emendationem et pro admonitione.

Anno salutis post mille quingentos 3. obiit Georgius utriusque Bavarie dux illustris 1503.
atque predives, postquam aput Lantzhutam annos circiter 25 equo iure ac placita quiete subditam rexisset gentem. Ad huius dimissum ducatum, quia ex propria coniuge, Polonie regis[60] filia[61], nullum susceperat masculum, duo aspiravere. Primus Albertus, eiusdem 60
gentis dux, ex sanguinis propinquitate devolutum ad se principatum hereditario iure affirmabat. Ac contra Rupertus palatini filius, coniugem suam[62], que Georgii filia fuerat, hereditate patris potiri, contendebat. Cumque diu concordia inter eos frustra tentaretur, tandem Mars litis arbiter factus, non Bavaria modo, sed pene omnis Theutonum natio maxime circa Rhenum quassata extitit atque commota. Demum Ruperto simul cum coniuge 1504.
medio belli tempore aput Landshutam ex hac luce ventris profluvio subtracto, Fridericus frater eius duorum nepotum pupillorum tutelam assumpsit. Inter quem et Albertum prefatum Maximilianus Romanorum rex pacem eo pacto firmavit, ut omnis ex illa parte Danubii derelictus per Georgium ager, dempto Ingelstadiensi opido, Fridericus tutoris nomine cum omni ducali suppellectili pleno ac perpetuo possideat iure, reliqua omnis Bavaria trans Danubium usque ad Alpes Alberti succedat posteritati. Nec multo post Wilhelmus prefati Alberti filius concordata cum patre mutavit, ut reddita sibi ea, que saltum respicit Boemicum inferioris Bavarie portione, ipse Fridericus annuatim pecuniariam acciperet pensionem usque ad totalis summe plenam ac integram exemptionem.

60) Casimiri. 61) Hedwiga. 62) Elisabetham.

1505. Feria quarta post Viti dominus reverendissimus Georgius episcopus Babenbergensis in principio regiminis sui fudit primarias preces ad dominum Kilianum abbatem et conventum monasterii Althe inferioris pro domino Friderico Schönsleben, doctore legum, vicario ecclesie eiusdem ac canonico Ratisponensi, pretendens, ut ex litteris eiusdem habebatur, iure sibi debere, intentans et illud confirmari a sede apostolica. Responsum, si sine preiudicio monasterii ac privilegiorum etc.

1508. 5. Kal. Martii obiit illustrissimus dux Philippus, comes palatinus Rheni, imperii elector et dapifer. Hic Georgii ducis Bavarie sororem habuit uxorem, ex qua plures genuit liberos. Quorum partu anteriorem Ludowicum substituit gubernatorem provincie, virum moribus gravidum, animo tamen severum, qui vix umquam alicuius commento aut facetia in risus solvi potuit levitatem.

1510. Kal. Novembr. reverendus pater ac dominus Theodericus, decretorum doctor, episcopus Lubicensis et decanus ecclesie Hyldensheymensis obiit.

1512. 7. Idus Maii, hoc est dominica Cantate, circa horam quintam post cenam cecidit grando in magnitudine nucis Ytalici.

Mai. 22. 1513. In festo sancte et individue Trinitatis sub matutinis[a] in oppido Hengersperg triginta edes ab igne penitus consumpte sunt. Ubi tantus luctus et clamor pauperum auditus est, scilicet quorum possessiones in igne periere, quod effari, ut veraciter dicam, vix valeat.

Dec. 28. 1515. 6. Idus Maii Ioannes abbas in Rott obiit. Sanctorum innocentum solennitate nostris reapparente seculis ad nostra devenit limina tabellio Fuldensis cenobii, letalem baiulans nuncium, videlicet mortem Iohannis abbatis, comitis de Henneberck, qui duos et quadraginta annos abbatem egit; item Hermanni decani de Baumbach, Georgii de Schaunberg prepositi, Ioannis Windener, Ioannis de Orba omnium sacerdotum, Philippi Kuchelmaister dyaconi, Wendelini armigeri de Luder; omnes ex eodem cenobio, die quo supra.

1517. 7. Id. Maii Erasmus abbas Rat. obiit. 11. Kal. Augusti Sebastianus abbas in Cötwico obiit. 7. Id. Octobr. obiit[b] Bartholomeus abbas Sancte crucis in Werd.

1519. 2. Idus Ianuarii obiit Maximilianus imperator, vir strennuissimus et austerus contra rebelles, sed mitissimus et mansuetus erga obedientes; cuius animam pacis largitor possideat.

1534. 16. Kalendas Octobr. Chilianus Weibeck abbas huius loci, qui quidem rexit hoc cenobium annis 31, obiit. 4. Kal. Decembr. obiit dominus Michel abbas ex monasterio Lambach.

1535. 17. Kal. Septembr. obiit Victor Lansser huius loci abbas, certe vir eloquencia, industria, arte concionandi nulli secundus. Praefuit huic monasterio mensibus novem.

Ian. 24. Sciendum est, quod anno Domini 1544. in festo sancti Thimothei apostoli fuit eclipsis ante prandium hora nona, et tenebre facte sunt quasi in universa terra, tamquam esset omnino nox, ita quod non potuit bene alter alterum videre. Talis eclipsis non fuit in memoria hominum. Sit nobis Deus propitius.

1546. Reverendus in Christo pater et dominus Casparus Ieitges, monasterii huius abbas, vir in providendis temporalibus prudens et doctus atque in conservanda religione pius, cum in medio aetatis suae vigore esset, maximo morbo afflictus, tandem in Domino obdormivit; cuius anima Deo pie et perpetuo vivat. Obiit autem anno Domini 1546. 6. Idus Martii, anno sui regiminis decimo.

1550. 3. Kal. Iulii, in die apostolorum Petri et Pauli obiit Mathias Thenscher . . abbas nostri monasterii.

1553. 8. Id. Octobr. obiit[b] Thomas abbas de Weyhensteven.

1554. 4. Idus Novembr. Innocencius Wunsam abbas in Melck obiit.

1555. Nonis Decembris obiit reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Wolfgangus episcopus Pataviensis, ex nobilissima familia comitum de Salm natus, vir certe summae eruditionis, amans pacis ac pietatis et ecclesiae catholicae ac christianae doctrinae restaurandae et ab haeresibus repurgandae cupidissimus etc.

1556. 6. Non. Octobr. obiit reverendus dominus Augustinus abbas Sancti Quirini.

a) circa horam decimam noctis 3. b) obiit *addidi*.

1561. Non. Ianuar. Ernestus utriusque Bavarie dux, comes palatinus Rheni et quondam archiepiscopus Salisburgensis, obiit.

1571. 4. Non. Febr. Conradus Auer abbas in Attl obiit.

1583. 12. Kal. Septembr. obiit reverendus in Christo pater ac dominus dominus Ambrosius Mayrhofer, apud Sanctum Emeramum Ratisponae abbas.

1585. 8. Idus Maii obiit reverendus in Christo pater ac dominus Paulus Gmainer, abbas noster dignissimus, qui 34 annis laudabiliter prae- et profuit monasterio mensibus octo, diebus 28; cuius anima Deo vivat.

# ANNALES SS. UDALRICI ET AFRAE AUGUSTENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Non ante posterius saeculi XIV dimidium sunt annales isti comparati fere toti ex Hermanni Altahensis annalibus eorumque continuatione et Altahensi et Ratisbonensi, ex Martini Poloni chronica ad annum* 1320 *producta, Martini Minoritae floribus temporum*[1], *Ekkehardi chronico, translatione S. Udalrici*[2]. *Nec nostra collectione dignos statuissemus, nisi peculiaria quaedam haberent non ad historiam Augustensem solum, sed etiam ad res gestas ipsius saeculi XIV spectantia. Est vero, quod opusculum suspicer omnino factum esse ab Uolrico Welling et Chuonrado, monachis coenobii SS. Udalrici et Afrae, licet ad annum* 1300 *adiuncta haec verba sint:* Huc usque perducta est pars chronice a Heinrico Stero. Cetera que secuntur apponenda sunt futuris temporibus. Sed tamen pauca hic notamus, scilicet ego Uolricus Welling et frater meus Chuonradus cet. *Hoc enim ambiguum nequit censeri, nihil nisi de Altahensibus annalibus ad ipsum annum* 1300 *continuatis, ex quibus quidem maxima pars nostrorum ante* 1300 *annalium derivata est, cogitasse Ulricum Welling, quum totam illam partem Heinrico Steoroni tribueret, per eundem lapsus errorem, qui supra p.* 359 *a me commemoratus est. Etenim si iam factam ab alio compilationem opinareris Uolrico et Chuonrado ad manus fuisse, mirum esset, unde evenerit, ut illa in eo ipso anno* 1300 *terminaretur, quo concluduntur continuati annales Altahenses, utque post res anni* 1300 *eadem Martini Poloni continuatio a monachis illis spoliaretur, ex qua ad illam ante* 1300 *partem plura accessisse videmus.*

*Inveni autem annales nostros, plerumque Hermanno Altahensi perperam attributos,*

1) *in codice* ***Seittenstetensi*** *I.* 16 *chartac. saec. XV*[3],

2) *in cod. quondam S.* ***Magni Faucensi***, *nunc* ***Maihingensi***, *item chartac. saec. XV. sed priore codice indiligentius exarato, fol.* 108. *sq. Et in utroque codice quidem exordium annalium ab anno* 1106. *captum est.*

3) *Codex vero membran. quondam* ***Neostadensis***, *nunc* ***Vindobonensis*** 352 (*olim inter* ***Salisburgenses*** 416)[4] *fol.* 79—91 *nihil servat nisi annos* 1152—1265, *et eos scriptos manu saec. XV. Quibus praemissa haec sunt:* Addicio ab annis incarnationis 1152. usque ad annum 1300, facta et composita per quendam monachum Altahensium monasterii Hainricum dictum Stero; *rebusque gestis anni* 1265. *adhaerent verba haec:* Sequuntur nunc anni Domini ab incarnatione 1266, scilicet in papiro, *nec vero plura in codice posita sunt.*

1) ap. Eccard Corp. hist. II, 1551—1640. 2) Mon. SS. IV, 427. 3) Cf. Archiv VI, 194. 4) de quo cf. Archiv X, 560—562 et Mon. SS. IX, 483. 484.

*Non iam exstare videtur codex ille membran., qui in catalogo librorum monasterii SS. Udalrici et Afrae (cod. Latin. Monac.* 4414, *August. S. Ulrici* 114 *chart. saec. XVII—XVIII) fol.* 21. *memoratur*[5]. 5

*Editio princeps debetur Freheri curae (SS. Rer. Germ.* 1600 *et* 1624. *I,* 358—410), *qui usus codice est ab iis, quorum supra facta mentio est, haud commode quidem hic illic abhorrente, sed in extremo tamen opere illis paullo uberiore. Isque priorem annalium partem ab a.* 1152—1165 *sic inscripsit:* Alia pars chronicae monasterii SS. Udalrici et Afrae, *posteriorem autem annorum* 1266—1334 *appellavit* Hainrici Steronis annales. *In repetenda hac editione Struvius (anno* 1717 *I,* 509—596) *et codicis Neostadensis, quem supra* 3 *designavimus, lectiones quasdam attulit et alienissima annalium Eberhardi Ratisbonensis frusta in nostros annales infersit absurde. Nobis autem placuit annales ex tribus illis codicibus editioneque Freheriana eo pacto proponi, ut, quas relationes cognovimus ex aliis libris translatas, earum exordia et exitus tantum legerentur; qua re evenit, ut compilatio diffusa in paucas plagulas cogeretur.*

*Berolini* 13. *Kal. Febr.* 1859.

Anno Domini 1106, mediante Heinrico iuniore — regnare cepit 88. loco ab Augusto, anno ab Urbe condita 1857, dominice incarnationis vero ut dictum est. Eodem anno[6] prefuit abbas Egino monasterii sanctorum Uodalrici et Afre in Augusta. Ekk. a.

1106. anno. Huc usque auctor — penitus laberentur. Herm. Alt.
Resignatis ab imperatore — articulum ponamus.
Huc usque Otto Frisingensis episcopus chronicam suam perduxit.
Hiis temporibus Rogerius — nomine Gerdrudam.
1147. Synodus Eugenii — Piburgensis abbas.
1148. Claustrum in Raeitenbasla construitur*.

* *In margine* 1 *posita haec sunt:* Anno Domini 1148. Eugenius papa tertius canonizavit Hainricum imperatorem. Unus cardinalis se negocio vehementer opponens visum perdidit; sed penitens et factum promovens, illuminatus est. Mart. Min.

1149. Chunradus — accepit uxorem. Herm. Alt.
1150. Synodus — Salzpurgensi habetur.

Anno Domini 1152. Conradus rex obiit, cui successit Fridericus primus. Eodem tempore[a] defuncto abbate Uodalscalco 6. Idus Martii[7], cui successit Ezilo, vir in religione strennuus et exteriori cura per omnia providus; qui prefuit 15 annis. Huius patris temporibus divertit ad nos Chuonradus, venerabilis et omni honore dignus episcopus Augustensis[8], assumens habitum monachilem in cenobio sanctorum Uodalrici et Afre Augustensi[b]. Qui in episcopatu multa utilia huic cenobio exhibuit; inter cetera resignavit eodem[c] monasterio sanctorum Uodalrici et Afre decimationes frugum et porcorum in Strausa in presentia sancte sedis Romane, cui tunc prefuit Adrianus quartus, sicut per privilegia patet, que nobis ab eodem episcopo a domno apostolico Adriano impetrata fuerant[9]. Acta sunt hec anno Domini 1156. Propter que requiescat anima eius in pace; et[d] in capitulo[e] nostro sepultus est Auguste[f]. ibid. 7

Anno incarnationis dominice 1152. Fridericus primus — in ducatu Noricorum. ibid.
1153. Eclipsis solis — ecclesie Babenbergensi.
1154. Adrianus quartus papa sedit.
1155. Hartwicus Salzburgensis — comes obiit.

a) anno 2. 3. b) Auguste 2. c) *sic codd. omnes.* d) et in — Auguste *desunt* 1. e) capitolio 2. f) Auguste *deest* 2.

5) verbis his: *Item rerum gestarum historia ab a.* 116 Teg. 1106) *scilicet a depositione Henrici senioris IV. Moguncias, cum Henricus titulo imperatoris salutatus est, patre praesente cedente — quo tempore praefuit Egino abbas nostri monasterii — „quae sequuntur ego Hermannus abbas Altahensis ex chronicis et privilegiis diversis desumpsi" — post multa iterum habetur — „cetera que sequuntur ab inc. Dom.* 1031 (leg. 1300) *ego Ulricus Welling et frater meus Cunradus, professi monachi SS. Udalrici et Afre in Augusta ord. s. Ben., ne desidiae et inerciae arguamur, haec annotavimus" — usque ad annum* 1322. *quo Ludvicus vincit, capitur Fridericus ante diem festum Michaelis, scilicet in pugna contra ducem Austriae apud Müldorf. Memorabilia habet de abbatibus et aliis nostrum monasterium concernentibus. MS. in fol. in pergameno.* 6) Falso. Electus enim a. 1109 Egino obiit a. 1120, Iul. 15. V. Uodalscalc. de Eginone et Herimanno, supra SS. XII, 432 et 447. 7) Cf. Mon. SS. XII, 431, n. 16. 8) 1152—1167. 9) V. Reg. pont. Rom. n. 6936.

Herm. Alt. 1156. Fridericus imperator — Boemorum preficitur.
1157. Heinricus comes — Munster.
1158. Imperator Fridericus — eligitur.
1159. Adrianus papa — ab ecclesia eligitur.
1160. Imperator Cremam — occiditur.
1161. Heinricus dux — ordinatur.
1162. Imperator Mediolanum destruit.
1163. Moguntinenses muros et turres destruxit.
1164. Octavianus — Rubertus.
1165. Imperator in curia — Albo succedit. Eodem anno obiit Hezilo abbas Sanctorum Uodalrici et Afre in Augusta; cui successit Uodalricus de castro Biberbach exortus, qui prefuit 12 annis, mensibus tribus.

ibid. 1166. Facta est — Chunrado.
1167. Imperator Italiam quinto adiit.
1168. Chunradus — Gwido obiit.
1169. Imperator ad — successit Heinricus.
1170. Imperator Salzpurgam — Hermannus succedit.
1171. Thomas — caudas habentem.
1172. Imperator curiam — Theobaldus.
1173. Imperator — Zobezlaum.
1174. Imperator in — Alexandriam obsedit.

ibid. 1175. Duces Austrie — arsit. Eodem anno defuncto abbate Uodalrico, Heinricus secundus de Maysach eligitur, vir pudicus et castus et litterarum scientia satis eruditus; prefuit vero sex[a] annis. Cui in administratione successit domnus Manegoldus prior, multo senio confectus; qui pene 50 annos in ipso officio prioratus prefuit huic loco, et multa utilia consilio et actione sub prefatis abbatibus peregit. Prefuit autem in abbatia sanctorum Uodalrici et Afre in Augusta 6 annis, mensibus 8, diebus 11. Translat. S. Udalr. 1183. Iun. 16. In huius patris extremis temporibus, scilicet anno Domini 1183, indictione prima, 16. Kal. Iulii circa horam nonam, cum nimius esset estus, fabrica quedam in valle posita igne exestuans vicinas domos, et inde omnes officinas, tandem claustrum et ecclesiam sancti Uodalrici et sancte Afre in Augusta mira celeritate in favillas redegit, ita ut proxima cena nec panis ad victum superesset, nec tugurium in quo[b] proxima nocte fratres quiescerent. Cetera require de inventione sancti Uodalrici.

Herm. Alt. 1176. Boemi Austriam — sublata.
1177. Heinricus dux — successit.
1179. Alexander — Ditmarus abbas.
1180. Styrensis — igne crematur.
1181. Alexander — Styrie obiit.
1182. Uodalricus — Ierusalem proficiscitur.
1183. Terre motus — succedit.
1184. Filii imperatoris — Otto succedit. Eodem anno domnus Manegoldus migravit ex hac luce. Cui succedit Heinricus prior, huius nominis tertius, vir castus et pudicus et in spiritualibus ac religione, quantum tunc temporis exerceri potuit, devotus et discretus, nec minus in exteriori cura providus et studiosus. Iun. 24. Et ordinatur in festo sancti Iohannis baptiste. Qui, muris veteris claustri funditus eversis, novas[c] et ampliores officinas reparavit, et monasterium lignis ingentis machine et molis reedificavit et lateribus operiri fecit, sicut actenus cernitur. Qui et alia multa bona perfecit, que causa brevitatis hic omitto.

Herm. Alt. 1185. Andronicus — Austrie obiit.
1186. Heinricus — restaurat.
1187. Apostolicus — Austrie reliquit. Eodem anno dedicatio monasterii sanctorum Uodalrici et Afre infra muros civitatis Auguste sub prefato huius loci venerabili abbate Heinrico tertio.

Apr. 6. 1187. Octavo Idus Aprilis, luna 24, D dominicalis littera, in secunda feria post paschalem septimanam, 10 anno decemnonalis[d] cicli 11.[10], qui et communis, epacte 9, concurrente 3, indictione 5, termino paschali 4. Kal. Aprilis, dedicatum est templum hoc a venerabili Cuonrado Moguntino archiepiscopo, cooperantibus venerabilibus episcopis Uodalscalco Augustensi, Ottone[e] Frisingensi, Hermanno Monasteriensi, Ottone[e] Areatensi[f], Berchtoldo[11] Tulensi. Huic interfuit dedicationi beate memorie Fridericus imperator cum maxima devotione et cum tribus filiis suis et aliis quam plurimis regni principibus. Cuius auctoritate et ordinatione tota eadem dedicatio patrata est; nam idem imperator cum tribus episcopis sanctum corpus beati Uodalrici cum veneratione magna ad locum repositionis deportavit[12]. Acta sunt hec sub huius loci venerabili abbate Heinrico tertio.

a) septem 2. b) qua 1. c) novos 1. d) decemnovali 2. decemnovalis 3. e) Ottoni 1. 3. f) qui et Aystet *manus alia addidit in margine* 3.

10) immo 10. 11) immo Petro. 12) Cf. diploma Friderici imp. d. d. 17. Apr. 1187. Mon. Boic. XXII, 196.

Sequenti anno Heinricus abbas, cum prefuisset annis 7, mensibus 6, obiit vero 6. Idus Decembris necnon in festo conceptionis beate Marie virginis. Defuncto substitutus est domnus Erchenboldus, vir elegantis persone et forme necnon morum adornatus honestate; prefuit autem annis decem. 1188. Dec. 8.

1189. Imperator a terra — obsidibus.

1190. Imperator et rex — Apuliam movit. Post multas itaque victorias — ex intemperie aeris interiit. Theobaldus — Wolfkerus successit. Herm. Alt. ad 1152 et 1190.

1191. Heinricus sextus — feria secunda pasche.

1192. Ipse autem Celestinus — Gallie revertitur.

1193. Chunradus marchio — auxilio Boemorum.

1194. Otacher — privatur.

1195. Liupoldus dux — interierunt.

1196. Imperatrix filium — Tymo succedit.

1197. Christianorum exercitus — subito interfecit.

1198. Albertus archiepiscopus — et Albertum.

1199. Celestinus — versum est in cruentam carnem in civitate Augusta.

1200. Adalbertus — archiepiscopus obiit.

1201. Terre motus — 4. Nonas Maii.

1202. Chunigundis — Ekkebertus succedit. Eodem anno 10. Kalendas Februarii Erkenboldo[a] abbate premature defuncto, Uolricus prior assumitur, multo senior illo. Qui prefuit annis quatuor. Hic itaque abbas Uolricus senio confectus, adhuc[b] vivens pastorali se cura abdicavit. Cui successit domnus Heinricus abbas de Belshaim, huius nominis loci istius abbas quartus, vicesimus tertius[c] a primo abbate, vir bone conversationis et fame cunctisque affabilis, pius ac largus et hospitalis existens, omniaque malens vultu placido ac miti animo quam rigore et severitate ordinare et iudicare; multa bona peregit. Prefuit autem annis 12. Ian. 23.

1203. Discordia facta — duxit uxorem. Herm. Alt.

1204. Ludwicus dux — construere cepit.

1205. Popo — a sancto Francisco.

1208. Philippus — occiditur. Derisoria expeditio puerorum anno Domini 1208:

Ad mare stultorum tendebat iter puerorum.

1209. Otto filius — consecratur. Otto palatinus comes occiditur pro homicidio commisso in Philippum (a[d] strenuo ingenuo viro Hainrico marschalko imperii de Kallentin, ministeriali Phylippi.)

1210. Otto — excommunicatur.

1211. Otto intravit — denunciatur.

1212. In festo — incendio devastarunt. Altmannus — de Pogen.

1213. Fridericus rex — monachis suis destruitur.

1215. Manigoldus — episcopus ordinatur.

1216. Innocentius — initium sumit. Eodem anno Heinricus abbas Sanctorum Uodalrici et Afre Augustensis[e] obiit; cui succedit Dieto vir providus in temporalibus. Prefuit autem annis 6.

1217. Rex Ungarie — terre sancte. ibid.

1218. Wolfkerus — construere cepit.

1219. Otto aliquando — Georii Patavie.

1220. Otto Frisingensis — presentibus.

1221. Damiata — canonicus succedit.

1222. Dieto abbate viam universe carnis ingresso, cui succedit Luitfridus, discretus in spiritualibus. Qui prefuit annis 8, resignans pastoralem curam.

1223. Corpora — sunt translate. ibid.

1224. Berhtoldus — duce Bawarie.

1225. Chunradus cardinalis — Scherding.

1226. Sanctus Franciscus — Gregorio papa nono.

1227. Honorius papa — Datum Faventie 18. Maii, 14. indictione.

1228. Imperator defuncta — Karo Secuensis, Albertus Lavatensis.

1229. Imperator in — Berhtoldus Burensis abbas eligitur.

1230. Tyberis — de Bogen erigitur. Eodem anno Luitfridus abbas Sanctorum Uodalrici et Afre in Augusta resignat abbatiam. Hiltbrandus eligitur, bone conversationis atque providus in temporalibus; qui prefuit annis 13.

1231. Geroldus episcopus — in Lantshut construitur. ibid.

1232. Imperator nativitatem — episcopatum resignavit. Sanctus Antonius — Dietmarus fit abbas.

1233. Sanctus Virgilius — adversus eum conspirant.

1234. Dux Bawarie — capite plecti circiter quadraginta.

1235. Agnes — captivatur.

1236. Fridericus dux — suorum honore privatur anno Domini 1237. Sequenti igitur anno Fridericus imperator contra Fridericum — reliquerat imperator; actum anno Domini 1238. Dux itaque Fridericus — anno Domini 1246. Occiso itaque Friderico — Moritur enim 4. Non. Octobris anno Domini 1250. Dominus Otto etiam — in Apulia obierunt.

a) Erchenboldo 2. b) aduc 2. c) secundus 2. d) a — ministeriali Phylippi *manus posterior addidit in* 3. e) Auguste 2.

Herm. Alt. 1238. Fridericus imperator a domino Gregorio — cardinalibus universis.

1241. Hoc anno regnum — vise sunt.

1242. Albertus — Babenbergensem.

**1243.**[a] **Hiltibrando abbate ex hac luce migrante, domnus Gewinus de Tuorhain eligitur in abbatem monasterii sanctorum Uodalrici et Afre in Augusta vicesimus septimus**[b]. **Gubernavit autem eandem abbatiam annis 23.** Synnibaldus — mensibus fere 22.

1244. Heinricus filius — Altahense.

1245.[c] Universalis synodus celebratur apud Lugdunum, ubi dominus Innocentius papa contra Fridericum impera- Mart. Min. torem depositionis sententiam promulgavit. In ea synodo fuerunt tres patriarche et episcopi plurimi. Porro cause depositionis principales in predicto concilio[d] exprimuntur: videlicet periurium, pacis reformate frequens violacio, duorum cardinalium captivatio, multorum prelatorum submersio. Quod insuper prelatos ab ecclesiarum regimine destituit, cruces aureas, thuribula preciosa et calices, pannos aurifrigiatos et sacros ecclesiarum thesauros diripuit, clericos angariis et parangariis afflixit, qui non solum trahebantur ad iudicia secularia, sed et[e] cogebantur subire duella, incarcerabantur et decollabantur, et in patibulis suspendebantur; papales sententias se non curare asseruit; nomen Machmeti in templo Iherosolimis in sua presentia venerari et proclamari permisit, et familiaritate detestabili Sarracenis coniunctus, ipsos in cottidianis obsequiis tenuit, possessiones ecclesie Romane, scilicet marchiam Anconitanam, ducatum Spoletanum, Beneventum in Apulia archiepiscopatum habentem 24 archiepiscupos suffraganeos diruit, et alias Tuscie civitates. Preterea iniquitatem in excelso locutus est, ponens in celum os suum; dixit enim audiente lantgravio Heinrico: *Tres seduxerunt totum mundum: Moyses Hebreos, Ihesus christianos, Machmet Sarracenos; quamobrem si principes institutionibus meis assentirent, ego multo meliorem modum vivendi et credendi cunctis nationibus ordinarem*[f].

Herm. Alt. 1246. Eberhardus — Ottonis ducis Bawarie.

1247. Wilhelmus — in regem eligitur. Huius Wilhelmi — Hirsvelden. Rudgerus — moritur.

1248. Tertio Idus — transfretavit. Iste Ludwicus — miraculis multis claret.

1249. Ludwicus rex — ultimus obiit.

Mart. Min. 1250. Ludwicus rex — moritur 4. Nonas Octobris. Eodem anno deposito Friderico imperatore, scilicet anno Domini 1252. propter supradictas causas, cum Parmam obsidione cingeret victus, in Apuliam rediit et veneno extinctus sepultus est in Fungia in die sancte Lucie virginis tam oculte, quod multi per annos 40 vadiabant, eum vivere, venturum Mart. Pol. in proximo in[g] manu forti. Item in Dacia Heinricus — a Frisionibus est interemptus. Herm. Alt. Hiis diebus quidam — convenirent.

1251. Chunradus rex — gloriose triumphat.

1252. Domina — Chunradus.

1253. Otto dux — diocesi relaxantur. Eodem anno comes Burchardus de Hoebenburch fulmine interiit in Mart. Min. crastino sancte Margarete virginis. Item in Burgundia mons magnus ad alios montes longe transivit et per vallem, plurimum populosam terram, lapidibus sic eam obruit, ut civitates et ville penitus delerentur. Item quidam Iudeus in Hyspania provincia pro vinea sua amplianda rupem fregit, undique integram, interius cavam, in qua librum tamquam lignea folia habentem invenit. Qui liber, Hebraice Grece et Latine scriptus, tantum littere ut psalterium continebat, loquens de triplici mundo ab Adam usque ad antichristum, proprietates mundi cuiuslibet exprimendo. Tercii mundi principium tale fuit: *In tercio mundo filius Dei nascitur vel nascetur ex Maria virgine et pro salute hominum crucis patibulo pacietur.* Fuit etiam ibi scriptum, quod liber iste inveniendus esset in diebus Ferrandi rectoris Hyspanie. Quem cum[h] Iudeus 13 legisset, cum parentela baptizatus est. Item Ructelingen[13] obsessa est.

Herm. Alt. 1254. Berhtoldus — subdidit christiano.

1255. Ludwicus et — non diu duravit.

1256. Ludwicus dux — regni sui nono.

1257. Principes regni — litterarum paria evolarunt.

1257. 1258. Otakerus qui et Primizel — ecclesie canonicus.

Mart. Pol. 1259. Constantinopolis, que olim — recuperatur. Eodem anno in Tuscia Ytalie — corruisse. Herm. Alt. Dominus Guillelmus — baronibus captus. Chunradus — Gerhardum.

1260. Dominus Ludwicus — uxorem. Otakarus rex Boemie — plenarie restituto. Hiis etiam diebus surrexe- Mart. Pol. runt — multipliciter reformari. Alexander papa quartus sedit annis 7. Hic dampnavit duos libellos pestiferos, quorum unus dicebat, — quam nominavit euangelium eternum, quia in illo relucet omnis perfectio hominum salvandorum. Eodem Mart. Min. anno floruit domnus Albertus natus[i] de Laugingen magnus, episcopus Ratisponensis, frater ordinis Predicatorum et magister in theologia et magnus philosophus. Sancta Clara iuxta Assisium migravit ad Dominum, tam viva quam mortua miraculis Mart. Pol. coruscans. Rex vero Ungarie pro terris regem Boemie — matrimonio confirmavit.

Herm. Alt. 1261. Domina Elisabeth — ecclesie canonicus. Mart. Min. Urbanus papa quartus sedit annos quatuor, mensem unum. Hic regnum Sycilie Karolo comiti Provincie tradidit, fugato exercitu Sarracenorum, quos Meinfredus filius Friderici imperatoris illegittimus contra terram sancte Mechtildis adduxerat. Igitur Karolus in Apuliam bello campestri Manfredum superans interfecit.

Mart. Pol. 1262. Urbanus papa quartus regnum Sycilie, quod Manfredus violenter detinebat, Karolo comiti[k] Provincie fratri[l] Herm. Alt. regis, ut illud ab eo eriperet, contulit. Domina Elisabeth — Heinricus.

1264. 1263. In octava — Perusium sepelitur.

Mart. Pol. 1264. Cometes tam nobilis apparuit — cometes disparuit.

Herm. Alt. 1265. Predictus Karolus, qui pro recuperatione regni Sycilie — et vita privavit et regno. Dominus Gwido — Mart. Pol. Datum Perusii 8. Kal. Decembr. pontificatus nostri anno 1. Hic etiam papa canonizavit Viterbii — die expeditionis certificavit. A Clemente predicto presens chronica stilum operis commutavit. — per Clementem et consequentes. Herm. Alt. Cometam priori anno — plenius in sequentibus.

a) 1253. 1. 2. b) sextus 2. c) 1255. 2. d) consilio 2. 3. e) eciam 2. f) Clericos angariis — ordinarem *induxit manus alia in 3, addiditque in margine:* Non est verum, delirat. g) in *deest* 2. h) dum 1. i) natus *deest* 1. k) comitis 1. l) fratris 1.

13) Cf. Stälin Wirt. Gesch. II, 199. not.

1266. Facta est 3. Nonas Marcii congressio in Apulia inter Karolum, fratrem regis Francie, et Manfredum regem Herm. Alt.
Sicilie; et Manfredus devictus occubuit. Cum autem Chuonradinus, nepos Friderici — tamquam fumus evanuit. Mart. Pol.
Quam plurima multitudo Sarracenorum — de Sarracenis triumphaverunt. Eodem anno bellum — hinc inde dispersi. Herm. Alt.
Eodem anno abbas Gewinus monasterii sanctorum Uodalrici et Afre in Augusta voluntarie
resignans ipsam abbatiam, preficitur dominus Dietericus alienigena, frater Wolfhardi
postea episcopi[14], cognomine de Rôt, vir bonus et simplex; prefuit autem 22 annis. 14

Anno ab incarnatione Domini 1267 soldanus Babylonie Armenia vastata Antiochiam — in solitudinem ipsam redegit. Mart. Pol.
Dominus Guido — vocatus est Ludwicus. Herm. Alt.

Anno Domini ab incarnatione 1268. Chunradus rex — poterant concordare.

Anno ab incarnatione Domini 1269. in ipso festo — vocatus est Ludwicus.

Anno ab incarnatione Domini 1270. Wladizlaus — milibus hominum.

Anno ab incarnatione Domini 1271. Otakerus — senior dux Austrie.

Anno ab incarnatione Domini 1272. dominus Thebaldus archidiaconus Leodiensis, iam priori estate per formam
compromissi in summum pontificem electus, cum glorioso apparatu in quadragesima intrat Urbem, et ibi in ecclesia
sancti Petri consecratus Gregorium decimum se appellat. Hic fecit unam ordinationem — sed pauperum elemosinis. Mart. Pol.
Stephanus rex — Piburgensis. Eodem anno Bela — occiditur. Herm. Alt.

Anno igitur 1279. Ungari et — totaliter est consumpta.

In festo beati Gregorii dominus Hermannus venerabilis abbas Altahensis — successorem ydoneum ex divina provi- De Hermanni
dentia subrogari. abdicatione.

Predictus autem dominus Hermannus post cessionem — Obiit bono fine pridie Kal. Augusti anno vite sue 75. Hein. Steoro
Ego Heinricus Steoro capellanus suus hec addidi — et scio, quia verum est testimonium meum. de Hermanni morte.

Anno Domini 1273. mortuo Richardo — Saxonie matrimonialiter copulavit. Rudolfus igitur rex imperavit apud Cont. Alt.
Theotunicos annis 18. Hic, cum fuisset comes de Habsburch — receperunt ultramarinam. Anno 1270. Ludowicus rex Mart. Pol. c. Mart. Pol.
Francie christianissimus non territus — est defunctus. Soldanus vero Babylonie — dissensiones in Urbe fuerunt. Eodem Mart. Pol. c.
anno rex Boemie Otakerus — mutuo se iuvare. Cont. Alt.

Anno Domini 1274. ad curiam novi regis — evocantur. Predictus papa Gregorius accessit Losannam — postea ibid.
consecrare. Eodem anno celebratum est generale concilium apud Lugdunum — non tanquam ex uno procedat.

Mortuus est autem papa Gregorius decimus Arecii et sepultus ibidem. Mart. Pol.

Innocentius quintus natione Burgundus de Tharanthasia 1276. — in Lateranensi sepelitur.

Adrianus quintus natione Ianuensis anno Domini 1276. — constitutionem sic reliquit.

Iohannes papa vicesimus primus, natione Ypanus de civitate Ulixbona, anno Domini 1276. — Laurentii sepultus fuit.

Nicolaus tertius, natione Romanus de domo Ursinorum, electus fuit anno Domini 1278. — homicidia in Urbe fuerunt. Mart. Pol.

Martinus quartus, natione Gallicus de Turonis, Viterbii electus fuit anno Domini 1281. — centum milium librarum cont.
Turonicarum misit.

Igitur Greci a supra dicta fide christiana et promissione quam spoponderant Gregorio pape de- Cont. Alt.
cimo subito recesserunt. Propter quod dominus papa Martinus — pontificatus nostri anno primo. Itemque in partibus p. 409.
Alemanie iniqua consuetudo inoleverat de impignorationibus — exinde fuerit procurata.

1277. Cum predicto domino — eiusdem ecclesie canonicus.

1279. Petrus — comitis insigniri.

1280. Martinus papa quartus in senatorem Urbis — post captionem principis castigavit. Mart. Pol. c.

1281. Uxor predicti domini — seviens disciplina. Cont. Alt.

1282. Petrus rex Arogonie — scandalizati sunt.

1284. Fridericus Salzpurgensis — ducis Austrie revocavit.

1285. Gotfridus Pataviensis — spolia impiorum.

Eodem anno mota est discordia — papa Martinus, cuius tenor talis est: *Martinus episcopus — pontificatus nostri anno primo.*

Post hec die resurrectionis Domini postquam celebrasset — cessabant ipsa miracula 12. die mensis Maii. Mart. Pol. cont.

1286. Honorius papa quartus natione Romanus — apud Sanctum Petrum sepultus fuit.

1286. Dux Brabancie — concordiam rediit cum eodem. Cont. Alt.

1287. Dicebant enim ipsi Predicatores — redditum ministraverunt. Domnus tamen Nicolaus papa quartus de
ordine fratrum Minorum extitit, natione Lombardus de marchia Antonii cardinalis de Esculo civitate fuit, electus in ecclesia Mart Pol.
sancti Petri anno 1288, seditque annis 4, mense uno, et vacabat sedes menses quasi tres. Hic prius dictus frater Ieronimus cont.
de ordine Minorum fuit, quorum minister fuerat generalis et exinde prespiter cardinalis, qui eandem causam pro neutra Cont. Alt.
parte adhuc hodie determinaverat, sed permisit in dubio dependere. Hic pontificatus sui anno primo fecit unam ordinationem Mart. Pol. c.
cardinalium. Rome obiit in die parasceues et sepultus fuit apud Sanctam Mariam maiorem. Eodem anno mortuo
Dietrico abbate, scilicet Nonis Maii, Siboto dictus Curialis tertius eligitur in die sanctorum Mai. 7.
Gordiani et Epimachi martyrum. Sed postea opposuit se ei Wolfhardus episcopus Augustensis Mai. 10.
et quedam pars ex fratribus consentiens episcopo; deponitur. Prefuit autem tantum annis 4.
Eodem tempore Iudei in Pacherac — concremavit. Cont. Alt.

1289. Dominus Rudolfus Romanorum rex iterato contra comitem Burgundie triumphavit. Dum autem letanie Mart. Pol.
fierent sancti Marci, Tripolis civitas capitur a soldano et Sarracenis; fueruntque capti et occisi plures christiani ibidem, cont.
et christianitatis nomen et cultus deletus est in eadem civitate.

1290, 2. Nonas Februarii — assignato. Cont. Alt.

Dominus Ladislaus rex Ungarie sine heredibus obiit. 1291.

Eodem anno Rudolfus rex apud Herbipolim — miracula operetur. Cont. Rat. 1287.

1291. 14. Kal. Iunii Achon civitas — contrarietatem voluntatum. Mart. Pol. c.

Eodem anno 18. Kal. Augusti morrtuus est — miles multum strennuus. Cont. Rat.

1292. Sibotone deposito et facto custode, abbas Heinricus quintus, vicesimus nonus,

14) Augustensis, 1288—1302.

dictus de Högnane succedit, vir largus et pius, qui benefecit oblaio[15] et fratribus; prefuit autem 22 annis.

Mart. Pol. c. Mart. Min. Cont. Rat. 1291. 1290. 1293. *Adolfus rex imperavit apud Theotunicos annis sex. Hic fuit ante comes de Nassowe et electus fuit in Franckenfort unanimiter ab omnibus principibus in Maio mense. Hic fuit vir strenuus — favorabiliter recepit. Adolfus vero Romanorum rex terras Turingie et Missenorum — ecclesia kathedrali. Cum autem Albertus dux Austrie — processerat contra ipsum.*

Mart. Pol. cont. *Celestinus quintus, de Terra Laboris natione prope Sulmonam, electus fuit anno Domini 1294 — sub nomine sancti Petri canonizatus fuit.*

*Bonifacius octavus papa, natione Campanus de Anagnia, electus fuit Neapoli in antevigilia nativitatis Domini anno Domini 1294. — in novam civitatem erexit* et civitatem Penestrinam episcopatus honore privavit et eam subverti fecit.

Cont. Rat. *Eodem anno orta est discordia — exponere cogitabant.*

*Anno Domini etc. mortuus — Romanorum regis N. nomine.*

*Anno Domini etc. Cives Ratisponenses — debita libertate.*

Mart. Pol. c. *Anno Domini 1296. hic papa fecit processus contra Columpnenses — donec Bonifacius mortuus et sepultus fuit.*

Cont. Rat. *7. Kal. Augusti Heinricus Ratisponensis — Moysi coequalis.*

Mart. Pol. c. Cont. Rat. 1297. *Bonifacius papa octavus Sextum librum decretalium — alio tempore duos cardinales fecit. Adolfus rex Romanorum — concordiam redierant*.*

1298. * *In 3 manus posterior addidit haec:* Anno 1297. Otto dux Bavarie conflictu occidit comitem[16] de Haigerloch, cuius soror erat Anna, uxor domini Rudolfi regis de Hapspurg.
1296. Eodem anno Conradus de Haldenberg[17] et iuvenis de Wildenroed[18] aput Lands-
19 perg[19] occiderunt Winhardum de Rombach[20] cum magna fraude[21].

Mart. Pol. cont. 1298. *Circa medium quadragesime — rex — subito est occisus — et caruit benedictione imperiali,* ut patet per hos versus:

Annis millenis transactis octo ducentis
Iul. 2. Et nonaginta, Processi Martiniani,
Prevalet Albertus rex, lite necatur Adolfus —

Cont. Rat. Mart. Pol. c. Cont. Rat. *predictis adhuc dominis ducibus — Albertum ducem Austrie in regem Romanorum apud Franchenfurt unanimiter elegerunt. Albertus vero rex Romanorum imperavit apud Theotunicos — sicut et alia regna. Eodem anno civitas Patavina se domino suo — incendium evaserunt.*

1301. 1299. *Albertus rex Romanorum — cum magistro eorum intrassent etc. Coonradus de Lappurch — laboribus est obtentum.*

Mart. Pol. c. Cont. Rat. 1300. *Hic papa Bonifacius fecit indulgentiam plenam — concursus magnus populorum de toto orbe. 5. Kal. Iulii Otto et — ducis Polonie.*

1297. *Novale bellum habitum — sunt abducti.*

1300. *Mortuus est rex Andreas — multi alii aspirarent.*

*Bonifacius . . . . super cathedram preminentie pastoralis — ratio in extremi iudicia.*

Huc usque perducta est pars chronice a Heinrico Stero. Cetera que secuntur apponenda sunt futuris temporibus. Sed tamen[a] pauca hic notamus, scilicet ego Uolricus Welling et frater meus Chuonradus, professi monasterii sanctorum Uodalrici et Afre in Augusta ordinis sancti Benedicti licet indigni, ne desidie et inercie arguamur operam dedisse.

Mart. Pol. cont. *Anno ab incarnatione Domini 1301. Bonifacius papa, qui contra Philippum regem Francie plura conceperat — provocatio ad concilium generale.*

*Anno Domini 1302. mense Iulii prope Contractum — cum caderent minime surgere prevalebant. Kalendis Novembris Rome Bonifacius papa celebravit concilium, quod per annum et amplius convocaverat; ad quod concilium plurimi magni prelati convenerunt. Anno sequenti papa excommunicavit Philippum regem Francie, quia pecuniam — subiciens sibi regnum Francie. Eodem anno apparuit cometa — et durabat per mensem. Tunc corpus cuiusdam Armanni — recognosceret, quod rex Francie contempsit. Sequenti anno in vigilia nativitatis sancte Marie — sepultus fuit in ecclesia sancti Petri.*

*Benedictus papa undecimus, natione Lombardus de Tervisio, electus fuit anno Domini 1303. — de Columpna cum quibusdam aliis.*

*1304. Hic papa Benedictus undecimus reconciliavit Iacobum — usque tunc non volentibus concordare.*

*Clemens quintus natione Vasco, qui de loco Wandina dicitur, — electus fuit in Perusio anno Domini 1305. — Edwardum regem Anglie.*

*1305. in festo sancte Marie Magdalene de voluntate regis Francie omnes Iudei — et finaliter Turcos expulerunt.*

[illegible] *1307. 3. Idus Octobris capti fuerunt primo Templarii — cum quibusdam complicibus suis combusta fuerunt. Eodem anno Albertus rex a filio fratris sui, eo quod ipsum ducatu Suevie privaverat, occisus fuit et caruit benedictione imperiali,* ut patet per hos versus[b] subsequentes:

1308. Millenis trecentenis bis quattuor annis,
In Maio mense rex Albertus perit ense

a) tantum 1. tamen 2. b) versus *addidi*.

15) aerario rerum divinarum, oblationibus effecto. 16) Albertum. 17) Haltenberg ad Licum fluv., ab Augusta ad meridiem. 18) Wildenroth ad Ammer fluv., a lacu Ammer ad septentriones. 19) Landsberg ad Licum fluv. 20) An Rorbach? 21) Cf. Annal. August. min. 1296, SS. X, 10. ubi pro *Lausperch* est *Lansperch* legendum.

Perque ducem Suevum Iohannem. Rumor in evum. 1308.
O Deus, hoc factum furtim fuit in Padis[a] [22] actum. 22
Festum Walpurge facit hoc facinusque notare.
Christus ab eternis defendat eum modo penis.

Heinricus septimus imperavit annis quinque. Hic, cum comes fuisset Luxenburgensis, electus fuit in Francheufort anno Domini 1308. in festo sancte Katherine, et in epiphania sequenti coronatus fuit Aquisgrani. Eodem anno in festo sancti Iohannis ante portam Latinam combusta est — ecclesiam reficere studuerunt. Mart. Pol. cont.

1309. Heinricus Romanorum rex misit Avinionem — ultima Ianuarii erat eclipsis solis.

1310. Hic papa fecit secundam ordinationem quinque cardinalium. Anno sequenti papa excusavit — morte dicitur terminasse. Eodem anno fuerunt pluvie multe et inundationes — a christianis subiugata fuit. Tunc imperator intravit Italiam — reddidit se voluntati imperatoris.

1311. Hic papa Vienne concilium — sub nomine sancti Petri confessoris.

1312. Imperator a tribus cardinalibus — graviter fuit deformata. Anno sequenti epidymia maximá — Lugdunum occupavit.

1313. Hic imperator fecit legem, in qua — de ipso fecit. Hic imperator, ut communis fuit opinio, per penitentiarium suum, immixto veneno in calice Domini, dum imperator ab ipso eukaristiam sumeret, extinctus fuit, et Pisis sepultus, ut patet per sequentes versus:

Iure[b] dolet mundus, quod Iacobita[23] secundus
Iudas nunc extat; mors cesaris hoc manifestat.
Dum fuerint anni transacti mille trecenti
Et decimi trini[c], crastino sancti Timothei Aug 24.
Occidit Heinricus infectus tabe veneni,
Glorius imperator, Germane gentis amator,
Iusticie cultor, viduarum strennuus ultor.

Eodem anno in vigilia beati Gregorii Parisius combustus fuit magister — duorum cardinalium. Item Kalendis Aprilis in crastino de concilii sententia iuxta Carpentoratum — in villula minus insigni. Mart. Pol. c. Eodem anno[24] quo extinctus 1314. fuit per venenum felicis recordationis Heinricus imperator, septimus huius nominis, ab Augusto 108, principes ad preficiendum monarcham celitus constituti, tempore autumnali contentiose eligentes, quidam in Franckenfurt, aliqui per litteras, aliqui in locis sibi competentibus et sic discordantibus, in duas partes se diviserunt[d]. Sic una elegit Fridericum ducem Austrie, primogenitum filium Alberti quondam regis Romanorum: videlicet Rudolfus palatinus comes et senior dux superioris Bavarie, Coloniensis archiepiscopus[25] et dux Saxonie senior, qui in episcopum Pataviensem a sede apostolica erat deputatus, nondum tamen eandem sedem ascenderat, sciens se frustratum in electione et perfectione monarchi, iunioremque ducem fratrem suum timens eligere velle ducem Bavarie superioris nomine Ludwicum, occasione electionis gratie apostolice renuntiavit, et quia senior erat, illico abilis fuit eligendo ducemque Austrie cum reliquis sublimavit. Altera vero pars electorum, videlicet rex Bohemie Iohannes, qui filius fuit felicis recordationis Heinrici quondam imperatoris, Treverensis archiepiscopus[26], qui frater fuit imperatoris Heinrici 20 supra dicti, Petrus sancte sedis Moguntinensis archiepiscopus, et iunior dux Saxonie — qui se dicebat esse electorem et non fratrem suum seniorem ob causas supra memoratas — isti predicti principes elegerunt in regem Romanorum Ludwicum ducem iuniorem superioris Bavarie; et coronatur Aquisgrani.

1314. Tempore yemali[e] in vigilia sancti Thome apostoli, abbate Heinrico de Hugnang Dec. 20. destituto, preficitur in abbatem monasterii sanctorum Uodalrici et Afre in Augusta a presule Friderico[27] Augustensi Marquardus de Hageln ex ordine Predicatorum, vir magnifice bonitatis. Prefuit autem annis 20 et menses 8.

1315. Post mortem vero Philippi regis Franciae successit sibi Ludwicus — Paulo post apparuit secundus cometa in parte orientali, sed minor quam alia videbatur. Mart. Pol. cont.

Iohannes vicesimus secundus de Cathurco ex patre Arnoldo fuit electus anno Domini 1316. — redditibus singulis ecclesiis assignatis.

1317. Dissidentibus itaque[f] Romani imperii electoribus[g], quos nobilis Germania germinavit, uterque electus, ut supra memoravimus, videlicet Ludwicus Bavarie dux et Fridericus Austrie dux, licet Ludwico maior pars et Friderico minor electorum consenserit, iuribus[h] sibi per electionem contractis inhiabant atque pro viribus insudabant, cum maxima comitiva procerum et magnatum regni utrisque se secundum sua vota consociantibus. Et

a) in Pado 2. b) *versus:* Iure *et* Iudas *in* 1 *positi sunt inter versus:* Occidit *et* Glorius. c) terni 2. d) dividentes 1, diviserunt 2. e) hiemali 2. f) Dissidentesque 1. g) electores 1. h) viribus 1.

22) Baden ad Limmat fluv. 23) i. e. frater ordinis Dominicani. 24) immo sequenti anno. 25) Heinricus II. 26) Balduinus. 27) primo; 1309—1331.

Mart. Pol. cont. sic. eidem duo electi certatim mutuis congressibus bellicis diatim[a] certaverunt. **Eodem anno mense Novembri fecit papa Iohannes vicesimus secundus publicari et ad studia — in heremo de Murreto dicitur invenisse.**

**1318. Hic papa in archiepiscopatu Terraconensi — qui undecim habebat suffraganeos. Anno sequenti, hoc est anno ab incarnatione Domini 1319. instituit novum ordinem — in dictis regnis situatis.**

**1320. 15. Kal. Maii hic papa canonizavit — miracula operatus est.**

1322. Decertantibus itaque ducibus, videlicet Ludwico et Friderico, pro imperio Ro-
Sept. 28. mano, que res perducta est ad bellum presentibus ambobus electis. Ibique dux Austrie cum fratre suo Heinrico fuit captivus atque Fridericus vinculis mancipatus in castro Trus-
28 nit[28] usque ad triennium, et multi alii nobiles captivi sunt; sed et interfecta est ibidem magna multitudo hominum et conculcata, nobilium et ignobilium. Unde versus:

(1) Annis ter denis minus octo, mille trecentis
Actis, Ludwicus vincit, capitur Fridericus;
Ante diem festum Michahelis quod scio gestum.

---

(2) Anno milleno ter C bis decemque secundo,
Quando Wenezlai clerus canit ac Adonai,
Tunc rex Ludwicus conflixit cum Friderico,
Quem captivavit, Australes et superavit;
Atque ducem dictum, grandi certamine victum,
In Trusnit duxit, ubi longo tempore luxit.
Sed locus, hec acta prope quem sunt omnia facta,
Můldorf[b] est dictus, ubi flumen circuit Enus.

*cod. 1 et 2.*

1324.[29] Marquardus abbas 4. Nonas Maii[c] obiit; Cuonradus cognomine Winckler, eiusdem cenobii professus, preficitur 3. Nonas Maii, alias pridie Nonas Maii[d], et confirmatur in secunda feria pentecostes[30], ordinatur vero in dominica Benedicta[31].

32 Anno sequenti[32] obiit papa Iohannes vicesimus secundus de Cathurco. Eligitur quidam ex cardinalibus et vocatus est Benedictus duodecimus, qui questionem ab antecessore suo factam, scilicet de statu animarum iniquorum et iustorum post mortem dissolvit in hec verba: *Benedictus episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Benedictus Deus in domis suis et sanctus — Datum Avinione 4. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno secundo*[33].

*editio Freheriana.*

1324. Ludovicus obsedit castrum Burgau[34] cum magna potentia, in quo erat capitaneus dominus Burkardus de Oellerbach cum duobus filiis egregiis. Cui in adiutorium venit Leupoldus dux Austrie, qui predictum Ludovicum amovit.

1325.[32] Obiit papa Iohannes vicesimus secundus de Cadurco. Eligitur quidam ex cardinalibus, et vocatus est Benedictus duodecimus, qui questionem ab antecessore suo factam, scilicet de statu animarum et iustorum post mortem, dissolvit.

1326 Pestis absorbuit Gerhardum comitem de Graispact, episcopum Aystetensem. Anno sequenti N. comes de Seyn constituitur.

1329.[35] Ludovicus rex venit Mediolanum, ubi corona argentea coronatur. Ibi Galeacium dominum Mediolani captivavit, et dominium eiusdem civitatis commisit Hugoni comiti de Montfort Alemano.

1331.[36] Fridericus electus[37] obiit; ut creditur ex veneno, quia vermes innumerabiles ipsius ex cute erumpebant.

1334. Marquardus abbas obiit; Conradus cognomine Winckler, eiusdem cenobii professus, preficitur 6. Idus Maii, et confirmatur in secunda feria pentecostes[30], ordinatur vero in dominica Benedicta[31].

a) beldiatim 1. b) Můldorff 2. c) 4. Non. Maii *desunt* 2. d) preficitur 4. Ydus Maii 2.

28) Trausnitz ad Naab fluv. 29) immo 1334. 30) 1334. Mai. 16. 31) 1334. Mai. 22. 32) anno 1335. 33) 1336. Ian. 29. Legitur bulla ista in chron. Leob. ap. Pez SS. Rer. Austr. I, 941. 34) inter Augustam et Ulmam. 35) immo 1327. 36) immo 1330. Ian. 13. 37) rex.

# NOTAE BAUMBURGENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*In monasterii Baumburgensis, inter Alz et Traun fluvios siti*[1], *codice membranaceo saec. XV, qui asservatur in regio tabulario Monacensi, notatae sunt eae, quae subsequuntur, altarium dedicationes. Quas quidem narratiunculas, adhuc usque ineditas, quum Monachii essem anno superiore, exscripsi.*

*Berolini*, 5. *Kal. Febr.* 1859.

*Ad altare sanctorum Iacobi et Udalrici episcopi in Plichenperch*[2].

Anno dominice incarnacionis MCXIIII[3], indictione 11, 8. Kal. Augusti hec ecclesia a domino Candiano Nove civitatis[4] episcopo dedicata est in honore sancte crucis et sancte Marie perpetue virginis, nominatim autem in honore sancti Iacobi apostoli et sancti Udalrici episcopi, consensu domini Baldwini archiepiscopi[5]. Continentur autem hic reliquiae cet. 1058?

---

*Ad altare sancti Nicolai confessoris*[6].

Anno dominice incarnacionis 1129. consecrata est hec basilica a domino Reinberto, Brixinensis ecclesie episcopo[7], 7. Kal. Iulii in honore sancte Dei genitricis Marie et sancti Nicolai confessoris. Continentur autem hic reliquie cet. 1129. Iun. 25.

*Ad altare sancte Marie matris domini nostri Ihesu Christi.*

Anno dominice incarnacionis 1140, 6. Idus Novembr. dedicatum est hoc altare a venerabili Altmanno Tredentino episcopo[8] in honore sancte Marie matris domini nostri Ihesu Christi perpetue virginis. Continentur cet. 1140. Nov. 8.

*Ad altare sancte Marie Magdalene in superiori ecclesia.*

Anno dominice incarnationis 1151, 4. Kal. Novembris dedicatum est altare in superiori ecclesia a venerabili Hartmanno Prixinensis ecclesie episcopo[9] in honore sancte Dei genitricis semper virginis Marie et sancte Marie Magdalene. Continentur cet. 1151. Oct. 29.

*Ad altare sancti Iacobi apostoli.*

Anno dominice incarnationis 1156, 17. Kalend. April. dedicatum est hoc altare in honore sancti Iacobi apostoli a venerabili Ratisponensis ecclesie episcopo Hartwico[10]. Continentur cet. 1156. Mart. 16.

1) a Chiem lacu ad septentriones. 2) Videtur Berg esse, a Baumburg ad occidentem. In codice enim tradd. Baumburg. locus modo Plichinperc appellatur modo Perga; Mon. Boic. III, 5: *Warmunt de Plichenperc et Engilmar frater eius;* pag. 6: *Warmunt et frater eius Engilmar de Perga.* 3) An MLVIII? In hunc annum incidit indictio 11. 4) Città nuova in Istria (Aemonia). De Candiano episcopo de Ystria cf. Gesta archiepp. Salisburg., Mon. SS. XI, 26. 5) Salzburgensis 1041—1060. 6) ecclesiae Baumburgensis. 7) 1126—1142. 8) 1124—1149. 9) 1142—1164. 10) II, 1155—1164.

*Ad altare sancte Margarethe virginis et martiris.*

1156. Iul. 12. In nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sancte Marie perpetue virginis et sancte Margarethe virginis et martiris omniumque celestium virtutum consecrata est hec ecclesia anno dominice incarnationis 1156. indictione 4, 4. Idus Iulii sub imperio Fride-
11 rici cesaris, sub marchione[11] Engelberto et uxore eius Maechtilde, eiusdem ecclesie advocato, et sub patre venerabili Gotteschalco eiusdem ecclesie fabricatore et preposito. Dedicata autem est ecclesia a piissimo Saltzburgensis ecclesie archiepiscopo Eberhardo[12] et a duobus suffraganeis eius, Ratisponensis videlicet[a] episcopo Hartwico et a patre sanctissimo Brixinensis ecclesie Hartmanno. Continentur cet.

*Ad altare sancti Iohannis baptiste et sancti Iohannis apostoli et ewangeliste.*

1156. Iul. 12. Anno dominice incarnacionis 1156. indictione 4, 4. Idus Iulii in honore sancti Iohannis baptiste et sancti Iohannis euangeliste dedicatum est hoc altare a venerabili Hartwico Ratisponensis ecclesie episcopo. Continentur cet.

*Ad altare sancti Augustini episcopi.*

1308. Iul. 21. Anno ab incarnacione Domini 1308, 12. Kalendas Augusti dedicatum est hoc altare a venerabili in Christo patre domino Friderico, Secoviensis ecclesie episcopo[13], reverendo in Christo domino Chunrado[14], Saltzburgensis ecclesie archiepiscopo, apostolice sedis legato, consenciente, in honore sancte et individue Trinitatis et in honore sancti Augustini episcopi et confessoris. Continentur cet.

*Ad altare sancti Gregorii pape.*

1342. Febr. 4. Anno ab incarnatione Domini 1342, 16. Kalendas Marcii dedicatum est hoc altare a venerabili patre domino Petro, Markopolensis ecclesie episcopo, consenciente reverendo in
15 Christo patre domino Hainrico, sancte Saltzburgensis ecclesie archiepiscopo[15], apostolice sedis legato, in honore sancte et individue Trinitatis et in honore perpetue semperque virginis Marie, precipue in honore sancti Gregorii pape. Continentur cet.

*Ad altare corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi.*

1383. Dec. 9. In nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sancte Marie perpetue virginis ac specialiter misterii sacrosancti corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi omniumque celestium virtutum consecrata est hec capella anno dominice incarnationis 1383, 5. Ydus Decembris, hoc est in crastino conceptionis beate Marie virginis, a
16 venerabili in Christo patre et domino, domino Friderico[16] episcopo ecclesie Chiemensis. Continentur cet.

a) ecclesie *excidit.*

11) Istriae. 12) I, 1147—1164. 13) 1308—1318. 14) IV, 1291—1312. 15) 1338—1343. 16) II, 1367—1387.

# MAGNI PRESBYTERI
# ANNALES REICHERSPERGENSES.


## EDENTE D. WILHELMO WATTENBACH,
TABULARIO REGIO WRATISLAVIENSI.


*De diversis Annalium Reicherspergensium formis inquisituris nobis ante omnia libri manuscripti accurate describendi sunt, inter quos primo loco*

*A. ponendus est* Cod. *Monacensis Lat.* 1090. *olim Aldersbacensis* 60. *Baw.* 90. *membr. oct. saec. XII. Ibi numeri annorum usque ad a.* 1157. *in margine positi sunt, singulis unicuique anno versibus assignatis. Inde ab a.* 72. *binis columnis nomina pontificum et imperatorum Romanorum inscripta sunt. Deinde auctor res ex diversis auctoribus collectas inseruit, ubi spatium permittebat; pleraque non per certos annos distributa sunt, sed cum nominibus illis modo liberiore coniuncta. Ubique permulta erasa sunt et correcta; is autem verborum contextus, quem auctor postremis curis posuit, in ceteros libros receptus est. Ultima annalium pars ab a.* 1158. *usque ad a.* 1167. *per totas pagellas scripta est, sed et haec ex altero quodam libro vel ex ipsis auctoris adversariis a librario descripta esse videtur. In fine nonnulla erasa sunt, sed post adhibita iam olim remedia artis chemicae omnia nullo negotio legi possunt.*

*Hunc igitur codicem R. P. Ferdinandus Crendelius soc. Iesu exscriptum misit Petro Stewartio professori Leodiensi, qui eum a.* 1616. *in Tomo singulari insignium auctorum p.* 717—796 *vulgavit; eam editionem Basnagius in Canisii Lectt. ant. nova editione Vol. III,* 2, 217—262. *repetiit. Deinde a.* 1782. *P. P. Finauer in opere: Historisch-litterarisches Magazin für Pfalz-Baiern I,* 215—227 *eosdem annales inde ab a.* 1058. *ex eodem codice*[1], *sed non integros edidit, editionis Stewartianae prorsus ignarus. Inscripsit:* Chronicon Reicherspergense minus ab a. 1058. usque 1167. auctore Magno presbytero. Ex Cod. Msc. Bibliothecae inclyti monasterii Alderspacensis. *Sed nomen auctoris ex sola coniectura apposuit, quum in codice non legatur, manuumque diversitas huic assumptioni repugnet. Quapropter hunc librum seiungimus ab altera codicum classe* (B), *cuius primus est*

1) *Cod. Reicherspergensis olim a Christophoro Gewoldo, Maximiliano Bawariae duci a consiliis, repertus et diligenter atque accurate*[2] *editus Monachii*

1) Dubium ex editionum diversitate ortum V. Cl. Foeringerus accurata cum codice collatione facta refellit, constatque alterum eiusdem generis codicem tunc in bibl. Aldersbac. non fuisse.

2) mutata tamen paullulum ex illius aevi more scribendi ratione, quam nos ad instar codicis 2. 3. restituimus. Sed Gewoldus aliquoties conservavit formam *domnus*, ex qua re ipsius Gerhohi scribendi modum divinati etiam pro compendio *dn.* ubi tituli loco est, *domn.* posuimus.

*in* 4⁰ *anno* 1611. *sub titulo:* Chronicon monasterii Reicherspergensis. *Illo scilicet duce iubente anno* 1595. *praepositus monasterii codicum ibi servatorum catalogum miserat, ubi inter ceteros commemoratur:* In quarto. Chronica mona-
3 sterii Reicherspergensis. 83 folia.[3] *De hoc codice qui a.* 1194. *finitur, nihil praeterea compertum habemus, verumque videtur esse, quod Mon. Boic. III,* 394. *editor diplomatum Reicherspergensium existimat, eum a.* 1625. *cum ipso monasterio incendio periisse. Editionem Gewoldi repetiit Ludewigius in Scriptorum rerum Bamb. vol. II,* 129—348.

2) *Cod. Iohannei Grazensis, qui meliore fortuna servatus, ex eodem monasterio translatus est, mbr. in fol. min. saec. XII et XIII. In hoc libro praeter catalogos archiepiscoporum Salisburgensium*[4] *et episcoporum Patavien-*
5 *sium*[5]*, pontificum et imperatorum Romanorum, Magni presbyteri chronica, eius nomine inscripta, bis continetur. Et prima quidem, quae usque ad a.* 1160. *pertingit, fere uno tenore scripta est, altera vero quam numero*

3) *designamus maiores scripturae diversitates ostendit. Nam simili modo cum codicis* A. *scriptore Magnus noster initio nomina tantum pontificum et imperatorum, rubro scripta, cum paucis aliis posuisse videtur; cetera postea inseruit. Et quum initio in binas columnas omnia distribueret, versus finem crescente sententiarum ambitu ab hac ratione discessit. Alia saec. XII. exeuntis manus annis* 1173. 1179. 1187, *manus saec. XIII ex. vel XIV inc. a.* 1142. 1184. 1194. *quaedam addidit. Anno* 1193. *post verba:* captivitatem imperatoris,
6 *ultimo quaternionis folio resecto*[6]*, in novo quaternione alius pergit, diversorumque manibus continuatio deducta est usque ad a.* 1278. *Hunc Annalium textum Boehmerus ab a.* 1084.—1195. *edidit, Font. III,* 530—553. *Locum de morte Liupoldi ducis Austriae cum epistolis de captivitate regis Angliae, ex hoc codice descripta a Phil. Saller can. Polling. accepit et in Corollariis Germ. Sacrae II,* 954—956 *edidit Hansizius.*

3) In cod. bav. Cat. 2. ubi praeterea haec historica commemorantur: 1. *in fol. Historia rerum ab initio mundi usque ad a.* 1277. *cum linea et effigie patriarcharum, regum item et imperatorum, Romanorum quoque pontificum serie.* 41 *folia.* — 2. *in fol. Liber antiquitatum Iosephi.* — 3. *in fol. Magistri Gerhohi praepositi in Reichersperg libri de investigatione Antichristi, scripti ad Eberhardum episcopum Salzburgensem.* — 4. *in fol. Chronica Magni presbyteri a generatione mundi usque ad a. C.* 1279. 92 *folia.* — 5. *in fol. Chronica d. Ottonis Fris. ep. a tempore Protoplasti ad a C.* 900. — 6. *in fol. Diversae conversationes et historiae multorum sanctorum patrum, religiosorum monachorum, eremitarum et coenobitarum.* 157 *fol.* — Et haec V. C. Foeringero debemus.

4) *S. Ruodbertus Salzburgensis episcopus primus. Vitalis secundus. Anzogolus tercius. Savolus quartus. Ezzius. Flobargisus. Iohannes. Virgilius. Beretricus. Arno primus archiepiscopus eiusdem loci, tempore Karoli Magni. Adalrammus. Liuprammus. Adalwinus. Adalbertus. Diethmarus. Pilgrimus. Oudalbertus. Eglolfus. Heroldus. Fridericus. Hic S. Wolfgangum consecravit in episcopum. Hartwicus. Guntherus. Diethmarus. Baldwinus. Gebehardus. Thiemo. Chunradus. Eberhardus. Chunradus. Adalbertus.* Postea diversorum scriptorum manibus haec addita sunt: *Eberhardus II. Philippus filius ducis Karinthie, archiepiscopus; qui depulsus est. Ulricus de Kyrperch, quondam Secoviensis, archiepiscopus; resignavit. Ludyzlaus, filius ducis Polonye, archiepiscopus. Nunc autem regit ecclesiam illam Fridericus II. dictus de Walhen. — Ruodolffus cancellarius regis Rudolffi Romanorum. Chuonradus de Vonstorf. Wichardus de Polhaym. Fridericus de Leymbetz. Heinricus archiepiscopus. Ortolffus de Weisseneck. Pilgrimus de Puechaim. Gregorius Schenkh. Eberhardus de Newnhausn. Eberhardus de Starhnberg. Iohannes de Reysperg. Fridricus drugsecz de Emmerberg. Sigismundus de Volkestorf. Burchardus de Weispriach.*

5) *Theodorus Lauriacensis archiepiscopus, sedit ibi annis 22. Vuolo archiepiscopus ibidem annis 22. Anthelmus a.* 9. *Wischarius a.* 9. *Waldaricus a.* 31. *Urolfus archiepiscopus a.* 1. *Hatto ann.* 11. *Reinharius ann.* 20. *Hartwicus a.* 26. *Ermricus a.* 9. *Engelmarus a.* 12. *Richarius ann.* 3. *tempore Theotmari Salzb. archiepiscopi. Purchardus a.* 12. *Cumpoldus a.* 17. *Gerhardus archiep. a.* 14. *temporibus Eglolfi et Heroldi Salzb. archiepiscoporum. Adalbertus a.* 25. *Pilgrimus archiep. ann.* 19. *tempore Friderici Salzb. archiepiscopi et Ottonis imperatoris. Cristanus a.* 22. *Perngerus a.* 33. *Egilbertus a.* 19. *Altmannus a.* 27. *Uodalricus a.* 32. *Regmarus a.* 17. *Reginbertus a.* 9. *Chunradus a.* 18. *Dietboldus a.* 17. Addita sunt postea sequentium episcoporum nuda nomina, quae omittimus.

6) scil. ut inseri possent loci ex Annalibus Sancti Rudberti petiti, et ni fallor illa de Richardi regis captivitate, quae in cod. 1. desunt.

4) *Cod. Forouiensis* 199 *(Arch. X, 630). saec. XIV. satis negligenter scriptus et in medio a.* 1191. *truncatus. Hic eiectis omnibus quae locum Reicherspergensem attingunt, Secoviensia quaedam inserta sunt. Ceterum proxime ad cod.* 1. *accedit, sed ad a.* 1088. *pleniora ex Passione Thiemonis excerpta continet, et a.* 1147. *in Conradi regis expeditione secundum Gerhohum narranda cum* 2. *convenit; a.* 1171—1182. *sententiae aliquot insertae sunt, quae etiam in Annalibus Admuntensibus, Salisburgensibus et Claustroneoburgensibus eisdem verbis leguntur, sed non in eisdem annalibus omnia, et quaedam nostro propria sunt, qui etiam in ipso operis fine, ubi truncatum est, narrationem quae in reliquis desideratur, orditur. Locum autem, quem post Tagenonis relationem* 4 *solus praebet, casu quodam in codice* 1. *excidisse arbitror.*

*Nullus horum codicum ex altero simpliciter est descriptus, et difficillimum est de eorum ratione iudicium. Id unum constat, codicem* A. *ceteris et antiquiorem esse, et fundamenti loco positum. Auctor eius nomen suum non prodidit, sed canonicum Reicherspergensem eum fuisse, satis manifestum est. Is igitur a.* 1157. *ut videtur, formam ut ita dicam chronici concinnandi sibi comparavit, et in eo adornando usque ad a.* 1167. *occupatus fuit. Praecipue autem rebus antiquioribus animum advertit, Orosium inprimis secutus, ut ipse testatur ad a.* 248. *Praeterea Historiam miscellam adhibuit, catalogum pontificum Romanorum, aliaque quae perquirere parum refert; sed inde ab a.* 739. *totum se Reginoni tradidit, quo finito post a.* 904. *se ipso quodammodo ieiunior factus, anno demum* 1159. *pennas sumit et aliquanto uberiora tradit, praesertim de schismate illo, quod regiones illas prae ceteris vexabat. Praeterea autem Vitam Corbiniani habuisse videtur* (774.) *ususque est Vita Udalrici* (955.), *Honorii Imagine Mundi* (1005.), *Roberti historia Hierosolymitana* (1092.), *et Gerhohi libro de investigatione antichristi*[7], *qui liber a.* 1162. *ineunte scriptus est; sed pauca tantum inde assumpsit. Verum etiam annales quosdam nactus est, qui modo cum Mellicensibus modo cum Salisburgensibus conveniunt, et a.* 1078. *utrisque plura praebent. Hos igitur (a.* 1021—1144.) *eodem atramento et calami ductu scriptos, quos a reliquis primo intuitu discernas, littera inclinata exprimendos curavimus, et quidem minuta ubi cum aliis consentiunt, etsi certum eorum fontem non novimus. Inde ab a.* 1080. *etiam de rebus domesticis quaedam traduntur.*

*Hoc igitur opusculo tamquam fundamento usus est Magnus presbyter Hic quem primus publice nuncupavit Aventinus, diserte ut auctor chronici nominatur in inscriptione codicis* 2; *a.* 1187. *vineas apud Beneventenruth plantavisse dicitur in codd.* 1. *et* 3. *sed hic, et fortasse etiam in cod.* 1. *ea verba manu aliena inserta sunt. Postremo in cod.* 3. *ad a.* 1195. *legitur:* Eodem anno defunctus est domnus Magnus venerabilis presbiter Richerspergensis cenobii, qui in omnibus ecclesie negotiis vigilanti cura inhiabat. Qui et ipse cronicam huc usque scripsit. *Eidem etiam codicem* 1. *sine ullo dubio tribuere debemus, quippe qui eisdem auxiliis confectus, usque ad eundem a.* 1194. *decurrit, et vel in extremis verbis cum* 3. *ad litteram convenit. Codicem* 4. *vel certe exemplar ex quo descriptus est, eisdem rationibus commotus eidem Magno attribuo, etsi quae locum Reicherspergensem concernunt scriptor Secoviensis eiecit, suasque res domesticas eorum loco inseruit.*

7) Ex hoc libro Seb. Tengnagel et Gretserus fragmenta ediderunt in Opp. Gretseri Vol. III, 111—114. VI, 235 sqq. aliaque novissime ex ipso codice qui perditus putabatur, V. Cl. Stülzius in libro Archiv für Kunde Oesterreich. Geschichtsquellen XX, 129 sqq.

Hic igitur Magnus ad corrigendum et amplificandum praedecessoris opus accedens magna cum diligentia auxilia adhibuit, tam eadem cum illo[8], quam et nova. Ipse allegat historiam ecclesiasticam (a. 47.) tripertitam (a. 316. cod. 2.), Hieronymi librum de vita patrum (a. 368. codd. 1. 2.), Bedae historiam gentis Anglorum, ex qua in cod. 2. ad a. 706. locum de vita Bedae exscripsit; Passionem sanctarum virginum (a. 451. codd. 1. 2.), Vitam sancti Severini (a. 514. cod. 1. 518. cod. 2. 514. cod. 3.), Gregorii papae (a. 590. codd. 1. 2.), Wolfgangi (1004. codd. 1. 2.), Thiemonis (a. 1088.) quam in cod. 4. uberius exscriptam invenimus. Ex Gerhohi libro de antichristo multo plura quam A. assumpsit, neque vero eadem in diversis chronici codicibus. Multa accepit ex Adalberti Vita Heinrici II, et ex Ottonis Frisingensis Chronico pauca in cod. 1. sed quam plurima in cod. 2, ubi et eius Gesta Friderici adhibuit. Sic etiam ex Liudprandi Antapodosi pauca verba margini cod. 1. inscripsit ad a. 900; sed plura inde hausit in codd. 2. 3. Cum Herimanni Chronico quaedam affinitas est (a. 1029. 1041.), quam Annalibus quibusdam, qui ex illo manaverunt, deberi existimo, et quidem eisdem qui iam in cod. A. adhibiti sunt. Nam et hic Ann. Admuntensium verba initio et a. 921. invenimus, et Salisburgensium vestigia e. g. a. 796. 836; annis vero 1095. 1096. Mellicensium verba eodem cum A. errore decem annis maturius posita[9]. Libellum de Conversione Bawariorum in cod. 2. adhibuit, ubi et Vita Bonifacii usus est. Ex decreto Gratiani locos sumpsit de imperatorum et pontificum rationibus, et Humberti card. legationem a. 1054. errore ad a. 957. posuit. Catalogum episcoporum Pataviensium ipsi codici inseruit, multumque praeterea usus est falsis illis de Laureacensi metropoli documentis, quas ex cod. Reicherspergensi cum Chronico Gewoldus edidit.

His igitur auxiliis in cod. 1. narrationem et correctiorem et multo uberiorem dedit, in solo saeculo X. deficientem. Inde ab a. 1084. acta monasterii sui larga manu posuit, et multa eius documenta integra inseruit. Saec. XII. progrediente de rebus ecclesiae et praecipue dioecesis Salisburgensis multa quae magni momenti sunt, memoriae servavit, atque epistolis et relationibus, quae eo tempore quam plurimae mittebantur, diligenter usus est, inprimis relatione Tagenonis Pataviensis decani de Friderici imperatoris expeditione a. 1189, quam fere integram recepit. Hunc igitur codicem quum ad a. 1194. perduxerit, sane mireris eum eodem tempore in alio quoque libro scribendo occupatum fuisse, qui easdem fere res aliter distributas continet, omissis tamen plerisque monasterii actis, quorum nimia moles fortasse eum commoverat ad iterandum laborem, quo utilior et usui magis accommodatus liber evaderet. Sed nescio quo consilio eum ita diviserit, ut primo loco poneret Annales a. 1—1160. satis plenos, quos, alia plurima praetermittens, locis a Liudprando, Ottone Frisingensi et Gerhoho acceptis ornavit[10], deinde vero eosdem admodum abbreviatos, sed tamen et hic aliquot locis auctos, et usque ad medium annum 1195. deductos. Reicherspergensia in 2 nulla, in 3 modica reperiuntur. Postremo codicem 4 proxime ad 1 accedere, aliis vero locis cum 2 conspirare, et habere quoque quae sibi sint propria et ex ipsis fontibus hausta, iam supra diximus.

Continuatio addita est in solo cod. 3, quae usque ad ann. 1223. satis aequaliter scripta est, maximam partem excerpta ex Ann. Salisburg. et Lambacensibus praeter epistolas illas de regis Angliae captivitate et Coelestini papae

8) e. g. ex Historia Miscella multo plura quam A hausit.

9) Idem error est in Ann. Salisb. SS. IX, 773.

10) Epistolam imperatoris de capto Mediolano a. 1162, quam codici 1. assutam invenit Gewoldus, hic in compendium redegit.

C. Caes. Vindob. hist. eccl. 50.


querimoniā faciente dño epō omīs illi pdones abaplico excommunicati
sunt. Eadē uiq; tempestate filius ottonis ducis nat̄ ē nōie Wladimir
Anno dm̄. m̄. c. xl. vi. Blasius abb̄ ob. 1.
mill̄. c. xl. viii. Wibloc. successit. Ho etate grandeuus inde liberatione
consiliū conciliator prudentissim̄ infratrū exorbitationib; delinquentiū

W. Wattenbach fec.

## 3. Annales S. Petri Coloniensis.

Cod. Darmstad. anni 198



Bethmann scripsit.

## 1. Magni annales Reicherspergenses.

a. Codex Aldersbacensis iam Monacensis.

fol. 22.



b. Codex Graecensis Johannei.

Pars I.


Anno ī regē unguit. s; p hoc facto a sūmo pōtifice idē epē deponit.
Anno. m̄. c. xx. Sexto.
Anno. m̄. c. xx. Septimo.
Anno. m̄. c. xx. Octauo.
Anno. m̄. c. xx. Nono. Innocentius. pp. cstituit.
Inhuī innocentii electiōe. grauissimū scisma factū ē. qd̄ ē duraūi p annos
fere. viii. Nā qdā cardinalium elegant ipm̄. petrū petleonis filiū cardi

Pars II.


Anno. ccc. lx. v.
Anno. ccc. lx. vi.
Anno. ccc. lx. vii.
Damasius pp. roma
nā rex ecclām.
Hic cstituit eredom
Iouinianus inpator: cstituit̄ p iulianū.
Valentinianus. inpator: cstituit̄.



c. Codex Vorauviensis.



W. Wattenbach scripsit.

*ad Heinricum VI, quas auctori debemus. Deinde manu alia* (a) *annorum numeri* 1224—1258 *scripti sunt cum paucis adscriptis notitiis de rebus domesticis, quibus alii plura admiscuerunt. Postremo diversorum manibus haec usque ad a.* 1279. *deducta sunt.*

*De edendi ratione*[11] *quum aliquantum haesitarem, tandem ita rem instituendam duxi, ut resecto capite Annalium, quippe quod et parvae utilitatis et ex codd.* A *et* 1 *iam editum est, primo loco ponerentur. Annales codicis* A *cum Magni codd.* 1. 2. 4. *ab a.* 921. *usque ad a.* 1167, *ea tamen ratione ut diplomata monastica omitterentur, quae et a Gewoldo et aliis locis iam edita sunt. Deinde sequitur totum opusculum codicis* 3, *quod ultimum e Magni manu venisse existimo, nec multum spatii occupat, quum pleraque littera minuta exprimenda sint. Cum hoc inde ab anno* 1167. *coniuncta est altera pars codicum* 1 *et* 4. *et post a.* 1194. *sequitur continuatio usque ad annum* 1279. 11

*D. Wratislaviae* 3. *Non. Augusti a.* 1859.

*W. WATTENBACH.*

| *Codex Aldersbacensis.* | *Codices* 1. 2. 4. |
|---|---|
| 921. Lando papa. Heinricus comes regnum optinuit. | 921. Heinricus dux Saxonum et Turingorum, filius Ottonis ducis Saxonum potentissimi, regnum[b] optinuit. Hic Heinricus cum Ungaris pugnavit apud Merseburg, et felicissime triumphans, tributarios eos fecit sibi[12]. 12 |
| 922. Iohannes papa Romanus. | 922. |
| 925. | 925. Sanctus Udalricus[c] Augustensis episcopus claret. |
| 928. | 928. Leo papa menses 7. |
| 929. | 929. Stephanus papa Romanam rexit ecclesiam. |
| 931. | 931. Iohannes papa Romanam rexit ecclesiam. |
| 932. | 932. Leo VII. papa. Hic Leo papa VII. commisit legationem per privilegium et pallium Gerhardo archiepiscopo Lauriacensi, tempore Eglolfi Salzburgensis archiepiscopi[13]. |
| 933. | 933. Marinus papa Romanam rexit ecclesiam. |
| 935. | 935. [Heinricus rex Ungaros — extorsit. *ex Otton. Fris. VI,* 18. Ipse etiam primus Danaos — celebre fecit. *ex Liudpr. III,* 21. Itaque post multa — obiit. *ex Ott. l. l.* 2.] |
| 936. Leo papa sextus. | 936. Agapitus[d] papa Romanam rexit ecclesiam. Hic Agapitus dedit pallium et legationem cum[e] privilegio Gerhardo episcopo Lauriacensi, tempore Heroldi Salzburgensis archiepiscopi[14]. 14 |
| 937. Stephanus papa Romanus. | 937. |
| 939. Iohannes papa. Otto Magnus Heinrici filius imperator, Aquisgrani electus et unctus. | 939. Otto M. f. H. regis[f] in Aquis Grani electus et unctus in regem[g] est. |
| 940. Leo papa VII. | 940. |
| 942. Marinus papa. | 942. |
| 943. | 943. [Otto Heinrici filius *etc. ex Ott. Fris. VI,* 19. 2.] |
| 944. | 944. Sanctus Gerhardus Pataviensis vel Lauriacensis archiepiscopus[h] claruit. |
| 946. Agapitus papa. | 946. Iohannes papa Romanam rexit ecclesiam. |
| 951. Otto rex Adalheidam de Longobardia uxorem duxit[a]. | 951. O. r. Adilheidam de L. u. d. |
| 952. Sanctus Oudalricus Augustensis ecclesie episcopus claruit. | 952. |
| 955. | 955. Benedictus papa[i] Romanam rexit ecclesiam. |

Gens Ungariorum omni belua crudelior cum innumerabili multitudine erupit, omnemque Noricorum regionem a Danubio usque ad Nigram silvam quae ad montana pertinet et partem provinciae Alamannorum usque Hilaram fluvium devastando occupavit. Inde Licum transiens, ecclesiam sanctae Afrae igni combussit et civitatem Augustam obsidione

a) *horum loco* 2. *excerpta ex Ott. Fris. VI,* 19. *praebet; desunt* 4. b) rex constituitur *nec plura* 2, *ubi excerpta ex Ott. Fris. VI,* 16. 18. *sequuntur, annis* 922—934. *vacuis relictis.* c) Oswaldus 4. *rubro.* d) *haec anno* 940. *adscripta sunt* 2. e) l. commisit Gerh. L. vel Pataviensi archiep. t. H. S. a. 2. f) r. post patrem regnavit 2. *rubro.* g) regnum 4. h) episcopus 4. *haec desunt* 2. i) B. p. *ad a.* 953. 2.

11) Editiones priores singulorum codicum iam commemoravimus. Novissime Chronici Reich. disquisitionem criticam Halis edidit Ferd. Stoetzer a. 1859, sed librorum manuscriptorum cognitione destitutus parum proficere potuit. 12) Haec etiam in Annalibus Admuntensibus leguntur. Cf. infra locum codicis 3. ex Liudprando petitum. 13) ex bullis Leonis VII. spuriis, de quibus v. Dümmler, Piligrim von Passau p. 22. 14) ex spuria Agapiti bulla; v. Dümmler l. l. p. 24.

cinxit[a]. Ibi[b] cognito adventu Ottonis inperatoris[c] magni, retracta obsidione obviam ei pergunt, etinito prelio[d] Deo victoriam christiano populo dante, multo milia Ungarorum caesa sunt, et ceteris fugientibus principes eorum cum multis 15 aliis vivi capiuntur, et Ratisponam perducti in eculeis sunt suspensi[15].

| | |
|---|---|
| 956. Iohannes papa. | 956. |
| 957. | 957. Leo[e] papa VIII. Romanam rexit ecclesiam. Hic[f] per epistolam ad inperatorem Constantinopolitanum Constantinum nomine scriptam animum eius concilians, apocrisiarios suos Humbertum Silvae Candidae episcopum et Petrum Amalfitanum archiepiscopum, Fridericum quoque septimum levitam et cancellarium Constantinopolim dirigens, multas Graecorum confutavit hereses, qui inter cetera Latinos vocabant Azymitas, et eos nimis persequentes eorum ecclesias claudebant, et Michaelem patriarcham a gratia et palatio inperatoris remotum, excommunicationis gladio percussit propter immolationem de fermentato[16]. (16) Leo[g] papa in synodo Romae congregata in ecclesia sancti Salvatoris constituit dicens: *Ad exemplum — feriri. ex Gratiani Decr.* 63, 23. |
| 960. | 960. Iohannes[h] papa Romanam rexit ecclesiam. |
| 962. Otto Magnus elevato filio suo Ottone in regnum, cesar factus est. | 962. Otto magnus[i] inperator[k]. O. M. e. f. s. O. in regnum inperator Romae creatus est. |
| 965. Benedictus papa. | 965. |
| 967. | 967. Wolfgangus Ratisponensis episcopus claret[l]. |
| 969. | 969. Sanctus Pilgrimus Pataviensis vel Lauriacensis archiepiscopus[m] claruit. |
| 971. Leo papa VIII. Wolfgangus Ratisponensis ecclesie episcopus claruit. | 971. Benedictus[n] papa Romanam rexit ecclesiam. Hic Benedictus papa dedit Pilgrimo Lauriacensi archiepiscopo pallium et commisit legationem per privilegium, tempore Friderici Salzburgensis archiepisopi[17]. (17) |
| 972. Iohannes papa. | 972. |
| 973. Sanctus Oudalricus anno etatis sue 83° in pace quievit. | 973. S. Udalricus 83 aetatis suae anno quievit[o]. |
| 976. | 976. Constitutio Ottonis magni inperatoris cum Romanis pontificibus: *Ut nullus — tradatur. ex Grat. Decr.* 63, 32. |
| 977. Benedictus papa. Otto filius Ottonis Magni inperator. | 977. Otto II. filius[p] Ottonis Magni inperator Romanorum. |
| 979. Domnus papa. | 979. Domnus papa Romanam rexit ecclesiam[q]. |
| 980. Bonifacius papa. | 980. |
| 981. Benedictus papa. | 981. Bonifacius papa. |
| 983. Iohannes papa. | 983. |
| 984. | 984. Benedictus papa. |
| 986. Gregorius V. papa Teutonicus. Otto filius Ottonis II. inperator. | 986. Iohannes[r] papa. Otto III. f. O. II. i. |
| 989. | 989. Gregorius V. papa qui et Bruno Teutonicus. Hic capellanus erat huius Ottonis III,[s] ipsumque inperatorem Romae consecravit defuncto Iohanne papa superiori. |
| 990. Iohannes papa. | 990. Sanctus Adelbertus Pragensis ecclesiae episcopus et martyr claruit[t]. |
| 991. | 991. Iohannes[u] papa Romanam rexit ecclesiam. Otto rex fecit tale iuramentum Iohanni papae: *Tibi — posse. ex Gratiani Decr.* 63, 33. |
| 995. Silvester. | 995. Silvester papa Romanam rexit ecclesiam. |
| 998. Iohannes papa. | 998. |
| 999. | 999. Iohannes papa Romanam rexit ecclesiam. |
| 1000. Iohannes papa. | 1000. |
| 1001. | 1001. Iohannes[v] papa Romanam rexit ecclesiam. [Heinricus rex constituitur 2.] |
| 1002. Sergius Os porci papa. | 1002. |
| 1003. | 1003. Sergius Os porci papa[w]. |
| 1004. Benedictus papa. Heinricus dux Bawoariae inperator II. | 1004. Mortuo[x, 18] sine herede Ottone[y], Heinricus II dux Bavariae, qui tunc in regno habebatur potissimus, utpote nepos Ottonis inperatoris[z], patre Hezilone, natione Noricus eiusdemque gentis dux insignis, ab omnibus regni primoribus electus, 87[us] ab Augusto |

a) obsidione — retracta *desunt* 4. b) c. cui tunc — deleti *ex Ott. Fris. VI*, 20. Principes autem eorum vivi capti et cum m. ad Radesp. p. ad ignominiam s. g. in e. s. s. Huius — appellatus est *iterum ex Ott. Fris.* 2. c) O. magni adhuc regis 1. d) certamine 1. e) *ad a.* 956. 2. f) Hic — fermentato *in marg.* 1. g) Hic etiam L. p. hoc anno in 2. h) 960. Venerunt nuncii — celebravit *ex Ott. Fris. VI*, 21. 2. i) *deest* 2. k) Rom. *add.* 2. 4. *deinde* 2. *pergit:* Otto gloriosus — exules moriuntur *ex Ott. Fris. VI*, 22—24. l) *ad a.* 966. 4. *desunt* 2. m) episcopus 4. *Et haec desunt* 2. n) 972. B. p. VI. Hic p. d. P. L. vel Pataviensi a. 2. o) in domino *add.* 4. *desunt* 2, *ubi sequentia anno* 964. *tribuuntur*. p) II. post patrem solus regnavit 2. *rubro. Sequitur* Hic — evasit *ex Ott. Fris. VI*, 25. q) *haec in* 2. *desunt, ut et sequentia paparum nomina a.* 981. 984. 986. 989. r) 985. Outto III. post patrem constituitur inperator *rubro*. Hic patri in regnum succedens 86. ab Augusto regnavit 2. *In* 4. *et illa et sequentia a.* 989. *anno* 988. *attribuuntur*. s) Teuth. 1. *Et haec in* 2. *desunt*. t) *desunt* 2. u) *haec anno* 990. *tribuit* 2. v) I. p. r. r. e. *desunt* 2. w) *desunt* 2. x) *ad a.* 1002. 2. Heinricus nepos O. i. dux B. 4. y) O. inp. tertio hic H. qui 2. z) O. iam dicti natione N. 2.

15) ex Vitae Udalrici cap. 12. 16) ex Humberti legatione apud Baronium a. 1054, quo eam pertinere notum est. 17) ex bulla Benedicti; de qua v. Dümmlerum l. l. p. 52. 18) Otto Fris. VI, 27. Adalberti V. H. c. 1.

rex creatur. Hic[a] multa in Germania, Boemia, Polemia, Italia, Apulia fortiter ac prospere bella gessit. Apuliam enim diu a Graecis possessam inperio Romano recuperavit. Polemiam cum duce Bolizlao[b] subegit. Boemiam vicit et subiugavit. Beneventanum monasterium condidit et omni ornatus decore locupletavit. Pannoniam *inferiorem* fidei catholicae et Romano inperio adunavit; sorore enim sua Gisla Stephano Ungeriorum regi data in uxorem, tam ipsum quam totum regnum eius ad fidem et baptisma vocavit. Hunc Stephanum Ungari hactenus fidem christianam servantes, velut principium fidei suae inter sanctos colendum ducunt. Burgundiorum quoque non ex humana sed ex divina virtute cessit ei victoria. Qui cum armis et omnibus belli copiis essent instructi, viri ad arma paratissimi, depositis armis non hominis metu sed Dei nutu, rogantes ea quae pacis sunt, dextras[c] dederunt et acceperunt, et ad insignia regalia lanceam clavo dominicae passionis insignitam addiderunt; et *ita victoriosissimus princeps*[d] *Burgundiam in deditionem accepit*, sicque gloriosissimus[e] inperator per arma iustitiae omnia bella feliciter consummavit, ac minime funestam sed incruentam victoriam semper de omnibus habuit. V. H. 22. 4. 29. O. F. VI, 28. c. 27. V. H. c. 31.

Tandem[f] data sibi a domino Deo requie, cum esset christianissimus nobilissimum episcopatum Babenberg ex integro in suo domate fundavit, ac possessionibus et honoribus sicut hodie cernitur locupletavit. Terminis enim ab adiacentibus episcopatibus legitimo concambio commutatis, eundem episcopatum principibus apostolorum Petro et Paulo et preciosissimo martyri[g] Georio attitulatum, speciali iure sanctae Romanae ecclesiae contradidit, ut et primae sedi debitum inpenderet honorem et suam plantationem tanto patrocinio firmius communiret. Sedes quoque episcopales Magdeburch, Argentinam, Misenam et Mersebureh, quae barbarica inmanitate adiacentium Slavorum devastatae fuerant, restauravit, et tam ipsis quam aliis episcopatibus per totum regnum in possessionibus et ornatibus innumerabilia dona hilariter contulit, *unde et elemosinarius dictus est*. O. F. VI, 27. V. H. c. 6. cap. 3.

Rebus[h] autem humanis hic piissimus inperator exemptus in ecclesia Babenberg[i] humatur, et *ut illa ecclesia testatur verissime, sepulcrum eius usque hodie crebris miraculis celebre habetur*. Anno 24. regni sui, inperii vero 11. moritur[k]. c. 35. O. F.

*Celebre*[l] *valde est et ad multorum iam notitiam venit*[m], *quomodo hic Deo devotissimus rex ostensus est divinitus futurus inperator. Legitur enim de illo sic in vita beati Wolfgangi Ratisponensis episcopi*: *Heinrico rege — dignatus erat sublimitatem* (l. l. c. 42.).

| | |
|---|---|
| 1005. Babenberg construitur. Ruzi, Polani et Ungari facti sunt christiani[20]. | 1005. Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam[o]. 20 |
| 1009. Iohannes papa. | 1009. Iohannes papa Romanam rexit ecclesiam. |
| 1015. Benedictus papa. | 1015. B. p. Romanam rexit ecclesiam. |
| 1021. *Terremotus factus est magnus*[n]. | 1021. |
| 1025. Silvester papa. | 1025. Silvester qui et Gerbertus papa[21]. |
| 1026. | 1026. Constitutio[p] huius Heinrici II. cum Romanis pontificibus: *Ut nullus — tradatur*[22]. |
| 1027. Chuonradus inperator *Romae ordinatur*. | 1027. Chuonradus[q] primus Romae creatus inperator. Defuncto sine filiis *etc. ex Ott. Fris. VI*, 28 — 31. |
| 1029. | 1029. Chuonradus inperator perrexit in Polemiam[r. 23] |
| 1030. | 1030. Inperator idem perrexit in Ungariam, et *fugit ultra flumen Raba*[24]. 24 |
| 1032. Gregorius papa VI. | 1032. Gregorius VI. qui et Gratianus Romanam rexit ecclesiam. |
| 1039. | 1039. Heinricus[s] Pius, filius Chuonradi III, in regem elevatur. |
| 1041. | 1041. Ungari expulerunt regem suum Petrum[t]. |
| 1042. Clemens papa Teutonicus. Heinricus Pius filius Chuonradi inperator III. | 1042. |
| 1043. | 1043. Clemens qui[u] et Suikerus episcopus Babenbergensis, papa Teutonicus. |
| 1044. Damasus papa Teutonicus. | 1044. [Circa haec tempora *etc. ex Ott. Fris. VI*, 32. 2.] |
| 1045. | 1045. Ungari subditi sunt Heinrico adhuc regi, qui et restituit Petrum in regnum suum, quem Ungari statim sequenti anno excaecaverunt[v]. |
| 1046. Leo papa IX. Teutonicus. | 1046. Damasus qui et Poppo[w] Aquileiensis patriarcha, papa Teutonicus. |

a) Ipse 2. b) Balislao 2. Belizlao 4. c) d. per se d. et ipsi a. 2. d) rex 2. e) g. i. *desunt* 2. f) Heinricus d. 2. *ad a.* 1010. g) m. Christi G. 2. h) Heinr. inp. r. h. 2. *ad a.* 1024. i) in Babenbergensi eccl. h. 2. k) habetur. 24. r. s. a. defungitur 2. *In* 4. *hic interponuntur illa de Chunrado II. a.* 1027. l) C. autem v. 2. *ubi haec statim post* de omnibus habuit *sequuntur*. m) pervenit 2. n) *haec quae littera inclinata expressimus, eodem calami ductu celeris addita vel inserta, etiam in diversis Austriae Annalibus leguntur*. o) *in* 2. *haec et sequentia de pontificibus Romanis desunt*. p) *et haec desunt* 2. q) *cod.* 2. *ad a.* 1025. *rubro:* Chunradus rex constituitur. *Sequuntur excerpta uberiora ex Ott. Fris. Chronico:* Defuncto — Vercellis celebravit. 1027. Ch. rex inp. ordinatur, *rubro*. Ch. rex Romam — quam plures. 1039. Chuonrado — humatur. r) *ita* 4. *rubro*. Poloniam *ed. Gew. Haec et sequentia a.* 1030. *desunt* 2. s) 1039. Chuonrado — humatur. Heinricus pius rex constituitur. Hic *etc. ex Ott. Fris. VI*, 32. 2. t) *desunt* 2. 4. u) C. papa Rom. r. e. 4. *desunt* 2. v) *haec et sequentia usque ad a.* 1052. *desunt* 2. w) *deest* 4.

20) Haec potius ad nomen Heinrici II. quam ad certum annum pertinere videntur; sumta sunt enim ex Honorii Imagine Mundi. 21) Auctoris sui errorem Magnus exaggeravit. 22) V. supra a. 976. Scilicet in Gratiani Decr. 63, 32. inscriptio haec est: *Constitutio primi Henrici et primi Ottonis cum Romanis pontificibus*. 23) Haec ex Herimanni epitome Sangallensi in Annales Mellicenses aliosque manarunt. 24) Cf. Annales Altahenses h. a.

1047. Victor papa Teutonicus. *Heinricus rex inperator Romae ordinatur.*

1049. Stephanus papa Teutonicus.

1051. Benedictus papa.

1052.

1056.

1057. Heinricus filius Heinrici Pii inperator IV.

1059. Nycolaus papa secundus.

1065. *Eigilbertus Pataviensis episcopus obiit. Altmannus constituitur. Eodem anno Heinricus rex accinctus* 25 *est gladio in pascha anno regni sui nono*[25].

1067. *Heinricus iam inperator duxit Bertam filiam Ottonis comitis.*

1047. Heinricus rex Romae inperator creatur[a].

1049. Leo qui et Bruno Tullensium episcopus, IX papa Teutonicus.

1051. Victor qui et Gebehardus Eistetensis episcopus, papa Teutonicus.

1052. Stephanus papa Teutonicus.

1056. Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam.

1057. H. f. H. P. IV inperator[b].

1059. N. II. papa constituitur. Hoc anno mense Aprili *etc. ex Gratiani Decr. XXIII,* 1.

1065. Heinricus rex accinctus est gladio in[c] pascha anno regni sui nono. Eodem anno Eigilbertus Pataviensis episcopus obiit, et Altmannus pro eo constitutus est.

Gerh. c. 12. 1067. Heinricus rex duxit Bertham filiam[d] Ottonis comitis uxorem[26], ex qua etiam liberos adhuc circa principia regni sui ut fertur honestior honeste susceperat. Post
27 cuius obitum aliam postea uxorem, regis Ruteni filiam nomine Gislam[e], accepit[27], per quam etiam eiusdem regis nefaria et sordidissima opera per publicas querimonias tandem detecta sunt. Nam preter
ib. cap. 10 alias malas consuetudines eius erat in eius contubernio impudicorum grex ex clericis et laicis illustrioris prosapiae congregatus. Erat ei item adunata[f] iuvencularum et matronarum tanta multitudo, quantam nec sine querela regiae domus mansio vel profectio sustinere potuisset, quarum tamen pleraeque a propriis viris abstractae invitae et captivae ad opera nefaria ducebantur.

1069. Alexander papa secundus.

1070. *Otto dux Bawariae regi Heinrico rebellavit.*

1071. *Welfo factus est dux Bawariae, pulso Ottone duce.*

Gerh. c. 13. 1073. Gregorius papa VII. ordinatus est. Hic Heinricum inperatorem propter vitae propriae enormes excessus et alia quae agebat, post multas et fortes commonitiones prius per nuncios et litteras directas tandem excommunica-
ib. cap. 14. vit. Tunc idem inperator quendam Wigbertum Gregorio superposuit, eumque Clementem nominans, de Brixiana ci-

1069. Alexander II. papa Romanam rexit ecclesiam.

1070. Otto dux Bawariae regi Heinrico rebellavit.

1071. Welfo factus est dux Bawariae, pulso Ottone duce.

1073. Hiltebrandus[g] diaconus sanctae Romanae ecclesiae papa ordinatur Romae, qui etiam dictus est Gregorius VII.[h] Hic Gregorius in generali synodo residens[i] statuit dicens: *Si quis — subiacere. ex Gratiani Decr. II, XVI.* 7, 12. 13.

vitate ubi natale fecerat, Romam tetendit, indeque proturbato Gregorio Wigbertum in beati Petri sede locavit. Gregorius vero exulans in regnum Franciae confugit. Inperator quoque episcopos aliosque fideles ecclesiae, suae parti non communicantes de sedibus propriis proturbat, eisque alios quos voluit superposuit, vixque in regno suo inveniebatur episcopatus in quo dualitatis huius scissura non esset. Hinc iam caedes fiebant, hinc membrorum in laicis et clericis truncationes et oculorum effossiones, hinc publicae civium
cap. 15. contra cives congressiones, aliis pro pastoribus legitimis, aliis vero contra pastores dimicantibus. Videntes vero fideles ecclesiae mala quae fiebant, et haec in dies augeri, usi consilio Gregorii papae in unum conveniunt, et unum ex principibus Ruodolfum nomine sibi regem statuunt. Quo comperto inperator copiis contractis[k] contra eundem Ruodolfum bello se parat. Cui et Ruodolfus occurrit in manu valida, Saxonum maxime fretus auxiliis, commissaque pugna prope fluvium Unstruoth, in loco qui Welfesholz dicitur, inperatoris pars prevaluit. Ruodolfus rex ibidem pro ecclesia Christi occiditur. Quo mortuo non multo post tempore fideles ecclesiae alium ex principibus nomine Hermannum in regem eligunt, qui et ipse non unius integri anni spatio regno potitus, a fautoribus inperatoris similiter pro ecclesia Christi per insidias occisus est.

28 1074. *Heinricus inperator*[l] *in*[m] *Ungariam profectus adversum Loitsconem patruelem Samuelis*[28] *incassum rediit. Ruodolfus*[n] *dux Alamanniae et Welfo dux Bawariae coniurant adversum regem Heinricum*[o].

1075. *Ernist marchio in Saxonia occisus est in publico bello, et Liupoldus*[p] *filius eius marcham suscepit.*

1077. *Discordia inter papam et regem oritur, et rex in Italiam proficiscitur. Et Ruodolfus dux in regem apud Vorcheim eligitur.*

1077. Discordia inter domnum papam et domnum inperatorem[q] oritur pro eo quod ipse inperator[r] ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu simoniacae heresis

a) *desunt* 4. *In* 2. *ad excerpta ex Ott. Fris. in marg. rubro scriptum est* Clemens papa, *et a.* 1048. Heinricus rex inperator ordinatur. Damasus papa. Leo papa. *Deinde iterum excerpta ex Ott. VI,* 33. b) Rom. *add.* 4. H. pius inp. *etc. ex Ott. Frising.* 1058. Heinricus rex constituitur, *rursusque exc. ex Ott. Frising. VI,* 34. 2. c) in — est *desunt* 2. d) Ott. Italici marchionis f. u. ex qua et I. 2. e) Gisilam 4. f) *deest* 2. g) Hiltbrandus qui et G. VII. p. o. Hic fuit archidiaconus Alexandri papę et ipse per multum tempus — desudabat. *ex Ott. Fris. VI,* 34. Ipse etiam in g. s. statuit d. 2. h) erat autem Cluoniacensis monachus *add.* 4. i) *deest* 2. 4. k) constraxtis *c.* instructis *Gerh.* l) rex 2. m) p in U. 1. 2. 4. n) Eodem anno R. 1. 2. E. a. monasterium Admontense — officio ut legitur in passione b. Thiemonis successoris eius. Eodem anno R. 4. o) H. imperatorem 1. 4. H. regem. Saxones quoque manifeste regi rebellant castellaque ac municiones quas ibidem fecerat dissipant. 2. p) Liutp. f. e. ei successit 1. 4. *Haec desunt* 2. q) p. et regem 2. r) rex 2.

25) ex Annalibus Mellicensibus, ut cetera littera inclinata expressa. 26) Sequentia desumpta sunt ex Gerhohi libro de investigatione Antichristi, edito in Operibus Gretseri VI, 243 — 263. 27) Ceteri omnes, quantum scio, eam Praxedem vel Adelheidam vocant. 28) i. e. Ioitsconem vel Geisam patruelem Salomonis. Idem error est in Annalium Mell. derivationibus. Ibi sequens sententia a. 1073. attribuitur.

excommunicati tunc ab apostolico erant, abstinere noluit[29]. Nam ipse apostolicus quosdam familiares ipsius regis, quorum consiliis et machinationibus[a] episcopatus et multa[b] monasteria inductis per precium lupis pro pastoribus simoniaca heresi fedaverat[c], ad penitentiam vocaverat, quatenus et bona ecclesiarum quae per interventum tam scelerati commercii sacrilega manu susceperant, venerabilibus locis redderent ad quae pertinerent[d], et ipsi de perpetrata iniquitate per[e] lamenta penitudinis Deo satisfacerent. Illi autem cum ad haec exsequenda datas inducias spernerent et[f] in cepta nequitia pertinaciter starent, ipse sicut dignum erat, sacrilegos ipsos et[g] ministros ac membra diaboli a communione et corpore totius ecclesiae separavit, et regem ut eos a domo sua, a consiliis et omni communione sicut[h] excommunicatos expelleret, admonuit; sed ille[i] noluit. Videntes autem[k] fideles ecclesiae Heinricum sub nomine regis contra Gerhoh. c. 15. ecclesiam Dei[l] tyrannidem agere, idque malum in dies augeri, usi papae Gregorii consilio in unum apud Forecheim[m] conveniunt et unum ex principibus Ruodolfum nomine[l] ducem Alamannorum in regem eligunt, Heinrici tyrannidi obviare cupientes, interposito sane firmissimo pacto ne unquam sibi idem Ruodolfus[n] in ecclesiasticis dignitatibus ordinandis ullam potestatem vendicaret[o].

1078. *Bellum inter Ruodolfum et Heinricum inperatorem in Saxonia committitur, in quo Dietpoldus comes occiditur.* *Eodem anno Niwenburch castrum destructum est ab inperatore*[30].

1078. Heinricus inperator conperto de electione Ruodolfi, contractis copiis[p] contra eundem regem bello se parat. Cui et Ruodolfus rex occurrit in manu valida, Saxonum maxime fretus auxiliis, pugnamque conseruerunt in Saxonia prope fluvium Unstruot in loco qui Welfesholz dicitur. Ubi hinc inde facta multorum strage, contigit[q] quo Deus novit iudicio illum in bello ruere, qui pro ecclesia Christi atque iustitia bellum inierat. In[r] eodem bello et[s] Dietpoldus comes occisus est. Ruodolfo itaque rege occiso, non multo post tempore[t] fideles ecclesiae alium ex principibus Hermannum nomine[u] regem constituunt, qui et ipse non unius integri anni spatio regno potitus, a fautoribus inperatoris[v] per insidias occisus est[31]. [Eodem anno Nuwenburch castrum obsessum est ab imperatore, per octo ut dicitur menses, et tandem traditum atque destructum est. 4.]

1080. *Papa regem excommunicavit. Et Welfo dux Augustam invasit et incendit.* Circa haec tempora fuit in castro Richerspergensi Werenherus dominus eiusdem castri, vir valde nobilis et dives, qui sororem archiepiscopi Gebhardi Salzpurgensis in matrimonio sibi iunctam habebat, nomine Dietbirgam[32]. Hic post mortem filii sui Gebhardi admodum iuvenis, et eiusdem Dietbirgae, cum non haberet heredem et inter propinquos et consanguineos suos esset concertatio propter hereditatem eius, ipse magis elegit Deum et sanctum Michahelem habere heredes. Itaque deposita omni munitione eiusdem castri, et ad serviendum Deo inibi ut poterat preparato, delegavit et contradidit eundem locum cum prediis adiacentibus et aliis quae habebat, iuri et ditioni[w] et defensioni Salzpurgensis episcopii, presente archiepiscopo Gebhardo et suscipiente traditionem, ita ut inde eidem loco spiritalia et ea quae ad Deum spectant, provideantur, et ut nullus in posterum eiusdem loci sit advocatus nisi principalis ipsius

1080. Domnus papa Gregorius VII. post multas et ibid. c. 13. fortes commonitiones Heinrico inperatori[y] eiusque consiliariis per nuncios et litteras directas, quatenus vitae propriae enormes[z] excessus corrigeret, precipue vero ut abstineret ab honoribus ecclesiasticis quos venditabat, intantum ut quibuslibet turpibus non nunquam ob ipsius turpitudinis pre- ibid. c. 11. cium episcopatus et alios ecclesiasticos honores largiretur. Quippe quod eius officii non esset, cum regum non sit ibid. c. 13. ecclesiasticas, sed laicas tantum dispensare dignitates; ad episcopalem vero apicem vitae meritis et electione cleri precedente, per episcopalis manus impositionem esse veniendum.[*] Post multas itaque fortes[a] admonitiones gravesque correptiones, post fomenta blandae instructionis et exhortationis adhibita, cum nihil his omnibus profecisset, ferro tandem durae precisionis usus excommunicavit eum, et a corpore totius ecclesiae separavit, tradens eum Sathanae in interitum carnis, ut spiritus[b] salvus fieret in die[c] Domini[d]. Ipse autem inperator propter hoc non solum ad penitentiam contristatus non est, in suae obscenitatis et impietatis nequitia[e] perseverans, sed ab unitate corporis ecclesiae terribiliter precisus, foris quasi aliam fabricare ecclesiam molitus est. Unde quasi ibid. c. 14. papam alium Wigbertum quendam[f] Gregorio superponens eumque Clementem nominans, in civitate Brixina ubi ipse natalem[g] fecerat, statim ad urbem Romam[h] tendit, indeque proturbato Gregorio suum non[i] papam sed simulacrum in sede beati Petri collocavit. Gregorius vero exulans in regnum devenit[k] Franciae, indeque litteris directis his quos fideles ecclesiae noverat, eos contra iniquitatem roborabat, commonens[l] ne communicando scismati catholicae pacis

a) et m. *desunt* 2. b) *deest* 2. c) se f. 4. se fedaverant 1. d) pertinebant 4. et — satisfacerent *desunt* 1. e) p. l. p. *desunt* 2. f) et — starent *desunt* 2. g) et — diaboli *desunt* 2. h) s. e. *desunt* 2. i) ipse 2. k) etiam f. ę. eum sub 2. l) *deest* 2. m) Forecheime 2. n) rex 2. o) 2 *statim pergit:* H. autem rex conperto. p) ex omnibus regni visceribus *add.* 2. q) str. tandem cruenta victoria regi cessit contigitque q. d. n. i. i. ruere ibi q. 2. r) Cecidit in eodem conflictu Gebhardus dux, pater Lotharii qui postea factus est rex et inperator, et Dietpoldus comes, Ernisto quoque marchio filius Alberti marchionis. Liupoldus filius eius successit. Ruodolfo i. r. 2. s) etiam Dyep. 4. t) *deest* 2. u) n. H. Lotharingię principem r. 2. v) regis 2. w) *ad hunc locum in margine adscriptum est:* atque eiusdem loci episcopo venerabili, *et mox nullo certo loco:* eo videlicet tenore et tali conditione. y) regi 2. z) e. et turpes valde e. qui de eo multi et tales qui non audiendi essent ab ullo hominum ferebantur c. et ut 2. *) Quippe — veniendum *desunt* 2. a) i. graves corr. 2. b) ut sp. scilicet s. 1. ut scil. sa. f. 4. c) diem 1. 2. d) iudicii 1. e) negotio 1. 4. f) W. Ravennatensem archiepiscopum G. 2. g) i. rex n. Domini f. 2. h) *deest* 2. i) n. p. s. *desunt* 2. k) divertit 2. l) commonens — commacularent *desunt* 2.

29) Sumpta sunt haec ex epistola Gregorii, quam Gerhohus opusculo suo inseruit; in ea sequentia verbotenus continentur. 30) Neuburg am Inn, Ekkeberti comitis munitio. Sed hoc in hieme ante praelium illud contigisse, probat Bertholdus SS. V, 302. Cf. etiam infra a. 1080. 31) Haec ex Gerhohi cap. 15 et 16. et verbis cod. A composita sunt. 32) Cf. Vitam Gebehardi, Mon. SS. XI, 40.

metropolis advocatus; et[a] ut nullus futuro tempore succedentium episcoporum seu quilibet principum alicui eundem locum in beneficium accommodet. Ipse vero Wernherus in eodem loco, iuxta capellam quam ibi habebat in honore sancti Syxti dedicatam, cum religiosis personis quas sibi sociaverat in servitio Dei vivens, habitu sanctae conversationis assumpto post non multum in pace
33 quievit.

unitatem ac sanctitatem commacularent. Imperator vero episcopos aliosque fideles ecclesiae, suae parti non communicantes de propriis sedibus proturbat, eisque alios non episcopos sed scismaticos et hereticos superponit, vixque in regno suo[b] episcopatus inveniebatur, in quo dualitatis huius scissura non esset. Hinc iam caedes, hinc membrorum in[c] laicis et clericis truncationes et oculorum effossiones, hinc publicae civium contra cives congressiones, aliis pro pastoribus legitimis, aliis vero contra pastores suos dimicantibus.

Eodem anno Welfo dux Bawariae Augustam invasit atque incendit hostiliter. [Augustensem et Frisingensem incendit et destruxit urbes[33]. Tunc etiam Niwenburch castrum Noricum obsessum est a rege per novem menses ut dicitur; tandem traditum et destructum est. 2.]

1081. *Altmannus Palaviensis episcopus et*[d] *Liupoldus marchio*[e] *aliique*[f] *principes coniurant adversum Heinricum imperatorem.*

1083. *Chuonradus dux Boemiae bellum*[g] *gessit cum marchione Liupoldo in Mourenberg*[h], 4. *Idus Maii quinta feria,*
34 *et cum maximo excidio*[i] *nostratium finitum est*[34].

1084. Victor papa Romanam rexit ecclesiam.

1084. Circa[k] haec tempora fuit in castro Richerspergensi Werenherus dominus eiusdem castri, vir valde ingenuae nobilitatis et dives, qui sororem domni Gebhardi Salzburgensis ecclesiae archiepiscopi in matrimonio iunctam habebat nomine Diethbergam. Hic post mortem filii sui nomine Gebhardi admodum iuvenis, cum non haberet alium heredem et inter propinquos et consanguineos suos facta esset dissensio et concertatio propter hereditatem eius, ipse magis elegit Deum et sanctum Michaelem habere heredes. Itaque deposita omni munitione eiusdem castri — munitum enim erat valde, ut hodieque perspicuum est in altitudine vallorum et in ipsius situ loci — et ad serviendum inibi Deo honeste preparato, ipse domnus Werenherus cum nobili uxore sua iam dicta Diethberga tradidit ad eundem locum Richersperg sancto Michaeli predia sua Ruorippe, Scartenberg, Elenbach, Iwenbach, Wanenbach, sub adstipulatione multorum testium, et duas vineas apud Aschaha, et aliud predium iuxta fluvium Antesen quod dicitur ad Sanctum Martinum, simul cum ipsa capella et vinea adiacenti et molendino, itemque aliud predium in Carinthia in loco qui Chrowat dicitur situm ad 30 circiter mansos, in usum clericorum Deo sanctisque eius ibidem sub regula sancti Augustini in perpetuum servituris. His ita cum Dei adiutorio fideliter ordinatis, ipse domnus Werenherus delegavit et contradidit ipsum fundum Richersperg usque ad medium Ini fluminis ibidem preterfluentis, et adiacentes viculos, circa 12 mansos agri culti cum eisdem attinentibus, molendinis, campis, silvis, pascuis, pratis, cultis et incultis, cum aquarum decursibus, piscationibus, exitibus et reditibus, et omni utilitate quaesita et inquirenda, simul cum iure parochiali totaque decimatione ipsius fundi et viculorum adiacentium, videlicet Werde, Tobele, Aspach, Phaphinge, quam videlicet ipse redemerat eidem loco ab ecclesia Babenbergensi de ecclesia plebali in Munstuore in vicino, cuius cura eo tempore ad ius ecclesiae Babenbergensis pertinebat, addito predio Munstuore pro concambio decimarum de suo iure et de suis prediis in vicino curia villicali quae Tobelle dicebatur, et monte in quo postea castrum Steine modernis temporibus a domno Albwino seniore situm est. Preterea et illa predia quae superius commemorata sunt, haec inquam predia cum ipso fundo ut dictum est, et cum multa familia sua utriusque sexus, dedit iuri et ditioni atque defensione Salzburgensis episcopii, presente eiusdem loci tunc temporis archiepiscopo venerabili Gebhardo, fratre Diethbergae, et suscipiente traditionem coram multis nobilibus et honoratis testibus, quorum nomina in libro eiusdem delegationis scripta inveniuntur, eo videlicet tenore et tali conditione ut eidem loco ab ecclesia Salzburgensi spiritalia, et ea quae ad Deum spectant provideantur, et ut nullus in posterum sit eiusdem loci advocatus nisi principalis ipsius metropolis advocatus, ut ab eiusdem episcopatus advocato defensus integer cum omnibus eo pertinentibus permaneat, et ut nullus futuro tempore succedentium episcoporum seu quilibet principum eundem locum alicui in beneficium accommodet. Ipse quoque domnus Werenherus in eodem loco, iuxta

a) Et — accommodet *paullo post addita.* b) in eius r. 2. c) h. in l. et etiam cl. m. t. 2. d) et apostolicę sedis tunc legatus et 2. e) m. superioris Pannonię 1. 2. 4. f) et a. 1. 2. 4. et a. p. multi c. a. regem H. 2. g) B. et Liupoldus marchio bellum publicum conseruerunt in M. 1. 2. 4. h) Muorenberg 1. 4. Mafr. 2. i) detrimento n. finem sumpsit 2. k) *haec desunt* 2. C. h. t. fundata est Richerspergensis ecclesia a domino W. v. i. n. viro qui s. d. Eberhardi S. e. a. in m. i. h. *nec plura* 4.

33) ex Ott. Fris. VII, 7. 34) Pugnam Mailbergensem anno 1082. factam constat; cf. Ann. Mellic. et Claustron. SS. IX, 500. 608. V. Altm. c. 25.

capellam quam ibi habebat in honore sancti Sixti dedicatam cum religiosis personis et clericis quos sibi sociaverat in servitio Dei vivens, habitu sanctae conversationis **post mortem uxoris suae Diethbergae assumpto, ibidem in senectute bona** quievit **3. Non Octobris. Diethberga 11. Kal. Novembris, Gebhardus filius eorum 11. Kal. Maii obiit. Cuius beata membra simul cum ossibus Diethbergae et filii eorum Gebhardi nunc in ecclesia Richersperg in monasterio scilicet sub gradu altaris sanctae crucis tumulata requiescunt**[35].

1085. *Petrus heremita*[a] *aliique plures Hierosolimam tendunt*[36].

1086. *Liupoldus marchio obiit, et*[b] *filius eius Liupoldus successit*[37].

1087.

1088.

1091. Urbanus papa II. Romanam rexit ecclesiam. *Altmannus Pataviensis episcopus obiit, et Oudalricus substituitur. Et Welfo dux Bawariae profectus est Hierosolimam*[39].

1087. Victor papa II. Romanam rexit ecclesiam, Gregorio VII. iam in exilio defuncto[c]. Gerh. c. 16.

1088. Gebhardus Salzburgensis archiepiscopus[d] obiit 17. Kal. Iulii. Thimo pro eo subrogatur episcopus[38]. Hic[e] Gebehardus — officio, ut legitur in Passione Thimonis successoris eius. Per idem tempus *etc. ex eadem* — iter aggressus est. Dux apud Paphum insulam vita excessit. Episcopus deinde cum ceteris christianis a gentilibus quibusdam comprehensus est.

1091. Urbanus[f] II. papa ordinatur[g]. Hic Urbanus contigit ut in manus adversariorum suorum fraudulenter adductus, in una turrium urbis Romae aliquandiu captivus teneretur, sed inde eum divina clementia eripuit per manum Ruodberti cognomento Guiscardi, magna regione Urbis incendio conflagrata, turrique interim expugnata, dum populus ad incendia festinans illic occupatus teneretur. Itaque Domino cooperante liberatus, in Franciam rediit, ibique confidenter agens quae apostolici erant officii, in inperatorem excommunicationis sententiam renovavit, litteris et legationibus fideles ad standum et agendum pro ecclesia Dei confortans. ibid. ibid. c. 17.

1092. Hoc anno[40] celebratum est illud magnum concilium intra fines Galliae, in Alvernia scilicet in civitate quae Clarus mons appellatur, cui hic Urbanus papa cum Romanis episcopis et cardinalibus prefuit. Fuit autem valde celeberrimum idem concilium conventu Gallorum ac Germanorum, tam episcoporum quam et principum. Ordinatis in eo rebus ecclesiasticis, domnus papa allocutus est omne concilium, precipue principes Francigenas, Hist. Rob. I, 1.

de via sancti sepulchri quod pagani usque tunc fere per annos 40 simul cum ipsa urbe Ierosolima et omni regione illa possederant. Et Deo donante ita urbano suo ore omnium corda emollivit, ut plus quam trecenta milia viam sancti sepulchri arriperent, sicut historia de eadem gloriosa expeditione conscripta plenarie docet[41]. Denique post captam Antiochiam, in cuius obsidione detenti sunt 8 mensibus et die uno, et postea in ea inclusi fuerunt a gente Parthorum 3 ebdomadibus, et illis mirabiliter superatis in ea quietaverunt 4 mensibus et 8 diebus, alternis semper bellorum conflictibus, ut in eadem historia legitur[42], Gallicana gens fines Orientis penetravit, et tandem post multos labores et insignes victorias, post triumphos in 200 castris et 40 civitatibus, ad ipsam regalem civitatem pervenerunt anno ab inc. D. 1099, et in virtute nominis illius qui in ea mortuus iacuit et die tercia resurrexit, castra circa eam posuerunt 4. Id. Iun. secunda feria, et fortiter eam oppugnantes, tandem in virtute illius qui infernum confregit, eam ceperunt 14. Kal. Iul. sexta feria, hora qua Salvator omnium crucem pro nobis subiit, et eam de suis qui et Dei inimicis, qui in ea positi erant, in ore gladii vindicaverunt. Et eliminatis ab ea omnibus immundiciis paganorum, octavo die ab eo quo expugnata erat, elegerunt omnium pari voto generalique assensu Gotefridum ducem Teutonicorum qui in ea regnaret, qui et eam primus cum satellitibus suis in expugnatione intraverat. Rob. Gerh. Rob. IX, 2. cap. 4. cap. 6.

inter se tunc pro terris ac terrenis dignitatibus litigantes, suadens ut si eis ocium displiceret ac terra propria angusta videretur, ad terras Orientis contenderent, ibique pro receptione sanctae civitatis quam pagani usque tunc fere per annos 40 simul cum sepulchro Domini et omni regione illa possederant, de manu ipsorum gentilium satagerent eripere, ubi eis aut gloriose triumphare contingeret, aut gloriosius pro Christo mori, felicesque fore qui aut Christo vincerent aut pro Christo morerentur. Et Deo donante ita urbano suo ore omnium fere corda — docet[b]. Gerh. c. 17.

Interea quam plurimis ex principibus aliisque viris virtutis sententiam excommunicationis formidantibus et cum ecclesia sentientibus, Urbani quoque papae hortatu accedente, complacuit quatinus Hainricum filium inperatoris Heinrici levarent in regem, sperantes se per filium legitime regnantem posse patri Gerh. c. 18.

a) P. quidam h. et alii p. 2. b) *deest* 2. 4. L. f. e. ei s. 1. 2. 4. c) *haec desunt* 2. d) a. et fundator Admontensis cenobii o. 17. K. I. cui quidam Perhtoldus superpositus erat; venerabilis vero Thimo abbas S. Petri catholicę ei successit et canonice. *nec plura* 2. e) *haec prima* 4 *iam a.* 1074. *dedit. Cetera hoc loco sequuntur, et quidem aliquanto pleniora, et ad finem usque deducta.* f) Gregorius papa Salerni exul manens, appropinquante tempore vocationis suę dixisse fertur hęc ultima verba: „Dilexi iusticiam et odivi iniquitatem, propterea morior in exilio." Quo defuncto *etc. ex Ott. Fris. VII,* 1. 2. *omissis illis de Urbano, quae a.* 1092 *sequuntur.* 2. g) o. Altmannus — Ierosolimam profectus apud Paphum insulam vita excessit. Hic Urbanus *etc.* 4. h) 2 *hic addit:* Urbanus — urbe *ex Ott. Fris. VII,* 6; *deinde:* Contigit autem ut — confortans. *ut supra a.* 1091.

35) Tota haec narratio totidem verbis narratur in Mon. Boicis III, 399, sumpta ex Codice Traditionum, cui ni fallor ex nostro codice illata est. 36) Hoc etiam in Ann. Salisb. eodem errore anno 1085. tribuitur, in Mell. melius a. 1095 37) a. 1095. Oct. 12. sed in Ann. Mell. Adm. Salisb. a. 1096. adscribitur. 38) Gebehardi annus emortualis ex Ann. Salisb. Adm. aliisque hauriri poterat; cetera sumpsit ex Passione Thiemonis, Mon. SS. XI, 52. Solum *Pertholdi Mosburgensis* nomen, quod ibi tacetur, addidit; v. Vit. Chunradi Salisb. ib. p. 66. 39) Rursus error decem annorum. Sed Altmannus hoc anno obiit. 40) In historia Roberti, unde haec sumpta sunt, in quibusdam codicibus legitur a. 1092. pro 1095. 41) ib. IX, 6. 42) VIII, 2.

resistere; quod et factum est. Levato itaque filio in regem et in civitatem Ratisponam tendenti, pater cum multitudine armatorum, duce Boemico et marchione superioris Pannoniae ipsi auxilium ferentibus, occurrit; sed pugnae congressus fluvio qui Regin dicitur interceptus est. Dumque mora interponitur, principes iam dicti quibusdam sponsionibus acceptis de parte patris ad filium concedunt, ita ut pater principum penitus auxilio destitutus, filio tandem preces atque supplicationes porrigeret, quatenus ei private vivendi securitas concederetur. Factumque est ut in celebri quoque curia coronam inperialem resignaret, petens ab excommunicatione qua tenebatur absolvi, et ecclesiasticae communioni restitui; sed peticionis
Gerh. c. 20. effectum consecutus non est. Interim dum haec aguntur, deturbato et abiecto ex consensu Hainrici iunioris Wicberto qui Clemens dicebatur, Urbanus papa ad Urbem rediit.

1095.

1095. [a]Heinricus filius inperatoris Heinrici propter sententiam excommunicationis in eundem regem factam a patre discessit.

1096.

1096. Liupoldus marchio Agnetem filiam inperatoris Heinrici duxit uxorem[43].

1097. *Oudalricus comes de Ratilinesperg obiit*[44].

1097.

1098. *Heinricus inperator Prespurch obsedit*[45]

Gerh. c. 16. Rob. Hist.

1098. Exercitus christianorum virtute potenti, angelorum quoque ministerio adiuti suam presentiam visibiliter exhibentibus, Antiochiam[b] obtinent, in cuius obsidione detenti sunt 8 m. et d. 1; et postea[c] in ea obsessi fuerunt a gente Parthorum tribus hebdomadibus, illisque mirabiliter superatis in ea quietaverunt 4 m. et 8 d. sicque[d] alternis semper[e] bellorum conflictibus Gallicana gens tandem fines Orientis penetravit.

Gerh. c. 16. In hac ipsa civitate Antiochia per clerum eodem commigrantem vitae communis ea formula tunc refloruit, quae primitus per apostolos ibidem cepta dinoscitur, iudicantibus[f] eis nimirum iustissime, non aliam se illi civitati debere normam vivendi inducere, quam quae primae institutionis apostolicae fundamentis congrueret. Haec siquidem plantatio legitimi germinis in civitate illa sancta refloruit tunc temporis, et palmites suos inde late iam extendit, bonorum cordium glebis id facile ac libenter recipientibus quod primitus ab ipsa dextera Domini in propriae coloniae agello plantatum sit. Persecutio quoque huic bono cooperata est. Nam dum a civitatibus meliores clerici eo quod excommunicato principi eiusque fautoribus et communicatoribus suam subtraherent communionem, pellerentur, in silvis ac suburbanis agellis cohabitantes, ubi eos quibus Deus inspiravit fideles ac potentes quidam tutati sunt, ea coeperunt conversationis norma degere, quam Christo, pro quo et persecutionem sustinebant, maxime complacitam cognovissent. Eodem quoque tempore canones antiqui de continentia ministrorum sacri altaris innovari novis accedentibus preceptis coeperunt per hunc Urbanum papam et predecessores suos Gregorium VII. et Nicolaum II. atque Alexandrum II.

Rob. Hist. 1099.

1099. Exercitus christianorum post multos labores et insignes victorias, post triumphos in 200 castris et 40 civitatibus, ad ipsam regalem civitatem pervenit hoc anno, statimque in — intraverat[g].

1101. *Thimo archiepiscopus Salzburgensis, cui quidam Pertholdus scismaticus superpositus fuit, apud paganos martirizatur.*

1101. [h]Thimo archiepiscopus Salzburgensis apud paganos martyrio coronatus est 4. Kal. Octobris. Huic[i] quidam scismaticus superpositus erat ab inperatore, qui hereditatem sancti Michaelis in Richersperg crudeliter invadens, eundem locum laicis inbeneficiando, et regulares canonicos quos beatae memoriae domnus Werenherus ibi congregaverat inde fugando, multa gravamina illic suscitaverat[46].

1102.

1102. Chuonradus senior post[k] beatum Thimonem substituitur[47].

1104. *Sighardus comes Ratispone occiditur.*

1104. Sighardus comes de **Burghusen**[l] Ratisponae occisus est. Interea etiam quam plurimis ex principibus
Gerh. c. 18. aliisque viris virtutis sententiam excommunicationis in regem factam formidantibus, et cum ecclesia ac pro ecclesia sentientibus, Urbani quoque papae hortatu accedente, complacuit quatenus Heinricum filium inperatoris levarent in regem, sperantes se per filium legitime regnantem patris tyrannidi resistere; quod et factum est. Levato sane filio in regem et in civitatem Ratisponam tendenti pater cum multitudine armatorum, duce Boemico et **Liupoldo** marchione superioris Pannoniae ipsi auxilium ferentibus, occurrit; sed pugnae congressus fluvio qui Regin dicitur interceptus est. Dum vero mora interponitur, principes iam dicti quibusdam sponsionibus acceptis de parte patris ad filium concedunt, atque ex tunc ipse pater Heinricus fugabatur, inpingebatur, minuebatur, omnibus eum persequentibus utpote publicum hostem Dei et ecclesiae, ita ut principum penitus destitutus auxilio, filio tandem preces atque supplicationes porrigeret, quatenus ei
ib. c. 20. private vivendi securitas concederetur. Interim quoque dum haec inter duos Heinricos geruntur, deturbato et abiecto ex consensu Heinrici iunioris Guiberto qui Clemens dicebatur, Urbanus papa ad Urbem rediit.

1105.

ib. c. 18. 1105. Heinricus inperator[m] a **filio suo Heinrico capitur**, factumque est ut in celebri quoque curia[n] coronam

a) Gotfridus dux Lotharingie et Rudbertus comes Flaudrensis cum multis aliis Ierusalem tendunt. *interponit* 4 *ut in Annalibus Admuntensibus. Hic annus vacat* 2, *ut et sequens.* b) Niceam *etc.* ex Ott. Fris. VII, 2. — cingunt, in cuius etiam obs. 2. c) uno, p. deficiente exercitu et exhaustis copiis in ea o. sunt 2. d) Sic a. 2. e) *deest* 2. f) iudicantibus — cognovissent *desunt* 2. g) 2 *subiungit excerpta ex Ott. Fris. VII*, 5—7. h) 1101. Paschalis papa ordinatur. Chuonradus — martyrio coronatus quievit quarta Kal. Oct. 2 *ex Ott. Fris. VII*, 7. i) Huic — suscitaverat *desunt* 4. k) pro eo constituitur. Anno 1103. Heinricus — accendit, *ex Ott. VII*, 8. 2. l) Purchusen 2. *ubi rursus excerpta ex Ottone sequuntur.* Purchousen 4. m) rex 2. n) Mogoncie presentibus legatis A. S. *add.* 2.

43) Haec etiam in Ann. Mellicensibus leguntur, sed ad a. 1105. 1106. 44) ex domo comitum Formbacensium. 45) Rursus decennio falsus est. 46) V. Annales antiquiores ad a. 1121. 47) a. 1106.

inperialem idem[a] inperator[a] resignaret, petens ab excommunicatione qua tenebatur absolvi, et[a] ecclesiasticae[a] communioni[a] restitui[a]; (Gerh. c. 18.) sed petitionis effectum consecutus non est, timentibus nimirum et caventibus catholicis ne forte absolutus aliqua ecclesiae vel inperio contraria moliretur. Unde et ab e communione servatur in quodam castro, in tantum abominabilis effectus ut reliquias ciborum eius pro communione ecclesiae conservanda etiam garziones[b] ac minimi pueri non contingerent, sed canibus ipso vidente proicerent, iusto equidem Dei iudicio. Nam qui multos episcopos et sacerdotes a propriis sedibus expulerat, iuste et ipse regno privatus est, et qui alios iniuste in vincula coniecerat, vinctus et custodiae mancipatus est, et qui sacra misteria sacratissima natalis Domini nocte polluerat[48], iustissime et ipse eorundem misteriorum indignus et expers habitus est. Et penitentia illius qualis fuerit, Dominus viderit; absque communione vero ecclesiae sequenti anno vitam finivit[c].

1106. Heinricus filius Heinrici inperator quintus.

1106. Heinricus[d] iunior inperator quintus. Hic confirmatus in regno, primo modeste agere, affabilem se ex- (ibid. c. 19.) hibere, iura ecclesiasticae libertati conservare coepit. Ubi vero pietas velut auri superinducta species paululum usu dominandi detrita est, apparuit qualis apud se intus fuerit. Nam per abrupta paterni callis (ibid. c. 20.) cito ingrediens, coepit et ipse post mortem patris, obeuntibus episcopis electiones legitimas in substituendis (ibid. c. 21.) aliis vel prevenire vel factas nichili pendere, episcopatus ad gratiam personarum ad pecuniae quoque vel obsequii acceptionem conferre.

1107. *Cedes Pataviae facta est, et milites comitis Ekkeberti occisi sunt.*

1107.

1109. *Paschalis papa Romanam rexit ecclesiam, Ekkebertus comes obiit.*

1109. Paschalis papa[e] II. Romanam rexit ecclesiam. Hic Paschalis dum ad regem Heinricum iuniorem paterna (ibid. c. 21.) monita dirigeret, quibus eum ad viam revocabat, quatenus iustitia regni sui contentus, pontificalia sibi non usurparet, ecclesiae Dei[f] matri[f] videlicet[f] suae[f] honorem deferret, libertatem eius quam in eligendis sacerdotibus habere debet, non temeraret: bona verba et quae rationabilia videri poterant reddidit, nisi sub lingua eius labor et dolor latuissent. Dixit namque et scripsit, ad electionis episcopalis[f] concedendam libertatem, ad investituras etiam[f] resignandas, ad decimas quoque[f] remittendas ecclesiis paratum se esse, si quidem[f] domnus apostolicus omnia regalia, videlicet ducatus, marchias, comitatus, hominia cum beneficiis, monetas, teloneas, munitiones per universum regnum suum, inperio reddere voluisset. Haec promittens sciebat tamen[f] non consensum iri ab episcopis, precipue Germaniae et Galliae atque Saxoniae, multas regales divitias et honores ex[g] antiqua regum et inperatorum donatione possidentibus. Domnus papa quoque his promissionibus acceptis rescripsit ei qualia postulaverat, de inpositione videlicet inperialis coronae et restitutione omnium regalium, si quidem rex promissa sua de ecclesiae libertate conpleret. Et haec paucis arbitris inter regem et Romanum[h] pontificem gerebantur, episcopis[i] aliisque ecclesiae et inperii principibus promissa hinc inde facta penitus ignorantibus.

1110.

1110. [k]Circa haec tempora sedata tempestate persecutionis et adunata aliquantulum ecclesia post scisma quod fuit sub Heinrico inperatore seniore, Chuonradus archiepiscopus Salzburgensis cupiens promovere et dilatare in ecclesiis sibi commissis vitam canonicam, misit nuncios suos in Saxoniam ad cenobia quae erant ibi, et inde adduxit plures regularis vitae viros bene religiosos et nobiles valdeque litteratos, quos in cenobiis sibi subditis locavit. Tunc[l] et idem episcopus prepósituram Richerspergensis ecclesiae Berwino[m] iniunxit, quam videlicet ecclesiam cum omnibus eius attinentiis ipse episcopus de manibus laicorum et omnium invasorum eius summo studio coeperat liberare eo tempore. Eodem anno in Orientis partibus basilica Niwenburgensis ecclesiae primum fundata est a Liupoldo marchione[49].

1111. *Heinricus rex Paschalem papam cepit. Postea pace facta ab eo ordinatur inperator.*

1111. Heinricus rex iunior[n] cum multo episcoporum (ibid. c. 21.) aliorumque principum comitatu ad urbem Romam tendit ad acceptionem inperialis coronae, quam etiam veniens ingreditur, prestitis ante iuramentis ac data fide de pace Romano pontifici atque Urbi integre conservanda. Iamque ventum erat in medium ecclesiae beati Petri, ubi de iustitiis hinc inde conser- (ibid. c. 22.) vandis ac tenore concordiae inter sacerdotium et regnum tractare convenit, cum[o] sellis hinc inde prolatis consessum est, circumstante confertim corona armatorum. Proferuntur in medium litterae[p] de parte regis ad Romanum pontificem directae, et quaesitum per cancellarium domni papae a domno rege eiusque cancellario, an eas suas et a se missas recognoscerent. Cumque responsum ab eis fuisset: *Etiam*, eaedem in palam litterae lectae sunt, promissa domni regis ad domnum papam continentes. Similiter et ex parte regis litteris quae a domno papa directae fuerant, in medium prolatis, quaesitum et responsum est, itemque litterae in publico recitatae, quae domni papae ad regem promissa continebant, ut superius paulo dictum est. Dumque promissa eatenus inaudita episcoporum aures percellerent, cognoscentes se et ecclesias suas occasione inperialis coronae regis capiti inponendae spoliandos antiquis possessionibus,

a) *deest* 2. b) garciones 2. 4. c) apud Leodium *add.* 2. d) H. rex post patrem. *rubro* 2. e) p. ordinatur. Hic P. papa dum 2. f) *deest* 2. g) ab 2. h) et domnum papam 2. i) episcopis — ignorantibus *desunt* 4. k) *hic annus vacat* 2. l) Tunc — tempore *desunt* 4. m) *nomen a Gewoldo omissum restitui.* n) *deest* 2. o) Cumque 4. p) l. regis ad d. papam directę rursumque litterę domni papę ad regem missę et in palam leguntur. Dumque prom. 2.

48) Indicatur fabula a Gerhoho cap. 11. narrata. 49) Cf. cod. A ad a. 1121. Magnus privilegio Chunradi archiepiscopi usus esse videtur, quod infra a. 1122. commemorat.

Gerh. c. 22. quasi ex uno ore contradicebant, aientes se regi coronam inperialem tanto suarum ecclesiarum detrimento emere nolle. Cumque armati circumstantes eos minis et terroribus perurgerent quasi iam interficiendos nisi consensissent, Chuonradus Iuvavensis ecclesiae archiepiscopus quasi signifer inter episcopos, utpote nobilior et honoratior ceteris, etiam caput potius amputandum quam ut ad ea quae petebantur, consensum preberet porrexit[a]. Et dum clamor hinc inde confusus aliquandiu percrebuisset, rex cum indignatione et motu[b] animi surgens abire coepit. Sed[c] et domnus papa ex precepto militum cum rege et post regem abire compulsus est[d]. Hinc preda crassatur, hinc caedes civium Romanorum pro pastore suo, quem liberare cupiebant, morientium; captivi quoque domni cardinales et clerici trahuntur. Omnia siquidem ostia ecclesiae observata fuerant, ne quis libere[e] effugere potuisset. Episcopi videntes quae fiebant, gemere ac facinus detestari[f], sacrilegium clamitare. Multa[g] vero et inenarrabili caede in cives Romanos perpetrata, rex abiit et domnus papa cum eo. Clerici autem[h] tenere educati funibus trahebantur ab equitibus, quos illi ut poterant sequebantur per plateas luto profundo ac tenaci vix emergentes. Quidam etiam inter manus trahentium et ad currendum hastis transversis cogentium spiritum exhalaverunt. Qui vero superfuissent, per nocturna tempora vel saccis inclusos vel catenis aut aliis vinculis, ne fuga[i] laberentur inclusos servabant, donec eis pecunias aliquas extorsissent[k]. Et domnus quidem papa ducebatur ac servabatur in custodia. Honorabant[l] vero eum nihilominus episcopi aliique timentes Deum; donec ei rex multis minis et terroribus coronae inperialis benedictionem in ipsa captivitate extorsit, et donec obtinuit[m] in ipsis tentoriis privilegium de retrahendis omnibus regalibus ad inperium, quale voluit. Pro qua re universi pene Franciae episcopi consilium inierant, quatenus excommunicarent ipsum Paschalem papam tanquam ecclesiae hostem et destructorem, nisi privilegium idem ipse qui dedit damnasset; quod et fecit. Nam in generali concilio residens postea iam[m] absolutus, adstipulante ei multitudine episcoporum cum domnis[m] cardinalibus, idem privilegium quod ei captivitate[n] fuerat extortum damnavit, omnibus regibus qui eodem privilegio ad dehonestandam ecclesiam vel aporiandam[o] uterentur aliquando, maledictionem pro benedictione firmissime ac terribiliter inducens[p].

1112. *Rex Ungarorum egressus est terminos regni sui cum multo exercitu, et de provincia Liupoldi marchionis abduxit predam magnam*[50].

1112. [Inperator Mogontiae — colliditur, *ex Ott. Fris. VII*, 15. 2.]

1114. *Heinricus iam*[q] *inperator Saxones iuxta Welfesholz*[r] *hostiliter invasit, a quibus victus cum paucis vix evasit*[51].

1115.

1115. Gelasius[s] papa II. Romanam rexit ecclesiam.

c. 23. Hic Gelasius, sicut et predecessor suus Paschalis viam universae carnis iam ingressus, optimus et ipse legis Dei ac libertatis ecclesiasticae aemulator, cuius post ordinationem die 40. Heinricus inperator urbem Romanam intravit, et bestiam quandam nomine Burdinum

c. 24. Hispanum episcopum superintrusit, Gelasio ex Urbe proturbato. Qui exulans quasi pater filium, inperatorem ad correctionem invitabat, quatenus ecclesiae in electionibus episcoporum suam libertatem dimitteret, et statuam quam in loco sancto contra Deum erexerat, deponere[t] festinaret; contra inperatore dicente, aut velle se omnia regalia ad inperium retrahere, aut in episcopis constituendis antiquam con-

c. 25. suetudinem retinere. Haec dicens et ecclesiae electiones et investituras nolens dimittere, magisque cor suum adversum salutaria monita indurans, et Burdinum[u] superintrusum defendens ac manu tenens, episcopis quoque econtra obfirmantibus facies suas ne inperio regalia remitterent, tandem et ipse tanquam scismaticus et adversus Dominum rebellis ab ecclesia Dei per Gelasium papam in generali concilio Remis celebrato, adstipulatione[v] commanentium episcoporum et aliorum fidelium ecclesiae terribiliter separatus est.

1116.

1116. Ecclesia[w] domni Werenheri Antesen ad Sanctum Martinum dedicata est a venerabili Udalrico Pataviensi episcopo 4. Non. Martii, domno Berwino adhuc preposituram Richerspergensis ecclesiae utiliter et honeste procurante. Nam per eum et sub eo res et possessiones atque facultates eidem ecclesiae per archiepiscopum Chuonradum bene augmentatae iam erant, multaque religio ibi coeperat florere, plurimis nobilibus et honestis clericis in servitio Dei illic manentibus, aliisque personis religiosis ibidem confluentibus. Non multo vero

ibid. post crescente persecutione et rursus invalescente scismate multis se a communione inperatoris propter sententiam excommunicationis subtrahentibus, nonnullisque clericis eum non solito favore ac laudibus excipientibus ingressum quasdam civitates regni sui, Chuonrado quoque archiepiscopo iam de ecclesia sua Salzburgensi pulso, multis rapinis et variis alternisque obsidionibus ipso episcopatu ex magna parte devastato, eodem episcopo

a) consentiret p. quodam ex ministris regis, Heinrico cognomento Caput, evaginato gladio mortem ei interminante 2 *ex Ott. Fris. VII*, 14. b) et ira s. 2. c) *deest* 2. d) *iterum sententiam ex Ott. Fris. inserit* 2. e) q. elaberetur. Ep. 2. f) ceperunt *add.* 4. g) Multa — eo *desunt* 2. h) enim 2. i) fugerent i. 2. k) Omnia quoque preciosa in rebus quibusque ad decorem et regale fastigium ubique exposita inmaniter distracta sunt *ex Ott. addit* 2. l) Honorabant — deum *desunt* 2. m) *deest* 2. n) in c. 2. o) appor. 2. 4. p) 2 *pergit:* Sic Heinricus rex per potenciam coronatus inperatoris et augusti nomen sortitus est, et quasi penitentia ductus pontificem et cives muneribus conciliabat sibi. Hoc autem factum est post resignata a patre inperialia anno VI. (*ex Ottone*) Sic et pater eius ante potenter magis quam iuste a Wigberto superintruso capta Urbe sublimatus fuerat in inperatorem. q) *deest* 2. r) Welfesholce 2. *ubi in fine sententiae aliquae ex Ott. Fris. adduntur.* s) G. p. (*rubro*). Gel. papa optimus 2. t) deponeret. econtra 2. u) B. defendens. ep. q. obf. 2. v) astipulante auctoritate c. ep. et al. eccl. f. t. s. est. Burdinus autem apud Sutrium — rediit. 2 *ex Ott. Fris. VII*, 15. w) *haec desunt* 2. 4.

50) Cf. Ann. Mell. h. a. et Ann. Scheftlarienses. 51) a. 1115 d. 11. Februarii.

in Longobardia et in Saxonia exulante, tunc et ipse domnus Berwinus quia nec defensorem nec ad quem refugeret habebat, super eum et super ecclesiam suam crescente iniquorum persecutione et infestatione, clam et omnibus fere insciis recessit in Saxoniam permittente archiepiscopo, sicque omnis decor Richerspergensis loci inmutatus est, nullis vel paucissimis habitatoribus illic remanentibus.

**1117.** Gelasius papa II. Romanam rexit ecclesiam. Ruodbertus abbas Tuiciensis claruit. *Ungari iterum iuxta fluvium Litha colonos terrae illius vastaverunt*[52].

**1117.** Ruodbertus abbas Tuitiensis claruit[a].

**1119.** Calixtus II. papa Romanam rexit ecclesiam.

**1119.** Calistus II. papa constituitur. Huius Calisti in tempore tandem ecclesia ad eligendos sibi episcopos libertati donata est[b], cui et investiturae per anulum et baculum, virgam videlicet pastoralem, in episcoporum consecratione faciendae recognitae sunt. Videns namque inperator ecclesiae graves manus super se, et metuens ne forte iniquitate sua per caelos rationales videlicet episcopos et sanctos Dei revelata, etiam terra, terreni scilicet principes adversus eum consurgerent, sicque ipse quemadmodum patri suo contigit regno privaretur, collecta curia in loco qui Loubwise[c] dicitur, ubi et legati Romanae sedis aderant, videlicet Lambertus Ostiensis tunc episcopus qui postea factus est papa dictus Honorius, et Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli qui etiam postea factus est papa dictus Innocentius, et Saxo presbyter, electiones[d] ut prediximus atque investituras liberas ecclesiae remisit, ita ut electus vel consecratus de manu inperatoris vel regis regalia per sceptrum acciperet; et ita ablato Burdino de medio et in monasterium quod Cavea dicitur misso, inperatore quoque a vinculo anathematis absoluto, pax ecclesiae[e] Dei post multas tribulationes quas et tunc perpessa fuit, reddita integre est. Gerh. c. 25

**1121.** *Oudalricus Pataviensis episcopus obiit. Reginmarus subrogatur.* His temporibus pace ecclesiis reddita post scisma quod fuit sub Heinrico inperatore iuniore, et Chuonrado archiepiscopo ad sedem suam reverso, cepit idem episcopus Deo illi inspirante Richerspergensem locum fundare novis edificiis et monasterio quod hodieque habetur, et aliis bonis augmentare, et regularem vitam et pristinam libertatem eidem loco renovare post quedam gravamina que illic facta fuerant. Nam tempore scismatis sub Heinrico inperatore iuniore[53] quidam Pertoldus scismaticus Thimoni archiepiscopo Salzburgensi catholico superpositus, eundem locum laicis inbeneficiando et canonicos regulares inde fugando, multa gravamina illic suscitaverat, que tunc idem episcopus Chuonradus successor Thimonis forti manu submovit[54].

**1121.** Udalricus[f] Pataviensis episcopus obiit, et Reginmarus subrogatur. Otacharus[g] marchio obiit.

**1122.** *Otachar marchio obiit. Hermannus comes provincialis obiit*[55].

**1122.** Chuonradus[h] archiepiscopus ad sedem suam iam[i] reversus post septem fere annos quibus exulaverat — Pertholdo scismatico iam eiecto et disturbato excommunicationis sententia, qui eum et antecessores suos sanctos viros multis iniuriis afflixerat, auxilio amicorum suorum qui etiam ex eo tempore in adversis semper decrescebant, et ut hodie quoque[k] perspicuum est, iudicio Dei non dimidiant dies suos, nec aliquis fere de posteritate eorum — et ad episcopatum suum, quem ut ipse in privilegio suo[56] fatetur, pauperrimum et valde vastatum tunc invenit, coepit in ipsa episcopali sede Salzburgensi canonicam vitam instituere, quam et ipse professus erat, regularibus vel magis secularibus clericis qui usque ad illud tempus in eadem sede fuerant ordinati, quique canonicam vitam profiteri apud se non[l] deliberaverant. alias ab eodem episcopo cum bono caritatis constitutis. Richersperg[m] quoque cenobium, quem locum idem episcopus valde diligebat et honorabat, coepit rursus renovare et novis aedificiis fundare, ac monasterio quod hodieque habetur, et aliis bonis augmentare, canonicamque vitam et pristinam libertatem eidem loco reparare, post illa gravamina quae et illic facta fuerant. Nam tribus vicibus idem locus ab iniquis hominibus invasus et a suis provisoribus derelictus et pene dilapsus fuerat. Primo quidam Albwinus, filius Aribonis fratris domni Werenheri fundatoris, eundem locum invasit et clericos ibidem locatos expulit. Secundo Pertholdus scismaticus eundem locum laicis inbene-

a) *haec desunt* 2. b) *cod.* 2. *rursus excerpta ex Ott. Fris. immiscet.* c) Liubwise 2. d) investituras episcoporum resignavit, ita ut el. libere episcopus de m. r. aut i. accipiat p. sc. et ita 2. e) p. est ę. et libertas ad plenum restituta post m. t. q. et tunc passa est 2. f) *haec desunt* 2. g) Odoacer m. Stirie o. 4. h) *haec desunt* 2. i) *deest* 4. k) hodieque 4. l) nondum 4. m) Richersperg — reliquit *desunt* 4.

52) a. 1118. Ann. Mell.; cf. Ott. Fris. VII, 15. 53) seniore; cf. Magnum a. 1101. 1110. et infra a 1122. 54) Eadem verba occurrunt in privilegio Eberhardi archiepiscopi d. 19. Aug. 1160. 55) Cf. Auctarium Claustroneob. SS. IX, 628. 56) d. a. 1137

ficiando regulares canonicos inde fugavit. Tertio domnus Berwinus prepositus inde recedens ipsum locum valde desolatum reliquit.

1123.

1123. Domnus Hermannus prepositus Salzburgensis obtinuit privilegium a domno Calisto papa de vita canonica servanda[a] in perpetuum in episcopali sede Salzburgensi[57].

1125. Honorius papa Romanam rexit ecclesiam. Lotharius inperator.

1125.[b] Honorius papa II. Romanam rexit ecclesiam. Lotharius Romanorum rex tertius. Et hic Honorius papa dedit domno Hermanno preposito Salzburgensi privilegium de conservanda canonica vita in Salzburgensi ecclesia.

1126. Dedicata est ecclesia Richerspergensis et altare principale a Chuonrado Salzburgensi archiepiscopo in honore sancti Michahelis[c].

1128. *Liupoldus marchio de Stira obiit*[58].

1130. Innocentius papa Romanam rexit ecclesiam. In huius electione gravissimum scisma factum est, quod etiam duravit fere per annos 8. *Spira civitas a Lothario obsessa traditur.*

1130.[d] Innocentius II. papa consecratur, Honorio defuncto 16. Kal. Martii. In huius Innocentii papae electione gravissimum scisma factum est, quod etiam duravit per annos fere 8. Nam quidam cardinalium elegerant in papam Petrum Petri Leonis filium cardinalem, unum de nobilioribus Romanis, et[e] eum in sede beati Petri collocaverant; quem consecravit, non legitime tamen, Portuensis episcopus unus de legitimis ordinatoribus. Qui etiam dictus est Anacletus. Eo igitur in urbe Roma potenter regnante et[f] sedem beati Petri occupante, astante ei multitudine nimia affinium aliorumque Romanorum[g] civium[h], Innocentius Urbe pulsus[i] in vicinis civitatibus ei astantibus manebat. Cui etiam rex Francorum et Lotharius rex Romanorum fideliter cum aliis principibus astiterunt, ac Petro Leonis constantissime restiterunt. Sedes quoque apostolicae Antiocena atque Hierosolimitana Petrum Leonis respuerunt, Innocentium vero approbaverunt, quia ipse duos de legitimis ordinatoribus secum habuit, Albanensem scilicet et Ostiensem, ille unum, ut dictum est, Portuensem.

1131. Bernhardus abbas Clarevallis claruit.

1131.

1132. Magister Gerhohus suscepit prepositaram et curam Richerspergensis loci a Chuonrado archiepiscopo Salzburgensi. *Lotharius inperator ordinatur ab Innocentio papa cum uxore sua Richiza in urbe Roma in ecclesia sancti Bonifacii.*

1132. Lotharius[k] inperator. Lotharius rex Romanorum in Italiam profectus est cum uxore sua Richiza, et Romam venientes utrique ibi ordinati sunt ab Innocentio papa in ecclesia sancti Bonifacii, Petro Leonis in Urbe adhuc constituto. Eodem[l] anno magister Gerhohus suscepit prepositaram Richerspergensis loci a Chuonrado Salzburgensis ecclesiae archiepiscopo, quoniam[m] domnus Goteschalcus eiusdem loci prepositus sponte in manum eiusdem episcopi ipsam prepositaram resignaverat.

1133. Hoc anno fuit illa magna eclipsis solis in 4. Non. Aug. circa medium diem, luna 27. existente, 13. anno decennovalis cicli,

1133. Fuit[n] illa magna eclipsis solis 4. Non. Aug. circa medium diem, luna 27. existente, 13. decennovalis cicli anno. Post meridiem inter horam septimam et octavam visa[o] est eclipsis solis in leone, si tamen non fuit prodigium et signum in sole. Perhibent enim physici, defectum solis non fieri nisi in luna novissima vel prima, sed nunc in illarum neutra. Nam potius in 27[a], cum adhuc superesset[p] 28[a] et 29[a] predicti mensis luna, plurimae iuxta solem stellae[q] visae sunt, plurimorum corda luce[r] desperata conpuncta sunt, sol quasi non esset omnino latuit, per horam fere dimidiam instar noctis fuit, facies mundi mise-

a) conservanda 4. *In 2 et haec desunt.* b) 1124. Inperator Heinricus — sepelitur (*Ott. Fris. VII*, 16). 1125. Loth. rex constituitur (*rubro*). Hic natione Saxo — deponitur (*Ott. Fris. VII*, 17). 2. c) archangeli *add.* 1. 4. *Et haec et sequentia a.* 1128. *desunt* 2. d) 1129. I. p. constituitur (*rubro*). In h. I. e. 2. e) et — colloc. *desunt* 2. f) et — occupante *desunt* 2. g) *deest* 4. h) Rogerio quoque Siculo *add.* 2 *in margine.* i) p. cedit *etc. ex Ott.* 2. k) L. r. R. in It. iterum p. c. coniuge s. R. ab I. p. coronatus inperatoris nomen et augusti adeptus est. *Nec plura* 2, *post excerpta ex Ottonis Chronico.* l) *haec desunt* 2. 4. m) quam *ed. Gew.* n) facta est i. 2. quarto N. A. post mer. i. h. terciam 7. et 8. visa 4. o) o. luna 27. ex. sole in leone 13. d. c. a. Plurimę stellę circa solem visę sunt, sol 2. p) s. e. 27[a] et 28[a]. plurime 4. q) *deest* 4. r) l. solis d. c. s. Sol enim q. 4.

57) d. 19. Febr. ap. Hansizium II, 941. 58) Melius haec in Ann. Mell. ad a. 1129 ponuntur.

rabilis, horribilis, nigra, mirabilis. Hoc[a] itaque quia veluti preter morem fieri visum est, apud aliquos pro signo et portento reputatum est.

1135. *Lotharius inperator et dux Fridericus inter se pacificantur Babenberc.*

1135.[b] Non piget hic inserere querimonias fratrum Richerspergensium de quodam predio iniuste eis ablato, et quo modo eos Dominus de omnibus tribulationibus suis mirabiliter liberaverit, et quo modo eiusdem loci curam habuerit, quia ipsi, sicut scriptum est, de omnibus nobis cura est, eo quod omnium dominus est. Cuius rei seriem ipsi fratres scripto conprehensam ad noticiam posterorum venire voluerunt, et in eodem monasterio in memoriam memorabilium Domini perpetuis temporibus conservari, cuius textus ita habet:

*Pusillus grex clericorum ecclesiae sancti Michaelis in Richersperge. Multi per ignorantiam delinquunt, qui causas quas ignorant, non diligentissime investigant. Huiusmodi periculum cavens et cavendum docens beatus Iob: Causam inquit quam nesciebam, diligentissime investigabam. Igitur et nos qui Deo militandi in Richersperg votum et velle per Dei gratiam habemus, eiusdem loci legitimas et iustas possessiones diligentissime investigavimus, ob hanc nimirum cautelam ne vel nos iniuste aliquid retinendo committamus rapinam, vel sub silentio incauto eam quae in nostrae committitur ecclesiae bonis, foveamus rapinam sacrilegam. Est autem predium quoddam iniuste nobis ablatum, quod qualiter evenerit cupimus Christi fidelibus et nostris maxime inposterum successoribus (notum fieri), ut omnes eiusdem predii possessores iniusti nunc et in perpetuum agnoscantur damnati, nisi resipiscant et predium nobis iniuste ablatum prefatae sancti Michaelis ecclesiae ad integrum restituant. Sic enim dicit episcopalis auctoritas in privilegio ecclesiae nostrae, quod datum nobis (est) a Chuonrado archiepiscopo fundatore nostro anno incarnationis dominicae* 1129*: „Quisquis autem domni Werenheri in pace quiescentis traditionem temerario ausu violare aut subtrahere aut violenter commutare presumpserit, auctoritate Dei Patris et Filii et Spiritus sancti perpetuo dampnamus interitu, nisi omnia sublata canonica restituat sanctione.“ Hic*[59] *Werenherus fundator ecclesiae nostrae inter cetera sua predia dedit sancto Michaeli in usum communis vitae predium quod ipse libere a suis antecessoribus hereditaria lege ad se derivatum possederat, in loco Chrowat Karinthiae posito. Idem quippe Werenherus fratrem habuerat nomine Aribonem, cum quo ita divisit hereditatem, ut*[c] 30 *mansos in loco qui dicitur Radilaha sitos iuxta fluvium Traham obtineret Aribo, et alios* 30 *mansos in Chrowat sitos obtineret Werenherus, quos etiam libera traditione dedit prefatae ecclesiae. Sed postea predicti Aribonis filius Albwinus cum haberet illos* 30 *mansos in Radilaha, ausus*[d] *est insuper occupare patrui sui Werenheri hereditatem, videlicet alios* 30 *mansos in Chrowat, voluitque ipsum etiam fundum, in quo nunc ecclesia sancti Michaelis est fundata, vivente adhuc Werenhero patruo suo sed ultimum iam spiritum trahente invadere. Quin insuper ausus est clericos locatos ibidem de ecclesia sancti Michaelis expellere, sed ultio divina quam Werenherus patruus eius prophetaverat quando iam morti proximus erat, eundem Albwinum diu non sinebat vivere. Dixerat enim Werenherus, beato Michaeli se confidere quod bona quae ipse ad honorem suum obtulerat, nullus posset inpune abalienare, cum sanctus Michael ea satis posset ab iniustis pervasoribus liberare. Non vanum erat hoc preconium. Nam ultio divina percussit primo ipsum Albwinum ac deinde ceteros in eodem scelere suos conplices ac posteros tam evidenti miraculo ut ex hinc posset fieri veteris historiae satis apta recordatio. Sicut enim quondam cum arca Dei capta esset apud allophylos, plaga magna venit super homines cuiusque civitatis ad quam devenisset arca Dei — percussit enim eos Dominus in posteriora et opprobrium sempiternum dedit illis — ita plane ad quoscunque devenit sancto Michaeli oblata hereditas, percussi sunt plaga magna. Ipse namque Albwinus a die pervasionis qua locum sanctum pervasit, et alius quidam Adalbero cooperator eiusdem pervasionis, intra spacium undecim dierum inprovisa morte de*

a) Hoc — est *desunt* 2. b) *hic annus vacat* 2. 4. c) *deest c.* d) visus *ed. Gew.*

59) Sequentia etiam in Mon. Boicis III, 401 edita sunt ex Codice Traditionum.

*hac vita sunt abrepti, tam terribiliter Deo istos pervasores percutiente, ut comes Udalricus, cui prefatus Adalbero iussu Albwini fecerat iuramentum ad eiusdem pervasionis firmamentum, cum facto iuramento videret ipsum Adalberonem subito ante se ruere percussum divina ultione, non auderet huius tam impiae pervasionis participem se facere. Fertur enim dixisse idem comes Udalricus: „Ut video, locus Richerspergensis potentes defensores habet, contra quos ego nunquam invadam eundem locum.“ Sic defuncto Albwino cum Adalberone suo, quaedam Liutkardis eidem Albwino in sponsam a parentibus confirmata, nunquam tamen ab eo visa vel tacta, successit sacrilego Albwino quasi legitimus heres in solo sacrilegio. Nam de cetera et certa ipsius Albwini hereditate nihil se intromisit, nisi de solo sacrilegio. Hereditatem namque predicti Werenheri sancto Michaeli oblatam, quam Albwinus invaserat per sacrilegium, illa eius iurata sponsa item invasit per sacrilegium. Supra nominatos enim mansos in Chrowat illa violenter invasit; pro qua invasione pater eius Almerich captus et ad iuramentum fuit coactus, ne unquam se de predictis mansis intromitteret, vel pro eo aliquis cui ipse prohibere posset. Duxit autem eadem Liutkardis postea virum nomine Nitkisum, qui ob eandem invasionem est occisus, Deo illi tribuente quod meruit, pro eo quod obedivit voci uxoris plus quam Dei precepto, intromittendo se de sancti Michaelis predio. Alterum duxit postea virum nomine Dietericum; et ille suasu uxoris extendendo manus suas quasi ad vetitum lignum, videlicet ad interdictum sibi sancti Michaelis predium, leprae incurrit opprobrium, et in lepra clausit presentis vitae terminum. Sentitur etiam et adhuc sentietur amplius in huius mulieris posteritate plaga ultionis divinae; et illa tamen resipiscere nolens, quaerit adhuc latebras Evae. Sicut enim illa post interemptionem sui et viri sui abscondit se in medio paradisi, ita et haec filia Evae post interemptionem suimet ac duorum virorum suorum, abscondit se in suo peccato, atque per hoc, sicut illa mortem quam viro propinaverat, suae posteritati transmisit, ita et haec lepram quam viro contulit, posteris hereditariam facit nisi resipiscat, et sancto Michaeli ablata usque ad novissimum quadrantem pro posse restituat. Alioqui tam ipsam quam eius posteritatem, etsi contingat evadere penam presentis vitae, iudex tradet exactori, et exactor carceri infernali. Inde non exibunt quoad usque solvant novissimum quadrantem: quem quia tunc non poterunt solvere, non poterunt etiam unquam exire. De 30 mansis iam 15 reddidit; alios 15 adhuc habet malo suo et malo suae posteritatis, quae sibi succedet in sic hereditariis peccatis. Ne autem tanti sacrilegii memoriam deleat oblivio, nos huius causae diligentissime investigatam seriem scripto conprehensam servabimus posteris, et nisi ante mortem resipiscant prefati predii pervasores, tam ipsa Liutkard quam eius filii, vita comite ac Deo disponente, notum erit ipsis eorum sepultoribus, quod eis nulla debeatur ecclesiastica sepultura, qui sponte negligunt et evertunt ecclesiastica iura, contemnuntque privilegia episcopalia super facultates ecclesiasticas data, in quibus damnantur qui eisdem privilegiis adversantur, sicut adversantur ecclesiae nostrae privilegio quicunque temerario ausu retinent aliqua nobis iniuste ablata, quos Deus dignetur convertere ne pereant aeterna damnatione. Amen.*

1137. 1137 [a] Chuonradus archiepiscopus dedit privilegium ecclesiae Richerspergensi ad petitionem prepositi eiusdem loci domni Gerhochi, quod ita se habet: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chuonradus Dei gratia Salzburgensis archiepiscopus. Virum beatum psalmista designans ait: „Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in seculum seculi.“ Pro adipiscenda itaque beatitudine, quae dispersimus dedimusque, pro iustitia nostra perpetuanda in seculum seculi, volumus in pauperum Christoque servientium servitio in seculum stabiliri. Notum ergo esse volumus tam presentibus quam futuri temporis hominibus, nos ad sustentationem Christi pauperum in Richersperg Deo sub communis vitae regula servientium et amodo serviturorum quaedam contulisse, quae subnotata continet scriptum presentis paginae. Videlicet patellam in Halla cum uno curtili in ipsa villa Hallensi et sex curtilibus in silvestribus Unchen vulgo nominatis, de quibus ligna persolvuntur*

a) *hic annus vacat* 4. *In cod.* 2. *quaedam ex Ott. Fris. inseruntur*

*ad ipsam patellam. Mansum et dimidium in Pongowe; sex mansos iuxta Richersperg sitos in villa Antesinhoven et Vihusin et Gurtin, predium quoddam in Nospach quod erat militis Chadelholi*[a] *de Nospach. Haec sunt bona de nostra liberalitate Richerspergensi cenobio collata. Et illud quoque curavimus memoriae tradere, quod eidem ecclesiae predia, videlicet curtem quae dicitur Chrowat, cum prediis eidem curti appendiciis usque ad triginta ut dicitur mansos requisivimus. In qua requisitione cum diu laboratum esset, et Liutkardis quae predia illa iniuste detinuerat, episcopali banno constricta tandem peccatum iniustae pervasionis recognosceret, sed a filiis suis eadem liberare non posset, nos pro redemptione animae nostrae triginta marcas expendimus, ut predia iam dicta penitus libere ac sine omni contradictione obtineret ecclesia Richerspergensis, cui eadem predia legitime data fuerant a beatae memoriae Werenhero ipsius ecclesiae fundatore, et eorundem prediorum legitimo quondam possessore. Quoniam autem ab ipso suo fundatore iam dictae ecclesiae fundus et patrocinium in ius et tuitionem firmamque possessionem ecclesiae Salzburgensis agnoscitur per legitimam traditionem devenisse, ratum esse convenit subsidium, quo nos auctore Deo de nostra copia illius inopiam supplevimus, quoniam hoc non est rerum episcopalium distractio sed ampliatio, si pauperibus Christi episcopatum respicientibus et ab eo pendentibus conpetens fiat sustentatio. Quam sane pauperum sustentationem tam in loco iam dicto quam in aliis locis nostrae providentiae subiacentibus nos ea moderatione fecimus, ut episcopatum quem pauperrimum et valde vastatum invenimus, divitem Deo gratias et satis copiosum, tamque a ruinis morum quam a ruinis murorum honeste favente Deo reparatum, successoribus nostris moriendo relinquamus. Unde successores nostros per tremendum ultimi examinis iudicium obtestatos et obsecratos esse volumus, ut ratum habeant quod nos divinae pietatis intuitu in Richerspergensis cenobii consolationem disposuimus. Quaecunque autem secularis aut spiritalis persona, quod a nobis pie est dispositum, aliquo modo duxerit in irritum, in ultimo examine reddet rationem coram summo iudice. De salubri sane dispositione nostra presens*[b] *pagina conscripta et sigillo nostro inpressa data est Fresaci*[c] *a. d. i.* 1137. *Huius rei testes sunt et conlaudatores, Romanus Gurcensis episcopus, Hermannus prepositus, Baldricus abbas Salzburgensis, Udalricus abbas Sancti Lamberti, Pabo prepositus de Gurca, Hartmannus prepositus de Niwenburg, Chuno Salzburgensis canonicus et presbiter, Otto monachus Sancti Petri, Wolfrat comes de Trevini, Adelbero dapifer, Karolus de Prewarin, Weriant de Witiniswalt, Engilscalcus frater Gurcensis episcopi, Maganus de Scalach, Liutwinus prepositus, Eberhardus de Libniz, Durinch de Diettrammingen, Wisint de Pongowe, Engilbertus castellanus, Eberhardus de Prisigin, Mirabilis nanus de Arizberg*[60].

1138. *Reginmarus Pataviensis episcopus obiit. Reginbertus substituitur.* Chuonradus nepos inperatoris Heinrici, Romanorum rex secundus.

1139. Otto frater regis Chunradi episcopus Frisingensis constituitur.

1140.

1138. Chuonradus[d] nepos inperatoris Heinrici, Romanorum rex secundus.

1139.

1140.*

* *Abhinc in cod. Vorow. occurrunt additiones quaedam de fundatione ecclesiae Seccoviensis, quas hic coniunctas exhibemus:* Anno[61] 1140. fundata est Secoviensis congregacio in valle Fiustriz dicta a domino Adelramo de Waldekke valde ingenue nobilitatis viro[62]. Qui Alramus cum de duabus legit-

a) Cnadezohi *ed. Gew.* Chadehohi *Mon. B.* b) p. *et mox* a. d. i. 1137. *desunt in ed. Gew.* c) *huc usque idem privilegium et in 3 legitur.* d) Ch. rex constituitur 2, *ubi abhinc sola excerpta ex Ott. Fris. VII, 22—34 sequuntur usque ad a.* 1146. *In fine cap.* 26. *legitur:* castrum comitis Chunradi, fratris comitis de Valeia qui cum Welfone soli erant, obsessum cepit et destruxit.

60) Editum est hoc privilegium in Mon. B. IV, 403, et ex Cod. Trad. in: Urkundenbuch des Landes ob der Enns I, 280. Sed in Mon. B. aeque atque in editione Gewoldi in fine addita sunt verba *nepos imperatoris Heinrici* male ex sequentibus huc assumpta. Unde efficitur, illud quoque exemplar ex Chronico nostro manavisse. 61) Quae sequuntur paucis exceptis desumpta sunt ex privilegio sane memorabili quod Adalbertus archiepiscopus a. 1197. d. 19. Martii Seccoviensi ecclesiae concessit, edito in Diplomataribus Styriae I, 173—182, ex quo aliqua ab auctore nostro omissa supplevimus. 62) Ita supra a. 1084. Werenherus vocabatur; Adalramus in charta Adalberti archiepiscopi simpliciter *quidam nobilis homo* dicitur.

1141. *Liupoldus dux Bawariorum obiit.*

**1141.** Innocentius[a] papa dedit privilegium ecclesiae Richerspergensi petitione Chuonradi archiepiscopi et prepositi domni Gerhohi, ista continens: *Innocen-*
63 *tius* etc.[63] Eodem anno Liutpoldus dux Bawariorum dederat privilegium Richerspergensi ecclesiae in hunc modum: *In nomine* etc.[64] Eodem anno ipse Liupoldus dux Bawariorum obiit. Celestinus papa Romanam rexit ecclesiam.

timis uxoribus, Perchta scilicet et Richinza, non haberet liberos quibus dimitteret hereditatem, piam Dei genitricem Mariam cum filio suo domino Iesu Christo sanctumque Augustinum elegit heredes, malens illi a quo acceperat cuncta offerendo perhennis vite gloriam consequi, quam inter fratres suosque consanguineos dissensionis et odii controversiam pro hiis quandoque oriri. Super quo mentis desiderio Chunradum seniorem tunc temporis archiepiscopum Salzpurgensem, Romanumque Gurcensem vices eius gerentem, alacer adiit, explendo voto suo maturitatis eorum consilium et auxilium petiit, et ut cordis sui affectum per operis initiaret effectum, duas capellas in fundo parentum suorum fundatas et quondam a parrochiali iure exemptas, et peticionis deffensionisque auctoritate sibi relictas, unam sancte Marie in loco Fustrice dicto cum dote Plaise[b] curia scilicet villicali, set et alteram sancti Iohannis euangeliste cum dote Altendorf similiter curia villicali, in manus domini archiepiscopi humiliter resignavit, eo scilicet tenore quatinus in unam earum, videlicet sancte Marie capellam, viros canonicos secundum regulam beati Augustini in communi vita Deo famulaturos destinaret. Ius vero patronatus sibi reservavit donec arma ferens militavit. Specialiter quoque excepit[c] coram predictis pontificibus, ut siquis subsequens archiepiscopus in superventuris temporibus nimis presumptuosus, sive prepositus divini timoris oblitus, collata seu conferenda predicte capelle minuere, cassare, infeudare, alienare presumpserit, semel ac secundo commonitus, si non resipuerit, proximus eius consanguineus[d] dato super altare sancti Rudberti nummo aureo eundem locum emancipet, sicque denuo divinis obsequiis instauret. Transmissis ergo illuc fratribus de choro sancti Rudberti venerabilibus Wernhero postmodum preposito, Liupoldo decano, cum aliis utriusque sexus religiosis personis, advenientibusque feria sexta in festo
Iul. 13. sancte Margarete, supradictus Alramus mire letificatus, quidquid versus Carinthiam, circa Gerwaldum et Harpergum, iuxta Mûram fluvium, vel in Marchia possessionum seu familiarum in dominicali suo habuit, et alpes Tiufental, Sbeinet[e], Frezen, Puochsachen, excepto usu fructu et[f] exceptis propriis militibus et fidelium a se imbeneficiatorum possessionibus totum contradidit. Ad investituram huius tradicionis unum mansum in villa Willendorf cum vinea donavit, ac eius tradicione omnem delegacionem suam confirmavit. Cuius bonam voluntatem memoratus archiepiscopus volens confortare, a supradictis capellis Ortolfum sacerdotem removens, plebanum Wides constituit, ac omnem decimacionem de prediis eiusdem Alrami in valle Fustrice pleniter ipsis fratribus donavit. Duas quoque porciones episcopalium decimarum Heinrichsdorf[g] sive Nordenstet, Chunenberge[h], Vorinnendorf, Manger, Stocheim, Hermansdorf, Willehalmsdorf, novellaciones sub monte Sekkel, Moglnit[i], Puoche, Ieringen inferiorem iuxta Mutenowe, de agris vineis pecudibus superaddidit. Preterea matricem ecclesiam Chumbenz cum decimis sacerdotalibus necnon filias ipsius, 3 videlicet capellas sancte Margarete, sancti Benedicti, sancti Laurencii cum quibusdam decimis perhenniter habendis liberaliter contulit; sacerdotem vero Waltfridum inde aufferens in plebesanam ecclesiam Vandorf transtulit.

Anno 1141. dominus Wernherus Salzpurgensis canonicus cum fratribus suis Friesachi domino Alramo eos ducente veniens ab ipsis communiter electus in prepositum ab archiepiscopo Chunrado sollempniter confirmatur, Romano episcopo Gurcensi aliisque non paucis spiritalibus et secularibus viris presentibus.

Anno 1142. fratribus superius memoratis in prefato loco scilicet Fustriz manentibus, nullamque religionis quietem propter vicinum strate transitum et villarum circumiacencium cottidianum tumultum habentibus, prefatus fundator assumpto preposito dominum archiepiscopum adiit, et ut cellam in possessionis eius adiacencia in locum scilicet Secovie dictum transferret, obnixe concupivit. Qui locus montanis cinctus, campis planus, ab hominibus remotus, religioni congruus, et in[k] pascuis, silvis, alpibus, pratis, rivis, fontibus esset habunde commodus. Communicato itaque Romani episcopi, Pabonis prepositi Gurcensis, Gebenonis prepositi, Balderici abbatis Salzpurgensis aliorumque sapientum sano consilio, Wernherum prenominatum prepositum Romam ad Innocentium papam secundum dirigendum censuit super hoc negocio, cum peticionis litterarumque suarum testimonio. Qui prospero cursu iens et rediens privilegium cum banno domini apostolici super observancia canonici ordinis, mutacione loci, tradicionibus prediorum, vinearum, decimarum, oblacionum primitus illic factis,

a) *haec usque ad finem huius anni desunt* 4. b) Platse *Charta Adalberti.* c) exceptis *c.* d) sanguineus *c.* e) Stainec *Charta Adalb.* f) fructus exc. *c.* g) Heinrischdorf *c.* h) Chuenberg, Vorindorf, M. (*fors.* in Anger) *Ch. Ad.* i) Mogelnic, Pühel, Iar. i. i. Mornovse *ibid.* k) exin *cod.*

63) Privilegium dat. Laterani 1142. Ian. 8. editum est in Mon. B. IV, 405 etc. 64) d. 1141. s. die, editum in M. B. IV, 408; cf. A. v. Meiller, Babenb. Regesten p. 28.

1142. Celestinus papa.

1142. [a]Chuonradus rex dedit privilegium ecclesiae Richerspergensi ad petitionem prepositi domni Gerhohi, cuius textus ita se habet: *In nomine* etc.[65]

et in loco mutato deinceps faciendis, sicut episcopus in litteris petierat reportavit[66]. Venientibus equidem de priore loco in locum Secoviensem fratribus, personarum religiosarum numero, largicione nobilium, in prediis, vineis, devotis fidelium oblacionibus, cottidiano cepit augmento proficere; presertim Romano episcopo per mandatum domini archiepiscopi illuc veniente, et atrium ecclesie benedicente. Propter que omnia supra memoratus Alramus hilarior redditus, ea que infra Pirdin, Cerwalt, atque Hartperch habebat, tres scilicet villas, Willendorf unam, Strelz duas, Geroltesdorf, cum vineis ac decimis ex eis provenientibus per dominum archiepiscopum contraditis aliisque attinenciis, set et ruricolis, in locum mutatum dans, omnem familiam suam contradidit, exceptis quibusdam ad censum 5 denariorum laxatis. [Subsequente tempore in synodo Halle congregata coram prefato Chunrado archiepiscopo, Heinrico Ratisponensi, Ottone Frisingensi, Regimberto Pataviensi, Romano Gurcensi, et plurimis prelatis, abbatibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus ibidem residentibus omnia supradicta iteravit, notificavit, privilegiis confirmavit[b].]

Anno 1147. dominus Adelramus fundator sepedictus depositis armis cum seculari vita renuntians mundo, ad eum locum quo omnem substanciam suam premiserat se ipsum homini videlicet Wernhero preposito propter Deum[c] obediturus humiliter et ultro optulit. Quem e vicino scilicet 43. die 5. Idus Aprilis subsecuta est mors pii domini Chunradi Salzpurgensis ecclesie archiepiscopi. Secoviensis vero canonice vite fundatoris [eo anno quo Romanorum rex Chunradus mox ingrediente estate innumerabiles secum in expeditionem Ierosolimitanam cum principibus deduxit milites[d].] Eberhardus abbas Biburgensis pro eo substituitur. Qui preter alia multimoda bona rerum mobilium monasterium fundavit; altare sancte Marie Magdalene primum dedicans, manso Chumbenz iacente dotavit. Chumbenz matricem ecclesiam lapideam factam denuo dedicavit, privilegiavit; capellam sancti Laurencii dedicans sanctificavit. Litem super predio apud Sanctum Stephanum prope Friesacum inter Secovienses fratres duasque sorores Hiltegardam de Tuonsperch et Fromudam de Sibdat et utrarumque filios diligentissime diremit. Manso quoque in supradicto inferiori Ieringen, quo decime eiusdem ville de agris, vineis, pecoribus duarum porcionum episcopalium, quas Chunradus episcopus senior antea largitus fuerat, possent conduci donavit.

Apr. 9.

Anno 1152. [Revertente vero post biennium Chunrado rege de Ierosolima, et postmodum moriente, Fridericus fratruelis eius regnum et imperium obtinuit[e].] Ex eo dira[f] calamitas et hominum malicia contra ecclesiam Dei insurrexit. Quam dominus Wernherus prepositus Secoviensis et frater Adelramus sollicite providentes, pii patris episcopi Eberhardi presenciam adeuntes, quem in advocatum possent assumere, auctoritatis eius maturitatem ceperunt consulere. Qui deliberato meliorum sano consilio, Stirensem marchionem Odoacrem in advocatum decrevit assumendum, in cuius potestatis dicione maxima pars prediorum Seccoviensis ecclesie videretur existere. Itaque prima curia Friderici regis Ratispone celebrata ipso anno electionis eius [ind. 15. tertio Kal. Iulii, feria tertia[g]] archiepiscopo favente, Wernhero preposito instanter petente, coram rege ac principibus marchio Odoacer factus est sollempniter advocatus, interposita condicione ut solo divini timoris et amoris intuitu, spe superne mercedis, eandem ecclesiam per se ipsum vel heredem suum defensandam susciperet, nullumque subadvocatum vel genus exaccionis [quod vulgo *voitmutte* appellatur] in quibuslibet negociis ipse vel heres eius interponeret[h]. Quam condicionem marchio Odoacer clementer recipiens, clementius[i] cum filio eiusdem nominis post facto duce tenens, Liupoldo duci Austrie filioque Liupoldo reliquit.

Anno 1158. imperator Mediolanum obsedit et non post multum coacti cives ei se dederunt. Ibi Ekkebertus comes de Puotin occisus est in Nonis Augusti, qui dederat ecclesie Seccoviensi 5 predia Waripergе[k].

Anno 1159. dominus Eberhardus archiepiscopus Salzpurgensis duo altaria Seccowie sancti Petri sanctique Iohannis in monasterio consecrans, duo prata[l] in quorum uno curia est Forwiz sita, servandis gregibus apta, decimasque[m] Wernheri capellarii in duobus mansis apud Pelse sitis contradidit, mansum Chuchel iuxta flumen Lamer dans, fontem salis coquendi cum vicina silva ad focum nutriendum, set et mansos duos Pilgrimi Hettendorf tradens, ministerialibus suis illuc convertendi, sepeliendi, que pro remedio animarum vellent conferre

a) Cel. p. R. r. e. *Deinde Seccoviensia* 4. b) *haec, ab auctore omissa, supplevimus ex Charta Adalberti. Acta sunt d. 27. Sept. a.* 1146. c) Deum *deest in cod.* d) *ex Charta Adalberti.* e) *ex Charta Adalberti.* f) dura *cod.* g) *ita Ch. Ad.; erat autem feria sexta.* h) *conditiones accuratius exponit Adalbertus.* i) *deest c.* k) *de hoc nihil legitur in Charta Adalberti.* l) duorum prato *c.* m) decimalibus *c.*

65) d. 15. Dec. 1142. in curia Ratisbonensi, editum M. B. IV, 409. 66) dat. Lat. 12. Mart. 1143. Diplomataria Styriae I, 144.

1143.

1144. Lucius papa. *Ekkebertus comes* [67] *obiit*[67].

[69]

1145. Eugenius papa constituitur. Maxima fames erat, et plures aecclesiae violatae sunt a Poemis, qui tunc erant in obsidione Ratisbonae cum duce Bawariae Heinrico.

1143. Lucius papa Romanam rexit ecclesiam. Fundatum[a] est monasterium Raitenhaslach 6. Kal. Novembris.

1144. Chuonradus[a'] archiepiscopus dedit ecclesiae Richerspergensi privilegium tale: *In nomine* etc.[68] Item: *Chuonradus* etc.[69]

1145. Eugenius II. papa constituitur[b]. Isto anno plures ecclesiae violatae sunt in episcopatu Ratisponensi a Boemis, qui erant in obsidione eiusdem civitatis cum Heinrico duce Bawariae et Orientis. Eodem[c] anno maxima fames erat. Nam Saturnus qui est unus de 7 planetis, stella frigidissimae naturae, ipso anno in ultima parte arietis positus, precedentes 7 vel 8 annos steriles ac terram pene effetam reddiderat, ita ut in locis solummodo calidioribus ac pinguioribus vix semina pauca et pastum tenuem cultoribus[d] redderet. In qua sterilitate per omnes pene terras innumerabilis hominum multitudo fame occubuit, ceteris vitam ex herbis terrae ac radicibus herbarum simul et arborum corticibus misere transigentibus. Quidam etiam iumentis per singulas hebdomadas sanguinem minuere soliti, tali edulio vitam refocillabant. Haec stella 30 solaribus annis suum contra firmamentum nitens peragit annum. Quam si sol in aestivalibus signis offenderit, frigidam circa id tempus aestatem[e] efficit, eamque in pluvias pene[f] hiemales convertit. Si vero in signis hiemalibus sol in eius frigus incurrerit, duplicato gelu hiems solito vehementior inhorrescit, hac stella vicinitate sua ipsum quoque solem infrigidante. Haec sane duplicatio frigoris ex huius stellae cum sole vicinia simul et annualis hiemis algore proveniens, maiorem terris sterilitatem importat, si eadem stella vel in aquario vel in piscibus aut in prima parte arietis consistens, sicque hiemem in Martium et Aprilem protelans, terram suo tempore aperiri et germinare non siverit[g]. Et haec quidem secundum astrologos dicta sunt, qui naturas rerum etiam in motibus siderum investigant. Hoc[h] eodem anno in ipsa — ad habitandum collocavit. Tempore dehinc et anno[i] sequenti quidam episcopus de Siria Gabulensis venit ad[k] summum pontificem Eugenium non[l] multo ante ordinatum cum aliis legatis[m] Armeniorum episcoporum, conquerens lacrimabiliter coram pontifice[n] periculum transmarinae ecclesiae post captam Edissam, et ob hoc etiam Alpes transcendere se velle dicebat idem episcopus ad regem Romanorum et regem Francorum pro flagitando auxilio[o]. (Otto Fris. VII, 30. 33.)

conferendi potestatem indulsit. Unde Sigmarus et Rudolfus fratres mansum suum Hettendorf, Ruodiger de Luoge predium suum de Wengelit, Ortolfus de Chûchel predium suum Puochsachen delegavit. [Cemeterium antea a Romano consecratum ampliavit, monasterii fundum designans nobilibus[p] rebus provexit, capellam Strelz per Hartmannum Brixinensem dedicavit. Obeunte post 17 annos 10 hebdomadas et unum diem ipso Dei servo, iunior Chunradus noster avunculus a Pataviensi sede translatus successit, qui bella gravissima contra hostes ecclesie gessit. Cuius petitione ac precepto monasterium cum publico altari per Brixinensem episcopum Hartmannum in vicino premissum dedicatum est, capella sancte Margarete per Udalricum Halberstattensem consecrata est. Qui post innumeros certaminum labores 4 annis ac septimanis fere 14 toleratos diem clausit ultimum. Cui nos succedentes quamvis pressuras persecutionum non modicas passi fuerimus, monasteriis et ecclesiis pro posse nostro consuluimus, ac in Seccoviensi monasterio 3 altaria, sancte crucis, sancti Nicolai, sancte Margarite per nos ipsos dedicantes, Petrum Parentinum episcopum 2 altaria sancti sepulchri sanctique Augustini, itemque capellam sancti Iacobi in hospitali pauperum Wolkerum Pataviensem episcopum consecrare disposuimus. Ecclesiam similiter Heinrichstorff per Poponem Petinensem consecrari permisimus *etc.*].

Anno 1164. In ipso anno dedicatum est monasterium Seccoviense a venerabili Brixinensi episcopo Hartmanno, annuente domino Chunrado pie memorie Salzpurgensi archiepiscopo iuniore, ind. 7. 16. Kal. Octobris. (Sept. 16.) In cuius etiam anni fine idem felicis memorie episcopus Hartmannus ex hac vita ad eternam migravit, 10. Kalendas Ianuarii. (Dec. 23.)

Anno 1165. Odoacer marchio de Stira advocatus Seccoviensis ecclesie mortuus est 2. Kal. Ianuarii in Ungaria in loco qui Quinqueecclesiensis dicitur, dum esset in via qua ad sepulchrum Domini proficiscebatur.

a) Fundatum — Novembris *desunt* 4. a') *haec desunt* 4. b) E. p. Rom. rexit ecclesiam. Eodem a. 4. c) Ipso etiam a. 4. d) pastoribus 4. e) *deest* 1. f) *deest* 4. g) sinuerit 4. h) Item ipso nichilominus a. 4. i) et a. *desunt* 4. k) v. Romam ad 4. l) E. eodem anno electum et ord. 4. m) nuntiis 4. n) c. summo p. et tota curia Romana p. 4. o) auxilium 4. p) mobilibus? *v. supra p.* 459. *l.* 25.

67) secundus de Putene. 68) d. 23. Oct. 1144. ed. M. B. IV, 410. Urkundenbuch des Landes ob der Enns I, 282. 69) s. d. editum Urkund. p. 289.

1146. Prespurch capta est. Et Heinricus dux Bawariae, frater regis Chuonradi, cum Ungaris pugnavit et victus est.

1147. Eberhardus archiepiscopus post Chuonradum Salzpurch constituitur. Fuit illa magna expeditio Hierosolimitana.

1146. Eugenius[a] papa dedit ecclesiae Richerspergensi privilegium rogatu Chuonradi archiepiscopi in hunc modum: *Eugenius* etc.[70] Eodem anno Prespurch capta est, et Heinricus dux Bawariae[b], frater regis Chonradi, cum Ungaris pugnavit et victus est. 70

1147. Chuonradus[c] archiepiscopus Salzburgensis, canonicae vitae Richerspergensis ecclesiae fundator[d], obiit 5. Idus Aprilis. Eberhardus abbas Biburgensis pro eo substituitur*. Eodem anno fuit illa magna expeditio Hierosolimitana, cuius haec fuit causa. Exierant[71] illis temporibus a civitate Hierosolima frequentes nuncii, personae vultu et aetate venerabiles, et Gerh. I, 63

* *Pleniorem expeditionis Hierosolimitanae enarrationem, ex eodem Gerhohi libro sumptam, qualem 2 et 4 exhibent, hic subiicimus:*

DE EXPEDITIONE IEROSOLIMITANA ADVERSUS PAGANOS.

Chonradus rex Romanorum et rex Franciae Luodvicus christianissima miseratione permoti[e] super afflictione orientalis ecclesie, laborem sibi tanti negotii tamque piissimi operis assumpserunt. Ibid. Exierant siquidem duobus prioribus annis a civitate Ierosolima frequentes nuncii, persone vultu et etate venerabiles; adiere curias regum ac principum, ipsum quoque pie memorie querimoniis suis sollicitabant Eugenium papam, necnon et abbatem Clarevallis, columnam ecclesie ac luminare fulgidum; episcopos et episcoporum adiere concilia, calamitates sancte illius civitatis lacrimabili querimonia deponentes, qualiter videlicet gentes finitime sanctum illum locum infestarent, qualiter illic omnia christianorum loca et habitationes cedibus et luctu conplerent[f], incendiis ac preda vastarent omnia, iamque nichil aliud interesse quin congregate in unum, sanctam civitatem et sepulchrum requietionis dominice occisis habitatoribus sibi tollerent, nisi quantocius eis a regibus cismarinis et a christianorum universitate exercitu copioso subveniretur. Itaque predicti duo reges, infinito exercitu usque ad septuagies centum milia[72] ut fama est de 72 omnibus terris christianorum ad eos confluente, viam sancti sepulchri circa dies pentecostes aggressi sunt per Bawariam et Ungariam in Danubio; per Greciam quoque via terranea iter suum dirigentes. Preterea multi navibus per mare iter arripuerunt. Non fuit civitas, non villa seu vicus que multitudines, que non saltem paucos emitteret. Episcopi cum gregibus sue parrochie sibi adunatis, duces quoque et comites aliique principes ac magnates, singuli cum suis turmis incedebant, scuta gladios et loricas aliaque belli vasa secum perferentes cum copiosa preparatione sumptuum ac tabernaculorum, que plaustris et equis innumeris subvehebant. Vix terrestris via simul et campi contigui per terram gradientes, vix Danubii decursus navium multitudines capiebat. Tam enim erat infinitus exercitus, quod ex quo gentes esse ceperunt, numquam tantam hominum, equitum simul et peditum multitudinem in unum congregatam estimaverim[g]. Nulla eorum necessitatibus venalium fora, vix ulli campi castris metandis sufficiebant. Unde vulgus innumerabile cui equi et victualibus deferendis plaustra[h] deerant, non post longum fame cepit laborare. Multitudo namque etiam rusticanorum ac servorum, dominorum suorum relictis aratris ac servitiis, ignorantibus quoque nonnulli vel invitis dominis, parum aut nichil auri vel argenti habentes inconsulte expeditionem illam longissimam arripuerant, sperantes in tam sancto negotio sicut olim[i] antiquo illi Israhelitarum populo, vel pluente desuper celo vel undecunque celitus ac divinitus amministranda fore victualia. Sed longe aliter quam sperabant evenit. Maxime namque adversitates eundem exercitum in eadem via sancta comprehenderunt. Prima namque calamitatum eiusdem exercitus quas relatu dignas arbitramur hec fuit. Cum in finibus Grecie secus mare pergerent, una dierum super ripam cuiusdam non magni fluminis mare influentis castra locaverant[k], cum ecce subito nulla pluvia quam ipsi previderint precedente, sed vel diruptione nubium desuper vel dimissione aquarum quas humanum artificium aliquo obice structo ad eorum perniciem ac decipulam retentaverit, idem fluvius granditer intumuit et desuper castra preceps veniens lateque ac vehementer exundans, magnam partem exercitus quibusdam dormientibus pre lassitudine, nocte namque factum est, cum tentoriis simul et plaustris secum in mare traxit, ita ut quibuslibet plaustris vel utensilibus inherentes vivi in profundum descenderent. Deinde Constantinopolim laboriose satis a tanta multitudine ventum est. Ubi Romanorum rex a Grecis callide circumventus, ac principibus quibusdam auro et argento illectis, iter per desertum quoddam versus Yconium ingressus est, obsequium arbitrans se prestare Deo, si quascunque gentes christianis infestas subiugare Christo vel humiliare atque infirmare potuisset; sed Grecis quorum id erat consilium, inimicorum suorum humiliationem quam christiani nominis propagationem intendentibus. Igitur exercitibus in duo divisis, Romanorum rex

a) Eugenius — inpetravit. *ex Ott. Fris. VII*, 34. Eodem anno venerunt ab urbe Roma litterae missae ab Eugenio papa in omne Romanum regnum, hunc modum continentes: Eugenius *etc. ut in Gestis Frid. I*, 35. — incipere decreverint, nullatenus in vestibus variis aut griseis, sive in armis aureis vel argenteis intendant, sed in talibus armis equis et ceteris quibus vehemencius infideles — D. Transtiberim Kal. Martii. Hisdem diebus venerabilis abbas Clarevallensis Bernhardus clarus et magnus erat in tota ecclesia. Huius etiam litere misse in omne Romanum regnum talem textum habebant: Archiepiscopis *etc.* Commota est et contremuit — iste finiatur. Eodem a. 2. A. 1146. venerunt *etc. ut* 2. 4. b) B. et Orientis cum U. pugnam conseruit et v. est ab eis 2. c) Dominus Adelramus *etc. ut supra.* Eodem anno Chunradus rex 4. d) R. e. f. *desunt 2, ubi in novo folio alia manus pergit.* e) promoti 2. f) l. omnia c. 4. g) estimaverunt 4. h) et pl. v. perfer. 4. i) *deest* 2. k) locaverunt 4.

70) D. d. 4. Maii Sutrii, ed. Mon. Boic. IV, 412. Gretserus Opp. III, 111—114. nonnisi initium dedisset.

71) Locum ex Gerhohi de investigatione antichristi libro edidit Stülzius in libro: Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen XX, 157 sq. quum antea

72) Hunc numerum Gerhohus infra §. 68 indicat.

Gerh. I, 63. adierant curias regum ac principum, ipsumque papam Eugenium querimoniis suis solicitaverant, et venerabilem abbatem Clarevallensem Bernardum qui eo tempore clarus habebatur. Episcoporum quoque adierant concilia, calamitates sanctae illius civitatis lacrimabili querimonia deponentes, qualiter

cum suo exercitu versus Yconium ductu Grecorum viam ingressus est per desertum. Rex vero Francie cum exercitu sibi adunato versus Antiochiam et Ierosolimam viam ut ceperat tenuit, aliis per mare aliis per terram tendentibus. Verum quante utroque[a] exercitui calamitates obvenerint[b], quoniam enumerare inpossibile foret, summatim maiora perstringemus. Exercitus namque versus Iconium gradiens, labore, fame ac siti in deserto confectus, insuper dissentiria gravissime ac pene universaliter fatigari cepit, cui nimirum infirmitati labor corporalis permaxime contrarius est. Igitur infirmitate et labore vie simulque inopia turba confecta morte[c] consumi cepit, ita ut diatim multitudines fame ac morbo simul et labore depaste caderent. Transito tamen sic morbide ac laboriose deserto, ventum tandem est ad terram hostibus inhabitatam, qui eos pugne occursibus et incursibus exceperunt; non tamen ut eis cominus pugnandi facultatem darent, sed sagittis eos die noctuque incursando simul et fugitando eminus fagitabant, ita ut nec pugne seu victorie esset locus, nec tamen absque pugne incursibus ullo momento existerent. Quod si nostri equites eos incursare voluissent, fugientes illos nostri consequi non valebant, nimirum equis nostrorum labore et inedia fatigatis, illorum vero equis pinguibus et requietis. Sed et pauci in nostro exercitu erant sagittarii, tota[d] vero adversariorum multitudo arcubus munita; hunc fere solum pugnandi usum retentabant[e]. Unde ex consilio rex noster cum exercitu suo divertit ab eis, viam qua[f] ierat per desertum repedando; non quod nostri bello ac victorie defuerint, sed quod bellum ac victoria fugerit ab eis. Nam si pugnare voluerant et ad bellum acies ordinaverant, nullus erat ex adverso adversariorum occursus; si vero in castra se recepissent, requies eis non dabatur, sagittariis eos undique per circuitum die noctuque infestantibus. Igitur nostri loricis vestiti ut dictum est ab eis diverterunt[g], per idem desertum quo venerant viam dirigentes[h], quod alias divertendi locus non fuisset, silvis aut paludibus hinc inde inpedientibus. Sed et[i] abeuntes adversarii per desertum et rara quedam silvestria hinc inde comitantes, longum illum ordinem abeuntium sagittis a dextris et sinistris[k] fatigabant. Qui dum a nostris fugabantur, mox eadem levitate qua fugerant revolabant. Contigit autem ut in quadam rupe magna pars nostrorum una noctium se recepisset[l], credens se illic ab adversariorum sagittis posse requiescere. Sed adversarii eadem rupe circumdata et expugnata, omnem illam multitudinem vel gladiis peremerunt vel captivos abduxerunt, rege nostro eventum rei penitus ignorante. Aliquantulum enim longius ipse processit, et cum robore exercitus castra in loco sibi proviso locaverat. Mortibus igitur et cadaveribus omnem illam deserti viam stratam relinquentes, rex cum exercitus reliquiis quibusdam Constantinopolim rediit. Ubi cum aliquantis principibus aliisque magnatibus quibus
ibid. I, 64. animus vel pecunia non defecerat, viam Ierosolimitanam per mare ingressus est. Sed et regis Francie exercitum et quam plures ex Germanis qui per viam terrestrem Ierosolimam tetenderant, infinite atque innumere calamitates conprehenderunt. Nam cum ad loca montium angustiora devenissent, illic Turci dispositis armis et armatis cum parte exercitus aperta manu congressi sunt; quos etiam a facie et a tergo atque a scopulis desuper inpugnantes, ex eis[m] maximam multitudinem peremerunt; ubi et comes Karinthiae
73 Bernhardus[n] occubuit[73]. Illic etiam complures, locorum angustiis simul et armatorum cuneis obsessi, cum quibus ex equo congredi non poterant, relictis suis omnibus solas animas salvare cupientes, per dura[o] et ardua montium fugam inierunt. Inter quos etiam frater regis Romanorum Otto Frisingensis episcopus non solum calciamentis sed etiam pedibus attritis, fame quoque ac gelu confectus, ad quandam civitatem maritimam cum devenisset, miseratione civium refotus atque mutuo ab eis acceptis aliquibus, etiam ipse per mare Ierosolimam tetendit. Similiter autem et[p] rex Franciae calamitates non modicas incurrit. Nam cum Antiochiam devenisset, nichilque illic utpote inter conpatriotas suos suspicaretur mali, fraude simul
74 et vi per principem civitatis[74] propriae uxoris quam secum duxerat, consortio privatus est. Quae cum post tempus aliquot libertati reddita, redire ad ipsum utpote servatae fidei matronalis sibi conscia voluisset, admissa non est, mansitque[q] inter eos divorcium, sed aliis ex causis aecclesiastice stabilitum postea[r]. Nam et ille aliam duxit uxorem, et illa regis Angliae matrimonio sociata est. Ventum tamen tandem Ierosolimam ab utrisque regibus cum quibusdam reliquiis exercituum; nam regis Romanorum exercitus qui deserti illius labores et tela hostium evaserat, ex maxima parte ad maternum solum remeaverat. Sed et alius ille exercitus regem Francie comitatus, ex parte inter illa montana perierat. Ventum tamen inquam tandem est Ierosolimam, quam[s] adeo liberam ab hostium incursu invenerunt, sicut ore proprio rex Romanorum testatus est, quod numquam fere maiori pace potiri potuerint[t]: excepto quod sicut semper inter confinia gentium diversarum excursus et prede agi solent, tale quid etiam illic esse hinc inde potuit, quali etiam infestatione raro aut numquam caruerunt vel carebunt, sicut nec adiacentes regiones ab eorum
ibid. I, 65. excursibus secure sunt vel erunt. Cum itaque consueta ac penitus secura pace agerent[u], qui tamen universum orbem quasi timore hostium sanctum locum tollere cupientium permovissent[v], tandem ne pro nichilo motus ille factus esse videretur, expeditionem et obsidionem contra Damascum moliti sunt. Ad quam obsidionem perficiendam rex Romanorum Chuonradus novum de multa pecunia, qui undecunque Ierosolimam advantaverat conduxit exercitum; sicque ad obsidionem a regibus Romanorum et Franciae eorumque exercitibus, necnon a rege Ierosolimae omnique Ierosolimitana milicia itum est. Et rex quidem noster credens omnia simpliciter ac fideliter agi, pomeria civitatis irrumpens, secus muros castra locavit, rem ut erat strennuus strennue peracturus; alii vero alias locis facilioribus et remotioribus castra disposuerunt. In hac itaque obsidione claruit qua intentione Ierosolimitani totum orbem in expedicionem tunc permovissent, quodque illo totius orbis motu laboriosissimo, tot mortibus christianorum, qui partim ut[w] dictum est, gladiis et sagittis paganorum, partim fame ac frigore, partim dissenteriae morbo ac fluminum incursu

a) *ita cum Gerhoho uterque codex.* b) obvenerunt 4. c) morti 2. d) tot 2. e) recantabant 2. f) quam 4. g) *deest* 2. h) dirigentibus *uterque, cum ipso Gerhoho.* i) *deest* 4. k) et a s. 4. l) recepissent 2. m) ex eis *desunt* 4. n) Wernh. 4. o) aspera 4. *cum Gerhoho.* p) *deest* 4. q) manetque i. e. hodie d. 4. *cum Gerhoho.* r) *deest* 4. s) *deest* 4. t) potuerunt 2. u) degerent 4. v) *deest* 4. w) ut—paganorum *desunt* 4.

73) frater Heinrici et Herimanni, ducum Karinthiae. 74) Raimundum Pictavensem, Alienoris patruum. Sed haec ab aliis aliter narrantur.

videlicet gentes finitimae sanctum illum locum infestarent, iamque nihil interesse quin congregatae in unum, sanctam civitatem et sepulcrum requietionis dominicae occisis habitatoribus sibi tollerent, nisi eis a regibus cismarinis et a christianorum universitate quantocius subveniretur. Talibus querimoniis rex

marisque tempestate perierant, non tam pacem sibi quam integre possidebant, quam auri et argenti ut credibile est thesauros sibi multiplicare quesierunt. Continuo namque ut obsidione civitas cincta est, cives intra menia positi de pace et obsidione relaxanda cum Ierosolimitanis tractare ceperunt. Quibus etiam auri plurimum offerentes, mox quod pecierant impetraverunt. Conventione itaque pacti clam firmata pecuniaque copiosa recepta, Ierosolimitani persuaso rege Franciae ab obsidione recesserunt, regem Romanorum solum cum suis in obsidione relinquentes. Qui cum vidisset secum fraudulenter actum, etiam ipse quod[a] reliquum erat ab obsidione recessit. Ecce quis finis, quis fructus tanta rerum molimina subsecutus est! Quis non penset ex fine, Ierosolimitani tanto rerum motu, tot mortibus christianorum, tantis[b] rerum publicarum et cuiusque privatarum dispendiis quid intenderint. Nam quod fere solam pecunie acceptionem sive ex oblationibus adventantium sive ex redemptione obsidionum intenderint, acceptae pecuniae finis probavit. Sed Deo nostro interim etiam hic iuste iudicante, non usquequaque de tantae pecuniae acceptione iniqua gavisi sunt. Nam qui multos deceperant, etiam ipsi in eadem pecunia data decepti sunt; siquidem ex maxima parte pro auro cuprum fucatum et nullo usui postea aptum acceperunt, quatenus vel sero eos[c] peniteret, quod tantum christianorum sanguinem tam vili precio vendidissent. Quia autem cala- Gerh. I, 68. mitatum aecclesiae Dei ab exordio mundi illatarum, ista multorum ac magnorum virorum iudicio maxima fuerit, libet eam Ierosolimorum illo[d] famoso excidio per Titum et Vespasianum facto conferre, ut ex collatione similium tribulationis eiusdem pondus expressius agnoscatur. Nam illic ad diem festum totius provinciae turba confluxerat, quae intra ambitum civitatis obsidione cincta est; hic vero ex toto orbe christiano principum, nobilium, mediocrium ac popularium multitudo innumera convenerat, magis ad victorias ac triumphorum sollemnia sua estimatione festinans, quam ut sibi ullas gentes gladio posse resistere estimaret. Sed subito dum non credit, maximo tamen labore suo in medium hostium adducta sicque ab hostibus undique cincta est, ut ei pro victualibus queritandis nullus relinqueretur egrediendi vel ingrediendi locus, haut secus quam si murorum ambitu simul et obsidione cincta fuisset. Immo vero et illic, in obsidione Ierosolimorum videlicet, muri ad tempus hostes arcebant, cives tuebantur; hic vero nec muris nec vallo obstantibus, hostium sagittis undique versum patebat accessus. Et illi quidem validi[e] corpore adhuc et animis obsidione cincti sunt; istos vero corpore simul et animis ex labore, fame simul et infirmitate hostilis incursio confractos invenit. Et illic fames multa horribilia persuasit; sed et hic tanta fames crassabatur in populo, ut equorum carnes ac pelles ovium veteres etiam detractis pilis modicum in lebetibus decoctas in cibos sumerent. Tam parce vero eedem carnes equinae vendebantur, ut unus homo in uno cibo 10 nummatas insumeret, 8 grana fabae uno argenteo[f], et unus panis 140 argenteis veniebat. Et in Ierosolimis dum multitudo morientium facultatem sepulturae vinceret, trans muros cadavera proiecerunt; isti vero dum et hic morientium multitudo facultatem sepeliendi excederet, mortuorum cadaveribus contra frigus imminens simul et contra Turcorum sagittas pro muris usi sunt. Et hoc dolendum simulque mirandum ac miserandum est, quod cum idem exercitus ad septuagies centum milia conputatus fuisset, de tanto exercitu vix quaedam paucae reliquiae redierunt, nichilque victoriosum tanta molicione peractum est; sed ęcclesiae Dei et toto orbi maxima clades illata. Signa quoque atque prodigia mendatia eodem ibid. I, 70. tempore non defuerunt, quae adeo per quosdam illius tempestatis viros, per quosdam etiam viae illius sotios multiplicata sunt, ut eisdem mirabiliariis, irruentibus nimirum ad eos turbis signa vel sanitates petentibus, vix vacaret panem comedere. Fictionem vero horum miraculorum cui assignemus[g] nescio; utrumnam his per quos fieri dicebantur, an vero his a quibus petebantur, certum non habemus[h], cum tamen fictio ipsa certissime in multis prodita sit. Adducebantur namque ceci vel semiceci et claudi, et benedicebantur ab eis, oratione super eos facta cum manus inpositione; dumque inter benedicentis verba requisiti ab ipsis violentis miraculorum exactoribus fuissent, an aliquid melius haberent, illique propriae sanitatis cupidi aliqua dubie responderent, statim cum clamore sublimes rapiebantur, et quasi sani inter manus vectantium ducebantur. Qui tandem sibi dimissi, non diu sanitatem potuerunt simulare, sed suae infirmitatis consueta subsidia, scamnella videlicet claudi ac ceci duces resumebant. Audivimus etiam de quibusdam, quod post veram curationem, duobus vel tribus diebus interpositis, pristina ad eos redierit[i] infirmitas. In civitate quoque Herbipolensi quendam ficti nominis et sanctitatis Theodericum quasi martirem efferebant, quem fingebant de numero eiusdem exercitus a Iudeis clam per fraudem occisum, ad cuius sepulchrum crebra valde fingebantur miracula. Sed non post multum per eiusdem fabricatores mendacii tota fictio propalata est. Hunc sane motum maximum quidam[k] motus alius terribilis valde itemque maximus in eius signum ibid. I, 72 precesserat. Subito namque ventus quidam turbinis vehementissimus, qualem nunquam ante relatu nec experiencia novimus, ab[l] occidentis regnis adveniens ac fere 8 horarum spacio[m] durans, eadem[n] caeli regione pertransiit, qua et postmodum exercitum pertransisse perspeximus. Huius venti tanta erat vehemencia et inpetus, ut domos firmissimas[o] annosaque robora everteret[p], nec esset vicus aut civitas in qua menia[q] fortissima non diruisset, non domus quae lesionem eius evaderet, sicut scriptum est: *Terroresque de caelo*, ut palam sit respectum irae desuper sicut in signo vehementis venti, ita et in terraemotu infructuosae, immo et[r] perniciosae illius expedicionis extitisse[75].

Alia quoque signa terribilia de caelo monstrata sunt; cometa videlicet longe comas protendens, caelum quoque totis noctibus sanguineo rubore perfusum: carnes etiam visae sunt de caelo in modum imbrium defluxisse, quae casu ipso dirumpebantur caloreque solis desiccatae perierunt, sicut de tanto fuso humano sanguine tantaque strage christianorum nulla memoranda vel manifesta aecclesiae Dei provenit utilitas.

a) q. r. e. *desunt* 2. b) tanto 2. 4. *cum ipso Gerhoho.* c) *deest* 4. d) *ita uterque cod. cum ipso Gerhoho.* e) valido adh. c. et 4. f) argento 2. et u. p. c. q. a. *desunt* 4. g) c assignem ignoro u. 4. *cum Gerhoho* h) habeo 4. i) redierat 4. k) alius quidam m. 4. *cum Gerhoho.* l) a regnis occ. 4. *cum Gerhoho.* m) spacia 4. n) tandem 4. o) fortissimas 4. p) everterent 4. *cum Gerhoho.* q) q. non m. f. d. 4. *Gerh.* r) *deest* 4.

75) Turbinis illius meminerunt Ann. Mellicenses, Auctar. Lambacense, Cont. Adm. ad a. 1145.

Romanorum Chuonradus et rex Franciae Ludwicus christianissima miseratione permoti, laborem sibi tanti negotii tamque piissimi operis assumpserunt, et cum infinito exercitu de omnibus terris christianorum ad eos confluente viam terraneam ingressi sunt, preter eos qui navibus per mare viam arripuerant. Tamque infinitus erat exercitus quod ex quo gentes esse ceperunt, nunquam tantam hominum, equitum simul et peditum multitudinem in unum congregatam fama sit. Sed peccatis exigentibus nihil dignum memoria a tanta multitudine actum est. Maximae namque adversitates eundem exercitum in eadem via comprehenderunt. Nam labore viae, fame ac siti in deserto quodam, per quod versus Iconium a Constantinopoli egressi iter arripuerant confectus, insuper dysenteria gravissime ac pene universaliter fatigatus, simulque inopia turba confecta, morte consumi cepit, ita ut diatim multitudines fame ac morbo depastae perirent. Antea quoque quam Constantinopolim venissent, cum in finibus Greciae secus mare pergerent, una dierum super ripam non magni cuiusdam fluminis mare influentis castra locaverant; cum subito nulla pluvia quam viderint ipsi precedente, fluvius idem nescitur adhuc qua ex causa granditer intumuit, et desuper castra preceps veniens, magnam partem exercitus cum tentoriis simul et plaustris secum in mare traxit, ita ut quibuslibet plaustris et utensilibus inherentes, vivi in profundum descenderent. Ventum tandem est Hierosolimam ab utrisque regibus cum quibusdam reliquiis exercituum. Nam regis Romanorum exercitus qui deserti illius labores et tela hostium evaserat, ex maxima parte ad paternum solum remeaverat. Sed et alius ille exercitus regem Franciae comitatus, ex magna parte inter montana quaedam a Turcis paganis circumventus perierat, ubi et Bernardus comes Carinthiae occubuit. Multi etiam propter multitudinem hostium fugam inierant. Inter quos etiam frater regis Romanorum Otto Frisingensis episcopus fugiens, non solum calciamentis sed et pedibus attritis, fame quoque ac gelu confectus, ad civitatem quandam venit, ibique miseratione civium refotus est, et mutuo ibi aliquibus acceptis per mare Hierosolimam tetendit. Quo pervenientes eam adeo liberam ab hostium incursu inveniunt, ut ore proprio Romanorum rex postea dixerit, quod nunquam fere maiori pace potiri potuerint quam tunc Tandem ne pro nihilo motus ille factus videretur, expeditionem et obsidionem contra Damascum moliti sunt. Tunc rex Chuonradus novum multa pecunia conduxit exercitum, et sic tres reges ad obsidionem civitatis processerunt. Rex Hierosolimitanus continuo ut civitas obsidione cincta est, accepit a civibus multam pecuniam auri, imo cuprum pro auro; ignorante rege Romanorum et suaso rege Franciae ab obsidione recesserunt. Rex vero Chuonradus qui proximus muris civitatis castra locaverat, hoc est inter pomeria urbis, videns secum fraudulenter agi, et ipse, quod reliquum erat, ab obsidione recessit, et sic nullo utili negotio confecto domum rediit.

1149.

1149. Domnus Chuonradus frater regis Chuonradi episcopus Pataviae constituitur, post Reginbertum[a] episcopum qui in expeditione Hierosolimitana in finibus Greciae obierat 4. Idus Novembris.

1150. Chuonradus frater regis Chuonradi episcopus Pataviae constituitur[76].

76 1150. Domnus[b] Harthwicus de Hagenowe, frater Reginberti Pataviensis episcopi, obiit 9. Kal. Decembris, qui ipsum castrum Hagenowe cum prediis adiacentibus dedit ecclesiae Richerspergensi, consentiente uxore sua nobili domna Hiltegarda. Quod cum episcopus Pataviensis, ecclesiae suae patronus, per episcopalem potentiam obtinere voluisset, Richerspergensis prepositus domnus Gerhohus cum fratribus suis ei contradicendo multum laboravit. Perlata tandem querimonia est ad Romanum pontificem Eugenium, a quo commonitus episcopus iam dictus per litteras, ad ultimum ipsum castrum per concambium ab ecclesia Richerspergensi obtinuit, pace bona composita inter eum et prepositum fratresque loci prenominati per legatum apostolicae sedis domnum Octavianum cardinalem.

1151.

1151. Domnus[b] Babenbergensis episcopus Eberhardus concessit ecclesiae Richerspergensi, ut rivus nomine Semftinbach per terram ecclesiae suae transiret, 77 firmans hoc eis privilegio suo quod ita se habet: *In nomine* etc.[77] *Dat. Babenberge* 8. *Kal. Oct. ind.* 14.

1152. Anastasius papa. Fridericus inperator, filius ducis Friderici, dux Suevorum, fratruelis Chuonradi regis.

1152. Anastasius[c] papa Romanam rexit ecclesiam. Fridericus dux Suevorum, filius ducis Friderici fratris Chuonradi regis, in regem elevatur[d].

Chuonradus Pataviensis episcopus dedit ecclesiae Richerspergensi privilegium de concambio predii Hagenowe et villae Rosbach, quod ita se habet: *In nomine* etc.[78] 78 *Dat. Pataviae* 4. *Kal. Maii a. inc. Domini* 1152.

a) Reimbertum 4. *In* 2. *haec desunt.* b) *haec desunt* 2. 4. c) A. p. R. r. e. *desunt* 2. d) 94us ab Augusto Cesare *add.* 2, *ubi sequentia desunt. Eorum loco* 4. *Seccoviensia praebet.*

76) Annus quo id factum est, non constat, quum Annales inter annos 1147—1150 fluctuent et documenta alia deficiant. 77) Editum est etiam apud Hundium, Metrop. Sal. III, 161. 78) editum Mon. B. IV, 417. sed datum a. 1155. (1154?) pontificatus anno 6, ind. 2.

1153. Adrianus papa IV.

1153.[a] Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus dedit ecclesiae Richerspergensi privilegium hunc modum continens: *In nomine* etc.[79] In fine eiusdem anni 17 79
Kal. Ian. castrum[80] quod Steine dicebatur, in vicino Richerspergensis ecclesiae in predio Munstuer situm, a duce Bawariae et Orientis Heinrico pro quibusdam rapinarum querimoniis flammis traditum est. Cumque iam de utilitate sola agrorum agi potuisset, complacuit domino castri Erchenberto filio domni Albwini, eiusque uxori Chounigundi de Poumgarten, necnon et ipsorum filio Heinrico iam adolescenti, quatenus a preposito Richerspergensi domno Gerhoho eiusque fratribus predium ipsorum in Rospach a Pataviensi episcopo Chunone in concambium pro predio Hagenowe eis datum, aliaque predia ipsorum acciperent; sicque villa Munstuer cum adiacentibus viculis in usum Richerspergensium iure concambii cederet, quia ipsi ab inimicis suis eam iam defendere non satis poterant, sed nec quidem iure suo eadem villa ipsis cum integritate iam serviebat. Quod cum ipsi a preposito iam dicto et a fratribus eius primum expetissent, ipsique et fratribus propter utilitatem et pacem quae utrobique fieri sperabatur, complacuisset, res perlata est ad marchionem Odoacrem de Stira, de cuius manu iam dictus Erchenbertus predictam villam Munstuer in beneficio habuit, actumque est apud ipsum marchionem 50 librarum Ratisponensis monetae intercessione per prepositum et fratres, quatenus idem marchio concambio faciendo annueret. Qui et hoc fratribus ex gratia concessit quantum ad eum spectabat, ut pro fundo iam dicto, quem simul in uno loco acciperent, quod simul in uno loco non poterant, in diversis locis absque diminutione redituum iuxta suorum fidelium approbationem restituerent. Ventum est deinde secundum ordinem ad episcopum Babenbergensem Eberhardum, a quo marchio idem habuit beneficium. Qui et ipse concambio faciendo intuitu pietatis annuit, simul ob eundem consensum preter rationem concambii accepta ex abundanti a venerabili archiepiscopo Salzburgensi Eberhardo tertia parte decimarum novalium in Carinthia, villicatione Criwine dicta. Quas videlicet decimas legitimo concambio ab ecclesia Salzburgensi prepositus Richerspergensis obtinuerat, dato pro eis fundo annuatim ad reditus duarum marcarum, piscatione videlicet sua in Carinthia in villa Chrowat ad reditum unius marcae, itemque manso in Ensetal quem ab ecclesia Babenbergensi item per concambium obtinuerat. Idem quoque Babenbergensis episcopus fratribus ex gratia concessit, ut fundum quem uno loco acciperent, in diversis locis sine diminutione redituum restituerent, prout sui et ecclesiae Babenbergensis fideles approbarent. His ita compositis, imo et interim dum haec fierent, predictus Erchenbertus assumpto filio suo Heinrico itemque Dieterico de Poumgarten, qui et ipse idem beneficium de manu marchionis quasi fratri forte obeunti successurus acceperat, singuli tres ipsum beneficium resignabant marchioni, et de manu eius fundum in Rospach et reliqua bona restitutioni concambii designata in beneficium receperunt. Sed et ipse marchio non multo post coram rege Friderico beneficium Munstuer in manum Babenbergensis episcopi resignavit, itemque fundum in Rospach cum ceteris bonis concambio destinatis de manu eius recepit. Deinde petitione episcopi simul et marchionis per manum regis Friderici, principalis ecclesiae Babenbergensis advocati, villa Munstuer cum viculis adiacentibus in manum comitis Pertholdi de Anedechs delegata est, ecclesiae Richerspergensi omnimodis deleganda dum primitus aequalitas concambii a fidelibus episcopi et marchionis perspecta et comprobata fuisset. Haec omnia anno sequenti facta sunt in Longobardia, territorio Brixiensi, in expeditione regia, et testes adhibiti sunt, ut plene videtur in privilegio sigillato eiusdem episcopi Babenbergensis Richerspergensi ecclesiae ab ipso dato de eodem concambio.

1154. Hoc anno rex Fridericus ivit in Longobardiam cum exercitu, et Romam veniens ab Adriano papa inperator creatus est et coronatus.

1154.[b] Adrianus papa IV. Romanam rexit ecclesiam. Fridericus rex ivit in Longobardiam cum exercitu[c] in mense Octobri pro acceptione inperialis coronae a[d] Romano pontifice[81]. In eadem expeditione episcopus 81
Babenbergensis Eberhardus dedit privilegium ecclesiae Richerspergensi de firmitate concambii inter ecclesiam suam et ecclesiam iam dictam facti, ita se habens: *In nomine — Acta sunt haec in territorio Brixiensi* 13. *Kal. Decembris.*[82]

1155.

1155. Rex[e] Fridericus inperator consecratur ab Adriano papa in ecclesia sancti Petri Romae. Eodem[f] anno domnus Otto Frisingensis episcopus, frater regis Chuonradi, dedit ecclesiae Richerspergensi privilegium ad petitionem prepositi domni Gerhohi de decimis hunc modum continens: *In nomine — Data Frisinge per manum Rahewini.*[83] 83

1156. Heinricus nepos inperatoris Lotharii, dux Saxoniae, Bawariam sibi abdicatam recepit honorifice Ratisbonae in curia

1156.[g] Chuonradus Pataviensis episcopus dedit privilegium ecclesiae Richerspergensi de ecclesia plebali nomine Munstuer

a) *hic annus vacat* 2. 4. b) *et hic annus vacat* 2. c) e. multo in 4. d) a summo R. p. *Reliqua desunt* 4 e) F. r. ab A. p. R. coronatus in ę. s. P. inperatoris et augusti nomen adeptus est 2. f) *haec desunt* 2. 4. g) *vacat* 2. *Quae in* 4. *hoc anno leguntur, in pagina sequenti dedimus*

79) M. B. IV, 416. 80) Haec desumpta sunt ex relatione quadam edita in Mon. Boic. III, 451. Urkundenbuch des Landes ob der Enns I, 337. 81) Haec ultima verba sumpta sunt ex relatione supra memorata. 82) editum Mon. Boic. III, 426. 83) editum Mon. Boic. III, 426.

inperatoris. [Anno 1156. Fridericus imperator post accepcionem imperialis corone de
84 expedicione rediens, curiam Ratispone celebravit, in qua Heinricus dux Saxonie, filius magni Heinrici, ducatum Bawarie diu sibi abdicatum conlaudacione et iudicio principum recepit[85]. Inde post pentecosten Wirzeburch movens, filiam Arelatensis comitis priore repudiata duxit uxorem[86]. Quod et Heinricus dux fecit. Nam sorore Perchtoldi ducis de Zeringen abiecta[87], filiam regis Anglie[88] sibi in coniugium copulavit. Item eodem anno Wlehalmus Apulus cum rege Grecorum pungnans vicit, cesis in eo prelio 43 milibus Grecorum. 4.]

in vicino eiusdem cenobii, cuius textus sic se habet: *Chuonradus — Data Pataviae indictione prima.*[84] Eodem anno Heinricus dux Saxoniae, filius magni ducis Heinrici, recepit ducatum Bawariae diu sibi abdicatum in celebri curia inperatoris Ratisponae cum laudatione et iudicio principum.

89 1157.

1157.[a] Heinricus[89] dux Saxoniae atque Bawariae habuit curiam Ratisponae, ubi comes Pertholdus de Anedechsen predium Munstuer, quod cum esset beneficium marchionis de Stira ab episcopo Babenbergensi, ipsorum petitione per manum domni regis Friderici in manum eius delegatum fuerat, idem comes Pertholdus petitione iam dictorum episcopi Babenbergensis Eberhardi necnon et marchionis Otakari de Stira in manum comitis Pertholdi de Pogen ad fidem delegavit, Richerspergensi ecclesiae per manum eius omnimodis delegandum ad petitionem eiusdem ecclesiae prepositi vel fratrum. Ipse enim comes Pertholdus de Anedechsen parabat se ad expeditionem in Longobardiam cum imperatore adversus Mediolanum. Cuius delegationis testes hi sunt: marchio Diepoldus de Vokeburg, Walchun de Steinibach, Herman de Voheburch, Gotefridus et Nazarius de Anedechs, Chadolt de Sunnebretesdorf, Dietmar de ecclesia sanctae Mariae, Eberhardus de Frichendorf, Regenoldus frater episcopi Babenbergensis, Goteschalc de Hanenchoven, Chadelhoch de Haiterenpoumgarten, Gerhoch de Frameliuesperg.

1158. Inperator Mediolanum obsedit. Ubi Ekkebertus comes occisus est, et Mediolanenses se tunc inperatori dediderunt.

1158. Inperator Mediolanum obsedit[b], et non post multum coacti[c] ei se dediderunt. Ibi Ekkebertus comes de Putine occisus est in Nonis Augusti, qui dederat ecclesiae Richerspergensi[d], antequam iret in expeditionem, curtim unam Munigen dictam et silvam iuxta fluvium Pinca et curtim aliam in Putinowe. Eberhardus quoque de Witerun ministerialis ipsius comitis ibidem cum eo occubuit, qui etiam dedit iam dictae ecclesiae curtim Pumerdorf. Ipso anno obiit Harthwicus frater Erchenberti de Mosbach, 3. Kal. Septembris, qui dedit etiam ecclesiae Richerspergensi predium Viebach cum prediis adiacentibus. Eodem anno Eberhardus archiepiscopus dedit privilegium ecclesiae Richerspergensi in hunc modum: *In nomine — subscripsi.*[90] Eodem quoque anno Adrianus papa dedit ecclesiae Richers-
91 pergensi privilegium tale: *Adrianus — Data Anagniae 17. Kal. Sept.*[91]

1159.[e] Dum esset inperator in obsidione Cremae, domnus Adrianus papa defunctus est apud Anagniam 2. Kal. Septembris.* Corpus eius Romam allatum 2. Nonas Sept. est

* *Cod. 2. hoc loco inserit narrationem ex libro Gerhohi de investigatione Antichristi, editam a S. Tengnagel in Monumentis contra Schismaticos p. 416 et nunc a Stülzio §. 57, sed quam hic quoque reperiri compluribus non ingratum fore existimanus:* Cum autem ad eligendum alium episcopi ac presbiteri, diacones aliique sanctae Romanae aecclesiae cardinales convenissent, et singulorum voluntates secreto ab his quibus id iniunctum fuerat, requisitae fuissent, idque quod inventum et scripto notatum fuerat, in medium idem ipsi protulissent: maior et potior apparuit numerus cardinalium, qui in cancellarii Ruolandi electionem convenerant. Nam paucis valde in electionem Octaviani, aliquibus etiam in magistrum Bernhardum eligendum conplacuit. Dumque ageretur cum eis, quatenus ad maiorem numerum cardinalium se colligerent, eo quod tres papae esse non possent, hi qui magistrum Bernhardum nominaverant ab eius nominatione recesserunt, et ex eis aliqui se in electionem cancellarii iunxerunt; aliqui vero etiam ambigue se ad Octaviani et cancellarii electionem habuerunt, ita ut ad utrumque devotionem suam ostenderent, quilibet ex his duobus salva pace et unitate eligi potuisset. Et iam numerus cardinalium qui in Octavianum sive omnino sive cum tali ambiguitate consenserant, usque ad septem excrevit; sed nimia erat etiam in his paucitas, comparatione numeri eorum qui in electionem Ruolandi cancellarii consenserant. Igitur et cum his agi

a) *vacat* 2. 4. b) o. ubi E. c. occubuit, et M. se i. t. d. *Nec plura* 2. c) c. cives ei 4. d) e. Seccoviensi 5 predia Wariperge. *Nec plura* 4. e) Dominus — delegavit, *quae iam supra p.* 459 *dedimus*. Eodem anno dum 4.

84) M. B. IV, 418. Sed indictio prima erat a. 1153. 85) 1155. m. Octobri; v. Ott. Fris. Gesta Frid. II, 28. 86) Beatricem Rainoldi comitis filiam, repudiata a. 1153 Adelheide Vohburgensi. 87) Clementia, a. 1162. 88) Mathildam filiam Heinrici II, a. 1178. 89) ex charta edita libro Traditionum, Urkundenbuch des Landes ob der Enns I, 336. Mon. B. III, 108. sed ibi anni designatione carente. 90) editum in Mon. Boic. III, 439; datum est in civitate Salzburgensi, die 21. Augusti. 91) Confirmat eis Munsture ac Steine.

humatum. Post hunc duo sunt electi qui se papas dixerunt, Roulandus tunc cancellarius sanctae Romanae ecclesiae, qui fuit ab omnibus fere cardinalibus preter duos electus, et duodecimo die post electionem suam a legitimis ordinatoribus consecratus; qui etiam dictus est Alexander; et Octavianus presbiter cardinalis Sanctae Ceciliae, qui a duobus tantum[a] fuit electus, Iohanne videlicet de Sancto Martino et Gwidone Cremensi, et in prima dominica mensis Octobris[b] a Tusculano episcopo Imaro cardinali, non legitimo tamen ordinatore, non[c] legitime est consecratus; qui[d] etiam dictus est Victor. His ita promotis inperator indixit generalem curiam Papiae celebrandam omnibus inperii principibus tam Teutonicis quam Longabardis, ad quam etiam ambos electos pontifices vocavit[e], ut ibi ex sententia et consilio orthodoxorum inter eos lis et contentio decideretur.

1160. Crema capta destructa et concremata[f] est. Quo facto inperator statim venit Papiam cum episcopis et principibus qui congregati erant. Et in Nonis Febr. curiae et colloquii initium habetur, et per sex dies in hoc demorantur[g]. Et fuit[h] dissensio inter ipsos, quibusdam hunc quibusdam illum confirmare volentibus Tercia itaque Idus Februarii, quia nec Alexander papa venerat nec legati eius, nec[i] aliquis pro parte eius firmiter stabat, inperator omnes episcopos convocans in hunc eos consensum deduxit, ut omnes Victorem papam[k] susciperent; et statim sequenti die, id est in[l] 2. Idus[m] Febr., ab ipso inperatore et episcopis suscipitur, et intronizatur in monasterio sancti Siri, inperatore frenum equi[n] et stivam sellae illius tenente, et eum de equo suscipiente, et ad altare una cum patriarcha Aquilegiensi[o] inter manus eum deducente. Alexander autem cum omnibus cardinalibus suis[p] in Franciam deveniens ibi morabatur.

Ipso[q] anno Eberhardus archiepiscopus dedit privilegium ecclesiae Richerspergensi de ecclesia Brambergensi ita continens: *Eberhardus — subscripsi.*[92] Eodem 92
anno Udalricus de Studize, filius domni Regingeri de Riede advocati Richerspergensis ecclesiae, post mortem patris ipsam advocatiam violenter invasit 11. Kal. Aug. et non modica gravamina ipsi ecclesiae contra voluntatem prepositi et fratrum suscitare tunc conatus fuit, sed non post multum ad pacem firmam et concordiam rediit. Perlata tamen tunc est querimonia de ipso gravamine a

studiose cepit, quatinus a parte illa sua modica recedentes, ad universitatem se colligerent, et obtentum est usque ad tres, quorum unus erat Iohannes Pisanus, alter Gwido Cremensis, qui contenciosius aiebant et instabant dicentes se nunquam ab electione Octaviani recessuros. His tercius accessit Tusculanus, et hi tres quartum Octavianum papam facere moliti sunt. At universitas cardinalium tres istos nec partem dici posse reputantes, suum electum cancellarium videlicet Ruolandum in papam elevare temptaverunt, oblato ei ut mos est per archidiaconum manto, rubea videlicet illa cappa quae insigne papale est. Quam ille vestem cum aliquamdiu pro humilitate sua rennueret suscipere, tandem vero fratrum precibus exoratus animum et caput ad suscipiendum inclinaret, Octavianus manibus uti cepit, rapiens mantum de manibus offerentium et desuper collo et capite eius qui fuerat induendus, et sic inter manus hinc inde trahencium mantus discissus est. Ipse vero Octavianus alium mantum de domo sua allatum ac preparatum offerente sibi capellano suo vestitus est, atque in eminenciorem locum ascendens, clerum advocat qui semotus in parte aecclesiae stabat beati Petri et finem rei exspectabat, ut quem electio sublimasset, ei ipse debita reverencia acclamaret. Hic itaque clerus accurrens ubi Octavianum in rubea cappa vidit, electum unanimi fratrum assensu credidit, et ei velut electo acclamavit. Sed et fores basilicae disclusae sunt, et introgressi cives Romani ut erant armati, etiam ipsi Octaviani electioni acclamare ceperunt, omnia putantes esse peracta in pace. At vero domni cardinales cum suo electo videntes quae fiebant, in partem se receperunt sanctuarii; deinde intra munitiunculam quae est supra sanctuarium se incluserunt, ibidem per 9 dies exspectantes, donec tandem securitate accepta per cives Romanos extra Urbem educti sunt. Ubi libertate sua potiti, electum suum levaverunt, et eum papam Alexandrum nominaverunt; quem et mox hi quorum iuris id ac privilegii erat, cooperante sibi frequentia domnorum cardinalium, cum omni sollempnitate consecraverunt duodecimo die post electionem suam. Qui etiam consecratus, Octavianum tanquam scismaticum cum suis principalibus fautoribus excommunicavit. At vero Octavianus datam in se spernens sentenciam, cum non haberet legitimos consecratores, a Tusculano quem solum habuit ex cardinalibus, et ab aliis duobus ex provincia conquisitis, manus sibi tandem post mensem in prima dominica Octobris mensis fecit inponi. Quo facto suos etiam ipse excommunicatores exconmunicare presumpsit.

a) t. cardinalibus f. 1. 4. b) O. est consecratus a. 1. 4. c) n. l. e. c. *desunt* 1. 4. d) *hic post excerptum ex Gerhoho pergit* 2. e) invitavit 1. 2. 4. f) cremata 1. atque cr. 4. concr. et d. est ab inperatore. Q. f. st. v. ipse inp. P. c. e. fere 50 et pr. qui c. e. de omni regno et 2. g) commorantur. Fuitque d. i. eos de duobus electis pontificibus q. 2. h) Fuitque d. aliquamdiu i. i. q. h. q. i. papam c. 1. 4. i) et nullus p. 2. k) in papam 2. *deest* 1. 4. l) *deest* 1. 2. m) Kal. *male* A. 1. 2. 3. n) e. ipsius et st. s. t. 2. e. et st. s. eius t. 4. o) A. Pilogrimo 1. 4. Pilgrimo 2. p) c. in regnum Franciae d. i. m. officium suum potestative ibi exercens 2. q) *sequentia in solo 1. leguntur.*

92) datum d. 8. Iunii, Salzburg, ed. Urkundenbuch des Landes ob der Enns I, 325; ubi omissi sunt testes Hugo praepositus, Heinricus decanus maioris ecclesiae, Udalricus Chimensis praepositus.

preposito et fratribus ad archiepiscopum Eberhardum, qui dedit eidem ecclesiae privilegium de iure subadvocatorum hunc modum continens[93]: *Eberhardus — Data Salzburge 14. Kal. Sept. ind. 8.*

93

1161. Inperator Mediolanenses post primam deditionem secundo rebellantes et arma parantes, secundo cum exercitu obsedit. Heinricus[a] dux Bawariae et Saxoniae contra Ratisbonenses et episcopum Hartwicum pugnavit. Eberhardus archiepiscopus eos ad pacem revocavit.

1161. Exemplar[b] privilegii quod dedit archiepiscopus Salzburgensis Eberhardus episcopo Babenbergensi Eberhardo ita continentis: *Eberhardus — Data Salzburg 4. Idus Iulii anno 1161.* Ipso anno Eberhardus archiepiscopus dedit ecclesiae Richerspergensi privilegium in hunc modum: *In nomine — iudicium.*[94]

94 Item aliud privilegium quod dedit idem archiepiscopus prefatae ecclesiae, quod ita se habet: *Eberhardus — subscripsi.*

Eodem anno Heinricus dux Bawariae et Saxoniae contra Ratisponenses et eorum episcopum Harthwicum dure pugnavit, et ab utraque parte idem episcopatus incendiis ac rapinis valde vastatus est. Tandem[c] mediante Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi pax inter eos facta est. Quo in tempore etiam inperator Mediolanenses post primam deditionem[d] secundo rebellantes et arma parantes, secundo cum[e] exercitu obsedit.

1162. Mediolanenses in Idibus Martii mensis expugnati sunt secundo. Ipse etiam locus, id est Mediolanum, qui quarto Nonas

95 Aprilis destrui cepit, funditus subversus est preter monasteria, inpletis urbis vallibus et subversis turribus; emigrantibus etiam omnibus habitatoribus eius. Ipso anno in proximo Septembri mense in 17. Kal. Octobris circa medium fere noctis aut aliquid ultra, splendor quidam vel lux in modum aurorae paulatim aliquantum veniens, repente totam ter-

1162.* Mediolanenses in Idibus Martii mensis ab inperatore expugnati sunt. Ipse locus, id est Mediolanum, 4. Non. April. destrui cepit, et funditus subversus est preter monasteria, inpletis urbis vallibus ac subversis turribus, emigrantibus ex ea omnibus habitatoribus eius.[95] Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis qui solus cum Alexandro papa stabat, iam sepe vocatus ab inperatore, venit Mediolanum, cum adhuc ipse inperator in destructione eiusdem civitatis ibi moraretur, et honorifice ab eo susceptus est simul cum episcopo Harthmanno Brixinensi. Prepositus[f] quoque Richerspergensis magister Gerhohus, qui etiam cum archiepiscopo Everardo venerat, benigne et amicabiliter et ab ipso

* Anno 1162. In Kalendis Martii mensis hostes inperii Mediolanenses, summa necessitate famis et inediae coacti, ad curiam inperatoris apud Laudam venerunt, submota omni simulatione fraudis; et nudos gladios in cervicibus suis defferentes, reos se esse profitentes, personas, res ipsamque civitatem absque omni tenore et sine aliqua conditione interposita cum plena dedicione reddiderunt inperatori. Preterea 4. Nonas eiusdem mensis Mediolanenses cum omni milicia et viribus civitatis vexilla et universa signa bellica clavesque civitatis et consulatus dignitates resignaverunt, refutantes omnia genera armorum, omnem potestatem, nisi quam cum gratia et permissione inperatoris possent optinere. Iuraverunt insuper quaecunque eos iurare fecit inperator, scilicet quod universa mandata inperatoris sicut de personis et rebus et de ipsa civitate ordinaret inperator, bona fide et sine fraude observarent, et de his omnibus observandis 400 obsides meliores et maiores de civitate dederunt. Igitur ne de cetero predictis hostibus occasio malignandi et facultas rebellandi prestaretur, fossata conplanata, muri subversi, turres omnes destructae, preter monasteria, ipsaque civitas in ruinam et in desolationem redacta, emigrantibus ex ea omnibus habitatoribus eius. Erat autem Mediolanum civitas antiquissima muris ac vallibus, portis ac turribus valde munita, ampla simul et populosa, cum suis campestribus et suburbanis in medio duorum amnium sita, unde et nomen sortita est Mediolanum quasi medium amnium, habens portas 12 grandi opera constructas. De qua et illud antiquitatis tenet relatio, quod specialiter contra Christi regnum fundata ab initio fuerit. Audito enim ut aiunt ex quodam vaticinio Sibillino, nasciturum fuisse regem, videlicet Christum, qui 12 ducibus, videlicet apostolis suis, totum sibi subiugaturus esset orbem, rex qui tunc Longobardiam tenebat, tanto molimine eandem civitatem 12 portarum construxit, singulis portis 12 milia pugnatorum ordinans egressura ad bellum, ut contra singulos duces duodena milia armatorum dimicarent. Verum quia civitas eadem regibus infensa erat, eo quod civitates sibi vicinas, videlicet Laudam et Chumam, tanquam bestia crudelis devorasset, alias quoque contiguas in servitutem redegisset, contra inperium easdem confederatas habens, id est Terdunum et Cremam, ob hoc itaque iusta inperatoris ira desevit, ac primo Terdunum, id est ante ordinationem suam, deinde post ordinationem suam Crema et Mediolanum obsidione cinctae atque deletae sunt. 2 *qui hic desinit.*

a) *sequentia paullo post addita esse videntur.* b) 1161. Heinr. Baw. 4. 1161. Inperator M. 2. c) Tunc 4. d) d. qua dolose inperatorem circumvenerant s. 2. *ex epistola imperatoris.* e) c. e. *desunt* 2. f) Prepositus — appellasset *desunt* 4.

93) editum Mon. B. III, 465. Urkundenbuch I, 350. 94) datum in castro Strasburg d. 6. Septembris, editum Mon. Boic. III, 475. Urk. I, 359. 95) Hic Gewoldus inseruit epistolam imperatoris de ea re, cuius exemplar codici 1. assutum erat. Quam, quum in Mon. Legg. II, 131. edita sit, hoc loco omittimus. Exscripta est in cod. 2. cuius verba supra dedimus. Iis etiam errores in Annalibus contenti corriguntur.

ram illustrasse late a multis visus est. Eodem quoque anno magna terrae fertilitas ubique erat et habundantia omnium rerum quas terra producere solet. Eberhardus[a] archiepiscopus Salzburgensis, qui cum Alexandro papa stabat, iam sepe vocatus ab inperatore, venit Mediolanum, ubi tunc inperator ipse morabatur in destructione eiusdem civitatis, et honorifice ab eo susceptus est simul cum episcopo Harthmanno Brixinensi, et cum pace ambo ab eo dimissi sunt. Circa finem etiam ipsius anni inperator secundam curiam generalem congregavit apud Bisuntium; et quia Alexander papa iterum illuc ab inperatore vocatus non venit, nec legatum misit, ipse Victorem cum episcopis et principibus sibi consentientibus ibidem secundo confirmavit.

inperatore et ab episcopis, qui cum eo ibi erant, susceptus et habitus est, et de omnibus pro quibus venerat, ab inperatore exauditus est: precipue tamen de querimonia quam de expulsione duorum germanorum suorum de civitate Augusta adversus episcopum eiusdem civitatis habuit, ad quem etiam litteras inperiales quales voluit ibi accepit, de restitutione scilicet omnium bonorum mobilium et inmobilium, quae illis duobus germanis suis canonicis Augustensis ecclesiae, ab ipsis concanonicis suis et ab episcopo ablata erant. Qui etiam fratres primi omnium in regno Teutonico periculum scismatis passi sunt, dum de sedibus suis ab ipsis confratribus suis tanquam proscripti inperatoris et excommunicati Octaviani vel Victoris nudi expulsi sunt, dum unus eorum generale concilium appellasset. Cum itaque archiepiscopus, ut supra dictum est, Mediolanum venisset, inperator eum in publicum vocans, multa eo presente et omnibus qui cum ipso venerant, de malo scismatis proposuit, multaque pro parte ac defensione Victoris prolocutus est. Cum autem et archiepiscopus ad omnia constantissime respondisset ac plurima pro parte Alexandri dixisset, tandem inter se non convenientes, quia nec inperator episcopis ipsis consentiebat ad partem Alexandri, nec ipsi in partem aliam aliquo modo inclinabantur, ad ultimum cum gratia ipsius inperatoris et cum pace ambo episcopi cum suis dimissi sunt.

Tunc[b] ipse inperator dedit ecclesiae Richerspergensi privilegium ad petitionem prepositi eiusdem loci magistri Gerhohi, interventu Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis et Eberhardi Babenbergensis atque Harthmanni Brixinensis episcoporum, cuius textus ita se habet[96]: *In nomine — Data Papiae post* 96
*destructionem Mediolani 2. Non. Apr. ind. 10. regnante d. Friderico imperatore gloriosissimo, anno regni eius 10, imperii vero 7.*

Ipso anno magna terrae fertilitas divina largitate ubique erat, et abundantia maxima omnium rerum quas terra producere solet. Tunc etiam in proximo Septembri mense in 17. Kal. Oct. circa medium fere noctis aut aliquid ultra, splendor quidam vel lux in modum aurorae paulatim aliquantum veniens, repente totam terram ut putatur illustrasse late a multis visus est.

Eodem[c] anno in principio autumni dux[97] Bawariae et Saxoniae Heinricus, nepos inperatoris 97
Lotharii, convocatis Bawariae principibus habuit curiam triduanam in loco qui dicitur Chorpeim[d]. Ibi prepositus Richerspergensis magister Gerhohus in audientia publica interpellavit ac monuit comitem Pertholdum de Pogen, quatenus predium quod dicitur Munstuer, secundum quod in manum eius devenerat, Richerspergensi ecclesiae delegaret. Ex Dei quoque providentia presens fuit comes Pertholdus de Andechs, qui locutus est in hunc modum: *Facere debes, o cognate comes Pertholde, quod postulatur, quia ego id ipsum predium sic in manum tuam Ratispone delegavi, ut tu hoc delegares iam dicto cenobio.* Ad huius admonitionis firmitatem ipse comes Pertholdus de Andechs conpendiose disseruit, qualiter ipse coram domno inperatore per ipsius inperialem manum, annitente venerabili episcopo Babenbergensi Eberhardo ac petente marchione Otakaro, cuius idem predium fuerat beneficium, susceperit ipsius predii delegationem, tam diu servandi in manu sua quoadusque predictus episcopus et marchio peterent eam in ius cenobii Richerspergensis transfundi, conpensata primum designati concambii qualitate secundum tenorem a domno Babenbergensi preordinatum. His denique quae laudata erant peractis, et per ministeriales ab episcopo et marchione destinatos legitime testificatis, restituta in concambio bona aeque valere et etiam in pensione redituum preponderare acceptis, sub debita et iurata dominis fidelitate requisiti: *Ego,* ait comes Pertholdus de Andechs, *utriusque videlicet episcopi et marchionis petitione tibi, comes Pertholde de Pogen, delegavi hoc predium Ratispone in expeditionem regiam profecturus, Richerspergensi ecclesiae delegandum ad petitionem prepositi eiusdem ecclesiae vel fratrum. Et ecce adest idem prepositus cum fratribus petens eandem delegationem fieri ecclesiae*

a) Eberhardus — sunt *in fine paginae aliquanto post adiecta videntur.* b) Tunc — vero 7 *desunt* 4. c) Eodem — conservari *desunt* 4. d) Chorpheim *charta. Est Karpfham ad fluv. Rott.*

96) editum Mon. Boic. III, 470, Urkundenbuch des Landes ob der Enns I, 354. 97) Sequentia ad verbum descripta sunt ex charta a. 1177. edita in Mon. Boic. III, 456. Urkundenbuch des Landes ob der Enns I, 342. vel potius ex documento alio antiquiore eiusdem tenoris.

*suae, quod et tu salva fide tua non potes renuere.* Huiuscemodi admonitione recognita, ipse comes Pertholdus de Pogen fidem suam exsolvens, paratum se ostendit facere quod iure potebatur. Igitur prolatis in medium reliquiis sanctorum ad cenobium Richerspergense pertinentibus, assurrexit ipse dux et principes illic presentes in venerationem reliquiarum ad perficiendum ceptum negotium. Tunc interrogatus est iam dictus prepositus, quis deberet esse advocatus huius predii cenobio delegandi. At ille secundum quod preordinaverat et disposuerat archiepiscopus Eberhardus Salzburgensis in litteris suis ipsi duci missis, quarum textus in subsequentibus invenitur, ipsum domnum ducem elegit advocatum, susceptorem pariterque tutorem fieri delegationis huius. Qui et ipsam delegationem per manum predicti comitis factam super reliquias una cum preposito suscepit iure advocati, et assensu principum confirmavit, subiuncta interrogatione trina, utrumnam esset aliquis contradicens. Nemine igitur contradicente, ab ipso duce ac preposito per aurem attracti sunt plurimi testes, e quibus precipuos conscripsimus, quorum nomina sunt haec: comes Pertholdus de Andechs, comes Pertholdus de Pogen, per cuius manum delegatio facta fuit, comes Gebehardus Hallensis, prefectus urbis Ratisponensis Heinricus et frater eius Otto, comes Chuonradus de Ronegen, comes Godefridus de Roumesperg, Chuno de Megeling, Heinricus de Stouffe, Pilgrimus de Wolmutisach et frater eius Pertholdus, Eberhart de Frechendorf, Pertholdus de Toumbrun, Aeribo de Biburg, Roupreth qui dicitur Wolf, Heinricus de Wida. Ita predium Munstuer pro quo multum laboravit Richerspergensis ecclesia, ab ecclesia Babenbergensi mutuatum per legitimum concambium sigillato privilegio Babenbergensis episcopi Eberhardi antea etiam firmatum, tandem hac novissima et finali delegatione firmatum est ecclesiae Salzburgensi et cenobio Richerspergensi. Exemplar litterarum archiepiscopi Eberhardi ad domnum ducem missarum ut supra dictum est: *Eberhardus — precepimus.* Tunc ipse dux dedit ecclesiae Richerspergensi
98 privilegium de ipsa advocatia tale: *In nomine — conservari.*[98]

Circa finem quoque istius anni, id est 1162, in mense Novembri[99] idem inperator iterum curiam generalem congregavit apud Bisuntium. Et quia Alexander iterum illuc ab inperatore invitatus non venit nec legatum misit, ipse inperator Victorem cum episcopis ibi presentibus et sibi consentientibus ibidem secundo sua potentia confirmavit.

1163. Alexander papa Turonis sinodum celebravit cum quingentis patribus ei consentientibus. Inperator quoque ipso anno magnam et iustam vindictam exercuit apud Mogontiam, destructo penitus muro in circuitu urbis, subversis etiam domibus quam plurimis civium, propter interfectionem episcopi eiusdem loci, quem illi fugientem in monasterium sancti Iacobi quod est foris muros urbis, inde abstractum ignominiosissime occiderunt, concremato prius post ipsum eodem monasterio. Privavit etiam inperator iure propriae hereditatis in perpetuum cum omni posteritate sua, et morti predamnavit omnes qui auctores erant in nece predicti episcopi. Eberhardus archiepiscopus Salzpurgensis iterum apud Mogontiam inperatori occurrit, et honorifice ab eo susceptus, et cum pace dimissus est.

1164. Victor defunctus est et apud civitatem Luccam sepultus. In cuius locum successit Gwido Cremensis cardinalis ex consensu inperatoris et episcoporum et principum qui illi parti favebant. Hunc consecravit
Apr. 12. Leodicensis episcopus sine cardinalibus et sine omnibus legitimis ordinatoribus; quem etiam Paschalem vocaverunt. Qui idem episcopus Leodicensis ipso anno, non longa mora interveniente, mortuus est[1]. Eodem quoque anno sanctae memoriae Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus migravit ad Do-

1163. Alexander Turonis sinodum celebrem quingentorum patrum in eum consentientium celebravit. Qui patres ex multis regnis convenerant, ex regno Teutonico nullus. Inperator quoque ipso anno magnam et iustam vindictam exercuit apud Mogonciam, destructo penitus muro in circuitu urbis, subversis etiam domibus quam plurimis civium propter interfectum episcopum eiusdem loci, quem ipsi Mogoncienses fugientem in monasterium sancti Iacobi quod est foris muros urbis, inde abstractum ignominiosissime occiderunt, concremato prius propter ipsum eodem monasterio, pro quibusdam causis quas adversus eum habebant. Privavit etiam iure propriae hereditatis in perpetuum cum omni posteritate sua, et morti predamnavit omnes qui auctores erant in nece ipsius episcopi. Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis secunda vice apud Mogonciam occurrit inperatori cum Harthmanno Brixinensi episcopo, et ambo honorifice suscepti sunt, et ab ipso inperatore et a noviter electo eiusdem urbis episcopo domno Chuonrado fratre palatini comitis, Salzburgensis ecclesiae prius canonico, dispositisque his pro quibus venerant, ambo cum pace et honore ac laude ab inperatore dimissi sunt, utpote sancti et honorati homines.

1164. Domnus Victor defunctus est et apud civitatem Lucam sepultus. In cuius locum successit Gwido Cremensis cardinalis ex consensu inperatoris et episcoporum ac principum qui illi parti favebant. Hunc consecravit Leodicensis episcopus sine episcopis cardinalibus et sine omnibus legitimis ordinatoribus, quos Romanum pontificem ordinare conveniebat. Ab ipsis primis temporibus christianitatis usque ad haec tempora solus iste novo et insolito more ac ordinatore consecratus est; quem etiam Paschalem dixerunt. Ipse autem Leodicensis episcopus ipso anno non longam post moram Dei iudicio mortuus est. Eodem quoque anno sanctae memoriae Eberhardus[a] Salzburgensis archiepiscopus feliciter migravit ad Dominum apud Ruona cenobium 10. Kal. Iulii. Corpus eius ad episcopalem sedem delatum cum luctu

a) domnus E. 4.

98) editum l. l. III, 469 et I, 353. 99) immo Septembri. 1) Heinricus episcopus obiit d. 4. Sept. 1164.

minum apud Ruona cenobium 10. Kal. Iulii. Cui successit Chuonradus Pataviensis episcopus, ab omni clero et populo unanimiter electus, ea cautione ut cum Alexandro papa staret sicut predecessor suus. Qui bis eodem anno ad inperatorem fratruelem suum veniens Papiam et Babinberch pro regalibus ab eo suscipiendis, utraque vice absque regalibus ab eo dimissus est, quia Paschalem recipere nolebat. Multi quoque episcopi et principes ipso anno mortui sunt. Harthmannus etiam beatae memoriae Brixinensis episcopus in fine eiusdem anni ad celestia migravit 10. Kal. Ianuarii.

omnium honorabiliter tamen in monasterio 3. Kal. eiusdem mensis est humatum. In cuius locum successit domnus Chuonradus Pataviensis episcopus ab omni clero et populo unanimiter electus cum gaudio omnium, ea cautione ut cum Alexandro staret sicut predecessor suus. Qui statim in mense Septembri ad inperatorem fratruelem suum pro regalibus ab eo suscipiendis Papiam profectus est cum prosecutione litterarum episcoporum suffraganeorum. Quo perveniens cum benigne ab inperatore susceptus esset, post multa quae ibi ab inperatore in secreto et in publico dicta sunt, quae et scripto conprehensa sunt a preposito Richerspergensi qui cum episcopo venerat illuc — qualiter scilicet eum inperator ad habendum papam Paschalem provocaverit, quem ipse tanquam catholicum catholici successorem modis omnibus commendabat, seque effecturum in brevi ut omnes eum reciperent minabatur, sed electus episcopus ad partem illam nullo modo flecti poterat — tandem sine regalibus, cum gratia tamen et pace ab inperatore[a] dimissus est.

Ipso anno cum per totam Franciam multae et variae sententiae haberentur de fide inter magistros Francigenas, Alexander papa convocatis in unum scholasticis et quibusque litteratis in ipsa vigilia nativitatis Domini, usque ad tria ut fertur milia vel ultra, cum assentientibus sibi domnis cardinalibus condemnavit et omnino interdixit omnes tropos et indisciplinatas questiones in theologia, Parisiensique episcopo sub obedientia precepit, ut per totam Franciam eas conpesceret. Sententia autem de gloria hominis in[b] Deum assumpti et in Deum nati approbata est ibi coram papa ac roborata[c], conscriptis inde 150 et eo[d] amplius auctoritatibus.

In[e] fine ipsius anni felicis memoriae Harthmannus Brixinensis episcopus canonicae vitae ex hac vita ad aeterna migravit 10. Kal. Ianuarii.

1165. Otakar marchio de Stira mortuus est 2. Kal. Ian. in Ungaria in loco qui Quinqueecclesiensis dicitur, dum esset in via qua ad sepulchrum Domini ire disposuerat. Ipso anno in diebus Martii mensis tempore quadragesimali allatum est pallium Chuonrado archiepiscopo Salzburgensi ab Alexandro papa adhuc in Francia manenti per nuncios eiusdem episcopi et eiusdem papae. Non multo interposito tempore domnus inperator curiam celebravit in civitate Wirzburgensi vel Herbipolensi, in mense Maio in diebus pentecostes quod evenerat tunc in 10. Kal. Iunii, ubi episcopi et electi numero fere 40 de regno Teutonico iuraverunt obedientiam Paschali et eius successoribus, ipso inperatore primum et ante omnes id ipsum iurante super euangelia et reliquias, postea episcopis, et inde omnibus regni principibus qui aderant. Postea autem multi principes et episcopi qui

1165. Otakarus[f] marchio de Stira mortuus est 2. Kal. Ian. in Ungaria in loco qui Quinqueecclesiensis dicitur, dum esset in via qua ad sepulchrum Domini proficiscebatur. Ipso[g] anno in diebus Martii mensis tempore qradragesimali allatum est pallium electo episcopo Salzburgensi Chuonrado ab Alexandro papa adhuc in Francia manente[h] per legatos eiusdem papae abbatem quendam, et per nuncios episcopi, videlicet Romanum prepositum[2]. In proximo mense Maio eiusdem anni, in diebus pentecostes quod evenerat tunc in 10. Kal. Iunii, inperator curiam celebravit in civitate Wirziburgensi quae etiam Herbipolis dicitur, ubi episcopi et electi fere numero[i] 40 de regno Teutonico iuraverunt obedientiam Paschali et eius successoribus, ipso inperatore primum et ante omnes iurante id ipsum super euangelia et reliquias, postea episcopis et inde omnibus regni principibus qui presentes aderant. Postea autem multi episcopi et principes qui ibi non aderant, idem iuraverunt. Tenor autem iuramenti hic erat, ut videlicet decedente Paschali nullum in papam reciperent nisi unum de ipsius fautoribus aliquem, et ut obeunte inperatore nullus in regem aut inperatorem levaretur, nisi qui illam partem defenderet et manuteneret contra Romanam ecclesiam, et ut episcopi qui iurarent, idem iuramentum ab omnibus suis prelatis et subditis exigerent, et quicunque non iuraret, omni ecclesiastico honore et beneficio, postremo etiam omnibus bonis et possessionibus privaretur. Ibi etiam precipiente inpera-

a) p. imperatoris 4. b) h. ass. in d. nati 4. c) p. corroborata 4. d) et eo *desunt* 4. e) *post Seccoviensia supra edita:* In cuius etiam a. f. idem f. m. ep. Hartm. ex 4. f) Odoacer m. de S. advocatus Seccow. ecclesie m. 4. g) I. etiam a. 4. h) manenti 4. i) *deest* 4.

2) Gurcensem, consanguineum Romani I, qui 1174 episcopus factus est.

ibi non aderant, iuraverunt. Tenor autem iuramenti hic erat, ut videlicet decedente Paschali nullum in papam reciperent, nisi unum de ipsius fautoribus, et ut obeunte inperatore nullus in regem aut inperatorem levaretur, nisi qui illam partem defenderet et manuteneret contra Romanam ecclesiam, et ut episcopi qui iurarent, idem iuramentum ab omnibus suis subditis et prelatis exigerent, et quicunque non iuraret, omni ecclesiastico honore et beneficio et potestate, postremo etiam omnibus bonis suis privaretur. Ibi etiam quidam electi consecrati sunt in episcopos a suis coniuratoribus episcopis, et alii in presbiteros et ad alios ordines ordinati. Electus Mogontiensis domnus Chuonradus, frater Ottonis palatini comitis, qui ante obedientiam fecerat per se Alexandro papae dum iret ad limina Sancti Iacobi, solus nocte de curia fugiens venit in Franciam ad Alexandrum, et ibi exulabat. Non[a] multo post inperator venit in partes Bawariae in diebus Iulii mensis, et Pataviam venit 3. Kal. Iulii, quando episcopus eiusdem loci omnes suos subditos iurare coegit, et a Patavia per Danubium navali itinere partes Orientis intrans, Wiennam venit, ubi fere 14 diebus mansit. Ibi etiam electus Ratisponensis[3] iuravit obedientiam Paschali, et dux Austriae Henricus patruus inperatoris, et alii principes.

tore quidem electi sub hoc iuramento consecrati sunt in episcopos, et alii in presbiteros et ad alios ordines ordinati ab his qui etiam iuraverant. Electus Mogonciensis domnus Chuonradus, qui ante obedientiam fecerat per se Alexandro dum iret ad limina Sancti Iacobi, solus fere nocte de curia fugiens[b] propter iuramentum, venit in Franciam ad Alexandrum, et ibi exulabat. In proximo mense Iulii inperator venit in partes Bawariae, et Pataviam venit 3. Kal. eiusdem mensis, quando episcopus eiusdem loci omnes fere prelatos eiusdem episcopatus propter presentiam inperatoris iurare coegit et deinceps cogere disposuerat. Et a Patavia per Danubium navali itinere partes Orientis intrans, Wiennam venit, ubi fere 14 diebus mansit. Ibi electus Ratisponensis iuravit, et dux Austriae Heinricus patruus inperatoris, et alii principes.

Eodem anno tertio[c] Idus Novembris Alexander a Francia navali itinere veniens, Romanam urbem primum ingressus est cum omnibus cardinalibus suis, et in sede beati Petri sedit, suscipientibus eum omnibus Romanis cum laude et gloria, Paschali Bitervis constituto. Electus quoque Mogonciensis statim in natale Domini in diebus quatuor temporum, id est in 15. Kal. Ianuarii, consecratus est Romae ab ipso Alexandro in presbiterum et archiepiscopum ad ecclesiam suam Mogonciacensem[d].

Tunc etiam mortuus est domnus[e] Roudbertus presbiter et decanus Pataviensis ecclesiae in Nonis Novembris. Hic post episcopum Chounradum electus quidem fuit, senex valde ac plenus dierum, sed in proxima curia inperatoris, videlicet Wirziburgensi, simul cum aliis episcopis iuraverat; ubi etiam sine licentia et absque voluntate et consensu metropolitani sui in episcopum consecratus erat. Ipse etiam suos prelatos modis omnibus iurare coegerat. Unde et pauci facti sunt dies episcopatus eius. Post hunc domnus Alben prepositus, diaconus autem eiusdem Pataviensis ecclesiae, electus est in 3. Idus Novembris.

Eodem anno mortuus est domnus Ruodbertus presbiter et decanus Pataviensis ecclesiae, in Nonis Novembris. Hic post episcopum Chuonradum electus fuit senex valde, et in proxima curia domni inperatoris, scilicet Wirziburgensi, simul cum aliis episcopis iuraverat, et suos prelatos omnibus modis ad iurandum coegerat. Hic etiam quia sine licentia et absque voluntate et consensu metropolitani sui in eadem curia in episcopum a coniuratis consecratus erat, miserabiliter[f] et sine penitentia mortuus est et infamem satis memoriam sui post se reliquit. Post hunc domnus Alben diaconus eiusdem ecclesie electus est 3. Idus Novembris. Ipsa die eodemque anno Alexander papa a Francia navali itinere veniens, Romanam urbem primum ingressus est cum omnibus cardinalibus suis[4], et in sede beati Petri sedit, suscipientibus eum omnibus Romanis; Paschali Viterbis constituto.

Electus Mogontiensis in proximo natale Domini in diebus quatuor temporum, id est in 15. Kal. Ianuarii, consecratus est Romae ab ipso Alexandro papa in presbiterum et archiepiscopum ad Mogontiensem ecclesiam.

1166. Inperator celebravit curiam apud Nuerenberch 16. Kal. Marcii, illucque venit archiepiscopus Chuonradus post tertiam vocationem et terciam curiam quam dederat ei inperator a festo sancti Michaelis, sex septimanis unicuique vocationi deputatis. Ibi ergo cum constanter respondisset coram principi-

1166. Piae[g] memoriae Arnoldus presbiter et canonicus Richerspergensis ecclesiae et consanguineus prepositi eiusdem loci domni Gerhohi, obiit feliciter Kal. Februarii. Qui qualiter obierit, necessarium duximus annotare et significare, ut ex multarum personis facierum gratiae agantur Deo et orationes

a) Non — principes *in fine huius anni paullo post adiecta sunt.* b) fugit p. i. et v. 4. c) quarto 4. d) Mogonciensem 4. e) *deest* 4. f) mis. — reliquit *erasa sunt.* g) Piae — temptationem. *desunt* 4.

3) Eberhardus. 4) immo 9. Kal. Dec. ipso teste; v. Iaffei Regesta Pont. Rom. p. 706.

bus ad omnia quae ei inperator obiciebat, quod scilicet per rapinam teneret episcopatum Salzburgensem, cum nec ab eo umquam regalia eiusdem episcopatus nec a papa suo Paschali spiritalia suscepisset, ipseque per prolocutorem suum ducem Bawariae respondisset, se non per rapinam sed per legitimam et canonicam electionem cleri et ministerialium et totius plebis eundem episcopatum suscepisse; se quoque iusticiam suam, id est regalia, tribus vicibus ab eo requisisse eodem anno, hocque testibus probare voluisset; hancque sibi negatam fuisse tribus vicibus, pro eo quod nollet, cum nec deberet, recipere Paschalem qui non esse legitimus pastor ecclesiae, tandem post multa hinc inde dicta tunc primum sine gratia inperatoris recessit.

Inperator rursum celebravit curiam apud Loufen[5] in partibus Bawariae 4. Kal. Aprilis in tercia ebdomada quadragesimae. Cumque iterum archiepiscopus qui in vicino erat, nullo modo posset inclinari per fratrem suum ducem Austriae Heinricum et alios principes qui internuncii erant, ad partem et voluntatem inperatoris, inperator statim quasi ex iusta sententia et iudicio principum inbeneficiavit laicis omnes possessiones eiusdem ecclesiae. Proscripsit etiam et persecutioni exposuit omnia cenobia quae erant in eodem episcopatu, vel quae iure fundi eó pertinebant, simul cum prelatis et omnibus possessionibus suis, quasi qui sui essent proscripti et excommunicati Paschalis. Et initium malorum sequentium haec. Exinde toto illo anno incendiis ac rapinis alternisque obsidionibus quasi ex precepto aut pro voluntate inperatoris idem episcopatus ex magna parte vastatus est, militibus tamen archiepiscopi, precipueque[a] Megingozo de Surberc, se contra violencias iniquorum hominum fortiter et viriliter opponentibus.

Eodem anno Kal. Nov. inperator in Longobardiam perrexit cum exercitu.

fiant ab ecclesia ad Deum pro eo. Non enim putavimus silentio tegendum quod multis credimus profuturum. Quae enim circa eum in novissimis suis dicta vel acta sunt, non solum propter ipsum sed et propter nos dicta vel acta sunt, nec propter ipsius sed propter nostram in tribulatione consolati em et in temptatione liberationem, per angelorum malorum immissionem et per bonorum subventionem, ut fides nostra et spes firma sit in Deo patre nostro et domino Iesu Christo, cuius sacrosancta passio et obedientia, sanctaque eius genitricis semper virginis Mariae pro nobis intercessio, sola nobis redemptio et peccatorum remissio. Cepit idem predictus presbiter hebdomada proxima ante natale Domini infirmari, et lentis quidem sed iugibus aestuare febribus, et miro quodam modo contabescere et marcescere, et carnis artubus in dies fatiscere. Qui et saepius requisitus de sua valetudine, respondebat laeta voce et facie: *Bene me habeo, nihil doleo; debilis quidem sum, sed dolorem nusquam sentio.* Sic dicens et iacens cibum vel potum raro capiebat, rarissime cupiebat, semper ut moris ei erat mitis ac mansuetus, semper placidus et quietus. Denique proxima die ante obitum suum convocatis in unum fratribus, commendavit animam suam singulorum orationibus et manibus. Sciebat iam tertia die instare diem purificationis sanctae Mariae, preoptavit sepulturam suam et prerogavit fieri in eius sollempnitate. Quod et ita factum est. Post vigilias itaque matutinas ante diluculum exterritus est, aperti sunt oculi eius viditque assistere diabolum et satellites eius, venitque super eum timor et tremor, cepitque clamare fortiter et dicere ad vigiles qui circa eum erant: *Ecce ecce domus ista plena est demonibus. Nunquid non videtis eos? Isti isti sunt qui pulsi sunt de celestibus.* Accepta statim cruce in manibus, opposuit eam undique quasi clipeum ignitum nequitiis spiritualibus, demones fugans, semet ipsum semper consignans, crucifixum semper adorans, semper deosculans, fratribus interim psallentibus et orantibus ac trementibus ac quasi cum eo agonizantibus, quia terribilis erat locus ille. Sed confortavit eos ipse dicens: *Ecce isti nunquam audent inspicere crucem Domini vel imaginem crucifixi. Psallite,* inquit, *psallite, dicite semper dominicam orationem „Pater noster", dicite symbolum „Credo in unum Deum, Credo in unum Deum." Nihil fortius, nihil efficatius contra diabolum. Invocate sanctam Mariam. Ipsa debet mihi impetrare veniam.* Quod et illis facientibus cum tremore: *Ubi sunt,* inquit, *plures? ubi fratres? ubi sorores? Necessarii sunt multi intercessores.*

a) p. M. de S. *expuncta sunt.*

5) Laufen ad fluv. Salza, aliquanto infra civitatem Salzburg.

*Vidi apostolorum imagines quasi lucernas et lampades in nocte refulgentes. Implorate mihi sanctam Mariam. Maria illa mihi impetrabit veniam.* Fratribus autem post multam quam dixerant psalmodiam et hymnodiam incipientibus letaniam, postquam nominaverant sanctam Dei genitricem semper virginem, ordine consueto volebant procedere ad ordines angelorum; sed ipse agonizans vehementer retraxit et quasi nolentes revocabat eos ad nomen gloriosae virginis perpetuae Dei genitricis Mariae, ipsique coacti sancta agonizantis importunitate ad nomen sanctum commemorandum retracti fuerunt, quod et saepissime replicaverunt, nec tamen ille potuit satiari sacri nominis frequentatione multifaria, sed quasi esuriens et sitiens illud inculcabat et inclamabat illis *Maria! Maria!* Nempe semivivus ipse iacensque medius inter vivos et mortuos, presentialiter aspexit hinc angelos bonos et inde angelos malos, hinc sacros homines hinc execrabiles demones, hinc accusantes hinc defendentes, et erat eius tota et sola fiducia in Domino et in sancta Dei genitrice Maria. Dixitque: *Accusate modo, accusate modo! Ego quoque accusavi, ego quoque accusavi.* Quod ipsi acceperunt ac si diceret: *In quibus accusatus sum, haec omnia Deo confessus sum, et tanquam iustus in principio accusavi memet ipsum.* Inter haec adiecit: *Si dixerit sancta Maria solummodo unum verbum, fiet mihi secundum verbum eius remissio et salus.* Iterumque apparentem sibi diabolum, furem clamans abire iussit, valido clamore invectus in eum, intendens contra ipsum sacrosanctae crucis vexillum, dicens: *Tu fur, tu fur, vade, vade!* Iamque dies aderat, et ipse quantum poterat Mariam Mariam semper replicans nominabat, cepitque laetior et quasi subridens apparere, et manu pretenta quasi precentoris fungens officio incipit psalmum: *Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi,* intentoque ad nos vultu et ad crucifixum digito ait alacriter: *Ecce hic salus, ecce hic redemptio nostra!* Et post pauca: *O obedientia!* Post aliqua: *O quantam, o quam inenarrabilem video gloriam! Nihil sunt haec, nihil sunt haec temporalia.* Et quieto statim corpore et spiritu intulit: *Sancta Maria obtinuit mihi gratiam.* Et mox quasi post luctam respiravit. Post modicum quasi vocanti se alicui ut veniret, ipse subito erecto capite et palmis utrisque quasi volens et non valens abire, quod solum potuit valide respondit: *Non possum ire, non possum exire.* Statimque decidit et siluit. Post pusillum circa ortum solis reddidit Domino spiritum qui dedit illum; pridie salutari hostia saginatus, prius quoque ante dies aliquos oleo sancto inunctus, in confessione Domini defunctus est, lectis prius coram eo 4 euangeliis et multis psalmis, ipso inchoante, ceteris respondentibus ad nutum et dispositionem ipsius. Sic et sic non amisimus hunc bonae memoriae presbiterum, sed premisimus. Ituri enim sumus et nos, et princeps huius mundi, nisi Deus avertat, venturus est ad nos. Nam et hoc presbiter ille in agonia sua non omisit dicere, quod hostes maligni ad nos quoque essent venturi. Nec mirum. Nam et Dominus de se dixit: *Venit enim princeps mundi huius et in me non habet quidquam.* Prestet ipse Dominus ut si ad nos quoque idem malignus veniat, nihil suum in nobis inveniat. Quod ut fiat, sicut monet Dominus, vigilemus et oremus, ne intremus in temptationem.

**Eodem anno id est 1166 inperator celebravit curiam apud[a] Nurenberch 16. Kal. Martii, illucque venit archiepiscopus Chuonradus post tertiam vocationem et tertiam curiam ad quas vocaverat eum inperator, 6 septimanis unicuique vocationi deputatis a festo sancti Michaelis. Ibi ergo cum constanter respondisset coram principibus ad omnia quae inperator ei obiciebat, scilicet quod per rapinam teneret episcopatum Salzburgensem, cum nec ab eo unquam regalia eiusdem episcopatus nec a papa suo Paschali spiritalia suscepisset[b], ipseque per prolocutorem suum ducem Bawariae et Saxoniae illi[c] sufficienter respondisset, se non per rapinam sed per legitimam et canonicam electionem cleri et ministerialium et totius plebis eundem episcopatum suscepisse, seque iustitiam suam, id est regalia, tribus vicibus ab eo requisisse eodem anno, hocque[d] testibus probare voluisset, hancque sibi negatam fuisse tribus vicibus, pro eo solum quod nollet cum nec deberet recipere Paschalem, qui non esset legitimus ecclesiae pastor, tandem post multa hinc inde dicta, tunc primum sine gratia inperatoris a curia recessit.**

**Non multo post ipso anno inperator rursus celebravit curiam in partibus Bawariae apud Loufen 4. Kal. Apr. in tertia hebdomada quadragesimae. Cumque iterum archiepiscopus qui in vicino erat, nullo modo posset inclinari ad partem et voluntatem inperatoris per fratrem suum ducem Austriae Heinricum, et alios principes qui internuncii erant, inperator statim quasi ex iuxta sententia et iudicio prin-**

a) in 1. b) recepisset 4. c) S. H. suff. 4. d) hoc quoque 4.

cipum inbeneficiavit laicis[a] omnes possessiones eiusdem episcopatus, simul cum decimis quae ad ius pertinebant archiepiscopi, omnibus quotquot parati erant[a] ad accipiendum. Proscripsit etiam et persecutioni exposuit omnia cenobia quae erant in eodem episcopatu vel quae iure fundi eo pertinebant, simul cum prelatis et omnibus possessionibus suis, tanquam qui sui essent proscripti et excommunicati Paschalis. Et initium malorum sequentium haec. Exinde[b] toto illo anno incendiis ac rapinis[c] alternisque obsidionibus quasi ex precepto aut pro[d] voluntate inperatoris idem episcopatus ex magna parte vastatus est, militibus tamen archiepiscopi se contra violentias iniquorum hominum fortiter et viriliter opponentibus.

Ipso[e] anno Heinricus, filius Erchenberti de Petra quondam dicti, veniens ab Augusta ubi inperator parabat se ad expeditionem in Longobardiam cum exercitu 17. Kal. Nov., invasit violenter predium ecclesiae Richerspergensis, quod dicitur Monstuer, 6. Kal. Nov. quasi ex permissu et licentia ipsius inperatoris, et eiecit colonos ipsius predii suosque ibi locavit, comminatus vastationem prediorum totius ecclesiae Richerspergensis ac ipsius loci, si quis eum prohiberet ab incepto. Perlata tamen est querimonia tam iniuriosae invasionis a fratribus ad episcopum Babenbergensis ecclesiae, a qua videlicet ecclesia idem predium per legitimum concambium mutuatum fuerat ad ecclesiam Richerspergensem concessione ipsius episcopi, ut supra plene conprehensum est, et ad ducem Bawariae et Saxoniae Heinricum, advocatum ipsius predii. Qui quoniam occupatus erat publicis bellis cum Saxonibus, misit litteras ipsis fratribus, quarum textus hic erat:

*Heinricus Dei gratia Bawarorum et Saxonum dux conventui fratrum in Richersperg salutem et dilectionem. De reformatione prepositi vestri gratiae domni inperatoris, sicut scitis ad presens nihil agere possumus, quoniam circa ipsum non sumus. Porro de predio quod filius Erchenberti de Lapide vobis aufert, hoc statuimus, ut dilectus nepos noster, Otto maior palatinus comes, studiose se intromittat, et in bonis vestris iustitiam plenam vobis faciat. Si autem ipse terminare non poterit secundum quod videbitur conventui honestum et utile, post introitum nostrum ad vos in propria persona libenter adveniemus, et omnem emendationem quam desiderat anima vestra, vobis procul dubio exhiberi faciemus, quoniam vos intime diligimus et commoditatem vestram modis quibus possumus semper promovere desideramus. Ceterum rogamus vos quatenus nos in orationibus vestris attentius commendatum habeatis.*

Ipse quoque episcopus Babenbergensis misit litteras abbati de Alderspach de causa eorundem fratrum ita continentes:

*Eberhardus Dei gratia Babenbergensis episcopus venerabili fratri S(ifrido) abbati de Alderspach salutem et fraternam dilectionem. Corripite ex parte nostra duriter Heinricum de Poumgarten, et dicite ei quod multum male se gessit, inquietando fratres de Richersperg, et talem rem operatus est unde verisimile est quod omnem honorem suum perditurus sit. Quapropter diligenter commonete eum, ut factum sine dilatione corrigere non negligat, et predictos fratres in pace dimittat usque ad adventum nostrum. Quia ante natale Domini ad partes illas venire et pro honore suo causam terminare decrevimus. Quod si noluerit, quidquid ei mali postmodum exinde evenerit, nos sine culpa esse volumus.*

1167. Marquardus Niwenburgensis prepositus obiit 3. Non. Ianuarii. Locus Salzburgensis simul cum claustro et monasterio canonicorum conbustus est nocturno igne Nonis Aprilis.

Heinricus filius Erchenberti de Petra locum Richerspergensem et vicina predia eiusdem ecclesiae nocturno igne devastavit et concremavit hostiliter tribus vicibus, id est 15. Kal. et 7. Kal. atque 8. Idus Mai.

1167. Felicis[f] memoriae Marquardus Niwenburgensis prepositus obiit 3. Non. Ian. germanus prepositi Richerspergensis domni Gerhohi. Locus Salzburgensis simul cum claustro et monasterio canonicorum conbustus est nocturno igne Nonis Aprilis. Locus[g] Richerspergensis et vicina predia eiusdem ecclesiae nocturno igne devastata et concremata sunt hostiliter tribus vicibus; id est 15. Kal. et 7. Kal. Maii atque Idus[h] Maii. Postea conposita est pax utrinque per episcopum Babenbergensem et episcopum Pataviensem a 4. Idus Iulii usque ad proximum natale. Duringus presbiter et canonicus et custos Richerspergensis ecclesiae obiit 3. Non. Augusti[i].

a) *deest* 4. b) Exin 1. c) et rapina 4. d) *deest* 4. e) *haec usque ad finem anni desunt* 4. f) Felicis — Gerhohi. *desunt* 4. g) Locus — Augusti. *desunt* 4. h) *ita ed. Gew.* i) *reliqua huius codicis infra cum cod. 3. coniuncta exhibentur.*

Postea conposita est pax per episcopum Babenbergensem et episcopum Pataviensem a 4. Idus Iulii usque ad proximum natale Domini.

Duringus presbiter et canonicus et custos Richerspergensis aecclesiae obiit 3 Nonas Augusti.

---

# COMPUTACIO ANNORUM SECUNDUM IERONIMUM.

Ab[a] Adam usque ad Abraham computantur anni 3184. Ab Abraham usque ad Urbem conditam sunt anni 1300. Ab Urbe autem condita usque ad nativitatem Christi anni 715.

ITEM[b]. Rursus iuxta computationem Orosii historiographi ab orbe condito usque ad Urbem conditam computantur anni 4447. Ab Urbe vero condita usque ad nativitatem Christi anni 752. Omnes igitur anni ab exordio mundi usque ad nativitatem Christi fiunt anni 5200[c].

## INCIPIT CHRONICA COLLECTA A MAGNO PRESBITERO.

Post[d] creationem protoplasti Adae eiusque prevaricationis miseriam anno quasi quinquies millesimo bisque centesimo, ut et quinarius naturalem in quinque sensibus, et binarius a Deo bis datam legem in duobus preceptis consistentem, millenarius etiam et centenarius numerus utriusque perfectionem designaret; quadragesimo et secundo anno inperii Octaviani Augusti ut per quadragenos annos decalogum auctoritate quatuor euangeliorum, et per duos vetus testamentum per novum esse dilucidandum admoneretur; indictione quarta ut eadem quatuor euangelia per quatuor mundi plagas esse predicanda portenderet; decimo vero circuli solaris anno, ut angelicam celsitudinem, quae per novem ordines distinguitur, humanae naturae consortio usque ad denarii perfectionem complendam esse monstraret; secundo etiam decennovalis circuli anno, ut per angularem lapidem duos parietes e diverso venientes, id est duos populos, in unam ecclesiam copulandos esse doceret; octavo decimo nichilominus anno cycli lunaris, ut decem preceptorum executores octava id est resurrectionis et iudicii die remunerandos esse moneret; pace tandem facta per universum mundum, quasi ad suscipiendum Christum regem pacificum, clausisque in Romana re publica Iani portis quasi ad abnegationem idolatriae et demoniacae servitutis, prima quoque asscriptione census quae facta est a preside Siriae Cirino, universo iam orbe ad censum per singulas provincias cesari annuatim persolvendum adunato atque descripto quasi ad prenunciandam unitatem sanctae ecclesiae Dei, quae ab initio saeculi usque in finem describenda esset in aeternitate, quando etiam censeri omnes homines ab Augusto iussum est quasi cum completo numero omnium electorum ad vitam aeternam predestinatorum signandi in frontibus suis erunt: natus est dominus noster Iesus Christus ex intemerata virgine beata Maria in Bethlehem oppido Iudeae, dominica nocte 8. Kal. Ian. circa finem 42. anni Augusti, olimpiade 293, ab Egipto vero subiugata et Antonii vel Cleopatrae interitu 28. anno, regnum Iudaicae gentis tunc tenente Herode primo ex alienigenarum gente vel genere, anno regni eius 31. Eodem quoque eiusdem cesaris anno natus fuit beatus Iohannes precursor ac baptista Domini nostri 8. Kal. Iulias.

Anno[e] secundo dominicae incarnationis Herodes rex pueros
A. 3. occidi iussit in Betlehem Iudae et in omnibus finibus
4. eius a bimatu et infra secundum tempus quod ex-
5. quisierat a magis.

**Octavianus Augustus Cesar** regnavit 56 annis, obiit autem 76. anno vitae suae morte communi in oppido Campaniae Atella. Romae in campo Martio sepultus.

7. puer Iesus ex Egipto reducitur, Archelao iam in regnum
8. Iudeae substituto ab Augusto pro Herode patre eius.
9.
10.
11.

[Temporibus huius[f] Augusti Colonia ab Agrippa rege et Augusta a Druso rege Augusti privigno construuntur. Virgilius et Horatius et Ovidius poetae clarent[g].]

15. Archelaus rex a Iudeis apud Augustum accusatus,
16. in Viennam Galliae urbem exilio relegatus est,
17. regnumque Iudeorum in quatuor tetrarchias et inter
18. 4 filios Herodis, fratres Archelai, Herodem, Anti-
19. patrum, Lisaniam et Philippum, divisum est ab Augusto.

**Tyberius cesar, privignus Augusti.** Hic anno etatis suae 78. mortuus est; regnavit 23 annis.

27. Pilatus Iudeae procurator a Tiberio cesare in Iudaeam dirigitur.
30. Tiberii autem 15. Iohannes circa regionem Iordanis veniens, baptismum penitentiae predicabat.
34. dominus Iesus sua passione nos redemit.
35. Paulus apostolus secundum Latinos quia Ianuario annum incipiunt, de coelo vocatus est; secundum
36. Hebreos autem quia Martio annum incipiunt, eodem anno quo Dominus passus est.
39.

**Gaius Galligola cesar nepos Augusti et Tiberii.** Hic in palatio occisus est.

40. Aprippa cognomento Herodes, filius Aristoboli filii
41. Herodis regis sub quo natus est Dominus, genti
42. Iudeorum a Gaio preficitur, Herode tetrarcha in
43. exilium relegato.

**Claudius Tyberius cesar.**

45. Iacobus frater Iohannis ab Agrippa Herode decollatur.
46. Petrus apostolus ab Antiochia Romam venit, quarto anno Claudii cesaris. Marcus euangelium scripsit.
47. Agrippa Herodes ab angelo percussus miserabili morbo interiit ut legitur in historia aecclesiastica,
48. et Agrippa filius eius pro eo regnavit in Iudea usque ad exterminium Iudeorum.
53. Philippus apostolus 87 annorum defunctus est, civitate Ierapoli.

a) *quum* 3 *principio careat, vel ex consilio auctoris, vel folio exciso, haec ex* 2 *damus, qui solus titulum cum auctoris nomine praebet.* b) *hic inc.* A. c) vel 199 *addunt* 1. 4. *cum Ann. Adm.* fiunt 5199. A. *ubi computatio prior deest.* d) Regnante Octaviano *etc. fere ut in Ann. Adm.* A. *multo brevius.* e) *abhinc cod.* 3. *exprimitur, reliquorum ibi tantum ratione habita, ubi aliquid referre videbatur. Quae littera pinguiori exprimuntur, in cod. rubro scripta sunt.* f) *deest* A. g) *ita* 1. 4. *cum Ann. Admunt. et* A. *usque ad* construuntur, *sed ad annum* 3. *Desunt* 2.

A. i. D. **Pontifices Romani.**

58. **Prima persecutio christianorum.**
59. Paulus apostolus Romam vinctus mittitur.
60. Lucas euangelium scripsit.
61.
62.
63. Iacobus frater Domini a Iudeis lapidatur.
64. Marcus euangelista in Alexandria coronatur.
72. **Petrus crucifigitur. Paulus decollatur.**
73.
74. **Ierusalem eversa est a Tito filio Vespasiani in-**
75. **dictione 2.** Iudeorum undecies centena milia gladio
76. et fame periisse in eadem expugnatione historici
77. tradunt.
80. Apollinaris episcopus a beato Petro Ravennam di-
81. rectus martirizatur.
82.
83. **Linus papa post Petrum coronatur.**
84. Hic ex precepto beati Petri constituit, ut mulier ec-
85. clesiam velato capite introiret.
86. **Cletus papa tercius post Petrum coronatur martirio.**
87.
94. **Anacletus papa coronatur.** Hic presbiter a beato Petro apostolo est ordinatus et memoriam beati Petri construxit, et loca composuit ubi episcopi reconderentur, et constituit ut inter euangelii recitationem non sedeatur.

100.

101.

102. **Clemens papa coronatur.** Hic ex precepto beati Petri suscepit aecclesiae pontificatum, et 7 regiones divisit fidelibus aecclesiae qui gesta martirum perquirerent. Hic etiam Sisinnium Romanum cum Theodora uxore sua et cum 323 de domo eius baptizavit.

110. **Euaristus papa coronatur.** Hic constitutus divisit in Urbe presbiteros et 7 diacones ordinavit, qui custodirent episcopum predicantem.

119. **Alexander papa cum Eventio et Thedolo coronatur.**
120. Hic ad consecrationem eucharistiae instituit, quod sicut de latere crucifixi Domini effluxit sanguis et aqua, ita aqua vino misceatur in consecratione; nec vinum sine aqua, nec aquam sine vino debere offerri, decernens. Hic etiam beatum Hermen prefectum cum uxore et sorore et filiis et 1250 servis suis baptizavit.

129. **Sixtus I. papa coronatur.** Hic constituit ut sacrata ministeria non tractarentur nisi a sacris ministris, et precepit ut intra actionem sacrificii *Sanctus sanctus sanctus* decantetur.

140. **Telesphorus papa coronatur.** Hic constituit ut ymnus angelicus, id est *Gloria in excelsis*, hora sacrificii cantetur, et ut nocte natalis Domini missae celebrentur, et ut 7 ebdomadibus ante pascha ieiunetur.

141.

144. **Iginus papa coronatur.** Hic constituit clerum et distribuit gradus.

**Imperatores Romani.**

**Nero cesar post Claudium, sororius Gai cesaris.** Hic Nero primus Romae christianos suppliciis et mortibus affecit, ac per omnes provincias pari persecutione excruciari precepit, ipsum nomen christianitatis extirpare conatus. Tantae libidinis fuit ut ne a matre quidem vel sorore ullave consanguinitatis reverentia abstinuerit. Tandem hostis a senatu pronunciatus fugiens ignominiosissime se ipsum occidit.

**Vespasianus post Neronem primus imperator.** Hic a regibus et ducibus et omni exercitu qui cum eo erat in obsidione Ierosolimorum, regnum adeptus, et statim Romam profectus est contra Vitellium qui imperium invaserat, relicto filio Tito ad procurationem obsidionis. Hic profluvio ventris obiit anno 69. vitae suae.

**Titus imperator post patrem Vespasianum.** Titus 42. anno vitae suae morbo periit.

**Domicianus imperator post fratrem Titum. Secunda persecutio sub Domiciano.** Sub isto Domiciano Iohannes euangelista Romae a Domiciano in ferventis olei dolium missus est, et postea ab eodem in Pathmos insulam relegatus est ubi apokalipsin scripsit. Domicianus autem in tantam superbiam prolapsus est ut deum ac dominum se vocari ac scribi colique iusserit, et Christi ecclesiam datis ubique persecutionis edictis auderet convellere. Libidinis intemperantia quidquid excogitari potest fecit; nobilissimos senatorum occidit et in exilium egit. Unde ipse a suis in palatio ignominiose confossus interiit.

**Nerva imperator.** Hic primo edicto omnes exules Domiciani revocavit, unde et Iohannes apostolus Ephesum rediit et euangelium scripsit.

**Traianus imperator. Tercia persecutio sub Traiano.** Huius primo anno Iohannes apostolus et euangelista apud Ephesum requievit 98. etatis suae anno; sed et apostolorum chorus et omnis illa aetas quae a Domino vivae vocis auditum susceperat, iam de hac luce discesserat. Hic Traianus a Nerva imperatore qui ante eum fere uno anno regnaverat, in regnum adoptatus cum esset genere Hispanus, primum persecutionem terciam in christianos agi preceperat, sed postea Plinii iudicis sui relatu ammonitus, rescriptis ilico lenioribus temperavit edictum. Obiit autem anno aetatis suae 63. mense 9, solus omnium imperatorum in Urbe sepultus. Ossa in urnam auream conlata, foro quod edificaverat sub columna posita sunt.

**Helius Adrianus consobrinae Traiani filius imperator.** Hic per Quadratum apostolorum discipulum et per alios christianos de christiana religione instructus, precepit ut nemini liceret christianos sine obiectu criminis aut probatione damnare. Idemque continuo pater patriae in senatu ultra morem maiorum appellatur et uxor eius augusta. Ipse etiam Iudeos ultima cede perdomuit, qui usque ad id tempus ubique sediciones movebant, precepitque ne cui Iudeo introeundi Ierusalem esset licentia, christianis tantum civitate permissa, quam ipse in optimum statum murorum exstructione reparavit, et Heliam de prenomine suo vocavit.

**Antoninus Pius cum filiis Aurelio et Lucio imperator.** Hic Antoninus adeo tranquille rem publicam gubernavit, ut merito pius et pater patriae nominatus sit. Iustinus philosophus qui tunc claruit, librum de christiana religione compositum ei optulit, benignumque eum erga christianos fecit. Ipse autem Antoninus ad 12. ab Urbe lapidem morbo correptus interiit, anno aetatis suae 77.

163. **Anicetus papa coronatur.** Hic precepit ut clerus comam non nutriret secundum preceptum apostoli.

**Marcus Antoninus Verus, filius Antonini Pii, cum fratre Lucio Aurelio et filio Commodo imperator. Quarta persecutio sub Marco Antonino Vero.** Sub isto Marco multi sanctorum martirio coronati sunt. Secuta est autem statim lues gravissima quae totam Italiam ita vastavit, ut passim villae, agri, oppida sine habitatore et cultore deserta in silvas concesserint. Exercitum vero Romanorum cunctasque legiones hac lue consumptas ferunt. Ipse etiam per milites christianos qui in exercitu eius fuerant, de hostibus suis mirabiliter triumphavit, ut legitur in ecclesiastica historia. Ipse

| A. i. D. | Pontifices Romani. | Imperatores Romani. |
|---|---|---|

autem in Pannonia constitutus morbo periit. Aurelius frater eius ante post bellum Parthicum et post captam Seleuciam Isauriae urbem super Idaspen fluvium sitam, cum 4000 hominum casu morbi quem apoplexiam vocant, repente interierat.

175. **Pius papa coronatur.**

182. **Lucius Antoninus Commodus Imperator, filius Marci Antonini.** Hic Lucius per omnia luxuriae et obscenitatis dedecore depravatus, interfecit quam plurimos senatores et maxime illos quos nobilitate et industria excellere videbat. Ipse autem Commodus cunctis incommodus, vivus adhuc hostis humani generis indicatus ab omnibus est, et in domo Vestiliani strangulatus periit.

185. **Sother papa coronatur.** Hic constituit ut nulla monacha pallam sacratam contingeret in aecclesia, nec incensum poneret.

195. **Helius Pertinax Imperator.**

196. **Severus Pertinax Imperator. Quinta persecutio sub Severo.** Hic genere Afer et natura sevus ex nomine inperatoris Helii Pertinacis quem occisum ipse ultus fuerat, Pertinacem se appellavit. Hic Helius Pertinax qui ante Severum regnaverat, senex a senatu inperator creatus est, sed a Iuliano iuris perito statim occisus est, et ipse Iulianus inperium invasit, moxque et ipse a Severo apud pontem Mulvium bello civili victus et interfectus est. Severus tria bella civilia gessit. In uno Iulianum Romae, in secundo Pescennium Nigrum, qui in Egipto et Siria tirannidem aspiraverat, in tercio Dodium[a] Albinum, Iuliani in occidendo Pertinace socium, qui in Gallia cesarem se fecerat occidit. Ipse autem Severus apud Eburacum oppidum morbo periit. Reliquit duos filios Bassianum et Getam, quorum Geta hostis publicus indicatus interiit, Bassianus Antonini cognomine assumpto regnavit post patrem

200. **Eleutherus papa coronatur.** Hic accepit epistolas a Lucio rege Brittannico, ut per eius mandatum fieret christianus.

213. **Victor papa coronatur.** Hic constituit ut pascha die dominico celebretur, et ut necessitate exigente
214. sive in flumine sive in mari sive in fontibus sub christiana confessione quicunque hominum ex gentilitate venientes baptizentur.

**Aurelius Antoninus Bassianus Caracalla Imperator.** Hic omnibus hominibus libidine intemperantior fuit, et contra Parthos bellum moliens inter Edissam et Carras ab hostibus circumventus occisus est.

220. **Zepherinus papa coronatur.** Hic constituit ut pre-
221. sentibus omnibus clericis et laicis fidelibus, sive
222. sacerdos sive diaconus ordinaretur, et a stantibus sacerdotibus missae celebrentur.

**Macrinus qui et Ophilus Imperator.**

**Marcus Aurelius Antoninus Imperator, filius Antonini Caracallae.** Hic nullam sui nisi stuprorum totiusque obscenitatis infamem memoriam reliquit; militari autem tumultu exorto Romae cum matre sua interfectus est.

227. **Calistus papa coronatur.** Hic constituit ieiunium sabbati ter in anno fieri frumenti vini et olei.

**Aurelius Alexander Imperator.** Hic voluntate senatus et militum inperator creatus, digno equitatis moderamine rei publicae prefuit, et expedicione in Persas facta Xerxen regem maximo bello oppressit. Ipse autem militari tumultu apud Mogonciacum interfectus est.

230. **Urbanus papa coronatur.** Hic baptizavit Tyburcium et Valerianum fratrem eius quos Cecilia convertit.

**Maximinus Imperator. Sexta persecutio sub Maximino.** Hic nulla voluntate senatus ab exercitu inperator creatus, Aquilegiae occisus est.

237. **Pontianus papa coronatur.** Pontianus papa iussu Maximini inperatoris in Sardiniam deportatus et fustibus mactatus martirium consummavit; corpus eius a Fabiano papa relatum est.

239. **Antheros papa coronatur.**

240. **Gordianus Imperator.** Hic ingentibus preliis adversum Parthos prospere gestis, fraude suorum periit. Sub eo Pupienus interfector Maximini inperatoris et Balbinus frater eius in palatio occisi sunt.

246. **Philippus cum Philippo filio suo Imperator.** Hic Philippus primus omnium inperatorum christianus fuit, et cum filiio suo Philippo militari tumultu et fraude Decii qui post eos regnavit occisi sunt.

248. [Iste annus, id est tertius huius Philippi inperatoris, etiam millesimus annus erat a conditione Romae, secundum computationem Horosii historiographi, iuxta cuius computationem iste libellus ex principio usque ad tempora Honorii inperatoris conscriptus est. A.]

252. **Fabianus papa coronatur.** Hic Fabianus papa 7 diacones constituit qui 7 notariis imminerent ut gesta martirum colligerent, et regiones divisit diaconibus.

**Decius Imperator. Septima persecutio sub Decio.** Hic filium suum cesarem legit, cum quo simul continuo in medio sinu barbarorum interfectus est.

253. **Cornelius papa coronatur.** Hic levavit corpora apostolorum Petri et Pauli de catacumbas.

254. **Sixtus II. papa coronatur cum Felicissimo et Agapito.**

255. **Gallus Hostilianus cum Volusiano filio suo Imperator.** Hi ambo in bello civili contra Emilianum perierunt.

**Valerianus et Gallienus Imperatores. Octava persecutio.** Hic Valerianus in Retia ab exercitu augustus appellatus, et a Sapore rege Persarum captus, ignominiosa apud Persas servitute consenuit, hanc infamis officii donec vixit damnationem sortitus, ut ipse adclinis humi regem semper in equum ascendentem non manu sed dorso attolleret.

261. **Dionisius papa coronatur.** Hic ecclesias presbiteris dedit et parrochias diocesis.

267. **Stephanus papa coronatur.** Hic constituit ut sacerdotes aliique ministri sacras vestes in cottidiano usu non haberent nisi in ecclesia tantum.

a) *ita pro* Clodium *etiam* A *et* 2; bobium 4.

A. i. D. **Pontifices Romani.**

271. Lucius papa coronatur. Hic constituit ut duo presbiteri et 3 diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium aecclesiasticum.

272.

274.

276. Felix papa coronatur.

277. Euticianus papa coronatur. Hic per diversa loca 342 martires manu propria sepelivit, et constituit

279. super altare fruges et uvas tantum benedici. Felix antecessor eius constituit supra memorias martirum missas celebrari.

280.

286.

288.

290. Gaius papa coronatur. Hic constituit ut per omnes gradus ascenderet primum si quis episcopus fieri mereretur.

298 Marcellinus papa coronatur. Hic ad sacrificandum conpulsus sacrificavit; postea penitentia ductus capite truncatur.

302. Marcellus papa coronatur. Hic fecit cimiterium

307. in via Salaria et 25 titulos in Urbe propter baptismum et penitentiam multorum qui convertebantur ex paganis, et propter sepulturas martirum.

**Inperatores Romani.**

Gallienus autem qui Romae a senatu cesar creatus erat, tam claro iuditio Dei territus, tamque misero collegae sui permotus exemplo, pacem aecclesiis restituit; ipse autem cum rem publicam deseruisset et Mediolani libidinibus inserviret, occisus est.

Claudius inperator. Hic morbo periit; post eum Quintilius frater eius regnans, 17. die occiditur.

Aurelius inperator. Nona persecutio. Hic industria militari experientissimus, Gothos magnis preliis profligavit, ditionemque Romanam antiquis terminis statuit; ipse autem in itinere occisus est.

Tacitus inperator, sex mensibus; post hunc Florianus 3 mensibus; ambo occiduntur.

Probus inperator. Hic Gallias dudum a barbaris occupatas deletis hostibus liberavit. Duo civilia bella gessit, unum in Oriente in quo Saturnium, aliud apud Agrippinam quo Proculum et Bonosum oppressit. Ipse in Turre ferrata apud Sirmium periit.

Carus cum filiis Carino et Numeriano inperator.

Diocletianus inperator. Decima persecutio. Hic Maximianum cognomento Herculeium cesarem fecit misitque in Gallias contra Amandum et Helianum novas res molientes, quos et ille superatos oppressit. Quo facto eundem Maximianum ex cesare fecit augustum. Constantium vero et alium Maximianum cognomento Galerium cesares legit. Constantius Maximiani Herculei privignam Theodoram accepit uxorem, ex qua 6 filios fratres Constantini genuit.

Secundo anno persecutionis quae 19. anno Diocletiani cepit, ipse Diocletianus ab invito exegit Maximiano Herculeio ut simul inperium deponerent ac iunioribus pro eis substitutis, ipsi in privato otio consenescerent. Itaque sub una die Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus apud Mediolanum inperium deposuerunt. Constantius et Galerius augusti, primi Romanorum inperium in duas partes determinaverunt. Galerius Illiricum, Asiam et Orientem, Constantius Italiam, Affricam et Gallias optinuit. Gallerius duos cesares legit, Maximinum quem in Oriente, et Severum quem in Italia constituit, ipse in Illirico constitutus.

309. Eusebius papa moritur.

310. Melciades papa constituitur.

314. Silvester papa constituitur post Melciadem. Huius

316. industria synodus preclarissima in toto orbe terrarum 318 patrum apud Niceam urbem Bithiniae celebrata est sub consulatu Constantini et Licinii augustorum; tamen tempore Iulii papae consummatur. Hic constituit ut sacrificium altaris in sindone lineo celebretur, et constituit, ut crisma ab episcopo conficeretur, et ut baptizatum liniat presbiter, et dalmaticis in ecclesia uti precepit. In hac sinodo damnata est blasphemia Arii Alexandrini presbiteri quam de inequalitate sanctae Trinitatis asserebat, scilicet tres esse gradus in Trinitate, et Patrem esse maiorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam; sed eadem sancta sinodus consubstantialem Deo Patri Filium Dei per simbolum definivit.

Constantinus inperator, filius Constantii inperatoris. Hic primus omnium inperatorum christianus fuit excepto Philippo qui ante eum regnaverat.

Hic Constantinus pacem ecclesiis post 10 annos quam a persecutoribus vexabantur indulsit. Eo autem in Galliis strennue rem publicam procurante, pretoriani milites Maxentium Maximiani Herculei filium augustum nuncuparunt. Galerius Severum adversus eum Romam misit. Qui cum Urbem obsideret, a suis relictus Ravennam fugit et ibi occisus est. Deinde inter Constantium et Maxentium bellum civile exortum est, et Maxentius ultime ad pontem Mulvium victus et occisus est. Galerius persecutor aecclesiae iudicio Dei putrefactus se ipsum occidit. Maximianus etiam Herculeius qui causa filii arripuerat tirannidem secundo, Massiliae periit. Maximinus quoque persecutionis auctor in bello civili occiditur. Mox bellum inter Constantinum et Licinium sororis suae virum qui inperator creatus erat quarto persecutionis anno, exoritur; quem Constantinus primum in Pannonia, deinde apud Cibalas oppressit et occidit, solusque universa Grecia potitus est, multasque gentes diversis preliis subegit, et urbem nobilissimam nominis sui primus Romanorum construxit, quae sola Romae posset equari. Cumque bellum in Persas moliretur in villa publica apud Nicomediam dispositam bene rem publicam filiis suis tradens obiit feliciter, anno aetatis suae 66. Denunciata est mors eius etiam per crinitam stellam quae inusitatae magnitudinis aliquamdiu fulsit, quam dicunt cometem[a].

a) *multo plura de Constantino habent* 1. 2. 4. *In 2 post ea quae in editione Gewoldi de victo Maxentio ad a.* 316 *leguntur, haec subiunxit auctor:* Qui dum desiderata victoria potitus, urbem fuisset ingressus, cum magno tripudio a civibus suscipitur. Cumque ad morem triumphus pararetur, ipse non sibi set Christo victoriam attribuens, crucem cuius virtute hostis devictus erat, in triumphali loco hoc est in vexillo militari poni fecit et adorari. Haec victoria causa conversionis eius fuit. I u x t a R o m a n o r u m t r a d i t i o n e m p o s t e a b a p t i z a t u s f u i s s e d i c i t u r a S i l v e s t r o , i n a e c c l e s i a q u a e n u n c s a n c t i I o h a n n i s d i c i t u r . R e f e r t a u t e m t r i p e r t i t a h i s t o r i a e u m i n N i c o m e d i a c i r c a f i n e m v i t a e s u a e b a p t i z a t u m .

A. i. D. **Pontifices Romani.**

339. **Marcus post Silvestrum Romanam rexit aecclesiam.**

340.

342. **Iulius papa Romanam rexit aecclesiam.** Hic constituit ut nullus clericus causam quamlibet ageret in publico nisi in aecclesia.

348. Basilius Capadocensis et Hilarius Pictaviensis et Maximinus Treverensis, Dionisius Mediolanensis et Paulinus Constantinopolitanus episcopi et Eusebius presbiter claruerunt.

354. **Liberius papa Romanam rexit aecclesiam.** Hic ab Arrianis in exilium missus et Felix diaconus eius pro eo substitutus est; post mortem autem Constantii restitutus.

360. **Felix II. papa Romanam rexit aecclesiam.** Hic declaravit Constantium esse hereticum cum secundo baptizaretur, et ideo capite truncatus est ab eo.

363.

365. **Damasus papa Romanam rexit aecclesiam.** Hic
366. constituit *Credo in unum Deum* ad missam cantari
367. ex decreto sanctae universalis sinodi a 150 episcopis Constantinopoli celebratae. Athanasius episcopus claruit.

373. **Ambrosius Mediolanensis episcopus et Ieronimus presbiter insignes habentur.**

377. **Hylarius Pictaviensis episcopus obiit.**

380. Martinus Turonorum episcopus claruit.

381. Basilius Capadociae episcopus obiit.

382. Secunda synodus habita est Constantinopoli contra Macedonium et Eudoxium a 150 patribus, sub Damaso papa et Gratiano.

386. **Siricius papa Romanam rexit aecclesiam.**

390. Iohannes heremita claruit.

393. **Anastasius papa Romanam rexit aecclesiam.** Hic constituit ut nullus transmarinus in clericatum susciperetur sine cirographo 5 episcoporum.

397. **Innocentius papa Romanam rexit aecclesiam.**

398.

399.

400. Sanctus Martinus Turonorum episcopus obiit. Augustinus Yponensis episcopus claruit. Innocentius papa pacis osculum ante communionem dari decrevit, et Pelagium atque Celestium hereticos damnavit, et constituit ut qui natus fuisset de christiana, per baptismum regeneraretur, quod Pelagius nolebat recipere.

410.

411. **Zosimus papa Romanam rexit aecclesiam.**

**Imperatores Romani apud Constantinopolim.**

**Constantius filius Constantini inperator, cum Constantino et Constante fratribus.** Constantinus a ducibus fratris sui Constantis occisus est. Constans dolis Magnentii qui apud Augustudunum inperium arripuerat interfectus est. Secutum est bellum illud horribile inter Constantium Magnentiumque apud urbem Mursam gestum. Magnentius ibi victus, postea se ipsum occidit. Constantius Iulianum patruelem suum cesarem creatum misit in Gallias. Qui eversas oppressasque Gallias strennue in integrum restituit, et his elatus successibus, Constantium Parthicis preliis occupatum regno privare cogitabat. Constantius dum ad bellum civile dimissa expeditione Parthorum revertitur, defunctus est. Iulianus solus regno potitus, dum ad bellum Parthorum pergeret, christianorum sanguinem diis suis vovit, si victoriam adeptus fuisset. Igitur a Ctesifonte castra movens, dum vi sitis et ardore solis exercitus laboraret, et ipse Iulianus per deserta vagaretur, ab obvio quodam equite percussus interiit. Ibi in summo discrimine rerum Iovinianus inperator creatus fedus cum Parthis pepigit, et rediens 8. mense calore prunarum et nidore suffocatur.

**Iulianus apostata inperator constituitur.**

**Iovinianus inperator constituitur post Iulianum.**

**Valentinianus inperator constituitur.** Hic sub Iuliano augusto tribunus scutariorum milicia excedere iussus est a Iuliano, eo quod christianus esset fide integerrima; postea autem apud Niceam consensu militum inperium suscepit, et Valentem fratrem suum in regnum assumpsit, qui postea in sevissimam heresim Arrianorum prolapsus est. Ipsorum autem inperatorum regni anno 3° Gratianus Valentiniani filius inperator creatur. Valentinianus subita effusione sanguinis suffocatus obiit.

**Valens inperator constituitur, frater Valentiniani.** Hic a Gothis in bello superatus, et postea ab insequentibus hostibus deprehensus, igne concrematus est.

**Gratianus inperator, filius Valentiniani inperatoris.** Hunc Maximus qui in Brittannia invitus ab exercitu inperator creatus erat, dolo circumventum occidit, et Valentinianum iuniorem fratrem eius Italia expulit, qui in Orientem ad Theodosium inperatorem confugit.

**Theodosius inperator.** Hic genere Hispanus a Gratiano inperatore in regnum assumptus Orienti et Traciae prelatus est. Hic contra Maximum veniens in Aquilegia eum clausit, cepit et occidit, et sic Valentinianus recepta Italia inperio iterum potitus est, occiso etiam Victore filio Maximi. Cum autem tranquille viveret, dolo comitis sui Arbogasti strangulatur. Andragatius comes Maximi inperatoris, et Arbogastes cum Eugenio tiranno qui inperium invaserat sub Theodosio, perierunt. Theodosius apud Mediolanum obiit.

**Archadius filius Theodosii inperatoris cum Honorio fratre suo.** Sub hoc Gildo comes Affricae novis rebus inhians duos adolescentes filios fratris sui occidit. Adversus hunc frater eius Maszecel missus cum 5 milibus contra 70 milia hostium spem suam in Deo ponens pugnavit, et vicit. Frater eius fugiens strangulatus periit. Ipse etiam postea elatus prosperis successibus occiditur. Radagasus quoque rex Gothorum repente totam inundavit Italiam, habens plus quam 200 milia Gothorum, sed statim occiditur.

**Honorius solus inperator cum Theodosio filio fratris sui Archadii inperatoris.**

Anno 412. ab incarnatione Domini, ab Urbe autem condita 1164. Alaricus rex Gothorum, christianus tamen, Romam obsedit, 9. Kal. Sept. turbatamque irrupit, et partem eius incendio concremavit.

415. **Bonifacius papa Romanam rexit aecclesiam.**

416. **Corpora sanctorum Stephani protomartiris et aliorum Luciano presbitero revelantur.**

421. **Ieronimus presbiter obiit anno aetatis suae 97.**

Sub Honorio fuerunt hi 7 tiranni: Eucherius quem Honorius occidit; Constantinus quem Constantius comes Honorii occidit; Constans filius Constantini quem Gerontius comes suus occidit; Maximus, hic in exilium missus est; Iovinus, etiam occiditur; Athalus, hic manu truncatur ab Honorio; Heraclianus comes Affricae qui cum Sabino genero suo Romam vastaturus venit ab Affrica, habens tria milia et 700 naves, sed occursu comitis Honorii Marini fugatus et occisus est.

| A. i. D. | Pontifices Romani. | Imperatores Romani apud Constantinopolim. |
|---|---|---|
| 423. | **Celestinus papa Romanam rexit ecclesiam.** Hic constituit ut psalmi David 150 ante sacrificium cantarentur antiphonatim ex omnibus, quod ante non fiebat, sed tantum epistola et euangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpti de psalmis a beato Gregorio primo introitus, gradalia, offertoria, communiones cum modulacione ad missam cantari ceperunt. | |
| 425. | | **Theodosius minor, filius Archadii, inperator constituitur.** |
| 435. | | **Valentinianus iunior, filius Constantii comitis, inperator.** Tum Bonifacius qui tirannidem arripuerat, in perniciem totius rei publicae effervescens, Wandalorum Alanorumque gentem cum Geiserico eorum rege ab Hispaniis evocatos Affricae intrusit, qui cunctam pene Affricam ferro flammis rapinis crudelissime devastaverunt. |
| 436. | **Augustinus Yponensis episcopus obiit annorum 86.** | |
| 437. | Congregata est tertia synodus in Epheso metropoli quae dicitur prima Ephesina, iubentibus inperatoribus Theodosio minore et Valentiniano sub Caelestino papa, locum eiusdem papae obtinente Cirillo Alexandrinae aecclesiae episcopo in eadem sinodo, cum 196 episcopis katholicis, contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum et eius fautores. | |
| 439. | **Celliecistus qui et Sixtus papa Romanam rexit ecclesiam.** Hic criminatorem suum Bassum nomine nutu divino mortuum manibus suis cum linteaminibus et aromatibus sepelivit. | |
| 445. | **Leo Magnus papa Romanam rexit ecclesiam.** Hic addidit in canone *Sanctum sacrificium, inmaculatam hostiam.* Eius etiam industria habita est quarta sinodus in Calcedone contra Euticen Manicheorum presulem sub Martiano inperatore a 630 patribus. | |
| 451. | | **Martianus et Valentinianus inperatores constituuntur.** Attila rex Hunorum Italiam intravit. Aetius patricius a Valentiniano occiditur, cum quo pariter et Occidentis inperium salusque rei publicae corruit, nec ultra deinceps valuit relevari. |
| 456. | | **Valentinianus inperator** a quodam milite Etii patricii confossus interiit. Geisericus[a] statim Romam invasit et cepit, et omnibus opibus suis evacuavit, multaque milia captivorum cum diviciis regum multorum abduxit. |
| 458. | | **Leo inperator, filius Martiani inperatoris,** constituitur. Huic inperatori Leo papa multa fidei dogmata scripsit. |
| 466. | **Hylarius papa Romanam rexit ecclesiam.** | |
| 468. | | **S. Severinus in partibus Noricorum claruit,** cum[b] iam effera gens Hunorum cum Attila rege suo a partibus Pannoniorum veniens omniaque demoliens, Italiam intrasset sub Martiano et Valentiniano inperatoribus. |
| 472. | **Simplicius papa Romanam rexit ecclesiam.** Hic dampnavit Achatium Constantinopolitanum et Petrum Alexandrinum episcopos Euticianos. | |
| 475. | | **Zenon inperator constituitur.** |
| 482. | **Regnum Francorum cepit a Clodoveo rege qui 30 annis regnavit in Galliis.** | |
| 486. | **Felix papa tercius Romanam rexit ecclesiam.** Hic etiam dampnavit predictos episcopos Achatium et Petrum Euticianos. Similiter et successor eius Gelasius papa fecit, et libros adversus eosdem hereticos scripsit. | |
| 492. | | **Anastasius inperator constituitur, hereticus;** vi fulminis interiit. Clodoveus qui et Luodwicus rex Francorum a sancto Remigio Remorum episcopo qui eo tempore claruit, una cum Francis baptizatus est anno 11. regni sui. |
| 494. | **Gelasius papa Romanam rexit ecclesiam.** Hic tractus et imnos et sacramentorum prefaciones conposuit. | |
| 498. | **Anastasius II. papa Romanam rexit ecclesiam.** | |
| 500. | **Symmachus papa Romanam rexit ecclesiam.** In huius electione tanta dissensio Romae facta est ut Festus Romanorum nobilissimus et Probinus exconsul, Laurentio faventes tunc a quibusdam electo, contra Faustum exconsulem et ceteros qui Simmacho adherebant, bellum moverent, et multas cedes et homicidia Romae facerent clericorum et aliorum Romanorum civium. | Hic Simmachus papa dedit ab apostolica sede pallium Theodoro Lauriacensi archiepiscopo[c] ad ostendendum eum magistrum et archiepiscopum eiusque ecclesiam Lauriacensem provinciae Pannoniorum sedem fuisse[d] metropolitanam[e]. Non multo post istorum tempora pontificum[6] facta est illa generalis Romanorum transmigratio de confinibus Pannoniorum in terram suam, quando eos Huni de sedibus suis expulerunt, defuncto iam beato Severino, qui eandem transmigrationem in spiritu prophecie previderat et longe ante predixerat, sicut legitur in vita ipsius. |
| 512. | | **Clodoveus qui et Luodwicus dicebatur rex Francorum moritur; 4 filii eius Theodericus, Clodomerus, Childebertus et Clotharius regnum inter se diviserunt.** |
| 515. | **Hormisda papa Romanam rexit ecclesiam.** Hic conposuit clerum et psalmis erudivit. | |
| 519. | | **Iustinus senior inperator constituitur.** |
| 523. | **Iohannes papa Romanam rexit ecclesiam.** | |
| 524. | **Felix papa IV. Romanam rexit ecclesiam.** | |
| 527. | | **Iustinianus inperator constituitur, Iustini ex sorore nepos.** |
| 530. | **Bonifacius papa II.** | |
| 532. | **Iohannes II. qui et Mercurius Romanam rexit ecclesiam.** | |

a) rex Gothorum *superscr.* 3. b) *haec postea ab auctore adiecta sunt, eodem calami ductu cum eis quae de rebus Lauriacensibus agunt, ad a.* 500. 654. *Desunt in reliquis.* c) et privilegium *add.* 2. d) esse 1. 2. 4. *Nihil omnino de Lauriacensi hac antiquitate exhibet* A.

6) Ex spuria Symmachi papae epistola. De omnibus hisce figmentis accurate egit E. Dümmler: Piligrim von Passau und das Erzbisthum Lorch. Leipz. 1854. 8. inprimis p. 72. 103.

| | A. i. D. | Pontifices Romani. | Inperatores Romani apud Constantinopolim. |
|---|---|---|---|
| | 534. | Agapitus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 535. | Silverius papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 537. | Vigilius papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 554. | Pelagius papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 565. | | Iustinus minor inperator. |
| | 566. | Iohannes papa III. Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 575. | | Tiberius Constantinus inperator. |
| | 577. | Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| 7 | 579. | Sanctus[a] Ruodbertus Iuvavensis episcopus claruit[7]. | |
| | 581. | Pelagius papa II. Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 582. | | Mauricius inperator primus de Grecis. |
| | 591. | Gregorius I. papa constituitur. | |
| | 603. | | Focas inperator constituitur. |
| | 605. | Sabinianus papa post Gregorium. | |
| | 606. | Bonifacius papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 607. | Bonifacius papa II. Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 611. | | Heraclius inperator constituitur. |
| | 612. | Theodatus vel Deusdedit Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 615. | Bonifacius papa III. | |
| | 618. | Honorius papa. | |
| | 631. | Severinus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 632. | Iohannes papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 634. | Theodorus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 637. | | Heraclonas inperator filius Eraclii. |
| | 639. | | Constantinus frater Heraclonae inperator 6 mensibus. Constans filius eius post eum inperator. |
| | 640. | Martinus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 642. | Oswaldus rex occisus est. | |
| | 643. | | |
| 8 | 654. | Eugenius papa Romanam rexit ecclesiam. Hic Eugenius papa[8] dedit Urolfo archiepiscopo Lauriacensi pallium, et insuper propter peticionem suffraganeorum suorum episcoporum commisit ei vicem suam et auctoritatem apostolicam per privilegium, quod[b] tamen nunquam ante suis contigerat antecessoribus; tempore Tutundi et Moimari principum Hunorum[c], quorum videlicet Hunorum barbarica feritas non | |
| | 663. | solum predictam[d] Lauriacensem civitatem, verum[e] in circuitu etiam[f] adiacentes regiones depopulavit atque funditus desolavit, ita[g] ut episcopi hac necessitate conpulsi sede illa[h] postea deserta atque | Clotharius rex Francorum his temporibus moritur, et Dagobertus filius eius monarchiam totius inperii Francorum optinuit. |
| | 667. | alio[i] translata, simul etiam archiepiscopalem honorem sedis ipsius deinceps desererent[k]. | Constantinus filius Constantis superioris inperator. |
| | 668. | Adeodatus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 671. | Domnus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 672. | Agatho papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 679. | Leo iunior papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 680. | Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 681. | Iohannes papa V. Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 682. | Conon papa Romanam rexit ecclesiam. Sanctus Kilianus sub hoc Conone papa claruit. | |
| | 683. | Sergius papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 684. | Sanctus Willibrordus episcopus claruit. | Iustinianus minor inperator, filius Constantini. |
| | 687. | | Dagobertus rex Francorum mortuus est, et Pippinus primus maior domus, filius Ansgisi, regnum Francorum optinuit cum regibus sibi subiectis. |

a) His temporibus *s. A. ad a.* 584. *quo et* 1. 4. *hoc referunt. Cod.* 2. *ad a.* 595: Tempore quoque huius Hilderici regis Francorum honorabilis confessor *etc. excerpta ex Vita Rudberti quam dedimus SS. XI,* 4. b) q. t. n. a. s. c. a. *desunt* 1. 2. 4. c) *sequentia hoc loco desunt* 1. 2. 4, *sed in* 1. *leguntur ad a.* 514. *post illa de migratione Romanorum* (*supra a.* 500.) *ita:* Non post multa tempora Symmachi papę — sancti. Tunc etiam immanis et barbara H. f. *etc. Qui totus locus deest* 4. *In* 2. *ad a.* 518: Non post m. t. Hormisdę papę — sancti; *et ad a.* 568. *post illa de Narse et Langobardis:* Eodem quoque tempore illa effera Hunorum gens, quae in Pannonia remanserat, non s. *etc.* d) *deest* 1. illam antiquam 2. e) v. etiam in 1. 2. f) *deest* 1. 2. c. omnes a. civitates et r. 2. g) d. inmani et barbarica feritate, ita ut archiepiscopi eiusdem civitatis h. 2. h) s. Lauriacensi d. 2. i) aliâ 2. k) nec relevari (*adscr.* rehabere) potuissent *add.* 2.

7) De vera eius aetate egi in „Archiv für Kunde Oestr. Geschichtsquellen" 1850. II, 3. p. 119 sq. Adde V. C. Blumberger ib. X, 329. 8) immo Eugenius II, si fides habenda esset privilegio eius, cuius verba in sequentibus exscripsit; v. Dümml. l. l.

| A. i. D. | Pontifices Romani. | Inperatores Romanorum. |
|---|---|---|
| 695. | | Leo inperator. |
| 699. | | Tyberius inperator. |
| 700. | Iohannes papa VI. Romanam rexit ecclesiam. | |
| 702. | Iohannes papa VII. Romanam rexit ecclesiam. | |
| 706. | | Iustinianus secundo inperator. |
| 707. | Sisinnius papa[a]. | |
| 708. | Constantinus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| 712. | | Philippicus inperator. |
| 714. | | Anastasius qui et Arthemius inperator. |
| 715. | | Pippinus primus maior domus mortuus est, et Karolus filius eius regnum Francorum optinuit. |
| 716. | Gregorius papa II. Romanam rexit ecclesiam. | |
| 717. | | Theodosius inperator. |
| 718. | | Leo inperator cum Constantino filio suo. |
| 721. | Sanctus Corbinianus Frisingensis aecclesiae episcopus claruit[b]. | |
| 727. | | Constantinus inperator, filius Leonis. |
| 729. | Gregorius papa III. Romanam rexit ecclesiam. Sanctus Bonifacius archiepiscopus claruit. | |
| 739. | Zacharias papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| 741. | | Karolus I. bellicosissimus dux Francorum, filius Pippini regis, mortuus est, et Pippinus et Karlomannus filii eius regnum Francorum inter se diviserunt. |
| 750. | Stephanus papa Romanam rexit ecclesiam II. | |
| 752. | Hoc anno sanctus Bonifacius Mogonciacensis archiepiscopus martirii triumpho migravit ad Dominum; sedit in episcopatu annis 36, menses 6, dies 6. | |
| 756. | Paulus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| 759. | | Leo filius Constantini inperator. |
| 764. | | Constantinus filius Leonis inperator cum matre sua Hirenę. |
| 767. | Constantinus papa Romanam rexit ecclesiam. Sanctus | |
| 768. | Virgilius consecratus est in episcopum Salzburgensem 17. Kal. Iulii, defuncto Iohanne quem sanctus Bonifacius consecraverat ad predictum locum Salzburgensem[c]. | Pippinus II. rex Francorum et patricius Romanorum defunctus est. Karolus et Karlomannus filii eius elevati sunt in regnum. |
| 769. | Stephanus papa[d]. | |
| 771. | Adrianus papa Romanam rexit ecclesiam. | Karlomannus hoc anno obiit. Karolus solus regnavit. |
| 774. | Sanctus Ruodbertus episcopus a beato Virgilio translatus est ad[e] kathedralem sedem. | |
| 777. | | Circa hec tempora corpus beati Valentini episcopi[m] a Tassilone duce Bawariorum in Pataviam civitatem deportatum et ibi tumulatum est, quod tamen ante a Longobardorum gente de castro Maiensi ablatum et in Tredentinam urbem deportatum fuerat, ubi predictus dux illud accepit[10]. |
| 784. | Beatus Virgilius episcopus obiit 5. Kal. Dec. octavus[f] a sancto Ruodberto. | |
| 796. | Adrianus obiit, et Leo III. papa pro eo constituitur. Hic[g] Adrianus papa primum dedit pallium Arnoni Salzburgensi episcopo, primo archiepiscopo[9]. | |
| 798. | Hoc anno Leo[h] papa similiter dedit pallium Arnoni, decimo a beato Ruodberto, et primo archiepiscopo Salzburgensi. | Hyrenę inperatrix post filium Constantinum. |
| 799. | | **Inperatores Romanorum in Francia.** |
| 800. | | Karolus II.[n] rex Francorum, inperator Romanorum hoc anno ordinatur. |
| 803. | | Nicephorus inperator Constantinopoli. |
| 812. | | Michahel inperator Constantinopoli. |
| 813. | | Karolus Magnus inperator obiit, et Luodwicus Pius filius eius successit. |
| 814. | Stephanus papa III. Romanam rexit ecclesiam. | |
| 815. | Paschalis papa Romanam rexit ecclesiam[i]. [Huic[k] Paschali papae Luodwicus Pius inperator, filius Karoli, dedit pactum constitutionis de eligendo in Romanum pontificem quod ita se habet: *Ego Luodwicus Rom. inperator augustus statuo et concedo etc. E Decreto Gratiani Dist.* 63. *c.* 30. *Codd.* 1. 2. 4.] | |
| 821. | Eugenius papa Romanam rexit ecclesiam. Arno primus archiepiscopus Salzburgensis obiit[l]. | |

a) *hunc, qui in ceteris deest, postea inseruit* 3. b) *haec desunt* 2; 1. *et* 4. *a.* 720 *habent*, A. *a.* 722, *sed ibi prius eadem ad a.* 663. *scripta erant, ubi erasa sunt.* c) *haec desunt* A. *In* 2. *plura adduntur, ex eodem libello de conversione Baw. petita, ut et a.* 755. *alia ex Vita Bonifacii.* d) *hunc a ceteris omissum postea inseruit* 3. e) ad k. s. *quae postea addidit, desunt* 1. 2. 4. *In* A. *omnia haec de rebus Salisb. desunt.* f) o. a. s. R. *desunt* 1. 2. 4. g) Adrianus p. d. A. pr. arch. S. pallium 1. 4. *ad a.* 792. 2. *ad. a.* 793. h) a. datum est iterum p. a Leone p. III. Arnoni 1. 2; 4 *ad a.* 796. i) Hic Paschalis dedit pallium Adalrammo Salzb. archiepiscopo *addita sed erasa* 3. k) 819. Luodw. Pius dedit P. p. pactum constitutionis: Ego L. R. inp. statuo et c. 2. l) Adalrammus ei successit et pallium accepit primum a Paschali, postea ab Eugenio *addita sed postea erasa* 3. m) conf. xpi. et ep. quod a L. g. de castro Magense ubi primitus conditum fuerat, abl. erat et in T. u. d. a (venerando A.) Tass. d. (Bawariorum 1. 2. 4.) in P. c. cum summo honore evectum et i. t. est A. *et* 1. 2. 4. n) *numerum ceteri omittunt.*

9) Error ex Ann. Salisburg. ad h. a. natus. Sequentia ex libello de conversione Baw. sumpta sunt. 10) Ex V. Corbiniani c. 18.

| | A. i. D. | Pontifices Romani. | Imperatores Romanorum in Francia. |
|---|---|---|---|
| | 824. | Hoc[a] anno Adalrammus Salzburgensis archiepiscopus accepit pallium ab Eugenio papa. | |
| | 825. | Valentinus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 826. | Gregorius papa Romanam rexit ecclesiam IV. | |
| | 836. | | Hoc[e] anno Liutprammus[f] pallium accepit a Gregorio papa post Adalrammum[13]. |
| | 840. | | Luodwicus inperator moritur. |
| | 841. | | Lotharius inperator filius Luodwici Pii. |
| | 843. | Sergius papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 846. | Leo papa IV. Romanam rexit ecclesiam. | |
| 11 | 849. | [His temporibus Carolus et Luodwicus gloriosi reges, fratres huius Lotharii inperatoris[11], in primo libro Capitulorum suorum statuerunt Romanae ecclesiae dicentes: *Sacrorum — eligantur. E Grat. Dist.* 63. c. 34. *Codd.* 1. 2. 4.] | |
| 12 | 850. | Hoc[b] anno datum est Liutprammo archiepiscopo Salzburgensi corpus sancti Hermetis martiris a Leone papa IV.[12] | |
| | 855. | | Luodwicus II. inperator, filius Lotharii. |
| | 856. | Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam[c]. | |
| | 859. | | Liutprammus[g] obiit hoc anno. Adelwinus successit. |
| | 860. | Nykolaus papa constituitur post Benedictum. | Hic Nikolaus dedit pallium Adelwino Salzb. archiep. |
| | 870. | Adrianus papa constituitur post Nikolaum. [Hic Adrianus II. cum ad Romanum — accesserunt. Ipse etiam Adrianus — *demonstraverit. E Grat. Decr. Dist.* 63. *c.* 29; 64. *c.* 2 *et* 1. *Codd* 1. 2. 4.] | |
| | 874. | Iohannes VII papa constituitur post Adrianum. | |
| | 876. | | Karolus III.[h] inperator, frater Lotharii superioris. |
| | 882. | | Karolus IV.[i] inperator. |
| | 884. | Marinus papa Romanam rexit aecclesiam. | |
| | 886. | Adrianus papa III. Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 888. | Stephanus papa III. Romanam rexit ecclesiam. | **Inperatores Romanorum in Baioaria.** |
| | 889. | | Arnulfus in regem eligitur, filius Karlomanni regis, cui Baioaria cesserat. Hic Arnulfus Ungaros primus eduxit de sedibus suis, in auxilium suum eos vocans contra Maravenorum gentem, quod eo moriente exitium fuit multarum gentium[k]. |
| Regino. | 890. | Gens Ungarium ferocissima et omni belua crudelior, retro ante seculis ideo inaudita quia nec nominata, a Sciticis regnis et a paludibus quas Thanais fluvius sua refusione in inmensum porrigit egressa est, a finitimis sibi populis qui Pecinaci vocantur a propriis sedibus expulsa. Huius nefandissime gentis crudelitate primum Pannoniorum et Avarum solitudines, deinde Carantenorum Marahensium ac Vulgarum fines, necnon et regnum Italiae ex maxima parte devastatum est. | |
| | 893. | Formosus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 897. | | Arnulfus rex inperator creatur. |
| | 899. | Bonifacius papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 900. | Stephanus papa IV. | Arnulfus inperator moritur 3. Kal. Dec. sepultusque est in Hedingas, ubi et pater eius Karlomannus rex iacet; principes et optimates regni in Foracheim congregati filium eius Luodwicum regem statuunt. Hic Ludwicus in principio regni sui cum Ungaris pugnavit apud Augustam et victus est. Ungari victores Bawariam, Sueviam, Franconiam, Saxoniam, Italiam crudelissime devastaverunt, et tributarios sibi fecerunt inhabitantes haec regna, nullo resistente[l]. |
| | 902. | Gens Ungarium Longobardorum fines ingressa est. Longobardi cum eis pugnam conseruerunt duce Berengario rege, et victi sunt[d]. | |
| | 905. | Romanus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 906. | Theodorus papa. | |
| | 907. | Iohannes papa VIII. | |
| | 909. | Benedictus papa II. | |
| | 910. | Leo papa V. Romanam rexit ecclesiam. | |
| | 911. | Christophorus papa. | Luodwicus rex filius Arnulfi solus regnum optinuit, inperatoribus regni Italici de medio factis[m]. |
| | 912. | Sergius papa II. | |
| | 914. | | Chuonradus primus, filius Chuonradi comitis, post Luodwicum regnare cepit, ex genere Francorum oriundus[n], vir strennuus, in bellis potens. |
| | 919. | Anastasius papa. | |
| | 920. | | Gens[o] Ungarium per Saxoniam usque ad Renum pervenerunt vastantes omnia. |

a) Hic papa dedit p. domino A. S. a. 1. 4. Hic d. p. A. episcopo, qui post Arnonem Salzburge sedit 2, *ad a.* 825. b) *haec in solo* 3. *leguntur.* c) *in cod.* 2. *ad a.* 854. *scriptum est* Benedictus papa, *quibus erasis recentior manus scripsit:* Iohannes Anglicus papa mulier. d) *haec ex Reginone petita iam A. habet, sed verba* d. B. r. *quae Liudpr. produnt, soli* 2. 3. e) 836. datum est p. Liuprammo S. ep. 2. f) a. datum est p. Liutprammo a. S. post A. a b. G. p. IV. 1. 4. g) 859. N. p. c. Liutpr. ob. (L. o. *desunt* 4.) Hic N. d. p. A. a. S. post Liutpr. arch. 1. 4. — 859. N. p. Romę ordinatur. 860. N. p. d. p. Ad. ep. S. 2. h) II. 1. 2. 4. i) III. 1. 4. *deest* 2. k) *haec ex Liudpr. I,* 13. *sumpta, in solo* 3. *leguntur; in* 2. *autem a.* 900. *haec:* Traditur de isto Arnulfo inperatore, quod dum ipse Cendebaldum Maravenorum ducem debellare nequiret, eduxit primus de munitissimis interpositionibus quas vulgus clusas vocat, Ungariorum gentem, gentem cupidam, audacem, omnipotentis Dei ignaram, scelerum omnium consciam, cedis et rapinarum avidam, et eam sibi vocavit in auxilium, primo autem anno regni sui Luodwicus filius eius cum Ungaris apud Augustam pugnam conseruit et victus est. In qua pugna Leopaldus, Arnolfi Bawariorum ducis pater, occubuit. Post victoriam Ungari per totum regnum diffusi sunt Bawaricum. *Ex Liudpr. et Ott. Fris. VI,* 15. l) *haec Liudprandi vestigia praeter* 3. *solus* 2. *habet, de quo vide not.* k. *Sed iam in* 1. (4.) *margini inscriptum est:* Hic Luodwicus c. U. p. a. A. et v. est. m) *ita etiam* 1. 4. *errore ut apparet.* n) ex g. F. o. *etiam* 1. 2, 4. *habent, reliqua ex Liudpr. II,* 17. *solus* 3. o) *haec in* 1. *minus bene a.* 919. *adscripta sunt; in* A. 1. 2. 4. *ita sonant:* Ungari per Saxoniam usque ad Renum pervenerunt.

11) Error manifestus. 12) a. 851; v. Ann. Salisb. et narrationem apud Hansizium II, 929. 13) Error natus ex Ann. Salisburgensibus. Gregorii bulla data est d. 31. Maii 837.

| A. I. D. | Pontifices Romani. | Imperatores Romanorum. |
|---|---|---|
| 921. | Lando papa. | Heinricus[a] primus dux Saxonum et Turingorum, filius Ottonis ducis Saxonum potentissimi, regnum solus optinuit. Hic rex Heinricus cum Ungaris pugnavit apud Mersebarch in Saxonia et feliciter triumphavit. Hic etiam Sclavorum gentem innumeram subiugavit sibique tributariam fecit. Primus etiam hic Danaos subiugavit, et sibi servire coegit[14]. |
| 922. | Iohannes papa IX. | |
| 936. | Leo papa VI. | |
| 937. | Stephanus papa. | |
| 939 | Iohannes papa X. | Otto Magnus, filius Heinrici regis, Aquisgrani electus est in regem et unctus. |
| 940. | Leo papa VII. Hic Leo papa commisit legationem per privilegium et pallium Gerhardo archiepiscopo Lauriacensi tempore Eglolfi Salzburgensis archiepiscopi. | |
| 941. | Stephanus papa. | |
| 942. | Marinus papa. | |
| 946. | Agapitus papa. Hic Agapitus dedit pallium et legationem cum privilegio huic Gerhardo episcopo tempore Heroldi Salzburgensis archiepiscopi. | Sanctus Gerhardus Pataviensis vel Lauriacensis archiepiscopus claruit. |
| 952. | | Sanctus Oudalricus Augustensis episcopus claruit. |
| 955. | | Gens Ungarorum erupit, omnemque Noricorum regionem a Danubio usque ad Nigram silvam devastavit, tempore sancti Oudalrici pontificis. |
| 962. | | Otto Magnus rex inperator ordinatur elevato filio suo Ottone in regnum. |
| 965. | Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| 971. | Leo papa VIII. | Sanctus Pilgrimus Pataviensis vel Lauriacensis archiepiscopus claruit. |
| 972. | Iohannes papa XII. Romanam rexit ecclesiam. | |
| 973. | | Sanctus Oudalricus episcopus obiit. |
| 974. | | Wolfgangus episcopus Ratisponensis claruit. |
| 977. | Benedictus papa. | Otto II. inperator post patrem Magnum Ottonem. |
| 979. | Domnus papa. | Benedictus papa dedit Pilgrimo archiepiscopo Lauriacensi pallium, et commisit legationem per privilegium, tempore Friderici Salzburgensis archiepiscopi. |
| 980. | Bonifacius papa. | |
| 981. | Benedictus papa. | |
| 983. | Iohannes papa XIII. | |
| 984. | Iohannes papa. | |
| 986. | Gregorius qui et Bruno papa V. Teutonicus Romanam rexit ecclesiam. Hic Gregorius capellanus erat huius Ottonis III, ipsumque inperatorem Romae consecravit. | Otto III. inperator post patrem secundum Ottonem. |
| 990. | Iohannes papa XIV. | Sanctus Adalbertus Pragensis episcopus claruit. |
| 991. | | Cristanus episcopus constituitur Pataviae. |
| 995. | Silvester papa II. | |
| 998. | Iohannes papa XV. | |
| 1000. | Iohannes papa XVI. | |
| 1002. | Sergius os porci papa. | |
| 1004. | Benedictus papa. | Heinricus II. inperator dux Bawariae, nepos inperatoris Ottonis III. Babinberc construitur. |
| 1006. | | |
| 1009. | Iohannes papa XVII. | |
| 1013. | | Perngerus episcopus constituitur Pataviae. |
| 1015. | Benedictus papa. | |
| 1025. | Silvester papa III. | |
| 1027. | | Chuonradus II. inperator. |
| 1032. | Gregorius papa VI. qui et Gratianus Romanam rexit ecclesiam. | |
| 1042. | Clemens papa II. Teutonicus, qui et Swikerus prius Babenbergensis episcopus. | Heinricus Pius III. inperator filius Chuonradi superioris inperatoris. |
| 1044. | Damasus papa II. Teutonicus, qui et Poppo Aquileiensis patriarcha. | |
| 1046. | Leo papa IX. Teutonicus, qui et Bruno Tullensium episcopus. | Egilbertus episcopus constituitur Patavie. |
| 1047 | Victor papa II. Teutonicus, qui et Gebehardus Eistetensis episcopus. | |
| 1049. | Stephanus papa Teutonicus. | |
| 1051. | Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam. | |
| 1056 | | |
| 1057. | | |
| 1058. | | |
| 1059. | Nykolaus II. papa constituitur. | Heinricus IV. in regem elevatur, adhuc puer, filius Heinrici Pii inperatoris. |
| 1062. | Alexander II. papa Romanam rexit ecclesiam. | |

a) comes, *quod hic ut in A. scriptum erat, postea expunxit. Ceterum abhinc Annales supra editi, et hic exscripti, conferendi sunt.*

14) ex Liudpr. II, 28. III, 21.

| A. i. D. | Pontifices Romani. | Inperator Romanus. |
|---|---|---|
| 1065. | Eigilbertus Pataviensis episcopus obiit; Altmannus ei successit. | Heinricus rex accinctus est gladio in pascha. |
| 1067. 1069. | | Heinricus rex, inperator ordinatus est, et duxit Bertham filiam Ottonis comitis. |
| 1070. | | Otto dux Bawariae inperatori Heinrico rebellavit. |
| 1071. | | Welfo factus est dux Bawariae pulso Ottone. |
| 1073. | Gregorius VII. papa ordinatur, qui et Hiltbrandus. | |
| 1074. | | Ruodolfus dux Alamanniae et Welfo dux Bawariae coniurant adversum inperatorem Heinricum. |
| 1075. | | Ernist marchio in Saxonia occisus est in bello. Liupoldus filius eius marcham suscepit. |

1077. Discordia inter papam Gregorium VII. et inperatorem oritur, et Ruodolfus dux Alamanniae in regem apud Forecheim a principibus et aliis fidelibus aecclesiae eligitur, cum consensu papae Gregorii.

1078. Bellum inter Ruodolfum regem et inperatorem H. in Saxonia committitur prope fluvium qui Unstruoth dicitur, in loco qui Welfesholz vocatur. Ruodolfus rex ibidem occubuit, prevalente parte inperatoris, et Dietpoldus comes. Eodem anno Niwenburc castrum destructum est ab inperatore.

1080. Papa Gregorius inperatorem excommunicavit. Tunc Heinricus inperator proturbato Gregorio ex urbe Romana, quendam Wigbertum pro eo in sede beati Petri collocavit.

1081. Altmannus Pataviensis episcopus et Liupoldus marchio aliique principes coniurant adversum inperatorem Heinricum.

1083. Chuonradus dux Boemiae et Liupoldus marchio bellum commiserunt in Mŏrenberg 4. Idus Maii, 5. feria, et cum maximo excidio nostratium finitum est.

1084. Circa haec tempora fuit in castro quod dicebatur Richerisperg domnus Werinherus possessor eiusdem castri, homo valde nobilis et dives, qui habebat sororem archiepiscopi Gebhardi qui eo tempore Salzburgensis aecclesiae archiepiscopio presidebat, nomine Diethbirgam, legitimo sibi matrimonio iunctam. Hic Werinherus post mortem unici filii sui Gebhardi nomine, et eiusdem Dietbirge, cum non haberet heredem, et inter propinquos et consanguineos suos facta esset dissensio atque concertacio propter hereditatem et bona eius, eo quod iam gravis et senex esset, ipse magis elegit habere heredes dominum nostrum Iesum Christum et sanctum Michahelem propugnatorem suum, cui etiam specialiter eundem locum dicavit (vel designavit) in perpetuum. Itaque deposita omni municione eiusdem castri ignorantibus propinquis aliisque infestatoribus suis, et ad serviendum Deo inibi preparato, dedit ad eundem locum in usum clericorum Deo illic deinceps servientium sub regula communis vitae, predia sua quae habuit ad Antesen quod dicitur ad Sanctum Martinum simul cum capella quae est illic, et alia quae possidebat Rurippe, et Scartenberge, et Elenbach, et Iwenbach, et Wanenbach, ad viginti et eo amplius mansos cultilis terrae, cum plurima familia utriusque sexus, et duas vineas apud Ascha, itemque curtem in Karinthia quae dicitur Chrowat, cum prediis eidem curti appendiciis usque ad 30 mansos. Haec curtis post mortem domni Werinheri a quodam Albwino, filio Aeribonis fratris domni Werinheri, iniuste eidem aecclesiae fuerat ablata, sed tandem post aliquos annos cum multo labore ut scriptum illic adhuc invenitur est requisita. Qui Albwinus etiam clericos in eodem loco congregatos ausus fuerat expellere, et ipsum fundum vivente adhuc patruo suo domno Werinhero invadere. Tunc domnus Werinherus delegavit atque contradidit prenominatum locum Richerspergensem cum omnibus quae possidebat, iuri et ditioni atque defensioni Salzburgensis episcopii, presente venerabili archiepiscopo eiusdem loci domino Gebhardo et suscipiente traditionem eo tempore et tali conditione [ut[a] eidem loco ab ecclesia Salzburgensi spiritalia et ea quae ad Deum spectant provideantur, et] ut nullus futuro tempore succedentium episcoporum seu quilibet principum alicui eundem locum in beneficium accommodet, et ut a nullo alio in posterum nisi ab eiusdem episcopatus principali advocato defensus, liber et integer cum omnibus eo pertinentibus in usum clericorum Deo sanctoque Michaheli ibidem servientium permaneat in perpetuum. Ipse vero domnus Werinherus in eodem loco iuxta capellam sancti Sixti quam ibi habebat, cum religiosis personis quas sibi sociaverat in servitio Dei vivens, habitu sanctae conversationis assumpto, post non multum in pace quievit, 3. Non. Octobris, ibique nunc sub gradu altaris sanctae crucis cum ossibus Dietbirgae et Gebhardi filii sui requiescit.

| A. i. D. | Pontifices Romani. | Inperator Romanus. |
|---|---|---|
| 1087. | Victor papa III. Romanam rexit ecclesiam post Gregorium. | |
| 1088. | | Tunc etiam defuncto Gebhardo archiepiscopo Salzburgensi, Thimo pro eo substituitur. |
| 1091. | Urbanus II. papa constituitur. | Altmannus Pataviensis episcopus obiit. Uodalricus pro eo substituitur. |

1092. Celebratum est illud magnum concilium *etc. ut cod.* A. — fines orientis tandem penetravit, sicut historia de eadem gloriosa expeditione conscripta plenarie docet[b].

| A. i. D. | Pontifices Romani. | Inperator Romanus. |
|---|---|---|
| 1097. | | Oudalricus comes de Ratinesperg obiit. |
| 1098. | | Heinricus inperator Prespurch obsedit. |

1099. Exercitus christianorum post multos labores et insignes victorias, post triumphos in ducentis castris et 40 civitatibus ad ipsam regalem civitatem tandem pervenit, et castra circa eam posuerunt, quarta Idus Iunii, secunda feria, et fortiter eam oppugnantes, in virtute illius qui infernum confregit eam ceperunt 14. Kal. Iulii, sexta feria, et octava die generali assensu Gotefridum ducem in ea regem creaverunt.

1100. Paschalis papa II. constituitur.

a) *haec quae ex cod. 2. supplevimus, hoc loco diligenter erasa sunt.* b) *paullo ante verba:* sicut — docet *et* ut in eadem historia legitur *omissa sunt.*

A. i. D. — **Pontifices Romani.** — **Reges et Imperatores Romanorum.**

1101. **Thimo archiepiscopus Salzburgensis apud paganos martirizatus obiit 8. Idus Septembris. Chuonradus senior ei successit.**

1104. **Sighardus comes de Purchusen occiditur Ratispone.**[15]

1106. **Heinricus V. filius senioris Heinrici post patrem solus regnavit.**

1111. **Heinricus rex Paschalem papam Roman hostiliter cepit; postea minis et terroribus optinuit, ut ab eo imperator ordinaretur, quod et factum est.**

1116. Terrae motus magnus factus est per totam Teutonicam et Italiam 4. Non. Ianuarii.[16]

1117. **Gelasius papa II.** **Post huius ordinationem 40. die Heinricus inperator Romam veniens quendam Burdinum pro eo in sede beati Petri collocavit.**

1119. **Calixtus papa constituitur.**

1120. Sub papa Calixto pax aecclesiae tandem reddita est, finito scismate per fideles aecclesiae quod Heinricus iunior Romae suscitaverat, sicut et pater eius antea fecerat, et Chuonradus archiepiscopus reversus est ad sedem suam post annos fere 7, quibus in eodem scismate graves persecutiones inperatoris ipse cum aecclesia sua pro ecclesia Dei sustinens exulaverat. Tunc idem episcopus cepit fundare locum Richerspergensem novis edificiis aliisque bonis augmentare et regularem vitam atque pristinam libertatem eidem loco renovare, post multa gravamina quae et illic acciderant. Nam tempore primi scismatis sub Heinrico inperatore seniore Pertholdus scismaticus eundem locum laicis inbeneficiando et regulares canonicos inde fugando locum prorsus desolaverat. Similiter et tempore secundi scismatis sub Heinrico inperatore iuniore domnus Berwigus prepositus eiusdem loci, quem iam dictus episcopus in principio episcopatus sui eidem loco prefecerat, inde fugatus cum aliis religiosis et nobilibus personis episcopo exulante, locus habitatoribus et cultoribus carens omnino dilapsus erat. Quae omnia predictus episcopus tunc emendans et in melius in posterum corrigens sicut et antea fecerat in inicio episcopatus sui, cuncta gravamina et quidquid adversabatur eidem loco forti manu pro officio suo diligenter submovit.

1121. **Oudalricus Pataviensis episcopus obiit. Reginmarus subrogatur.**

1125. **Honorius papa constituitur.** — **Lotharius rex levatur post Heinricum V.**

1126. Dedicata est aecclesia Richerspergensis et altare principale a Chuonrado **archiepiscopo in honore sancti Michahelis.**

1130. **Innocentius papa ordinatur.** In huius quoque electione gravissimum scisma Romae factum est a **Petro Leone cardinale**, quod etiam duravit per annos fere 8.

1132. Magister Gerhochus suscepit prepossituram Richerspergensis cenobii a Chuonrado archiepiscopo. — **Lotharius etiam rex inperator Romae ordinatur ab Innocentio papa**, cum uxore sua Richiza.

1133. Facta est illa generalis eclipsis solis 4. Non. Augusti.

1137. Chuonradus archiepiscopus dedit Richerspergensi aecclesiae privilegium in hunc modum: *In nomine etc. Virum beatum etc. usque ad verba: data est Fresaci, ut supra p.* 456.

1138. **Reginmarus Pataviensis episcopus obiit. Reginbertus subrogatur.** — **Chuonradus III. rex constituitur, nepos inperatoris Heinrici.**

1141. Liupoldus dux Bawariae obiit.

1142. Gerhohus[a] prepositus inpetravit a Chunrado inperatore privilegium, ut si quis ministerialium predium suum in elemosina dare voluerit nobis, rata sit ipsa tradicio et firma permaneat.

1143. **Celestinus II. papa menses 5, dies 13.**

1144. **Lucius II. menses 11, dies 4.** — Ekkebertus comes **secundus** obiit.

Chuonradus archiepiscopus dedit aecclesiae Richerspergensi privilegium, quod ita se habet: *In nomine etc. usque ad verba: Actum in castro Salzburgensi.*

1145. **Eugenius III. papa Romae ordinatur.**

1146. Eugenius papa dedit aecclesiae Richerspergensi privilegium secundum hanc formam: *Eugenius etc. Desiderium quod — inveniant. Datum Sutrii per manum Roberti s. R. eccl. presb. card. et cancell. 4. Non. Maii.*

**Heinricus dux Bawariae cum Ungaris bellum commisit et victus est.**

1147. Fuit illa magna expeditio Ierosolimitana adversus paganos.

**Felicis quoque memoriae Chuonradus archiepiscopus Salzburgensis, canonicae vitae Richerspergensis loci fundator secundus, obiit 5. Idus Aprilis. Eberhardus abbas Piburgensis substituitur.**

1149. **Reginbertus Pataviensis episcopus obiit. Chuonradus frater regis Chuonradi pro eo constituitur.**

1152. **Fridericus dux Suevorum in regem eligitur, filius ducis Friderici, fratris Chunradi regis.**

1154. **Anastasius IV. papa.**

1155. **Adrianus IV. papa constituitur.** — **Rex Fridericus inperator Romae ordinatur ab Adriano papa. Heinricus dux Saxoniae Bawarie ducatum ab inperatore recepit.**

1158. **Inperator primum Mediolanum obsedit, ubi Ekkebertus comes occisus est. Mediolanenses se tunc inperatori dediderunt.**

1159. **Dum esset inperator in obsidione Cremae, domnus Adrianus papa defunctus est apud Anagniam 2. Kal. Sept. Post hunc electus est Rolandus cancellarius tunc sanctae Romanae aecclesiae ab omnibus cardinalibus preter duos, et duodecimo die post electionem consecratus est a legitimis ordinatoribus episcopis secundum consuetudinem Romanae aecclesiae, qui etiam dictus est Alexander papa III. Octavianus quoque presbiter cardinalis Sanctae Ceciliae a duobus tantum cardinalibus est electus, Iohanne videlicet de Sancto Martino et**

a) *manu saec. XIII. ex. erasis 2 vel 3 verbis rubro scriptis.*

15) Ita etiam Ann. Salisburgenses. 16) Eadem verba in Ann. Mellicensibus leguntur.

Gwidone Cremensi, et in prima dominica mensis Octobris a Tusculano episcopo Imaro cardinali, non legitimo tamen ordinatore ordinatus est, Victor dictus. His ita promotis inperator indixit generalem curiam Papiae celebrandam omnibus inperii principibus tam Teutonicis quam Longabardis, ut ibi ex consilio et ex sententia orthodoxorum lis et contentio duorum electorum decideretur.

Anno 1160. Crema capta et destructa est. Quo facto inperator statim Papiam venit cum episcopis et principibus, et in Nonis Febr. curiae et colloquii initium habetur, et per 6 dies in hoc demorantur. Tertia itaque Idus Febr. quia nec Alexander papa venerat nec legati eius, inperator omnes episcopos et totam curiam ad hoc deduxit, ut Victorem papam susciperent, et statim in 2. Kal.[a] Febr. ab ipso inperatore et episcopis qui aderant suscipitur et intronizatur.

Anno 1162. Mediolanum destructum est ab inperatore 4. Non. Aprilis. Ipso anno in mense Septembri, in 17. Kal. Octobris, circa mediam fere noctem quaedam lux vel splendor per mediam pene horam emicuisse visa est.

Anno 1163. Alexander papa Turonis synodum celebravit cum 500 patribus.

Anno 1164. Octavianus qui et Victor defunctus est, et in civitate Lucca sepultus, in cuius locum successit Gwido Cremensis presbiter cardinalis ex consensu inperatoris et episcoporum ac principum qui illi parti favebant. Hunc consecravit episcopus Leodiensis absque cardinalibus et sine omnibus legitimis ordinatoribus; quem etiam Paschalem dixerunt. — Eodem quoque anno sanctae memoriae Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus migravit ad Dominum 10. Kal. Iulii invalescente scismate; cui successit Chuonradus Pataviensis episcopus, ab omni clero et populo unanimiter electus; ea cautione ut cum Alexandro papa staret sicut predecessor suus. Qui bis eodem anno ad inperatorem fratruelem suum veniens Papiam et Babinberc pro regalibus ab eo suscipiendis, utraque vice sine regalibus ab eo dimissus recessit, quia Paschalem recipere nolebat. Beatae quoque memoriae Harthmannus Brixinensis episcopus in fine ipsius anni ad caelestia migravit. 10. Kal. Ianuarii.

Anno 1165. Otachar marchio de Stira obiit 2. Kal. Ian. Inperator curiam celebravit in civitate Herbipolensi mense Maio, in diebus pentecostes quod evenerat tunc in 10. Kal. Iunii, ubi episcopi et in episcopos alii electi numero fere 40 de regno Teutonico iuraverunt obedientiam Paschali et eius successoribus, ipso inperatore primum et ante omnes iurante id ipsum, postea episcopis, et inde omnibus regni principibus qui aderant. Tenor autem iuramenti hic erat, ut videlicet decedente Paschali nullum in papam reciperent nisi unum de ipsius fautoribus, et ut obeunte inperatore nullus in regem aut inperatorem levaretur nisi qui illam partem defenderet, et ut episcopi qui iurarent idem iuramentum ab omnibus suis prelatis et subditis exigerent, et quicunque non iuraret omni aecclesiastico honore et beneficio ac potestate, postremo etiam omnibus bonis suis privaretur. Ibi etiam quidam electi consecrati sunt in episcopos a suis coniuratoribus episcopis[b].

Anno 1166. Inperator curiam celebravit apud Nuorenberg 16. Kal. Martii, illucque veniens archiepiscopus Chuonradus tercia vice pro regalibus suscipiendis, sine gratia inperatoris tunc primum dimissus recessit. Non multo post inperator rursus curiam celebravit in partibus Bawariae apud Loufen 4. Kal. Aprilis, in tercia ebdomada quadragesimae. Cumque archiepiscopus Chuonradus qui in vicino erat, nullo modo posset inclinari per fratrem suum ducem Austriae Heinricum et alios principes qui internuncii erant, ad partem et voluntatem inperatoris, inperator statim quasi ex iusta sententia et iudicio principum inbeneficiavit laicis omnes possessiones Salzburgensis aecclesiae. Proscripsit etiam et persecutioni exposuit omnia cenobia quae erant in eodem episcopatu vel quae iure fundi eó pertinebant simul cum prelatis et omnibus possessionibus suis, quasi qui sui essent proscripti, et excommunicati Paschalis, iniciumque malorum sequentium haec. Exin toto illo anno incendiis ac rapinis alternisque obsidionibus quasi ex precepto aut pro voluntate inperatoris idem episcopatus ex magna parte vastatus est.

Eodem[c] anno fuit illa magna fames per universas terras.

Anno 1167. Marquardus Niwenburgensis prepositus obiit 3. Non. Ianuarii. Ipso anno locus Salzburgensis simul cum monasterio et claustro canonicorum combustus est nocturno igne in Nonis Aprilis. Eodem anno vicina predia Richerspergensis aecclesiae nocturno igne devastata et concremata sunt hostiliter tribus vicibus, id est 15. Kal. Mai. atque 7. Kal. et 8. Idus eiusdem mensis, propter predium Münsture quod eidem aecclesiae anno priori ablatum et coloni eius eiecti erant in 6. Kal. Novembris quasi ex precepto aut[d] permissu[d] inperatoris. Duringus presbiter et canonicus Richerspergensis aecclesiae obiit 3. Nonas Augusti, fulmine[d] percussus[d].

*Codd.* 1. 4.

Eodem[e] anno in diebus mensis Iunii inperator in Longobardia constitutus premisit Romam quosdam principes, qui in comitatu suo erant, ad infestandos[f] quoquo modo possent cives Romanos, qui partibus Alexandri papae favebant. Qui pergentes non procul ab ipsa civitate cum suis consederunt. Erat autem dux eorum cancellarius inperatoris nomine Christan, quem ipse inperator superposuerat domno Chuonrado Moguntiensi archiepiscopo catholico. Romani vero paucitatem hostium videntes et de absentia inperatoris audaciam capientes, constituerunt diem publicae congressionis[g] cum eis. Constituta itaque die[17] armati egressi, non procul ab Urbe audacter pugnam inierunt cum

*Cod.* 3.

Ipso anno quoque incarnationis Domini, anno autem ab Urbe condita 1919,[h] facta est illa magna cedes Romanorum civium Romae a ducibus et comitibus inperatoris. Tunc etiam monasterium sancti Petri armata manu effractum est iussu inperatoris, occisis aliquantis qui illud desuper defendebant, et reliquis in dedicionem acceptis, concrematis prius omnibus moenibus quae circa ipsum monasterium erant, cum aliquanta parte eiusdem aecclesiae, id est monasterio sanctae Mariae. Quibus patratis, vocatus est statim Paschalis, et cum magna ambicione ab omni exercitu cum infinitis laudibus excipitur et salutatur, et ab inperatore cum episcopis et principibus qui aderant, in aecclesia sancti Petri intronizatur, et sic iubente inperatore quosdam electos in episcopos illic consecravit. Reginam quoque coniugem ipsius inperatoris cum ingenti gaudio et exultatione omnium, inperatricem consecravit 18. Kalend. Sept. Sed repente gaudium eorum versum est in luctum. Nam tercia die post ordinacionem inperatricis, inopinate incubuit eis pestilentia sevissima, ex qua totus exercitus ita graviter vexari cepit, ut in brevi spatio ingravescente pestilentia, totus fere consumptus perierit. Episcopi nominatissimi ibi-

a) *ita cod. male cum ceteris praeter* 4. *pro* Idus. b) *hic* 5 *lineae erasae sunt.* c) *haec alia manu in margine scripta sunt.* d) *paullo post addita.* e) *abhinc textum codicum* 1 *et* 4, *qui soli de reliquis remanserunt, cum* 3. *componimus.* f) adinfestando 4. g) congregationis 1. h) *cf. infra verba cod.* 4.

17) die 29. Maii.

| *Codd.* 1. 4. | *Cod.* 3. |
| --- | --- |
| adversariis, qui tamen multo pauciores erant; sed ita graviter superati sunt, cancellario signum suum preferente et acies eorum viriliter irrumpente, ut de magna multitudine | dem tunc quidam ordinati, duces et comites qui in exercitu illo erant cum magna multitudine nobilium perierunt. Sicque inperator amisso exercitu, cum suo papa Roma discedere conpulsus est. |

quam habuisse ferebantur, etiam usque ad 40 milia, paucissimı evaserint qui non aut occisi aut captivati fuerint. Quod factum ubi inperator cognovit, qui tunc in obsidione cuiusdam castelli erat, per octo fere dietas statim venit cum omni exercitu, et castra sua iuxta civitatem Romanam collocavit, incipiente iam mense Augusto. Accidit autem ut per quasdam viles personas omnia quae erant circa monasterium sancti Petri concremarentur cum aliquanta parte eiusdem ecclesiae, id est monasterio sanctae Mariae, quod tamen sine iussu inperatoris factum est per viles ut dictum est personas. Qui cum ubique discurrerent, et omnia vacua et sine habitatoribus invenissent, ignem moenibus apposuerunt. Nullo igitur eis resistente, quia omnes se infra Lateranum et in aliis munitionibus receperant, monasterium sancti Petri, quod adhuc a quibusdam custodibus tuebatur, armata manu aggressi, iussu inperatoris, occisis aliquantis qui desuper illud defendebant, et reliquis in deditionem acceptis, effregerunt. Nec mora vocatur Paschalis qui usque tunc Biterbis constitutus erat, et veniens Iul. 22. cum multa ambitione, ab omni exercitu cum infinitis laudibus excipitur et salutatur, et ab inperatore cum episcopis et principibus qui aderant, in ecclesia sancti Petri inthronizatur, et postea iubente inperatore quosdam electos in epi- Iul. 30. scopos consecravit. Reginam quoque coniugem ipsius inperatoris cum ingenti gaudio et exultatione omnium inperatricem consecravit 18. Kal. Septembris[18]. Aug. 1. Sed gaudium eorum conversum est in luctum. Nam tertia die post ordinationem inperatricis, inopinate incubuit eis pestilentia sevissima, ex qua totus exercitus ita graviter coepit vexari, ut in brevi spacio, magis ac magis ingravescente pestilentia, totus fere consumptus perierit. Sicque inperator amisso exercitu suo, cum suo papa Roma[a] discedere conpulsus est. Episcopi nominatissimi ibidem tunc ordinati, duces, comites et principes precipui, qui in exercitu erant, illa pestilentia perierunt cum magna multitudine nobilium. Archiepiscopus Coloniensis Reinoldus, electus Ratisponensis[19], Daniel episcopus Bragensis, dux Fridericus de Rotenburg[b], filius regis Chuonradi, Welfo iunior, filius ducis Welfonis, comes Perengerus de Sulzbach[c]. Mediolanenses quoque ipso anno contra voluntatem inperatoris reaedificare coeperunt Mediolanum.

Anno 1168. Chuonradus Salzburgensis archiepiscopus post multa gravamina quae passus[d] est fratruele suo inperatore Friderico ob defensionem sanctae ecclesiae, et post plurimas infestationes iniquorum hominum contra eum et ecclesiam suam pro iussu et voluntate inperatoris saevientium, tandem adiutorio Dei eiusque nobili providentia[e] ac industria sopitis omnibus[f] maioribus et minoribus qui adversum eum arma tulerant, et in gratiam[g] receptis, ab excommunicatione quoque qua eos alligaverat absolutis, ipse dolore calculi laborans, feliciter obiit 4. Kal. Oct. apud cenobium Admuntense[h], ibique sepultus est iuxta Sept. 28. petitionem eius. Tunc communi electione[i] cleri et ministerialium totiusque plebis electus est in locum eius sororius eiusdem[k] episcopi[l], filius regis Boemorum Adalbertus nomine, diaconus adolescens, et in die festivitatis omnium sanctorum in cathedrali ecclesia cum Nov. 1. gaudio omnium inthronizatus est.

Anno 1169. Adalbertus Salzburgensis electus consecratus est in presbiterum et archiepiscopum in quadragesima in Idibus Martii ab[m] Udalrico patriarcha Aquilegiensi. Non multo post etiam[n] pallium allatum est ei ab Alexandro papa. Inperator celebravit curiam generalem et valde celebrem apud Babenberg[o] in diebus pentecostes, quod evenerat tunc

a) a Roma discendere 4. b) Ruotenburch 4. c) *nomina in marg. scripta sunt* 1. *Cod.* 4. *perytt:* et alii principes. Acta sunt autem hec anno ab U. c. 1919. d) pertulit a 3. e) prudentia 3. f) s. iam o. 3. g) g. eius r. 4. h) Admont. 3. Admot. 4. i) et libera *addit* 3. k) ipsius 3. l) archiep. 3. 4. m) a patr. Aq. Oudalrico 3. n) *deest* 3. o) Babenberc 3.

18) De temporibus in quibus constituendis noster fallitur, vide Jaffei Regesta Pontificum Romanorum. Pestis die 2. Augusti exorta esse dicitur. 19) Eberhardus, obiit *d.* 24. Augusti.

Iun. 8. in 6. Idus Iunii, cui interfuerunt legati quos dixerunt cardinales illius, quem post mortem Gwidonis Cremensis illa pars sibi quasi in papam elegerant[a]. Ubi ex consensu et collaudatione omnium principum qui aderant, inperator filium suum in regem electum et coronatum post se regnare firmavit. Archiepiscopus Salzburgensis antea ab inperatore vocatus, cum venisset illuc cum patre suo rege Boemorum, et presentiam inperatoris et[b] audientiam curiae expostulasset, admissus non est. Iam enim inperator firmaverat faciem suam adversum ecclesiam Salzburgensem[c], et ut exequeretur quod diu mente conceperat, venit in partes Bawariae, et sic Salzburg in
Aug principio mensis Augusti, propositum habens vastare et dissipare totum episcopatum, si quis restitisset. Archiepiscopus autem per-
19 suasus a principibus, maxime vero a duce Austriae avunculo suo[19], ut pro tempore cederet, quia dies mali essent: pensantes nimirum periculum[d] et damnum quod immineret claustris et aliis ecclesiis, si inperator in incepto persisteret, tunc[e] dedit se in gratiam inperatoris et resignavit ipsum episcopatum et omnia regalia in gratiam eius, presentibus principibus; sicque inperator toto episcopio Salzburgensi pro velle suo potitus est.

*Cod.* 3.

curiae expostulasset, admissus non est. Inperator autem in partes Bawariae veniens et sic Salzburch, in principio mensis Augusti, toto episcopio Salzburgensi pro velle suo potitus est nemine contradicente. Archiepiscopus enim non valens resistere, et persuasus a principibus, maxime autem ab avunculo suo duce Austriae, dedit se in gratiam inperatoris, et totum episcopatum cum omnibus regalibus eo pertinentibus.

Iun. 27. Eodem[f] anno obiit sanctae memoriae magister Gerhohus[g] in senectute bona, 5 Kal. Iulii[20], postquam strennue et fideliter prefuisset cenobio Richerspergensi paulominus quam

*Cod.* 1.

38 annis. Qui quoniam in modico fidelis inventus est, fideliter talentum sibi a Domino creditum erogando, super multa constitutus non dubitatur, iam ingressus in gaudium domini sui, expletis annis vitae suae 76, indictione secunda, atque sacerdotii sui 43. Hic predicandus pater ab ipso puerili aevo secutus Dominum memoratur.

*Cod.* 3.

38 annis, expletis feliciter annis vitae suae plus 70. Frater ipsius domnus Arno, decanus eiusdem congregationis, in locum eius substitutus est, unanimiter a fratribus in prepositum electus 3. Kal. Iulii.

*Cod.* 1.

Cum enim ex placito parentum litteris discendis applicatus fuisset in domo paterna, seu patria quae Pollinga dicebatur, omnes coaevulos suos vivacitate ingenioli ac tenacitate memoriae visus est transcendere, cum tamen alias in his quae a pueris puerilia geri solent, ceteris simplicior ac doli incapacior inveniretur. Inde et lineam sui generis factis et dictis suo in tempore extulit, bibens iam in pueritia quod ructavit postea. Hinc cum 16 esset annorum, percussusque esset plaga et dolore inportabili, pueri Ioseph imitator est factus, pudore bono repletus. Nam sanatus ab eadem infirmitate, statim ad propositum castitatis
21 mentem aptavit[21], totusque extunc scholasticis exercitamentis inservivit in civitate Frisinga simul et Moseburg. Postea factus iam adolescens ac satis honeste instructus, in Saxoniam in locum qui Hildensheim dicitur, ad scholas iter convertit; ubi consummatis in studio tribus annis, in patriam remeavit.

Eo tempore in civitate Augusta scholae principales magistro vacabant. Igitur ad illud officium advocatus et assumptus est, malas iam habens mediocri barba suffusas, vultu decorus, sicut et in omni vita sua fuit moribus compositus, unde et ab omnibus amabatur, maxime autem eiusdem ecclesiae episcopo nomine Hermanno gratus erat et valde acceptus, propter quod et eum canonicum eiusdem ecclesiae cum unanimi fratrum assensu instituit. Erat illo in tempore magna discordia inter regnum et sacerdotium sub Heinrico iuniore
1122. inperatore quinto. Qua sedata tandem per gratiam Dei et pace ecclesiae reddita sub papa Callisto. ipse magister Gerhohus interea dum haec actitarentur, non vacabat, quin potius

a) elegerat 3. b) atque 3. c) adv. Salzpurgensem ut 4. d) et p. et 4. e) *deest* 4. f) *sequentia usque ad finem anni desunt* 4. g) Gerhochus 3.

19) Wladislaus rex, pater Adalberti, duxerat Gerdrudem sororem Heinrici ducis Austriae. 20) Notatus est ad hunc diem in Necrologiis Adm., Salisb. capituli et S. Petri, Claustron. et in Seccoviensi ita: *magister in theologia et doctor clarens miraculis.* 21) Verba sunt ipsius Gerhobi in epistola ad Innocentium II. in Pezii Thes. II, 2, 440.

Cod. 1.

stante adhuc discordia illa, incipiebat iam audere obsistere adversariis legis Dei, subtrahendo se nimirum a communione episcopi Augustensis Hermanni, qui eum tunc assumpserat adhuc in diaconatus ordine positum, pro eo quod ipse episcopus inperatori et parti suae favebat et communicabat. Faciebat autem hoc primo non in manifesto, sed quasi in occulto. Postea vero etiam palam confessus est quod cum ecclesia et pro ecclesia sentiret in illo tempore malo, negando communionem quibusdam etiam laicis nobilibus et honoratis parti inperatoris astantibus. Pro qua re tota fere civitas contra eum commota est, iudicans eum quasi insanum et temerarium, qui ausus esset iram caesaris contra se et civitatem provocare. His autem ut dictum est finitis et sedatis, iam dictus episcopus in gratiam Romanae ecclesiae ipso mediante receptus est.[22] Ita gratus et acceptus erat iam tunc ipsi Romano pontifici et toti curiae Romanae. 1123.

Iam vero diu erat quod et vitae cenobitalis propositum gestabat in animo. Ad quam rem ut liberior fieret, non solum fratres suos, sed et patrem et matrem novae in Christo ac sanctae conversationi parturivit. Itaque duobus fratribus suis adhuc pueris, patre quoque et matre sub regularis vitae proposito in Reitenbuchensi cenobio collocatis, et ita ab omnibus quae ad eum pertinebant expeditis, cenobitalis vitae propositum quod diu mente conceperat, iam ut in partum erumperet tempus erat. Igitur dimissa prediviti canonica et nobili civitate Augusta, ad monasterium clericorum prenominatum Reitenbuch divertit, magis eligens cum Christi pauperibus pauperem vitam gerere, quam habitare in tabernaculis vel in domibus laqueatis peccatorum. Illic ergo quasi angelus Domini susceptus est, ubi veste preciosa et coma capitis deposita ac mutato saeculari habitu, gregibus Domini conformatus et consociatus est. Tum vero quanto ardore ac studio iter communis vitae arripuerit, quantoque zelo rectitudinis accensus vixerit, testis est ei omnis illa ecclesia Reitenbuchensis, testes sunt ei omnes longe vel prope positi, ad quos fama sanctae conversationis eius pervenit: testes sunt inquam, qualiter exardescere coeperit zelus eius initio conversionis suae, ita videlicet ut ex instantia orationum et lectionum divinarum in tantum eloquium Domini inflammaverit eum, ut et eloquium eius ignitum fieret vehementer, et verbum eius, sicut de Helia scriptum est, tanquam facula arderet. Unde confratres suos non solum dictis sed et exemplis, ad servandas bonas consuetudines arctioris vitae et instituta sanctorum patrum sine intermissione provocabat, et etiam arguebat, obsecrabat, increpabat, secundum apostoli preceptum in omnibus se ipsum prebens exemplum, in vigiliis multis, in frequenti meditatione ac lectione sanctarum scripturarum, in multa patientia, in castitate atque in omni exercitatione bonarum virtutum, postremo in universa morum honestate preclarum se reddebat. Unde etiam ab omnibus bonis et religiosis valde amabatur. Dominator etiam corporis sui ita vehementissimus extitit, ut a necessariis quoque cibis sumendis aliquanto inmoderatius abstineret, adeo ut absumptis inedia carnibus, cutis fere ossibus cohaereret. Ardebat itaque totus incomparabiliter per inextinguibilem sanctissimae dilectionis ignem ad Deum, et per infatigabile animi eius studium ad communis vitae decorem. Nec enim satiabatur illis diebus dulcedine illa mirabili, quam inveniebat legendo in excerpto de dictis sanctorum de vita canonica, quo et eatenus pro regula usi fuerant fratres sui, sed exquirebat omni animadversione, quomodo sibi vivendum esset secundum regulam patris nostri Augustini, vel quae esset illa regula secundum quam vivere professus fuerat. Nichil enim sufficere pro regula visum est ei, quod illa non esset quam professus fuerat. Quae regula tamen tunc in illis locis non inveniebatur, sed nec in aliis locis eiusdem professionis. Pro qua re necessarium duxit Romanum adire potificem cum quibusdam fratribus de claustro, quatenus regulam quam una cum omnibus communiter fuerat professus, claustro illi cui erat obligatus, stabiliret; quod et factum est. Hinc contigit ut quorundam invidorum et desidiosorum, quorum vita dissimilis fuit, per hoc animos et odia contra se vehementissime concitaret, ita ut et usque vitae periculum in eodem loco postea tribularetur, quia et alios excessus quosdam non ferendos inibi arguebat, ut ei iam tunc non inconvenienter potuisset aptari illud dominicum dictum: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam* etc. Matth. 5, 10.

22) Cf. Gerhohi ipsius relationem in Pezii Thes. V, 2039. Iam tunc, ante pacem factam, aliquantum temporis in Reitenbuch egerat; deinde episcopum ad concilium Lateranense comitatus est.

*Cod. 1.*

Interiecto autem aliquanto tempore expetitus multo desiderio a venerabili Chunone
Ratisponensis ecclesiae episcopo, a preposito et fratribus de cenobio Reitenbuchensi postu-
1127. lanti in auxilium datus est, a quo et presbiter succedente tempore ordinatus est. Illis
23 diebus Chuonradus postmodum rex, tunc autem tyrannide assumpta[23] contra Lotharium
regem, quem principes communi decreto sibi regem fecerant, se regem haberi voluit.
A cuius communione et susceptione quia se predictus episcopus subtrahebat, simulque
cum eo magister Gerhohus, ipse tyrannus cum fautoribus ac clientibus atque coniuratis
suis eis infestus erat, in tantum ut non semel eis insidias strueret. Minas autem ac laesiones
in corporibus eis intentantes frequenter deterrebant eos, ita ut et vita iam dicti magistri
saepe periclitaretur, quia ipse tyrannidem ac scisma illud Chuonradi in publica ac sollempni
statione detestatus fuerat. Unde et ecclesiam plebalem cuius curam ei episcopus Chuno
iniunxerat, parochiam videlicet que Champe[24] dicitur, deserere coactus est, non ferens
iniurias et infestationes eorum. Ubi et ipse cenobium communis vitae intenderat suscitare
auxilio episcopi, quibusdam clericis in hoc idem propositum sibi associatis: sed taliter ut
1132. dictum est impeditus fuit. Post discessum autem felicis memoriae iam dicti Chunonis
Mai. 19. episcopi ex hac vita, ipse a Chunrado seniore Salzburgensi archiepiscopo assumptus est,
a quo et aliquibus vicibus Romam ad apostolicum[a] in legatione sua pro agendis causis
ecclesiasticis directus est.

Dehinc anno 1132. cura et prepositura Richerspergensis cenobii, quod ecclesiam Salzburgensem respiciebat et eo tempore provisore carebat, ei cum assensu omnium iniuncta est a iam dicto archiepiscopo, exultante eo uberius, hominem sibi talem datum divinitus, qui doctrina sana aedificare ecclesiam esset idoneus. Igitur in regimine positus qualem se exhibuerit, qualiterque a Deo confortatus in omnibus postmodum ecclesiae tribulationibus nunquam ei defuerit, sed veritatem constanter coram regibus et principibus non sine vitae suae periculo saepissime confessus sit ac tuitus, testis est ei tota Germania lumine doctrinae eius et ipsa illustrata, et fervore spiritus eius super multis excessibus et abusionibus redarguta. Testes sunt ei omnes hi, inter quos conversari vel quibus commanere ei aliquandiu contigit. Maxime autem sanctum fratrum eius et sororum novit collegium, quam sancte quamque irreprehensibiliter inter eos iam per 40 fere annos vitam duxerit. Noverunt omnes quam quietus in vacando lectionibus et orationibus extiterit, quam nullas horas a pietatis exercitiis vacuas habuerit, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis esse ei cum apostolo visa est, nisi cum monasterii necessitas poposcisset. Quin etiam usque in exteras terras lampas cordis et oris eius tractavit. Non Francia, non Boemia, non Ungaria, sed neque Graecia, gratiae quae de corde et ore eius radiavit, expertes factae sunt. Tanta namque gratia diffusa erat in labiis eius, ut his ipsis quos arguebat, gratus existeret. Unde et Romani pontifices domnique cardinales semper eum, licet in multis arguentem se, dilexerunt. Non reges ac potentes pertimuit, quo minus nunciaret eis id quod iustum et salutare fuit, cum se opportunitas id faciendi obtulisset. Magnates, mediocres ac populares, sive in publicis ecclesiae conventibus sive in privatis colloquiis, ad oris eius dulcia et salutaria verba pendebant. Sic namque divino spiritu a Deo potatus fuit, ut paene semper et indeficienter flumina de ventre eius fluerent aquae vivae, sive loquentis sive scribentis aliquid ad utilitatem et eruditionem proximorum. Sanctam vero canonicam scripturam veteris ac novi testamenti, in tanta sicut dignum et iustum veneratione habuit, ut ne in uno iota de eius veritate et constantia dubitaret. Nec passus est quidquam de eius lectione preterire, dum in via vel occupatione qualibet maneret, quod non legendo vel audiendo recompensaret; et hanc consuetudinem ac studium erga sanctam canonicam scripturam per totam vitam suam conservabat.

Noverunt omnes quam promptus et largus in docendo, quam alacer et efficax in exhortando, quam severus in increpando extiterit: ita pium patris et dirum[b] magistri inter suos servans affectum, ut cum debitam ei reverentiam exhiberent, plus omnibus amori quam timori existeret. Ipse denique exemplar morum, ipse formula religionis, ipse profectus incitamentum fuit, atque ut verbum breviatum dicatur, ipse currus Israel et auriga extitit.

a) *ita emendavi;* apostolorum *Gew. f.* ad limina apostolorum. b) durum *fort. GEW.*

23) d. 18. Dec. a. 1127. — Gerhohus quum m. Iunio a. 1169. 43. ordinationis suae annum numeraret, a. 1126. exeunte vel in prima a. 1127. parte ordinatus est. 24) Cham civitas secundum Gewoldum.

*Cod. 1.*

Evidens est autem valde, quantum ipse locus quem regendum susceperat, sub eo suo labore profecerit, quantumque cum ipse eum non multum divitem invenerit, per eius industriam ditatus fuerit in prediis aliisque possessionibus, tum ex concessione et liberalitate pontificum Salzburgensis et Pataviensis, quos idem locus respiciebat, in adiectione videlicet ecclesiarum plebalium, id est parochiarum cum decimis earum [a], aliorumque prediorum, tum ex largitate principum, tum oblatione plurimorum nobilium aliorumque fidelium, se suaque omnia suo magisterio subdentium, et sanctis eius institutionibus ac disciplinis informari cupientium. Iam vero quam bene ordinata sub eo fuerit tota sancta eius congregatio, maxime autem clerus, quam decens ordo ac disciplina in ipso clero, quanta honestate et patientia prefulserit, quanta gravitas in senibus, quanta benignitas in iuvenibus, quam iuge studium, quanta scientia litterarum, quantus decor in servitio Dei, quanta munditia et pulcritudo in ministerio divinorum fuerit, quae lingua poterit explicare? Nullus inter eos desidiosus, nemo otiosus inveniebatur. Si quis erat, minime ferebatur. Plurimi eorum valde nobiles habebantur. Omnes simul aut servitio Dei aut privatis orationibus instabant, aut lectionibus simul vacabant, horis et temporibus constitutis, suo tempore in scribendis libris aut aliis operibus se occupabant, iuvenes ac pueri diversis artibus insudabant, quibus et ipse per se frequenter nunc benignus monitor nunc severus correptor instabat. Inter haec ipse beatum se reputabat, cum discipulos suos velut examina apum in spiritalibus occupationibus fervere considerabat, nullumque ex ipsis deficere, quin imo omnes certatim de virtute in virtutem proficere, ac sic vivendo Deum deorum tandem in Sion videndum esse memorabat, cum omnes sobrie, iuste pieque viventes ad hoc insimul omnes laborarent, ut decenter cum munditia mentis ac corporis atque cum alacritate et voluntarie divina ministeria celebrarentur et tractarentur, et ad hoc omnes niti debere tam doctos quam indoctos, hocque opus unum et solum esse, pro quo et sua de saeculo venientes relinquerent et simul habitare diligerent. His aliisque documentis innumerabilibus fratres suos in collationibus exhortabatur iocundabaturque, frequenter et hoc commemorans, se optare et Deum orare, ut sua congregatio sic se opponeret adversariis malignantibus, id est principibus tenebrarum harum qui semper militant adversus animam, ut esset eis terribilis ut castrorum acies ordinata, et ut esset sicut grex tonsarum quae ascenderunt de lavacro, de quibus memoratur in Canticis quod sunt omnes gemellis foetibus et sterilis Cant. 4, 2. non sit inter eas.

Aedificia ipsius cenobii interiora et exteriora necnon et officinarum omnium, quae omnia lignea et valde vetusta ac ruinosa invenerat, in meliorem statum renovavit et in aptiorem dispositionem ordinavit per fratres suos, quos ad hanc partem sollicitudinis idoneos et aptos in congregatione invenit. Nam pondera curarum exteriorum ipse, ut se totum sanctae vocationi dedere posset, fratribus suis imponebat, maxime autem fratribus laicis fidelibus ac prudentibus, quos ei Dominus non paucos dederat, fama sanctae opinionis eius ad eum attractos. Inter hos plerique erant valde nobiles et nominati, ac bene religiosi sicut et reliqui. Nichil enim inordinatum aut quod contrarium esset religioni, in congregatione sua patiebatur permanere. Hos similiter in collationibus suis exhortabatur precipue ad obedientiam, exponens eis obedientiam patris nostri Abrahae, patientiam Isaac, laborem ac sufferentiam Iacob, ut ipsi similiter obedienter et patienter laborantes manibus suis quod bonum est, finem ipsius Domini attenderent et longanimitatem, addens quod nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro, aptus sit regno caelorum. Monebat etiam ut essent in commisso fideles, sicque conversationem et pudicitiam atque castitatem suam inter saeculares, cum quibus eis frequenter commanendum esset propter negotia exteriora, custodirent, ut ipsi videntes opera sua bona, imitatores eorum fierent, et glorificarent patrem qui in caelis est.

Monasterium sanctimonialium sub regula sancti Augustini viventium ipse primus in eodem loco constituit, eiusque obtentu ipsa earum ecclesia, quam a fundamentis ipse construxit, dedicata est a venerabili Romano Gurcensi episcopo presente archiepiscopo Chuonrado, anno Domini 1138, animabus sanctis quas aggregaverat, iam tunc inibi velut 1138. in arcam [b] ingressis et aforis clausis, ad honorem Dei et sanctae Mariae perpetuae virginis, cui idem monasterium dedicatum est. Ibi ergo illae felices animae inchoati operis cupientes

a) eorum *ed. Gew.* b) aram *ed. Gew.*

Cod. 1.

consummare effectum, prestolantur nunc ut veniente sponso, apertis ianuis summi regis perducantur in thalamum regis aeterni, pro mundi contemptu stolas candidatas et splendidas coronas accepturae cum ceteris consodalibus suis, quae illuc ex ipso tempore congregatae sunt, quasque similiter Dominus virginitatis honore dicavit, quarum non parvum numerum ipse bonus pastor moriens reliquit, inter quas quaedam erant filiae nobilium et nominatorum virorum, et filiae duae principis unius de nobilissimis ac maximis regni principibus[25].

Ceterum quam notus et gratus, quamque acceptus fuerit ipse beatus ipsis summis Romanis pontificibus, qui suo tempore Romanae sedi presederunt, Callisto papae primum superius commemorato, et deinde singulis successoribus illius usque ad papam Alexandrum, quamque venerabiliter ipsi Romani pontifices fervorem religionis suae et studium atque doctrinam necnon et scripta sua susceperint, collaudaverint et approbaverint, quam et celerem effectum consecutus semper fuerit in omnibus negotiis suis, quotiescunque Romanam curiam interpellare necesse habuit, aut per se ipsum aut per nuncios sive per solas litteras suas pro qualibuscunque causis, testantur litterae apostolicae necnon et litterae domnorum cardinalium, frequenter aut pro eo ad alios missae aut ad eum specialiter destinatae, vel quas ipse per se ab Urbe saepius veniens de causa sua vel aliorum detulit, quarum omnium exemplaria adhuc inveniuntur. Quantum etiam ipsi Romani pontifices pro ipsius reverentia et dilectione ad petitionem eius ipsum locum quem regebat, cenobium videlicet Richerspergense, sub sua et beati Petri protectione susceptum honoraverint et manu tenuerint, et saepe contra graves inimicos et infestatores defenderint, qualemque libertatem et iusticiam ipsi loco concesserint et firmaverint in perpetuum sua auctoritate, indicant privilegia papae Innocentii et papae Eugenii eidem loco eius industria elaborata ac inpetrata. Hos post haec pie imitati pontifices Salzburgenses, Chuonradus senior et Eberhardus eius successor, necnon et principes regni, duces videlicet et comites, quique pro suo iure plurimis privilegiis eundem locum munierunt. Similiter et alii pontifices, scilicet Babenbergensis, Pataviensis, Frisingensis, predia et possessiones eidem loco aut per se ipsos aut per alios in suis episcopatibus collata, in suis privilegiis eidem cenobio firmarunt. Novissime etiam ipse domnus inperator Fridericus ipsum Richerspergense cenobium cum omnibus eo pertinentibus in suae inperialis maiestatis et omnium successorum suorum regum et inperatorum tutelam suscepit, et privilegio suo eidem loco antiquam et primitivam libertatem confirmavit, interventu episcoporum, Eberhardi Salzburgensis archiepiscopi et Eberhardi Babenbergensis atque Hartmanni Brixinensis episcoporum, secundum postulationem huius saepedicti patris[26].

Quam sanae autem et catholicae fidei apostolicaeque doctrinae fuerit, quantum a iuventute sua dictis et scriptis laboraverit pro diversis causis ecclesiasticis atque pro bonis consuetudinibus et disciplinis canonico ordini obtinendis et conservandis, quantum contra abusiones et abominationes et contra pessimas novitates, quas in ecclesia suo tempore increscere doluit, decertaverit, quantum concordiam inter regnum et sacerdotium suaserit. scriptis suis missis in curiam Romanam et in curiam inperatoris, quantum execratus fuerit et caverit scisma quod circa finem vitae suae exortum est, quantum esurierit et sitierit iustiam, denique quomodo vel qualiter aut quantum dilexerit omnem iusticiam, et omnem viam iniquitatis odio habuerit, legentibus et scire volentibus patet in diversis opusculis suis, quae scripsit ad papam Innocentium et ad papam Eugenium et ad domnos cardinales, et in aliis opusculis ad diversos scriptis. Similiter et in epistolis suis patet, quas ad diversos diversis temporibus scripsit, quae etiam fere omnes adhuc inveniuntur in registro et epistolario suo libro in duobus voluminibus[27]. Pro defensione quoque sententiae de gloria hominis in Deum assumpti et in Deum nati, in qua diversos et graves contradictores atque inpugnatores semper per omnem vitam suam a iuventute habuit, scripsit diversa opuscula et epistolas. Primum hac de causa auctoritate Romanorum pontificum et domnorum cardinalium et aliorum plurimorum patrum, qui videbantur columnae esse in ecclesia eo tempore, fecit expositionem psalmorum in octo voluminibus[28]. Scripsit et opusculum contra discipulos Petri Abailardi ad episcopum Frisingensem Ottonem, fratrem regis

25) Engelberti comitis Hallensis, ut mox videbimus.
26) V. supra a. 1162.
27) His ut videtur perditis, codex Gerhohi epistolaris servatus est in bibliotheca Admuntensi, editus in Pezii Thes. Vol. VI.
28) In Pezii Thes. Vol. V.

*Cod.* 1.

Chuonradi, et ad ipsos Frisingenses diversa opuscula et scripta. Item plurima scripta ad episcopum Bragensem Danielem; libellum de fide rogatu domni Heinrici cardinalis presbiteri; opusculum ad papam Adrianum; dialogum inter Graecos et Latinos; libellum de glorificatione filii hominis ad archiepiscopum Salzburgensem Eberhardum[29]; novissime opuscula ad papam Alexandrum et ad domnos cardinales, et ad episcopum Babenbergensem Eberhardum de eadem re. Preterea alia multa ad diversos scripsit, quos omnes commemorare longum esset.

Verbum Dei usque ad suam aegritudinem, imo ad ipsum et in ipsum usque diem dormitionis suae inpretermisse alacriter et fortiter sana mente sanoque consilio in sancta ecclesia predicabat, membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu atque auditu. Tandem vocante eum Domino, coram positis omnibus fratribus et orantibus dormivit cum patribus suis 5. Kal. Iulii media nocte, ante biduum divina refectione saginatus et Christo Iun. 27. incorporatus, quem ut docuit[a] semper amavit, et in quem credidit quemque dilexit et honoravit, id est in die natali sancti Iohannis baptistae. Ipsa enim die in publica statione, sicut mos eius erat, sollempniter missarum sollempnia per se celebraverat bene valens, et sermonem ad populum ultimum tamquam valedicturus omnibus in longum valde protraxerat. Sepultus est autem cum maximo luctu omnium in monasterio ad latus altaris sanctae crucis honorabiliter 3. Kal. eiusdem mensis Iulii. Iun. 29.

*Cod.* 1.

Ipso anno, id est 69, unus de magnis et nobilissimis regni principibus, domnus Gebhardus Hallensis comes filius domni Engelberti item Hallensis comitis, gloriam mundi ingentesque divitias et omnem ornatum saeculi relinquens contempsit propter amorem domini sui Iesu Christi, inspirante hoc illi Deo solo qui facit mirabilia solus, cum esset admodum iuvenis totoque corpore pulcher atque spectabilis, et una cum matre sua, venerabili ac nobilissima matrona domna Haedewig comitissa ad monasterium Richerspergense, ubi et duae sorores eius, filiae eiusdem comitissae, regulariter et religiose vivebant, ut genere ita et moribus nobiles ac generosae, divertit Domino deinceps inibi militaturus, cum saeculo in armis militasset per annos fere tredecim. Miserat siquidem et hoc in mentem eius largitor et aspirator omnium bonorum, ut diverteret ad hunc vere felicem verae fidei doctorem, ante iam saepius memoratum ipsius cenobii prepositum domnum Gerhohum, qui ei bonus apparebat servus Dei et lucebat in eo gratia divina. Audierat enim et etiam per se viderat, quod ipse a iuventute sua devotissime Deo in sancta conversatione viveret, et vere sic erat. Unde et ipse princeps eum ex milibus electum pre omnibus in spiritali regimine eo tempore positis venerabatur, et sub eius sancto magisterio eius institutionibus informari toto cordis ac mentis affectu desideraverat, sed secus accidit. Iam enim idem pater a saeculo migraverat ante paucissimos dies, priusquam ipse princeps a curia redisset, quae in Babenberg illis diebus celebrabatur ab Iun 8. inperatore et principibus, cui idem princeps pro suis negociis finiendis tunc intererat, et antequam domum a curia reversus de causis familiaribus expeditus fuisset. Quibus finitis quanquam comperisset eum iam corpore solutum, ipse tamen propositum suum ad finem perducere cupiens, nichil moratus est, sed ut dictum est, ad idem monasterium inibi mansurus venit 2. Non. Iulii, statim- Iul. 6. que in proximo Septembri mense, in nativitate sanctae Dei genitricis Mariae, Sept. 8. depositis sollempniter armis et soluto cingulo[b] miliciae, habitum sanctae

*Cod.* 3.

Ipso etiam anno unus de magnis regni principibus, domnus Gebhardus Hallensis comes admodum iuvenis una cum matre sua venerabili matrona domna Hadewig comitissa in monasterium Richerspergense Domino militaturus divertit, et in nativitate sanctae Dei genitricis Mariae depositis sollempniter armis ac soluto miliciae cingulo, habitum sanctae conversationis assumpsit, canonicus factus secundum regulam sancti Augustini 8. Idus Decembris. Tunc etiam crescente odio quod ante exortum erat inter electum Pataviensem domnum Albonem et electores eius, canonicos scilicet maioris aecclesiae, ad hoc ventum est, ut ex consensu inperatoris idem electus ab episcopatu removeretur non sine ignominia per eosdem canonicos, propter quosdam ut dicebatur enormes actus eius. Postea ex permissu inperatoris domnus Heinricus Spirensis aecclesiae canonicus et diaconus ab eisdem canonicis in locum eius electus est, 2. Nonas Augusti, inperatore per se sequenti die electionem eius Pataviae approbante.

a) *ita emendandum putavi pro* decuit. b) corigulo *ed. Gew.*

29) ib. I, 2, 163—280. De reliquis Gerhohi operibus v. Iod. Stülz, Propst Gerhoch I. von Reichersberg, Denkschriften der Wiener Akademie I, 113—166. in fine dissertationis.

*Cod.* 1.

conversationis assumpsit in honore[a] ipsius qui fecit eum, et in honore beatissimae Mariae virginis. Sicque a Domino factum est, ut ille qui solebat in sericis et auratis procedere induviis, post in abiectis vestibus serviret pauper pauperibus. Deinde a Deo confortatus in tantum profecit, quod etiam benedictione sacerdotali, sicut ipse semper optaverat, deposita coma clericus factus est eodem
Dec. 5. anno in 9. Idus[b] Decembris, cum esset annorum non amplius quam 29.

1170. Anno 1170. domna Hadewich ex comitissa conversa, feliciter quievit in Domino
Febr. 4. 2. Non.[c] Februarii[30], sepulta honorifice in capitolio canonicorum 6. Idus Februarii.

*Codd.* 1. 4.

Eodem anno[d] electus Pataviensis domnus Heinricus primum in episcopatum suum veniens, magnifice ac sollempniter ab omni-
Aug. 9. bus susceptus est Pataviae 5. Idus Augusti.

*Cod.* 3.

Eodem quoque anno domnus Heinricus Pataviensis electus per nuncios sepe vocatus, episcopatum suum primum intravit 5. Idus Augusti.

Hic sororius cum esset comitis Pertholdi[e] de Andechsen et canonicus Spirensis
1169. Aug. 4. ecclesiae atque prepositus, electus erat precedenti anno 2. Non. Aug. in locum domni Albonis ex permissione inperatoris. Qui Albo ante etiam electus erat ab omnibus communiter, et per annos fere quatuor eundem episcopatum tenuerat. Exorta autem inter eum et canonicos maioris ecclesiae incredibili dissensione ac simultate, contigit ut crescente odio inter eos, ab episcopatu non sine ignominia pelleretur consensu inperatoris propter quosdam ut dicebant enormes actus eius, dum idem inperator in partibus Bawariae moraretur, et predictus
31 domnus Heinricus ex collaudatione inperatoris ei substitutus est[31].

*Cod.* 4.

Cont. Adm. Sal. Anno 1171.[f] sanctus Thomas archiepiscopus Cantwarie in Anglia passus est. In partibus nostris vacca vitulum duo capita, octo pedes, duas caudas peperit habentem.

*Cod.* 3.

Anno 1171. allatae sunt litterae ab Alexandro papa per Er.[32] Richerspergensis aecclesiae canonicum domno Arnoni eiusdem cenobii preposito de approbatione et confirmatione sentenciae suae ac fratrum suorum de fide catholica contra novos errores ac prava dogmata simul et super scismatis cautela. Perlatae siquidem erant ad Alexandrum per predictum canonicum capitula a tribus patriarchis, Constantinopolitano, Anthioceno et Ierosolimitano, in urbe Constantinopoli coram inperatore Manuel edita, ante annos non amplius quatuor, contra eos qui dicunt et senciunt, hominem assumptum a verbo in gloria Dei patris seu verbi assumentis esse non posse. Fuerunt enim et adhuc supersunt non pauci numero nec parvae estimacionis homines, sed viri valde litterati qui dicunt et dixerunt, hominem a verbo assumptum, nec in sapiencia nec in potencia, nec in gloria nec in ullo bono, Deo patri assumenti equari sive identari posse, ac proinde nec latriam ei sed duliam deberi, meliorem tamen speciem duliae ipsi concedentes. Sed nec proprie ipsum Deum dici concedunt, sed tropice eum Deum dici fatentur. Contra quos multa a iam dicto preposito simulque a germanis eius, videlicet Gerhocho antecessore suo et eiusdem Richerspergensis aecclesiae preposito, atque Ruodigero Niwenburgensi preposito, et Haimone eiusdem loci presbitero acta et scripta sunt, et in curiam Romanam Alexandro papae et cardinalibus missa et presentata, ac ab eis valde approbata sunt, ut in litteris subiectis pensari potest, domno Arnoni
33 preposito missis, quarum textus ita se habet: *Alexander*[33] *episcopus servus servorum Dei, dilecto filio A. Richerspergensi preposito, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectionis tuae litteris alacri animo et leta mente receptis, quod spei tuae anchoram ita in beati Petri et nostra reverencia solidasti, quod in medio nacionis pravae positus, fidem rectam atque catholicam in te sustinere non fuisti*

a) honorem *ed. Gew.* b) *in cod.* 3. VIII. Id. *quae erat dies dominica. Sed ordinationes sabbato fieri solebant.* c) 3. Non. *ed. Gew.* d) Anno 1170. Electus 4. e) Berchtoldi de Andehsen 4. f) *hic annus vacat* 1.

30) 2. *Non. Febr. Hadwich comitissa conversa.* Necrol. S. Petri Salisb. ed. v. Meiller, Archiv f. Kunde Oest. Geschichtsquellen XIX, 218. 31) Epistolam Albonis ea de re ad clerum Salisburgensem directam edidit Sudendorf, Registr. II, 150. 32) scil. Erchenboldum qui a. 1172. nominatur. 33) Edidit Jaffeus in Regestis Pontificum Romanorum n. 7969.

Cod. 3.

*passus iacturam, et quod fidei tuae murus crebris ictibus multisque tunsionibus et crepitante tuba minarum concussus non potuit frangi, neque ventum validum venientem neque procellas sevientis pelagi timuisti, ei qui tibi quae gravia sunt animum tolerandi concessit, et tantam pectori tuo gratiam sua dignacione infudit, ut inter huius seculi turbines intrepidus stares, devotas gratias agimus, et admirandae virtutis tuae constanciam digna gratiarum prosequimur actione. Unde et tanto maiorem voluntatem et desiderium gerimus, te et ecclesiam tuam sincera karitate diligere, et vestris commodis et profectibus aspirare, quanto pro fide catholica constantius et firmius nosceris laborasse. Tu vero in devotione beati Petri et nostra ita de die in diem magis ac magis proficias et convalescas, quod Deo in sacrificio tuo caudam cum capite videaris offerre. Ad haec a communione illorum scismaticorum qui nominatim sunt excommunicati, vel a capite scismatis ordines susceperunt, in salutacione, oracione, potu et cibo abstineas. Principibus vero quoniam nullum ex nomine de his qui supersunt, preter F. caput huius maliciae, et O.*[34] *excommunicavimus, indubitanter poteris communicare. Sane incendiariis de quibus sicut credimus decreta ut excommunicentur precipiunt, etsi aecclesia faciat ipsos tanquam excommunicatos ad terrorem absolvi, si quando necessitate cogente communicaveris, apud Deum non poteris exinde damnacionis iudicium formidare.*

Scriptae quoque erant litterae iam pridem, videlicet ante annos fere quatuor, super eadem contencione, ex precepto Alexandri papae sicut ex verbis eiusdem papae certissime innotuit, ab uno cardinalium Centio nomine, beatae memoriae magistro Gerhocho Richerspergensis aecclesiae preposito, precipuo iam dictae sententiae propugnatori, ita continentes[35]: 35 *Centius Dei gratia sanctae Romanae aecclesiae diaconus cardinalis, karissimo suo magistro Geroo salutem et dilectionem. Scientiam et sanam doctrinam vestram Romana aecclesia a longo retro tempore et cognovit et utpote canonicarum scripturarum auctoritate vallatam modis omnibus conprobavit. Nos quoque etiam qui frequenti vobiscum disputatione contulimus, hoc idem sensimus et sentimus. Ideoque super eo quod vulgari sermone de persona vestra in curia nostra referebatur, non modice mirabamur, nec umquam animum ad credendum induximus. Nunc autem quia scripta vestra per fidelem nuncium vestrum vidimus, legimus et cognovimus, quae a vestris emulis dicta sunt, vana penitus reputamus. Consulimus autem dilectioni vestrae, ut collationes huiusmodi in populari frequentia facere nulla ratione curetis, ne occasione vobis obloquencium, quod absit, populus in errorem inducatur.*

Anno 1172. inperator celebravit curiam valde[a] celebrem[a] in civitate Salzburgensi in
ebdomada quinquagesimae[36], quae evenerat tunc in 11. Kal. Martii. Illuc quoque archi- Febr. 20.
episcopus licet non vocatus ab inperatore, repente tamen dum curia haberetur, cum pau-
cissimis supervenit, sed gratiam inperatoris non obtinuit. Inperator autem inde digrediens,
per publicam stratam Pataviam venit 2. Kal. Martii. Ibi ergo quoniam domnus Heinricus Febr. 29.
Pataviensis electus ipsum episcopatum superiori anno sponte resignaverat, ex consensu
et collaudatione inperatoris electus est pro eo frater ipsius domni Heinrici presente[b] inpe-
ratore[b], videlicet domnus Dietpoldus iuvenis[b] admodum[b], similiter sororius comitis Per-
tholdi[c]. Qui statim in proxima pentecostes ebdomada, cooperantibus omnibus prelatis suis,
ordinatus est in presbiterum — diaconus enim erat — a Gurcensi[d] episcopo Heinrico[37] apud 37
Loufen 4. Idus Iunii. Eodem quoque anno in proximo videlicet autumno in ebdomada qua- Iun. 10
tuor temporum, consecratus est in episcopum sollemniter, et[e] hoc in sede sua Pataviae,
ex permissu Alexandri papae ab episcopo Frisingensi Adalberto et episcopo Ratisponensi
Chuonone, episcopo quoque Brixinensi[f], cum consensu et concessione archiepiscopi Salz-
burgensis, 9. Kal.[g] Octobris. Sept. 23.

a) *deest* 1. b) *deest* 3. c) Pertoldi 3. d) a Romano G. ep. H. 1. Romano *quod* 4 *omisit, in* 3 *eodem loco scriptum est, sed rubro mutatum in* Heinrico. e) et — sua *desunt* 3. f) Pris. 3. g) VIII. Kal 4.

34) Ottonem palatinum Bawariae ni fallor. 35) ed. in B. Pezii Thes. VI, 1, 563. 36) potius sexagesimae, vel dominica Exurge, ut habet Cont. Claustroneob. SS. IX, 630. et epistola cleri Salisb. apud Sudendorf Registr. I, 75. 37) Heinrico d. 3. Oct. a. 1174. mortuo, Romanus electus est, cuius nomen quum in codicibus per errorem scriptum fuerit, aliquanto post haec conscripta esse apparet.

Cod. 4.

Continuatio Claustr. III. Anno 1173.[a] imperator curiam in nativitate Domini Auguste celebravit. Rex Boemie senio confectus filium suum Fridericum sine imperatoris consensu sibi substituit, unde commotus cesar nomine regis ablato terre Zobzlaum quendam prefecit[b].

Cod. 3.

Anno 1173. Frater[c] Dittericus cellerarius obiit 8. Idus Iulii. Huius industria et labore predium Munstuore aecclesiae Richerspergensi accessit.

Mai. 26. Anno 1174. inperator celebravit curiam in civitate Ratispone 7. Kal. Iunii tam celeberrimam[d], quod nulla memoria est unquam talem habitam in partibus Bawariae. Omnes enim fere principes ex regno Teutonico ibi aderant cum magna ambitione. Omnes quoque suffraganei episcopi ex episcopatu Salzburgensi, uno Frisingensi[e] excepto, et omnes pene eiusdem Salzburgensis aecclesiae prelati simul cum ministerialibus precipuis iussu inperatoris convocati illuc[f] convenerant, tractaturi de ordinatione archiepiscopatus Salzburgensis, et diffinitionem accepturi sentenciae ex iudicio curiae[g]. Et haec erat tertia curia pro hac causa determinanda in partibus Bawariae ab inperatore indicta et sollempniter habita. Archiepiscopus etiam Salzburgensis[h] cum avunculo suo duce Austriae Heinrico veniens constanter[i] affuit. Ipse autem archiepiscopus iam nusquam certam mansionem habebat, 38 quia pater eius rex Boemiae, cum quo antea morabatur, iam priori anno[38] mortuus erat, et inperator regnum ipsum Boemicum vi obtinens, pro velle suo illud disposuerat, et ideo tutum non erat episcopo illic manere. In episcopatu etiam suo manere non poterat, quia de primoribus multi, qui videbantur columnae ecclesiae esse, ira adversum eum concitati, contra eum sentire coeperant[k] in tantum ut et[l] in depositionem eius intendentes, criminalia et peremptoria quaedam falso ei obicerent, et Romam ad apostolicum adversus eum per nuncios suos clam mitterent[m]. Apostolicus autem vera edoctus per litteras fere omnium prelatorum totius episcopatus Salzburgensis et episcopatus Pataviensis, bonum testimonium patri[n] suo dantium et iniuriam contra eum factam conquerentium, ipse domnus papa perfidos illos et rebelles ab intentione sua dehortatus[o], scriptis et preceptis apostolicis ad obedientiam et subiectionem memorati episcopi eos revocabat. Sed ut ad incepta redeamus, inperator collecta curia, ut[p] ex toto et manifeste scismaticos faceret illos, qui iam ex multo tempore contra archiepiscopum nitebantur, omnes suffraganeos eiusdem archiepiscopi qui aderant ad hoc deduxit, ut in sententiam Brixinensis electi magistri Richeri consentirent, qui[q] electus ad interrogationem inperatoris presente curia sententiam depositionis in archiepiscopum[r] nimis proterve dederat. Ipse enim electus contra archiepiscopum inflammatus erat propter hoc, quod archiepiscopus suffraganeos suos ab eius ordinatione retrahere nitebatur, quia sine eius licentia et sine[s] permissione eius[s] utpote 39 metropolitani attemptata, in[t] eadem curia peracta est[39], sed utrum canonice et catholice, ipsi viderint. Prefatae igitur sententiae electi[u] quia etiam[v] principes regni pro gratia inperatoris consentire cogebantur, excepto uno principe duce Austriae Heinrico[w], statim omnis illa congregatio Salzburgensis quae aderat simul cum ministerialibus, omnes quendam[x] Heinricum prepositum tunc Perhthersgadmensem[y] cum favore principum et inperatoris electum collaudant, conclamant et inthronizant, nihil reluctante illo[z]. Inperator etiam sine mora iusticiam suam ei recognovit et ecclesiae Salzburgensi, toto episcopatu cum omnibus regalibus per sceptrum ei concessis valde sollempniter coram omni illa curia et principibus, qui et[*] omnes a primo duce Bawariae et Saxoniae incipientes, beneficia sua ab eo cum multa reverentia et honore requirentes et hominia[a] facientes coram inperatore acceperunt. Ex prelatis autem et personis ecclesiasticis qui aderant, paucissimi[b] huic insaniae se subtraxerunt, nec electioni illius interfuerunt, nec ad eum postea unquam accesserunt; quibus[c] tamen electio eius facile persuaderi potuisset, si meliori tempore et si vacante sede illa facta fuisset. Multum enim religiosus apparebat et valde

a) *hic annus vacat* 1. b) fecit *c*. c) *haec manu alia saec. XII. ex. scripta sunt.* d) Iun. generalem et tam celebrem 3. e) Adalberto *addit* 3. episcopo *add*. 4. f) illic 1. g) et principum *add*. 3. h) Adalbertus 3 i) v. ibi affuit. Inperator itaque totam curiam ad hoc deduxit, ut omnes in sent. 3. k) inceperant 4. l) etiam 4. m) destinarent 4. n) pastori 4. o) dehortatoriis 4. p) *deest* 4. q) qui videlicet el. 3. r) a. Adalbertum dederat 3. s) *deest* t) et in e. c. a suffraganeis suis p. 3. u) el. predicti 3. v) et 1. w) videlicet Heinr. 3. x) domnum 3. y) Perthesgadinensem 1. Perthersgadin. 4. z) illo rel. aut parum 3. *) etiam 3. a) homegia 4. b) viri p. quibus altior mens et sanctius propositum consiliumque sanius inerat, huic insaniae inauditae se s. 3. c) quibus — suam *desunt* 3.

38) hoc anno 1174. d. 18. Ianuarii. 39) Heinricum Gurcensem nominat conventus S. Petri in epistola apud Sudendorf Registr. II, 153, et ipse Alexander III. in epistola infra edita.

acceptus semper erat omnibus tam ecclesiasticis quam secularibus viris propter prudentiam et eloquentiam, quibus ornatus erat, et maxime propter in ecclesiasticis disciplinis a puero conversationem suam. His ita peractis et curia finita, inperator in expeditione[a] cum multo[b] excercitu versus Longobardiam profectus est, ecclesiae Salzburgensi parum honoris et consolationis preter[c] hanc dualitatem et hoc genus scandali et scissionis relinquens. Archiepiscopus autem Adalbertus cum prelatis suis, quibus[d] altior mens et sanctius propositum consiliumque sanius inerat, quorum magna multitudo adhuc cum eo stabat, coram domno[e] apostolico sine dilatione querelam suam et de hac iniuria[f] deposuit per fidelem nuncium, videlicet Erchenpoldum capellanum suum, canonicum autem Richerspergensis ecclesiae, qui iam tertia vice legationem et litteras eius fideliter, sed cum magno labore et periculo vitae suae[g], ad apostolicum deportaverat de eodem negotio eademque causa. Tunc domnus apostolicus misit litteras per eundem nuncium ipsi archiepiscopo et domno Chuonrado Mogontino archiepiscopo, qui legatione apostolica in partibus Bawariae[h] fungebatur[40], et preposito[41] et choro Salzburgensi, quarum omnium textus infra habetur[i].

*Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Adalberto*[k] *Salzburgensis ecclesiae archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Audito et intellecto illo enormi facto, quod est adversum te non sine offensa Dei et derogatione nostra nequiter attemptatum, mirati sumus admodum et commoti, utpote qui personam tuam pro fenore devotionis tuae sincera in Domino caritate diligimus, et pacem et quietem tuam desideramus sicut nostram specialem et propriam, et turbationem*[l] *quae tibi et ecclesiae tuae imminet, non reputamus aliquatenus alienam. Inde utique*[m] *fuit, quod nos factum ipsum utpote divinae et humanae legi contrarium, apostolica auctoritate cassantes, viris illis qui tantae fuerunt presumptionis auctores, scripta nostra direximus, eosque a tam iniquo proposito pastorali sollicitudine*[n] *revocantes, super hoc venerabili fratri nostro Chunrado*[o] *Mogontino archiepiscopo, apostolicae sedis legato, scripsimus sicut ex rescriptis*[p] *litterarum nostrarum tibi plenius innotescet*[q]*. Tu itaque in Domino conforteris et viriliter agas, in eo ponens spem qui te poterit a pressuris et angustiis liberare, et post tantam turbationem pacem tibi dabit per suam gratiam et quietem. Ut autem omnipotentem Dominum magis propicium habere valeas et placatum, ei*[r] *tota devotione studeas subesse, et his ferventer intendere quae sibi placita sunt et accepta, et ad recuperandum patrimonium ecclesiae et ad conservandam ecclesiam ipsam in fide et unitate catholica, ut vir prudens, providus et discretus, toto studio attendas. Nos igitur firmum propositum et promptam tibi gerimus voluntatem, personam tuam sicut carissimi fratris abundantiore caritate diligere, et in persecutionibus et angustiis tuis*[s] *omne quod cum Deo possumus consilium et auxilium exhibere. Data Anagniae 6. Idus Septembris.*

*Chunrado*[t] *Mogontino archiepiscopo et*[u] *apostolicae sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Quanto fidem et devotionem tuam circa nos et Romanam ecclesiam esse novimus puriorem, et prudentiam et sollicitudinem tuam in*[v] *omnibus magis experti sumus, tanto securius tibi committimus exequenda, quae virum providum et constantem requirunt, et cum multa circumspectione executioni debent mandari. Sane locorum vicinitas, nobilitas et prudentia tua, non te sinunt aliquatenus ignorare factum illud enorme, quod nuper contra venerabilem fratrem nostrum Adalbertum*[w] *Salzburgensem archiepiscopum non sine multa cordis amaritudine intelleximus attemptatum fuisse a viris illis, de quorum fide non videbamur in aliquo dubitare. Audivimus siquidem quod cum venerabilis frater noster Gurcensis episcopus Ratisponae electo Brixinensi munus consecrationis contra interdictum prefati archiepiscopi, quod sibi non licuit, impendisset, idem Brixinensis cum predicto Gurcensi contra eundem archiepiscopum convenire presumpsit, et proxime post consecrationem suam sequenti die in ipsum archiepiscopum depositionis sententiam promulgavit, et in ecclesiam Salzburgensem ad electionem Berthersgadmensem*[x] *prepositum, virum utique qui quondam religiosus habitus est et catholicus, ausu temerario intrusit, et clerum ab obedientia et laicos a fidelitate ipsius archiepiscopi absolvere non dubitavit. Miramur itaque nec mirari sufficimus de predicto Gurcensi et Brixinensi, quorum alter,*

a) expeditionem 3. b) *deest* 3. c) propter 4. d) quibus — inerat *desunt* 3. e) *deest* 4. f) sicut et antea sepe fecerat *add.* 3. g) *deest* 1. h) B. tunc fungebatur, pr. quoque et 3. i) continetur 3. k) A. 3. 4. l) propriam perturb. 4. m) itaque 1. n) sollicitudine — fratri *desunt* 4. o) C. 3. 4. p) scriptis 4. q) innotescat 4. r) et t. d. st. ei s. 3. s) suis 1. t) Item Chuonr. 3. C. 4. u) et a. s. l. *desunt* 3. v) in o. *desunt* 3. w) A. 3. 4. x) Berthesgaden. 1. Berthēg. 4.

40) Hoc post a. 1177. scriptum esse apparet. 41) Sibotoni, a. 1167—1183.

*Gurcensis videlicet, ab initio promotionis suae et ante, ut credimus, ferventem circa nos et Romanam ecclesiam scriptis et nunciis devotionem ostendit, et de altero, scilicet Brixinensi, qui dum simul in[a] scolasticis disciplinis essemus, precipua quadam familiaritate nobis tenebatur adstrictus, et multae religionis et honestatis esse probatur[b] et se catholicum profitetur, quomodo in tam novum, enorme[c] et inauditum facinus proruperunt[d], cum non potuerunt nec debuerunt[e] in quemlibet episcopum, nedum in prefatum archiepiscopum cui debent obedientiam et reverentiam, sine mandato Romani pontificis depositionis sententiam promulgare; maxime quia idem archiepiscopus sicut nosti, utpote canonice electus a nobis confirmatus est, et de manu tua pallium, id est plenitudinem officii pontificalis, accepit. Licet autem predicti Gurcensis et Brixinensis asserant, prefatum prepositum sub obedientia et devotione nostra in prescripta[f] ecclesia positum esse, non videmus tamen nec videri potest ab aliquo, quomodo possit vel debeat esse, ut qui de mandato et auctoritate nostra in ipsa ecclesia archiepiscopus fuerit[g] institutus, nobis ignorantibus amoveatur ab eadem[h] ecclesia, et alius favore terreni principis sibi superponatur. Quoniam igitur, cum eadem ecclesia nullo unquam tempore labe fuerit scismaticae pravitatis infecta, providendum nobis est et omnibus eandem ecclesiam diligentibus, ne de nova alicuius spurcitia contagionis respergatur[i], prudentiam tuam, de qua omnimodam spem et fiduciam gerimus, ad eius enormitatis correctionem sollicitandam duximus et propensius commonendam. Inde est quod tam enorme facinus cassantes, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus et precipimus, quod factum ipsum publice denuncies irritum et inane, et omni gratia et favore humano postposito, memoratum Gurcensem et Brixinensem et prepositum Salzburgensem, qui hoc attemptaverunt, a tam stulto proposito satagas quantocius revocare, indicto eis termino nec nimis longo nec nimis arcto, infra quem[k] idem intrusus ad ecclesiam suam Deo militaturus de cetero redeat, et ad obedientiam et devotionem memorati archiepiscopi revertatur, et eidem intruso inter cetera proponas, ne ambitionem dignitatis et honoris religioni et honestati velit preferre, sed in simplicitate cordis sui Deo famuletur, et tam clero quam populo ad[l] suam ecclesiam pertinenti nostra auctoritate precipias, ut prefato archiepiscopo sicut magistro et prelato omnimodam exhibeant obedientiam et honorem. Qualiter autem in facto profeceris, per tuas nobis litteras plene studeas intimare. Data Anagniae* 6. *Idus Septembris.*

*Sibotoni[m] preposito et choro Salzburgensis ecclesiae salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus non sine multo cordis dolore et amaritudine, quomodo a te, preposite, enorme factum in venerabilem fratrem nostrum A.[n] archiepiscopum vestrum fuerit attemptatum, cui sicut magistro et prelato vestro tenemini obedientiam et reverentiam exhibere. Illa siquidem[o] preclara fama laudis et nominis, quam eadem ecclesia de conservatione catholicae unitatis ubique sibi apud Deum et homines comparavit, vos a tam inhonesto proposito debuit potissimum revocare. Sane decuit vos sollicite ac diligenter attendere et meditatione sedula cogitare, in quo statu vir sanctae recordationis Eberhardus quondam archiepiscopus vester, et bonae memoriae Chuonradus successor eius, necnon et predecessores eorum eandem rexerunt ecclesiam, ut ab eorum via non possetis quomodolibet declinare, sed ipsorum vestigiis studeretis omnimodis inhaerere. Non videmus utique nec potest videri ab aliquo, quod electio, confirmatio vel palliatio predicti archiepiscopi, presertim sine auctoritate Romani pontificis, cassari debuerit et alius superponi, cum idem archiepiscopus sicut nostis a nobis fuerit confirmatus, et pallium, id est plenitudinem officii pontificalis, receperit, et de exhibenda sibi obedientia ad vos et ad alios suae iuridicionis nostrum emanaverit saepe mandatum. Super quo siquidem tanto miramur amplius[p] et movemur, quanto nos ecclesiam vestram pro fenore devotionis vestrae ampliori caritate diligimus, et maiori mestitia afficimur et dolore, si quid fiat aliquando quod ad diminutionem vestrae laudis et nominis vel ad derogationem honestatis videatur quomodolibet redundare. Licet autem in facto ipso devotionem nostram sicut audivimus, et obedientiam pretendatis, non videmus tamen nec videri potest ab aliquo, quomodo salva obedientia nostra et honestate hoc potuerit fieri. Quoniam igitur factum ipsum, cum omnino sit divinae et humanae legi contrarium, non debemus nec possumus sustinere, nos id sicut cassandum est et ipso[q] iure cassatum, apostolica*

a) in *et* essemus *desunt* 1. 4; *in* 3. *supra lineam suppleta.* b) probabatur et qui se c. nunc p. 3. c) n. et inaud. et en. f. 3. d) proruperint, cum non dubitaverunt in archiepiscopum depositionis sentenciam promulgare, cum non potuerunt hoc in quemlibet — pontificis, maxime 3. *emendatione ut mihi quidem videtur infelici.* e) *ita emendandum putavi;* dubitaverunt *codd.* f) scripta 4. prefata 3. g) fuerat 4. h) ipsa *superscr.* eadem 3. i) resp. ideoque pr. 3. k) intra quod tempus 1. infra quod id. 4. l) ad — auctoritate *desunt* 3. m) Item. Dilectis filiis S. prep. 3. *Reliqua huius anni desunt* 4. n) *deest* 1. o) autem 3. p) propensius 3. q) est ipsoque 3.

*auctoritate cassantes, universitati vestrae mandamus et in virtute obedientiae precipimus, quatenus ad vos ipsos quantocius redeuntes, quid famae vestrae expediat et saluti sollicite cogitetis, et ab huiusmodi inhonesto proposito sine dilatione qualibet redeuntes, ad obedientiam et devotionem memorati archiepiscopi revertamini, eique sicut magistro et prelato vestro devoti sitis atque subiecti, et tales in hoc et in aliis vos exhibere curetis, quod opera vestra aliis prebeant exempla virtutum. Si vero secus quod non arbitramur feceritis, quanto ferventius vos et ecclesiam vestram diligimus, tanto acrius a tam illicito facto curabimus auctore Domino revocare, quia non videremur vos sincere diligere, si famae et honestati vestrae paterno non consuleremus affectu. Data Anagniae 6. Idus Septembris.*

His litteris ab apostolico acceptis, nuncius archiepiscopi supra memoratus, videlicet Erchenpoldus[a] diaconus, canonicus Richerspergensis ecclesiae, revertebatur, sed in via qua revertebatur, morte preventus obiit 4. Idus Octobris. Litterae autem apostolicae archiepiscopo fideliter allatae sunt per eos quibus eas[b] ipse moriens commendaverat, per[c] patriarcham videlicet Aquilegiensem[42]. 42

*Codd.* 1. 3.

Anno 1175. felicis memoriae domnus Arno prepositus Richerspergensis ecclesiae obiit 3. Kal. Februarii[43]. In cuius locum substitutus est unus ex fratribus senioribus loci[d] nomine Philippus. Eodem quoque[e] anno obiit piae memoriae domnus Gebehardus[f] 17. Kal. Nov. ex comite subdiaconus et canonicus Richerspergensis ecclesiae[44].

*Cod.* 4.

Anno 1175. Albertus collecta militari manu Salzpurch in nativitate Domini . . . . .[g] sed nullo confecto negocio in Karinthiam rediit. Heinricus autem electus adiutorio palatinorum subsecutus eum e vestigio est usque ad montes, et dominicalia episcopatus ab utrisque dissipata sunt. Dux Austrie et dux Karinthie necnon et marchio Stirensis predas et incendia invicem exagitant, inter que ecclesia sancti Viti cum trecentis hominibus conbusta est. Cont. Adm.

Anno 1176. dux Boemorum[h] intravit partes Orientis in mense Augusto cum exercitu 1176. Aug. multo Boemorum, Ungarorum, Polanorum[i], Ruzenorum[k], usque ad 60 ferme milia. Et cum dux Orientis[l] Heinricus non sufficeret ad resistendum illi, totas partes Orientis usque ad Danubium rapinis et incendiis crudelissime devastarunt[m] nullo resistente.

Interea dum haec in partibus Austriae agerentur[n], archiepiscopus Salzburgensis[o] Aug. 1. vocatus a legato domni papae, Ungariam intravit[p] in Kalendis Augusti cum prelatis quam plurimis ex episcopatu Salzburgensi et episcopatu Pataviensi. Audita itaque causa archiepiscopi, legatus predictus partem domni archiepiscopi auctoritate domni papae et sua approbavit, partem vero adversariorum eius reprobavit atque dampnavit, et[q] scripsit omnibus suffraganeis memorati archiepiscopi, ad obedientiam et reverentiam eius eos ex parte domni papae fideliter provocans. Domno quoque papae pro eo scripsit, et preposito ac choro Salzburgensi, totamque actionem inter eum et adversarios eius diligenter comprehendit in[r] hunc modum:

*Beatissimo patri et domno[s] Alexandro Dei gratia summo et venerabili universali pontifici, Gualterius eadem gratia Albanensis episcopus licet indignus, salutem et debitam in omnibus obedientiam. Cum nos in Ungariam, pater sanctissime, delegaretis[t], sollicitudini nostrae causam Salzburgensis ecclesiae etiam[u] viva voce primum et postea litteris committere voluistis, ut ad ecclesiam ipsam, si certum et securum conductum habere possemus, accedentes convocatis partibus eandem causam audire et fine studeremus canonico terminare. Nos igitur mandatum vestrum adimplere desiderantes, per nuncios utriusque partis in Ungaria requisiti, omnibus qui nos conducere promittebant, scripsimus quod circa festum beati Iohannis baptistae proxime* Iun. 24. *preteritum in fine regni nobis occurrerent, securitatem indubitatam nobis prestare parati; et sic expeditis ex maiori parte negotiis Ungarici regni, ad castrum Geurinum[v.45] quod est prope* 45 *confinium ivimus, ubi litteras domni Chunradi Mogontini[w] archiepiscopi et marchionis Stirensis recepimus, securitatem et conductum verbis tantum, non alia nobis certitudine promittentium; asseverantium etiam quod maximus honor esset apostolicae sedi, si in presentia imperatoris*

a) Erchenboldus 1. b) *deest* 1. c) *deest* 3. d) s. eiusdem congregationis Phil. 3. e) *deest* 3. f) Gebhardus 3. g) *verbum omissum est in codice.* h) Zobeslaus *add.* 4. i) Polon. 1. 4. k) Ruthen. 1. l) Austrię Henr. 3. m) vastaverunt 3. *ubi* n. r. *desunt.* n) geruntur 4. o) Salzb. A. voc. 3. p) venit 3. Ungariam III. Kal. 4. q) Scripsit etiam idem legatus suffr. 3. r) c. ut in sequentibus patet 3. s) *ita hoc loco expresse ed. Gewoldi; rell. et hic et ubique* dño. t) delegastis 3. u) et iam 1. v) Guerinum 1. 4. w) Magunt. 3.

42) Udalricum. 43) notatus ad hunc diem in Necrologiis Claustroneob. et Salisburgensibus S. Rudberti et S. Petri. 44) *Gebehardus ex comite conversus,* in Necrologio Admuntensi. 45) Tenton. Raab.

*causam ipsam iudicaremus. Receptis autem his et aliis litteris, ex quarum tenore percepimus quod non erat nobis tutum Teutonicum regnum intrare, presertim cum predictus marchio qui nos conducere pollicebatur, puer sit annorum tredecim, habito consilio cum illustri rege Ungarorum*[46] *et prelatis ecclesiarum eiusdem regni, Teutonicorum verbis non credidimus nec manibus eorum nos exposuimus, sed mandatum vestrum imperfectum relinquere non volentes, impetrata a predicto rege omnibus pro eadem causa nostram presentiam adeuntibus omnimoda securitate, tam venerabili fratri nostro A.*[a] *Salzburgensi archiepiscopo, quam preposito Bertherscadmensi*[b] *qui per potentiam imperatoris eidem archiepiscopo superpositus est, et canonicis ac ministerialibus Salzburgensis ecclesiae ex parte vestra*[c] *mandavimus semel et iterum, ut cum testibus et aliis allegationibus suis Geurinum*[d] *ad presentiam nostram pro iam dicta causa diffinienda venirent. Archiepiscopo igitur tamquam obedientiae filio in multo timore et periculo propter inimicos ecclesiae, qui ei paraverant insidias, cum magna multitudine venerabilium personarum, prepositorum videlicet et abbatum, ad nos veniente, predicti superimpositus et alii eius adversarii nec venerunt nec aliquem responsalem pro se miserunt, et quare venire vel mittere nollent, nobis nullatenus significaverunt. Cum autem predictus archiepiscopus ad omne mandatum nostrum*[e] *immo vestrum se libenter exponeret, et his quae sibi ab adversariis suis coram maiestate vestra imposita fuerunt, se expurgare*[f] *vellet, quoniam adversarii eius presentes non erant, purgationem ipsius non recepimus, quin potius fecimus eum diutius exspectare, adversarios ipsos longo tempore prestolantes Sed cum non venissent, prout dictum est, nec misissent, habito maturo consilio pro contumacia et rebellione sua et devotione predicti archiepiscopi, qui persecutiones innumeras pro fide catholica et fidelitate vestra et ecclesiae Romanae per imperatorem et satellites suos patitur, iam dictum superimpositum et canonicos qui archiepiscopo sunt adversarii, tanquam contumaces ab omni officio et beneficio ecclesiastico auctoritate vestra suspendimus, quousque de clementia vestra officium et beneficium ipsis restituatur. Supplicamus itaque paternitati vestrae, quatenus constantiam devotionis et fidelitatis eiusdem archiepiscopi paterna benignitate recogitantes, eum in tantis tribulationibus quas pro vobis et*[g] *veritate catholica sustinet, consolari dignemini, et adversariis eius sibi detrahentibus aures pietatis vestrae de cetero non curetis si placet accommodare. Tot enim et tam religiosae personae cum eo ad nostram presentiam convenerunt, quod si vos qui plenitudinem potestatis habetis, eas in presentia vestra sicut in nostra fuerunt, pro purganda innocentia ipsius archiepiscopi iurare paratas videretis, absque dubio partem adversam gravissime puniretis. Nomina*[h] *prelatorum qui cum ipso archiepiscopo venerunt haec sunt: Werenherus Niwenburgensis prepositus, Philippus Richerspergensis prepositus, Megengozus Boumburgensis prepositus et archidiaconus de choro Salzburgensi, Ruodolfus Chimensis prepositus et archidiaconus de choro Salzburgensi, Werenherus prepositus Sekkowensis de choro Salzburgensi, Liupoldus prepositus Forauwensis de choro Salzburgensi, Albero canonicus Salzburgensis, Gundachir custos maioris aecclesiae et archidiaconus Salzburgensis, Adalhardus prepositus de Halle, Pertoldus prepositus de Sancto Iohanne, Heinricus abbas de Sancta Cruce, Ruodegerus abbas de Zuetil, Gero abbas de Reitinhasle, Iohannes abbas de Kotewich, Werenherus de Sancto Lamberto, Chuonradus abbas de Garstin, Heinricus abbas de Elsenbach, Albero prior monasterii sancti Georii, Poppo archidiaconus de Niwenchirchen, Gerlochus archidiaconus Frisacensis, et alii quam plures religiosi et honesti viri, magister Petrus, Ortlieb, Reginwardus, Iohannes. Preterea domnus Aquilegiensis*[47] *et episcopus Gurcensis*[48] *atque abbas Admuntensis*[49] *pro iam dicto archiepiscopo nobis scripserunt, et prepositus maioris ecclesiae Salzburgensis*[50] *et abbas de Sancto Petro*[51] *pro se testes idoneos ad nos destinaverunt. Preterea nobiscum in his omnibus fuerunt domnus Andreas Colocensis episcopus et Miculinus Geurinensis*[i] *electus, Gregorius prepositus Albanensis*[52] *et R. abbas Sancti Martini de Pannonia.*

*Gwalterius*[k] *Dei gratia Albanensis episcopus et apostolicae sedis legatus, dilectis filiis, preposito et choro Salzburgensis aecclesiae, abbatibus quoque et prepositis et aliis aecclesiarum prelatis et universo clero et populo, salutem et benedictionem. Ad noticiam vestram pervenisse iam credimus, qualiter cum domnus papa nos in Ungariam delegavit, causam etiam Salzburgensis aecclesiae et legationem per totam provinciam ipsam viva voce primum et postea*

a) *deest* 1. 4. b) Berthesgadensi 1. 4. c) nostra *codd.* d) Guer. 1. e) n. i. *desunt* 1. 4. f) purgare 3. g) et pro 4. h) Nomina — Reginwardus, Iohannes. *desunt* 1. 4. i) Guerin. 1. k) *haec epistola in solo 3. legitur.*

46) Bela III. 47) Udalricus a. 1161—1182. 48) Romanus II. a. 1174—1179. 49) Irmbertus, qui hoc anno 7. Kal. Ian. obiit. 50) Siboto. 51) Heinricus a. 1147—1188. 52) scil. Albae regiae, Stuhlweissenburg, ut existimo.

*litteris suis nobis voluit committere, ut causam ipsam audiremus et fine canonico terminaremus. Verum quia certum et securum conductum ad partes illas accedendi non potuimus habere, nolentes tamen mandatum apostolicum inperfectum relinquere, tam venerabili fratri nostro A. Salzburgensi archiepiscopo, quam preposito Perthersgadmensi eius adversario, et canonicis ac ministerialibus Salzburgensis aecclesiae, ex parte domni papae semel et iterum mandavimus, ut cum testibus et aliis allegationibus suis Geurinum ad presenciam nostram pro iam dicta causa diffinienda venirent, inpetrata ab illustri Ungarorum rege omnibus pro hac causa nostram presenciam adeuntibus omnimoda securitate. Archiepiscopo autem tamquam obedientiae filio in magno timore et periculo cum magna multitudine venerabilium personarum, prepositorum videlicet et abbatum, ad nos veniente, predicti prepositus et alii eius adversarii nec venerunt nec pro se aliquem responsalem miserunt, et quare venire vel mittere nollent nobis nullatenus significaverunt. Cum autem predictus archiepiscopus ad omne mandatum nostrum se libenter exponeret, et de his quae sibi ab adversariis suis coram domno papa inposita fuerunt, cum multis religiosis personis se purgare vellet, quoniam adversarii eius presentes non erant, purgationem ipsius non recepimus, quin potius prefatis adversariis suis longo tempore exspectatis, non venientibus prout dictum est nec mittentibus, habito maturo consilio, pro contumacia et rebellione iam dictum prepositum et canonicos et omnes qui contrarii sunt archiepiscopo, tamquam contumaces ab omni officio et beneficio aecclesiastico apostolica auctoritate suspendimus, quousque de clemencia summi pontificis utrumque eis restituatur. Ceterum quoniam predicto archiepiscopo sicut patri et domino vestro et viro chatholico vos qui sibi subesse noscimini, in tribulationibus quas pro fide catholica patitur subfragari debetis, fraternitatem vestram in domino Iesu Christo monemus, mandamus, et ex parte domni papae in virtute obedientiae precipimus, ut eidem archiepiscopo sicut domino et magistro vestro reverentiam et honorem debitum inpendatis, et eius monitis et preceptis in omnibus quibus archiepiscopo vestro obedire tenemini, devote et humiliter parere curetis, scientes quod si ei in iustis mandatis suis rebelles extiteritis, sententiam quam ipse propter hoc in vos canonice tulerit, nos ratam habebimus et domnus papa faciet eam auctore Domino inviolabiliter observari.*

Anno 1177. post multas tribulationes multaque gravamina, quae peccatis exigentibus perpessa est ecclesia in illa nota dualitate per annos fere viginti duos, tandem repropitiato Domino, quia non in aeternum obliviscetur misereri, facta est[a] concordia inter domnum papam[b] et domnum inperatorem, mediantibus quibusdam magnis regni principibus. Tunc ex utraque parte, domni videlicet papae sinodus episcoporum et domni[c] inperatoris curia principum collaudata et indicta est. Qua per aliquot tempus exspectata, tandem apud Venetiam congregata est 9. Kal.[d] Aug. presentibus domno papa et domno inperatore, qui Iul. 24. et ibidem pacificati sunt[e], et pax inter eos firmata est. Domnus quoque Adalbertus Salzburgensis archiepiscopus vocatus per litteras apostolicas venit illuc, eiusque[f] supplicatio ad domnum papam et per se ipsum et per internuncios, per scripta quoque facta fuit in hunc modum:

*Vestrae paternitatis litteris visis et sepe ad nos transmissis, in quibus nobis et omnibus subiectis nostris magnam consolationem prestitistis, et ut fortes et constantes in devotione et fide aecclesiae consisteremus, clementi paternitate monuistis, nunc reddita pace aecclesiae magnam quietem putavimus a vobis accipere. Unde receptis litteris vestris, in quibus vocastis nos, responsuros canonicis Salzburgensis aecclesiae super quibusdam, quae illis ignorantibus quidam non bene vobis suggesserant, magnam moram in curia vestra iam fecimus, exspectantes iustum iudicium per os vestrum. Petimus ergo a sanctitate vestra, ut iusticiam cum misericordia misceatis, et gratum temperamentum ex utroque faciatis. Imitamini vestigia Salvatoris cuius vice fungimini in terra, qui noluit condempnare mulierem assistentem in conspectu suo, quod non esset qui accusaret, dicens: „Mulier ubi sunt qui te accusabant? nemo te condempnavit?“* Io. 8, 10. *At illa: „Nemo, domine“, et dominus Iesus: „Nec ego te condempnabo; vade et amplius noli peccare.“ Cum ergo nullus sit qui me accuset, supplico paternitati vestrae, ut me non condempnetis, sed audientiam michi secundum quod ius dictat et canones exposcunt, et copiam advocatorum, si aliquis adversum me aliquid dicere voluerit prebeatis. Sed vos e contra fortasse michi obicietis: „Frater, cum ista omnia tibi obiecta sint, de violentia tuae electionis facta, de falsatione sigilli, et de consecratione tua facta non exspectatis confirmationis nostrae litteris, et a non*

a) est hoc anno 3. b) dnm p. Alexandrum 3. c) *deest* 1. 4. d) VIII. Kal. 4. e) *deest* 1. 3 f) eiusque — flexus est d. apostolicus *desunt* 1. 4.

*palliato consecratus es, quedam dilapidatione aecclesiae*[a]*, quaedam istorum confessus es in iuditio, scilicet quod a non palliato consecratus es, et de falsatione sigilli, et non receptis litteris tuae confirmationis consecratus es, et confessus pro convicto haberi debet, nec in manifestis iudiciarius ordo servandus est"; et nos sic obiectis respondemus: Domine, et si ista confessi essemus, quod quidem simpliciter non asserimus, illa confessio non fuit facta in iuditio nec aliquod preiuditium michi generaret, nec aliquod illorum fuit crimen etiam si in iuditio confessi fuissemus, propter quod depositionem mereremur. Adicimus etiam quod et si fecerimus fieri sigillum, non fuit mutatum sed de novo factum, et hoc propter necessitatem, tum propter difficultatem itineris et longitudinem temporis transeundi ad Salzburgense capitulum, et hoc totum* 53 *factum est consilio domni Halberstatensis episcopi*[53]*, et a decano maioris aecclesiae et ab aliis sapientioribus et religiosis viris qui erant nobiscum tunc temporis. Illud vero quod obicitis, quod a non palliato consecratus sim*[54]*, non facit contra nos, cum etiam a non palliato episcopo, nedum a patriarcha consecretur archiepiscopus, et rata est consecratio nec ideo infirmanda. Confessio etiam illa qua ego confessus sum, quod nondum receptis litteris meae confirmationis consecratus sim, nullum preiuditium infert michi; etsi enim nondum receptis litteris consecratus sim, tamen antequam susceperim consecrationem, electionem meam confirmaveratis, cum statim post octo dies nuncium receperim cum litteris vestris. Adicimus etiam quod consecrationem suscepimus tam festinanter propter devotionem Romanae aecclesiae. et ut fidem quam ei promiseramus servare possemus, et propter necessitatem quatuor temporum quae instabant. Cum enim domnus inperator tunc temporis totam curiam suam vocasset tam clericorum quam*[b] *laicorum principum terrae, volentes habere occasionem non eundi, cupientes etiam alligari vobis fidelitate, ut honestam occasionem haberemus non consentiendi sibi in scismate, instantibus quatuor temporibus quadragesimae, de consilio domni Halberstatensis et omnium fere maiorum nostrorum clericorum ad consecrationem accessimus. Dicimus etiam quod etsi ante consecrationem a vobis non essemus confirmati, non multum nobis noceret, tum quia in terra nostra talia consueverunt fieri, sicuti in multis exemplum habere poteritis, ut in Treverensi, in Coloniensi, et in multis aliis, tum etiam quia si istud et alia quae dicitis nos fore confessos obsint nobis, non tamen ob hoc meremur deponi, cum domnus Chuonradus Moguntinus, tunc apostolicae sedis legatus, auctoritate vestra, attendens omnia ista et alia esse frivola et vana, dando michi pallium ex parte vestra nobis indulserit, et hoc solum, pater sanctissime, credimus sufficere sine aliis argumentis et rationibus ad opilanda ora omnium inimicorum nostrorum, ut*[c] *nichil possit nocere nobis aliquid eorum, quae a vobis nobis proposita sunt. Ecce, domine, sic respondemus illis quae dicitis nos esse confessos, et si de iure non cogamur. Aliis vero falso vobis suggestis si aliquis voluerit onus accusationis suscipere, sic respondere parati sumus. Dicimus enim quod numquam violenta et extorta fuerit electio nostra, sed unanimiter et concorditer ab omnibus facta. Cum enim prima die convenissent et secunda die omnes concordes fuissent, celebrata missa sancti Spiritus electionem pronunciaverunt, et me de claustro meo nescientibus parentibus meis vocaverunt, et vocatus ferventer cum omnibus fratribus meis, usque ad sanguinis effusionem non adquiescens sanguini meo, nolens imitari propinquos meos in scismate, suscipiens crucem Domini in pectore, nudus vos secutus sum et aecclesiam Dei, propter quod haec omnia pacior. Quod autem sic electus sim, paratus sum probare loco et tempore cum expedierit. Non debemus, pater sancte, taliter a vobis gravari nullo accusante, quia non consueverunt Romanae aecclesiae talia esse dona et tales retributiones. Pace namque a Deo vobis reddita, putavimus habere nos pacem, sed ecce turbatio. Aliis vero quae superius proposita sunt, si aliqui de fratribus nostris de quibus nobis scripsistis, nobis ea obiecerint, sufficienter respondebimus pro loco et tempore, inficiantes penitus ea. His ergo breviter vobis et curiae vestrae significatis, supplicamus cum lacrimis, quatenus in hac parte nos non gravetis inpulsu alicuius hominis, sed iustitiam nobis faciatis; nos enim iactavimus cogitatum nostrum in Domino, pro cuius etiam amore devoti vobis fuimus et semper erimus.*

Talibus atque aliis iustis et piis supplicationibus necnon etiam excusationibus archi- 55 episcopi[55], minime flexus est domnus apostolicus. Sed[d] nimium tunc primum credulus verbis adversariorum eius, statim ut curia inperatoris haberi cepit, persuasit et iussit eum cedere loco, illeque reniti non poterat, quia non erat qui adiuvaret. Tunc missae sunt

a) *ita cod.* b) *deest in codice.* c) et *cod.* d) Sed domnus apostolicus nim. 1. 4.

53) Udalrici. 54) scil. ab Udalrico patriarcha. 55) Epistolam aliam brevissimam, per nuncium missam, edidit Sudendorf Registr. II, 155.

litterae a domno papa et a domno inperatore omnibus in episcopatu Salzburgensi constitutis, quarum textus ita se habebat:

*Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, choro Salzburgensis ecclesiae, prelatis ecclesiarum et ministerialibus prescriptae ecclesiae extra montana constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Adalbertus quondam archiepiscopus vester, videns et considerans necessitatem ecclesiae vestrae, cum gratiam carissimi in Christo filii nostri Friderici illustris Romanorum inperatoris recuperare non posset, maluit cedere quam contendere, et ecclesiam vestram et administrationem ipsius ecclesiae*[a] *in manu nostra libere et sine contradictione qualibet resignavit. Postmodum venerabiles fratres nostri, Gurcensis et Pataviensis episcopi, et prelati ecclesiae vestrae qui apud nos presentes erant, de celebranda electione mandato nostro recepto, in venerabilem fratrem nostrum Chunradum Moguntinum quondam archiepiscopum, virum utique litteratum, providum, industrium et discretum, et carum admodum nobis et acceptum, et*[b] *moribus et genere nobilem, unanimiter convenerunt ipsumque elegerunt in vestrum archiepiscopum et magistrum. Nos autem quanto ecclesiam vestram ampliori caritate diligimus pro illius gratissimae devotionis fervore, quam huius turbationis tempore circa nos et Romanam ecclesiam inmobiliter conservavit, tanto facilius eorum electioni nostrum favorem prestitimus et assensum, ipsumque non subtracto sibi honore vel dignitate quam hactenus habuit, in archiepiscopum vobis concessimus, et cum obtentu et consideratione ipsius eandem ecclesiam ferventius ammodo volumus diligere et propensiori studio eius intendere commodis et augmentis, et per industriam, nobilitatem ipsius et potentiam credimus auctore Deo prescriptae ecclesiae grata commoda proventura. Unde nolumus vos aegre ferre vel habere ullo modo molestum, quod hi qui apud nos erant, non exspectato consilio vestro fecerunt electionem, cum de voluntate et mandato nostro ad electionem processerint celebrandam. Inde est quod nos et*[c] *vos omnes ab obedientia quam predicto Adalberto, vel illi qui supra*[d] *impositus fuerat, promisistis, et eos qui ex vobis alterutri eorum fidelitatem iuraverunt, a iuramento illo auctoritate qua licet inmeriti preeminemus, penitus absolventes, universitati vestrae per apostolica scripta precipiendo mandamus et mandando precipimus, quatenus memorato Chunrado archiepiscopo omni contradictione et appellatione cessante debitam obedientiam et reverentiam impendatis, et eius salubribus monitis et mandatis humiliter et devote parere curetis. Et hi qui ex vobis consueverunt et debent archiepiscopo fidelitatem iurare, ei fidelitatem facere non postponant. Et quicunque dominicalia Salzburgensis episcopatus quolibet titulo a tempore bonae memoriae Eberhardi quondam archiepiscopi vestri occupata detinent, memorato Chunrado archiepiscopo*[e] *vel nunciis eius omni occasione et excusatione cessante sine difficultate restituant, et feuda quae de novo sunt data, quicunque ea detineant, libera et absoluta relinquant. Si qui autem predicta dominicalia et feuda de novo data infra 15 dies post harum susceptionem litterarum iuxta mandatum nostrum eidem archiepiscopo non reddiderint, eos contradictione omni et appellatione postposita sicut excommunicatos vitetis. Sane nos de consilio fratrum nostrorum, et supradictus*[f] *inperator ex sententia principum suorum, universas alienationes dominicalium et feudationes de novo factas omnino cassavimus easque irritas esse decrevimus et inanes. Sententiam autem suspensionis, interdicti vel excommunicationis, quam predictus Chunradus archiepiscopus in contumaces canonice tulerit vel rebelles, ratam nos auctore Deo et firmam habebimus, eamque faciemus non aliter observari quam si a nobis ipsis lata fuisset, cum eundem archiepiscopum ita ferventer et sincere diligamus in Domino, ut sibi sicut carissimo fratri nostro in omnibus quae cum Deo possumus et iustitia, prompto animo deferre velimus. Data Venetiis in Rivo alto, 5. Idus Augusti.*

*Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilectis suis omnibus prelatis ac ministerialibus Salzburgensis ecclesiae, et universo clero et populo ipsius ecclesiae, per Karinthiam et Marchiam constitutis, gratiam suam et omne bonum. Cum Deo pacis auctori et amatori placuit, Romanorum imperium in unam vocare concordiam cum Romana ecclesia, et pacis iocunditate post diutinos labores universam respirare ecclesiam, subiit animum pro Salzburgensis ecclesiae statu sollicitos esse et eius restaurationi diligenter intendere. Et quoniam per duos sibi invicem oppositos ecclesia graviter distracta fuerat, nec aliqua spes supererat ut manus quae distraxerant, in integrum possent distracta restituere, tam domno papae quam fratribus eius domnis cardinalibus, nobis quoque et maioribus imperii principibus, visum fuit*

a) *deest* 1. 4. b) et — convenerunt *desunt* 4. *Verba singula passim in eo codice omissa non adnotavimus.* c) *deest* 3. 4. d) super 4. e) *deest* 1. 4. f) *deest* 1. 4.

*utile utrosque removeri, et alium per quem facilius reformari posset ecclesia substitui. Post multam igitur deliberationem in gratia et beneplacito domni papae ac nostro uterque super hoc verbo se posuit, suoque iuri quod in Salzburgensi ecclesia quisque videbatur habere, in manus domni papae ac nostras penitus abrenunciavit. Vacante sic ecclesia prelatos Salzburgenses et alios qui cum ipsis aderant, de facienda in alium electione diligenter convenimus. Sed licet nobis magna supplicarent instantia, ut ad vestram usque omnium presentiam differretur electio, tamen domni papae mandato ac nostro et omnium principum consilio, quoniam saepe nocet differre paratis, ad electionem accesserunt et de gremio ecclesiae Romanae domnum videlicet Chunradum, consanguineum nostrum palatinum, in ecclesia vestra enutritum, in pastorem et episcopum animarum suarum concorditer et unanimi voto elegerunt. Quam utique electionem domnus papa totaque curia ratam habuit et confirmavit, nosque*[a] *de regalibus ipsum investivimus cum ea integritate, qua archiepiscopus Eberhardus decedens illa tenuisse dinoscitur. Nam generali principum sententia iudicatum est, quidquid vel per nos dum eiusdem ecclesiae bona in nostra teneremus potestate, vel per quoslibet alios infeudatum vel quocunque modo sub hoc tempore est alienatum, inane prorsus esse debere et irritum. Quamvis ergo*[b] *maiestas nostra saepenumero a vobis graviter laesa sit et acriter ultra quam vellemus provocata, tamen divini timoris intuitu ac beati Ruodberti reverentia et ex consueta imperialis mansuetudinis clementia, tam vos quam Salzburgensem ecclesiam serena pietate proponimus respicere, et in antiquum statum nostrae auctoritatis munimine revocare. Universitatem igitur*[c] *vestram diligenter commonitam esse cupimus, ut quod tam a domno papa quam a nobis ad honorem et restaurationem ecclesiae Salzburgensis in spiritualibus et in temporalibus modo factum est, debita reverentia et alacritate recipiatis ac ratum teneatis, et domno Chunrado archiepiscopo vestro, dilecto consanguineo nostro, ea fide et devotione obedire*[d] *et servire studeatis, ut nostrae benignitatis affectum merito super hoc experiri debeatis. Si quis vero quod non credimus, his quae magna consilii maturitate ad utilitatem et reformationem Salzburgensis ecclesiae nunc ordinata sunt, contra ire presumpserit, et a domno papa excommunicationis sententiam recipiet et nostrae maiestatis indignationem procul dubio sentiet. Data Venetiae in*[e] *Rivo alto* 5. *Idus Augusti.*

Anno 1178. sinodus valde celebris habita est in Kal. Febr. a domno Chuonrado Salzburgensi archiepiscopo et apostolicae sedis legato et ab omnibus suffraganeis eius episcopis multisque principibus de rebus ecclesiasticis. Habita est autem in episcopatu Salzburgensi in loco qui Hôhenauwe[f] dicitur.

C. Claustr. SS. IX, 632. Ipso[g] etiam anno Chunradus archiepiscopus prefatus ad imperatorem vocatus venit in Longobardiam, et dimissus ab eo reportavit regalia. Richerus Brixinensis episcopus episcopatum resignavit, in cuius locum archiepiscopus Chunradus Heinricum Salzpurgensem electum ordinavit. Zobzlaus dux Boëmie ab imperatore eiectus est a ducatu, et Fridricus filius regis pro eo substitutus est.

Anno 1179. Alexander papa celebravit sinodum episcoporum generalem et valde

Mart. 12. celebrem in urbe Roma media quadragesima, id est 4. Idus Martii. Haec sinodus congregata est toto fere superiori anno per totum Romanum inperium, cui etiam interfuerunt sexcenti vel amplius episcopi.

*Cod.* 3.

56 Domnus itaque papa residens in aecclesia sancti Iohannis baptistae apud Lateranas, collecta sinodo decreta de rebus aecclesiasticis promulgavit, primumque de electione Romani pontificis, quod ita se

57 habet:[57] *Licet de vitanda — si qui promoti sunt statuimus.*

*Cod.* 4.

Fridricus dux Boemie[56] cum Zobzlao priore duce pugnans, primo victus est, deinde victor existens regione illum expulit.

Eodem[h] anno obiit domnus Waltherus presbiter et custos Richerspergensis ecclesiae, 13. Kalend. Augusti. Ipse induxit rivum nomine Sempftenbach in claustrum fratrum.

1180. Iun. 29. Anno 1180. inperator curiam celebravit Ratispone 3. Kal. Iulii, cui etiam interfuerunt tres cardinales legati domni apostolici. Ibi in presentia curiae inperator publice questus est de duce Bawariae et Saxoniae domno Heinrico, cognato suo, quod videlicet iam multo tempore et regni et vitae ipsius inperatoris insidiator fuerit. Principes quoque Saxoniae multas graves querimonias adversus eundem ducem ibi deposuerunt. Tunc ex communi sententia principum adiudicatum est, eum debere removeri, quandoquidem ad iustam

a) nos quoque 3. b) igitur 3. c) ergo 3. d) et obedire 1. e) in — Aug. *desunt* 1. 4. f) Hohenauu 1. Hohenawe 4. g) Ipso — substitutus est *in solo* 4. *leguntur*. h) *additum manu saec. XII. ex. ut a.* 1173.

56) In codice Claustroneoburgensi per errorem scriptum est *imperator*. 57) Decretum ipsum v. apud Mansi XXII, 217.

responsionem vocatus non venerit. Itaque post finitam curiam palatinus comes domnus Otto senior ducatum Bawariae de manu inperatoris suscepit. Otakarius[a] ex marchione Stirensi ducis nomen adeptus est eo anno quo et gladio accinctus est. Cont. Adm.

Anno 1181. archiepiscopus[b] Salzburgensis domnus Chuonradus apostolicae sedis legatus 1181. et episcopus Pataviensis domnus Dietpoldus venerunt[c] simul Richersperg 3. Non. Ian. 3. Ianuarii. Ibi ergo[d] resignante domno Philippo preposituram eiusdem loci, ambo pontifices iniunxerunt eam domno Richero canonico eiusdem ecclesiae.

Eodem anno revelatum est Dei nutu sepulchrum beati Virgilii 3. Kal. Martii, Febr. 27. et ceperunt coruscare miracula ad sepulchrum eius et ad sepulchra aliorum beatorum pontificum in civitate Salzburgensi. Non multo post locus Pataviensis combustus est eodem anno 11. Kal. Maii[e] circa medium diem cum monasterio maiori sancti Stephani et omnibus in[f] circuitu Apr. 21. eiusdem monasterii. Statim vero et ibi ceperunt divinitus ostendi preclara miracula ad sepulchrum beati Pilgrimi episcopi[g] et ad sepulchra aliorum pontificum ipsius loci. Alexander quoque papa ipso anno defunctus est. In cuius locum substitutus est Lucius Aug. 30. episcopus cardinalis, tertius huius nominis.

Anno 1182. Liupoldus[h] dux Austrie Ierosolimam proficiscitur et revertitur. Philippi regis Gallie soror Grecorum Cont. Adm. 1182. imperatori adolescentulo copulatur. 1180.

Anno 1183. domnus Otto palatinus comes qui ducatum Bawariae tenebat obiit. Eodem quoque anno mortuus est Mogontinus archiepiscopus Cristan dictus, et domnus Chuonradus apostolicae sedis legatus in sedem suam pro eo restitutus est. Archiepiscopus etiam domnus Adalbertus ex precepto inperatoris et unanimi omnium Salzburgensium electione cathedram suam recepit, et in 13. Kal. Dec. rursus ecclesiae suae cum favore omnium Nov. 19. reinthronizatus est[i]. Domnus Richerus resignavit preposituram Richerspergensis ecclesiae Pataviensi episcopo Dietpoldo 8. Idus Dec. Dec. 6. rursumque domnus Philippus unanimiter electus est a congregatione 17. Kal. Ianuarii. Dec. 16.

Anno 1184. Hic[k] obtinuit prepositus Philippus ab episcopo Adelberto, ut singulis annis in perpetuum de dominicalibus suis in tercia feria pasche scilicet de fonte in Halla unum talentum nobis persolvatur[58]. 58

Anno 1185.

Anno 1186. Lucio papa defuncto apud Veronam, Urbanus III. ibidem substituitur.

Anno 1187. Urbano papa apud Ferrariam defuncto in[l] mense Octobrio, Gregorius VIII. substituitur in locum eius.

Hoc[m] anno, id est 1187, cepit Magnus presbiter Richerspergensis ecclesiae plantare vineas apud Beneventenruth iuxta ecclesiam sancti Lamberti martiris atque pontificis.

Eodem anno venerunt litterae ab urbe Ierosolimitana hunc modum continentes[59]:

*Frater Terricus pauperrimae domus Templi dictus magnus preceptor, omnisque fratrum pauperrimus et fere omnino adnichilatus conventus, universis preceptoribus et fratribus ad quas littere presentes pervenerint, salutem et in illum sperare cuius pulcritudinem sol et luna mirantur[n]. Quot quantisque calamitatibus ira Dei peccatis nostris exigentibus nos in presenti flagellari permiserit, nec litteris nec flebili voce pro dolor explicare valemus. Turci enim inmensam suarum gentium multitudinem congregantes, christianorum nostrorum fines acriter ceperunt invadere. Contra quos nos[o] nostrarum gentium falanges coadunantes infra octavam apostolorum Petri et Pauli eos[p] aggredi, et versus Tyberiadem quam violenter castro solo relicto ceperunt[q],* Iul. 2. *iter arripere presumpsimus. Cumque[r] in scopulis pessimis nos inpulissent, nos ita acriter expugnaverunt[s] quod sancta cruce et rege nostro[60] capto[t] et omni multitudine nostra interfecta, et* Iul. 4. *fratrum nostrorum ut in veritate credimus eodem[u] die ducentis triginta decollatis, exceptis illis sexaginta qui prima die Maii interempti fuerunt[v], vix domnus comes Tripolis[61] et domnus Reginaldus[w] Sydonis, domnus quoque[x] Balianus[62] et nos de illo miserabili campo evadere* 62

a) *haec in solo* 4. *leguntur.* b) archiepiscopus — anno *desunt* 4. c) venerant 1. d) ibique 3. e) Marcii 4. f) o. quae in c. e. m. erant 3. g) eiusdem loci ep. 3. h) *haec in solo* 4. *leguntur.* i) *sequentia desunt* 4. k) *sequentia in solo* 3. *leguntur, addita manu saec. XIII. ut a.* 1142. l) Gr. VIII. subst. mense Octobrio 3. m) *haec desunt* 4. *et* 3. *ubi statim post numerum anni manu illa saec. XII. ex. scriptum est:* Magnus presb. Richersp. ęcclesię cepit plantare vineas apud Beneventenruoth. n) mirabantur 4. o) *deest* 3. 4. p) in eos 1. 4. q) ceperant 1. r) Cum 1. s) inpugn. 1. t) captis 1. u) eo 3. v) sunt 1. w) Reinardus 3. Reinhardus 4. x) d. que Ballonius 1.

58) Privilegium editum est Mon. Boic. IV, 421.
59) Eae ad h. a. in Baronii Ann. editae, etiam in Chronicis Rogerii de Hoveden et Radulfi de Diceto extant, et ad Urbanum III. papam directae in Gotefridi Coloniensis Annalibus.
60) Guidone de Lusignan.
61) Raimundus.
62) dominus arcis Ibelim.

1187. *potuimus. Deinde pagani*[a] *christianorum nostrorum sanguine debachati versus civitatem*[b] *Acon
cum omni sua multitudine venire non distulerunt, quam violenter capientes totam fere terram
invaserunt, Ierusalem, Ascalon, Tyro et etiam Beruht*[c] *nobis et christianitati adhuc solis re-
lictis*[d]. *Istas etiam civitates omnibus earum fere civibus in prelio interfectis, nisi divinum et
vestrum presto assit*[e] *auxilium, nullo modo retinere poterimus. Civitatem etiam Tyrum inpre-
sentiarum acriter obsidentes, violenter*[f] *die noctuque expugnare non cessant. Et tanta est eorum
copia, quod totam fere*[g] *terrae faciem a Tyro usque*[h] *Ierusalem et usque*[i] *Gazam velut formicae
frequentes*[k] *existentes*[k] *cooperuerunt*[l]. *Nobis ergo et christianitati Orientis ad presens omnino
deperditae quantocius succurrere dignemini, ut per Deum et vestrae paternitatis*[m] *eminentiam
residuas civitates vestro fulti adminiculo salvare possimus. Valete.*

63 Item[n] aliae[63]: *Notum facimus vobis domno Archumbaldo magistro Hospitalarium Italiae
et fratribus, omnia negotia quae evenerunt ultramarinis partibus. Sciatis igitur quod rex Ieru-
Iun 29. salem erat apud Saphoram circa festum apostolorum Petri et Pauli bene cum triginta milibus
hominum, et erat bene concordatus cum comite Tripolitano, qui et secum erat cum suo exercitu.
Iul. 1. Et ecce Saladinus rex paganorum accessit ad Tabariam*[64] *cum* 80 *milibus equitum, et cepit
Tabariam. Hoc factum*[o] *movit regem Ierusalem de Saphora, et ibat cum suis instructus contra
Iul. 3. Saladinum. Qui et occupavit eum apud Marestauciam*[65] *in die Veneris* 5. *Nonas Iulii*[p] *post
festum apostolorum Petri et Pauli, et commissum est prelium, totaque die illa pugnatum est
acriter, et laboraverunt equi eorum, et nox diremit litem. Nocte superveniente rex Ierusalem
Iul. 4. fixit tentoria iuxta Salnubiam*[66], *et in crastino sabbato movit cum suo exercitu, et circa horam
tertiam magister Templi inchoavit bellum cum omnibus suis fratribus, et non adiuti perdiderunt
permissione Dei maiorem partem suorum. Quo facto ivit rex cum exercitu suo Anam quasi
leugam unam in manu forti et labore magno. Et tunc comes de Tripoli venit ad regem et fecit
eum ibi adtendare et castra metari iuxta montem qui est quasi castellum. Et non potuerunt
adtendare ultra tendas tres. Hoc facto Turci viderunt illos castra metatos, et miserunt ignem
circa exercitum regis, et adeo magnum habebant calorem, quod equitaturae estuantes non
poterant comedere neque bibere. Exinde Baldoinus de Fatinôr et Bachiber*[q] *bocus de Thabaria
et Leusius cum aliis tribus sociis separaverunt se ab exercitu et iverunt*[r] *ad Saladinum, et quod
dictu miserabile est, renegaverunt*[s] *fidem et dediderunt se, prodideruntque exercitum regis
Ierusalem et angustias eorum. Itaque Saladinus misit*[t] *super nos Techedinum cum* 20 *milibus
electorum militum, qui interruperunt exercitum christianorum, bellumque fuit acerrimum inter
nonam et vesperam; et peccatis exigentibus, pluribus nostrorum occisis devictus fuit populus, et
fuit rex captus et sancta crux et comes Cabulenus et*[u] *Milo de Caleverdo*[v] *et Onfredus iuvenis*[67],
68 *et princeps Reinaldus*[68] *captus et mortuus, et Galtherus de Arsur*[w] *et Hugo de Gibelin et domi-
nus de Botrono et dominus de Marachele, et mille alii de melioribus mortui et capti, ita quod
non evasit inter milites et pedites ultra ducentos. Comes Tripolitanus et domnus Balianus et
domnus Reinardus Sydonis et frater Terricus magister domus Templi vix evaserunt. Hoc facto
Iul. 5. recollegit Saladinus exercitum, et die dominico venit ad Saphoram et accepit Nazareth et mon-
Iul. 6. tem Thabor, et in die Lunae venit ad Acon quae et Acris seu Ptolomaida dicitur, et reddiderunt
se illi de Acon. Similiter illi de Cayphà et illi de Cesarea*[x] *et Iafa et de Naple et de Ram et de
Sancto Georio et de Hilbelmon*[y] *et Artusum et Belforoth et Mirabel et Turonus*[z] *et Cuualer*[*] *et Ga-
zer et Auderum, omnes se dediderunt*[a] *cum quatuor supranotatis munitionibus. Hoc facto quando
movit galea nostra de Sûr, miserunt Salianos ad Saladinum, ut iret ad Ierusalem et redderent
civitatem. Et cum fuimus cum galea ad Lechiam, audivimus quod Turonus erat reddita. Istae
vero civitates adhuc sunt salvatae et bene munitae: Ierusalem, Tyrus quae et Sûr, et Ascalona*[b]
*et Machart*[c] *et Antiochia et Lassar et Saona et Beruth*[d] *et Tripolis, et bene exspectabunt adiu-
torium occidentalis ecclesiae. Tanta est autem multitudo Sarracenorum et Turcorum, quod a
Tyro quam obsident*[e], *usque Ierusalem et Gazam cooperuerunt*[f] *superficiem terrae quasi*

a) *deest* 3. 4. b) *deest* 3. 4. c) Beruth 4. Ier. et A. et T. et Berytho 1. d) electis 1. e) sit 1. f) *deest* 1. g) *deest* 1. h) usque ad Hier. 1. i) u. ad G. 1. k) *deest* 1. l) cooperuere 3. m) fratern. *Baron.* n) It. al. *desunt* 1. 4. o) facto 3. Hoc facto movit rex *Ansb.* p) q. n. I. *quae ap. Ansb. desunt, in marg. suppleta sunt* 3. q) Bâchi 1. r) venerunt 4. s) negav. 4. t) mittit 1. 4. u) *deest* 1. 4. v) Calaverdo 4. w) Galtherius de Assur 4. x) Cesaria 3. y) Hilbellmon 3. Ybellinon *Ansb.* z) Tyr. 3. *) Euualer 1. 4. a) dederunt 4. b) Aschalona 3. c) Machat 1. 4. d) Berith 1. Beruht 3. e) obsederunt 4. f) coeperunt 1. cooperiunt 4.

63) editae in Ansberti historia. Utraeque etiam in cod. Admunt. 25. reperiuntur. 64) i. e. Tiberiadem. 65) Marescalliam vocat Wilken. 66) Allubiam vocant alii. 67) de Toron. 68) de Castilione, princeps Antiochiae.

*formicae innumerabiles; et nisi cito residuis et iam dictis civitatibus et reliquiis*[a] *paucissimis* 1187. *christianorum orientalium subveniatur, simili casu ibunt in direptionem gentilium sevientium et sanguinem christianorum*[b] *sitientium.*

Ierusalem tamen eodem anno ab eisdem paganis expugnata est 6. Non. Octobris, Oct. 2. sexta[c] feria.

Anno 1188. Gregorio papa defuncto, Clemens III. natione Romanus substituitur. In- 1188. perator etiam[d] curiam habuit valde celebrem eodem anno apud Mogunciacum in media quadragesima, quae evenerat in 6. Kal. Aprilis. Legatus domni papae[e], Albanensis vide- Mart. 27. licet episcopus cardinalis[69], curiae interfuit. Recitata ibi in publico miserabili tragedia de 69 vastatione et direptione populi christiani, quae facta fuit in orientali ecclesia, hoc est apud Ierosolimam, superiori anno, domnus inperator fide Christi succensus signo se sanctae crucis statim signavit[f] cum multis episcopis et principibus. Generalem quoque expeditionem adversus paganos indixit ibi omnibus christianis ex mandato domni papae[e] et ex consilio omnium principum regni[g] ad subveniendum christianitati orientis paene deperditae.

Anno 1189. exercitus[70] christianorum magnus valde et fortis de multis regnis et diversis regionibus congregatus, Tageno. 1189. viam sancti sepulchri aggressus est. Domnus inperator et filius eius dux Alamanniae cum multis principibus regni, episcopis videlicet ac ducibus, marchionibus et comitibus, cum magna multitudine populi per Ungariam et Greciam iter suum direxerunt statim post transactos dies paschae, quod evenerat in 5. Idus Aprilis, ipso inperatore navali itinere in Apr. 9. Danubio descendente a Patavia in prima die rogationum, hoc est in Idibus mensis Maii. Episcopus[h] quoque Pata- Mai. 15. viensis domnus Dietpoldus[i] cum fratribus suis quibusdam canonicis videlicet precipuis ac maioribus de choro Pataviensi, huic viae ac labori inperatoris se[k] strennue pro Domino et pro redemptione animae suae iunxit, optans immo certus pro temporalibus quae multa reliquit, sempiterna se recipere post hanc vitam in Ierusalem superna. Eodem anno misit domnus episcopus iam dictus litteras de Grecia, quarum textus talis erat:

*Dietpoldus Dei gratia Pataviensis ecclesiae humilis minister, precordiali*[l] *amico suo Luipaldo*[m] *illustri duci Austriae salutem et sinceram dilectionem. Sicut iocunda et dulcia cordis nostri vobis desideramus communicare, sic ea quae minus prospere exercitui nostro successerunt, industriae vestrae duximus significandum. Scire itaque velitis, quod intrantes Bul-* *4. Kal. Iul.[o] *gariam maximas a Bulgaris sustinuimus adversitates, quia multos ex nostris iaculis sauciaverunt. Nos etiam*[n] *ex illis quoscunque deprehendimus laqueo suspendi fecimus. Venientes vero ad *Nisseam civitatem*[p] *magnum comitem Serviae*[71] *10. Kal. Aug. *cum maximo apparatu obvium ibi habuimus, quem domnus inperator honeste excepit et multa secum pertractans, honesta ei donaria dedit, sicut et ipse ab eo magna recepit. Similiter omnes principes a predicto comite in vino et medone et animalibus multum honorati fuerunt. *Transeuntes autem*[q] *inde ad primam clausuram, maximam ibi rerum iacturam sustinuimus.* *3. K. Aug. *Quidam honestus miles de Halle*[r] *ibi occisus fuit. In partibus illis exercitus ex maiori parte sauciari*[s] *cepit, quia quidam tertianis, alii vero quartanis, quidam autem dissenteria laboraverunt. In secunda *clausula quae lapidibus et lignis et ipsius* *prid. Non. Aug. *loci natura munita multum fuit, magna predonum et latronum turba collecta fuit, sicut dux Brundusiensis*[72], *qui nos fraudulenter precesserat, ordinavit; quae societatem ducis Sueviae, qui primam tenebat aciem, multum molestavit. Deinde aciem nostram et ducis Meraniae*[73], *quae media*[t] *fuit, invadentes quosdam vulneraverunt, rebus eorum ex magna parte sublatis.* 73 *Circa horam vero vespertinam nos cum duce iam dicto Meraniae extremos societatis custodientes, vix cum duodecim loricis processimus; sed subito duo filii unius comitis eiusdem provinciae bene cum centum sociis nos viriliter et audacter invadentes, nobiscum diu cum gladiis et iaculis dimicaverunt. Sed nos Deo auxiliante eos in fugam convertimus, ita ut plus quam quadraginta vulnerati in abditis latitarent, et nos ex eis 24 hinc inde colligentes ad caudas equorum ligatos ad castra nostra eduximus et eos ibidem per pedes suspendi precepimus. Apud *Stralice nullum fere hominem invenimus, quia* *3. Id. Aug. *precepto ducis Brundusii*[u] *homines illius provinciae montana ascenderant et victualia secum detulerant; ibique exercitus propter penuriam vini valde cepit debilitari. In tertia *clausura*[v] *quae ita munita fuit quod difficilem nobis minabatur transi-* *17. Kal. Septbr. *tum, nihil adversitatis sustinuimus, et tamen exploratores ducis Sueviae plus quam quingentos armatos Grecos ibi viderunt,*

a) reliquis 3. b) christianum 3. c) s. f. *desunt* 1. d) quoque 3. e) apostolici 3. f) insignivit 1. g) r. sui 3. h) *secundum Tagenonis verba haec cum prioribus* A. Patavia *etc. coniungenda sunt, sed utrumque ad idem redit.* i) Diep. 4. *constanter.* k) se iunxit 3. *ubi reliqua de hac expeditione desunt.* l) dilecto *Tag. ap. Freherum. Sed tales diversitates notare omisimus, quoniam ut iam diximus stilus auctoris ibi mutatus esse videtur.* m) Liutpoldo d. A. ill 4. n) et 1. o) *dierum notae quae in* 1. *signis positis in margine additae sunt,* 4. *in contextum recepit.* p) Niceam m. 1. q) *deest* 4. r) Hals *Tag. f. errore legentis.* s) aegrotare *Tag.* t) medio 4. u) Brundisii 4 v) cl. XVII. K. S. venimus que 4.

69) Heinricus qui Gualtero successerat. 70) Sequentia de expeditione a. 1189. paucis omissis desumpta sunt ex relatione Tagenonis, quam auctor ipse infra indicat, edita a. 1624. in Freheri Scriptorum Tomo, App. p. 6—15 (ed. Struv. I, 405—416). Sed hic quum de codice manuscripto omnino sileat, allegat Aventini Ann. Boic. l. VII. c. 2. ubi haec verba leguntur: *Theobaldi iussu eius decurio Tageno expeditionem hanc aeternitati litterarum consecravit, quam ego Reichenspergii inveni, eamque Conr. Adelmanno mystae Augustensi ut illam publicandam curaret, superiori anno misi; quam ob rem is tam diu rem differat nescio.* Hoc igitur apographo Freherum usum fuisse existimo, vel excerpto potius in quo codicis verba satis licenter mutata erant. Noster enim in rebus quidem ad illam Tagenonis relationem, in verbis autem propius accedit ad Ansberti historiam, de cuius cum Tagenone coniunctione egit V. D. Büdinger in: Zeitschrift für Österr. Gymn. 1859. p. 373 sq. Charta Diepoldi ep. Pat. 29. Nov. 1184. data est p. m. Tagenonis notarii et capellani, Font. Rer. Austr. II, 8, 276. Alia a. 1188. p. m. Tag. not. et presb. eccl. S. Andreae iuxta montes Commagenos. M. B. XII, 356. Die 16. Maii a. 1189. chartae eiusdem subscripsit Tegno Pat. decanus. Mon. Boic. IV, 145. 71) Stephanus Neeman vocatur. 72) *de Brandiz* appellat Ansbertus. Locus erat in Servia septentrionali, infra confluentem Danubii et Moravae. 73) Bertholdi de Andechs.

Tageno 1189. *qui visis primis militibus ducis ipsius statim in fugam versi fuerunt[a]. In illo loco debilitas exercitus ex nimia abundantia panis et vini et novorum fructuum optime recreata fuit, ibique societas domni inperatoris nobis iuncta fuit. Apud Circuice[b] quidam comes Ungariae nomine Lectoforus, qui in legatione domni inperatoris Constantinopolim precesserat, cum legato*
* 12. Kal. Sept. *regis Grecorum ad nos reversus est. * Predictus itaque rex superbe et arroganter angelum Dei et originem nostrae fidei et Romanorum inperatorem se nominans, domino nostro inperatori gratiam suam mandavit dicens, relatione regim Franciae et Angliae et ducis Brundusii se percepisse, domnum inperatorem ea intentione Greciam intrasse, quod extinctis et extirpatis Grecis regnum illud in potestatem filii sui ducis Sueviae vellet transfundere. Preterea dixit quod amicitia, quam inter*
74 *domnum inperatorem et magnum comitem[74] coadunatam audierat, sibi valde gravis et suspecta esset. Celerum addidit, si domnus inperator obsides sibi pro voluntate sua de exercitu mitteret, transitum sibi per brachium sancti Georgii, et sicut iuratum fuerat forum concederet. Aiebat insuper quod medietatem terrae, quam exercitus noster apud Sarracenos expugnaret, usibus suis vellet adtitulari. Istis auditis domnus inperator et principes tametsi valde commoti fuissent, tamen pro tempore et loco blande et sapienter responderunt, dicentes quando nuncios suos[75] qui rebus suis spoliati eo tempore ad insultationem et derisionem nunciorum Saladini turpiter et inhumane tractati squaloribus carcerum mancipati cruciabantur,*
* 8. Kal. Sept.[c] *rehaberent, secundum honorem Dei et inperii ad voluntatem ipsius se benignos posse inveniri. Inde procedentes civitatem * Philippopolim vacuam hominibus, sed plenam vino et frumento aliisque divitiis[c] invenimus. Ea tempestate frater regis Gre-*
* 4. Kal. Sept. *corum[76] cum magno exercitu apud nos ad sex miliaria fuit, ad quos nostri quadam die * minus provide accedentes, in fugam eos vertere ceperunt, ita ut de cetero in partibus illis non conparuissent. Postea rex Grecorum et frater eius necnon et exercitus eorum semper nos circumvenire attemptantes, diu diuque nos detinuerunt; tamen per gratiam Dei multo labore multoque ingenio nuncios nostros seminudos rehabuimus. Et tunc primum rex nobis transitum hiemali promisit tempore, si*
77 *obsides ei daremus quod pax terrae observaretur[d] et alia, sicut apud Nuremberg[e] iuratum fuerat[77]. Domnus inperator videns haec omnia fraudulenter fieri, nullatenus acquiescere voluit, eo quod nuncii sui valde inhumane et inhoneste tractati fuerint, et nulla ratione se et exercitum sanctae peregrinationis iniquis eorum iuramentis committere voluit. Et sicut prius humiliter pro rehabendis nunciis suis locutus fuit, ita rehabitis nunciis inperiali more dixit, si rex Grecorum filium suum et fratrem suum et avunculum suum, in quo consilium suum et totius Greciae pendet, et cancellarium[f] et marschalcum et dapiferum suum sibi obsides daret, quod cum pace et securitate et bono foro terram et brachium sancti Georgii faceret transire, ipse versa vice ei quoscunque de exercitu eligere vellet, iurare faceret quod ipse nulla mala intentione nec regni*
* hoc est in Kal. Oct.[h] *ambicione in[g] terram intrasset. Quid ad haec responsurus sit rex ignoramus adhuc*. Quantum vero gaudium ea die qua nuncios nostros rehabuimus, apud nos fuerit, vobis vix explicare possemus, quia plus quam tria milia electorum militum cum lanceis et scutis girantes in dextrariis suis bene ad sex miliaria eis occurrerunt, ita quod cancellarius Grecorum[78] et alii magnates multum terrebantur, quia timuerunt insidias sibi paratus fuisse. Quod cum audisset dux Sueviae et alii proceres, statim depositis scutis eos benigne exceperunt, dicentes talem esse consuetudinem Teutonicorum, et factum esse[i] ad leticiam excipiendorum et gloriam Grecorum. Deinde nunciis Grecorum hospitatis, nuncios nostros ad domnum inperatorem usque cum magno tripudio perduxerunt, quibusdam cantantibus: „Advenistis desiderabiles“ etc., quibusdam clamantibus: „Hiute[k] ist herre din[l] tach.“ Domnus vero inperator de domo sua exiens et in amplexus episcopi et comitis irruens, cum multis lacri-*
Luc. 15, 24. *mis eos suscepit dicens: „Gratias ago Deo[m] quia filii mei mortui fuerant et revixerunt, perierant et inventi sunt.“ Sequenti vero die episcopus lacrimabiliter erumnas captivitatis suae principibus exposuit, ita quod et ipsi ad lacrimas movebantur. Nuncii vero Grecorum legationem suam peregerunt, et domnus inperator sicut supra dictum est, breviter eis respondit, se nichil aliud velle nisi supradictos obsides. Unde Greci valde perturbati fuerunt. Quia autem rex Grecorum in litteris quas tribus vicibus domno inperatori misit, nomen eius tacuit nec eum inperatorem vocavit, in presentia Grecorum et nostrorum principum inperiali fretus habitu et lingua dixit: „Non possumus satis mirari et indignum valde gerimus, quod frater noster nomen nostrum, quod multis regibus et principibus et provinciis notum est, quod Fridericus dicitur, in litteris suis ponere non consuevit. Antecessor vero ipsius[n], piae recordationis Emanuel, et quando inimici eramus ad invicem, nomen nostrum expresse posuit in litteris suis, nec in aliquo dignitatibus nostrae maiestatis derogavit. Quod et nos ei versa vice fecimus. Predecessor siquidem noster divae memoriae Karolus victoria felix monarchiam urbis Romae obtinuit, et plus quam quingentis annis sine interruptione ad tempora nostra usque derivata est. Et nos auctore Deo et principum libera electione celsitudine sacri Romani inperii iam[o] ferme 38 annis potestative gloriamur. In urbe enim[p] Roma, quae domina et caput orbis dicitur, coronam et inperium totius christianitatis de altari beati Petri apostolorum principis accepimus a domno Adriano papa successore Petri sollempniter unctus oleo exultationis pre participibus nostris, et nomen nostrum celebre et gloriosum in ea habetur. Haec idcirco diximus, si forte dominus vester nomen et dignitatem nostram ignorat. Scire debetis, de cetero litteras eius non recipiemus, nisi sollempnitas nominis et maiestatis nostrae expresse in eis contineatur. Nos enim eum nomine suo appellavimus et appellamus. Dominus vester sanctum se appellat: mirabilis est sanctitas quae sanctos viros, honestos[q] et religiosos, benigne utpote fideles nuncios in osculo pacis exceptos, in quorum ore non est inventum mendacium nec iniquitas, de subito consuevit incarcerare et fame ac nuditate usque ad mortem macerare. Longe faciat a nobis Deus talem sanctitatem.“ Istis auditis Greci recesserunt. Quid plura? tota Macedonia usque ad muros Constantinopolis titulis nostris subiecta est et ad voluntatem nostram servit. Urbes et castella in manu nostra sunt, nec est qui audeat audito nostro nomine mutire. Blaci nobiscum sunt[r]. Armeni[s] fideles nostri sunt. Dominus noster in-*
79 *perator apud Philippopolim intendit hiemare. Dux Sueviae apud Veraie[79]. Exercitus in tribus locis se recepit. Greci hereticos nos appellant. Clerici et monachi dictis et factis maxime nos persequuntur. Scire debetis quod omnibus bonis abundamus, et quod socii nostri adhuc omnes sani et incolumes sunt. Tertio Kal. Oct. in maximo fetore fuerunt peregrini nostri propter innumerabilia cadavera apud[t] Philippopolim. In[u] Nonis Nov. domnus inperator recessit a Philippopoli, et ivit Adrianopolim. Qui vero apud Philippopolim remanserant, in maxima abundantia rerum venalium esse ceperunt. Circa dies 3. Idus Novembris.*

Ut autem ordo historiae de qua agimus, ad notitiam posterorum manifestius

a) sunt 4. b) Ciruice 1. c) *deest* 4. d) servaretur 4. e) Nuorenberch 4. f) c. suum et 4. g) *deest* 4. h) *desunt* 4. *et in Tagenonis relatione edita. Sed legendum est* Kal. Nov., *quia nuncii illi secundum Ansbertum die* 5. *Kal. Nov. reversi sunt.* i) fuisse 4. k) heut 4. l) dein 4. m) deo meo 4. n) suus 4. o) *deest* 1. p) tamen 4. q) et hon. 4. r) *haec in editione Tagenonis excidisse videntur.* s) Armenii 4. t) *deest* 4. u) In — Adrianopolim *desunt* 1.

74) scil. Serviae. 75) Hermannum ep. Monaster. et Robertum comitem de Nassowe cum sociis. 76) Manuelem Kamytzem, patruelem imperatoris, vocat Nicetas. 77) a. 1188. in nat. Domini. Accurate de ea pactione egit Ansbertus. 78) Iohannes Ducas. 79) olim Beroea.

perducatur, placuit hic interponere litteras eandem historiam continentes, scriptas siquidem[a] in ultramarinis partibus et missas in partes nostras, sicque ad nos perlatas. In quibus ita legebatur: 1189

*Factum est post mortem Emanuel*[80] *ante annos aliquos Constantinopolitani inperatoris, ut sublimaretur ibidem Andronicus. Qui dum*[b] *penam indiceret proditionem facientibus, ita ut quosdam excecaret, quosdam submergeret, quosdam perpetuo carcere vel exilio damnaret, accidit ut Andronicus Angelus et filii eius ipsum timentes, utpote qui de morte Alexii inperatoris conscii fuerant, fugerent et ad Accaron cum magno timore venirent. Et cum predictus Andronicus Angelus mortuus fuisset, duo filii eius ad pedes Andronici confugerunt et in eadem hora excecati fuerunt. Alii duo qui de misericordia Andronici diffidebant, ad Saladinum confugerunt. Et cum moram fecissent cum eo, alter eorum amore patriae ductus Constantinopolim reversus est. Et cum Andronicus ei pepercisset, et in multis servisset, sorte considerata et logothetes*[c] *et inperator ad ipsum Isaac regnum devolvi*[d] *consideraverunt, et ideo logothete*[e] *mediante ipsum excecari debere previderunt. Et cum logothetes ad ipsum inperatoris precepto venisset, et verbis ipsius perturbatus fuisset, ipsum interficere non dubitavit, et clamando ad populum: „Vestrum inimicum interfeci!" ad Sanctam Sophiam properavit, et a populo eum sequente in inperatorem sublimatus*[f] *est, et de Andronico cui iuraverat sicut domino suo crudelissimam et incredibilem vindictam extorsit. Sed in predicta tempestate cum Andronicus in suos proditores desaeviret, et cum rex Siciliae et rex Ungariae in ipsum surrexissent, et totus populus in eum scilicet Andronicum conspirasset, dolore et angustia coactus ad consilium et auxilium Saladini confugit. Et ut veteres amicitias et concordiam et beneficia quae sibi contulerat, ad memoriam revocaret, et ut similiter confederarentur diligenter ammonuit, ita scilicet quod sibi, quia inperator erat, hominium faceret, et ipse sibi in maximis necessitatibus, si opus esset et sibi mandasset, subvenire paratus esset. Preterea tali confederatione iuncti sunt et iuramenta hinc inde data sunt, ut si Saladinus consilio et auxilio istius terram Ierosolimitanorum occupare posset, ipse Saladinus aliam terram sibi retineret, sed Ierusalem et totam maritimam excepta Ascalone dimitteret liberam, tali tamen conditione quod eam a predicto inperatore teneret, et quod terram Soldani et Iconium acquirerent, et predicti inperatoris propria essent usque ad Antiochiam et terram Armeniorum, si eam acquirere possent. Sed quia Andronicus morte preventus id efficere non potuit, predictus Isaac in inperatorem sublimatus eandem confederationem, quia Latinos habuit odio et eos timuit, per meliores homines et nobiliores quos habuit, et aurei sigilli inpressionem*[g] *confirmavit, et fratrem suum quem Saladinus honoraverat et ditaverat, revocavit; sed dum iter faceret idem*[h] *per Accaron, comes Tripolitanus et princeps Antiochenus, quia predictam confederationem presenserant et a fidelibus suis et quibusdam Sarracenis nobilioribus, quorum consanguineos Saladinus suffocaverat, audierant, tenuerunt eum et catenis ferreis strictissime ligaverunt.*

*Isaac autem predictus inperator ista per nuncios certissime cognoscens, Saladino tamquam homini suo dilectissimo predicta confederatione in*[i] *memoriam revocata, mandat ut in ultramarinos christianos utrisque inimicissimos potenter insurgeret, et ipse ex alia parte quantumcunque posset expugnaret eos, et fratrem suum de carcere festine laboraret extrahere, et ut post plenariam victoriam uterque secundum predictam confederationem de terra sibi divisa gauderet. Et factum est cum ipse Isaac octoginta galeas optime armatas Saladino in auxilium misisset, Margaritus eas in Cipro potentissime cum suis expugnavit. Saladinus autem cum infinita multitudine terram*[k] *Ierusalem inopinate et subito intravit, et ut saepe auditum est et flebiliter dico, Deo permittente christianismum nostrum universum devicit, et totam fere terram nullo defendente in ius suum usurpavit, et cruces pro dolor per plateas traxit et in presentia Sarracenorum sepulchra contaminavit, virgines et nuptas et infantes in perpetuum, nisi Deus misericorditer revocaverit, exules in terram extraneam duxit*[l]*. Hac victoria supra quam credi possit elatus, inperatori nuncios suos misit et ut de victoria sua gauderet, presentibus litteris notificavit, et misit ei elephantem unum et quinquaginta sellas Turcas et unam phialam balsami et centum arcus Turcos cum pharetris et sagittis et centum Grecos captivos Greciae remisit, mille*[m] *et quinquaginta dextrarios Turcos vel Turquimannos, et species infinitas et quas noverat preciosiores. Inperator itaque muneribus istis delectatus, nuncios honoravit quantum potuit, et eis palatium optimum in media civitate Constantinopoli ad habitandum per tempus concessit,*

a) quidem 4. b) cum 4. c) logotetis 4. d) divolvi 1. e) logoteti 4. f) sublatus 1. g) impressione 1. h) id est 1. i) ad 4. k) nostram 4. l) induxit 4. m) et mille I. 4. 80) Obiit a. 1180.

1189. *quod nunquam vel raro aliquibus nunciis Latinis fecisse visus*[a] *est, et predictam confederationem et sacramenta iteravit. Et cum isti nuncii honorati ab eo reverterentur, misit inperator nuncios cum eis scilicet Sovestot*[b]*, Aspion et Constantium senem interpretem in lingua Sarracenica, et misit per eos Saladino coronam auream dicens: „Hanc tibi mitto quia meo iudicio modo recte rex es et eris me iuvante et Deo volente," et misit ei quadringentas loricas peroptimas*[c]*, et quatuor milia palos de ferro et quinque milia ensium, quae omnia a rege Siciliae habuerat, et duodecim samitas*[d] *et duos ciphos aureos et duas vestes inperiales, et trecentas beverinas pelles. Fratri Saladini Sabidino misit sex samitas et duas vestes inperiales, et singulis scilicet tribus filiis Saladini maioribus sex samitas et unicuique inperialem vestem. Et cum isti nuncii navigassent Accaron, Saladinus victus ignominiose ante Tyrum, occasione nunciorum adventus fugit Accaron in die epiphaniae, et occurrens nunciis salutaturus eos convocavit*[e] *omnes principes et amicos et filios suos*[f]*, et coram secretariis suis predictam confederationem et sacramenta iteravit, et nuncios*[g] *multum honoravit, et ab eis de statu inperatoris et de guerra Blacorum*[h] *et aliis guerris aliorum principum diligenter inquisivit. Nuncii vero genua flectentes de honore collato fratri inperatoris gratias egerunt, et genu eius osculati sunt dicentes: „Per te salvatus est et liberatus de manibus Latinorum ipsum propter te in carcere tenentium".*

*Mora facta cum audisset Saladinus de consignatione et de adventu Latinorum principum, statim cepit cogitare de interitu eorum, et remisit nuncios inperatoris et cum ipsis proprios nuncios, et per eos*[i] *misit eidem viginti dextrarios Latinos et pixidem ad longitudinem cubiti preciosissimis lapidibus plenam et pixidem eiusdem longitudinis balsamo plenam et trecentos funes plenos lapidibus perforatis et magnae magnitudinis, et scrinium plenum aloes et arborem ligni cum suis brachiis et ramis viridem, quae multo preciosior est, et centum folliculos musci*[k]*, et viginti milia bizantiorum, et elephantum parvulum et bestiolam quae fert muscum*[l]*, et struthionem et quinque leopardos, et triginta quintarios de pipere et alias species sine numero et sine*[m] *mensura, et vas quod caperet viginti metretas vini de purissimo argento, plenum toxico fortissimo, quod ipse cum vellet probare coram nunciis vocavit quendam Latinum christianum, et pixidem in media platea longe a Sarracenis aperire*[n] *iussit, quam cum aperuisset statim* 81 *mortuus fuit*[81]*, et sex milia modiorum farinae toxicatae et tria milia modiorum frumenti similiter toxicati, et maumeriam misit ei, ut eam sicut promiserat, ad honorem Sarracenorum exaltaret et venerabiliter eam haberi preciperet.*

*Cod.* 1.

Anno eodem domnus Philippus prepositus Richerspergensis ecclesiae, postquam longo et difficili deductu de loco qui dicitur Lind, induxisset fontem aquae in claustrum fratrum labore suo et auxilio quorumque fidelium etiam extraneorum, considerans imbecillitatem suam quia senio gravis iam preesse non poterat, resigna- Aug. 28. vit eandem prepositaram domno archiepiscopo Adelberto Salzburge 5. Kal. Septembris. Erat autem vir bonus et mitis multumque religioni deditus, utpote qui a iuventute sua devotissime Deo vivens, per annos amplius quam quinquaginta in cenobio Richerspergensi conversatus fuerat sine querela in obedientia erga magistros suos, ieiuniis et vigiliis semper studens, in transcribendis quoque libris sanctis etiam propriis manibus studiose operam impendens. Aug. 30. Post eum statim electus est a fratribus in eius locum 3. Kal. Sept. domnus Gerlochus presbiter, qui et ipse sub disciplina felicis memoriae magistri Gerhohi a puero educatus et in presbiterum ordinatus est ad cenobium Richerspergense. Petente autem preposito et dominis de choro Salzburgensi, per licentiam fratrum suorum ecclesiae Salzburgensi et dominis fuit associatus de choro.

*Cod.* 3.

Eodem anno domnus Philippus resignavit preposituram Richerspergensis aecclesiae archiepiscopo Adalberto 5. Kal. Sept. apud Salzburch. In cuius locum successit domnus Gerlochus, presbiter eiusdem congregationis.

*Codd.* 1. 4.

Tagen. Anno 1190. pars illa exercitus nostri quae hiemaverat apud Philippopolim, secuta est domnum inperatorem Adria- Ian. 15. nopolim 18. Kal. Febr. et venit Constantiam ea die qua cantabatur *Circumdederunt me gemitus mortis*, hoc est in 12. Ian. 21. Kal.[o] Februarii. Venit autem Adrianopolim ad inperatorem 8. Idus Februarii. Febr. 6. 16. Kal. Martii venit nuncius inperatoris Grecorum ferens finalem et precisam pacis compositionem ad dominum nostrum inperatorem. 13. Kal. Martii ve- 14. 17. nerunt nuncii soldani et filii eius[p] ad domnum inperatorem apud Adrianopolim morantem, bonam portantes legationem.

a) visum 4. b) Soeuestot 1. c) *deest* 4. d) samittas 4. e) invocavit 1. f) *deest* 1. g) multos 4. h) Blaccorum 4. i) eosdem 4. k) mosci 1. l) moscum 1. m) *deest* 1. n) aperiri 4. o) XIII. Kal. 4. *ut videtur*. p) *deest* 1.

81) Hoc etiam narratur in epistola Sibiliae reginae, quam Tageno servavit.

6. Kal. Martii habuerunt peregrini nostri ventum intolerabilem et frigus asperrimum apud Adrianopolim. Inde tunc Tageno.
missi sunt nuncii qui explorarent securitatem transitus ad brachium. 3. Kal. Martii venerunt inperatori obsides Greco- Febr. 24. 27.
rum quos expetierat ab eis inperator. In Kal. Martii dux Sueviae exivit cum suo agmine Adrianopolim. Sequenti die Mart. 1.
domnus inperator cum suo exercitu. 4. Non. Martii transierunt Reina aquam cum magno labore, et ea die cantabatur 2. 4.
*Laetare Ierusalem* dominica. 8. Idus Martii audita sunt tonitrua horribilia, et imbres insoliti ruentes fecerunt viam labo- 8.
riosam hominibus et equis. 15. Kal. Apr. in die palmarum fuerunt in fletu et tristitia magna, quia equi eorum nimia 18.
annonae penuria laborabant. In cena[a] Domini obiit Ainwicus de Hagenowe, sepultus apud Abrusiam[b]. Inde venerunt 21.
Callipolim[c] ad transitum brachii. 10. Kal. Apr. in parasceue transivit brachium dux Sueviae primus cum suo agmine. 23.
7. Kal. Apr. transivit domnus episcopus Pataviensis et dux Merani cum societate sua, et primas partes Romaniae intra- 26.
verunt. 5. Kal. Apr. quod erat quarta feria, transivit domnus inperator post transitum omnium peregrinorum. 4. Kal. 28. 29.
Apr. relictis bigis et quadrigis iter cum sagmis aggressi sunt, et per duos dies valde laboriosam et penuriosam viam
habuerunt. Tertia die intraverunt vallem quandam, ubi homines vino et cibariis, equi gramine optime reficiebantur.
4. Non. Apr. transierunt Digam fluvium; sequenti die Anelonicam fluvium cum magno labore et rerum iactura, lutosam Apr. 2. 3.
et vallosam viam habuerunt. 7. Id. Apr. intraverunt stratam quae venit de Constantinopoli. Tunc transituri per quaedam 7.
deserta Romaniae, preparaverunt hominibus et equis necessaria ad septem dies. 5. Idus April. intraverunt vallem Asca- 9.
ratanam; ibi[d] exercitus ex maxima parte cepit murmurare propter forum. 18. Kal. Maii venerunt ad castellum Calomon 14.
quod vacuum invenerunt. 11. Kal. Maii venerunt Philadelphiam. Inde transierunt quendam montem cum maximo labore, 21.
quia equi ex maxima parte defecerant et eis omnia necessaria excepto pane consumpta fuerant. Inde venerunt ad mino-
rem Tripolim, quae in Greco dicitur Ierapolis[82], in apokalipsi Tyatira[e], ubi passus fuit Philippus aposto- 82
lus. Quam desertam a Turcis invenerunt, ibique aquam quae dicitur minor transierunt, et districtum Turcorum intrave-
runt. Qui cum omni humanitate et hilari[f] vultu eos excipientes, forum pro posse suo exercitui ministraverunt. Tunc
accesserunt ad campos Laodiciae, quae sita est in pede cuiusdam altissimi montis, ultra quem Ephesus est, ubi bonum
forum habuerunt, ibique dicebatur rex Franciae Ludwicus quondam devictus fuisse a Turcis, et domnus Otto episcopus
Frisingensis in expeditione Chûnradi regis. Inde intraverunt quaedam desertissima loca Turkiae, descendentes iuxta
lacum[g] salinarum in terra horroris et salsuginis. Ibidem invenerunt greges ovium, caprarum, agnorum et haedorum,
boum, equorum, camelorum, asinorum, bene ad quinque milia. Quae omnia fuerunt agrestium Turcorum, qui in adventu
nostro relictis tentoriis et viltris montana profugi[h] ascenderant. Sed quia nos existimavimus ex parte illorum pacem
habituros, nichil eorum quae in via eis desiderabilia et admodum necessaria erant attigerunt. Nocte illa in capite laci[i]
nec gramen nec herbas nec frondes invenerunt. Sequenti mane invenerunt eos mala mille saeculis inaudita. Nam Turci
equites et pedites sine intermissione iaculis et incursationibus vexaverunt eos. Tamen 3. Kal. Maii remisit Deus indigna- Apr. 29.
tionem suam quae peccatis exigentibus super eos valde incanduerat, volens respirare populum suum. Dum predicti Turci
castra eorum quae exierant mane intrarent pro colligendis quae populus propter lassitudinem portare nequivit, inperator
ex industria fumum fieri precepit, et illi sicut obcecati subito ab eis occupati, ex[k] illis fere trecenti occubuerunt; reliqui
vero in montanis eos observantes, Susopolim usque per valde laboriosam viam insecuti sunt. Inde 6. Non. Maii iterum Mai. 2.
persecutores crucis Christi ceciderunt ad trecentos, et nostri in maximo defectu fuerunt. 5. Non. Maii plus quam triginta 3.
milia Turcorum in quadam arctissima clausura convenerant, per quam transituri erant nostri, ubi inperator Grecorum
Emanuel cum maximo exercitu destructus fuit, ut nostros eodem modo interimerent. Sed infatuavit Deus consilium
Achitofel, quia inperator noster spiritu Dei premonitus, fecit exercitum transire quendam altissimum montem, ubi plus
quam mille equi perierunt. In mente habete omnes diem illum, in quo altum et laboriosum montem istum transierunt.
In descensu montis spatiosam terram et maximam copiam gregum invenerunt. Sequenti die Turci circumvallaverant eos,
et die ac nocte sagittis et incursationibus acriter infestaverunt. Quarta[l] Non. Maii validissima fames cepit esse in Mai. 4.
exercitu, et nuncii soldani recesserunt fraudulenter ab eis, captivato Gotefrido. Tunc liquido cognoverunt quod aurum
soldani, id[m] est[m] amicitia ipsius, versum fuit in scoriam, et quod ipse et Greci in hoc convenerant quod fraudulenter
interimerent eos, quia vi non poterant. Sed de his omnibus eripuit eos Dominus omnipotens.

| *Codd.* 1. 4. | *Cod.* 3. |
|---|---|
| His etiam diebus in regno Romano Heinricus dux Saxoniae, filius magni ducis Heinrici et nepos Lotharii inperatoris ex filia, qui iam per decem fere annos gratia inperatoris Friderici et regni, indeque ducatu Bawariae etiam caruerat, pacificatus est cum rege Romano filio inperatoris, et in gratiam regni receptus est sollempniter in curia eiusdem regis quae habita est post dies paschae, quod[n] evenerat in 8. Kal. Aprilis. Mart. 25. | Anno 1190. Heinricus dux Saxoniae qui iam per decem fere annos gratia regni et inperatoris caruerat, pacificatus et in gratiam regis receptus est a rege filio inperatoris post dies paschae quod evenerat in 8. Kal. Aprilis, in curia eiusdem regis. |

In Nonis Maii Turci existimantes nostros omnino inedia[o] extabuisse, hora vespertina[p] castra eorum fundis, iaculis, Tageno.
lanceis potenter invaserunt; sed exercitus vivificae crucis incursationibus ipsorum viriliter occurrit, ita ut duo fugarent Mai. 7.
decem milia, et nisi nox[q] et montana intercepissent[r], omnes in ore gladii cecidissent. Et ut verum loquar, ibi corruerunt
plus quam quinque milia[83] Turcorum equitum et peditum, auctoribus duce Sueviae et duce Merani. 6. Idus Maii Mai. 10.
audierunt nostri tubam soldani et vexillum ipsius viderunt, sicut referebat Turcus ductor eorum qui captivus ducebatur
ab eis. Quinta Idus Maii omnis fortitudo Turcorum occurrit eis, ita ut montes et valles plenae essent, et nostri simu- Mai. 11.
lantes inbecillitatem, ita ut illi magis exasperati 5. Id. Maii insultum clamoribus in eos facerent; sed nostri subito regi-
rantes occiderunt ducentos, et in monte iuxta civitatem quae dicitur Firma, plus quam quinquaginta. Tertia Idus Maii, Mai. 13.
quando erat sancta dies pentecostes, pepercit nobis Deus. Sequenti vero die, id est 2. Idus Maii, filii soldani collectis Mai. 14.
trecentis milibus equitum acies suas instruxerunt[s] ut nobiscum[t] dimicarent. Sed domnus inperator primam aciem fecit

a) in die coenae 1. b) Abrissiam 4. c) Calip. 4. d) ubi 4. e) Tyatera 4. f) h. hilarique 4. g) locum 1. h) *deest* 4. i) luci 1. k) et 4. l) VI. 1. m) et *codd.* n) quod — Apr. *desunt* 4. o) *deest* 4. p) vespertinali 4. q) nix 4. r) *ita* 4. *et Ansbertus;* intercessissent 1. s) instruxerant 4. t) nobis 4.

82) Tageno Hierapolim a Tripoli minore distinguit, Thyatiram vero ponit inter castellum Coloniora et Philadelphiam. 83) Sex fere millia habet Tageno; Ansbertus, ad quem noster hic et in sequentibus propius accedit, 4774.

*Codd. 1, 4.*

Tageno. 1190. eis viriliter occurrere, quod ita factum fuit, et omnes in fugam versi fuerunt. Cuidam etiam religioso laico angelus Domini apparuit veniens in auxilium christianorum, qui cum hasta una miro modo verberavit agmina Turcorum. In descensu itaque montis unde primam aciem fugaverant nostri, acies inperatoris beno centum Turcos electos stravit, et alium montem quem duo filii soldani cum copiosa multitudine Turcorum et cum regali buccina occupaverant, domnus inperator morose ascenderat, et illi sub quadam indignatione terga dedefunt. Et quia de nacta victoria Deo hymnum non cantavimus, dignas solvimus penas. Nam post nimium calorem et laborem post occasum solis exercitus in quadam arenosa solitudine divisus x pulverosa nebula fuit, et sicut oves balantes[a] inimicis circumgirantibus hinc inde erravit. Ad ultimum tamen signa exercitus reperientes, castra absque gramine et aqua metati sunt. Sequenti mane, hoc est in Mai. 15. Idibus Maii, sicut premortul itinerantes, aquam in palustribus locis invenerunt. Hic in locis illis paludosis equi eorum aliquantulum refocillati fuerunt. Ibidem magnus Melech et satrapae ipsius misso legato dixerunt, si inperator et exercitus daret eis trecentos centenarios auri et terram Armeniorum, quod tunc in pace transitum concederent[b] eis, et post tres dies[c] forum facerent exhiberi. Inperator vero iuxta consuetudinem mansuetudinis suae respondens ait: *Non est iuris inperii*[d] *nostri et exercitus christianorum, et militia vivificae crucis non poterit*[e] *in consuetudinem ducere, regiam stratam auro vel argento comparare, sed auxilio domini nostri Iesu Christi, cuius nos milites sumus, iter erit*[f] *aperiendum ferro.* Nuncius vero recedens dixit: *Si hac nocte ad vos non fuero reversus, sciatis pro certo quod cras ante horam tertiam Turci cum omni fortitudine sua vobiscum decertabunt.* Sed quia exercitus et equitaturae nostrae in[g] respectu priorum ad nimiam erant devolutae inediam, cepimus valde tristari et maesti esse. Et tamen adiutor in oportunitatibus, qui mavult parcere quam flagellare, inspiravit in cordibus episcoporum, quod paterna et salutari commonitione populum ad inplorandum divinum auxilium excitaverunt, et nomen sancti Georgii martiris quod celebre quidem[h] habetur in tota ecclesia catholica, qui in anxietatibus nostris aliquotiens viris religiosis apparuit, laudibus, hymnis, ieiuniorum votis pro posse suo extulerunt, ipsum[i] sibi a Deo signiferum, propugnatorem, advocatum dari, cum multis suspiriis et lacrimis efflagitaverunt. Domnus itaque inperator quia res pro vita videbatur actitari, tametsi[k] occulte aliquantulum anxiabatur, de castris crastinae diei, quae et habere proposuit in ferali[l] horto et viridario regali soldani, dixit familiaribus suis: *Si cras Deo annuente cum aliquantula prosperitate tentoria figere poterimus, non modicum erit argumentum tranquillitatis futurae.* Mai. 17. Mane facto 16. Kal.[m] Iún. auditis missarum sollempnitatibus et accepta communione, in nomine Domini valde paulatim, ita etiam quod multi debiles et infirmi sustinerent, abmodum tarde aeque processimus, et Turci quorum innumerabilis erat multitudo, nos ad instar lunae corniculatae circumdederunt, et clamoribus et incursationibus, non multum tamen vexantes, ad castra nobiscum pervenerunt absque laesione nostra, sed ex ipsis bene triginta occubuerunt. Ingressi itaque hortum et viridarium regium, multam habundantiam graminis et aquae invenimus. Nocte illa tonitrua et imbres insoliti Mai. 18. nos molestaverunt. Mane facto domnus inperator duas acies ordinavit; primam[n] commisit filio suo duci Sueviae, secundam ipse gubernavit, in medio vero clericos et milites inermes ceterumque vulgus cum saumariis et sarcinis procedere instituit. Edictum etiam inperiale exiit, ut si Deus concederet nobis victoriam, ne cuiquam liceret de preda contingere, donec hostes sternerentur ad terram et civitas Yconium nostrae subderetur ditioni. Dum vero in procinctu fuissemus, nuncius soldani et filii sui occurrit inperatori, querens ea quae paris sunt. Inperator respondit; si nuncius eius ei de captivitate redderetur, et nuncii industrii et prudentes mitterentur, qui de tanto negotio scirent et possent tractare, se in danda pace prestabilem inveniri. Post discessum autem[o] nuncii inperator intellexit[p] quod haec omnia dolose et causa frustatoriae dilationis fierent, mandavit filio suo quod ipse procederet. Qui dum iuxta preceptum patris sui ad portam civitatis Yconiensis venisset, occurrit ei domnus Gotefridus de captivitate liberatus dicens: *Benedicti vos a Domino, procedite confidenter, tradidit Deus civitatem hanc et terram in manum vestram.* Soldanus igitur qui cum sexcentis armatis militibus, sive in bono sive in malo nescitur, exercitui obviam venerat, visa prima acie terga cum suis dedit, et castrum quod supereminet civitati, intravit fugiens. In quo etiam[q] receperunt se fere omnes cives civitatis tam divites quam pauperes, portata secum infinitissima supellectile auri et argenti et preciosarum vestium, et copiosa habundantia victualium; equos et asinos et armenta sua[r] in locis munitis concluserant. Predictus itaque dux cum suis usque ad[r] portam castri valde muniti persecutus eos, omnes quos in civitate reperit, in ore gladii occidit, pueros cum mulieribus. Et mirum in modum dum saepedictus dux angelo Dei[r] cooperante ita de civitate triumphasset, turma inperatoris quae extra hortos civitatis adhuc longe fuit, hoc ignorabat, sed ipsa erat circumdata innumerabili Turcorum[r] multitudine, et tantus erat impetus Turcorum super nostros, quod illi qui ibidem erant, mortem cervicibus suis iam proximam exspectarent. Nam episcopi et plurimi sacerdotes offerentes se hostiam vivam summo sacerdoti, in argumentum officii sui stolas collis suis circumdederunt, desiderantes illa immortalitatis stola supervestiri, et glorianter[s] cum apostolo dicentes: *Cupimus dissolvi et esse cum Christo.* Sancta etiam legio electissimorum militum, in omnibus comparanda legioni Thebeorum martirum, pari voto unaque voluntate sanguinem suum cupientes pro Christo fundere, ita stabant intrepidi, quod nullum contractae debilitatis nec in ipsis nec in dextrariis suis appareret vestigium. In medio ipsorum erat ille gloriosissimus Romanorum inperator invictissimus, cuius similem totus nequit invenire orbis, qui tametsi saepe totam Tusciam, Longobardiam, Apuliam, Burgundiam, fortissimas terras devicisset et innumerabiles strages hominum bellica manu factas vidisset, in hoc tamen discrimine suffusis aliquantisper lacrimis haec fertur dixisse: *Si exercitus christianorum, qui hodie in loco isto ob amorem caelestis patriae desudat, cum omni integritate esset Antiochiae, penam quam non decet inperiali irrogari personae, vellem sustinere, videlicet capitis minorationem.* Haec cum dixisset et cunctis qui aderant lacrimantibus, iterum in magnitudine solitae virtutis suae sic[t] ille memorabilis augustus subiunxit: *Sed quid moramur? quid trepidamus? Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. Haec est merces militum Domini. Taliter pervenitur ad regnum cum gloria. Venite, commilitones mei, qui regnum caelorum comparare sanguine vestro existis de terra vestra!* Haec dicens licet multo esset defatigatus[u] labore, animi tamen nobilitate maior Iuda Machabeo, ipse primus regirato dextrario, ceteris audacter in id ipsum consentientibus, irruit velut leo super hostes, et ita in fugam eos convertit, quod nec unus quidem illorum manum levavit contra eum, sed omnes in fugam conversi de societate sua, hoc est de filiis Belial, ad tria milia hominum amiserunt. Et nisi debilitas militum et defectio obstitisset, castrum ea nocte fuisset expugnatum in civitate. Milites enim fere per 14 dies incredibili et inaudita laboraverant[v] famis inedia. Post victoriam domnus inperator cum sequenti se exercitu civitatem ingressus magnifice a filio et sociis excipitur. Ibi de spoliis hostium fames exercitus mitigata fuit aliquantulum. Multi eorum foveas cum tritico et hordeo invenerunt, unde homines et equi

a) *ita* 4. *et Ansbertus;* palantes 1. *et Tagenonis relatio edita.* b) concederet 1. c) *deest* 4. d) *deest* 4. e) poterunt 1. f) erat 4. g) n. quae in *codd.* h) *deest* 4. i) ipsumque 4. k) tamen et si occ. anxiebatur 4. l) feriali 1. m) XV. Kal. 4. n) p. aciem c. 4. o) *deest* 4. p) intelligens *Ansb.* q) et 1. r) *deest* 4. s) gloriantur 1. t) *deest* 1. u) fatigatus 4. v) laboraverunt 4.

*Codd. 1. 4.*

ex magna parte recreati fuerunt. Referebant preterea nonnulli, quod rapina in ipsa civitate facta in auro et argento, Tageno. gemmis et purpura, erat ad aestimationem ultra centum milia marcarum. In domo etiam magni Melech thesaurus 1190. desiderabilis, quem profanus Saladinus illi pro dote cum filia sua contulerat, repertus fuit. Sequenti die 14. Kal.[a] Iun. Mai. 19. cepimus laudare nomen Domini, quia victoriam nobis dedit de inimicis suis, dicta hac missa: *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Officium itaque ipsum laetitiae nostrae et votis multum concordabat, in quo etiam mentio habetur Yconii, in prophetia videlicet de Actibus apostolorum sumpta, quae ipsa die de ieiunio quatuor temporum in tota ecclesia similiter legebatur.

Post haec soldanus et filii eius necnon et admirati[b], videntes in foveam quam foderant nobis se cecidisse, miserunt legatos suos ad domnum inperatorem supplicantes quatenus in visceribus misericordiae terram et populum respiceret neve malum pro malo redderet[c], sed honorem quem pro illato sibi contemptu eligere vellet, omnifariam ei exhiberent. Adiecerunt preterea, quod indignationem inperatoriae maiestatis modis omnibus quibus possent studerent sopire. Quoniam igitur inperatori non erat in proposito, aliquibus arduis negotiis iter vivificae crucis induciare, communicato consilio principum in hunc modum respondit: *Soldanus iuxta amicitiam diu cum inperio nostro habitam legatos suos ad nos misit, et ad terram suam invitavit, et securitatem viae et bonum forum nobis et exercitui nostro pollicebatur. Preterea alii nuncii ipsius et filii sui presentiam nostram Adrianopoli adierunt, uberiora et ampliora prioribus beneficiorum promissa nobis offerentes. Sed qui nobiscum terram istam ingressi sunt, viderunt nobis pro securitate viae arcus et tela, gladios et lanceas et omne genus armorum et insultationes et insolitos clamores exhiberi, et pro bono foro nobis sub specie fidelis amicitiae pollicito magnus Melech cum omni fortitudine et virtute gentis suae in manu hostili nos et exercitum nostrum circumdederunt sicut apes, et exarserunt in nos sicut ignis in spinis. Et tamen in nomine domini nostri Iesu Christi Romanus inperator et advocatus specialis terrae*[d] *Ierosolimitanae hostium cuneos penetravit securus, et fugato multitudinis vestrae exercitu, tradidit Deus noster civitatem hanc in manum nostram. Sed quia Romanus inperator cui collaterales semper esse debent misericordia et veritas, novit magis parcere quam ferire, hanc gratiam dominis vestris*[e] *et vobis inpertiri decrevimus, ut pax nostra sit super vos, dummodo detis obsides ad arbitrium nostrum, quod in bona pace et bono foro terram vestram exire debeamus*[f]. Talibus auditis nuncii cum ingenti gaudio haec soldano et filio suo retulerunt, qui infra breve spatium ea quae proposita fuerant effectui mancipaverunt, datis decem admiratis[g] et aliis decem magnis baronibus obsidibus. Exercitus ergo 10. Kal. Iun. exivit Yconium, et iuxta regium hortum sicut et prius castra metatus fuit. Ubi forum tam- Mai. 23. etsi care venderetur, tamen ad sufficientiam inveniebatur. Nam ibidem inter equos et mulos plus quam sex milia exceptis asinis vendebantur. In pane et carne necnon butyro et caseis exercitus bene recreatus fuit. 7. Kal. Iun. inde Mai. 26. moventes per quaedam spatiosissima et plana loca venerunt ad 40 fontes. Sequenti die venerunt ad quandam magnam Mai. 27. et potabilem aquam. Ibidem quia agrestes Turci non omnino adhuc destiterant nostros insequi, domnus inperator dixit obsidibus: *Si Turci vestri non cessabunt nos persequi, et si forum ex condicto exercitui non exhibebitur, revera capitalem excipietis sententiam.* Postea parum mali ex parte illorum sensimus. Procedentes inde transivimus quandam magnam villam, ubi multa vineta fuerunt et parum aquae, laborioso quidem itinere venerunt ad aliam villam cui nomen Pyrgus, ibique bonum forum reperientes die una quieverunt. Postera luce 3. Kal. Iun. venerunt ad quandam specialem[h] civita- Mai. 30. tem Larandam, quae dividit Ciliciam, id est Armeniam, a Lycaonia. Yconium siquidem metropolis est Lycaoniae. Quantas igitur angustias et persecutiones, famem, sitim, perfidias et fraudes, clamores, insultationes die et nocte sine intermissione exercitus pro nomine Christi et honore vivificae crucis patienter et hilari vultu et absque murmuratione in terra Turcorum pertulerit, si ad plenum exponere conaremur, etiam si linguis hominum et angelorum loqueremur, tamen in irritum cederet labor noster, quia puteus altus est, et in quo hauriamus non habemus. In tanti enim laboris debita et plenaria descriptione, si adhuc superstites essent, quasi elingues digitum suo ori superponerent ille famosus Homerus facundusque[i] Lucanus ipseque vates Mantuanus. Factum est autem dum exercitus vivificae crucis movisset castra a Laranda, ubi vires aliquantulum receperat, venerunt ad unam villam Armeniorum. Ibidem in campis cruces fixas viderunt, propter quod ingens gaudium et exultatio corda eorum exhilaravit. Diu enim fuerat quod nichil eorum quae ad decorem christianae pertinent religionis, nec viderant nec audierant. Progressi itaque ascenderunt quaedam montana solis vix pervia ibicibus, quae cum maximo transierunt labore, ibique districtum perfidissimorum Turcorum reliquerunt. Tunc obsides soldani et filii eius instanter postulabant, quod ad propria remitterentur, affirmantes quod in illo loco ex condicto dimittendi essent. Ipsorum vero precibus nec locus nec audientia a principibus exhibebantur, sed in arctiori custodia iussi fuerunt observari. Dum itaque summitas asperrimi montis eos cum supremo labore recepisset, domno inperatori occurrit princeps Sibiliae, vir potens et honoratus, qui cum omni devotione eum suscepit, et exercitui forum pro posse suo fecit exhiberi. Est autem Sibilia castrum munitissimum, et marchia christianorum[k] a crebris Turcorum insultibus per ipsum defensatur. In descensu itaque montis filii dexterae Excelsi castra metati sunt iuxta quandam magnam aquam et invadosam, ubi equitaturae nostrae bene gramine refectae fuerunt. Deinde recepti in quodam spatioso campo, ubi plurimum graminis erat, duos dies quieverunt. Ibidem multitudo populi victualium cepit inedia laborare, in tantum quod carnes equinae apud quosdam sicut prius locum habebant. Principes enim et magnates per abrupta montium hinc inde quesitas tenues interdum mensas habuerunt. Descendentes igitur iuxta predictam aquam, cui nomen Selephica, iuxta quendam lapideum pontem castra metati fuerunt. Ubi honorabiles nuncii domni Leonis[l] de montanis domno inperatori occurrerunt 7. Idus Iunii, ex parte domini sui prout consuetudo est gentis illius, affectuose inclinantes, Iun. 7. precipiendi, ordinandi de populo, de terra, omnimodam offerentes facultatem. Quos domnus inperator tamquam viros industrios apud se habuit, et consilio ipsorum de progressu exercitus ordinavit, audivitque ab eis quod valde difficilem et asperam transituri essent viam. Sed piissimus inperator in omnibus peregrinis suis tamquam pater condolens, verbum hoc celari precepit, ne si forte audiret populus futuros sibi imminere labores, taedio viae et rerum penuria opprimeretur. De die enim in diem laeta et iocunda et boni fori exuberantia eis promittebantur. Sed haec omnia in contrarium cesserunt. Nam sequenti die 5. Idus Iunii cum maximo labore ad hospitium venimus, et exercitus propter incredibilem viae Iun. 9. difficultatem non servata constituta progressione nec exspectatis principum et societatum vexillis, unusquisque pro posse suo alium anteire attemptabat. Et nocte illa maior pars exercitus quendam altissimum montem in littore prefatae aquae protensum transivit. Obscuritas enim noctis inpedivit, quod multa preruptae semitellae pericula non poterant videri, quae in die iter nostrum sequentes multum terruerunt, et secundum relationem ipsorum in maximis angustiis eos fuisse intelleximus. Quis enim tam saxei esset cordis tamque durae cervicis, qui non ad lacrimas totus flecteretur, quando

a) XIII. Kal. 4. b) admirali 1. ammirati 4. c) reddere vellet. omnif. 4. d) *deest* 4. e) nostris vobisque 4. f) debeam 1. g) ammiratis 4. h) *leg.* speciosam *cum Ansberto.* i) f. quoque 4. k) chr. quod a *codd.* l) L. regis Armenie de 4.

*Codd.* 1. 4.

Tageno. 1190. episcopos electissimos propter longas egritudinum molestias vidit in grabatis equorum deferri, et in nimia semitae saxosae artitudine equus anterior et interdum posterior domini sui quem[a] deferebat, et suimet mortem per miserandam[b] ruinam minaretur. Ibidem miserabile erat spectaculum, quomodo laudabilis et bene remuneranda eorum qui scutiferi dicuntur, sedulitas dominorum suorum debilitatem in sua debilitate in sudore vultuum suorum per montem illum portaverunt. In descensu montis herbarum reperta habundantia, prandium sumentes aliquamdiu quieverunt. Accidit autem ut domnus inperator et qui cum illo erant, iuxta consilium eorum qui indigenae erant, volentes evitare periculum montis quod pre oculis erat, dum aurora radios suos spargere cepisset, in littore aquae descenderunt, nec in minore labore fuerunt quam illi qui per iuga montis descenderant. Nam quidam episcopi et alii principes prepotentes relictis equis in quibusdam locis, ubi aqua a dextris, precipicium[c] montis a sinistris periculum exitiale minabatur, manibus et pedibus sicut quadrupedia reptabant. Et haec omnia dulcia et suavia ipsis videbantur amore illius, qui inperat ventis et mari, et desiderio Iun. 10. patriae caelestis ad quam suspirabant[d]. Exercitus qui precesserat, ea[e] die, hoc est 4. Idus Iunii, in campis Seleuciae castra metatus fuit, et erat laetitia magna in populo, quia evaserant pericula multa et prosperatum erat opus in manibus eorum. Dominus quoque iam fecerat cum ipsis misericordiam suam et liberaverat[f] eos de omni angustia.

*Codd.* 1. 4.

84 Repente[84] autem et inopinate gaudium eorum mutatum est in merorem, et versa est heu pro dolor! in luctum cithara eorum, et cantatio[g] ipsorum in amarissimam plorationem. Quia ibidem[h] apud Seleuciam in illa die cecidit corona capitis nostri, et gloria decusque inperii Romani periit. Inperator enim noster Fridericus augustissimus et omnium fere regum fortunatissimus, 4. Idus Iunii ut dictum est, quod erat tunc dominica dies, subito debita mortis circa vesperam exsolvens diem clausit extremum, secundo anno peregrinationis suae, anno autem regni sui quarto, inperii vero 35, omnibus peregrinis qui eum sequebantur, inconsolabiliter lugentibus et flentibus. Tunc sicut scriptum est: *Percutiam pastorem et dispergentur oves gregis*, sic in exercitu nostro factum est. Percusso enim et amisso capite, id est duce populi, ex magna parte dissipatus et dispersus est exercitus, quia dissolutae sunt manus eorum pre tristitia. Maior tamen pars exercitus ducem Sueviae filium inperatoris et alios principes secuta, post dies luctus Iun. 14. inperatoris 18. Kal. Iul. Curcam[k] venit, et ibi quidam mare intraverunt. 13. Kal. Iun 19.21. Iul. venerunt ad portum sancti Symeonis. 11. Kal. Iul. venerunt Antiochiam cum omni integritate exercitus; ubi etiam ossa inperatoris tunc primum tumulata sunt a filio suo duce predicto ante altare sancti Petri. Dum autem essent Antiochiae et exspectarent bona a Deo, ecce miserabilis calamitas oppressit eos. Nam peccatis exigentibus occulto Dei iudicio exercitus ille electissimorum militum morte consumi cepit, ita ut diatim multitudines morbo depastae cade- 85 rent, in tantum quod etiam non erat qui sepeliret[85]. Episcopi cum clericis, principes cum innumerabili multitudine electissimorum militum, mortem sui principis secuti sunt ibi. Reliquiae[l] vero tanti exercitus paucissimae, quae pestem illam et mortem evaserant, ad Acon tandem pervenerunt circa festum Sept. 29. sancti Michahelis, cum duce Sueviae et principibus paucissimis qui remanserant. Invenerunt autem illic eos qui similiter pro Domino peregrinantes mare navibus transierant, et[m] in obsidione iam dictae civitatis plus quam per annum frustra defatigati fuerant. Ibi princeps ille dux Sueviae, in quo solo

*Cod.* 3.

Fridericus Romanorum inperator victoriosissimus post multas et insignes victorias infra regnum suum et extra acquisitas, post memorabilem quoque triumphum apud Yconium adversus soldanum perfidissimum et Turcos sibi et exercitui christianorum novissime divinitus concessum, tandem felix peregrinus apud Seleuciam in terra Armeniorum obiit tercia[i] Idus Iunii cum luctu omnium peregrinorum, anno regni sui quarto, inperii vero 35. Multi quoque episcopi nominati cum aliis sacerdotibus, multi etiam de claris principibus et optimatibus qui in exercitu erant, cum innumerabili multitudine minorum peregrinorum mortem principis sui secuti sunt eodem anno, postquam Anthiochiam pervenerunt. Gotefridus Wirzburgensis episcopus obiit 8. Idus Iulii. Dietpoldus Pataviensis episcopus obiit tertia Non. Novembris, defunctis prius omnibus fratribus suis canonicis de choro Pataviensi sex numero.

a) q. manu def. *codd.* b) miserabilem 4. c) principium 4. d) aspir. 4. e) eadem 4. f) liberavit 4. g) cancio 4. h) ibi id est ap. 4. i) *ita cod. erronee.* k) Kurcam 4. l) Reliquie — pontificum eiusdem loci in *solo* 4. *leguntur.* m) *deest c.*

84) Abhinc Ansberti textus discedit a Tagenonis relatione edita, quae quum mutilata esse videatur, accurate indicari nequit, quid ex ea desumptum, quid a nostro additum sit, qui certe verba de morte imperatoris ampliavit, usus etiam his quae principio ut arbitror scripta, in cod. 3. intacta servavit. 85) Hic desinit Tagenonis relatio.

aliquantulam spem adhuc habere videbantur reliquiae illae paucissimae, communi morte 1191.
interceptus vivendi finem fecit 13. Kal. Febr. in principio tertii anni, cum sequentibus et Ian. 20.
ipse priores moriendo secutus. Tali modo talique infortunio ille magnus et electus exercitus, qui cum divae memoriae Friderico inperatore exierat, quique ad 80 et amplius milia conputabatur, totus fere deletus est in brevi spatio, hoc est infra biennium, immo infra unius anni spatium fame et mortalitale consumptus ac peste, nullo utili negotio heu pro dolor! confecto. Soli ex principibus maioribus episcopus Ratisponensis et dux Merani Perchtoldus ad terram propriam fuerunt reversi, antequam finiretur obsidio illa valde prolongata apud Acon. Sane signa et prodigia hunc motum magnum fortasse prenunciantia ac signantia non defuerunt hoc quoque tempore, sicut et in illo maximo motu, qui in superioribus annis sub Chunrado rege fuerat[a]. Frequentes namque concursus populorum fidelium cum maxima veneratione fuerunt ante[a] annos fere septem huius motionis late per omnem fere orbem Romanum ad sepulcra multorum sanctorum propter miracula, quae fiebant ubique et quae Dominus putabatur operari per sanctos suos vel credebatur. In partibus quoque nostris, videlicet in civitate Salzpurgensi, catervatim ruebant populi ad sepulcrum beati Virgilii episcopi, cernere cupientes quae per eum fiebant tunc mirabilia, et per alios sanctos pontifices ibi quiescentes. Similiter in civitate Patavia ad sepulchrum beati Pilgrimi episcopi et ad sepulcra aliorum pontificum eiusdem loci.

Venerabilis episcopus Pataviensis domnus Dietpoldus ad exemplum predecessoris sui sanctae memoriae domni Reginberti, eiusdem Pataviensis ecclesiae quondam episcopi, secutus Dominum qui est via, veritas et vita, et accepta cruce cum fratribus suis canonicis, videlicet maioribus ac precipuis de choro Pataviensi sex numero, iter sanctae peregrinationis cum domno inperatore Friderico divae memoriae fuerat aggressus pro redemptione animae suae. Qui quamvis fuisset nobilis valde genere, utpote de magnorum principum
et de inperiali sanguine creatus[86], et admodum iuvenis aetate, non tamen veritus est 86
animam suam ponere viriliter pro liberatione Ierusalem terrestris, quantum in ipso fuit, ut vitam aeternam promereretur in Ierusalem caelesti, quam et adeptus nunc gaudet in caelis cum sanctis confessoribus Dominique sacerdotibus, decoratus iam una stola, securus-
que de reliqua in fine secundi anni peregrinationis suae, id est 3. Non. Nov. caelo reddidit 1190.
animam beatam, terrae carnis materiam, apud Accaron[b] sepultus, premissis prius ad Nov. 3.
Dominum omnibus fratribus suis, qui eum de terra sua in terram aeternae promissionis fuerant ut patrem secuti. Quorum nomina haec fuerunt: Burchardus liber de Chambe[c] archipresbiter, Udalricus prepositus de Andacher et archipresbiter, Meginhalmus de Patavia, plebanus civitatis ipsius et archipresbiter, Marquardus quoque prepositus de Sancto Andrea[87], Rudegerus[d] de Aheime, Chuonradus prior inter eos, et maior ordine et dignitate, sed itineris consocius, domnus Tageno[e] Pataviensis ecclesiae decanus. Ipse est qui singulas mansiones quas pertransierant, pio studio adnotans, labores et angustias confratrum suorum et exercitus Dei viventis[f] et pro Domino peregrinantis, memoriae posterorum scripto commendavit, et plenus ipse caritate omnibus scire volentibus ordinem historiae, ipse moriens apud Tripolim ibique sepultus, in memoriam sui ea quae ipse viderat et
pertulerat in eadem expeditione, a prima egressione episcopi Dietpoldi a Patavia quae 88
facta fuit in 17. Kal. Iunii[88], usque dum exercitus christianorum venit Antiochiam sequenti anno in 11. Kal. Iulii, diligenter conscribens exempla eorum nobis remisit. Quae etiam in hoc libello fideliter per annos adnotata sunt.

Eodem quoque anno, id est 1190, rex Franciae et rex Angliae, comes Flandrensis, dux Austriae Liutpoldus, filius patrui inperatoris Friderici, de terra sua egressi sunt in autumno, singuli cum suis agminibus, ut venirent in auxilium christianitati orientalis ecclesiae iam deperditae miserabiliter. Rex quoque[g] Romanorum exierat eodem tempore cum exercitu, ut veniret in Apuliam adversus eos qui ibi rebellaverant[h].

a) *deest c.* b) Accaron vel Acon 4. c) Chumbe 4. d) Rudig. 4. e) Tegeno 4. f) venientis pro 4. g) etiam 4. h) rebellaverunt 4.

86) Natus erat comes de Berge, filius Theobaldi comitis et Giselae comitissae de Andechs. 87) Obiit d. 12. Sept. Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen XIX, 403. 88) Idibus Maii egressum refert ipse Tageno, ut nunc legitur.

*Codd. 1. 4.*

1191. Ian. 20. Anno 1191. dux Sueviae obiit 13. Kal.
Februarii apud Acon. Defuncto in peregrina-
tione piae memoriae domno Dietpoldo epi-
scopo Pataviensis ecclesiae, domnus Wolf-
kerus prepositus in locum eius substitutus
est, electus unanimiter Pataviae a choro et
prelatis omnibus eiusdem episcopatus, mini-
Mart. 11. sterialibus quoquè et plebe 5. Idus Martii.
Qui statim in media quadragesima ivit ad
regem pro suscipiendis regalibus.

Defuncto etiam tunc Romae Clemente
papa circa mediam quadragesimam, substi-
tutus[a] est in locum eius domnus Iacinctus
cardinalis admodum senex, electus[b] a Ro-
Mart. 30. manis 3. Kal. Apr. illo sabbato quando canta-
batur officium: *Sitientes venite ad aquas.* Et
in sancta die sollemnitatis paschae, quod
Apr. 14. evenerat tunc in 18. Kal. Maii, consecratus
Caelestinus est dictus. Rex quoque Roma-
norum Heinricus sextus, qui vivente adhuc
patre suo Friderico inperatore regnare cepe-
rat, Romam cum excercitu veniens sequenti
Apr. 15. die eiusdem paschalis sollemnitatis, id est
secunda feria, ab ipso Caelestino papa consecratus honorabiliter Romae et
coronatus, inperatoris et augusti nomen adeptus est, nonagesimus quintus
regum ab Augusto.

Electus Pataviensis domnus Wolfkerus, canonicus eiusdem ecclesiae Pata-
viensis, ab inperatore reversus ab archiepiscopo Adalberto plenitudinem officii
Iun. 8. sui accepit Salzburge in sancta sollemnitate pentecostes, in presbiterum con-
Iun. 9. secratus sabbato, et sequenti dominica die, id est in 5. Idus Iunii, ad honorem
et dignitatem episcopatus cum gaudio omnium sublimatus et consecratus est,
89 cooperantibus archiepiscopo et presentibus Ratisponensi et Gurcensi episcopis[89].
Iun. 12. Inde post triduum, id est pridie Idus Iunii, in ecclesia sua Pataviensi laetantibus
et applaudentibus pariter maioribus ac minoribus sollemniter valde tunc primum
post electionem suam susceptus et inthronizatus est. Eclipsis solis facta est
Iun. 23. ipso eodem anno 9. Kal. Iulii dominica die, hora meridiana, luna 27. existente,
14. decennovalis cicli anno[c].

Acon quae et Acris seu Ptolomayda[d] dicitur, expugnata tandem est ab exer-
Iul. 12. citu christianorum 4. Idus Iulii, auctoribus rege Franciae et rege Angliae, qui
ambo mare navibus cum magno et regali apparatu transierant, Domino tunc
primum initium gratiae suae stillante super populum suum post longam fatiga-
tionem eiusdem obsidionis. Comes Flandrensis ibi mortuus est[90]. Rex Franciae
repatriavit statim post captam civitatem iam dictam, et dux Austriae Liupoldus.

Inperator Heinricus VI. profectus est in Apuliam cum exercitu statim post
ordinationem suam adversus Tanchradum[e] regem, qui Apuliam sibi vendicabat.
Nov. Sed incassum tunc inperator rediit circa mensem Novembrem, quia excercitum
suum paene totum pestilentia et aliis infortuniis perdidit, captivata insuper
regina uxore inperatoris[91], ad quam hereditario iure Apulia pertinebat. Epi-
92 scopus Coloniensis[92], dux Boemicus[93], cancellarius inperatoris[94] ibi mortui
sunt, et alii principes multi. In eadem expeditione dum inperator detineretur

*Cod. 3.*

Anno 1191. dux Sueviae obiit 13. Kal. Febr. apud Acon. Domnus Wolfkerus prepositus electus est unanimiter Pataviae sexto Idus Martii in locum domni Dietpoldi episcopi. Defuncto etiam Romae Clemente papa circa mediam quadragesimam, Caelestinus III. substituitur. Romanorum quoque rex Heinricus VI. filius inperatoris Friderici Romam cum exercitu veniens, in ipsa paschali sollempnitate, quae evenerat in 18. Kal. Maii, ab ipso Caelestino papa honorifice Romae consecratus, inperatoris et augusti nomen adeptus est, $95^{us}$ ab Augusto. Electus Pataviensis Wolfkerus canonicus eiusdem aecclesiae, ab archiepiscopo Adalberto in sancta sollemnitate pentecostes in presbiterum Salzburge in sabbato consecratus est, et sequenti die dominica, id est 5. Idus Iunii, ad honorem et dignitatem episcopatus sublimatus est. Inde post triduum, id est 2. Idus Iunii, in aecclesia sua Pataviensi cum gaudio omnium susceptus est. Eodem anno facta est eclypsis solis in 9. Kal. Iulii, luna 27. existente, circa mediam diem, 14. decennovalis cicli anno. Acon quae et Acris dicitur, expugnata est ab exercitu christianorum 4. Idus Iulii auctoribus rege Franciae et rege Angliae. Comes Flandrensis ibi mortuus est. Inperator Heinricus profectus in Apuliam cum exercitu contra Tanchradum regem, incassum rediit. Sed multos de exercitu suo pestilencia perdidit. Coloniensis episcopus, cancellarius inperatoris, dux Boemorum, cum aliis principibus multis ibi mortui sunt, captivata insuper regina uxore inperatoris, ad quam hereditario iure Apulia pertinebat. In eadem expeditione filius ducis Saxoniae Heinrici recessit in ira ab inperatore.

a) constit. 1. b) lectus 1. c) cycli. Anno eodem Accon 1. d) Ptolemais 1. e) Tancredum 1.

89) Conrado III. Rat. a Terra sancta reduce, et Theoderico I. Gurcensi. 90) Philippus, Kal. Iunii. 91) Constantia, Rogerii regis filia, quae a Salernitanis capta est. 92) Philippus, Idibus Augusti. 93) Chunradus, † 9. Septembris. 94) Hunc a Philippo Colon. non diversum existimo. Ceterum eadem verba leguntur in Contin. Claustroneob. II. Mon. SS. IX, 618.

*Codd.* 1. 4. 1191.

in expugnatione unius civitatis Aupuliae[95], filius ducis Saxoniae Heinrici, nepotis Lotharii inperatoris, recessit in ira et indignatione ab inperatore, ideoque civitas non est expugnata[a]. 95

Eodem anno domnus Gerlochus Richerspergensis prepositus cepit plantare vineam in predio eiusdem ecclesiae apud Beneventenruth.

Anno 1192. fuit illud magnum colloquium apud Loufen inter principes maiores terrae nostrae, episcopos videlicet et duces ac comites multos[b], 12. Kal. Maii. Ipso eodem[c] anno mortuus fuit dux Stirensis Otakar nomine[c], qui antea dicebatur marchio Stirensis, et quia heredem non habebat, dux Austriae Liupoldus successit ei, et accepit eundem ducatum de manu inperatoris valde[c] sollemniter[c] apud Warmaciam in proximo pentecosten, quod evenerat tunc in 9. Kal. Iunii[96]. Ibi etiam in eadem sollemnitate et[d] in presentia inperatoris accincti sunt gladio dux Sweviae frater inperatoris[97], et dux Bawariae Luodwicus, filius ducis Ottonis quondam palatini comitis[e]; multi quoque comites et nobiles quam plurimi accincti[f] sunt ibi gladio. 1192. Apr. 20. Mai. 8. Mai. 24.

In proximo mense Augusto, 2. Idus eiusdem mensis, facta est tempestas maxima in crepusculo noctis et commotio caeli horribilis, ex qua annosa robora subito turbine ubique eruta, domus et ecclesiae vî validissimi venti eversae, multi homines vî fulminum periclitati, multi miserabiliter mortui inventi fuerunt[g]. Subsecuta est statim illa inaudita perturbatio et devastatio[h] terrae. Principes siquidem et iudices[i] terrae nostrae maiores ac minores omnes adversum se invicem[k] graviter et inplacabiliter[l] dissidentes, totam provinciam Bawariae flammis et rapinis crudelissime ac sine misericordia devastaverunt. Denique non ipsis monasteriis regularibus[m] vel aliis ecclesiis consecratis[n] pepercerunt, sed passim[o] ubique omnia Deo sacrata loca aut exusserunt aut vî effregerunt, et altaria Domini contaminaverunt, aufferentes inde more latronum et ipsas reliquias sanctorum et vestes sacerdotum consecratas, et res pauperum quascunque inveniebant ibi reconditas et fidei sanctorum commendatas[p]. Haec non solum hostibus suis, sed et amicis et innocentibus mala inferebant, non parcentes sexui aut aetati. In mense Octobrio dux Austriae Liupoldus cum multo exercitu quasi turbo et velut torrens inundans ab Oriente in partes[q] Bawariae adversum duos fratres comites de Ortenberch veniens, belli inicium fuit, conspirante cum eo in idem duce Merani Pertholdo. Post nimiam itaque terrae devastationem tandem excitatus Dominus lacrimis et singultibus afflictorum, et eorum qui exusti et exspoliati frigore et fame in plateis deficiebant et moriebantur[r], misit verbum suum et liberavit eos de manibus opprimentium[s]. Iubente namque inperatore pax facta et confirmata est inter eosdem principes intrante mense Decembrio, 8. Idus eiusdem mensis, indicta curia generali Ratisponae 8. Idus Ianuarii[t]. Ille[u] quoque princeps qui huius mali auctor et incentor et quasi signifer extitit, comes videlicet de Pogen[98], propter innumerabilia et inaudita mala quae in christianos in partibus suis exercuit, et quia induxit super eos gentem barbaram et feram, Boemos scilicet, digna pena coercitus est, publicus hostis regni coram inperatore adiudicatus. Postea tamen in gratiam receptus est. Aug. 12 Oct. Dec. 6. 98

His ita sedatis, cum dux Austriae in[v] partes Orientis cum suis rediret, comperit per certos nuncios, quod rex Angliae naufragus et profugus devenisset[w] in terram ditionis suae. Statim missis qui veritatem in hac re inquirerent, inventus est idem rex apud Wienam, occultans se in tugurio cuiusdam pauperis, et cibos propriis manibus sibi et sociis suis paucissimis in officina rustica preparans. Quo conprehenso, tradidit eum dux hominibus suis custodiendum, hac de causa quod ipse rex graviter iniuriaverat ducem, dum simul fuissent superiori anno in transmarinis partibus, in expugnatione Âcris civitatis, quae per

a) *cod.* 4 *pergit:* Eodem anno dum Liupoldus dux Austrie in transmarinis moraretur .... *Ibi vero, exsecto folio ultimo, desinit.* b) *deest* 1. c) *deest* 3. d) et in p. i. *desunt* 3. e) palatini, comites q. multi et alii n. 1. f) a. s. i. g. *desunt* 1. g) m. sunt 3. h) commotio 3. i) milites 3. k) *deest* 3. l) et impl. *desunt* 1. m) non m. claustralibus 3. n) *deest* 1. o) *deest* 3. p) q. ibi repositas inveniebant 3. q) exerc. ex Or. q. t. et v. t. i. in parte 1. r) et m. *desunt* 1. s) vastancium 3. t) 8. Id. Ian. *desunt* 1. u) Ille — receptus est *desunt* 3. *Ea aliquanto post inserta esse suspicor.* v) ad 3. w) venisset 3.

95) scil. Neapolis. 96) Haec breviter referuntur
l. l. in Cont. Claustr. II, et accuratius ab Ansberto.
97) Conradus de Rotenburg. 98) Albertus de quo
cf. b. m. Ios. Chmel in: Sitzungsberichte der Wie-
ner Akad. XI, 874. Herm. Altah. a. 1193. Ang.
Rumpler M. B. XVI, 584. Boehmer, Wittelsbach.
Regesten p. 3.

1192. eundem tamen regem expugnata erat. Inde autem erat[a], quod[a] idem rex tam inpatiens consortis et societatis erat ibi, quia ipse cum[a] magno[a] et[a] valde regali apparatu, maiori etiam[b] quam rex Franciae et alii principes venerat illuc, et sub manu eius erat multitudo exercitus usque ad 60 et amplius ut fama est[c] milia. Repatriante autem[d] rege Franciae, cum[e] ipse solus ibi potenter disposuisset quaecunque voluisset, et pacem per triennium inter christianos et Saladinum firmasset, redire et ipse ad patriam[f] simili quo venerat apparatu cogitavit. Sed Deus aliter ordinavit[g]. Nam cum prospere aliquanto tempore navi-
Aug. 12. gasset, postea subito[h] correptus tempestate illa sevissima de qua supra dictum est, quae[i] fuit in mense Augusto, et disiectis undique[k] navibus quae eum multae sequebantur more[l] regio, ipse solus[m] cum navi sua vento validissimo inpellente, proiectus est in partes vicinas Aquilegiensibus[n]. Ibi a maioribus terrae illius valde[o] iniuriatus et spoliatus bonis quae ei mare iratum reliquerat, occisis[p] etiam et captivatis hominibus suis, ipse cum paucissimis evadens, per[q] partes Karintiae, nesciens quo iret, terram ducis Austriae ignorans ingressus est.

1193. Anno 1193. inperator celebravit curiam Ratisponae, ut[r] indictum erat, 8. Idus[s] Ianua-
Ian. 6. rii[t]. Ibi pax confirmata est inter principes ante inter se dissidentes. Rex quoque Angliae adductus est illuc a duce Austriae, et inde reductus in Orientem. Circa dies quoque paschae
Mart. 28. quod evenerat in 5. Kal. Aprilis, iterum idem[u] rex adductus est a duce ad inperatorem, et tunc devenit in potestatem et captivitatem inperatoris[v].

*Cod. 1.*

Ecclesia quae est in predio Beneventenrouth, cuius fundamenta posita sunt a fratribus Richerspergensibus in diebus pentecostes
Mai. 19. quarta feria, hoc est 14. Kal. Iunii, perfecta est eodem anno, et dedicata circa finem
Nov. 17. eiusdem anni, id est 15. Kal. Dec. ind. 11. 4. feria, et altare in ea consecratum a venerabili Pataviensis ecclesiae episcopo Wolfkero in honore sanctae Mariae Magdalenae et sancti Lamberti martiris et pontificis. Continentur etiam ibi multae sanctorum reliquiae in altari reconditae. Ex lignis ante fuit capella ibi aedificata et in veneratione multa habita.

*Cod. 3.*

Ecclesia que est in predio Beneventenruht, quam fratres Richerspergenses ceperunt construere hoc anno, hoc est in mense Martio, de suo labore perfecta est ex integro eodem anno, et dedicata a venerabili Pataviensis ecclesie episcopo Wolfkero 15. Kal. Dec. in honore sancte Marie Magdalene et sancti Lamberti episcopi et martiris, multeque reliquie sanctorum in altari eiusdem ecclesie recondite sunt. Chunradus[98] marchio qui rex Iherusalem fuerat creatus, ut fertur de consultu regis Anglie a duobus insidiantibus[w] occiditur apud Sydonem. Rex Anglie pace cum Saladino conposita ab Iherusalem revertitur, et suorum destitutus comitatu, pedes apud Wienen civitatem a duce Austrie Liupoldo captus, Heinrico imperatori traditur. Bawari inter se dissidentes omnem regionem incendio devastant. Wicpoto abbas Sancti Petri obiit; Pilgrimus succedit.

*Cod. 1.*

1194. Anno 1194. domnus Gerlochus Richerspergensis ecclesiae prepositus, defatigatus longa infirmitate corporis, resignavit sponte preposituram eiusdem loci Pataviensi episcopo Wolfkero, presente tota congregatione
Apr. 21. fratrum 11. Kal. Maii. Tunc unanimi consensu et canonica electione electus est pro eo in prepositum domnus Otto presbiter et cano-
Apr. 23. nicus Niwenburgensis[99] ecclesiae 9. Kal. Mai. statimque missis nunciis honestis cum litteris episcopi Pataviensis, consanguineus autem erat eiusdem episcopi et valde nobilis progenie, vocatus est, et veniens multum sollemniter et cum gaudio omnium exceptus

*Cod. 3.*

Anno 1194. domnus Gerlochus Richerspergensis ecclesie prepositus sponte resignavit preposituram eiusdem loci Pataviensi episcopo Wolfkero 11. Kal. Maii. Tunc unanimi consensu congregationis et canonica electione substitutus est in locum eius domnus Otto presbiter et canonicus Niwenburgensis ecclesie 9. Kal. Mai. statimque missis nunciis cum litteris episcopi Pataviensis, vocatus et adductus est. Veniens quoque multum sollempniter et cum gaudio omnium susceptus est 8. Idus Mai. dominico die in sollempnitate pascali. [Hic[x] inpetravit litteras a duce Perhtoldo Meranie pro libero transitu

a) *deest* 1. b) et maiori 1. c) erat 1. d) vero 3. e) postquam 3. f) propria 3. g) sed al. evenit. Cum enim 3. h) p. corr. est t. 3. i) q. f. in m. A. *desunt* 1. k) *deest* 1. l) m. r. *desunt* 3. m) *deest* 3. n) p. Aquilegiae 3. o) multum 3. p) captivatis etiam h. s. ipse solus e. 3. q) ev. et partes Karinthiae pertransiens, tandem ad partes Orientis declinavit nesciens quo iret, sicque Wienam devenit 3. r) ut i. e. *desunt* 3. s) Kal. 1. t) Ian. illucque adductus est r. A. a d. A. et red. 3. u) predictus 3. v) *hic in fine folii desinit manus auctoris, nam ultimo quaternionis folio resecto, in novo quaternione alia manus pergit* 3. w) *bis scriptum, pro paganis insid.* x) *haec manu saec. XIV. incip. in margine scripta sunt, quae multa in sequentibus supplevit, et quam c vocamus.*

98) Ex Ann. S. Rudb. 99) Klosterneuburg.

*Cod. 1.*

est 8. Id. Mai. die dominico in sollemnitate paschali.

---

*Cod. 3.*

et sine omni tributo apud castrum Niwenburc[1], sicut eedem littere adhuc maniffeste protestantur, 4. Nonas Iunii.] Eodem vero 1194.
anno revocatus a fratribus suis in preposituram Niwenburgensis ecclesie, invitis fratribus suis Richerspergensibus resignavit preposituram Richerspergensis loci 3. Nonas Augusti. Rursus domnus Phillipus quondam prepositus, Aug. 3.
tunc tercia vice a fratribus in prepositum electus 12. Kal. Sept. ab episcopo Aug. 21.
Pataviensi Wolfkero preposituram suscepit 12. Kal. Octobris. Ipse[a] quoque Sept 20.
domnus Phillipus pie memorie eodem anno post paucos dies defunctus est, id est 13. Kal. Decembris. Cuius pio labore fons introductus in claustrum atque Nov. 19.
confirmatus est, sine dampno ecclesie, tantum ex oblationibus fidelium que ei dabantur. His et aliis bonis quam plurimis locus per eum augmentatus est. Post eius discessum electus est domnus Perhtoldus de choro Salzburgensi, qui vocatus venire rennuit. Eodem anno mense Februario in initio quadragesime Febr.
Wolfkerus episcopus Pataviensis cepit construere castrum quod dicitur Obernberch, ad multa Richerspergensis cenobii incommoda. Liupoldus dux Austrie a Celestino papa excommunicatur propter regem Anglie. Tanchradus tyrannus obiit. Hoc anno Dietrico Gurcensi episcopo, ex nimia infirmitate desperato, episcopatum resignanti, Werenherus prepositus Niwenburgensis succedit, ab Adelberto Salzburgensi archiepiscopo institutus. Annales S. Rudb.

Anno 1195. domnus Erbo, quidam ex fratribus qui tenebat Brabenbergensem bar- 1194.
rochiam, 4. Kal. in prepositum electus est.* Eodem anno mortuus est potentissimus prin- Dec. 29.
ceps terrarum istarum Liupoldus dux Austrie. Nam quadam die cum in exercitio et ludo Dec. 26.
militari tempus deduceret[2], divina permissione cum equo in terram collapsus pedem confregit, et exinde ingravescente dolore ad extrema perductus monachicum habitum induit. Sed quia anathematizatus ab apostolico fuerat pro superius memorato rege Anglorum, quem in peregrinatione captum, infinitam ab eo extorserat pecuniam, id est 50 milia marcarum, misit festinanter et vocavit Adelbertum Salzburgensem archiepiscopum, ut aliquatenus saltem sero reconciliari potuisset. Qui veniens, et in penitencia susceptum, solvit ab

* *Manu illa quam c appellamus, hic in margine adscripta est haec ipsius Erbonis relatio de laboribus suis:* Ego Aerebo indignus minister Richerspergensis ecclesie cunctis notum esse cupio, quomodo communi consilio confratrum meorum administravi parrochiam Bramperch cum maximo labore corporis ac dispendio rerum per 12 annos. Siquidem precipui ministeriales ducis Austrie et Styrie decimam eiusdem ecclesie et claustri nostri sibi sub antecessoribus nostris usurpaverant, pro cuius decime re*d*emptione[b] laborans, preter quod in *pro*pria persona sum captivatus ac *du*re iniuriatus, inpendi *p*lus quam ad 50 marcas de *e*a porcione unde domum *m*eam sustentare debueram. *Pre*terea predia eidem ecclesie *pro*pter contiguitatem *u*tillima coemi. *C*umque peccatis meis e*x*igentibus indignus ad prela*tur*am prefate Richerspergensis *ec*clesie fuissem vocatus, predicte *c*ura ecclesie in manu *m*ea manente, ministeri*a*les per subtractionem decime *d*ari sibi parrochia*n*um coegerunt. Inde communicato consilio fratrum meorum, sic in resignacionem cure consentien*d*um putavi, quatenus *a*d respondendum prioribus *l*aboribus meis et pro necessitate *l*oci nostri, de ecclesia Brampergensi *in* loco qui dicitur Gumpental, scilicet ad finem parrochie, *d*ecimas assumpsi estimatas ad 5 talenta, et de altera ecclesia Edelz 3 talenta *c*irca Aspange sine contradiccione utriusque plebani, qui de nostro collegio ibi esse debent, in usus nostros assumpsi ... litteras ad confirmationem *tan*tum in diebus meis domini Alberti archiepiscopi sicut adhuc habetur in camera librorum. *Deinde manu alterius haec:* Item inpetravit litteras confirmationis domini Alberti archiepiscopi, sicut adhuc in camera librorum, ad offitium quod dicitur oblagium, quod spetialiter per ministerium unius qui ex fratribus ad hoc eligeretur ydoneus, ad consolationem pauperum Christi fratrum, constitutis ministeriis inserviat, et in fine concluduntur: *Si quis prepositus contra venire adtemptaverit anathematis vinculo se reum noverit*, et cetera que secuntur. *Postremo haec scripta sunt:* Item 1195.
dominus Aeribo aput Wirzeburch renovavit inperialia pro libertate loci per dominum inpera- Oct. 7.
torem Heinricum sextum[3], fratrem regis Philippi, sed ducem Tuscie existentem[c]. Tandem cum se infortunatum videret, nec locum tam in spiritalibus quam temporalibus prosperari, resignavit prelaturam provisione sibi deputata de predio Amelrichinge in Schaertenperge situm, et aliis ad octo talenta annuatim. Ipse vero aput Sanctum Nycolaum in Patavia manens per aliquos annos, diem clausit extremum inibi et sepultus, dominus Aerbo.

a) *sequentia alterius manu scripta existimat Böhmerus.* b) *litterae oblique expressae abscisae sunt, atque ex coniectura restitutae.* c) *scil. qui tunc dux Tusciae esset.*

1) Neuburg am Inn. Editum est privilegium M. B. IV, 424. cum falso anni numero 1195. 2) apud civitatem Graz in Styria. 3) ed. M. B. IV, 422.

1194. Dec. 31. anathemate. Ea videlicet conditione, ut obsides regis et pecunia que adhuc supererat, sine dilatione redderentur. Quod et factum est. Et sic tandem cum multa contricione finivit.

1195. Ob hanc causam direxit archiepiscopus Salzburgensis nuncios ad summum pontificem, et responsum quod sequens continet epistola[4] recepit:

Mart. 22. *Celestinus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri A. Salzburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Quanto nobis et tibi maior est ab omnium creatore collata potestas, et pluribus auctore Domino presidemus, qui ex actibus nostris sumunt exemplum, tantô nobis potius est precavendum ut tales nos exhibeamus in suscepte aministrationis officio, quod subditos nobis populos verbo pariter et exemplo instruamus, et talenta nobis credita duplicare et triplicare possimus. Sacre siquidem scripture testimonio cautum habetur fortius et expressum, quod cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum; cui plus committitur, ab eo plura legimus exigenda. Ceterum cum personam tuam et archiepiscopalis dignitas et litterarum profunditas potius reddat insignem, ut in eis fidelis inventus supra multa constitui merearis a Domino, totis viribus elabores, et devotos ecclesie filios tue potestati subiectos taliter protegas et defendas, ut contumaces et rebelles sedi apostolice et ecclesiastice discipline potenter inpungnes. Fraternitatem siquidem tuam plurimum commendamus, quod in morte L. quondam ducis Austrie, cuius excessus et contumatia aures omnium fidelium christiano nomini subiectorum offendit, te iuxta pontificalis officii debitum taliter exhibuisti, quod ad satisfaciendum de suis excessibus, et ea que pro redemptione illustris regis Anglie male acceperat, cum integritate reddenda, filium eius quia de vita patris desperabatur, iurare cum maioribus terre sue cogeres, patri denegans ecclesiasticam sepulturam, nisi[a] de predictis satis facturum ad plenum iuratoria cautione firmaret. Quia igitur quod rationabiliter a te factum est, nobis et fratribus gratum est plurimum et acceptum, nec illud volumus ratione qualibet revocari, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus dictum F. quondam ipsius filium sacramentum servare, ac si qua de illis retinuit que cautione iuratoria resignare tenetur, ut sine diminutione restituat, moneas diligencius et inducas, et si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam cessante appellatione conpellas. Data Laterani 11. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno 4.*

Igitur post obitum Leupoldi ducis Austrie misit Adelbertus archiepiscopus litteras ad summum pontificem in hunc modum continentes:

*Cum Leupoldus quondam dux Austrie et Stirie in natali Domini gratia sollempnizandi venisset ad quasdam partes ducatus sui Stirie, contigit eum in die beati Stephani protomartiris in campum cum aliis militibus exire, et ibidem exercitio et ludo militari tempus deducere. Ceterum cum sic esset in magno gaudio, et secundum oppinionem humanam in plenitudine sue glorie, divina permissione cum equo in terram subito corruit et pedem in medio tali confregit usque adeo, ut et tibiam mediam postmodum cum pede precidere iusserit. Eapropter incidens in desperationem huius vite, unum de sacerdotibus qui tunc aderant, videlicet W. de Hartperch plebanum, vocavit, et per Dei gratiam in maxima humilitate et cordis contritione, quod a vobis vinculo anathematis esset innodatus publice manifestavit, absolutionem et communionem cum viatico petens, de commissis emendationem et debitam satisfactionem promittens. Cuius iustis postulationibus sacerdos videns eum in extremo positum articulo mortis annuit, prius tamen iuramento recepto, ut si convalesceret, semota omni fraude et dolo staret iudicio et omni mandato apostolico. Postmodum autem cum essemus in eadem vicinia, bene circa duas rastas, per plurimos nuntios nos eciam vocavit, et in maxima conpunccione et timore Dei, cum lacrimis ante pedes nostros provolutus, absolutionem ......[b] anathematis cuius consciencia intus plurimum torquebatur, et cum copia vestre sanctitatis sibi celitus negata esset, se nostre potestati vice vestra totum subiecit. Cuius itaque devotionem attendentes et debitam reverentiam sedi Romane servare cupientes, hoc potissimum elegimus, ut data fide in manum nostram, que usu et consuetudine terre nostre septem iuramentis dicitur equipollere, promitteret, quatinus vita superstite, semota omni fraude et dolo mandato apostolico in omnibus pro quibus excommunicari meruerat a vobis, obtemperaret et cetera sicut coram sacerdote prius iuraverat observaret. Ad hec quoque auctoritate vestra iniunximus ei ut regem Anglie a iuramento absolveret, obsides quoque eiusdem regis quos pro 20 milibus marcarum et uno adhuc tenebat dimitteret, et 4 milia marcarum que confessus est de pecunia regis Anglie adhuc se tunc habere redderet; de reliqua*

a) se *cod.* b) eiud. *vel* euid. *cod., f.* eiusdem; *sed deest verbum.*

4) edita ex hoc codice in Hansizii Germ. Sacra II, 955. Ceterum eam responsionem esse ad archiepiscopi epistolam quae hic sequitur, et ibidem p. 954. edita est, iam Hansizius vidit.

*vero quam expendiderat, pro libitu et precepto vestro satisfaceret et componeret. Que omnia devotus adimplere sicut diximus promisit, et Fridericum filium suum qui presens aderat, reum[a] pro se si moreretur constituit, qui data etiam fide hec in manum nostram firmavit. His igitur omnibus rite peractis, auctoritate Dei omnipotentis qui non vult mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat, et vestra eum absolvimus auctoritate, et communionem ecclesie reddidimus, oleo infirmorum eum inungentes et communionem dominici corporis et sanguinis inpercientes. Cum autem vidissemus eum non posse evadere, ne in desperationem salutis eterne caderet promisimus, ut de anima ipsius Deo et vobis rationem vellemus reddere; et sic[b] inde recessimus, plurimum mirantes et apud nos stupentes, quomodo sentencia anathematis per vos in tantum virum lata, unquam a vobis fuerit absconsa nec nobis per nuntium vel saltem litteris vestris medio tempore denunciata, et ut verum coram Deo testemur, vulgari quidem fama quandoque hoc ipsum audiebamus, sed nullatenus sine litteris vestris hoc credere poteramus. Sed ne aliquid necessariorum in tanto negocio ommitteretur, quia eciam filium eius F. mutatum[c] et vacillantem in facta promissione pro patre audieramus, in habundantiorem cautelam nuntium nostrum cum ipso funere ad cenobium sancte Crucis in Austria, ubi sepeliendus putabatur ab ipso Pataviensi episcopo, misimus, et nisi adhibita maiori cautione filius ipse astringeretur, sepulturam ei negavimus et totam terram sub interdicto poni fecimus. Episcopus igitur Pataviensis cautionem coram nobis per filium factam, ibidem denuo renovavit, et 12 de melioribus tocius Austrie consimili sibi cautione astrinxit, et sic eum sepelivit. Nos itaque siquid de contingentibus obmisimus, vestra benignitas cum nichil melius facere tam subito scivissemus, nobis ignoscat; et quid ultra facere debeamus instruat et precipiat, ac obtemperabimus.*

His itaque gestis venerunt littere a rege Anglie ad Adelbertum Salzburgensem archiepiscopum[5], quarum iste est textus:

*Venerabili in Christo patri et amico karissimo, Dei gratia archiepiscopo Salzburgensi, Richardus eadem gratia rex Anglie, dux Normannie, dux Aquitanie, comes Andegavensis, salutem et sincere devotionis affectum. Paternitati vestre multiplices referimus gratiarum actiones, quod tantam et tam efficacem in liberatione et quietatione obsidium[d] nostrorum, quos dux Austrie tenebat, adhibuistis operam. Quicquid enim ad commodum nostrum in hoc articulo de obsidibus nostris actum est, per vestre sedulitatis diligentiam factum esse scimus. Quod autem super hoc fecistis, ab omnibus hoc audientibus in eternum collaudabitur, et fama vestre bonitatis per hoc exaltabitur. Fecistis enim quod facere debuistis, cum secundum post dominum papam locum beati Petri obtineatis, post dominum imperatorem maior in imperio sitis. Vestram igitur[e] cum quanta possumus affectione rogamus, quatinus quod bene incepistis fine debito terminare velitis, et pecuniam quam duci reddidimus, nobis reddi quoad poteritis faciatis. Voluntatem itaque vestram et placitum vestrum nobis significetis, certissime scientes, quod nos ad omnem vestram voluntatem faciendam promptissimos invenietis. Nobis etiam si placet aliquem parentum vestrorum clericum sive laicum mittatis, et eum vestre dilectionis intuitu ita promovere curabimus, quod dilectionem nostram erga vos non minimam sentietis. Existente me ipso apud Chinonem, 25. die Ianuarii.*

---

## CONTINUATIO.

Eodem anno defunctus est dominus Magnus venerabilis presbiter Richerspergensis cenobii[6], qui in omnibus ecclesie negotiis vigilanti cura inhiabat. Qui et ipse cronicam huc usque scripsit.

Hisdem temporibus venerunt littere a Celestino papa ad Hainricum Romanum imperatorem pro reformanda pace et concordia. Nam diu ante discordaverant. Offensus quippe sepe fuerat dominus papa, in illo videlicet enormi facto, id est pro Leodiensi episcopo occiso[7], et pro rege Anglie in peregrinatione capto, necnon pro dote Sancti Petri in Apulia violenter ablata. Sed tandem Deo propitio et Pataviensi episcopo Wolfkero internuncio delinitus papa has imperatori scripsit litteras[8], quarum textus sic se habebat:

a) aderat. qui se r. *cod.* b) sicut *cod.* c) *an* nutantem? d) *ita cod.* e) paternitatem *vel tale quid excidisse videtur.*

5) editae apud Hansizium p. 956. 6) *Magnus presb. et canon. S. Michaelis in Richersperg* notatur in Necrologio S. Petri Salisb. ad d. 12. Aprilis. Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen XIX, 236. 7) Alberto, a. 1192, cuius interfectio imperatori imputabatur. 8) editas a Jaffeo in Regestis pontificum Romanorum n. 10526.

*C. episcopus servus servorum Dei, karissimo in Christo filio H. illustri Romanorum imperatori et semper augusto, salutem et apostolicam benedictionem. Licet ex communi debito Romanus pontifex imperatorem Romanum in visceribus caritatis habere ac diligere teneatur, nos tamen ex speciali qui imperialem coronam nostris manibus in capite tuo posuimus, excellentiam tuam amplexari debemus. Quam utique quo ad Deum indesinenter fuimus amplexati, qui salutem anime tue intimis desideriis optavimus et optamus. Verum quod aliquamdiu stilum tibi scribendi suspendimus, tuorum hominum excessus causa fuerunt, quorum temeritati quia potentia tua non restitit, veriti fuimus ne malefactis eorum consensus imperialis favorabilis accessisset et ea de tuo mandato fecissent. Sed quia cor principis in manu Dei est, qui quocunque voluerit vertit illud, grates sunt regi regum copiosius exhibende. Sed*[a] *devotionis sinceritatem quam erga matrem tuam Romanam ecclesiam constanter exhibere teneris, tam per litteras tuas fratribus nostris multa plenas devotione directas, quam per legatos tue magnitudinis te plenius habere ostendisti. Etenim de pace procuranda, Iherosolimitane terre subsidio, et in melius promovendo communi bono universi populi christiani, verbum humiliter attulerunt; et visum est nobis ex coniectura multiplici, quod tua sit finalis intentio, quicquid a tuis actum est enormiter, correctionis studio propensius emendare, et ad eum vias tuas ex toto dirigere, in cuius dicione sunt omnium potestates et iura regnorum, per quem reges regnant, dominantur principes, qui regibus dat salutem et imperatores via regia incedere, quos facit feliciter imperare. Sedes nimirum si apostolica sublimitati imperatorie husque ad hec tempora scribere pretermisit, non hoc fecit ex dedignatione seu fastu superbie, sed quia medullitus affectabat, ut ad satisfaciendum ecclesie que offensa gravissime videbatur, quasi excytareris a somno, et matrem tuam in his tamquam pius filius complacares. Non enim oportuit nos aliter agere, qui alios longe positos ad ecclesie devotionem cum effectu nequaquam invitare possemus nec aliorum scandala evitare, nisi te qui filius et defensor debes esse Romane ecclesie specialis, et quo nullus secularium principum ei esset propinquior, alloquio apostolice salutationis aliquamdiu intermisso ad hoc ipsum inducere curaremus. Quoniam igitur secundum doctrinam apostoli monemus quos karos habemus, imperialem magnitudinem quantum possumus exortamur, ut illud attendentes quod in ewangelio suo redemptor humani generis asseverat: „Nil prodest homini si lucretur universum mundum, anime vero sue detrimentum patiatur", ita studeas temporalia bona transire et exercere imperii potestatem in terris, ut non ammittas sed potius lucreris eterna, ab eo in celis indeficiens bravium consequaris, cuius imperium permanet in eternum, qui revera non corruptibilibus, auro vel argento, sed effuso sanguine proprio genus redemit humanum. Hoc siquidem ab ipso Domino indubitanter impetrabis, si semper in conspectu tuo eum provideas, si eius ecclesie illibata iura conserves, et que in divine maiestatis offensam atque ipsius ecclesie manifestam iniuriam presumpta fuerunt, cum acceleratione omnimoda emendes et facias emendari. Spem utique bonam circa huiusmodi de imperiali providentia concipientes*
9 *ad plenum, licet tres mittere decreverimus, venerabili tamen fratre Prenestino episcopo*[9] *debilitate corporis impedito, dilectos filios nostros P. Sancte Cecilie presbiterum*[10] *et G. Sanctorum Cosme et Damiani diaconem*[11] *cardinales, viros utique providos et discretos, in ecclesia Romana precipuos, qui bonum ecclesie ac imperii semper affectant, ad tuam presentiam duximus de fratrum consilio destinandos, in eorum studiosius ore ponentes, que ex parte nostra principali excellentie diligentius intimabunt, quorum verbis eam fidem volumus adhiberi, ac si de ore nostro presencialiter elata fuissent. Tu vero, fili karissime, quandoquidem vides nostrum silentium interruptum et ad scribendum tibi nostre vocis organa relaxata, sic apostolice salutationis ac benedictionis fruaris eloquio, ut in te fructum desideratum inveniat, et pro tui felici statu imperii atque incolomitate persone apud Deum universalis ecclesia iugiter interpellet. Celi etiam imperator tuos gressus ad preces ecclesie dirigat in viam salutis eterne. Data Laterani 5. Kal. Mai. pontificatus nostri anno quinto.*

A. S. Rudb. Anno 1196. Gundacharus prepositus Salzburgensis obiit; Perhtoldus eiusdem ecclesie canonicus succedit. Halensis civitas ab Adalberto archiepiscopo exusta est, et castrum quod Halburch dicitur, ab ipso edificari ceptum est.

12 Hoc anno Bela[b] rex Ungarorum obiit. Mortuus est etiam eodem anno Otto lancravius[12] comes in terra Ungarorum, cum in quadam legatione fungeretur.

Anno 1197. Hainricus imperator cum intrasset terram Appulie in exercitu multo, ut ibi

a) *an* Scilicet? b) Beda *cod.*

9) Iohanne. 10) Petrum. 11) Gratianum. 12) de Stefeninge, in necrologiis Salisburgensibus ad d. 31. Oct. inscriptus. Mors eius breviter commemoratur in Cont. Lambac. et Claustron. II.

negotia regni pertractaret, mortuus est ibidem anno imperii sui sexto. Que terra idcirco eius accesserat imperio, quia filiam Willehelmi regis[13] illius terre duxerat uxorem nomine 13 Constantiam, de qua et genuit filium, quem adhuc in cunis iacentem in regem coronavit, ut post se regnaret. Christianus exercitus quodam Gotfrido duce de Brabant mare transivit; et civitates duas A. S. Rudb. videlicet Sydonem et Baruht, et alia quam plura castra que possederant Sarraceni occupavit. Heinricus imperator adhuc in Apulia positus mortuus est. Quo mortuo Phillipus dux Suevie, frater predicti imperatoris, et Otto filius Heinrici aliquando ducis Bawarie Saxonieque pro regno contenderunt.

Anno 1198. Adelbertus archiepiscopus circa fluvium qui dicitur Lamer a ministerialibus capitur et in castro Werven per dies 14 captus tenetur. Propter quam enormitatem facti divina in Salzburgensi ecclesia aliisque episcopatibus vicinis interdicta. *Liberasti nos ex affligentibus* cantatum est ei dimisso. Philippus[a] rex ducem Boemie consilio principum Cont. Lamb. coronavit. Curiam apud Nurnberch celebravit. Eodem anno regnum Romanorum heu viduatum et destitutum est morte Heinrici imperatoris.

Anno 1199. Celestinus papa obiit, Innocentius papa sedit. Episcopus Wolfkerus Pataviensis cum duobus comitibus A. S. Rudb. de Ortenberch Rappotone et Heinrico, qui ecclesiam Pataviensem vastaverant contendens, mirabiliter castellis eorum vastatis contrivit eos, multis ibidem pereuntibus. Ludwicus etiam dux Bawarie Chreiburch destruxit. Corpus Domini in Augusta civitate versum est in cruentam carnem. Facta est magna discordia inter dominum Wolfkerum Pataviensem episcopum et dominum Heinricum comitem de Ortenberch, et tota fere provincia Bawarie ex utraque parte flammis et rapinis crudelissime devastata est, et multi occisi sunt. Tandem dominus Wolfkerus predictus episcopus venit et obsedit castrum quod dicebatur Graben, et expugnavit illud atque combussit, et magna clades facta est ibi a suis. Nam quidam occisi sunt, alii naribus et labiis abscisis, alii pedibus et manibus truncati, alii diversis modis debilitati, alii conbusti, alii in Eno flumine submersi, alii captivi abducti sunt, et ita usque ad centum ferme perierunt utriusque sexus.

Anno 1200. Nonis Apr. Iuvavensis civitas maxima ex parte incendio periit. Adelbertus archiepiscopus Salzburgensis, ibid. qui Rechersbergensi ecclesie dedit singulis annis decem talenta in nova salina apud Salzburgam inventa, pie memorie obiit. Cui Eberhardus Brixinensis episcopus successit. Perhtoldus Salzburgensis prepositus Romam pro pallio ab ipso destinatus, infecto negotio Rome mortuus est. Ipse vero archiepiscopus per se vadens Romam, multo labore et sudore tandem ab Innocentio papa pallio honoratur. Ekkehardus Gurcensis obiit, cui succedit Waltherus abbas de Tisintin. Chunradus Moguntinus archiepiscopus obiit.

Anno 1201. terre motus multis in terrarum locis factus est magnus, ita ut multas urbes et ecclesias destrueret, et mortes hominum fierent. Duravit idem terre motus in pago qui dicitur Longou anno et dimidio, ita ut homines illius terre domos suas relinquerent et sub udo aeris habitarent. Cepit autem idem terre motus 4. Non. Mai. Hoc quoque anno Werenhardus prepositus Berthegadem fratri suo domino Perhtoldo Rome defuncto successit.

Eodem anno obiit dominus Hermannus Richerspergensis prepositus[14], et in eius locum successit dominus Leonhardus prespiter eiusdem congregationis.

Anno[b] 1202. Chunegundis virgo et regina, uxor Heinrici imperatoris Pii Babenberch a 14 episcopis translata est, A. S. Rudb. et Lambac. multis fulgens miraculis, ab Innocentio papa canonizata, Phylippo rege presente cum multis aliis magnatibus.

Anno 1203. discordia facta est inter ducem Bawarie Ludewicum et Ratisponensem episcopum Chunradum, cui A. S. Rudb. confederatus dominus Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis in manu valida venit in auxilium nullo resistente, et diruta sunt castra aliquanta ex utraque parte, factaque sunt incendia plurima per universam Bawariam, villarum depredationes, ecclesiarum, ita ut nec ab altaribus abstinerent et reliquias sanctorum inde auferrent, aliaque quam plurima nefanda et inaudita perpetrarent. Hoc quoque anno prepositus Werenhardus 5 Idus Augusti domino Eberhardo archiepiscopo aput Rastat prelaturam resignavit, et deinde 9. Kal. Sept. obiit. Successit autem ei dominus Albertus Chimensis venerabilis prepositus, communi omnium voto electus. Reverso autem domino archiepiscopo a Ratispona, magna ex parte 8. Idus Nov. civitas S a l z b u r g e n s i s concremata est[c]. Leupoldus dux Austrie et Styrie uxorem de Grecia duxit T h e o d o r a m[d]. Cont. Lamb.

Hoc anno obtinuit dominus Ortolfus cellerarius, postea prepositus ecclesie nostre, privilegium pro libero transitu per terram Austrie et per aquam Danubii, quia olim cappellanus suus et fidelis nuncius exstiterat ducis Liupoldi, et sic per industriam suam quam antea habuerat[e], talem obtinuit nobis libertatem[15]. Eodem anno terminata est lis de capella 15 Wolfkersdorf, sicut in literis domini E. archiepiscopi continetur, per dominum Leonhardum inpetratis. Et de residentia plebanorum in Pramperch et Edelz aput dominum archiepiscopum Eberhardum iuniorem privilegium renovavit, et litteras Innocentii III. pro libertate.

Anno 1204. Chuonradus Ratisponensis episcopus 9. Kal. Mai. obiit, cui Chuonradus Frisigensis prepositus suc- A. S. Rudb. cedit. Ludewicus dux Bawarie et dominus Eberhardus Salzpurgensis archiepiscopus et Chuonradus Ratisponensis episcopus in concordiam redierunt. Infra pascha et pentecosten celum per totam noctem quasi ab igne rubicundum apparuit. Pilgrimus Aquilegiensis patriarcha obiit, cui succedit Wolkerus Pataviensis episcopus, pro quo Poppo prepositus Aquilegiensis constituitur. Perhtoldus dux Meranie obiit

a) Philippus — imperatoris *aliquanto post inserta esse videntur.* b) Anno — magnatibus *manus aliquanto posterior inseruit.* c) *alia manus pergit.* d) *nomen manus c addidit, quae et sequentia in margine scripsit.* e) *scriptum est:* a. non hab.

13) filiam Rogerii, sororem Willehelmi. 14) ad d. 10. Martii inscriptus in necrologiis Salisburgensibus capituli et S. Petri. 15) die 9. Martii. M. B. IV, 425. Ibi tantum scriptum est: *obtentu Ortolfi eiusdem loci tunc celerarii.*

A. S. Rudb. Anno 1205. Poppo Pataviensis episcopus obiit. Manigoldus abbas de Tegirnse succedit.

ad a. 1206. 1205. Mai. 24. Hoc[a] anno preposito Leonhardo aput Nuerenberch ex peticione venerabilis archiepiscopi Eberhardi II. et etiam propria Philippus rex renovavit et confirmavit per litteras
16 inperiales omnes litteras quas habemus ante ipsum de libertate loci nostri conscriptas[16].

Anno 1206. Colonia tradita est Philippo regi. Dominus Leonardus prepositum resignavit*, cui successit dominus Hertfridus presbiter et canonicus Salzpurgensis chori.

Cont. Lamb. Anno 1207. Philippus rex Coloniam obsedit, plures in circuitu civitates et castella occupavit, urbem etiam opinatissimam nomine Nussiam cepit, accessus navium alimonias portantium in Reno inhibuit, aditus vehiculorum per terram interclusit. Tandem episcopo civitatis in captivitatem redacto ab obsidione recessit, regem Boemie sibi cum manu validissima insidiantem in fugam convertit, et ceciderunt vulnerati multi, alii in captivitatem sunt ducti.

Anno 1208. dux Leupoldus Austrie aliique quam plures crucis karactere se signaverunt. Otto palatinus de Widenesbach et marchio Hystrie Philippum regem in munitione constitutum pacem simulantes dolo occiderunt; ipse[b] vero rex
A. S. Rudb. pape reconciliatus fuerat.

A. Lambac. a. 1208. Anno 1209. Otto dux Saxonie[c], filius ducis Heinrici de Prounswich, in regem eligitur, qui ab Innocentio papa consecratur. Heinricus marscalcus de Chalantin Ottonem palatinum de Witelinespach ob vindictam regis Philippi occidit. Eclipsis lune facta est. Wesigrimus abbas Sancti Petri[17] obiit; Alrammus succedit.

Dominus Hertfridus resignavit preposituram Richerspergensis ecclesie, reversus[d] Salzpurgam[d], cui successit dominus[d] Ortolfus presbiter eiusdem congregationis[e] et cellerarius. Cum ecclesiam in Wolfkersdorf litteris inpetratis in usus nostros per omnia trahere debuisset, tedio fatigatus et laboribus diem peremptorium neglexit, et adhuc sub iudice lis est[17*]. Reversus Salzpurgam prelaturam remisit per servos suos sicut homo ignavus et penitus desperatus.

A. Lambac. a. 1209. Anno 1210. Hoc anno inimicus humani generis eiusque salutis zizania super triticum bone auctoritatis seminavit, fermentumque malicie et nequitie fraude sue perversitatis commiscuit, quod adeo inveteratum est dilatatum, ut inter papam Innocentium et inperatorem inestimabiles orirentur inimicicie, unde bella et seditiones movebantur. Nam inperatorem et omnes partibus illius faventes excommunicavit. Sic per biennium in Latio commoratus, castella et oppida civitatesque sibi resistentes suo subiugavit dominio in quantum licuit. Inde in Teutoniam reversus regnum reperit dissipatum, principes regni valde discordantes. Ex quibus lantgravius Duringie publice ei restitit, quem etiam bello expeciit. Ex hinc universi fere principes regni aliquando publice aliquando privatim subtrahentes se alienati sunt ab eo. Eberhardus archiepiscopus
A. S. Rudb. Salzpurgensis ab Ottone in Italiam vocatur, ibique ab eo contra papam Innocentium conspirare coactus non adquievit. Hugo prepositus Perhtesgadem obiit.

Anno 1211. Otto intravit Apuliam, ibidem Fridericum regem Sicilie expugnare voluit, et totam Apuliam sibi subiugavit. Eodem anno idem Otto rex a multis episcopis Alamannie excommunicatus a papa Innocentio denunciatur. Idem ab Apulia revertitur, curiam Nurinberch celebravit, et langravium Duringie expugnare cogitavit. Fridericus de Eling in prepositum Perhtesgadem eligitur.

Anno 1212. Albertus Salzpurgensem preposituram debilis resignavit, cui Otto prepositus Sancti Floriani successit. In festo sancti Nycolai Fridericus rex Sicilie intravit regnum patris sui electus Franchnvurt. Christiani de Sarracenis in Hispania fere centum milia occiderunt et captivaverunt miraculose. Plurima hominum utriusque sexus et etatis multitudo in expeditionem transmarinam per pseudoductores incitatur, que et iubente papa Innocentio missis cardinalibus apud
A. Lambac. a. 1210. Tervisium Ytalie repellitur. Eo tempore nefandissima fex catarie que sub veste ovina diu inter christianorum latuit conventicula, emersit: emersa in tantum radicata convaluit, ut publice christianum inpugnaret nomen, omnesque quibus prevaluisset persequeretur, occideret, viamque peregrinantium insidiis occuparet. Quorum virtus in Tolusa civitate congregata diabolica toto nisu exercebat facinora. Ad quorum expugnandas versutias multi christianorum arma arripientes viriliter
A. S. Rudb. illis resisterunt. Manigoldus Pataviensis episcopus et Rapoto palatinus comes simul discordantes, claustra, monasteria,
A. Lambac. a. 1211. ecclesias una cum omni provincia incendio devastant. Infinita multitudo Sarracenorum illis diebus navigio terras Arragonie, Hispanie, Navarrie aliarumque maritimarum regionum petentes, oppida, castella, munitiones destruentes, non parvam christianorum stragem fecerunt. Quorum rex in multitudine confisus et alter Antyochus estimans se sydera vertice tangere, totumque suo subiugare mundum inperio, litteras superbie afflatas tonitruo christianis direxit principibus in hunc modum: *Exmemiramoni — 8. Idus Octobris.*

A. S. Rudb. Anno 1213. Waltherus Gurcensis episcopus obiit. Fridericus rex consecratus apud Maguntiam, in purificatione curiam Ratispone celebravit. Aliam etiam curiam in passione Domini apud Constantiam celebravit. Tertiam Mersburch celebravit. Regina Hungarorum marito expeditionem contra Ruthenos movente a comite quodam Petro et a quibusdam aliis trucidatur, qui et ipse subsequenti nocte in ultione sceleris cum uxore sua simul et aliis occiduntur.

Anno 1214. Otto prepositus in Salzpurch in episcopum Gurcensem eligitur, pro quo Adalbero canonicus eiusdem ecclesie eligitur. Otto Gurcensis electus obiit. Heinricus prepositus de Solio succedit.

Hoc[f] anno inceperunt emergere dampna ecclesie nostre inestimabilia et pregrandia, ita ut coloni privarentur vita et manibus truncarentur, sicut in cedula magna plenius annis
18 succedentibus 50 ferme est diligentius exaratum[18], et etiam in maxima parte propter fasti-

* venit[g] ad Karinthiam in pagum quoddam ubi situm est nostri ordinis claustrum quod dicitur Oberndorf, ibi in prepositum electus. Set prius rediens .... marcas Frisacenses inter dominos nostros et domicellos distribuit, calicem parvum deauratum ad dominarum[h] claustrum donavit, et sic cum amore licentiatus a loco recessit. Cui dominus Hertfridus successit.

a) Hoc — conscriptas *manu c. Scriptum est* prepositus Leonhardus *quod correxi.* b) *alia manus pergere videtur.* c) d. S. *superscripta sunt, scil. ex Ann. Lambac. petita.* d) *add. manu* c. e) *sequentia manu* c *addita sunt.* f) *haec manus c addidit.* g) *manu c in margine add.* h) ...arum *cod. initio verbi in margine absciso, ut et supra numero marcarum.*

16) ed. M. B. IV, 426. 17) imo Lambacensis. 17*) Horat. Ep. ad Pis. 78. 18) Hanc non inveni.

dium scribendi est obmissum, usque ad tempora episcopi Petri Pataviensis et domini Waltheri prepositi.

Anno 1215. Manigoldus Pataviensis episcopus obiit. Uolricus eiusdem ecclesie canonicus succedit. Universalis A. S. Rudb.
synodus celebrata est Rome sub Innocentio papa tercio. In qua fuerunt episcopi 412. Inter quos exstiterunt Constantinopolitanus, Iherosolimitanus patriarcha, primates autem et metropolitani 71, abbates et priores ultra 800. In ipsa synodo Kyemensis episcopatus instituitur. Ad quam sedem Rudigerus primus episcopus ordinatur.

Anno 1216. Innocentius papa tercius ab Urbe egressus verbum crucis in Tuscia predicavit, et apud Parusium civitatem in divisione apostolorum obiit; ibique sepultus est. Honorius papa substituitur. Concilium provinciale a domino Eberhardo archiepiscopo II. Salzpurch celebratur, cui interfuerunt Pataviensis, Frisigensis, Gurcensis, Khiemensis episcopi. Ratisponensis vero qui propter seditionem sue civitatis interesse non poterat, prepositum, decanum, scolasticum maioris ecclesie pro se misit. In — confirmavit. Chuonradus Brixinensis episcopus obiit, pro quo Perhtoldus Tridentine ecclesie vicedominus eligitur.

Anno 1217. rex Ungarie, dux Austrie, dux Meravie, episcopus Babenbergensis et alii quam plures nobiles et comites cum manu valida transfretaverunt ad succursum Terre sancte, cum quibus ivit Albero prepositus Salzpurgensis et Fridericus prepositus Perhtesgadmensis, qui apud Prundosium obiit. Cui Heinricus eiusdem ecclesie canonicus successit. Heinricus Gurcensis episcopus obiit, cui Uodelscalcus eiusdem ecclesie canonicus succedit.

Anno 1218. Wolfkerus patriarcha Aquileigensis obiit, cui succedit Bertoldus archiepiscopus Golocensis. Christiani in transmarinis partibus habitantes Cesaream — christianis.

Ortolfus prepositus Richerspergensis Neumburch obiit[19], et ibi sepultus est, cui Hein- 19
ricus eiusdem ecclesie canonicus successit.

Anno 1219. Otto aliquando imperator a sententia excommunicationis absolutus obiit. Regalia quoque Heinrico ibid.
palatino Reni ad assignanda regi Friderico reliquit; que ad instanciam eiusdem regis Friderici eodem anno sub quadam forma compositionis ipsi assignata sunt. Seccouwensis — succedit. Fridericus rex curiam celebravit Nurenberch cum multis principibus. Comes Leutoldus de Plain obligatis prediis suis et beneficiis mare transfretavit, ibique pauperibus plurima largiens, multis attestantibus Deo devotus militavit; sagitta percussus oculum perdidit, inde rediens Tervisum obiit, et ossa eius a domino archiepiscopo Eberhardo et Ruodigero Chymensi episcopo Werde sepulta sunt. A quibus etiam ipso die idem monasterium dedicatum est. Cripta et altare sancti Iohannis a Seccouwensi episcopo Karolo I. consecrata est 4. Idus Februarii, capella et altare ad sanctum Hertwicum ab episcopo Chyemense Ruodigero I. dedicata est 7. Idus Octobris. Concilium — divina potentia miraculose capta est et a christianis potenter obsessa. Ierosolima[a] — ducti.

Hoc anno obtentum est privilegium Richerspergensi ecclesie apud Romanam curiam per fratres et canonicos eiusdem ecclesie in hunc modum: *Honorius episcopus servus servorum Dei Heinrico preposito et fratribus Richerspergensibus* etc. *Sacrosancta Romana ecclesia devotos* etc. *Datum Laterani* 15. *Kal. Apr. pontificatus nostri anno tercio*[20]. *Honorius* etc. *archiepiscopo Salzpurgensi. Licet ad loca religiosa* etc. *Datum* ut supra.

Anno 1220. capitulum cum multis clericis Patavie celebratum est a domino Uolrico episcopo, ubi aderant legati ibid.
domini apostolici pro vicesima parte omnium proventuum trium annorum in subsidium Terre sancte secundum Innocentii III. in concilio Lateranensi constitutum. Otto Frisingensis obiit, cui succedit Geroldus eiusdem ecclesie canonicus. Thomas — presentibus.

Hoc[b] anno a preposito Heinrico facta est conpositio inter conventum Vorowensem et prepositum Liutoldum eiusdem ecclesie et nostrum conventum de terminis inter minorem et maiorem Tuocham, sicut privilegium ipsorum plenius continet exaratum.

Anno 1221. Damiata civitas que portus Ethiopie dicitur, multo labore et sanguine ac sudore christianorum aqui- ibid.
sita, heu heu exientibus peccatis hominum divina permissione seductis in quandam insulam christianis, aquis et exercitu christianorum circumvallati — evaserunt. Uolricus Pataviensis episcopus ab expeditione transmarina rediens in via obiit, cui Gebhardus comes de Plain eiusdem ecclesie canonicus successit.

Anno 1222. Bozana civitas ac milites vicini indixit turnamentum, et dum tota eadem civitas ad leticiam moveretur et miliciam exerceret, subito divina permissione penitus exusta est; ubi etiam dum fugam caperent quocunque modo, trecenti homines perierunt, et sic miserante Deo gaudium eorum in luctum versum est. 11. Kal. Iunii — devastaverunt.

Eodem[c] anno in nativitate Domini primo mane terre motus magnus factus est per Dec. 25.
diversa loca[21]. Uolscalcus episcopus Gurcensis, eiusdem ecclesie canonicus[d], episcopatum 21
sponte resignavit, cui successit dominus Otto[e] de Ourtenburch.

Anno 1223. luna ut sanguis facta est. Hic[f] maxima dampna inceperunt ecclesie nostre incumbere a Waldacensibus, Morspacensibus, domino Wilhalmo de Schoene anger. Naves nostras hic in littore onustas vino, frumento, tritico et omnibus bonis abstulerunt, et in tantum locum depauperaverunt, ut et omnis rigor pro eo ordinis fere deperiret, et insuper crucem magnam ad vindictam nostram ad terram fecimus deponi, et *Aspice* cottidie decantare.

Anno 1227. Heinricus prepositus Richerspergensis obiit quinta Idus Septembris[22], cui successit dominus Fridericus frater comitis de Ortenburch, qui renovavit privilegium de

a) *haec ex cod. S. Petri sumpta, manu alia sed coaeva in margine scripta sunt.* b) *haec manus* c *addidit.* c) *alia manus pergit.* d) *haec verba potius cum successoris nomine coniungenda videntur.* e) *alius postea correxit* Gebhardus. f) *haec manus* c *inseruit. Ceterum huc usque ab a.* 1194. *exigua est scripturae diversitas. Abhinc alius numeros annorum posuit usque ad a.* 1258. *et quaedam adnotavit quae siglo* a *indicamus; reliqua omnia postea inserta sunt.*

19) ad d. 2. Dec. inscriptus in Necrologiis Claustroneob. et Salisburgensibus. 20) ed. M. B. IV, 428. 21) Plura de eo narrant Godefridus Coloniensis et Chronicon Montis Sereni. 22) inscriptus Necrologiis Salisburgensibus; sed v. a. 1230.

oblagio, quod ipse eodem anno prepositus Heinricus constituit observari. Hoc[a] anno decisa est lis et determinata per litteras et instrumentum proborum virorum, qui fuerunt arbitri inter ecclesiam Prampergensem et Ternberch, ad quem ius patronatus respiciat. Hic[b] mutacio episcoporum facta est. Episcopus Gebhardus resignavit, et episcopus Ruodegerus succedit. Ut credo adhuc non est[23].

Anno 1230. Heinricus[c] pie memorie[d] obiit, cui successit Fridricus eiusdem ecclesie canonicus, filius[e] comitis Hermanni de Ortenburch. Hoc[f] anno Domini confirmavit inperator Fridricus omnia privilegia nostra ab antecessoribus suis et episcopis nobis data[24].

Anno 1231. prepositus[g] Fridericus in prepositum Berthergademensem est electus, cui successit dominus Ulricus Liber. Hic[h] dominus Ulricus Liber de Poumgarten prepositus eodem anno confirmavit predium in Gruob per litteras domini Karoli de Guotrat, sicut in eisdem plenius est expressum[25]. Item renovavit multa in melius per litteras domini archiepiscopi Eberardi, qualiter debeant residere Brauperch et Edelz plebani, et cetera[26]. Item dominus Liber[i] prepositus obtinuit per litteras comitis de Wazzerburch Chunradi curtem Aheim ad subsidium prebende nostre[27].

Anno 1233. prepositus[k] Fridricus in Perhtersgadem electus in prepositum, cui succedit[l] Ulricus de Poumgarten eiusdem ecclesie canonicus.

Anno 1235. dominus[m] Ulricus Liber[n] resignavit preposituram Richerspergensem, cui succedit magister Chuno. Hoc[o] anno predium in Gruob superiori et medio cum universis hominibus et omnibus aliis eidem predio adtinentibus, tam dominicalia quam infeodata, quocunque modo censeantur, emit apud dominum Popponem de Pecach sicut in litteris suis continetur, pro 130 libris, et sibi personaliter 10 dedit, ceteros ad Iudeum Techanum.

Anno 1236. Hoc[p] anno existente domino Friderico inperatore apud Wiennam, prepositus Chuono ostendit privilegium ducis Liupoldi de libero transitu per terram Austrie sine vexatione qualibet ab ipso ecclesie nostre indultum, petens quatenus illud renovare et confirmare dignaretur propter Deum. Quod et factum est[28], imperii eius anno 18, regni Iherusalem 12, regni vero Sycilie 38.

Anno 1237. Chuno[q] prepositus resignavit preposituram et ad fratres maiores se transtulit. Dominus Ulricus de Vihtensteine suscepit prelaturam.

Anno 1239. Hoc[r] anno dominus Ditricus qui per 20 annos plebanus in Truenstewer et cellarius noster fuit, electus est in prepositum in Halle[29].

Anno 1240. Hoc[s] anno dux Fridericus strenuus bellator Austrie confirmavit ecclesie nostre et recognovit iusticiam, quam felicis memorie dux Liupoldus nobis dedit pro libero transitu sine vexatione tam per aquam Danubii, quam per terram, omnium victualium sive mobilium rerum, prout in autentis eorum plenius est expressum[30].

Anno 1241. pridie[t] Nonas Octobris obductus est sol mirabili nigredine aliquantulum post meridiem dum esset in claritate sua subito, ita quod nulla pars eius poterat videri, et stelle vise sunt tamquam in nocte, fere ad 4 horas. Eodem anno Hugelinus qui et Gregorius papa moritur.

Anno[u] monos mille cum quadraginta ducentis
Eclypsim ponas Octobris pridie Nonas.

Forum Oberuperge a Moerringerio Wern. concrematur.

Hoc anno episcopus Ruedegerus quondam Pataviensis donavit ecclesie privilegium de

a) *haec prius quam praecedentia scripta sunt.* b) *manu c addita.* c) Heinricus — canonicus *manu a scripta sunt, sed postea erasa; cf. a. 1227.* d) prepositus Richerspergensis *addidit alius supra lineam.* e) f. c. d. O. *postea addita sunt, postremo* Hermanni. *Denique omnia deleta.* f) *manu c.* g) *haec ab a. 1232 huc translata sunt.* h) *manu c pergit.* i) de Poumgarten *add. saec. XV.* k) *haec m. a scripta sunt, sed postea deleta.* l) *alius addidit* dominus U. Liber de. m) Dominus — Chuno *manu a;* Ulricus *postea additum est.* n) de Pawngarten *add. saec. XV.* o) *haec saec. XIII. ex. vel XIV. addita sunt.* p) *manu c.* q) *manu a.* r) *manu c.* s) *manu c.* t) *manu a.* u) *diversae saec. XIII. et XIV. manus pergunt.*

23) Factum est a. 1232. 24) mense Aprili, editum M. B. IV, 433. 25) *Acta in castro meo Stuftenberch a. Dom. 1233, pridie Idus Februarii.* M. B. IV, 440. Ulricus praepositus ibi nominatur. 26) d. 24. Aprilis a. 1233, ed. M. B. IV, 439. 27) a. 1234, d. 20. Febr. M. B. IV, 442. 28) mense Martio a. 1237, sed in privilegio scriptum est 1236. M. B. IV, 444. 29) Chunradus comes de Wazzerburch hoc anno ad peticionem Dietrici prepositi in domo S. Zenonis Hallis quondam cellerarii Richerspergensis huic loco donavit duas mulieres, manumittendo eas. M. B. IV, 446. 30) d. 13. Oct. M. B. IV, 447.

muta superiori quam ab inperatore dinoscitur habuisse, ut liberum transitum habeamus in victualibus sine muta[31]. 31

Anno 1242. privilegium prepositus Ulricus inpetravit ab episcopo Eberhardo et a choro pro libertate loci, quod hic merito est inserendum.

Anno 1244. Hic[a] castrum Obernperge deseritur a Waldacensibus malis gratibus eorum, quia contra voluntatem episcopi Ruedegeri possidebant, et terram et omnes habitantes in ea devastaverunt, quod ille duci F. in querimonia deposuit, et duci Fridrico Austrie traditur. Qui dominis nobilibus de Schounberch Wernhardo et Heinrico commisit ad debellandum ducem Ottonem[32] ex eo.

Auno 1245. Hic[b] dux Otto obsedit castrum Obernperge, sed non obtinuit, per 6 ebdomadas, dominis W. et H. de Schouwenberch defendentibus.

Anno 1246. Eberhardus[c] episcopus Salzburgensis secundus obiit, cui succedit Philippus filius ducis Bernhardi Karinthie. Eodem[d] anno dux Fridericus Austrie in bello obiit, postquam viriliter regem Ungarie Belam et suos fugavit; in congressus tumultu a propriis hominibus insidiose occiditur ut dicitur a pincerna de Habespach nomine Heinrico. Cui substituitur dominus Hermannus margravius de Paden. Cuius etiam instrumentum habemus de libero transitu per aquam.

Hoc anno factum est concambium de villa Wernhersdorf apud Milstat, et aliorum prediorum in Radentyne, in Vraters, in Sapel, in Tirula, et reconpensationem recepimus in Appenouwe 14 librarum, sicut in litteris suis plenius est expressum*. -

Anno 1248. Hic episcopus Ruedegerus coactus est resignare episcopatum[33], cui suc- 33 cessit dominus Bertoldus. Dominus Ul. factus est plebanus in Aspange. Hoc anno mala morte mortuus est dominus H. de Waldek, qui de claustro nostro violenter accepit virginem sanctimonialem et eam postea manifeste tenuit per 10 annos. Et dominus W. Muerringerius obiit.

* *In schedula assuta, saec. XIII. ex. scripta haec leguntur, ex Annalibus Salisb. S. Rudberti paucis exceptis desumpta:*

1246. Eberhardus II. archiepiscopus obiit. Philippus filius ducis Karinthie substituitur. Austria hoc anno caruit principe et propter hoc non permittebantur deduci victualia a terra.

1249. Rex Bohemie senior et filius suus Otacher vel Premzlaus ad concordiam redierunt.

1250. Dominus Rudegerus episcopus Pataviensis a domino papa Innocentio deponitur, et dominus Perhtoldus comes de Pitengew, frater domini Alberti episcopi Ratisponensis, non illius Alberti magni Predicatoris, sibi superponitur. Episcopi circa Renum cum rege Chunrado treugas per tempus inierunt, unde in claustro sancti Emmerammi dum natale Domini celebrare vellet, per Ch. de Hohenvels fere fuerat occisus.

1251. Inperator obiit.

1252. Filius regis Bohemie duxit dominam Margaretam, relictam quondam Heinrici regis Suevie, sororem ducis Fridrici, ut eo tucius possideret terram Austrie. — Wernherus Berhtersgademensis prepositus obiit. Chunradus decanus subatituitur.

1254. Perhtoldus episcopus Pataviensis obiit, cui dominus Otto de Lonstorf eiusdem ecclesie canonicus substituitur.

Rex Ungarie et rex Bohemie in concordiam redierunt, quod ducatus Austrie cederet regi qui et dux Austrie dicebatur, et ducatus Stirie regi Ungarie. Rex Chunradus in Apulia moritur, filius quondam Fridrici inperatoris. Papa obiit in civitate Neapoli. Otto dux Bawarie obiit mala morte.

1256. Hereditas inter filios Ludwicum et Heinricum dividitur, ut unusquisque habeat suum nomen. Contra Ph. electum scisma oritur. Ul. episcopus Secoviensis eligitur. Dux Pernhardus Karinthie obiit.

1257. Rex Bohemie terram Bawarie intravit versus Landshuot. Quem fratres ambo duces Ludwicus et Heinricus manu valida fugavit[e] aput Muldorff; multi interierunt et aquis prefocati sunt.

Anno Domini 1259. maxima karistia orta est per omnes terras, et multe civitates exuste, set unde nemo congnoscere quivit. Sequitur etiam maxima pestilentia hominum. Episcopus Ratisponensis Albertus deponitur pro sua iniquitate. Ezzelinus tyrannus occiditur. Frater Albertus Predicator succedit.

1260. Reges Ungarie et Bohemie dissidentes, et comites de Hardekke occiduntur. Alexander papa obiit. Patriarcha Iherosolimitanus qui et Urbanus eligitur.

1261. Albertus episcopus resignavit. Leo succedit.

1264. Rex Bohemie vocatis principibus aput Vissze[f] festum celebravit, ubi sororiam suam filiam margravii de Brandeburch Bele filio regis matrimonialiter copulavit.

1268. Dominus Ulricus Secowensis obiit. Wernhardus magister et decanus Pataviensis eligitur. Rex Bohemie infecto negocio a Pruscia revertitur, (et quosdam) Styrienses suspectos habens de proditione captivavit. Dux Ludwicus (relicto) avunculo suo (Chunradino) a Verona revertitur . . . . . . . . . . archiepiscopum. Otto dux . . . [g] . . . . . .

a) *manu* c. b) *manu* c. c) Eberhardus — Karinthie *manu* a. d) *manus* c *pergit.* e) dux cum fratre suo fugavit *Ann. S. Rudb.* f) *prius scriptum erat* Heimburc. g) *haec ultima legi non poterant, neque in Ann. Salisb. extant.*

31) *D. in Richersperg a. D.* 1241. 10. *Kal. Febr.* M. B. IV, 450. 32) Bawariae; cf. Contin. Garst. et Albertum Boh. ed. Hoefl. p. 156. 33) anno 1250.

Anno 1249. mortuus est dux Hermannus Austrie[34]. Cui succedit post infinitam stragem Australium et Ungarorum Ottacharus filius regis Bohemorum monoculi, qui qualiter se gesserit, in subsequentibus patebit. Primo obsedit Wiennam; postea se sibi unanimiter subiugaverunt, ita tamen ut filiam ducis Liupoldi sibi copularet et sic terra Austrie iure pleniore potiretur. Prepositus Ulricus dictus de Viehtensteyne renovare petivit archiepiscopum Philippum Salzpurgensem privilegia nobis pro libertate loci ab antecessoribus
35 suis data[35].

Anno 1250. dominus[a] Ulricus prepositus Richerspergensis obiit Wienne, et sepultus ad fratres Predicatores ibidem maiores[36]. — Fridricus[b] imperator moritur. Wienna a rege Ungarorum obsidetur. Insuper a novem regibus qui de diversis nationibus non christianis sibi in auxilium venerant, ut terram Austrie sibi subiugarent. Sed cum apud Stadelouwe per 14 dies, postea transiens Danubium aput Erdpuorch fixisset tentoria, cum nichil proficeret sed magis in virtutibus deficeret, magna cede in terra et in finibus illis perpetrata, quia Otackarus quamvis adhuc inbecillis ad resistendum fecit quod potuit, et turpiter Ungarus ad propria est reversus.

Anno 1251. Haertwicus[c] plebanus in Pramperch, canonicus Richerspergensis, preposituram suscipiens eandem, unanimiter a congregatione electus est; et[d] satis sedulum se gerens circa ipsam.

Anno 1253. Otto[e] dux Bawarie subitanea morte moritur vigilia Andree.

Anno 1254. prepositus[f] Haertwicus resignavit prelaturam, cui successit dominus[g] Walterus; elapsis vero 3 mensibus idem in Rore electus est in prepositum, cui successit
Mai. 25. dominus Gundacharus eiusdem ecclesie canonicus in[h] festo sancti Urbani.

Eodem anno obiit episcopus Pataviensis Perhtoldus, cui successit dominus Otto de Lonstorf.

Anno 1255. facta[i] est discenssio pervalida inter chorum et archielectum Philippum Salzpurgensis ecclesie, que per multos annos duravit, in tantum ut decor eiusdem chori et vigor religionis penitus interiret, simulque divina suspenderentur a quodam alio sibi superposito archiepiscopo Ulrico, qui fuerat episcopus in Sekkouwe.

Anno 1256. Alexander[k] papa efficitur. Eodem anno obierunt felices et personati canonici, dominus Arnoldus de Edelz *plebanus*, dominus et pie memorie Haertwicus, *quondam prepositus*, dominus Ditricus *de Aiche*, dominus Eberhardus decanus. et anno subsequenti *alter Arnoldus et* dominus Iohannes custos.

Anno 1257. ascendit[l] dux Austrie Otacher qui et rex Boemie dictus, volens occupare omnes munitiones ducis Bawarie Heinrici, fratris Ludwici palatini Reni. Set turpiter fugam dedit, et quidam suorum aput Muldorf a Bawaris conclusi et obsessi et[m] submersi; ipse vero cum paucissimis confusus ad propria repedavit.

Ipso[n] anno dominus Philippus Salzpurgensis cum 600 armaturis pastus est apud nos per biduum; qui maximam fecerunt insolentiam, tam in luminaribus quam in aliis que repererunt. Et quidam de nobis bene cognitis, *dominus*[o] *H. de Pramperch*, super tali contritione plangendo hos versus edidit dicens:

Heu cuncti flete, de toto corde dolete,
Quod mater nostra male subiacet, et sua rostra
Hostes ex illa satiant. Melior michi villa
Visa fuit raro: tibi luctu mestus amaro
Deplango, Christe, quod sic periit chorus iste,
Qui fuerat norma cunctis et eis bona forma.
O bone Ruodperte, mala que patitur cito verte!
Fac ut adhuc laudes tibi sint ibi, destrue fraudes.
Qui destruxerunt Salzpurch, et eis meruerunt
Perpetuam mortem. Philippi destrue sortem!

a) Dominus — maiores *manu* a. b) *alius pergit; deinde manus* c. c) *manu* a. d) *alius pergit.* e) *iterum alius.* f) *manu* a. g) *postea additum.* h) *alius pergit.* i) *iterum alius.* k) Alexander — custos *manu* a. *Alius hic addidit* Quartus. *Quae deinde littera inclinata expressa sunt, manus* c *addidit.* l) Ascendit — repedavit *manu* a *quae ibi desinit.* m) et s. *supra lineam addita.* n) *alius pergit.* o) d. H. de P. *supra lineam.*

34) anno 1250. d. 4. Oct. 35) d. 9. Ian. 1249. M. B. IV, 450. 36) Ulricus praep. Rich. in Necrologiis Salisb. ad d. 2. Iunii inscriptus est.

Anno[a] 1259. cum in prelatura dominus G. prepositus multa et diversa debitorum discrimina ac etiam personarum tam[b] spiritalium quam et secularium necnon et rerum quam plurimum diminutionem pateretur, domino Ottoni Pataviensi episcopo ante festum Potenciane virginis, proxima die ipsam prelaturam voluntarie resignavit. Et[c] quidam de Mai. 18. conventu de ipso versificatus est despectius.

Eodem[d] anno magister Iohannes canonicus Pataviensis defunctus est qui ecclesie nostre in multis benefecit. Maxime in pecunia illa cum qua predium in Gruobe conparavimus ad omnimodam proprietatem.

Convocatis[e] igitur ad electionem nostram de claustris nostri ordinis nobis in vicino positis de Sancto Nycolao, Suben et Ranshoven prepositis et dominis, communicatoque consilio ipsorum pio, dominum Geroldum cellerarium in Ranshoven quasi una voce eius concorditer providentiam conlaudantes, elegimus in magistrum 2. Idus Iunii, id est Basilidis, Iun. 12. Cyrini, Naboris et Nazarii. Finito itaque capitulo, post triduum ad evocandam personam talem duos de conventu nostro canonicos, H. Walbrunum, plebanum in Muenster, et Chunradum Swenter custodem, cum litteris conventui Ranshovensis ecclesie transmisimus sub hac forma:

*Religiosissimis dominis et in Christo fratribus concanonicis in Ranshoven, pusillus grex in Richersperge sub regula beati Augustini militare cupiens cum devotis orationibus, Deum fatie ad fatiem contemplari. Quod et quantis honorum titulis nostra pre ceteris foret ecclesia multis iam retro actis temporibus decorata, universitatis vestre reverentiam credimus non latere. Cum autem peccatis nostris exigentibus multis hinc inde afflictionibus prepediti, velud alteri Israhelite, iam dicta ecclesia adeo in nichilum sit redacta, quod non per aliquam nostri gregis personam licet gratiosam valeat resilire, presertim cum huiusmodi perturbationes non per prediorum nimiam tenuitatem seu annonarum intemperiem patiatur, set quod pluris esse speramus, quemadmodum habemus de Iosepho filio Zacharie et Azaria principe militie in primo Machabeorum libro, capitulo 48, qui etiam de semine virorum illorum forte non descenderant per quos prestaretur salus populo Israheli. Quapropter rogamus monendo sollicitasque preces pie vestre karitati porrigimus obsecrantes, quatenus dominum Geroldum cellerarium et canonicum vestrum, quem pari voto et unanimi aspirationis consensu coram viris religiosis domino scilicet preposito Gerbotone de Sancto Nykolao, necnon et vestro Sifrido[f], ac multis aliis canonice in prepositum elegimus et magistrum, ad excolendam igitur vineam Domini in patrem familias nobis prout vestram condecet sapientiam emittatis, ut et vos una cum ipso ex hoc laborioso fructu denarium diurne conventionis recipere valeatis.*

Hiis ita gestis cum eiulatu non modico avulsus est a loco supra dicto idem Geroldus, et pariter cum magistro suo Sifrido et nunciis prelibatis in aqua Pataviam descendentes, ab episcopo Ottone memorato electio in capella sua est venerabiliter confirmata 15. Kal. Iun. 17. Iulii, indictione 2. Qui[g] redemit nos ab iniusta vexatione domini Ortolfi de Morspach dando ei 10 talenta, et versa vice nobis instrumentum suum.

Anno 1260[h]. emersa est quedam secta aput Perusium et usque ad partes nostras pervenit, quam flagellatores appellaverunt, se ipsos denudantes et usque ad effusionem sanguinis flagellis invicem se percutientes, cantica quedam de beata Virgine et passione Domini miserabiliter emittendo. Quam sectam si plenius nosse volueris, chronica Ranshovensium a domino preposito Chunrado conpilata clarius enodabit.

Anno Domini 1261[i]. Alexander papa moritur. Urbanus papa efficitur Et dominus Ulricus archiepiscopus dedit 10 noxios ecclesie per litteras suas.

Anno Domini 1262. Hoc[k] anno fecit dominus Huogo suum testamentum vivus et sanus, dictus de Saverstete, sicut continet instrumentum quod preter solitam prebendam dominis dabit pro necessariis unam libram[37].

Anno Domini 1263. cum[l] dominus Geroldus satis honeste se gessisset in prelatura

a) *alius pergit.* b) t. s. q. et s. n. n. *alius superscripsit.* c) *haec alius rubro addidit, et in margine versus scripti sunt, sed postea erasi. Incipiunt:* Ecclesie rector nostre non est neque rector. *Desinunt:* sapiens et bene multa sciens. Quidquid agis prudenter agas et respice finem. d) *alius pergit.* e) Convocatis — secunda *manu nitida eiusdem temporis scripta sunt; scriba in margine haec praefatur:* ......enter. hic perlege scripta libenter. Que male distinxi, tu corrige. si male finxi. f) *expunctum est.* g) *haec postea alius adiecit.* h) *alius pergit usque ad a.* 1269. i) *haec multo post inserta sunt et fortasse ad a.* 1260. *pertinent; nescio an* et — suas *ad a.* 1262. k) *et haec postea inserta sunt.* l) *idem qui superiora a.* 1262. *scripsit, haec transposuit ad a.* 1264; *nisi iam ab ipso auctore factum est.*

37) ed. M. B. IV, 453.

et a vexationibus tam Iudeorum et christianorum ecclesiam et vineas prout melius poterat reformasset, labores tollerare ulterius non valens prelature cessit, et dominum Heinricum dictum de Pramperch quia partes inter se fuerant, in prepositum elegerunt.

Anno Domini 1264. Eodem[a] anno apparuit stella quedam que dicitur cometa, et illa est crinita in lactea zona, apparens ante ortum diei, et significat pestilentiam aut famem aut regni mutacionem et cedes hominum.

Anno Domini 1265. obiit Otto episcopus Pataviensis. Cui substitutus est magister
38 Petrus domini Ludyzlay ducis Polonie[38] pedagogus.

Anno Domini 1267. Ut verum fatear et salva pace legentium nullo stimulo invidie aut odii fomite succenssus, dominus Heinricus minus provide et indecenter se gerens in prelatura, proventus Marchie per omnia tenendo nichil fratribus impertiens, manifeste in Pramperch cohabitans et bona ecclesie pro libitu suo dissipans inhoneste, tam diu quousque fratres ipsum citando ad episcopum, vel regulariter cum ipsis in domo Dei maneret cum consensu, aut de universis proventibus ecclesie nostre saltem ut chorum frequentare possent victui necessaria ministraret. Verumtamen cum de huiusmodi defectibus tam in spiritalibus quam in temporalibus coram episcopo Petro, et Wernhardo venerabili decano Pataviensi, postea episcopo Secovie, causa diversimode tractaretur, tandem quasi per fas coactus et non per nefas, cum nec preesse vel prodesse potuit vel voluit, cum magno dispendio ecclesie nostre in paupertate relinquens maxima prelaturam resignavit. Tali condicione pro provisione sibi Prampergensem ecclesiam deputantes, si adhuc resipiscens ab erroribus pristinis vitam suam in melius commutaret.

1267. Dec. 27. Anno Domini 1268. Iohannis ewangeliste dominus Waltherus quondam Rorensis per 10 annos prepositus, revocatus et electus est a fratribus universis in prepositum et magistrum. Qui eque vir prudens, sobrius, strennuus in factis, in ordine, in moribus, in reformatione iuvenum qui defecerant, pudicus, affabilis, disciplinatus, gnarus per omnia, pervigil super gregem suum, universa sicut sapiens archytectus constituit in pondere et numero et mensura. Et quodam modo quasi alter fundator canonice vite in hoc loco, que penitus in dissolutionem et libertatem et consuetudinem et fere in legem[b] venerat iam omnino. Benedictus Deus per omnia, quia cum ipso filio benedicto Walthero nobis et ecclesie pax et gratia subintravit, ita ut per divinam operationem horrea frumento implerentur et vino torcularia redundarent. Quamvis tamen per iniquum iudicium Schærdingense infinita contraria pateretur. Ipse est enim Waltherus qui vestimenta singulis annis et calciamenta quando fuerunt indigentibus necessaria, secundum regulam dare non distulit immo ampliavit, quia quondam de camera 30 ulne linei panni dabantur, vel pro maiori parte nichil omnino; sed ipse constituit dari 40, et pellicia uno anno, in altero pelles. Item in honore beate Virginis gloriose tum pro augmento religionis, tum etiam pro supervenientium hospitum reverentia, constituit in capella sancte Dei genitricis Marie cottidie missam celebrari, et 3 denarios aut integram mensuram vini si est in cellario, et unum ferculum qualecunque celebranti constituit pro laboribus ministrare, sciens scriptum illud apostoli: *Qui altario serviunt de altario participentur.* Item constituit die noctuque dominis dare vinum, quod iam abolitum fuerat vel de cetero aliquatenus umquam fieri per aliquem prelatorum. Item cameras in dormitorio, scalas, infirmariam, refectorium, cameram, cellarium, cenaculum, ambitum claustri ex novo edificiis et picturarum coloribus adornavit. Ipse est qui litteras episcoporum et indulgentias per magnos labores obtinuit, ad fabricam et claustrum sanctimonialium quod pre nimia vetustate iam collapsum ruinam perspicue minabatur[c]. Ipse etiam terram habilem ad coquendos lateres per industriam suam aput Puochperch adinvenit.

Anno Domini 1269. Clemens[d] papa obiit.

Anno Domini 1270. Gregorius X. creatus est, qui tercio anno suo concilium Lugduno celebravit.

Anno Domini 1272. regno et inperio Romano vacante amplius quam 21. anno, electus est in regem Romanum comes Ruodolfus dictus de Habeschspuorch, et in Aquisgrani confirmatus. Licet rex Otacharus magnus et strennuus et potens et gloriosus in virtutibus sibi

a) *haec postea inserta sunt, sed ut videtur ab eodem qui superiora scripsit.* b) *ita cod.* c) *alius pergit usque ad finem.* d) C. p. o. *alius ut videtur interposuit.*

38) Wladizlai ducis Sleziae, qui in Salzburgensem archiepiscopum electus est.

contrarius videretur, nec eum dignaretur vocare regem, sed fratrem Rudolfum cum capucio, vel comitem simplicem Ruodolfum.

Anno Domini 1273. Gregorius papa constituit in concilio decimam partem dari in subsidium Terre sancte, sicut[a] patet in cedula scripta.

Anno Domini 1276. cum magno apparatu militum et navium descendit ad Austriam dictus rex Romanus, et expugnavit omnes municiones Austrie, et Wiennam obsedit, et magnus rex Bohemorum Otacharus ex altera parte Danubii cum infinita multitudine se sibi opponens, tandem de consilio episcopi Brunonis ecclesie Olomunzensis et aliorum episcoporum qui contra ictum fluvii, hoc est contra regnum et inperium et sanctam ecclesiam rebellare formidabant, iam dictus rex inclinatus et humiliatus ad pedes imperii in tentoriis in obsidione Wiennensis civitatis renuntiavit terre Austrie, Styrie, Carniole, quas viriliter in arcu et gladio et manu valida defenderat per 27 annos ab invasionibus[b] Ungarorum, in tantum ut illorum metas quas portas Ungaricas appellant, sibi usurparat, scilicet Prespurch, Altenburch, Misenburch, episcopatum Ieurinum id est Rab dictum, Oedenbuorch, Valwa. Insuper oppida, rura, castella, et quod dicitur In der Schuette, una cum theloneis et mutis in suam traxerat potestatem. Vicit etiam easdem barbaras nationes in bello campestri aput civitatem quam ipse construxit nomine Marhekke, viriliter et honeste regem Belam, et postea per annos aliquos filium suum regem Stephanum qui patri successerat in regno, quem etiam fugavit, et ad nichilum redegit omnes inimicos crucis Christi, qui multociens res nefandas exercuerant in populo Dei in Austria et Styria post mortem gloriosi principis ducis Friderici. Duxerat enim sororem ducis Fridrici Margaretam quondam uxorem regis Heinrici, que se tradiderat religioni in Wirzburgensi civitate ad Sanctum Marcum ad claustrum feminarum, ubi in viduitate usque ad sue vite exitum cupiens permanere. Sed quia terra Austrie veris heredibus fuerat orbata, cum dispensatione Alexandri pape cum ipsa matrimonium contraxit. Tandem aliquibus annis evolutis dictus rex Otakarus strennuus sentiens se per eam nulla prole fecundari, per dispensationem Urbani pape celebratum est divortium inter eos, et neptem regis Ungarie domine de Matschouwe filiam . . et regis cuiusdam Ruotheni duxit, maxime propter pacem de cetero inter terras et terras habendam, et hee nuptie celebrate sunt in civitate Heimburch anno Domini 1261. Symonis et Iude.

Anno Domini 1277. rex Otakarus licet universos obsides quos acceperat a ministerialibus et civitatibus Austrie quantumcunque invitus reddidisset, quia quasi conpulsus a rege Romanorum veritus est multum se hoc fecisse, id est tam humili comiti se subdidisse, pacem simulans per totum illum annum collegit universam militiam electam tamquam in anno sequenti in pugna campestri secum acriter congressurus. Quod et factum est.

Anno[c] Domini 1277. mortuus est dominus Petrus cellerarius fere per 20 annos, vir Deo dilectus et hominibus, et sepultus ante capellam sancte Marie in claustro, non sub marmore ibidem posito, sed ad dexteram eius versus capitolium Floriani confessoris.

Anno Domini 1278. rex Romanorum Rudolfus adhuc Wienne iudicia sua exercens manentibus secum episcopis de Basilea, de Herbipoli, de Ratispona, de Frisinga, de Patavia, de Salzpurga, de Sekovia, de Chiemse, de Gurka, de quorum consilio regni negotia maxime gubernabat; set statim illis recedentibus — qui[c] scilicet episcopi de Ratispona Leo, de Frisinga comes silvester[39], de Gurke Dietricus, de Patavia Petrus — per aliqua temporum intervalla, ecce nuntii venientes qui dicerent: *Domine, rex Bohemorum in multitudine gravi et manu robusta ad debellandam Austriam et universos fines eius venit, ut conterat vos et turpiter omnes fautores vestros et uxores eorum eiciat de terra. Quin immo operuerunt terram sicut locuste.* Sed ille sicut sapiens et bellator fortis ad bella doctissimus hec omnia presciverat et tacite conduxerat Cumanos, Brutenos, Ungaros, regem Ladyzlaum, et universas barbaras nationes, et omnem militiam de Austria, Styria, de Swevia, de Reno; verum etiam dux Heinricus Bawarie, cuius filius duxerat filiam regis Romanorum, cum rex Romanorum ipsum sibi in adiutorium cum suis venire putaret una cum fratre suo palatyno Rehni Ludwico, spe frustratus est illa, quia rex Bohemorum suis muneribus ut creditur intercepit ne venirent. Nichilominus supra dictus rex Ruodolfus spem suam ponens in Domino qui non derelinquet sperantes in se, ut scriptura dicit: *Quis speravit*

a) *s. p. in c. s. alius adscripsit.* b) *invasoribus cod.* c) *haec in margine scripta sunt.*

39) Chunradus II. comitibus de Wittelsbach adnumerari solet, etsi secundus post eum episcopus, Emicho comes silvester, eius fratruelis fuisse dicatur. Verum etiam Hermannus Altahensis wildgravium eum appellat.

*in e.* etc., quamvis Bohemus quattuor bene paratos in armis et instructos contra unum regis Aug. 25. Romanorum habuerit, ipse in die sancti Zepherini hoc est 8. Kal. Septembris pugna[a] cum suis regem Bohemorum adgreditur, et occidit eum, et universam multitudinem percussit in ore gladii, preter eos qui dimersi sunt in profundum fluvii qui fluit in loco certaminis qui appellatur Yedungespeunt. Nam cuncti auxiliatores regis Romanorum cum magna reverentia illo die devotissime communicaverant de corpore et sanguine Domini, et insigniti ante et retro una cruce rubeo colore formata, tam pagani quam christiani clamabant, ut se et suos cognoscerent: *Christus! Christus! Roma! Roma!* et auxiliante divina potentia contritum est cornu et omnis virtus exercitus ad 20 milia pugnatorum regis Bohemorum. Sed quia unctus Domini fuerat et inclytus valde in diebus suis, conditus aromatibus et Wiennam ad fratres Minores perductus, quousque dominus papa Nycolaus de ipso dispensaret utique sicut de viro excommunicato, qui calcaneum suum levare ausus fuit contra sedem apostolicam et regnum Romanorum. Completum est autem illud vaticinium sicut in gestis legitur Hiltigardis, quod sic se habet et inventum aput Predicatores in Chremsa: *Surget gallus qui suscitabit filios aquile. Surget leo et ducet filiam sine filia, et erit inclytus valde, et potestas eius a mari usque ad mare, et erit gloriosus et subiugabit sibi plurimos, et erit timor eius super multos. Filius aquile pugnabit cum leone, et vincet eum et interficiet, et spolia eius distribuet. Et post hec erit pax et tranquillitas per X et X et dimidium X. Postea vero mala infinita consurgent.* Quod vaticinium sic est intelligendum. Quia iam regnum per plurimos annos vacare ceperat, dixit: *Surget gallus,* id est Gregorius X. de Gallia natus, qui convocavit concilium et regem creare precepit. *Suscitabit filios aquile,* id est quia aquila est signum triumphale ad imperium pertinens, quod signum per plurimos annos sicut dictum est siluit et dormivit. *Surget leo,* id est ille Bohemus ferox et famosus, qui in scuto coronatum leonem preferre solebat, quasi ad nullius pavescens occursum. *Ducet filiam sine filia,* id est Margaretam prole infecundam. *Filius aquile,* hoc est rex Romanorum Rudolfus quondam comes dictus de Habechspurch, *pugnabit cum leone,* id est cum rege Bohemorum, *et vincet* etc. nota sunt.

Anno Domini 1279. venit quidam legatus a sede apostolica — de[b] ordine Minorum, Paulus episcopus Tripolitanus — qui dispensavit de rege Bohemorum iam defuncto, et 40 reductus est ad Pragensem civitatem et sepultus in sepulcro patrum suorum[40].

Anno Domini 1279. idem legatus per totam Ungariam et Teutoniam inposuit maximam steuram tam prelatis quam plebanis, et[c] nobis spetialiter duo talenta, et iterum duas marcas puri argenti.

Iul. 22. Marie Magdalene[41] eodem anno obiit dominus Philippus quondam archielectus et etiam quondam patriarcha Aquileygensis; postea factus est laycus post mortem fratris Ulrici et dictus est dux Karinthie et cyrratus incessit quasi laicus quamvis esset diaconus. Tamen propter altum et nobilem sanguinem dissimulatum est a papa, et diem ultimum clausit aput Chremsam ibique sepultus aput Predicatores ea infirmitate qua pater et avus mortuus est, que dicitur rufa.

---

Anno 1355. dominus Dyetmarus prepositus fecit turrim ex parte Eni in festo sancti Ieorii.

a) pugnam *cod.* b) de o. M. P. e. T. *superscripta.* c) *haec alius adiecit, et* et i. d. m. p. a. *rursum alius qui etiam sequentia scripsit.*

40) Tunc Znaimam ductus, Pragae sepultus est a. 1297. test. Heinrico Heimburg. et Chron. domus Sarensis ed. Roepell v. 1037. 41) In Necrologio capituli Salisburgensis ad d. 12. Kal. Aug. scriptum est: *Philippus filius ducis Karinthie, quondam electus Salzburgensis, qui dedit nobis ecclesias S. Viti et Chuchel.*

# ANNALES ALDERSBACENSES.

*Monasterium Aldersbacense, ab Ottone episcopo Babenbergensi in valle Vilsae fluvii haud procul ab urbe Vilshofen dioeceseos Passaviensis conditum, inter codices manuscriptos, qui hodie in bibliotheca regia Monacensi adservantur, librum historicum notabilem reliquit. Est membranaceus in folio numero* 161 *insignis atque manu saeculi XIII. exeuntis vel XIV. incuntis Martini Poloni chronicon usque ad obitum Gregorii X. papae productum, et alia saeculi XIV. manu continuationem annorum* 1273—1326. *monacho Fürstenfeldensi debitam praebet*[1]. *Martini textui eadem qua anteriora manu subiecti sunt annales annorum* 1273—1286 *in monasterio quidem Aldersbacensi conscripti, sed quorum maior pars tum paullo correctior tum paullo mendosior annalibus etiam Sancti Rudperti Salisburgensibus*[2] *et Osterhofiensibus*[3] *inserta habetur. Cuius igitur primo textu amisso, post Boehmerum nostrum, qui annales tomo Fontium II,* 461—464 *primus edidit, textum Aldersbacensem ex codice per memet ipsum denuo evoluto hoc iterum loco sistere iuvabit.*

Anno 1273. electores imperii ad indictum et mandatum domni pape aput Fronchenfurt super electione convenientes[a] domnum[b] Rodolfum comitem de Habspurch[c] in regem Romanorum elegerunt, ipsum et uxorem suam aput Aquisgrani in continenti coronantes. Ipse autem domnus Rodolfus imperium sibi viriliter assumens, ad exhortacionem pape et principum preter effusionem sanguinis optimam pacem ordinavit per omnes terras.

Anno 1274. Rudolfus Romanorum rex indixit principibus se curiam aput Nurnberch in festo beati Martini celebraturum, mandans omnibus principibus ut illuc venirent et se presentarent imperatorie maiestati. Ubi cum conveniret multitudo magna principum et aliorum, Otakkerus rex Boemie et domnus Heinricus[d] dux Bawarie se presentare non curaverunt. Quare per sentenciam principum indicta fuit alia curia Herwipolim celebranda.

Anno 1275. rege Rudolfo cum pluribus pincipibus comitibus et magnatibus Herwipolim veniente, rex Bohemie et domnus Heinricus[d] dux Bawarie se absentant. Sentencialiter igitur a principibus curia indicitur Auguste celebranda circa solsticium. Ubi convenerunt magni viri; set[e] de electoribus non nisi dux Ludwicus ibi fuit. Missi sunt autem pro parte regis Bohemie venerabilis vir domnus Wernhardus Secoviensis episcopus, ex parte autem ducis Bawarie Heinricus[f] prepositus Odingensis cum honesto[g] comitatu. Et propositis questionibus sufficienter de iure eleccionis imperii ex utraque parte, ipsi nuncii, si non discordes, non tamen pariter, curiam exierunt. Domno pape Gregorio venienti Losannam occurrit rex Rudolfus, coronandus sicut decretum fuerat inter eos in Basilea. Sed papa diversis negociis ecclesie generalis, et ipse rex civitatum Ytalie, prepediti, ipsam consecracionem sive coronacionem usque ad festum purificacionis distulerunt.

a) *deest c.* b) *deest A. Sal.* c) hauspach *A. Sal.* d) H. *c.* e) *ita c.* f) *ita Osterhof.* H. *c.* g) honestu *c.*

1) Cf. Boehmeri Fontes I. pag. IX sqq. 2) Mon. Germ. SS. IX. p. 800 l. 26 sqq. — 810. 3) Rauch SS. I. 513—518 et infra.

Anno Domini 1276. rex Rudolfus expedicionem movit versus Austriam cum exercitu non tantum numeroso quantum valido, habens naves castellatas, quibus meatus Danubii obstructos infringere conatur Set mediante magnorum virorum consilio sine omni strepitu belli ipsi meatus in Strubing et Patavie patefiunt; et sic rex Austriam occupavit. Destructaque multa parte terre, circa Anasum multi homines perierunt. Et cum rex in obsidione Wienne se reciperet, civibus rebellantibus multa eorum pomaria sunt succisa. Rex Bohemie nulli se audens committere, a rege Romanorum in dedicionem accipitur, atque ab ipso iuris competentibus gloriose investitur; homagium eciam regi Romanorum faciens, promisit prestito sacramento relaxare statim post suum reditum ad propria obsides et captivos. Set veniens Pragam, nichil eorum que promiserat, pretentis variis occasionibus, effectui mancipavit.

Anno 1277. rex Rudolfus Wienne dominatur. Cui, rebellantibus plurimis Bohemis nobilibus, rex Bohemie reconciliatur, domno Brunone Olmucensi episcopo mediante, redditis obsidibus et captivis.

Anno 1278. rex Bohemie gravi corde sufferens se terras Austrie Karinthie Carniole et Marchie sine opere bellico resignasse, principes ac alios subditos Romani imperii in diversis mundi partibus ad conspiracionem sollicitat, et peccunia plurimi corrumpuntur. Quorum alii se regi Romanorum publice obiciunt, alii ocultis insidiis fidem frangunt. Tandem congredientibus eis[a], rex Bohemie campestri bello victus occiditur, pluribus interfectis.

1279. Rex Romanorum hoc toto anno Wienne moratur.

1280. Post diutinam rebellacionem marchionis de Prandenburch, rex Rudolfus Bohemiam cum exercitu valido ingreditur; et marchionem impotentem ad occurrendum, mediantibus domno Ludwico duce Bawarie aliisque nobilibus, tam rex quam marchio, pluribus interpositis condicionibus, ad concordiam redierunt.

1281. Rex Romanorum a Wienna rediens, Sweviam revertitur.

1282. Rex Romanorum Rudolfus, quia dominicalia imperii a Coloniensi episcopo repetit, gravis inter eos oritur dissensio, ita quod Coloniensis cum mille trecentis falleratis equis adiutores regis hostiliter invadit. Ad quam iniuriam propulsandam rex sollicite se disponit. Tandem Coloniensis episcopus cum rege concordatur, assignatis sibi possessionibus quas repetebat; remisit eciam thelonia et vectigalia que in terris imperii de novo instituerat, super percepcione proventuum[b] eorundem una cum rege in quatuor principes compromittens.

1283. Domnus Rudolfus rex Romanorum civitatem quandam in Burgundia munitam dictam Peterlinge[c] cum valida manu obsedit, et post multos labores in dedicionem accepit.

4 1286. Rex Rudolfus curiam Auguste celebrat in epiphania, presentibus domnis R.[4]
8 archiepiscopis Saltzpurgensi et Coloniensi[5], H.[6] Ratisponensi, W.[7] Pataviensi, Basiliensi[8], et aliis episcopis, et viris illustribus Ludwico et Heinrico[d] ducibus Bawarie, et aliis multis comitibus et nobilibus. Ubi reformat amiciciam inter domnos R. archiepiscopum et Heinricum[d] ducem Bawarie, facto compromisso in honorabiles viros sex super questionibus, si quas inter se habuerint, decidendis in octava pentecosten; ibi eciam comitem[e] de Tyrol ducem[f] Karinthie fecit.

a) *vox bis scripta c.* b) prouentum *c.* c) Petersinge *c.* d) H̄R̄ *c.* e) com̄es *c.* f) duc̄ *c.*

4) Rudolfo. 5) Sigefrido. 6) Heinrico. 7) Wernhardo. 8) Heinrico.

# ANNALES OSTERHOVENSES.


## EDIDIT WILHELMUS WATTENBACH,

TABULARIUS REGIUS WRATISLAVIENSIS.


*Codex bibliothecae palatinae Vindobonensis* 380. *olim hist. Lat.* 50. *deinde hist. prof.* 95. *membr. in fol. descriptus a b. m. Chmelio I*, 734. *et in Annalibus nostris X*, 465. *iussu domni Ulrici abbatis in Osterhoven* (1288—1313.) *scriptus*[1], *Godefridi Viterbiensis Pantheon continet*, *cui inter particulas XVII. et XVIII. inserta est* Cronica modernorum post tempora Hainrici VI, *scilicet annales diversis ex fontibus compilati. Quorum principium quum hoc loco omissum esset, postea quidam Godefridi operi in marginibus libri, ubi iam tum alia quaedam adnotata erant*, *apposuit*, *et quum ad a.* 1197. *venisset*, *qui iam scriptus erat*, *hunc quoque et sequentia quae in Cronica modernorum leguntur*, *denuo scripsit sed mox cognito errore erasit. Patet igitur eum ipso illo exemplari usum esse*, *ex quo etiam Cronica modernorum descripta erat*, *sed interim forsitan adaucto. Idem enim etiam in margine annalium annos fundationis monasteriorum ordinis Praemonstratensis*, *ubi omissi erant supplevit. Ceterum annales ipsi*, *etsi manu prima tantum usque ad a.* 1284. *scripti sunt*, *tamen demum circa annum* 1306. *confecti esse videntur*, *ad quem et catalogi in fine positi deducti sunt. Usus enim est auctor*, *res Bawaricas fere solas sectatus*, *praecipue codice illo Hermanni Altahensis*, *qui nunc Vindobonae servatur*, *Ekkehardo scilicet cum Auctario Altahensi supra p.* 360, *Annalibus ducum Bawariae p.* 365 *editis*, *deinde ipsius Hermanni annalibus cum continuatione utraque usque ad a.* 1298; *porro Vitis Corbiniani et Norberti*, *Annalibus Sancti Rudberti cum Auctario Garstensi*, *et Ottonis Frisingensis Chronico*, *mox etiam Martino Polono cum continuatione Aldersbacensi supra p.* 535 *edita. In ea igitur parte*, *quae manu* 1. *usque ad a.* 1284. *vel potius* 1286. *et manu* 2. *usque ad a.* 1295. *scripta est*, *paucissima auctori propria sunt*, *et quae inde ab a.* 1274. *manus* 4. *supplevit*, *omnia ex codice illo Altahensi sumpta sunt. Ex eodem porro libro et manus* 3. *cuius inde ab a.* 1275. *vestigia reperimus*, *quaeque ni fallor anno* 1296. *manum* 2. *excepit*, *hausit usque ad a.* 1298. *Hic vero iam admixta sunt*, *quorum fontem non inveni*, *et reliqua usque ad a.* 1313. *a coaevo in ipso illo monasterio scripta esse videntur*, *neque exigui momenti sunt ad illarum regionum res gestas cognoscendas. In ultima horum annalium parte a.* 1312. 1313. *aliqua est manuum diversitas*, *postremo longo intervallo sequuntur notata quaedam*

1) Ter libro inscriptum est: *Iste liber est Sancte Margarete in Osterhoven scriptus sub domno Ulrico abbate huius loci.* Ubi quum usus formae *domn.* appareat, quae etiam in Annalibus ad a. 1232. expresse scripta est, eam ubique reponendam duxi.

*de annis* 1365 *et* 1414—1433. *Claudunt librum Catalogi pontificum Salisburgensium, Pataviensium, Babenbergensium ducumque Bawariae ex eodem Altahensi codice sumpti, et abbatum Osterhovensium.*

*Primus codice nostro usus est Aventinus, qui eius annales conflavit cum Altahensibus Hermanni; eos ex Aventini Collectaneis edidit Oefele SS. Boic. Vol. I. Deinde* Chronicon Osterhoviense *edidit Rauchius SS. Rer. Austr. I,* 491—544. *satis accurate ut solebat; postremo Boehmerus Font. II,* 554—569. *ab a.* 1285—1313. *Codicem ipse denuo Vindobonae contuli et priorem annalium partem nondum editam exscripsi; sed et Jaffeus noster suam mihi collationem benigne transmisit, fontesque Altahenses ipsius opera editos et indicavit et communicavit.*

*D. Wratislaviae,* 3. *Id. Febr.* 1860.

*W. WATTENBACH.*

(Otto Fris. III, 14.) *Anno[a] Domini 43. Iacobus frater Iohannis ab Herode gladiatur.*

(c. 15.) *A. D. 43. Petrus apostolus kathedram Rome suscipiens, mittit beatum Apollinarem Ravennam, Metis Clementem, ad florentissimam vero urbem Gallie Treverim tres simul proceres, Valerium, Eucharium ac Maternum destinavit.*

(c. 16.) *A. D. 57. Iacobus frater Domini de pinna templi precipitatur, illesusque manens, fullonis vecte percussus, martirio consummatur sub Nerone imperatore, anno episcopatus sui tricesimo.*

*A. D. 289. passus est beatus Maximilianus Laureacensis episcopus.*

(ib. IV, 13.) *A. D. 367. Ambrosius preses et catecuminus Mediolani episcopus postolatur.*

*A. D. 368. beatus Ambrosius baptismi simul et sacerdocii dona[b] suscepit.*

(Ekk.) *A. D. 398. Augustinus doctor facundissimus Ypponi ordinatur episcopus.*

(Auct. Ekk.) A. D. 508. gens Noricorum sub Ormisda papa prius expulsa revertitur ad sedes proprias, duce Theodone, Latinis eiectis.

(A. duc. Baw. a. 513.) *A. D. 514. Theodo dux Bawarie obiit cui successit filius eius Theodo.*

(ibid.) A. D. 520. Romanus exercitus aput Oetingas a Theodone duce Bawarie prosternitur.

(Ekk. p. 140, 27.) A. D. 527. in monte Cassino beatus Benedictus doctrina et miraculis claruit.

(Auct. Ekk. V. Rup.) *A. D. 580. sanctus Ruedbertus Wormacie claruit episcopus, unde postea depulsus Bawariam petit et Ratispone Theodonem ducem cum multis aliis baptizavit.*

(A. duc. Baw. a. 600.) *A. D. 593. Otharius rex Longobardorum Theodelindam filiam Gerbaldi regis Baioariorum duxit uxorem.*

(A. duc. Baw.) A. D. 593. Tassilo dux regnat in Bawaria. Istum Tassilonem Hildebertus rex Francorum ducem in Bawaria constituit, Gariballdo rege Baioariorum et filio eius Gundualdo et filia eius Theodelinda fugientibus ad Autarium regem Logowardorum.

(Otto Fris. V, 9.) *A. D. 612. Regnante in Francia Dagoberto regnum Francorum inter filios filiorumque filios multifarie divisum est. Erat enim antea terminus eiusdem regni ab Hyspania usque in Pannoniam, habens duos nobilissimos ducatus Aquitaniam et Baioariam, Aquitaniam ad occidentem, Baioriam vero ad orientem. Hic Dagobertus primo Baioariis legem dedit.*

(A. duc. Baw.) A. D. 617. Theodo III. dux regnat in Bawaria, quem sanctus Růdpertus baptizavit.

(Auct Ekk.) *A. D. 627. obiit sanctus Rudpertus sub Honorio papa, Eraclio inperatore, rege Francorum Lotario patre dicti Dagoberti.*

A. D. 631. Dagobertus rex Francie Bawaris legem dedit.

(ib. et Ann. d. Baw.) *A. D. 652. passus est in Bawaria beatus Emmerammus in Helfendorf, ut dicitur. Hiis diebus[c] regnat Theodebertus dux in Baioaria,* ad quem fugit Aspirandus.

(A. duc. Baw.) A. D. 712. Theodo IV. dux principatur in Bawaria, vir erga Deum devotissimus, insignis potencia et virilis virtute, cum filiis decorus et nobilium alacritate precipuus. Hic fama longe lateque illustris provinciam Bawarie sibi et soboli eius in partes quatuor diviserat. Erat enim pater Grimoaldi et Theodoaldi ducum. Iste Theodo cum filio (ib. a. 712.) Grimoaldo locavit sanctum Corbinianum in castro Frisingie. Iste Theodo primus princeps de gente illa ivit Romam causa oracionis a. D. 716.

(Otto Fris. V, 18.) Hiis diebus Udilo dux regnat in Bawaria; floret quoque beatus Pirminus auctor multorum monasteriorum, et mittitur a Gregorio papa sanctus Bonifacius in Germaniam predicaturus.

(A. duc. Baw.) A. D. 723. Theodoaldus et Grimoaldus fratres tenent ducatum in Bawaria, et mortuo Theodoaldo solus Grimoaldus regnat, ducta uxore fratris defuncti.

A. D. 733. Hugpertus dux regnat in Bawaria, sub quo sanctus Corbinianus episcopus sedit Frisingie et ipsius ducis temporibus est defunctus.

A. D. 739. Udilo dux Bawarie transtulit Vivilonem archiepiscopum de Laureaco in Pataviam.

(Otto Fris. V, 20.) A. D. 743. Grifo fratri suo rebellans Baioariam eiecto inde Tassilone duce occupat, at Pippinus Tassilonem in ducatum restituit.

(Auct. Ekk.) A. D. 741. monasterium Altachense ab Udilone duce Bawarie construitur.

(A. duc. Baw. Auct. Ekk.) A. D. 744. Udilo dux Bawarie aput Lech pugnavit cum Karolomagno et Pippino regibus et victus atque fugatus est, cui Tassilo filius eius, sororius Pippini, in ducatum successit.

(ibid. et Otto Fris V, 25.) A. D. 750. beatus Bonifacius archiepiscopus terminos episcopatuum Bawarie sicut hodie manent distinxit, et Fuldense monasterium fundavit.

(Auct. Ekk.) A. D. 754. sanctus Quirinus translatus est ad Tegernse.

a) *haec quae littera inclinata expressa sunt, manu alia antiquiore saec. XIV. scripta sunt.* b) dono *c.* c) *in margine scriptum est:* Vitaliano papa.

A. D. 754. beatus Corbinianus per vallem Tridentinam a Roma rediens ac Boioariam[a] ingressus a[b] Theodoaldo et Grimoaldo[c] ducibus benigne susceptus montem Frisingie accepit; ubi primo ecclesiam, que usque hodie cernitur, in honore beati Benedicti construxit, ac monachorum conventum ibi ordinavit, necnon[d] multo post feliciter ad Dominum migravit. Otto Fris. V, 24.

A. D. 755. beatus Oethmarus in insulam Reni Stain relegatus migravit ad Dominum, et Tassilo Baioariorum dux Pipino avunculo suo rebellare attemptat. Ibid. 25.

A. D. 756. Pipinus rex devicto Haistolfo rege Longobardorum marchiam Ravennatem et Pentapolim omnemque Exarchatem ad Ravennam pertinentem beato Petro dedit. Ekk.

A. D. 765. Udilo dux Bawarie obit. Auct. Ekk.

A. D. 775. episcopatus Bremensis construitur a rege Karolo. Corpora sanctorum Cordiani et Epimachi de Roma in Alemanniam translata sunt. Ekk.

A. D. 781. Thassilo dux Bawarie deponitur a Karolo inperatore, et eum cum filio Theodone tonsuravit et in monasterium Laureacense trusit et Bawariam nulli duci sed comitibus commendavit. Hic est Tassilo qui in servicio et in officio divino ampliando devotissimus existens monasteria celebria construxit, scilicet Chremsmŭnster et monasterium sancti Petri Lorshi et Weisenbrunn. Pataviam[e] civitatem Bawarie instaurans et renovans, episcopatus sedem, que aput Laureacum prius erat priusquam ab Hunis everteretur, inibi constituit. A. duc. Baw. a. 778. Auct. Ekk.

A. D. 791. sanctus Purchardus Herwipolensis episcopus obit. Ekk.

A. D. 812. Karolus imperator moritur et in ecclesia sancte Marie Aquisgrani sepelitur. Otto Fris. V, 32.

A. D. 814. Lotharius rex Bawarie preficitur. A. duc. Baw. 815.

A. D. 826. corpus sancti Sebastiani Swesonam translatum est. Ekk.

A. D. 827. corpora sanctorum Marcellini et Petri de Roma in Germaniam translata sunt.

A. D. 851. Liudpramus archiepiscopus sanctum Hermetem ad Salczpurch attulit. A. S. Rudb.

A. D. 859. Adhelbinus archiepiscopus corpora sanctorum Crisanti et Darie Salczpurch attulit sub Gregorio papa IV.

A. D. 881. Ditmarus archiepiscopus sanctum Vincencium Saltzpurch attulit.

A. D. 891. Ratispona incendio flagrat. Ekk.

A. D. 898. ind. 1. imperante Arnolfo augusto monasterium sancti Emerami Ratispone dedicatur a sanctissimo sedis apostolice presule Formoso, presentibus 4 archiepiscopis et 16 episcopis. Auct. Ekk.

A. D. 899. magna fames homines se invicem comedere perswasit. Hoc tempore Engelmarus Pataviensis episcopus obiit. Cui Richarius succedit. Ekk. Auct. Ekk.

A. D. 890. Arnolfus imperator sanctum Dyonisium a Galliis ad monasterium sancti Emerami Ratispone transtulit, ut ibidem scriptum invenitur; quod utrum ita sit, ipsi viderint. Otto Fris. VI, 11.

A. D. 900. Ungari audita morte Arnolfi inperatoris Moravorum gentem invadunt, Baioariorum quoque fines occupant, castella diruunt, ecclesias igne consummunt, populos ingulant, et ut magis magisque timeantur interfectorum sese sangwine potant; Swevorum Francorum regna percurrunt cunctaque vastando incendunt. Ekk.

A. D. 908. Baioarii ab Ungaris interficiuntur cum Leudpoldo duce eorum, patre videlicet Arnolfi ducis, ac inde per totum regnum difusi Alemanniam, Franciam, Saxoniam, Turingiam percurrunt. Auct. Ekk. Ekk.

A. D. 932. Sub Arnolfo duce Bawarie convenerunt episcopi atque comites tocius Bawarie causa synodalis colloquii ad locum qui Dingolvingi vocatur, Udilpertus archiepiscopus Saltzpurgensis, Isengrimus episcopus Ratisponensis, Gerhardus episcopus Pataviensis, Wolframus episcopus Frisingensis, Wichardus[f] episcopus Brixenensis, nunciique Udalfridi episcopi Curcensis[g], chori episcopis duobus Gotperto et Swartloho, aliique presbiteri et dyaconi ac clerici quam plurimi de statu ecclesiastico ac aliis plurima tractaverunt sub Heinrico rege primo. Auct. Ekk. (Mon. Leg. IIb, 171.)

A. D. 954. Heinricus dux Bawarie, frater Ottonis regis, Heroldum archiepiscopum Saltzpurgensem cepit et oculis mutilavit[2].

A. D. 955. Ungarorum gens sevissima totam terram more locustarum operiens, ad Licum usque contra urbem Augustensem pervenit, cui Deo dignus sacerdos Ulricus tunc temporis presidebat sub Ottone I. inperatore. Huius maxime concussionis auctor fuisse ex Baioaria quidam Schirensis comes memoratur, qui tum perfidie sue penas solvens, per eosdem Ungaros tanquam traditor necatus est. Otto Fris. VI, 20.

A. D. 964. regnum Romanorum rursus ad Teutunicos transfertur. Otto Fris. VI, 22.

A. D. 967. Iohannes papa indulget Wolczlavo duci Bohemorum, fratrueli sancti Venzzelai martiris, ut in Pragensi civitate ordinetur sedes episcopalis sub Ottone I. inperatore. Auct. Ekk.

A. D. 968. Albertus primus episcopus in Maidburch instituitur.

A. D. 996. sanctus Adalbertus episcopus Bragensis martirizatus est a Pruzsis. Eodem anno Heinricus dux Bawarie obiit, pater sancti Hâinrici. ibid. ibid. a. 995.

A. D. 998. Gebhardus Ratisponensis ecclesie episcopus construxit monasterium in Prùl; dedicavit tempore sancti Hâinrici inperatoris, tunc ducis Bawarie. A. S. Rudb. a. 1003.

A. D. 1001. successit in ducatu Bawarie Hâinricus qui et Hetzel dictus est, patruelis sancti Hâinrici inperatoris qui fundavit ecclesiam Osterhovensem, et patrimoniorum suorum copiosa liberalitate magnificavit, quo mortuo sine heredibus, institucionis et propositi sibi heredem inperatorem dereliquit. Auct. Ekk.

A. D. 1013. Christianus Pataviensis ecclesie episcopus obiit, cui Perngerus successit.

A. D. 1018. Hâinricus marchio Austrie subita morte preventus obiit, cui successit Albertus filius eius.

A. D. 1019. Benedictus VIII. papa Babenberch veniens ecclesiam sancti Stephani dedicavit. Ekk.

A. D. 1021. Eberhardus primus Babenbergensis episcopus ordinacionis sue anno 13. dedicavit ecclesiam sancti Michahelis in monte.

(1027.) Eodem anno fit Gallie divisio. Esse Gallias cisalpinam *etc.* — tercio Lugdunensem. Otto Fris. VI, 30.

A. D. 1032. Hainricus filius Stephani regis Ungarie obiit, qui tantis miraculis claruit, quod in sanctorum cathalogo est inscriptus. Auct. Ekk. a. 1033.

a) aquoioariam *c.* b) ad *c.* c) Tassilone et Theodone *Otto Fris. quod noster Vita Corb. usus mutavit.* d) *haec ipse addidit.* e) Pauiam *c.* f) Nithardus *potius; sedis eius nomen deest in cod. Herm. Alt.* g) *nomen a nostro incaute additum; erat enim Eichstetensis.*

2) Similia Auctarium Ekk. ex Ann. S. Rudb. habet, sed ad a. 956, quum mortem ducis Heinrici ex Ann. Hild. a. 955. adscripsisset. Noster ea de causa numerum mutavisse videtur.

Ekk. A. D. 1039. Chungundis inperatrix mater pauperum ipsa dives migravit ad Christum 5. Non. Marci. Eodem anno 11. Kal. Sept. eclipsis solis facta est.

Auct. Ekk. A. D. 1040. Eberhardus primus episcopus Babenbergensis obiit, cui Swikkerus successit.

A. D. 1045. Perngerus Pataviensis episcopus obiit, cui Eigelbertus successit.

Ekk. A. D. 1046. Swikkerus Babenbergensis episcopus papa efficitur, cui Hertwicus succedit.

Auct. Ekk. 1054. A. D. 1053. Hærtwicus Babenbergensis episcopus obiit, cui succedit Adalpero.

ibid. 1056. A. D. 1057. Adalpero Babenbergensis episcopus obiit, cui Güntherus successit.

A. D. 1060. Gebhardus archiepiscopus Saltzpurgensis fundavit monasterium Admuntense.

Ekk. A. D. 1065. Güntherus Babenbergensis episcopus obiit, cui Hermannus successit.

Auct. Ekk. A. D. 1072. Gebhardus archiepiscopus Saltzpurgensis Gurcensem fecit episcopatum pridie Nonas Maii, sub Alexandro papa II. et inperatore Hinrico IV.

Ekk. a. 1071. Eodem anno Otto dux Bawarie ducatum amisit ut reus maiestatis, quem Welfo quidam illustris et acer atque bellicosus accepit.

Auct. Ekk. A. D. 1075. Ernestus marchio Austrie occiditur, cui Leupoldus filius eius successit. Ekk. Eodem anno Hermannus Babenbergensis episcopus ob heresim symoniacam auctoritate Gregorii VII. pape deponitur, cui Rudpertus ab Hinrico IV. subrogatur.

A. S. Rudb. A. D. 1080. Welfo dux Bawarie Augustam invadit et incendit.

Auct. Ekk. A. D. 1084. sanctus Nicolaus a Mirea in Barim civitatem Apulie transfertur. Eodem anno monachi in Chôtwico locantur.

Auct. Ekk. a. 1096. A. D. 1086. Leupoldus marchio Austrie obiit. Cui Leupoldus Largus filius eius successit, fundator monasteriorum sancte Crucis et in Neuburch.

ibid. A. D. 1089. monachi in Medlico constituuntur a marchione Leupoldo.

Ekk. A. D. 1090. Adalbero Wirzpurgensis episcopus de sede sua iam diu depulsus in Bawaria moritur ibique in monasterio suo Lamwach sepelitur.

Auct. Ekk. A. D. 1091. Altmannus episcopus Pataviensis obiit fundator Chôtwicensium.

A. D. 1096. Leupoldus marchio Austrie fundator Medlicensium obiit, cui successit Leupoldus filius eius.

A. D. 1100. incipit ordo Cisterciensium.

Ekk. A. D. 1102. Rudpertus Babenbergensis episcopus obiit, cui per imperatorem Hinricum Otto cancellarius eius substituitur, vir ut bene creditur religiosus.

Auct. Ekk. A. D. 1107. Oetakkero marchio Stirensis et Elyzabeth uxor eius fundaverunt monasterium in Gersten.

A. D. 1112. monasterium in Sitesteten inicium summit.

V. Norb. A. D. 1115. ordo Premonstratensis inicium summit per venerabilem patrem Norbertum sub domno Pascali summo pontifice et Hinrico V. inperatore et Fridrico episcopo Coloniense.

Auct. Ekk. A. D. 1109. sanctus Otto Babenbergensis episcopus construxit monasterium in Prufning.

A. D. 1121. Ulricus Pataviensis episcopus obiit, cui Reimarus successit.

Auct. Ekk. a. 1127. A. D. 1117. Hainricus dux Bawarie obiit, cui Hinricus filius eius successit.

V. Norb. A. D. 1120. pater Norbertus liberam facultatem accepit predicandi verbum Dei ubique terrarum ubi vellet et posset, ex precepto Gelasii pape II. et subsequenter a Kalisto ipsius successore in concilio Remensi, committens ipsum Bartholomeo episcopo Laudunensi qui ei obtulit ecclesiam sancti Martini extra muros in Laugduno.

V. Norb. et Priv. Ord. A. D. 1120. fundatur ecclesia Premonstratentis sub domno Honorio II. papa[3] et Hinrico inperatore V. et Bartholomeo Laudunensi episcopo, et fit eiusdem ordinis adprobacio atque confirmacio in candido habitu sub regula beati Augustini et canonica professione.

4 A. D. 1125. recipit ordo Premonstratensium ecclesiam Urspergensem[4] de ordine regularium.

A. D. 1126. fundatur ecclesia Rotensis[5] ordinis Premonstratensium.

V. Norb. A. D. 1125. vir Dei Norpertus eligitur in archiepiscopum Maidburgensem sub domno Innocencio[6] papa II. et rege Lothario.

Auct. Ekk. ad a. 1122. Fund. Ost. A. D. 1127. ecclesia Osterhovensis per sanctum Ottonem episcopum Babenbergensem consilio domni Norperti archiepiscopi datur ordini Premonstratensium, exclusis secularibus canonicis qui pene ibidem steterant per centum annos, auctoritate summi pontificis Innocencii pape II, Lothario inperatore regnante[7], et preficitur ibidem domnus Richwinus.

V. Norb. A. D. 1134. domnus Norbertus migravit ad Dominum sub domno Innocencio papa II. anno pontificatus sui sexto, anno regni Lotharii 9.

Auct. Ekk. A. D. 1135. constructum est monasterium in Reichenbach.

Otto Fris. VII, 19. A. D. 1136. Hinricus Noricorum dux gener regis Lotharii per Tusciam exercitum ducens summo pontifici[a] Innocencio usque ad inperatorem conductum prebuit, et cum milicia Baioariorum Beneventum cepit ac pape restituit.

Auct. Garst. Eodem anno Otto comes de Diezzen obiit.

V. Norb. Privil. Eug. A. D. 1128. Cella iuxta Herwipolim[8] datur ordini Premonstratensium. Eodem anno ecclesia Osterhovensis ordini incorporatur et per domnum Eugenium papam privilegiatur et libertati donatur. Prefuit ibidem domnus Truhmarus prepositus.

Auct. Ekk. A. D. 1139. sanctus Otto Babenbergensis episcopus obiit.

9 A. D. 1130. fundatur ecclesia Rokkenwurgensis[9] ordinis Premonstratensium.

a) pontifice *c*.

3) Hic scil. a. 1126. ordinem confirmavit. 4) Ursberg dioec. Augustanae. 5) Roth d. Constant. 6) In V. Norb. recte Honorius vocatur. 7) In ieiuna illa fundationis memoria Mon. Boic. XII, 330. annus 1110 perperam legitur. Ceterum pugnant haec cum Catalogo Annalibus subiecto. 8) Oberzell. Sed hoc vivente adhuc Norberto factum est a. 1126. confirmatumque a. 1128. per Embriconem episcopum. Osterhofensium autem privilegium anno 1146. d. 23. Dec. datum est; Mon. Boic. XII, 334. 9) Roggenburg dioec. Augustanae.

A. D. 1141. Leupaldus dux Bawarie in territorio Pataviensi obiit 12. Kal.[a] Novenbris et in monasterio sancte Crucis a patre suo fundato[b] humatur. Otto Fris. VII, 25.

A. D. 1142. recipit ordo ecclesiam Windbergensem, et preficitur eidem domnus Eberhardus canonicus Osterhovensis[10]. Eodem anno recipit ordo ecclesiam Scheftlarensem de ordine sancti Benedicti. 10

A. D. 1143. datur ordini Premonstratensium ecclesia Novecelle aput Frisingam[11], de ordine circumcellionum vel peccardorum.

A. D. 1145. fundatur ecclesia Augie minoris[12] ordinis Premonstratensium. Eodem anno recipit ordo Premonstratensium ecclesiam Wiltinensem[13] de ordine sancti Benedicti.

A. D. 1146. recipit ordo Cisterciensium ecclesiam in Alderspach[14] de ordine regularium. 14

A. D. 1147. fundatur ecclesia Staingabnensis[15] a Gwelfone duce ordini Premonstratensium.

A. D. 1148. recipit ordo Cisterciensium ecclesiam in Raitenhoslech[16]. Herm. Alt.

A. D. 1149. Hainricus dux Bawarie, filius Leupoldi illustrissimi marchionis, filiam fratris regis Grecorum nomine Theodoram ducit uxorem[c].

A. D. 1153. a domno Friderico Romanorum rege postea inperatore ecclesia Altahensis Babenbergensi ecclesie in ius et proprietatem cum omnibus utriusque sexus mancipiis aliisque rebus quibuslibet subicitur fiscusque regius episcopatui donatur sub domno Eberhardo episcopo huius nominis secundo[17]. Eodem anno eclipsis solis accidit. ibid.

A. D. 1156. Fridericus I. inperator Hinrico duci Saxonie, filio illius Hinrici ducis Bawarie a Chunrado antecessore suo eiecti a Baioaria, consilio et rogatu principum ducatum paternum restituit Noricorum, et Hinricum patruum suum marchionem Austrie nunc ducem Bawarie ab eodem ducatu removit. Et quia eiusdem marchionis magna nobilitas et multa exigebat honestas ut nomen ducis non perderet, et ut duces Bawarie minus deinceps contra inperium superbire valerent, inperator de voluntate et consensu principum in curia Ratispone habita in nativitate sancte Marie a. D. 1156. marchionatum Austrie a iurisdictione ducis Bawarie exemit et quosdam ei comitatus de Bawaria adiungens convertit in ducatum, iudiciariam potestatem principi Austrie ab Anaso usque ad silvam prope Pataviam que dicitur Rotensal protendendo. Nam huc usque quatuor marchiones Austrie, Stirie, Istrie et Chambensis qui dicebatur de Vohburch, evocati[d] ad celebracionem curie ducis Bawarie veniebant, sicut hodie episcopi et comites ipsius terre facere tenentur. Sic igitur ille Hinricus factus est primus dux Austrie[e].

A. D. 1155. Truhmarus huius ecclesie prepositus obiit, cui Engelschalcus huius ecclesie canonicus successit.

A. D. 1155. Hærtwicus Saltzpurgensis canonicus fit episcopus Ratisponensis. ibid.

A. D. 1156. Wladizlaus dux Bohemorum mutato ab inperatore Fridrico dignitatis nomine in regem primum Bohemorum preficitur.

A. D. 1157. Hinricus comes in Wolfratzhausen obiit. Eodem anno Hinricus primus dux Austrie in Meten monachos instituit et clericos qui ibi erant in Munster locavit.

A. D. 1158. Otto Frisingensis episcopus obiit. Albertus eligitur.

A. D. 1160. Arnoldus episcopus Moguntinus in ecclesia sancti Iacobi occiditur. Eodem anno recipit ordo Premonstratensium sancti Lucii ecclesiam[18].

A. D. 1161. Pilgrimus patriarcha Aquilegensis obiit, cui Ulricus succedit. ibid.

A. D. 1163. recipit ordo Premonstratensium ecclesiam in Spainshart[19]. 19

A. D. 1164. corpora trium magorum translata sunt ad Coloniam. Eodem anno Eberhardus Saltzpurgensis episcopus obiit. Cui Chunradus Pataviensis episcopus patruus inperatoris succedit. Eodem anno Hartmannus Brixinensis et Hertwicus episcopus Ratisponensis obierunt. Eodem anno Oetaker marchio Stirie, Gebhardus de Purchausen, Siffridus de Lobenaw, Leutoldus de Plain comites obierunt. Ex tunc duces Bawarie castrum in Purchausen possederunt. Chunrado Pataviensi episcopo succedit Rupertus. ibid.

A. D. 1165. Rupertus Pataviensis episcopus obiit, cui Albo succedit.

A: D. 1166. facta est translacio sancti Karoli inperatoris.

A. D. 1167. ordo Premonstratensium recipit ecclesiam in Churbaldia[20].

A. D. 1168. Chunradus archiepiscopus obiit, cui Albertus filius regis Bohemie succedit de ordine Premonstratensium[21]. ibid. 21

A. D. 1169. inperator Saltzpurgensem episcopatum in dedictione accepit. Albo episcopus Pataviensis ab ecclesia abigitur, cui Hinricus succedit.

a) *immo XV. Kal.* b) fundatum *c.* c) *hic in margine leguntur haec:* Incidencia sub illo Friderico primo inperatore querantur tali signo † in margine cronice modernorum. *Quae post a.* 1169. *scripta huc transtulimus.* d) evocari *c.* e) *sequitur a.* 1180. *quem suo loco infra collocavimus.*

10) Longe aliter referunt Primordia Windb. infra. De Scheftlar. fundatione anno 1140. facta v. supra p. 345. 347. 11) Neustift, iam a. 1142. Ian. 21. per Innocentium II. confirmata. Sequentia autem quid sibi velint nescio. 12) Weissenau dioec. Constant. de qua v. Staelin II, 728. 13) Wilthen d. Brixinensis. 14) Aldersbach d. Patav., Osterhofensibus vicinum. 15) i. e. Steingadem d. Aug. 16) Raitenhaslach dioec. Salisb. fund. a. 1146. Mon. SS. XI, 75. 17) Brevissime hoc commemorat Hermannus Altahensis. 18) Curiae, iam a. 1149. per Eugenium papam ordini confirmatam. 19) dioec. Rat. in officio Eschenbach, iam a. 1145. fundatam. 20) Churwald, quae ante a. 1156. fundata dicitur. 21) Minime; praepositus erat Melnicensis ecclesiae collegiatae.

Herm. Alt. A. D. 1170. Eberhardus Babenbergensis episcopus obiit. Cui Hermannus succedit.

22 A. D. 1171. ordo Premonstratensium recipit ecclesiam Martellensem[22].

ibid. A. D. 1171. Thomas Cantuarie patitur.

A. D. 1172. Hinricus Pataviensis episcopus sponte cessit, ne scismate contra ecclesiam obediat Fridrico inperatori. Cui succedit Theowaldus.

A. D. 1173. inperator regem Bohemie deposuit et patruelem eius illi superposuit, nomine Zowozlaum.

A. D. 1175. duces Austrie et Karinthie necnon marchio Stirie predas et incendia invicem exagitant, inter que ecclesia sancti Viti cum trecentis hominibus arsit.

ibid. a. 1177. A. D. 1176. Hinricus dux Austrie **primus** obiit. Liupoldus dux filius succedit.

A. D. 1179.[a] Alexander papa synodum Rome 400 episcoporum habuit. Hinricus dux Bawarie et Saxonum ab inperatore proscribitur. Otto palatinus ei substituitur.

A. D. 1180. Hinricus[b] dux Bawarie et Saxonie visus est inperatori **Fridrico** non fidelis fuisse nec contra Lonbardos bonus adiutor; per sententiam principum ab inperatore proscribitur et ab honoribus suis deponitur eique Otto comes palatinus Bawarie de Schira per inperatorem substituitur in ducatu Noricorum[c].

A. D. 1180. Stirensis marchio Oetaker mutato antiquitatis nomine dux appellari gloriatur.

A. D. 1181. ordo Premonstratensium recipit ecclesiam Madebburgensem[23].

Herm. Alt. A. D. 1181. Alexander III. papa obiit. Lucius succedit. **Saltzpurge** Vitalis, Virgilius, Hertwicus, Eberhardus episcopi signis claruerunt. Hermannus dux Karinthie obiit.

A. D. 1183. terremotus accidit pridie Kal. Mai. Otto dux Bawarie obiit. Ludwicus filius eius succedit.

A. D. 1184. Albertus Frisingensis episcopus obiit, pro quo Otto succedit.

A. D. 1185. Lucius papa obiit. Urbanus succedit.

A. D. 1187. in Ydibus Octobris[d] eclipsis solis accidit. Urbanus III. papa obiit. Gregorius VIII. qui et Albertus succedit; post hunc Clemens III.

A. D. 1188. domnus Engelmarus[e] huius loci prepositus obiit, cui Ditmarus huius ecclesie canonicus succedit; quo non plene per annum durante Waltherus huius ecclesie
24 canonicus substituitur[24].

A. D. 1183. ordo Premonstratensium recipit ecclesiam Sorecensem[25].

ibid. A. D. 1190. obiit[f] Theowaldus Pataviensis episcopus, cui Wolfkerus successit[g] *.

Anno[h] Domini 1197. mortuo imperatore Hainrico VI, qui **sub Celestino III. et Innocencio III. imperavit annis 7, mensibus 4,** Phylippus frater eius dux Sueviе, et Otto filius Hainrici aliquando ducis Wawarie Saxonieque pro regno contendunt, **presidente Romane ecclesie Innocencio III**, Phylippo primum prevalente. Qui ante regni introitum promiserat ducere matrimonialiter filiam Ottonis palatini comitis de Witlenspach, quam postmodum repudiavit, unde idem comes in Wawenberch ad cameram regis accessit eidem pacifice locuturus. Subito ipsum regem
Mart. Pol. interfecit. Innocencius vero papa predictus Ottoni duci Saxonie fideliter adhesit, et ipsum Aquisgrani in regem Alamannie coronari fecit, quem **brevi post tempore, hoc est** 1199. in basilica sancti Petri in imperatorem consecravit. Set non fuerunt sibi propter maleficium suum anni attributi, quia accepta corona statim pugnam habuit cum Romanis, et contra voluntatem domni pape intravit regnum Apulie, auferens illud Fridrico regi Sicilie, unde papa illum
Herm. 1211. excommunicavit. Quarto autem anno inperii sui, mandante domno Innocencio papa predicto, Otto imperator a multis
ibid. 1212. et Mart. episcopis Alamannie excommunicatus a papa denunciatur, et subsequenter 1212. in festo sancti Nycolai Fridricus rex Sycilie a principibus regni Franchenfurt in regem eligitur, qui veniens navigio usque Romam a domno papa et populo Romano honorifice est receptus, et veniens in Alemanniam contra Ottonem ibi mirifice triumphavit.

* *Eadem manu in margine inferiori foliisque sequentibus haec scripta sunt:*

26 1195. recipit ordo Promonstratensium ecclesiam Griventa[26].
1208. ordo Premonstratensium recipit ecclesiam Rütinensem[27].
1213. ordo Premonstratensium recipit ecclesiam Omnium Sanctorum[28].
1220. recipit ordo Premonstratensium ecclesiam Slagensem[29].
1300. recipit ordo Premonstratensium ecclesiam Omnium Sanctorum in Argentina de ordine Saccitarum[30].
1303. recipit ordo ecclesiam Porte celi[31].
32 1309. recipit ordo Premonstratensium ecclesiam sancti Salvatoris[32].

a) M. clxix. *c.* b) *haec quae Hermannus Altahensis ad a.* 1152. *refert, apud nostrum inter a.* 1169 *et* 1170. *posita sunt.* c) *eadem manus addidit:* Supra in margine scripta respiciunt tempora Friderici primi. d) *haec verba cum morte Urbani coniunguntur apud Hermannum.* e) *ita cod. etsi supra a.* 1155. *et in Catalogo* Engelschalcus *dicatur.* f) *deest c.* g) *sequitur in cod. eadem manu:* Finiunt acta sub Fridrico I. inperatore. Infra scripta sub Hainrico VI. *Deinde una et dimidia columna erasa est, sed ita ut adhuc eruere possis, ipsum cronicae sequentis initium ibi scriptum fuisse.* h) *haec in cod. sequuntur post Gotefridi Vit. part. XVII. interpositis verbis:* Huc usque Gotfridus Viterbiensis cronicam suam deduxit, *cum inscriptione in summa pagina:* Finit Gotfridus. Cronica modernorum post tempora Hainrici sexti.

22) Marchthal dioec. Constant. vide Stälin II, 731. 23) Ea quae fuerit nisi S. Mariae ecclesia in Magdeburg ab ipso Norberto fundata, equidem nescio. 24) Commemoratur in tribus a. 1188. instrumentis, Mon. Boic. XII, 352. 25) Schussenried d. Const. a. 1183. fundatum; Stälin II, 733. Haec igitur non suo loco posita sunt. 26) Certe coenobium Griffen d. Salisb. in Carinthia, etsi hoc a. 1236. fundatum, a. 1238. confirmatum est. De eo v. Notizenblatt zum Archiv für Kunde Oesterr. Gesch. Q. 1858. p. 260. 27) Rüti in territorio Turicensi, quod a. 1206. fundatum esse dicitur. 28) in Silva nigra, dioec. Argentinensis, a. 1625. Obernkirch translatam. 29) Schlägel d. Patav. filia Osterhofensium fund. 1218. 30) Hoc nullo modo explicare valeo. 31) iuxta Basileam. 32) filiam Osterhofensium; ab urbe Ortenburg non multum abest.

## Incidentia ab annis Hainrici sexti usque ad Fridricum imperatorem huius nominis secundum.

Circa hec tempora scilicet anno 1191. Fridricus dux Suevie cum aliis principibus et episcopis in expedicione obierunt transmarina. Eclypsis solis accidit 8. Kalend. Iulii circa mediam diem, et totus aer factus est purpureus. Herm. Alt.

1193. Wawari inter se dissidentes omnem regionem incendio devastant, ubi Albertus comes de Pogen Ludwicum ducem fugavit auxilio Bohemorum.

1195. Leupoldus dux Austrie et Stirie obiit lapsus de equo, tybia fracta, cui Fridricus filius eius succedit in Austria, et Leupoldus in Stiria. Mortuo autem in transmarinis partibus Fridrico, Leupoldus possedit utrumque ducatum, homo pacificus et virtuosus, cuius tempore monasteria, clerus et populus in suis provinciis maxima pace gaudebant, ut merito pacificus et pater cleri vocaretur.

1196. Otto II. episcopus Wabenbergensis obiit, cui Tiemo succedit. ibid.

1197. Hainricus imperator VI. obiit in Apulia, cui Phylippus rex succedit, frater eiusdem imperatoris, dux Swevie, qui anno 1208. occiditur, et Otto filius ducis Bawarie incipit regnare.

1198. Albertus Saltzpurgensis episcopus de ordine Premonstratensium, frater regis Bohemie, a ministerialibus suis capitur et in castro Werven per dies 14 captus tenetur. Quo dimisso cantatum est: *Liberasti nos ex affligentibus.* Eodem anno Albertus comes de Pogen obiit, relinquens tres filios, Leupoldum, Perhtoldum et Albertum.

1199. Celestinus III. papa obiit. Innocencius III. sedit. Wolfkerus Pataviensis episcopus cum duobus comitibus de Ortenberch, Rapotone et Hainrico, qui ecclesiam Pataviensem vastaverant, contendens, mirabiliter castellis eorum vastatis contrivit eos, multis ibidem pereuntibus. Idem episcopus cepit edificare castrum in Obernperig. Corpus Domini in Augusta civitate versum est in cruentam carnem. Eodem tempore regit ecclesiam Osterhovensem domnus Waltherus prepositus.

1200. Albertus Saltzpurgensis episcopus obiit, cui Eberhardus Brixinensis episcopus succedit. ibid.

1201. terremotus multis terrarum locis factus est magnus, ut urbes et ecclesias destrueret.

1202. Chunigundis virgo et regina, uxor imperatoris Hainrici Pii, Babenberch sepulta, multis fulgens miraculis, ab Innocencio III. papa canonizata est; multis convenientibus episcopis et archiepiscopis, inter quos eciam affuit domnus Eberhardus Saltzpurgensis archiepiscopus, ab eis est translata. Eodem anno Tiemo Babenbergensis episcopus obiit. Chunradus eligitur, et eodem anno obiit, cui Ekpertus episcopus succedit.

1203. discordia facta est inter ducem Ludwicum Babarie et episcopum Chunradum Ratisponensem, ex qua facta sunt incendia plurima per universam Bawariam, ita ut nec ab altaribus abstinerent et reliquias[a] sanctorum inde auferrent. ibid.

1204. Wolfkerus Pataviensis episcopus patriarcha Aquilegensis efficitur, pro quo Poppo prepositus Aquilegensis constituitur. Eodem tempore Perhtoldus dux Meranie obiit. Ludwicus dux Bawarie castrum et oppidum in Lantshût construere cepit.

1206. Popo Pataviensis episcopus obiit. Manegoldus abbas de Tegernse succedit. Ordo Minorum fratrum inchoatur a sancto Francisco.

1209. eclypsis lune facta est. Otto palatinus comes occiditur pro homicidio commisso in Phylippum, et Otto filius ducis Hainrici de Praunswech in regem eligitur, et ab Innocencio papa consecratur, et anno 1210. ab eodem papa excommunicatur, et 1211. ab episcopis Alemannie excommunicatus a papa denunciatur. A. S. Rudb. Herm. Alt.

1212. in festo sancti Nycolai Fridricus rex Sycilie in Franchenfûrt in regem Romanorum eligitur. Manegoldus Pataviensis episcopus et Rapoto palatinus simul discordantes, claustra, monasteria, ecclesias una cum omni provincia incendio devastant.

1213. Fridricus II. rex consecratus aput Mogonciam, in purificacione curiam[b] Ratispone celebravit, et aliam in passione Domini aput Constanciam. Terciam Merspurch habuit. Eodem anno Gerdrudis regina Ungarorum, mater sancte Elyzabeth, sponso expedicionem contra Rutenos movente, a comite quodam Petro trucidatur, qui et ipse subsequenti nocte in ulcionem sceleris cum aliis iugulatur. Cui episcopus de Gran misit in epistola anphiboloica: *Reginam occidere nolite timere benum est; si omnes consenserint, ego non contradico.*

1215. Manegoldus[c] episcopus Pataviensis obiit, cui Ulricus succedit. Universalis synodus celebrata est Rome in Laterano a domno Innocencio papa III, in qua fuerunt episcopi 412, inter quos extiterunt Constantinopolitanus, Ierosolimitanus patriarche, primates autem et metropolitani 71, abbates et priores ultra octingentos. In ipsa synodo Chimensis episcopatus instituitur, ad quam sedem Rûdgerus primus episcopus ordinatur.

1216. Innocencius papa III. ab Urbe egressus, verbum crucis in Tuscia predicavit, et aput Perusium civitatem in divisione apostolorum obiit ibique sepultus est. Honorius III. papa substituitur. Ordo Predicatorum inicium sumit.

1217. rex Ungarie Andreas et Leupoldus dux Austrie et Otto dux Meranie, Ekpertus Babenbergensis episcopus, et alii multi comites et milites cum manu valida transfretaverunt ad subcursum Terre sancte.

1218. Ludwicus dux Bawarie oppidum in Straubing construere cepit.

1219. Otto aliquando imperator a sentencia excommunicacionis absolutus obiit et regalia regi Fridrico reliquit. Secoviensis episcopatus a domno Honorio papa creatur, et Karolus Frisacensis prepositus eidem sedi preficitur. Eodem anno concilium provinciale a domno Eberhardo archiepiscopo Saltzpurgensi celebratur, et Ludwicus dux Bawarie cepit municionem civitatis Hallis in monte qui dicitur Gridt, que postea ab archiepiscopo destructa est. Damiata civitas paganis interfectis a christianis potenter est obsessa. Eo tempore Ulricus Pataviensis episcopus cepit construere castrum in monte sancti Georii. Otto Frisigensis episcopus obiit, cui Geroldus succedit.

Eo[d] tempore obiit Waltherus huius loci prepositus, cui succedit Gerungus[33]. 33

1220. sanctus Thomas Cantuariensis episcopus et martir ab Honorio papa missis cardinalibus translatus est. ibid.

Eodem[e] anno castrum in Abach domnus Ludwicus dux edificat.

Anno ab incarnatione Domini 1220. Fridricus II. coronatus fuit in imperatorem a domno Honorio papa III. in Herm. Alt. et Mart. Pol.

a) reliquia *c.* b) q̄m *c.* c) Manegoldus — succedit *in margine.* d) *haec in margine addita sunt.* e) *haec in margine adscripta sunt, ut in specimine scripturae vides, sed fortassis ad a.* 1219. *spectant.*

33) Commemoratur iam a. 1195. in charta Wolfkeri episcopi Mon. Boic. XII, 356; a. 1196. p. 361; a. 1203. p. 370.

Herm. Alt. et Mart. Pol. in basilica sancti Petri, anno regni sui octavo, ab Augusto primo 95us. Hic ab infantia ab ecclesia tamquam per matrem educatus, et ad imperii fastigium Ottone dampnato promotus, ecclesiam Dei non fovit tamquam matrem, set tamquam novercam quantum potuit laniavit. Propter quod Honorius papa qui ipsum coronaverat, sibi rebellem et ecclesie Romane adversarium comperiens, ipsum anathematizavit et omnes barones a sua fidelitate absolvit. Gregorius quoque successor Honorii ipsum anathema renovavit anno Domini 1231, pro eo quod duos cardinales legatos cum redirent ad curiam cum pluribus prelatis capi fecerit, et proprium filium regem Alamannie carceris squalore suffocaverit. Succedente vero tempore, hoc est 1245. Innocencius papa IV. in concilio Lugdunensi contra predictum Fridricum imperatorem deposicionis sentenciam promulgavit, et electores principes contra ipsum lancravium Turingie Hainricum elegerunt. Quo post parvum tempus mortuo, Wilhelmus comes Hollandie denuo contra ipsum a principibus eligitur anno Domini 1247. Set post parvum tempus a Phrisonibus occiditur, et sic uterque lectus caruit benedictione imperiali. Fridericus vero predictus imperator post suam ab imperio destitucionem in Apuliam veniens, ibi gravi infirmitate correptus mense Decembri sine sacramentis et penitencia in anathematis vinculo est defunctus anno Domini 1250.

## Incidencia a coronacione imperatoris Fridrici usque ad obitum suum scilicet 1250.

Herm. Alt. 1221. Damiata civitas que portus Ethyopie dicitur, multo labore et sanguine ac sudore christianorum acquisita, heu exigentibus peccatis hominum divine permissione seductis in quandam insulam christianis, aquis et exercitu Sarracenorum circumvallatis, quibusdam submersis aliisque occisis, tandem sub quadam forma composicionis et multa strage hominum ab utraque parte facta, coactis christianis, Sarracenis per manus christianorum reddita est; ubi aderant Ludwicus dux Bawarie, Ulricus Pataviensis episcopus et alii quam plures nobiles et ignobiles quorum non erat numerus, qui fugam arripientes vix evaserunt. Ulricus Pataviensis episcopus ab expedicione rediens transmarina in via obiit. Cui Gebhardus comes de Plaim, eiusdem ecclesie canonicus, succedit.

A. S. Rudb. 1222. 11. Kal. Iulii post vesperas confuso subito aere venit grando afferens lapides in modum ovi galline, qui per magnam partem prata, campos, ortos, pomeria devastaverunt.

1223. corpora sanctorum Viti et Modesti ab archiepiscopo Eberhardo et Karolo Secoviense episcopo in ecclesia sancti Andree aput Lavent inventa, et in altari ibi recondita, plurimis ceperunt coruscare miraculis, et eorum reliquie ad ecclesiam Saltzpurgensem ab archiepiscopo sunt translate, presentibus Pataviense et Chimense episcopis cum multa frequencia et tripudio populi.

Herm. Alt. 1224. a Ludwico duce Bawarie oppidum in Landaw construitur.

1225. Leupoldus dux Austrie consensu Ludwici ducis Bawarie construit castrum in Schærding.

1226. archiepiscopus instituit sedem kathedralem aput Sanctum Andream in Lavent.

1227. Honorius[a] tercius papa obiit, cui succedit Gregorius nonus. Magna copia cruce signatorum ad mandatum domni pape Gregorii IX. iter peregrinationis arripuerunt, inter quos Augustensis episcopus et Ludwicus maritus sancte Elyzabeth, lancravius Turingie, cum aliis nobilibus obierunt, Fridrico imperatore remanente, propter quod ipsum papa excommunicatum sollempniter denunciavit, ex quo facto gravissimum scisma oritur inter regnum et sacerdocium.

1228. Otto filius ducis Ludwici Bawarie aput Strubingam presente rege Heinrico et multis aliis principibus in festo pentecosten gladio accingitur militari. Ubi Ulricus primus Laventinensis episcopus ab archiepiscopo in episcopum consecratur. Isti autem principes interfuerunt: Hainricus rex filius Friderici imperatoris, Ludwicus Bawarie, Leupoldus Austrie, Pernhardus Carinthie, Otto Meranie duces, Hainricus marchio de Andhes; episcopi Eberhardus Saltzpurgensis, Hermannus Wiertzpurgensis, Ekpertus Babenbergensis, Gebhardus Pataviensis, Sifridus Ratisponensis, Syboto Augustensis, Heinricus Astaviensis[b], Rûdgerus Chimensis, Karolus Secoviensis, Ulricus Lavandinensis. Ulricus[c] primus fit prepositus huius loci.

ibid. 1230. Gregorius IX. papa et imperator Fridricus mediantibus principibus Alemannie, videlicet patriarcha Aquilegense Perhtoldo, archiepiscopo Saltzpurgensi Eberhardo, episcopo Ratisponensi Sifrido, Austrie Leupoldo, Meranie Ottone, Carinthie Pernhardo ducibus, et quibusdam aliis ad concordiam redierunt, et domnus imperator ab excommunicacione solvitur, et post absolucionem in hospicio et mensa a domno papa excipitur. Eodem anno castrum in Fliensperch ab Alberto comite de Pogen erigitur. Leupoldus dux Austrie aput Sanctum Germanum obiit, cuius ossa in Austriam elata in die sancti Andree apostoli in monasterio Lirenveld, quod idem dux magnifico opere construxerat ut hodie claret, ab archiepiscopo sepeliuntur.

1231. Rapoto palatinus Bawarie obiit. Ludwicus dux Bawarie presente familia sua a quodam ignoto pagano insidiis domni Friderici imperatoris cultro percussus 16. Kal. Octobris obiit. Eodem anno prepositus Saltzpurgensis, abbas Sancti Petri et abbas Admûnsis de licentia domni pape Gregorii IX. ab archiepiscopo Eberhardo in die sancto pasche mitris[d] pontificalibus sunt insigniti et privilegiati. Eodem anno monasterium monialium Cysterciensis ordinis a Ludmila ducissa in Lantshût construitur.

34 Heinricus[e] primus huius loci fit prepositus[34] ordinis Premonstratensium.

A. S. Rudb. Herm. Alt. 1232. domnus papa Gregorius propter guerram Romanorum ab Urbe recessit. Eodem anno Gebhardus Pataviensis episcopus propter infamiam occisionis Eberhardi canonici Pataviensis et aliorum criminalium sibi obiectorum episcopatum resignavit. Cui Rûgerus primus Chimensis episcopus auctoritate domni pape substituitur. Sanctus Antonius aput Paduam signis choruscans, a domno papa canonizatur. Archiepiscopus Eberhardus ex licencia domni pape preposito Saltzpurgensi usum virie pastoralis et anuli et[f] cerotecarum indulsit.

1233. sanctus Virgilius a domno papa Gregorio IX. canonizatus est 4. Idus Iunii. Elizabeth filia regis Ungarie, vidua lancravii Ludwici, post obitum suum signis claret. Ekpertus Babenbergensis episcopus a ministerialibus ducis Carinthie per totam quadragesimam in captivitate tenetur. Otto dux Bawarie curiam sollempnem Ratispone celebravit, cui archiepiscopus Saltzpurgensis Eberhardus et omnes episcopi Bawarie interfuerunt.

1235. Albertus comes de Pogen transfretavit, et aput Venecias captivatur. Agnes ducissa Bawarie 13. Kalend. Decembris peperit filium, qui vocatus est Heinricus.

1236. Fridricus dux Austrie et Stirie ab imperatore Fridrico II. proscribitur aput Augustam. Eodem anno sancta Elyzabeth miraculis clarens aput Marburch de tumulo transfertur presente Fridrico imperatore, qui eciam tunc temporis

a) Honorius — nonus *in marg. manu alia.* b) Eistetensis *Herm.* c) *haec in marg. scripta sunt.* d) mitis *c.* e) *haec in margine.* f) *deest c.*

34) Hic iam a. 1228. commemoratur Mon. Boic. XII, 376. et deinde a. 1230. 1243.

filium suum Heinricum regem Alamannie, eo quod contra ipsum cum Lombardis conspiraverat, captivavit et exilio relegavit, ubi et vitam in brevi finivit. Et duo filii eius F. et H. similiter in Apulia obierunt. Herm. Alt.

1237. Ekpertus Babenbergensis obiit.

1239. Fridricus imperator a domno Gregorio IX. papa in ecclesia Lateranensi in die palmarum et subsequenter in cena Domini et in pascha ex multis causis sollempniter excommunicatur, approbantibus cardinalibus universis. Eodem anno tercio Non. Iunii eclypsis solis facta est duarum horarum. A. S. Rudb.

1240. in pago Frisigensi versus meridiem tanti mures excreverunt, quod omnia semina camporum corrodentes usque ad radicem, rusticos coegerunt ut suos dimitterent campos et patriam, et ad aliam provolarent.

1241 regnum Ungarie quod 350 annis duravit, a Tartarorum gente destruitur. Gregorius IX. papa obiit. Celestinus succedit. Herm. Alt. Perhtoldus fit huius loci prepositus. Eclypsis solis facta est in media die in octava Mychahelis, et stelle vise sunt.

1242. Albertus ultimus comes de Pogen obiit 18. Kal. Februarii. Heinricus de Catania, notarius imperatoris, eligitur in episcopum Babenbergensem. Heinricus II. Gneistinger[a] fit huius loci prepositus.

1243. Sinnibaldus dyaconus cardinalis in papam eligitur, et vocatus est Innocencius IV, 7. Kal. Iulii; iam enim propter scisma inter regnum et sacerdocium sedes apostolica vacaverat mensibus fere 22.

1244. Heinricus filius Ottonis ducis Bawarie duxit uxorem Elyzabet filiam Bele regis Ungarie.

1245. universalis synodus celebratur aput Lugdunum, ubi domnus Innocencius IV. papa contra Fridricum imperatorem deposicionis senteneiam promulgavit, et lancravium Turingie eligi in regem Alamannie procuravit, mortuoque ipso comitem Hollandie. In ea synodo fuerunt tres patriarche et episcopi plurimi. Ib. et Mart. Pol.

1246. Eberhardus Saltzpurgensis obiit. Heinricus lancravius in regem eligitur, et eodem anno obiit. Chunradus filius Fridrici imperatoris ducit uxorem domnam Elyzabeth, filiam Ottonis ducis Bawarie. Fridericus dux Austrie occisus est. Herm. Alt. Domnus Alramus de Hals obiit 14. Kal. Februarii. Ian. 19.

1247. castrum in Wintzer destruitur[35] Wilhelmus comes Hollandie in regem eligitur. Ludwicus filius ducis Bawarie Chunradum comitem de Wasserburch cum exercitu invasit, et eum de comitatu eiecit, omnibus municionibus suis captis. Phylippus filius Pernhardi ducis Carinthie eligitur in archiepiscopum Saltzpurgensem, cui a domno papa Innocencio IV. Purchardus comes de Zigenhaim superponitur, et consecratus ac pallio archiepiscopali decoratus moritur.

1248. 3. Idus Februarii in nocte factus est terremotus. Ludwicus dux Austrie[b] transfretavit.

1249. Ludwicus rex Francie Damiatam civitatem Sarracenorum fortissimam in octava sancte Trinitatis miraculose cepit. Rapoto comes palatinus Bawarie obiit. Eberhardus fit huius loci prepositus, et in eodem anno deponitur.

1250. Ludwicus rex Francie a Sarracenis captus, Damiatam et alias civitates quas priori anno ceperat, reddere cogitur, Roperto fratre suo plus quam cum 20 milibus christianorum occiso. Ibid. In quo bello etiam occubuit paganorum innumerabilis multitudo. Rûgerus Pataviensis episcopus propter hoc quod in scismate inter regnum et sacerdotium fovere videbatur parti adverse, ab Innocencio IV. papa ab officii et beneficii deponitur dignitate, et domnus Perhtoldus frater Alberti episcopi Ratisponensis substituitur. Cui statim capitulum et civitas Pataviensis cum ministerialibus obedire ceperunt unanimiter et subesse, contra voluntatem Chunradi regis et Ottonis ducis Bawarie, predicto Rûgero episcopo penitus refutato. Hermannus marchio de Baden, qui sibi usurpaverat ducatum Austrie, moritur 4. Non. Octobris. Cives Ratisponenses meliores qui[c] 45 ab Alberto episcopo capiuntur tertio Kal. Novembris[36]. Oct. 30. Hiis diebus quidam frater Perhtoldus nomine de ordine Minorum de domo Ratisponensi tantam graciam habuit predicandi, ut sepe ad eum audiendum plusquam 60 milia hominum conveuirent. Fridricus imperator sine penitencia et sacramentis in Apulia moritur mense Decembri.

## Wilhelmus rex.

Anno ab incarnacione Domini 1251. post mortem Friderici imperatoris domnus papa Innocencius IV. in cena Domini Wilhelmum comitem Hollandie, iam dudum a quibusdam principibus in Romanum regem electum, multis episcopis presentibus, aput Lugdunum confirmat, et statim se transfert ad Ytaliam de Lugduno, ubi iam fere 8 annis fecerat continue mansionem. Ipse autem rex Wilhelmus anno regni sui quinto de comitissa Flandrie[d] gloriose triumphat, Ib. a. 1255 set postea anno regni sui nono in Fresia bellica agente negocia, cum exercitu existens mense Februario a Fresonibus 1256. est occisus. Qui cum ad quandam civitatem eiusdem provincie devenisset, fertur ibidem invenisse sepulchrum opere mirifico constructum, et dum a civibus quereret, cuius esset hoc sepulchrum tam sumptuoso opere decoratum, dicebant, quod nondum quisquam ibi esset sepultus, set antiqui patres eorum construxerint illud per fatum cognoscentes, quod in eodem loco deberet Romanorum regum aliquis tumulari. Devicta itaque et subiugata tota Fresia, cum[e] iam victor ipsam terram exiret, a quibusdam fugitivis secus viam in harundineto latitantibus, cuspidibus occiditur, et in predicto tumulo ab indigenis sepelitur 1256.

## Rychardus et Alphonsus contenciose.

Anno Domini 1257. principes regni post mortem Wilhelmi regis sub domno Alexandro IV. papa iam diu habitis diversis conventibus pro eligendo rege, tandem diffinitivum electionis diem in octava epiphanie statuerunt in Frachenfûrt celebrandum. Ubi dum quidam convenissent, Mogontinus et Coloniensis archiepiscopi et Ludwicus comes palatinus Reni ac frater suus domnus Heinricus dux Bawarie, in Richardum fratrem regis Anglie convenerunt, et electus

a) *litteris minutis supra nomen* Heinr. *scriptum.* b) rex Francie *Herm.* c) *ita codex; an* quasi? d) Flandre *c.*
e) *deest c.*

35) Danubio adiacet, proximum Osterhofensibus.
36) v. Böhm. Wittelsb. Regesten p. 23. Anno 1245. Nov. 10. Fridericus imperator consulum liberam electionem civibus Ratisponensibus invito episcopo iterum concesserat.

ab ipsia subsequenter in die ascensionis Domini aput Aquisgrani in regem ungitur et potenter in regni folio collocatur. Domnus autem Treverensis archiepiscopus cum aliis quibusdam principibus consentire nolens electioni predicte, in media quadragesima fretus litteris et auctoritate regis Bohemie, ducis Saxonie, marchionum de Brandenburch et aliorum multorum principum, elegit domnum Alphonsum regem Hyspanie, qui electioni de se facte consensit, persuasus a regibus, principibus et amicis. Qui duo reges contenciose regnaverunt 12 annis et amplius, usque ad tempora domni Rudolfi comitis de Habspurch.

## Incidencia ab anno Domini 1250. et regimine domni Wilhelmi regis usque ad tempora domni Rudolfi Romanorum regis.

Herm. Alt. 1251. Chunradus rex, filius Friderici quondam imperatoris, natale Domini Ratispone fuit, ubi in proxima nocte post festum Innocentum, quia iam possessiones episcopi et ministerialium Ratisponensium incendiis vastaverat, dum in monasterio sancti Emmerami dormiret, Chunradus de Hohenvels et alii ministeriales media nocte in cameram suam irruperunt, et cum per exploratores regem cum quatuor sociis tantum in ipsa dormire didicissent, duobus occisis et tribus captis credebant se occidisse ipsum regem, sed noctu sextus fortuito casu supervenerat et loco ipsius regis interfectus est. Rex autem latitans sub scampno, valde miraculose iminens periculum mortis evasit. Subsequenter circa festum epyphanie rex Bohemie filium suum in Bawariam cum exercitu destinavit, qui in marchia Chambensi multas villas rapinis et incendiis vastaverunt. Mors imperatoris Friderici propalatur, et Chunradus rex ad partes Reni festinat. Eclypsis lune
Apr. 7. facta est feria sexta in nocte ante ramos palmarum.

In ipsa quadragesima domnus Perhtoldus Pataviensis electus ordinem dyaconatus et sacerdocii ac eciam consecrationem episcopalem in Bohemia recepit ab episcopis Olo-
37 muciense[37] videlicet et Pragiense[38].

Castrum in Teispach a Ludwico duce nocte per insidias pro parte captum et pro parte obsessum destruitur, et fossata eius mirabiliter forcia conplanantur, et ex hoc Bawaria in ea estate pro magna parte incendiis flagrat, Bohemis partem Alberti episcopi Ratisponensis adiuvantibus contra duces. Chunradus rex in festo apostolorum Petri et Pauli cum Ottone duce aput Chambiam venit, quos rex Bohemorum videre contempsit. Otto dux castrum et oppidum in Dingolving construere cepit. Eodem anno Chunradus rex in autumpno intrat Apuliam, et ibidem totum regnum paternum potenter possedit, contra prohibicionem domni Innocencii IV pape.

ib. 1253. 1252. Otto dux Bawarie novam monetam in Landeshût fabricari iussit circa inicium messis, mandans ipsos denarios et non alios recipi in toto suo districtu. Et exercitum versus Austriam movens, in ipsa expedicione filii sui Ludwicus et
ib. 1252. Heinricus in festo Mychahelis[a] apud Oeting militaribus gladiis sunt accincti. Domna Elyzabeth filia Ottonis ducis Bawarie genuit Chunrado regi filium in die annunciacionis, qui vocatus est Chunradinus[b].

1253. Otto dux Bawarie cum Heinrico filio suo occurrere volens Bele regi Ungarie, qui tunc sicut priori anno cum valido exercitu Cumanorum et Ungarorum Austriam et Moraviam intraverat, ammonicionibus[c] et militibus superioris Austrie prepeditur. Nam priori anno domnus Premizzel qui et Otakchero filius Ventzeslai regis Bohemorum, Austriam et Stiriam sibi attraxerat, ducta in uxorem domna Margareta, relicta Heinrici regis quondam Romanorum, que fuit filia Leupoldi quondam ducis Austrie et Stirie. Heinricus filius Ottonis ducis Bawarie auxilio Meinhardi comitis Goricie et Oetzlini nobilis de Tervisio, per vallem Tridentinam vadit in Ungariam ad socerum suum Belam regem. Otto igitur dux Bawarie in principio regiminis sui iudex severus et princeps mansuetus, postea propter favorem quem inpendere videbatur Friderico quondam imperatori et Chunrado filio eius, ab Innocencio IV. papa et episcopis iam diu et sepe excommunicatus, persequi cepit clerum et mala malis addens in vigilia sancti Andree apostoli, cum in sero cum uxore et familiaribus suis valde iocundus fuisset, presentem vitam subitanea morte finit mense Novembrio. Venzeslaus rex Bohemorum moritur in mense Septembri. Ottone duce defuncto domnus Ludwicus dux, Heinrico fratre suo in[d] Ungaria existente, cum Alberto episcopo Ratisponensi concordiam fecit, et divina iam per multos annos suspensa in illa dyocesi relaxantur.

1254. Perhtoldus episcopus Pataviensis obiit, cui per electionem canonicam Otto de Lonstorf, eiusdem ecclesie canonicus et archidyaconus, succedit. Ludwicus dux adhuc absente fratre concordiam facit cum Phylippo electo Saltzpurgensi. Chunradus rex priori anno Neapoli expugnata et muris eius ad terram prostratis, homo pacificus et iudex severus, in vigilia ascenssionis Domini diem clausit extremum. De cuius obitu Teutonici, Apuli et Lonbardi, preter illos qui erant de parte ecclesie, dolore nimio sunt turbati. Heinricus dux Bawarie auxilio domni Phylippi Saltzpurgensis electi, de Ungaria revertitur, et ambo duces ad consilium domni Heinrici Babenbergensis episcopi suum regunt concorditer principatum. Eodem anno sterilitas frugum tam magna fuit, et maxime circa Danubium, ut nec semina potuissent haberi. Sed in nocte sancti Marci ewangeliste per maximum frigus vinee et fructus arborum perierunt, ita ut valde modicum vini nasceretur, et illud esset nimis acerbum. Innocencius IV. papa Neapolim veniens septimo die intrante mense Decembri moritur, et ibidem sepelitur. Cui statim in eadem civitate a cardinalibus tunc presentibus domnus Reinaldus Ostiensis episcopus subrogatur, et vocatus est Alexander IV. Manfredus filius Friderici quondam imperatoris principatum tenens in Apulia, potenter terram ipsam defendit nomine Chunradi parvuli, fratruelis sui, qui adhuc cum domna Elyzabeth matre sua in Bawaria morabatur. Bela rex Ungarie cum Otakhero duce Austrie concordiam facit, recipiens ducatum Stirie sueque potestati subiciens. Ipse autem Otakherus qui et Bremzzel in tribus suis principatibus, Bohemia, Moravia et Austria, tamquam princeps omni probitate preclarus inopinatam et optimam pacem facit, vadens in hyeme subsequenti in Bruzziam cruce signatus, et magnam partem ipsius terre cultui subdidit christiano.

1255. Ludwicus et Heinricus duces Bawarie suos inter se dividunt principatus, et Heinrico cessit nomen ducis cum maiore parte Bawarie, videlicet Ratispona, Chambia, Chelhaim, Aerding, Landeshût, Oeting, Purchhausen et Hall, et quidquid est inter loca predicta et terras Austrie et Bohemie. Ludwico autem cessit superior pars Bawarie[e] cum palacio Reni, et nomen purkcravii Ratisponensis, unde et castrum in Regenstauph, in Lengveld, Chalmuntz[f], et alia que ad eundem pertinent comitatum, sibi in sortem cesserunt. Heinricus dux cum Alberto episcopo Ratisponensi et domno

a) infra octavam Thebeorum *Herm.* b) Chunradus *Herm.* c) *i. e.* a municionibus. d) *deest c.* e) Boh. Bawarie *c. errore librarii.* f) Ichalm *c. ubi saepius singulae eiusmodi litterae per errorem positae non expunctae sunt vel erasae.*

37) Brunone. 38) Nicolao; v. Contin. Cosmae SS. IX, 173.

Ottone Pataviensi episcopo plene concordans, monetam Landeshûtensium cassavit, ac interdictum divinorum in dyocesi Pataviensi plus quam per triennium observatum, per episcopum Pataviensem relaxatur. Herm. Alt.

Eodem tempore Ulricus II. assumit sibi regimen istius ecclesie, et prefuit duobus mensibus, et resignavit. Cui successit Hermannus huius ecclesie canonicus, qui deponitur post sex menses.

1256. Ludwicus dux comes palatinus Reni, domnam Mariam uxorem suam, sororem ducis Brabancie Heinrici, suspectam habens in adulterio, tunc in Suevico Wörd morantem, 15. Kal. Februarii precepit decollari. Ipso mense Pernhardus dux Karinthie obiit, cui Ulricus filius eius succedit. ibid.

Ista sub rege Wilhelmo. Sequentia facta sunt sub rege Richhardo.

1257. Phylippus Saltzpurgensis electus iam per decem annos nolens ordinem presbiterii aut episcopalem suscipere consecracionem, a domno Alexandro IV. papa deponitur, et Ulricus Secoviensis episcopus ei in archiepiscopum eiusdem ecclesie subrogatur. ibid.

1258. Otakchero qui et Bremzel rex Bohemie, dux Austrie, iuvenilis etatis audacia[a] persuasus per Pataviensem civitatem in terram Bawarie hostiliter est ingressus, iactans se tamquam diviciis et potencia preditum velle et posse contra omnium hominum voluntatem ad ignominiam domni Heinrici ducis ante muros civitatis vel castri in Landeshût potenter milicie opera exercere, devastans omnem terram incendiis per vallem Vilse fluminis usque[b] iuxta castrum in Fraunhoven. Memoratus autem domnus Heinricus dux, licet vix quinque diebus ante introitum predicti regis inimiciciarum litteras recepisset, suis convocatis hominibus et amicis tamquam animosus princeps cum exercitu valido equestrium et pedestrium ad campos contra suos audacter egreditur inimicos, ubi etiam cum paucis domnus Ludwicus dux frater suus de partibus Reni cum paucis supervenit. Rex itaque sepefatus cernens animositatem ducum et Bawarice gentis, timuit congredi cum illis in sexta feria. Tregis per illum diem petitis et inpetratis, in nocte ac subsequenti sabbato fugit cum suis omnibus versus Můldorf, ubi dum vexilla[c] victricia nobilium ducum dorsa fugiencium sequerentur, pons per Enum fluvium traiectus, multitudinem transeuncium et strepitum ferre non valens, sub hostibus ruit, et sic primi sunt submersi; qui autem videbantur nautare, per lanceas et sagittas littus tangere prohibentur. Sed et hii qui remanserant citra flumen, non valentes fugere receperunt se in suburbio sub quadam turre, qui omnes cum armis et equis optimis incendio sunt cremati, ita quod in aqua et igne quasi quadringenti viri perierunt; reliqui fere omnes pretor regem, qui cum nobilioribus iam transierat, in predicto oppido sunt inclusi. Inter obsessos autem hii fuerunt nobiles de Bohemia: Wokcho de Rosenberch, Zmilo de Læuhtenburch, Wikhardus de Tirlach, Schazla de Fridlan, Wilhelmus de Gordebrat, Ibis de Schechni[39], Beneis de Volchenstain, Purchardus de Chlingberch, Ulricus pincerna de Elnpogen, Ienezo purkkravius de Graecz, Zmil frater Wokchonis, Haiir cognatus Wokchonis, Dlohomil de Nabzdon, Stiborius dictus Caput, Ulricus de Rosentol. De Austria vero Albero et Heinricus de Chuenring, Ulricus de Lobenstain, Ulricus de Cappella, Ludwicus de Zelking, Sighardus dictus Piber, qui cum aliis omnibus nono die obsidionis eorum cum equis et rebus quas tunc habebant, per clemenciam ducum predictorum sub quadam forma composicionis ad propria sunt remissi. Heinricus Babenbergensis episcopus 14. Kal. Octobris obiit, cui succedit Perhtoldus comes de Leining, canonicus eiusdem ecclesie. ibid. a. 1257

Domnus Albertus preficitur huic loco prepositus.

1259. Chunradus Frisigensis episcopus obiit, cui succedit Chunradus Wildgravius. Gebhardus comes de Hiersperch sororem ducum Bawarie domnam Sophiam ducit uxorem. Eclypsis lune facta est 15. Kal. Iunii. Ibid. a. 1258.

Albertus Ratisponensis episcopus pro quibusdam criminibus aput sedem apostolicam accusatus, cum se defendere non posset, cessit, eique frater Albertus de ordine Predicatorum subrogatur. Meinhardus comes Goricie sororem ducum Bawarie domnam Elyzabeth, relictam Chunradi regis, ducit uxorem.

1260. domnus Ludwicus comes palatinus Reni, dux Bawarie, duxit domnam Annam filiam Chunradi ducis Polonie in uxorem. Otakcherus rex Bohemie, dux Austrie, dolens de perdicione ducatus Stirie, castra movit congregato valido exercitu contra Ungaros, quos aput villam que Chessenbrunn dicitur congressione facta, Stephano rege iuniore vulnerato, dicitur defecisse[d], ducatu Stirie cum civitate Bettovia sibi plenarie restituto. Hiis diebus surrexerunt quidam penitentes, qui flagellatores dicebantur, qui in brevi tepescere ceperunt, sicut res inmoderate concepta.

Dipoldus huius ecclesie canonicus eligitur prepositus[40]. 40

1261. natus est Heinrico duci filius quem vocat Ottonem. Eodem anno domnus Alexander IV. papa cum pro subcursu Terre sancte concilium in octava apostolorum Petri et Pauli habendum in Viterbio condixisset, ipse papa 8. Kal. Iunii diem clausit extremum. Cui successit Iacobus patriarcha Ierosolimitanus, et dictus est Urbanus IV. Frater Albertus Ratisponensis episcopus fugiens tam magnam curam animarum domno Urbano pape offert voluntariam cessionem. Cui succedit domnus Leo eiusdem ecclesie decanus[e].

1264. Urbanus IV. papa moritur in mense Octobri, et aput Perusium sepelitur.

1265. 3. Non. Februarii eligitur in Romanum pontificem domnus Gwido quondam miles uxoratus, habens duas filias per uxorem, postea factus episcopus Podiensis ac postmodum archiepiscopus Narbonensis, et subsequenter Sabinensis episcopus cardinalis, et dictus est Clemens IV. papa; qui per incrementa virtutum que in ipso primitus floruerunt, provectus est ad tanti nominis dignitatem. Otto Pataviensis episcopus obiit 4. Idus Aprilis, vir piissimus et pater cleri, qui non bellator, sed diligens pacem, ecclesiam sibi commissam honoribus et diviciis plurimum ampliavit. In cuius locum primo postulatus domnus Wladlizeus, postea Saltzpurgensis electus. Domnus Petrus a domno papa Clemente IV. substituitur, et quam bene ac mirabili modo utrique ecclesie Saltzpurgensi et Pataviensi a sede apostolica sit provisum, effectus regiminis utriusque sufficienter edocuit.

Hertwicus canonicus ecclesie Windbergensis eligitur in prepositum huius loci, qui post sex menses prelaturam resignavit. Post quem eligitur domnus Chunradus Novecellensis prepositus, ad huius ecclesie regimen, quondam canonicus Urspergensis.

1266. 3. Non. Marcii facta est congressio in Apulia inter Karolum fratrem regis Francie, et Manfredum regem Sycilie, et Manfredus devictus occubuit, filius naturalis Friderici imperatoris. Otakcherus rex Bohemie vadit cum exercitu Ratisponam in mense Augusto cum multis milibus armatorum, destruens Regenstauf et Nitnaw aliaque castra,

a) audacie *c.* b) que *c.* c) *deest in cod.* d) *leg.* devicisse. e) canonicus *Herm.*

39) Huius loco Herm. Alt. in loco raso habet Bohuslaum de Bork. 40) Albertus adhuc a. 1263. commemoratur M. B. XII, 413.

Herm. Alt. ubi periit magna multitudo, et morante ipso Ratispone per biduum, per Egram revertitur in Bohemiam. Quo recedente domnus Heinricus dux misso exercitu ultra flumen Iltsham, oppidum in Velden et alias municiones cum tota provincia ibidem incendio devastavit. Subsequenter 3. Kal. Novembris idem Heinricus dux Bawarie per portam quandam civitatis Pataviensis tradicione quorundam per adulterinas claves obtentam novum forum cum quibusdam domibus et cellerario canonicorum ac magna parte civitatis exussit, aliquibus ibidem civibus interfectis.

1267. domnus Gwido cardinalis presbiter tituli Sancti Laurencii in Lucina 6. Id. Maii apostolice sedis legatus aput Wiennam Austrie concilium celebravit ex mandato domni Clementis IV. pape, cui interfuerunt Chunradus Frisigensis, Petrus Pataviensi Leo Ratisponensis, Pruno Brixinensis, Amulricus Lavantinensis, Iohannes Pragiensis episcopi et alii quam plurimi de ipsis dyocesibus prelati, archidyaconi et decani. Eodem anno factus est terremotus, ita ut in multis etiam locis ruinam edificia paterentur. Otakcherus rex Bohemorum et Heinricus dux Bawarie per pacis osculum ad concordiam redierunt. Domnus Wladizlaus apud Saltzpurch in dominica Trinitatis in archiepiscopum consecratur.

1268. Chunratinus[a] rex invitatus iam diu a Lombardis et Apulis Ytaliam ingreditur, adherentibus et faventibus sibi plurimis civitatibus. Romam ingressus gloriose tamquam imperator cum magno tripudio suscipitur, domno papa Clemente tunc aput Viterbium existente. Post hec versus Apuliam progreditur cum exercitu, ac habito conflictu cum Karolo rege victus et captus est, ac aput Neapolim iussu predicti Karoli cum Friderico duce, filio Hermanni de Padin ducis Austrie, decollatur. Subsequenter in mense Novembre in die sancti Chrisogoni moritur Clemens IV. papa, qui quoniam in papatu nunquam Romam intraverat, in loco ubi iam diu steterat, videlicet in Viterbio sepelitur. Exhinc sedes Romana diu vacare cepit, scilicet usque ad quartum annum, propter discordiam cardinalium, qui permittente Domino ad malum tocius christianismi in eligendo pastorem ecclesie katholice non poterant concordare.

1269. in nativitate Domini tanta est inundacio facta aquarum, quanta numquam a tunc viventibus visa fuit.

1270. Wladizlaus archiepiscopus Saltzpurgensis obiit, cui subrogatur Fridericus eiusdem ecclesie prepositus. Beda[b] rex Ungarie, frater sancte Elyzabeth et pater Elyzabeth ducisse Bawarie, ex hac vita decessit, relinquens Stephanum filium suum regni successorem. Maria Greca[c] eciam regina Ungarie non post longum tempus obiit, uxor predicti Bede[b]. In ipsa eciam estate tanta siccitas fuit ubique ut sata omnia arescerent, et ex hoc fames maxima est secuta, attamen vinum in habundancia natum fuit. Ludwicus rex Francie obiit in partibus transmarinis, relinquens filium Phylippum regni successorem. Stephanus rex Ungarie misso exercitu in Austriam, illam provinciam devastavit, occisis et in captivitatem abductis plus quam 17 milibus hominum.

1271. Otacherus rex Bohemie, dux Austrie, congregato valido exercitu Ungariam invasit, et devictis castris scilicet Prespurch, Altenburch, Tirna, et castro sancti Georii, circa festum pentecostes revertitur in Bohemiam exercitu relaxato. Stephanus autem rex Ungarie missis in Moraviam Ungaris et Cumanis, per incendia et rapinas et multas strages hominum plurima mala gessit. Tandem circa solsticium estivale per episcopos et religiosos viros Deum timentes ad inopinatam et subitam pacis concordiam redierunt. Domna Elyzabeth ducissa Bawarie, filia Bede[b] regis Ungarie, 9. Kal. Novembris diem clausit extremum.

1272. domnus Theobaldus archidyaconus Leodiensis, per formam compromissi in summum pontificem electus, cum glorioso apparatu in quadragesima intrat Urbem, et ibi in ecclesia sancti Petri consecratus Gregorium X. se appellat. Stephanus rex Ungarie in Kalendis Augusti moritur, relinquens duos filios successores, quorum primogenitus scilicet Ladizlaus ab Ungaris coronatur.

1273. Ungari et Cumani quasdam partes Austrie, Stirie et Moravie iterum devastant. Eodem anno feria quinta post dominicam Misericordia Domini cathedralis ecclesia Ratispone cum palacio episcopali et optimis campanis incendio totaliter est consumpta.

## Anni domni Rudolfi regis.

Cont. Herm. et Annal. Alderspacens. Anno Domini 1273. mortuo Richhardo Romanorum rege principes imperii circa octavam Mychahelis ad eligendum alium regem in Franchenfurt convenerunt, et dum omnes qui vocandi erant interessent ad mandatum domni pape Gregorii X, preter Heinricum ducem Bawarie, qui et sollempnes miserat nuncios et per ratiabicionem suum eiusdem electioni prebuit consensum, electus est Rudolfus comes de Habspurch in Romanum regem. Qui Rudolfus statim exegit a principibus clericis et laicis fidei[d] iuramentum. Quod cum recusarent propter sceptri absenciam, ipse edoctus signum crucis accipiens, talia dixisse fertur: *Ecce signum in quo nos et totus mundus est redemptus, et hoc signo utamur loco sceptri*, et deosculata cruce omnes principes tam spirituales quam seculares ipsam crucem loci sceptri osculantes, recipientes feoda sibi fidelitatis iuramentum prestiterunt. Deinde ipsum regem et uxorem suam aput Aquisgrani incontinenti coronaverunt. Ipse eciam rex adhuc existens in palacio Aquensi, ad quod iam pridem intronizatus a principibus fuerat, duas filias suas, unam domno Ludwico comiti palatino Reni, alteram duci Saxonie matrimonialiter copulavit. Anno autem 1274. ad curiam novi regis in Frachenfurt principes evocantur. Eodem anno celebratur concilium generale aput Lugdunum per domnum Gregorium papam X, cui interfuerunt plus quam septingenti episcopi et abbates et prepositi, ceterique ecclesiarum rectores in numero copioso. Post idem concilium predictus papa Gregorius accessit Losannam domnum Rudolfum predictum regem electum per principes Alamannie, ipsam electionem confirmavit, sibi nomen et dignitatem regiam adscribendo, et promisit ipsum postea in imperatorem consecrare[e]. 1276. predictus rex Rudolfus validum exercitum congregans, intravit terram Austrie circa festum beati Mychahelis, euntibus secum in exercitu Mogontino et Coloniensi archiepiscopis, Herbipolensi, Ratisponensi, Pataviensi episcopis, Ludwico comite palatino Reni, Heinrico duce Bawarie, et aliis multis nobilibus de Reno, Franconia, Suevia et Bawaria. Civitates ibidem et castra se suo dominio subdiderunt, excepta civitate Wiennense quam obsidione cinxit, et post hec totam terram Austrie pacifice possedit, excepto quod domno Otakero quinto Bohemorum regi[f] pars terre trans Danubium versus aquilonem per arbitrium remansit. Tandem per duos annos scisso predicto arbitrio prefatus rex Bohemie cum predicto rege Romanorum congredi cogitavit. In qua congressione rex ipse Bohemie est occisus, et inter cadavera mortuorum nudus omnimodis est inventus, anno Domini 1291.[g] 8. Kal. Septembris. Anno itaque regni sui 17. post diversos triumphos Burgundie et aliarum terrarum

tinus

a) Ch. *cod.* Chunradus *Herm.* b) *ita cod.* c) *superscriptum.* d) fide *c.* e) *in margine manu 4. saec. XIV. haec addita sunt:* 1274. celebratum est generale concilium aput Lugdunum Gallie per *etc. sicut in Cont. Herm.* — sicut patet per decretalem eiusdem concilii, quod sic incipit: „Fideli ac devota“ etc. Item contra inpignoratores edidit decretalem: „Etsi inpignoraciones“ etc. Item pro subsidio Terre sancte inposita fuit decima per sex annos. Que decima quamvis studiose exacta fuerit et recepta, tamen non est evidens que utilitas Terre sancte fuerit exinde procurata. Post concilium papa accessit Losannam, Rudolfum electum confirmat et nomen regis sibi asscribit. *ex Cont. Herm.* f) rege *c.* g) *ita c. confusis numeris annorum* 1278 *et* 1291.

in Spirensi castro existens moritur, et in kathedrali ecclesia cum regibus sepelitur. Eadem ecclesia propter depulsionem episcopi per predictum regem posita sub interdicto.

## Incidencia temporibus Rudolfi regis.

1273. rex Bohemie Otakerus et dux Austrie, et Heinricus dux Bawarie ad plenam concordiam redierunt. Cont. Herm. Rege Bohemie de castro in Scherding et quibusdam iuribus que pertinebant ad ducem, refutacionem faciente, contra omnem hominem coniuraverunt.

1274. Rudolfus Romanorum rex indixit principibus curiam aput Nûrenbèrch in festo beati Martini celebrandam, Ann. Ald. mandans omnibus principibus, ut illuc venirent et se presentarent imperatorie magestati. Ubi cum conveniret multitudo magna principum et aliorum, Otakcherus rex Bohemie et domnus Heinricus dux Bawarie se presentare non curaverunt. Quare per sentenciam principum indicta fuit alia curia aput Erbipolim celebranda.

1275. rege Rudolfo cum pluribus principibus, comitibus et magnatibus Erbipolim veniente, rex Bohemie et domnus Heinricus dux Bawarie se absentant. Sentencialiter igitur a principibus curia indicitur Auguste celebranda circa solsticium, ubi convenerunt magni viri, set de electoribus non nisi dux Ludwicus ibi fuit. Missi sunt autem pro parte regis Bohemie venerabilis vir domnus Wernhardus Secoviensis episcopus, ex parte autem ducis Bawarie H. prepositus Oetingensis cum honesto comitatu, et propositis questionibus sufficienter de iure electionis inperii ex utraque parte, ipsi nuncii si non discordes, non tamen pariter curiam[a] exierunt.

1276. rex Rudolfus expedicionem movet versus Austriam. Eodem anno aput Aricium obiit Gregorius papa X, Mart. Pol. cui successit Innocencius V, qui supervixit mensibus 5 et 2 diebus. Post quem eligitur Adrianus V, qui sedit mensem unum et 9 dies. Eidem successit Iohannes XXI, qui breviter testudine oppressus interiit. Cui succedit Nycolaus papa III.

1277. rex Rudolfus Wienne dominatur, cui rex Bohemie Otakcherus mediante domno Brunone Olmucensi episcopo Ann. Ald. reconciliatur.

1278. rex Bohemie predictus iterum regi Romanorum rebellat, et promissa sua et fidem violat, unde a rege Romanorum predicto bello campestri pluribus interfectis victus occiditur. Leo[b] Ratisponensis episcopus obiit, Cont. Herm. cui succedit Heinricus.

1279. Rex Rudolfus hoc toto anno Wienne moratur. Ann. Ald.

1280. Post diutinam rebellacionem marchionis de Brandenburch rex Rudolfus Bohemiam cum exercitu valido intrat, et marchionem inpotentem ad occurrendum, mediantibus domno Ludwico duce Bawarie aliisque nobilibus, tam rex quam marchio pluribus interpositis condicionibus ad concordiam redierunt. Eodem anno domnus Petrus Pataviensis episcopus, Cont. Herm. qui pontem Danubii primus erexit, obiit. Cui succedit domnus Wikhardus eiusdem ecclesie prepositus. Nycolaus[c] papa obiit.

1281. rex Romanorum a Wienna rediens Sweviam revertitur[d], et primogenito suo Alberto principatum Austrie committit. Eodem anno domnus Albertus de Hals sua virtute et strennuitate meruit a domno Rudolfo rege Romanorum ibid. 1280. honore et nomine comitis insigniri. Martinus[e] IV. papa eligitur.

1282. rex Romanorum Rudolfus Coloniensem archiepiscopum secum discordantem in graciam recipit, assignatis Ann. Ald. regi possessionibus quas repetebat ex parte inperii. Remisit etiam thoelonia et vectigalia, que in terris inperii de novo instituerat, super percepcione proventuum eorundem una cum rege in quatuor principes compromittens. Eodem anno Cont. Herm. a. 1281. ultimus comes de Mospurch moritur, et comitatus ad ducis Bawarie devolvitur potestatem.

Eodem anno domnus Chunradus huius loci prepositus ad ecclesiam Windbergensem transfertur. Huic succedit in prelatura huius loci domnus Ulricus dictus de Aeming huius ecclesie canonicus. Eodem[f] anno obiit Wichardus Perchtolstorfer[g] Pataviensis episcopus, cui succedit magister Gôtfridus de[g] Westvalia[g] eiusdem ecclesie prepositus.

Eodem anno 7. Idus Maii Volkchmarus abbas Altahensis occiditur, vir magne religionis cf. C. Herm. et industrie temporalis.

1283. domnus Rudolfus rex Romanorom civitatem quandam in Burgundia dictam Peterling cum valida manu ob- Ann. Ald. sedit, et post multos labores in dedicionem accepit. Martinus[h] IV. papa obiit.

1284. rex Rudolfus curiam Auguste celebrat in epiphania, presentibus domnis archiepiscopo Coloniense et R. Ann. Ald. a. 1286. archiepiscopo Saltzpurgense, H. Ratisponense, Wick. Pataviense, Basileense et aliis episcopis, et viris illustribus Ludwico et Heinrico ducibus Bawarie, et aliis multis comitibus et nobilibus. Ubi reformat amiciciam inter domnos R. archiepiscopum et Heinricum ducem Bawarie, facto compromisso in honorabiles viros sex super questionibus si quas inter se habuerunt decidendis, in octava pentecostes. Ibi etiam Albertum suum primogenitum de consilio 1286. principum ac ministerialium Austrie consensu de ducatu Austrie infeodavit, et Meinhardum comitem de Tyrol ducem Karinthie fecit[i].

Eodem anno eligitur domnus Iacobus de Sabellio cardinalis in papam, qui se vocat 1285. Honorium IV.[k]

a) curiam — papa III. *manu alia* (3.) *in loco raso.* b) Leo — Heinricus *add. m.* 3. c) N. p. o. *manu* 3. d) *eadem verba leguntur in Ann. Aldersbacensibus.* e) *et haec manus* 3. *addidit.* f) Eodem — prepositus *m.* 3. *in margine.* g) *add. m.* 4. h) *haec m.* 3. *addidit.* i) *praeterea manu illa* 4. *saec. XIV. in margine haec scripta sunt:* Rudolfus rex anno regni sui quinto requirente domno Nycolao papa tercio ratificavit omnes principatus, comitatus et terras sedi apostolice a predecessoribus suis donatos sub sigillo suo et principum electorum de Alemannia. *Factum est d.* 19. *Ian.* 1278. *et ex aliquo Martini Pol. codice sumptum videtur. Sequentia sunt ex Cont. Herm. Altahensis:* 1281. rex Rudolfus terram Austrie exit, et domna Anna uxor ipsius obiit. 1281. a domno Fridrico Saltzpurgensi archiepiscopo concilium provinciale celebratur. 1281. Martinus papa quartus excommunicat Grecos pro eo quod a fide et promissione facta in concilio Lugdunensi recesserunt. 1280. tempore Ladizlay regis Ungarie Tartari in tanta multitudine intraverunt Ungariam, quod dicebantur cum exercitu suo undecim miliaria occupare, qui tandem non humano auxilio set divino iudicio perierunt. 1284. Fridricus Salzpurgensis archiepiscopus obiit, cui succedit domnus Rudolfus domni Rudolfi regis Romanorum ante cancellarius. k) *haec manu* 3. *addita sunt. Abhinc alia manus* (2.) *pergit.*

Cont. Herm. 1285. Gotfridus Pataviensis episcopus obiit, cui domnus Wernhardus de Prampach, eiusdem ecclesie canonicus, succedit.
ibid. s. a. Eodem anno Iudei in Bacherat bonum hominem christianum Wernherum nomine occulte occiderunt, qui dicitur miraculis claruisse. Simile priori anno accidit in civitate Monacensi[a].

1286. 1286. domnus Ulricus huius loci prepositus dictus de Æming regimini cessit, cui substituitur per votum compromissi domnus Albero canonicus Windebergensis quondam abbas
Mart. 12. ibidem in die beati Gregorii pape[41].

1287. Mart. 1287. celebratur concilium aput Herbipolim a domno Iohanne cardinali episcopo Tusculano ex ordinacione domni Honorii IV. summi pontificis. Cui interant archiepiscopi
42 Moguntinus[42], Saltzpurgensis[43] et Maidburgensis[44], episcopi septuaginta, et alii prelati cum clero in numero copioso. In quo concilio secunda sessione appellatum est ab episcopo Tollensi[45] et procuratore Coloniensi ab omni actione ipsius concilii. Cui appellacioni adhesit totus clerus. Unde mortuo papa Honorio convocacio fuit inutilis et sine fructu. Honorius[b] IV. papa obiit. Frater Ieronimus cardinalis eligitur in papam[46], qui se vocat Nycolaum IV.

1288. Iun. 23. 1288. domnus Albero huius loci prepositus obiit in vigilia nativitatis sancti Iohannis baptiste, cui domnus Ulricus huius ecclesie canonicus dictus de Holtzhaim per electionem
Iul. 6. canonicam succedit in octava apostolorum Petri et Pauli, et ex permissione ordinis et iussu
Iul. 25. subsequenter in die sancti Iacobi a venerabili patre domno Wernhardo Pataviensi episcopo in primum abbatem huius loci benedicitur[47]. Qui invenit ecclesiam in statu temporali debilem et magnis debitis obligatam. Tenebatur ipsa ecclesia, iusta computacione habita coram venerabilibus patribus Ludwico Urspergense, Ulrico Novecellense, Chunrado Windebergense prelatis, qui electioni ex parte ordinis preerant, in 440 libris Ratisponensibus, 36 libris Pataviensibus, quarum 80 libre Ratisponenses currebant ad usuram. Item in granis tenebatur in quatuor et centum scafis tritici et siliginis Landawensis mensure. Hic eodem anno Premonstratum accedit sub domno Roberto abbate Premonstratensi. Eodem
Nov. 9. anno corpus sancti Virgilii in die beati Theodori a domno Rudolfo archiepiscopo et suis suffraganeis et aliis eiusdem metropolis in provinciali concilio congregatis prelatis aput Saltzpurgam transfertur cum magno cleri et populi gaudio.

Cont. Herm. 1290. 1290. domnus Hainricus dux Bawarie bono fine et magna contricione, receptis ecclesiasticis sacramentis a domno
Febr. 4. Hainrico episcopo Ratisponensi et Wernhero lectore Minorum fratrum ibidem, moritur aput Purchusam 2. Non. Februarii.
Aug 3. Eodem anno 3. Nonas Augusti obiit domnus Rudolfus archiepiscopus Saltzpurgensis, et domnus Stephanus, filius domni Hainrici ducis Bawarie, est in archiepiscopum concorditer postulatus. Set domnus papa Nycolaus hanc postul cionem non admisit propter defectum etatis, deputavit autem in archiepiscopum domnum Ch. episcopum Lavendinum.

1291. 1291. domnus Rudolfus rex Romanorum obiit 18. Kalendas Augusti, et sepultus est in Spirea. Regnavitque
Iul. 15. annis 17 in Alemannia, et Italiam non intravit.
ibid. ad a. 1285. Eodem anno domnus Wernhardus Pataviensis episcopus, vir in mansuetudine eciam Moysy coequalis, beatorum Maximiliani et Valentini corpora in loco humili reposita in tumba honorabili erecta de novo in medio ecclesie Pataviensis decentissime collocavit.

## Anni domni Adolfi regis.

1292. Anno Domini 1292. mortuo priori anno domno Rudolfo Romanorum rege, convenerunt
Mai. 3. principes regni in Frankenfurt in invencione sancte crucis ad eligendum regem. Ubi con-
Mai. 5. corditer per votum compromissi electus est domnus Adolfus comes de Nazzaw in regem Romanorum, miles strennuus et Deo devotus, omnique pietate plenus ac religiosorum amator et tocius cleri pater. Cui tunc principes presentes fidem servare iuraverunt, et infeodati ab ipso ipsam electionem commendant, preter Albertum ducem Austrie, filium domni Rudolfi quondam regis Romanorum, qui ambiens succedere patri in regno multa inpenderat ad se promovendum, que tamen preter divinam ordinacionem stare non value-
48 runt; tamen cum aliis iuramentum de fide servanda prestitit, et infeodatus a rege[48] tristis recessit. Electus autem cum pocioribus regni principibus Aquisgrani ducitur, et in festo
Iun. 24. pentecosten[49] proximo a domno Mogontino archiepiscopo ungitur et coronatur. Quem domnus Nycolaus IV. papa suis litteris confirmat et electioni consentit, et ad coronam invitat. Similiter et domnus Celestinus V. et domnus Bonifacius VIII. Dux Austrie predictus dolens

a) *sequuntur in cod. verba:* Ipso anno. b) Honorius — quartum *in margine addita sunt m.* 3.

41) Extat charta per eum data a. 1286. d. 21. Oct. M. B. XII, 423. 42) Heinricus II. 43) Rudolfus. 44) Ericus. 45) Chunrado. Etiam Sifridus archiepiscopus Coloniensis ipse aderat. Cf. Harzh. Conc. Germ. III, 724. 46) d. 22. Febr. a. 1288 47) Extat instrumentum Ulrici prepositi de a. 1287. in octava assumptionis b. M. V. Mon. B. XII, 424. 48) mense Novembri in Hagenowe. 49) i. e. die 25. Maii; errorem Boehmerus monstravit.

quod in regnum non erat promotus, incipit discordiam seminare inter principes de consilio 1292. avunculi sui Alberti comitis de Hairlo. Habitis hinc inde colloquiis cum rege Bohemie[50] et ducibus Karinthie[51] et Mogontino archiepiscopo[52] per interpositas personas, conspiracione 51 cum predictis facta movet exercitum de Austria ad partes Reni. Transiens per Stiriam et Karinthiam, ubi diversos ecclesiasticos et seculares per pecuniam quam mutuo non in parva quantitate a ducibus Karinthie receperat, et falsas promissiones corrupit, veniensque ad partes Reni in oppidum Schafhawsen, a Moguntino et sibi adherentibus in regem constituitur, domno Adolfo rege superstite et regnante. Huius discordie auctor permaxime fuit archiepiscopus Moguntinus. Post hec in bello campestri congrediuntur, ubi domnus Iul. 2. Adolfus rex predictus nimium fervens vindictam persecutoris sui, exercitu suo a tergo relicto, persequitur cum paucis regem sive ducem intrusum, et in ipsa congressione lapsus in equo vulneratus, hiis quos a tergo reliquerat venientibus rex mortuus est inventus. Qui aput sanctimoniales in Valle rosarum[53] sepelitur, anno regni sui sexto in crastino Processi Iul. 3. et Martiniani, quia sepultura regia aput Spiream per predictum Albertum intrusum sibi tunc fuit denegata. Eodem tempore[54] Albertus dux Austrie discordans cum Chunrado archiepiscopo Saltzpurgense Cont. Herm. a. 1290 obsedit oppidum Rastat ad duos menses et amplius. A qua tandem obsidione propter inopiam victualium et adiutorium domni Ottonis ducis Bawarie dicitur recessisse[a].

## Incidencia.

1293. domnus Gwilhelmus Premonstratensis abbas in octava apostolorum Petri et 1293. Iul. 6. Pauli visitat ecclesiam Osterhovensem cum adiuncta sibi societate, scilicet venerabilibus patribus, Cussiacensi[55], Arnstainensi[56] abbatibus et preposito de Mari[57], cum aliis prelatis provincialibus, scilicet Urspergensi, Scheftlarensi, Novecellensi, Windebergensi, Spainshartensi, qui eidem occurrerunt, sub domno Ulrico huius loci abbate, anno regiminis sui sexto. Qui etiam cum eodem venit causa visitacionis per Sweviam, Bawariam, Austriam et Moraviam usque ad ecclesiam Chunicensem[58]. Ibi relicto predicto domno Premonstratensi iniungitur ei visitatio ecclesie in Griventai in Karinthia. Dirigit autem iter suum predictus domnus Premonstratensis versus Bohemiam, cuius terre ecclesias sui ordinis visitat, et a rege Wenzezlao secundo honorifice recipitur et benignius pertractatur. Deinde de ipsa terra egreditur per Egram et Ratisponam rediens ad terram suam peracturus capitulum generale. Nycolaus IV. papa obiit[59], et[b] vacat sedes fere annis tribus. 59

1294. domnus Adolfus rex terras Turingie et Michsnensem rebellantes sibi intravit, et duobus annis manens ibidem Cont. Herm. 1294. easdem expugnavit, et sic pax eisdem terris rediit. Ipse enim marchio qui easdem terras ex parte Friderici quondam imperatoris, persecutoris ecclesie, male possederat, preter alia episcopum et canonicos Michsenses a suis habitacionibus et rebus eiecerat, et horreum feni pro equis suis fecerat de ecclesia kathedrali. Item ipso tempore rex Adolfus repetivit a rege Francie regnum Arelatense et quasdam alias terras et provincias, quas dicebat esse inperii, insuper et spineam coronam Domini, quas nisi redderet, in manu forti requirere vellet. A quo impeditur per discordiam quam dux Austrie Albertus sibi movit. Domnus[c] Ludwicus comes palatinus Reni Bawarie obiit, et eodem anno primogenitus suus Rudolfus dux filiam Adolfi Romanorum regis duxit in uxorem.

1295. in die pasce quod tunc evenit in vigilia Ambrosii, cecidit nix hora matutina ad 1295. Apr. 3. spissitudinem erecte manus, et permansit usque ad horam diei nonam. Eodem anno in Sept. 4. octava sancti Augustini per terre motum claustrum ordinis Premonstratensis Churbaldia, et quindecim castra in eodem confinio funditus corruerunt.

1296.[d] eligitur nutu divino vir religiosus nomine Petrus de Menrona in summum pontificem, et vocatus est Cont. Herm. Celestinus V. Qui sedit mensibus sex, et resignavit, et constitucionem quod fieri posset, edidit de plenitudine sue a. 1287. (1294) potestatis. Cui successit domnus Benedictus cardinalis, qui vocatus est Bonifacius VIII. Qui statim post creacionem suam omnes gracias et concessiones quas predecessor suus in simplicitate sua fecerat, cassavit atque revocavit, et ipsum reclusit, ne scisma fieret si a populo raperetur. Qui post duos annos obiit, et dicitur quod Dominus per eum multa miracula operetur. Sexto[e] Kal. Aug. Hainricus Ratisponensis episcopus dictus de Rotenekk obiit, qui rexit 19 annis. Cui domnus ibid. 1296 Chunradus de Luppurch succedit.

1297. incipit conspiracio contra Adolfum regem Romanorum. Domnus Otto dux Ba- 1297. warie adherens domno Adolfo regi Romanorum de comite Alberto dicto de Hairloch gloriose triumphat, et occisus est ab eo, qui ipsum occidere cogitaverat fraudulenter. Philippus[f] rex Francie cum exercitu magno valde comitatum Flandrie intravit, ubi parum profecit.

a) Eodem — recessisse *add. m. 4.* b) et — tribus *manu 3. qua etiam annus sequens* 1294. *totus scriptus esse videtur.* c) *haec postrema manu 4. addita sunt in margine.* d) *abhinc alia manus pergit, nescio an illa* 3. e) Sexto — succedit *add. m. 4.* f) *haec eadem m. 4. addidit.*

50) Wenzeslao II. 51) filiis Meinhardi ducis nuper defuncti. 52) Gerhardo de Eppenstein. 53) Rosenthal, in Palatinatu, haud procul ab oppido Göllheim. 54) Factum est a. 1296. 55) dioec. Laudunensis, tunc Petro de Sairy. 56) dioec. Moguntinae. 57) Meer, coen. sanctimonialium prope Nussiam. 58) Kanitz, coen. sanctimonialium eius ordinis in Moravia. 59) 1292. Apr. 4.

1298. 1298. domnus Adolfus rex in die sanctorum Processi et Martiniani occisus in bello
Cont. Herm. campestri occubuit. Circa[a] medium quadragesime Albertus dux Austrie cum favore domni Ottonis ducis Bawarie transivit Bawariam cum exercitu, et veniens ad partes Reni per auxilium Moguntini archiepiscopi et aliorum contra Adolfum Romanum regem ad bella se exposuit.

## Anni domni Alberti regis.

Anno Domini 1298. Albertus quondam dux Austrie mortuo domno Adolfo rege, licet
prius per Moguntinum archiepiscopum eidem fuisset superpositus adhuc ipso vivente, tamen
postea cum maiori astucia hoc effecit, inductus per archiepiscopum predictum, ut se coram
principibus regni humiliaret, et regnum quod male intraverat sub condicionibus resignaret.
Iul. 24. Quod et factum est in vigilia beati Iacobi subsequenter coram electoribus regni. Denuo
itaque predictus archiepiscopus cum quibusdam aliis electoribus resignacione recepta in
electione ipsius concordant, ut intrusio ipsius maiori astucia dealbaretur. Ducitur itaque
Aug. 24. ab eisdem Aquisgrani ad coronandum et incipit regnare. Quem tamen domnus Boni-
facius VIII. papa, vir utique scientia, discrecione et omni morum honestate commendandus,
pro rege non nominat nec in eum consentit. Ipse vero rex in sequenti autumpno in Nûrn-
berch curiam generalem indicit, ubi omnes principes regni convocantur, et ibidem regina
Nov. 16. ab archiepiscopo inungitur et coronatur. Anno autem regni sui tercio principes ecclesiastici,
1300. Aug. scilicet Moguntinus, Treverensis, Coloniensis[60], cum Rudolfo palatino comite Reni con-
1302. corditer regi predicto se opponunt; set in anno sequenti cum eodem plene concordant.
Mart. 1303. Anno vero regni sui sexto domnus Bonifacius VIII. papa anno pontificatus sui nono cum
Apr. 30. eo plene concordat, et eum regem nominat, approbat atque confirmat, in eumque con-
Mai 1. sentit in publico sermone in die apostolorum Philippi et Iacobi, et ad inperialem coronam
suscipiendam litteris ac nunciis sollempniter invitavit. Ubi non venit, set regem Bohe-
morum Wenzezlaum II. et alios principes in Alemannia constitutos mirabiliter oppressit et
1304. afflixit. Congregans itaque exercitum validum descendit per Bawariam magno vallatus
Aug. exercitu, domno Ottone duce Bawarie sibi cooperante, cum aliis multis de Reno, Franconia,
Suevia, Bawaria, Austria, Stiria, Karinthia ac Ungaria, numero quasi decem milibus.
Venit in Boemiam usque Chuttam, ibique parum proficiens aeris intemperie impediente,
Nov. 11. rediit circa festum beati Martini eadem via qua venerat ad partes Reni; circa annum Do-
1308. mini 1305. Post hec diversas tirannides exercens in suos, cum maneret in terra Alsacie
Mai. 1. circa Renum in hereditate paterna in festo apostolorum Philippi et Iacobi, recipiens vicem
fraudis quam fecerat in suum predecessorem, a fratruele suo duce Iohanne quem exhere-
daverat a regno Bohemorum propter filios suos quos ibi voluit esse heredes, gladio trans-
fixus subito occubuit, ecclesiasticis sacramentis minime receptis, circa annum Domini 1308.

## Incidencia.

Cont. Herm. 1298. civitas Pataviensis se domino suo Pataviensi episcopo Wernhardo opposuit, et tam episcopus quam canonici civitatem exeuntes, eam per excommunicacionem in certas personas et interdictum in locum spiritualiter, et eciam per machinas a monte sancti Georgii et aliis modis licet non multum fortiter, eosdem cives civiliter inpugnarunt. Volebant enim predicti cives habere magistrum civium, consules et rectores civitatis a se electos, et sigillum speciale, et campanas iam erexerant ad eorum consilium convocandum. Et sic intendebant more regalium civitatum, utpote Ratispona, non regi mandatis episcopi sicut ante consueverant, set propriis rectoribus et magistro. Et super predicta discordia tam ipse episcopus quam cives Albertum regem in curia quam celebravit aput Nûrnberch accesserunt, suas querimonias proponentes. Predictus vero rex non per formam iudicii set per arbitrium eosdem cives cum episcopo concordavit, ita videlicet quod sigillum et campanas domno episcopo tradiderunt, quarum una eciam hodie in ecclesia sancti Stephani Patavie habetur. Promiserunt eciam predicti cives memorato episcopo et suis successoribus de cetero fideliter obedire nec similia attemptare, et insuper coacti sunt dare duo milia librarum Pataviensium pro emenda. Eodem anno exorta est fama de Iudeis, quod corpus dominicum in mortario contuderint, et sanguis in multa quantitate emanaverit, qui postea a Iudeis non poterat occultari. Et ob hoc omnes Iudei in Herwipoli, Nûrnberch, Rotenburch et eciam per totam Franconiam per insultum populi, et quosdam qui se in magna multitudine collegerant, et quendam qui Rintflaischz dicebatur, quem pro principe elegerant volentium vindicare tam recentem iniuriam Salvatoris, incendio sunt cremati. Et adeo valida fuit eorum persecucio, quod eciam castrum regale in Nûrnwerch, castrum eciam Wildenstein prope Novum forum, ut de aliis castris et oppidis Franconie taceam, in quibus se Iudei cum armis defensionis, coniunctis christianis non paucis receperant, sint in brevi diei spacio expugnata, et tam ipsa castra quam Iudei et christiani ibidem incendio perierunt. Et quod durum est dictu, licet durius sit facto: Iudei seniores timentes ne pueri et femine baptisma, ut ignem evaderent, peterent, eos propriis manibus ante se ignibus subiecerunt, et ipsimet postmodum insilierunt in ignem. Arma eciam et pecuniam, ne ipsis cederent christianis, prius quam se ipsos voragini flammarum tradiderunt Et aput Babenberch et aput Amberch contigit idem. Cives tamen Ratisponenses suam volentes honorare civitatem, ipsos Iudeos absque iudicio occidi et destrui vetuerunt, dicentes quod voluntati Dei in Iudeorum interfectione nollent resistere, set expectare donec de hoc quod hec vindicta esset a Domino, eis fieret maior fides. Et sic Iudei Ratisponenses licet cum multa difficultate usque hodie incendium evaserunt.

a) circa — exposuit *manus 4. addidit.*

60) Gerhardus, Dietherus, Wichboldus d. 14. Oct. foedus cum Rudolfo palatino inierunt.

Eodem anno Albertus rex Romanorum celebravit curiam sollempnem[a] aput Nûrnberch, cui interfuerunt principes Alamannie Cont. Herm.
ecclesiastici et seculares et alii nobiles multi. Et in eadem curia quasdam leges edixit, filiumque suum primogenitum Rudolfum
nomine pro duce Austrie deputavit. Circa idem tempus Bonifacius VIII. papa fecit et ad generalia studia sub bulla transmisit sextum librum decretalium, in quo multa que antea erant in scolis et in iudiciis ambigua declaravit, et duos cardinales deposuit, ut patet clarius in eodem. Item controversias et materias questionum inter episcopos, prelatos et clerum ex una parte, et fratres Predicatores et Minores ex altera, que per plures annos iam suscitate duraverant, decidit, ut patet in littera que sic incipit: *Bonifacius episcopus* etc. *Super kathedram preeminencie pastoralis* etc.

1300. Domnus Bonifacius VIII. papa pontificatus sui anno sexto sanctum Ludwicum 1300
regem Francie kanonizavit, et omnes indulgencias accedentium ad basilicas beatorum apostolorum Petri et Pauli in urbe Romana confirmavit; adprobavit et innovavit, et de plenitudine sue potestatis perpetuo augmentavit, ut in eodem et in quolibet centesimo anno completo accedentes causa devocionis ad predictas basilicas, vere penitentibus et confessis, plenissimam omnium suorum peccatorum veniam consequantur, iniungendo pro penitencia Romanis, ut triginta diebus continuis ipsas basilicas ad minus semel in die accedant, forensibus autem per quindecim dies continuos simili modo in penitencie forma. Eodem anno incliti duces Bawarie Otto et Stephanus gladiis militaribus in oppido Lantzhût accincti sunt cum multis nobilibus terre, inter quos erant precipui Albertus et Alramnus iuniores comites de Hals.

1301. tertio Nonas Maii donatum est ecclesie in Osterhoven ius patronatus ecclesie in 1301.
Wintzer per venerabilem in Christo patrem domnum Leupoldum episcopum Babenbergen- Apr. 29.
sem de unanimi consensu tocius capituli eiusdem ecclesie, ad instanciam domni Ulrici huius loci abbatis, anno pontificatus sui quinto[61]. 61

1303. domnus Bonifacius VIII. papa in regem Albertum qui hactenus non fuerat in 1303.
gracia propter infamiam occisionis domni Adolfi regis, consentit et per famosos et honestos
nuncios eum ad graciam sedis recipit, ipsumque in publico sermone in festo apostolorum Mai. 1.
Philippi et Iacobi regem adprobat atque ad coronam inperialem suscipiendam invitat. Ipsa eadem die regem Francie Philippum, qui Romane ecclesie inobediens in multis arguebatur et legatos sedis in sua terra dehonestaverat, excommunicavit et terram suam sub interdicto posuit. Econtra predictus rex Francie in proximo festo beati Iohannis baptiste omnes Iun. 24.
prelatos et doctores regni sui Parisius convocavit, de quorum consilio et consensu quosdam articulos contra predictum papam licet minus racionabiles conscripsit, et ad futurum papam vel concilium contra sentenciam in eum latam coram toto clero sollempniter appellavit. Post hec in festo beati Ieronimi ex procuratione regis predicti ut dicitur, a domno Sept. 30.
Serra senatore et amicis cardinalium de Columpna depositorum, domnus Bonifacius papa predictus in suo palacio Anangnie est obsessus et captivatus, et ad peticionem suam ad Urbem deductus, ubi in lecto decumbens receptis sacramentis ecclesiasticis, Idus Octobris Oct. 15.
feliciter in Domino requievit[62], et sepultus est aput Sanctum Petrum. Post quem eligitur domnus Nycolaus Ostiensis episcopus, et se vocat Benedictum XI. Eodem anno in vigilia assumpcionis obiit domnus Leupoldus Grindla[b] Babenbergensis episcopus, anno pontificatus Aug. 14.
sui septimo. Cui propter discordiam canonicorum eiusdem ecclesie domnus Wulfingus de Stubenberch[b] episcopus Lavandinus succedit, de ordine Predicatorum, datus a domno papa Benedicto XI.

1304. controversia oritur inter regem Romanorum Albertum ac Venzezlaum regem 1304.
Boemie. Unde rex Romanorum predictus congregat exercitum validum aput Noricum, et de consensu domni Ottonis ducis Bawarie descendit per Bawariam usque Lintzam, ubi intravit Boemiam. Set parum proficiens circa festum beati Martini transfert se ad partes Reni. Nov. 11.
Eodem anno aput Perusium Idus Iulii[63] domnus Benedictus XI. papa moritur, et aput Iul. 15.
fratres Predicatores ibidem sepelitur. Et vacat sedes tribus ebdomadis et undecim mensibus.
Eodem anno quarto Idus Augusti domno Alberto iuniori comiti de Hals nascitur filia nomine Aug. 10.
Margareta ex uxore sua Uodelhilde de Zoler, quam baptizat domnus Ulricus noster abbas in castro Haidenburch, et domnus Hugo de Alderspach cum aliis nobilibus levat eam de sacro fonte. Eodem anno domnus Gwilhelmus abbas Premonstratensis regimini cessit, cui domnus Adam, eiusdem ecclesie canonicus, substituitur. Eodem[64] anno in vigilia pente- 1305.
costes eligitur domnus Perchtramus Burdigalensis archiepiscopus in papam, et vocatur Iun. 5.
Clemens V.

a) *iterum sequitur in cod.* celebravit. b) *nomen manus illa 4. addidit.*

61) Privilegium editum est in Mon. B. XII, 430. 62) Captus d. 7. Sept. obiit 5. Idus Octobris.
63) Obiit Non. Iulii. 64) sequenti.

1305. Domnus Otto dux Bawarie videns quia parum profecerat servicio regis Romanorum Alberti in expedicione versus Boemiam, nec recompensam dampni transitus terre sue, nec stipendia sibi et sue milicie promissa habere posset, licet bonis promissionibus Ratisponam et usque Nůrnberch secutus fuisset, et sufficienter fideiussores suos qui erant de potioribus regni, conmonuisset, invitatus a domno Venzezlao II. rege Bohemorum pro defensione regni sui, eidem adhesit et rebus et milicia ei fideliter servire promittit.

1305. 1306. Wenzezlaus II. rex Bohemie infirmitate pregravatus, circa festum nativitatis Iun. 21. sancti Iohannis baptiste bona contricione, receptis sacramentis ecclesiasticis, ut decebat hominem principem christianum, moritur relinquens filium successorem nomine Wenzezlaum III, quem ex germana Alberti regis Romanorum genuit, qui duxit uxorem filiam ducis 65 Gracovie[65]. Cui fidelitate et serviciis domnus Otto dux Bawarie adherebat, sicut antea patri suo promiserat, et eidem ad iussum regis predicti omnes warones terre fidelitatem servare iuraverunt. Et quia predictus rex vivente patre assumptus fuerat in regem Ungarie, insignia regni predicti, cum stare in Ungaria non posset propter infidelitatem ipsius gentis, reducente ipsum patre laboribus et expensis ad regnum Bohemorum, predicta insignia secum asportaverat. Domnum Ottonem ducem Bawarie, cui pater ipsum in morte commendarat, ut regnum suum secundum consilium ipsius gubernaret, regalibus nupciis aput Oct. 9. Brůnnam Moravie civitatem celebratis circa festum beati Dyonisii, eisdem insigniis cum ibidem manerent honoravit, quasi regni Ungarie verissimum heredem[66]. Verum quia predictus domnus Otto sub spe regnandi in Ungaria ad vocacionem quorundam episcoporum et nobilium ipsius regni, renitentibus consiliaribus Bawarie, infra octavam nativitatis beate Sept. Virginis terram suam exierat, adiunctis sibi domno Alberto iuniore comite de Hals, cuius pater infirmitate detentus fuit in Strubinga, necnon domno Hartlibo de Puchperch tunc magistro curie, cum aliis nobilibus paucis, cum esset in Brůnna, animatus maiori audacia de regalibus sibi assignatis, idem regnum cum paucis de Bawaria contra voluntatem Alberti regis Romanorum et filii sui Rudolfi ducis Austrie, sub magno periculo corporis et rerum quasi verus heres intravit possidendum, recipiens se in Buda circa festum beati Nov. 11. Martini, et subsequenter in die beati Nycolay per quosdam episcopos, presentibus multis Dec. 6. baronibus cum comite Ybano et duce Stephano aliisque multis, in Weizzenburch coronatur, habens secum insignia eiusdem regni. Et potenter regnat circa Budam et terminos ibidem vicinos, preciosisque clanodiis a comitibus illius terre honoratur.

1306? Eodem anno domnus Albertus senior comes de Hals infirmitate pregravatus, volens se transferre ad suum dominium, descendit a Strubinga in aqua, venit ad forum Pogen, nec consilio medicorum ultra progredi valens, decubuit et receptis ecclesiasticis sacra- Oct. 5. mentis 3. Nonas Octobris moritur. Deduciturque in aqua usque ad ecclesiam Osterhovensem, et in eiusdem monasterii capitulo honorifice sepelitur per domnum Wernhardum venerabilem episcopum Pataviensem presentibus multis terre huius prelatis.

Sept. Eodem anno Ditricus huius ecclesie canonicus infra octavas nativitatis beate Virginis propter resignacionem domni H. Windbergensis abbatis dicti Netzstoller, postulato generaliter domno Ulrico huius loci abbate, qui eandem electionem ex parte ordinis rexit, et renuncianti eidem, unanimi consensu tocius conventus ipse predictus domnus Ditricus per eundem abbatem ecclesie Windebergensi preficitur.

1307? 1307. Manente in Ungaria domno Ottone rege, ut magis potenter regnare posset, de consilio quorundam Ungarorum sibi filia ducis Ladizlay Ultrasilvani desponsatur. Set postmodum per insidias ut dicitur Alberti regis Romanorum per Ungaros et ipsum Ladizlaum captivatur, ac per annum et amplius in captivitate detinetur. Ubi multas miserias et infinita mala perpessus est.

Eodem anno domnus Albertus iunior comes de Hals et domnus Hartlibus de Půchperch Apr. 23. circa festum sancti Georii, regi iam desponsata uxore, et Ungaris universaliter petentibus ut rex suos a se removeret, sub magnis periculis et quasi vagabundi per terram Karinthie ad proprium solum redierunt, rege nondum captivato et potenter in quibusdam partibus circa Budam regnante. Set brevi tempore ut supra scribitur captivatur.

1306. Eodem anno rex Wenzezlaus III. aput Brůnnam cum in meridie in lecto quiesceret, Aug. 4. a suis occiditur. Cui Rudolfus dux Austrie ab Alberto rege Romanorum patre suo ad

65) i. e. Cracoviae. Erat autem Viola filia Mesconis ducis Tessinensis. 66) scil. nepotem Belae regis ex filia Elisabeth.

peticionem Bohemorum substituitur. Quo breviter mortuo, dux Karinthie Heinricus, habens 1307.
pro uxore filiam regis Wenzezlay II.[67], de consilio domni Ottonis regis Ungarie regnum Iul. 8.
Bohemorum subintravit.

Eodem anno rex Romanorum Albertus, domno Ottone duce Bawarie et rege Ungarie 1307.
manente ut supra scribitur in captivitate Ungarica, ab Austria veniens potenti manu et sine Nov.
conductu voluit transire terram Bawarie per pontem Eni in castro suo Neunburga, domno
Stephano duce Bawarie Lantzhûta graviter decumbente. Audientes quod comites et ministeriales terre eum inpedire volebant, adtendentes sibi et suorum ex hoc pericula imminere, habito itaque consilio congregati sunt cum magna multitudine nobilium et peditum rusticorum ante castrum Neunburc ad ipsum inpediendum. Set predictus rex audiens absenciam capitis et negligenciam vicedominorum, et quia nullius capitanei iussum aspiciebant, nocturno tempore cum armatis ad castrum predictum latenter veniens relicta a dorso sua comitiva circa civitatem Pataviensem, simulans se habere plures armatos, mane oriente sole bini et bini armati procedentes ut imperialem decuit miliciam[68], per pontem Eni predictum ad exercitum congregatum, ipsos Bawaros quasi sine capite ut dictum est manentes, ab obsidione castri fugavit et quosdam captivavit, congregataque milicia terram potenter transivit, incendiis et rapinis eam devastando circa festum beati Martini confessoris.

1308. Domnus Otto rex Ungarie et dux Bawarie mirabiliter a captivitate Ungarica 1308.
liberatus, per Prusciam et Rusciam ad terram suam rediens, in ipsa via filiam ducis Gloavie[69] nomine Elyzabet desponsat, quam postea breviter ducit uxorem. Quem redeuntem Bohemi et Bawari cum maximo gaudio susceperunt, set domnus Albertus rex Romanorum de reversione sua admirans non modicum tristabatur. Eodem anno circa festum beati
Thome apostoli obiit domna Elyzabet comitissa de Hals, relinquens duos filios Albertum et Dec.
Alrammum comites. Ipso anno in die apostolorum Philippi et Iacobi rex Romanorum Al- Mai. 1.
bertus a fratruele suo duce Iohanne gladio transfixus occubuit in Alsacia, et ibidem sepelitur. Eodem anno comites de Hals ceperunt edificare castrum in Wildenstain. Et domnus Otto adducit uxorem cum magno gaudio in terram Bawarie, et veniens in oppidum Strawbing, quam plures nobiles terre ibidem gladiis militaribus accinguntur.

## Anni domni Hæinrici regis.

Anno Domini 1308. occiso Alberto rege principes regni ad eligendum regem con- Nov. 25.
veniunt in Fronchenfûrt in festo beate Katherine, et ibidem unanimi consensu ad inperium Nov. 27.
eligunt domnum Hainricum comitem de Lûtzelburch, qui in proxima post ventura purifica- 1309.
cione[70] Aquisgrani ab archiepiscopo Moguntino in regem ungitur et coronatur ab Augusto Ian. 6.
101^us, a quo omnes principes regni infeodati sunt. Hic primo anno regni sui predecessores suos domnum Adolfum regem avunculum suum, necnon domnum Albertum regem, qui
alias sepulti fuerant, convocatis principibus ecclesiasticis et secularibus circa festum beati Aug. 29.
Michahelis in civitate Spirensi eosdem in regum sepultura honorifice denuo sepelivit anno
Domini 1309. Deinde circa Renum et in[a] Alsacia, Swevia et Franconia per advocatos et 1310.
civitates coniuratas bonam pacem faciens, comitem de Wirtenberch sibi et inperio rebellantem per destructionem castrorum et devastacionem possessionum incendiis et rapinis
quasi omnino destruxit[71]. Ad instanciam eciam Bohemorum mittit filium suum Iohannem Sept.
in Bohemiam ad regnandum ibidem, Hainrico duce Karinthie refutato, adiungens sibi Moguntinum archiepiscopum Petrum et domnum Rudolfum palatinum comitem Reni ad subiugandam sibi terram et barones rebelles. Quod et factum est. Domno itaque Rudolfo ad
terram suam redeunte, Moguntinus ibidem permansit et regem predictum post modicum 1311.
temporis in civitate Pragensi sollempniter coronavit. Domnus autem Hainricus rex Roma- Febr. 7. 1310.
norum predictus a domno Clemente V. papa in regno adprobatus et ad coronam inperii per ipsum invitatus, dirigit iter suum versus Ytaliam, et in Lombardia civitate Mediolanensi se
recipit. Ubi ex adventu suo maximum gaudium clero et populo fuit, et ut dicitur secunda 1311.
corona est coronatus, Paduamque, Bononiam et Brixiam sibi subiugavit. Ian. 6.

a) *deest c.*

67) Annam nomine. 68) Confert Boehmerus Ottonis de S. Blasio locum c. 40. a. 1194. de progressione exercitus imperialis. 69) i. e. Heinrici III. ducis Glogoviae, cui Agnes nomen erat, ut infra recte dicitur a. 1312. 70) in epiphania per Heinricum archiepiscopum Coloniensem. 71) absens, dum ipse in Italia moraretur.

1309. **1309.** Domnus Otto rex et dux cum domno Stephano germano suo memores iniuria-
rum sibi illatarum per regem Albertum in suo transitu, necnon filii sui ducis Austrie in
introitu et exitu de Ungaria, atque spoliorum et rapinarum que paciebatur terra continue
Sept. 20. per suos castellanos, circa festum beati Mauricii[71] castrum in Neunburch ducis Austrie ob-
sidione cingunt, primo per comites de Hals et vicedominos terre, postea congregato
exercitu cum sua presencia, usque ad instantem Domini nativitatem. In quo festo tale
frigus extitit, cui simile raro unquam auditum fuit.

1310. 1310. Bawari manentes in obsidione castri Neunburch, per fossatores et argentarios
Ian. 6. artificiose elaboratum est, ut in die epyphanie muri ipsius castri subfossi ruerent, ut
omnibus introitus pateret, et castellani fugientes, totum quod remansit igne per eosdem
72 consumptum est. Receperunt autem se in castello Wernstain[72], ubi per clementiam
ducum Bawarie diversis mediatoribus canonicis Pataviensibus et aliis nobilibus se inter-
ponentibus, usque ad adventum ducis Austrie sub quibusdam condicionibus et treugis
remanserunt. Quorum capitaneus fuerat nobilis de Lamberch et in Neunburch castel-
lanus.

Mart. Eodem anno circa mediam quadragesimam Fridricus dux Austrie cum maneret in
partibus Reni et esset infeodatus a rege Romanorum Hainrico et cum ipso concordatus sub
quibusdam condicionibus, audiens castrum suum Neunburch a Bawaris destructum, pro
viribus collegit exercitum Rinensium ac Suevorum, descendens per districtum ac dominium
Saltzpurgensis archiepiscopi ad terram Austrie. Congregataque ibidem milicia de Ungaria,
Austria, Stiria atque Karinthia, cum machinis ac diversis aliis armanentis iter arripuit
versus Bawariam ad invadendam eandem terram, atque specialiter ad destructionem castri
Schærding, volens vindicare suam iniuriam de castro Neunburch, habens in comitatu suo
Chunradum archiepiscopum Saltzpurgensem; quorum exercitus equestrium et pedestrium
Aug. ad quindecim milia estimabatur. Et cum venisset ultra Belsam[73], ibidem veniendo in via
obsedit quoddam ligneum tugurium quod dicitur Ried. Ubi per dies quatuordecim mora-
batur, terram Bawarie in istis partibus incendiis et rapinis devastando. Tandem per re-
signacionem castellani illud optinuit, et ultra cum suis progreditur usque Purchusam;
ibique ex alia parte Eni descendens congregatoque exercitu obsedit castrum in Scherdinga
Aug. 15. circa assumpcionem Virginis gloriose. Audiens autem Otto rex et Stephanus dux castrum
suum obsessum, cuius castellani erant Albertus et Alrammus comites de Hals strennui
milites, paulatim congregaverunt exercitum tantummodo de sua terra exceptis paucis
Sept. 8. hospitibus, scilicet duobus comitibus de Trůhenting et Hohenlôch, circa nativitatem beate
Virginis ex illa parte Eni cum sua milicia se collegit ad deffendendum castrum et suum
principatum. In quo exercitu ut dicitur erant mille quingente galee et rusticorum pe-
destrium milia sexaginta. Considerantes itaque Bawari, quod exercitus adversariorum
propter defectum victualium et nimium estum et equorum interitum cottidie diminueretur,
consilio inito audaciam sumunt, presumentes de Dei gracia et oracione religiosorum cogi-
tabant congredi cum illis in bello campestri. Habebant enim secum sacerdotes seculares et
religiosos diversorum ordinum, qui ipsis divina prout decuit christianos faciebant. Et quia
transitus ultra Enum haberi non potuit ad congressionem, de consilio nobilis viri Hartlibi
de Puchperc pontem fabricare ceperunt. In cuius perfectione, cum de mane Bawari trans-
ire cogitarent, ipsi adversarii multitudine rusticorum territi, circa mediam noctem Suevi
cum Australibus, dux cum archiepiscopo, se ad fugam preparaverunt, ita quod circa ortum
Nov. 3. solis tercio Nonas Novembris omnes fugam inierunt, et machinas ac tentoria igne suc-
cenderunt, relinquentes post se ut omnibus videre volentibus patuit, magnos equos, acci-
pitres, galeas, vinum, mensas cum cibis preparatas, vestes cum bracis, que omnia igne
consumpta fuerunt, exceptis hiis que per garciones pro modico vendita sunt. Ex quibus
erat tentorium archiepiscopale, quod dicebatur constare viginti marcas, quod pro quatuor
libris Pataviensibus venditum est. De quibus extant tales versus:

*Actenus audaces Suevi nunc sunt fugientes,*
*Verbis procaces sed factis nil facientes.*
*Constructo ponte Schaerding mox devia querunt,*
*Non vi set sponte, sine bracis vix abierunt.*

71) Vigiliam Mathei indicant Ann. Salisburgenses. 72) Situm est trans Enum, e regione castri Neuburg. 73) Wels ad Trunam fluvium. Inter id et oppidum Burghausen situm est Ried.

*Bawaricus flatus super Enum transagitatus,*
*Terruit Australes, leporum fugiendo sodales.*
*Australis turbe de Schuerding cancer ab urbe*
*Octo tenet furca, quia ......* [a] *sunt ut amurca.*
*Et bis sex ano complectitur ille profano,*
*Ore rapitque novem ceu lupus acer ovem.*

1311. Domnus Otto rex Ungarie et dux Bawarie, mortuo domno Stephano duce me- 1311. diantibus archiepiscopo cum episcopis et quibusdam nobilibus utriusque principatus, consentit in diem colloquii super forma composicionis in controversia ipsius et ducis Austrie, specialiter tamen ad instanciam relicte Alberti regis[74] amite sue, et locus ipsius colloquii 74 deputatur civitas Pataviensis. Ubi conveniunt in die annunciacionis ipsa regina predicta Mart. 25 cum duce Austrie filio suo et alii pociores terre sue, et domnus Otto rex cum filiis domni Stephani ducis Ottone et Hainrico, Rudolfus et Ludwicus comites palatini Reni, Hainricus dux Karinthie et comites de Ortenburch et de Hæimburch, comites de Hals, domnus Chunradus archiepiscopus Saltzpurgensis, Wernhardus Pataviensis, Iohannes Brixnensis et Gurcensis[75] episcopi, cum aliis multis prelatis. Et sic duravit illud colloquium usque ad festum beati Georii. Cuius finis talis erat, quod domnus Otto rex et sui fratrueles, et Fri- Apr. 23 dricus dux Austrie cum domna regina et suis filiis in plenam concordiam redierunt, et contra omnem hominem excepto imperio se iuvare mutuo iuraverunt, remanente duci Austrie castello Wernstain, quod iuramento firmavit cum quibusdam adprobantibus esse de terra Meranica, castrumque suum Neunburch sine dampno principatus Bawarie reedificabit. Capti eciam ex utraque parte liberi dimittebantur, et nobiles ex utraque parte sunt reconciliati. Eodem anno domnus Otto rex ex permissione comitum et aliorum nobilium terre pro relevandis suis debitis recepit proventus[76] omnium religiosorum, episcoporum 76 et virorum ecclesiasticorum, comitum et omnium aliorum nobilium, exceptis hiis qui propriis sumptibus excolebant; ab aliis vero mediocribus et humilibus utriusque sexus partem octavam, sicut et antea fecerat vice bina. Eodem anno obiit domnus Emicho Frisingensis episcopus, cui succedit magister Gotfridus, eiusdem ecclesie decanus.

Eodem anno aput Viennam Gallie in Kalendis Octobris celebratur concilium a domno Oct. 1. Clemente V. papa pro reformacione morum universalis ecclesie et passagio Terre sancte. Et ordo Templariorum qui in magnis casibus delatus fuit concilio, adprobatione eiusdem omnino destruitur, exterminabitur atque deletur. Fuerunt autem in eodem concilio patriarche, archiepiscopi, episcopi numero .....[b], abbates et magistri ordinum cum aliis prelatis in numero copioso, rex Francie Phylippus cum germano et duobus filiis, rex Arragonie cum aliis multis. Finitur autem idem concilium anno sequenti, Iohannis ante portam Lati- 1312. Mai 6. nam, pontificatus domni Clementis V. pape anno septimo.

Eodem anno fuit tanta karistia, quod modius Landawensis siliginis vendebatur pro $6\frac{1}{2}$ libris Ratisponensibus, scaffa Pataviensis pro undecim libris Pataviensibus, Australis modius pro decem libris Wiennensibus.

1312. Domnus Chunradus archiepiscopus Saltzpurgensis obiit 8. Kal. Aprilis, cui Mart. 25. domnus Wichardus[c] eiusdem ecclesie decanus succedit electione canonica, et recipit pallium a domno Clemente V. papa pontificatus sui anno septimo.

Eodem anno 5. Idus Septembris obiit domnus Otto rex Ungarie, dux Bawarie et comes Sept. 9. palatinus Reni, receptis sacramentis ecclesiasticis in oppido Lantzhut, et in claustro monialium ibidem sepelitur, relinquens post se heredem nomine Heinricum ex domna Agnete[d] uxore sua, ducissa Gloavie. Eodem anno domnus Gwilermus Premonstratensis et domnus Petrus Cussiacensis abbates obierunt.

1313. Domnus[e] Chunradus Ratisponensis episcopus 9. Kal. Februarii diem clausit ex- 1313. Ian. 24. tremum. Cui subsequenter in kathedra sancti Petri electione canonica domnus Nicolaus, Febr. 22. regis Boemie prothonotarius, ipsius ecclesie canonicus, succedit. Eodem anno quarto Kal. Iul 29.

a) *lacuna in manuscripto.* b) *lacuna relicta est in manuscripto.* c) *nomen vel alius scriptor, vel idem alio tempore addidit; eadem manus post* succedit *pergit.* d) *et hic ut supra a.* 1308. *scriptum fuit* Elyzabet, *sed postea correctum est.* e) *iterum manus prior pergere videtur.*

74) Elisabeth, filiae Meinhardi comitis Tyrolensis, quae nescio quo pacto amita Ottonis dicatur. monstrat privilegium Ottonis ducis d. Landshut 15. Iun. 1311. in Coll. Priv. Baw. p. 2. BOEHM. 75) Heinricus III. 76) i. e. certos reditus, quos

1313. Augusti obiit domnus Wernnardus Pataviensis episcopus, vir pro mansuetudine Moysy coe-
Iul. 29. qualis, et in sua kathedrali ecclesia sub testudine in abside dextra quam a fundo erexerat,
a domno Aniensi episcopo[77] sepelitur, presentibus octo prelatis sue dyocesis et clero ipsius
civitatis. Cui succedit venerabilis[a] et Deo devotus Albertus.

---

1365. 1365. Illustrissimus[b] Romanorum imperator et Boemie rex Karolus quartus ad preces
et mandata sanctissimi in Christo patris domini Urbani pape quinti, anno pontificatus sui
Mai. 23. tercio, met octingentesimus equitum in crastino ascensionis Domini villam intravit Avinio-
nensem, ubi fere cum dicto domino papa tribus ebdomadis est moratus, et ibidem duo
Iun. 1. mundi capita in die pentecostes in suis pontificalibus ac imperialibus divina peregerunt,
78 presentibus ducibus de Stetin, Rudolfo[78] de Bavaria comite Reni palatino, de Oppelhaim[79]
duobus, de Teschin uno[80], comitibus Iohanne de Leutenberg, de Sobogia, de Schwartzpurch etc.
Eodem anno societas magna venit ad partes Reni, scilicet ante Argentinam, ubi est fugata.
1414. 1414. Concilium Constanciense tractatur, in quo primo infula nostro monasterio per
abbatem Iohannem Vetter impetratur, qui ambitum et paradisum destudinavit, et fontem
in ambitum primitus introduxit.
1417. 1417. Horreum nostrum magnum comburitur, et per tres dominos, Iohannem Vetter,
Iohannem Rauchen, Andream Chawcz, recuperatur. Eodem anno vina et omnia frumenta
grandine fuerunt devastata.
1424. 1424. Pestilentia hic regnat, drecenti moriuntur, duo ordinis fratres Iohannes Tegelsmit,
1425. Ian. 6. Iohannes Cancri. Eodem anno in epiphania dux Iohannes Holandie moritur noster dominus[81].
1425. 1425. Georius lantgravius de Lewtberg intrat ordinem sancti Benedicti in Chästl[82],
qui et comes de Halz nuncupatur. Idem post exivit.
1426. 1426. Leonardus Laimingår episcopus Pataviensis a duce Alberto Austrie patitur peri-
Mart. 24. culum. Item in die palmarum rex Ungarie Sigismundus Wienne electos convocat ad con-
cordandum Bavarie principes super terre divisione atque litigio in Constanciensi concilio
perpetrato. Item prefatus episcopus 27 septimanis regem sequitur, concordiam minime
invenit, sed dux Austrie omnia bona multis annis occupavit. Eodem anno dux Saxonie ab
83 Hussitis fugatur[83], interfectis quatuor milibus. Item nova domus circa coquinam construitur.
Abbas Patavie arrestatur et clavibus privatur.
1427. 1427. Omnes regni electores Bohemiam invadunt cum omnibus terrarum ducibus ad
expugnandum Hussitas circa festum Iacobi[84]. Episcopus Pataviensis Romam transivit[85].
1430. 1430. incipit concilium Basiliense.
1433. 1433. coronatur Sigismundus Romanorum rex in imperatorem.

## PRELATI ET RECTORES ECCLESIE S. MARGARETE VIRGINIS IN OSTERHOVEN AB A. D. 1136. ANNOTATI.

Richwinus annis 2. et resignavit.
86 Truchmarus[86] a. 15.
1155. Engelschalcus a. 25.
1188. Ditmarus mensibus 8, 2 septimanis.
1188. Waltherus a. 15.
c. 1219. Gerungus a. 36.
1228. Ulricus a. 2, et resignavit.
1231. Heinricus a. 10, post hec predicator.
1241. Perchtoldus a. 1, et resignavit.
1242. Hainricus a. 17, et resignavit.
1249. Eberhardus a. 1, et deponitur.
1255. Ulricus a. 2. et resignavit.
1255. Hermannus 6 mensibus, et deponitur.
1258. Albertus a. 3.
1260. Dippoldus a. 5, et deponitur.
1265. Hertwicus 6 mensibus, et resignavit.
1265. Chunradus a. 17, et transfertur.
1282. Ulricus a. 4, ebdomadibus 17.
1286. Albero a. 2, ebdomadibus 10.
1288. Ulricus abbas[d] a. 25 et mensibus 3.
Ulricus abbas a. 10.
Hermannus abbas a. 13.

a) *alius pergit.* b) *sequentia a. 1365. manu aequali, reliqua aliquanto post a diversis adiecta sunt.* c) *annum quo quisque episcopus factus est, ego apposui.* d) *hucusque manus 1.*

77) Chunrado, suffraganeo Pataviensi, v. Hansiz. I, 450. 78) an Ruperto I? 79) Oppeln ni fallor, Bolkone et fort. altero Bolkone de Falkenberg. 80) Primislao, qui fere continuo in comitatu imperatoris erat. 81) dux Bawariae Straubingensis, obiit a. 1425. 82) Kastel in Palatinatu superiori. 83) vel potius duces eius absente Friderico duce, d. 16. Iunii. 84) Die 23. Iulii incepta est oppugnatio oppidi Mies. 85) iam a. 1426. secundum Hansizium qui haec fusius tractavit. 86) nominatus in privilegio Eugenii papae a. 1146. Ceteris annorum numeros apposui ex Annalibus, etsi cum annis regiminis hic indicatis non concordant. Errores manifestos supra indicavi.

# HISTORIAE ET ANNALES
# WINDBERGENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Primordia Windbergensia*[1] *affero ex fol.* 122—126 *codicis Latini Monacensis* 22248 *(Windbergensis* 48) *membran. saec. XII,*[2] *in quo leguntur versus hi:*

*fol.* 1. Hoc confecit opus pater et pastor Gebhardus;
Cuius lectores sint precibus memores.
*et fol.* 131'. Hac in scriptura Petri manus et sua cura
Claustro servivit; ideo per secula vivit.

*Exaratus igitur codex est a Petro monacho iussu Gebehardi, qui post annum* 1146. *ex praeposito abbas primus monasterii factus*[3], *quum hoc munus ad annum* 1191. *usque tueretur*[4], *alios quoque libros scribendos curavit*[5].

*Atque prima opusculi nostri capita tria, quorum primum exhibet de origine loci Windbergensis fabellam, tamquam ab illo ipso pronunciatam, qui eum saeculo nono condidisse fertur, effecta sunt post* 23. *Dec.* 1146[6]; *quibus post* 28. *Nov.* 1167. *affixum quartum est, ubi inducuntur nonnulla, quae iam in capite tertio exposita erant.*

1) coenobii in dioecesi Ratisbonensi siti, a Straubinga inter septentriones et orientem. 2) Continentur autem eo: „Vita S. Sylvestri pape, vita S. Malachiae episcopi in Hybernia, sermo Bernhardi abbatis Clarevallensis de eodem, vita S. Fursei, vita S. Brendani, passio S. Cholomanni, libellus de nativitate S. Marie, passio SS. Gereonis et sociorum eius, vita S. Teudarii abbatis, vita S. Heinrici imperatoris, qualiter ecclesia Windibergensium fundata sit et promota, vita S. Alexii confessoris." 3) V. infra pag. 562 n. 15. 4) Necrol. Windberg. (Mon. Boic. XIV, 98): 2. *Non. Mai. Gebhardus, primus ecclesie nostre abbas, obiit* 1191. 5) Velut codicem Latin. Monacensem 22271 (Windbergensem 71) membr. saec. XII, qui sancti Bernhardi epistolas complectitur et fol. 193. servat versus hos:

*Hoc opus haut grande nec inutile, lector amande,*
*Larga manus largi patris implevit Gebehardi.*
*En Gebehardus ego, qui nunc in corpore dego,*
*Viribus orbatus, exhaustus, debilitatus,*
*Post breve de mundo migrans, hoc consilium do*
*His, amor est quorum mihi pars nonnulla laborum,*
*Quos domus ista regit, ubi me mors dura subegit:*
*Collectis rebus per nos nostrisque diebus*
*Utere, turba rudis, si non nova commoda cudis;*
*Parce modo partis aliene viribus artis,*
*Et que collecta tibi sunt non absque labore,*
*Noli neglecta quorumdam spargere more;*
*Quale sit et quorum tempus cum germine morum,*
*In quo versaris, erras si non meditaris;*
*Undique versantur et cuilibet insidiantur*
*Artes mille doli; falli fuge, fallere noli;*
*Atque tuis memorum precibus memor esto tuorum.*

et codicem Latin. Monacens. 22219 (Windberg. 19) membr. saec. XII, in quo est Augustini de civitate Dei liber et fol 1 addita sunt verba haec: „Iste liber pertinet ad Sanctam Mariam in Windberg, quem fecit scribi secundus *(immo primus)* eiusdem aecclesiae venerabilis et dignae memorie abbas Gebhardus pro obtentu gratiae Dei et beatae Mariae et tuarum lector orationum. Si quis eum quocumque modo aecclesiae huic abalienaverit, anathema sit." 6) V. infra p. 562. n. 15.

*In lucem primus libellum ex nostro codice emisit Canisius Ant. lect. VI*, 400—407, *ed. Basnage III*, 2, 211—215; *quam recensionem secuti sunt et editores Monumentorum Boicorum XIV*, 9—18 *et Böhmerus Font. III*, 519—524. *Bollandus in Act. SS. Ian. I*, 977. *nihil recudi nisi capitis tertii fragmentum iussit.*

*Annales Windbergenses, in quos ex Hermanni Altahensis Annalibus nonnulla illata sunt, praestitit*

1) *Codex Windbergensis, Bavar. Monacensis* 31 (*Latin.* 1031.) *fol.* 48, 48', 52, 56', 57', *ubi non servato annorum ordine variis saeculi XIV. manibus martyrologio adiuncti sunt; hinc etiam prodierunt in Mon. Boic. XIV*, 108—110, *qua quidem editione usus est Böhmerus Font. III*, 524. 525.

2) *Codex monasterii Altahae Inferioris, qui Vindobonae servatur* (*Hist. eccl.* 29), *in quo manus saeculi XV. fol.* 176' *eosdem annales neque integros neque sine mendis ita descripsit, ut Straubingenses annales esse viderentur*[7].

*Berolini*, 14. *Kal. Iulias* 1858.

## PRIMORDIA WINDBERGENSIA.

### 1. *Qualiter locus Windebergensis primitus institutus sit.*

Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter ego Winith nomine aecclesiam construxi in loco, qui nomen trahit a me ipso. Adveni enim de Saxonia in predictum locum primus incola illius loci, et ob hoc, ut predixi, nomen a me traxit, scilicet Winithberc.

Dormivi namque in supra dicto loco, et in sompno vidi aquilam volantem, et ex impetu sui volatus concussa est terra. Et pervenit usque ad me, et tetigit me pennis suis, dicens ad me: *Surge et vade contra flumen magnum, et obvios habebis viatores, et inter illos sciscitaberis, quis vocetur Winith. Hic habet nomen tuum et cooperator tuus erit.* Feci ut iussit, et opere completa est visio. Primum igitur interrogavi eum, qua patria, qua terra vel qua gente advenisset? Et respondit dicens, se venisse de Saxonia cum exercitu Ludwici regis, adiungens, quod deduxissent eum Huni. Et progrediens interrogando dixi: *Quae est mater tua in illis partibus, vel quis frater tuus?* Et respondit: *Mater mea vocabatur Sophya.* Et corruens in collum eius, amplexatus sum eum pre gaudio lacrimans, quia scivi eum ex vera narratione matris meae meum esse fratrem. Quia ergo post illum natus sum, traxi idem nomen, quia vi ablatus erat ex dilectione, qua dilexerat eum nostra mater. Aperui ergo ei in multis sermocinationibus, quas ad invicem confabulati sumus, cor meum de constructione aecclesiae, narrans ei somnium quod vidi. Et ut multa et magna paucis concludam, construximus ecclesiam in honore domini nostri Ihesu Christi et perpetuae virginis Marie et omnium sanctorum. Et per nos peccatores allatae sunt huc reliquiae sanctorum subscriptorum, et in altari per nos conclusis lapidibus absconditae et collocatae, astante Azelino presbytero: De inconsutili tunica Domini; de crinibus sanctae Marie; de quinque panibus qui supererant quinque milibus; de sanguine Domini; de lancea quae aperuit latus Domini; de dalmatica sancti Stephani protomartiris; de stola sancti Iohannis apostoli; de costa sancti Bartholomei apostoli; de ydria in qua baptizavit sanctus Laurentius sanctum Romanum; de thuribulo quod tenuit Zacharias quando loquebatur ei angelus de Iohanne; Agnetis virginis; Emmerentianae virginis; Valerii episcopi; Tyrsi martyris; Albani martyris; Balbinae virginis; Castuli martyris; Prisci martyris; Roudberti episcopi; Nicetii episcopi; Ambrosii episcopi; Antonini martyris; Eufemiae virginis; Vincentii martyris; Gaii papae; Anastasii papae; de cruce sancti Petri apostoli; Georgii martyris; Iuvenalis martyris; de dextro brachio sancti Symeonis, in quo Dominum tenuit, cum delatus est ad templum; Helenae reginae; Bachumii monachi; Urbani papae; Felicis papae; Petronellae virginis; Nycomedis martyris; Zotici martyris; Benigni martyris; Feliculae virginis; Viti martyris; Albini episcopi; Leonis papae; Christofori martyris; Pantaleymonis

7) V. Archiv VII, 478.

martyris; Sennes martyris; Tertullini martyris; Acontii martyris; Simplicii martyris; Iustini episcopi; Cassiani episcopi; Laurentii martyris; Agapiti martyris; Arnolfi episcopi; Rufi martyris; Augustini episcopi; Marcelli martyris; Firmini martyris; Remigii episcopi; Caprasii martyris; Galli abbatis; Kalixti papae; Severi confessoris; Silviani episcopi; Amandi confessoris; Symonis apostoli; Victorini martyris; Theodori martyris; Eustachii martyris; Caeciliae virginis; Rufi martyris; Chrisanti martyris; Agricolae martyris; Iuviani martyris; Eulaliae virginis; Donati martyris; Valeriani martyris; Ignatii martyris; Nemesii martyris; Trophimi episcopi; Emmerammi martyris; Lini papae; Petri episcopi; Euaristi papae; 11 milium virginum; reliquiae sanctorum innocentum; Narcissi episcopi et aliorum reliquiae; sanctorum nongentorum[a] et insuper reliquiae sanctorum quinque milium et trecentorum.

---

Hec est honorabilis et amabilis antiquitas Winithbergensis aecclesiae, quam nos possumus in eadem significatione Venetidunensem a Venetiduno, hoc est a Sclavi monte, si placet, appellare. Nam posteriori tempore supervenerunt reliquiae Oudalrici confessoris et Venezlai ducis ac martyris, itemque apostolorum Petri et Pauli, quas in pendenti crucicula credimus contineri.

### 2. *De beato Willihelmo.*

Huic autem loco, tantis sanctorum pigneribus gratificato, non minimum gratificationis addidit emeritus et vęteranus Christi miles Willihelmus, qui postquam flagrans sancto desiderio plurimas peragraverat regiones, Salvatoris et apostolorum eius aliorumque sanctorum vestigiis ac sepulturis illustres, istic et vivus respirare voluit a periculis fluminum, a periculis latronum, a periculis paganorum ac fluctuum marinorum, et defunctus ac sepultus expectare plenam retributionem laborum suorum in resurrectione iustorum. Laboraverat enim non solum in supradictis periculis, set etiam in vigiliis et ieiuniis multis, in famę et siti, in frigore et nuditate, insuper et ferreorum circulorum coartatione, a qua tamen oportuno loco et tempore divina solutus est miseratione.

Unde non mirum, si pro certiori futurorum bonorum expectatione spiritum meruit prophetiae. Per quem cum multa predixerit, ut nobis beatae recordationis altrix eius comitissa Liutkardis retulit, ista duo memoriae nostrae coherent, videlicet inmanissima clades Saxonici prelii secus Unstruoth fluvium, nimia crudelitate patrati per tyrannidem 1075.
quarti Heinrici, diesque resolutionis ipsius corpusculi. Hunc aptę notatum repperimus in Iun. 9.
festo Victoris pape et martyris, scilicet in 12. Kalendarum Maii[8], ut per hoc etiam designa- Apr. 20.
retur victoriosus ad Christum eius transitus.

Haertwicus[9], honoratae memoriae Ratisponensis episcopus, capellam dedicavit, quam super eum comes Adelbertus[10] in somnis admonitus pro mędicamento gravis infirmitatis edificavit[b]. Referre solitus erat idem beatus Willihelmus de quodam ministro et conviatore suo nomine Iwano, quod mox ut obisset thureis odoribus per divinam gratiam commendatus fuisset.

### 3. *De beato Engilmaro.*

Preterea suggerente venerabili Ruodberto presbytero, et annuente prefato comite Adelberto, cessit in dominium huius loci silvestris cella sancti Engelmari, de quo nos plura scribendi futuris scriptoribus occasionem dare cupientes, diligentis inquisitionis inicia ponimus.

Denique repperimus, eum natione fuisse Baioarium, genere et opere georgium, hoc est terrae colonum, set abdicatis terrenis desideriis propriisque facultatibus pro amore Christi derelictis, heremiticae vitae disciplinam coepisse sub eruditione sancti Gregorii, Armeniorum quondam ut ferunt archiepiscopi, set tunc uberiori spe caelestis premii voluntariam paupertatem cum peregrinatione circa Pataviam sectati. Quo defuncto secundum quod ipse predixerat nona Kalendarum Octobris circa meridiem, hora qua illa famosissima 1093.
solis eclypsis accidit, quam non solum maxima mortalitas set et Hierosolimitana sequebatur Sept. 23.

a) nogentorum *cod.* b) edicavit *cod.*

8) Cf. Acta SS. Apr. II, 748. 9) primus, 1105—1126. 10) de Bogen, filius Aschwini. Cf. supra De advocatis Altahensibus.

expeditio auctore papa Urbano secundo, contulit se beatus Engilmarus in solitudinem requietionis suae, factaque inibi mansione, coepit laboribus manuum suarum iuxta psalmistam et apostolum vivere, et nichilominus vigiliis et ieiuniis et orationibus conditoris sui gratiam spiritu fervens querere.

Cumque pro bonitate et religione sua valde acceptus esset omnibus qui in circuitu eius erant, socius suus, novus Cain appellandus, invidia ductus potioris ei divinitus collatae gratiae, seque dolens inaequalem apparere, remotis arbitris non exhorruit in illum manus extendere percussumque nive et ruderibus operire. Fertur enim post octavam
1100? epyphaniae proxima die facinus hoc perpetrasse[11], et usque ad pentecosten variis simula-
Ian. 14. Mai. 20? tionibus et dissimulationibus occultasse. Ultra vero sollempnitatem sancti Spiritus non debuit tanti sceleris reus latere, quoniam ipsius est etiam mundum de peccato arguere. Igitur novi Abel sanguine ad Dominum clamante, vagus et profugus factus est recens Cain ille, qui singularem heremi potestatem cum equipollentia favoris humani post mortem beati Engilmari speraverat obtinere; exemplo Iudeorum, qui propter obtinendum locum occiderunt Christum, set propter occisum Christum perdiderunt locum et dispersi sunt in omnem ventum.

Veniens autem vulgaris quidam sacerdos, inventum corpus vulgariter sepelivit, videlicet non secundum sublimitatem sanctitatis, set secundum humilitatem paupertatis. Huius enim diligentiae pietas et merces servabatur supradicto Roudberto, olim dumtaxat populari presbytero, nunc autem et artioris conversationis emulo, uti scilicet digno dignum monumentum prepararet, in quo tunc sacra ossa eius transponerentur, cum etiam aecclesia
12 lapidea eiusdem Roudberti patratu super eum constructa dedicaretur[12], anno videlicet in-
1131. carnationis dominicae millesimo centesimo tricesimo[a] primo, Romanorum presulatum et regnum concorditer gubernantibus Innocentio secundo et Lothario[b].

A prima tamen sepultura divino instinctu tamquam lex obtinuit, ut singulis annis in media pentecostes ebdomada populus ibi confluat, et caelitus designati martyris patrocinia devotus requirat. Nam sicut fideles in verbis suis adhuc superstites viri pronuntiant, cum aliquando locus ille nullum habitatorem haberet, et vilis aedicula sepulchrum venerabilis heremite protegeret, ipsique forte noctu preterirent, prospexerunt ibi numerosa luminaria divinitus accensa mirabili claritate radiantia, seque non solum ad introspiciendum set etiam ad introeundum provocantia. Insuper odorati sunt et suavissima aromata absque specie aromatica. Preterea plures infirmi et afflicti medelas et ereptiones ibidem perhibentur experti. Set quia nobis ignoti sunt, notos expectamus de quibus scribamus, futuris namque temporibus maiorem Dei gloriam speramus illic apparituram.

1140. Oct. 4. Defuncto itaque Roudperto venerabili loci huius preposito primo[13], successit Eberhardus quidam Frisingensis de Sceftlar, qui vix sedit uno anno.

1141. 1141 | 1142. Quo propter intemperiem morum suorum amoto, successit Gebehardus Coloniensis de Bedenburg. Qui precipiente papa Eugenio a venerabili Heinrico[14] Ratisponensis aecclesiae episcopo secundum statuta ordinis Premonstratensis consecratus est in abbatem[15]. Huius studio ac labore, deserta antiqua parrochiali aecclesia, monasterium novum est perfectum atque gloriosissime dedicatum, sicut scripta sequentia plenius testantur.

1142. Mai. 21. Anno millesimo centesimo quadragesimo secundo ab incarnatione dominica, gubernante monarchiam rege Chounrado, presidente diocesanae nostrae aecclesiae venerabili Heinrico episcopo, anno primo ingressionis venerandi patris et provisoris huius loci Geb-
16 hardi[16], in disciplina et religione per omnia studiosissimi[c], fundamento templi noviter posito, muroque sanctuarii tantum initiato, consecrata sunt tria altaria in capitibus huius aecclesiae: altare sancti Petri et Pauli ad meridiem, et altare sancti Iohannis euangelistae

a) tricesimo *addidi*. b) *sequebatur* tertio, *sed est erasum*. c) studiossimi *cod.*

11) Necrol. Windb. (Mon. Boic. XIV, 91.): 19. *Kal. Febr. Engelmarus solitarius.* Hugo, Annales ord. Praemonstr. II, 1164. affert hunc titulum sepulcralem: *Anno ab incarnatione Domini MC. occisus est beatus Engelmarus solitarius in silva.* 12) a Chunone I. ep. Ratisponensi (1126—1132), cuius dies supremus in Necrol. Windberg. (Mon. Boic. XIV, 98.) sic notatus est: 16. *Kal. Iunii Chuno ep. Ratisp., qui fuit patruus Chunonis episcopi iunioris. Iste dedicavit ecclesiam S. Engelmari in silva.* 13) die 4. m. Oct. Necrol. Windb. (Mon. Boic. XIV, 103): 4. *Non. Octobr. Routbertus prepositus primus huius ecclesie.* 14) primo, 1132—1155. 15) idque post d. 23. Dec. 1146, bulla enim eius diei (Reg. pont. Rom. n. 6269.) Gebhardo praeposito, non abbati, concessa est. 16) Is factus igitur praepositus est inter d. 21. Mai. a. 1141. et eundem diem anni 1142.

et sancti Andreae ad septentrionem in duodecima Iunii Kalenda; in secundo die, id est 1142.
undecima Iunii Kalenda summum altare in honore sanctae et individuae Trinitatis, beatae Mai. 21. Mai. 22.
Marie[17] et sancti Augustini et sanctorum plurimorum, quorum nomina sunt subscripta. 17
Consecravit autem ea videlicet altaria dominus Stiko episcopus Olmucensis[18] de provintia quae est Moravia, vir magni nominis et meriti, tam spiritalibus quam laicis acceptus et gratus personis, amator religionis quantum ad professionem nostri ordinis, scilicet Premonstratensis; presente fundatore loci, nobili comite Adelberto cum uxore sua nomine
Hedewic[19], et duobus filiis suis Hertwico et Perhtoldo. Qui quaecumque prius donaverat, 19
super altare sanctae Marie supranotatum coram tanta multitudine fideli devotione delegavit.

---

### 4. *Qualiter dedicatum sit monasterium.*

Quia plerumque etiam ea, quae utiliter et laudabiliter fiunt. in oblivionem ex negligentia solent venire, idcirco aecclesiae nostrae consecrationem dignum duximus litteris commendare.

Anno igitur dominicae incarnationis 1167. indictione prima, dedicata est haec basilica 1167.
in honore beatae et perpetuae virginis Marie[20] a venerabili et sanctae conversationis viro Nov. 28.
Iohanne[21] aecclesiae Olmucensis antistite 4. Kal. Decembris. Consecrata sunt etiam eodem 21
die duo altaria, unum in medio monasterii in honore sanctae crucis, alterum in latere
septentrionali in honore sancti Egidii. Proximo autem die, scilicet 3. Kal. Decembris, con- Nov. 29.
secravit idem reverendus et sepe nobis memorandus episcopus altare in meridionali latere monasterii in honore sanctorum Mauritii Gereonis Victoris ac sociorum eorundem, et alterum altare in septentrionali absida chori in honore beatissimi confessoris Nycolai.

Summum autem altare et duo altaria altrinsecus e latere consecrata fuerant anno 1142. 1142.
undecima Kal. Iunii a venerabili et pie memoriae episcopo Stikone, prememorati patris et Mai. 23.
domini nostri Iohannis predecessore, quorum devotio eo amplius in nos enituit, quo uterque nostri ordinis, nostrum ordinem honorare curavit. Utraque autem consecratio mediante et impetrante reverentissimo patre et vigilantissimo pastore nostro Gebehardo perfecta est. Pro quo tum communiter tum specialiter in perpetuum orare necesse habemus, cuius tam eximium devotionis fervorem circa locum nostrum cognovimus.

A[a] dedicatione altaris maioris usque ad dedicationem monasterii computantur anni 25 et 27 ebdómade et dies una.

He reliquiae continentur in maiori altari: De ligno Domini; de sindonę Domini; de terra ubi natus est Christus; de petra ascensionis eius; reliquiae sanctae Marie matris Domini et de crinibus eius; Iohannis baptistae; Petri apostoli; Andreae apostoli; Marci ęuangelistae; sancti Petri discipuli apostolorum; Stephani protomartyris; Clementis papae et martyris; Blasii martyris; Laurentii martyris; Kyliani martyris; Vincentii martyris; Lamberti martyris; Dyonisii martyris; Georgii martyris; sanctorum Iohannis et Pauli martyrum; Viti martyris; Mauritii martyris; Sebastiani martyris; Tyburtii martyris; Pancratii martyris; Vitalis martyris; Adriani martyris; Fortunati martyris; Benigni martyris; Ypoliti martyris; Valentini martyris; Albani martyris; Venzezlai martyris; Innocentis martyris; sanctorum innocentum; Candidi martyris; Friderici martyris; Gregorii papae; Martini confessoris; Nycolai confessoris; Roudperti confessoris; Basilii confessoris; Herhardi confessoris; Oudalrici confessoris; Augustini confessoris; Dyonisii avunculi sanctae Afre; Ieronimi confessoris; Egidii confessoris; Abraham confessoris; Saturnini confessoris; Ceciliae virginis et martyris; Luciae virginis et martyris; Anastasie virginis et martyris; Candide virginis; Valentine virginis; undecim milium virginum; Gerdrudis virginis; Virgineae virginis; Waltpurge virginis; Margarete virginis; Afre martyris.

a) A — una *in margine addita sunt.*

17) in Necrol. Windberg. (cod. Germ. Monac. 17, Windb. 36) legimus: 11. *Kal. Maii Dedicatio altaris S. M.* 18) Heinricus Stiko. 19) eius mors in Necr. Windb. (Mon. Boic. XIV, 106.) sic est adnotatus: *Kal. Decemb.* 1162. *ob. Hadewich comitissa, fundatrix loci huius.* 20) Necrol. Windb. ms.: 4. *Kal. Decembr. Dedicatio ecclesie S. M.* 21) 1157 —1172; eius dies supremus in Necrol. Windb. (Mon. Boic. XIV, 96.) sic adnotatus est: *Kal. April. Iohannes episcopus Olomucensis; iste dedicavit ecclesiam nostram et altare crucis et altare S. Egidii.*

He reliquiae continentur in altari sanctae crucis: Iohannis baptistae; Petri apostoli; Andreae apostoli; Bartholomei apostoli; Mathei euangelistae; Lucae euangelistae; Stephani protomartyris; Urbani papae et martyris; Ianuarii episcopi et martyris; Apollinaris episcopi et martyris; Lamperti episcopi et martyris; Laurentii martyris; Sebastiani martyris; Chrisogoni martyris; Victoris martyris; Quirini martyris; Ypoliti martyris; Georgii martyris; Gervasii et Protasii martyrum; Nazarii et Celsi martyrum; Abdon et Sennes martyrum; Crispini et Crispiniani martyrum; Gregorii papae; Damasi papae; Martini episcopi; Wolfkangi episcopi; Oudalrici episcopi; Gothardi episcopi; Herhardi episcopi; Germani confessoris; Ieronimi presbyteri; Iustini presbyteri; Agathae virginis et martyris; Cecilie virginis et martyris; Verene virginis; Scolasticae virginis; Radegundis virginis; undecim milium virginum.

He reliquiae continentur in altari sancti Egidii: Petri apostoli; Bartholomei apostoli; Thome apostoli; Blasii episcopi et martyris; Dyonisii episcopi et martyris; Erasmi episcopi et martyris; Vincentii martyris; Chrisogoni martyris; Pancratii martyris; Ursi martyris; Ypoliti martyris; Valeriani martyris; Theodori martyris; Vitalis martyris; Martyrii martyris; Marci et Marcelliani martyrum; Egidii confessoris; Nycolai episcopi; Maximini episcopi; Gothardi episcopi; Epyphanii episcopi; Oudalrici episcopi; Wolfkangi episcopi; Leonardi confessoris; Antonii confessoris; Florini confessoris; Benedicti abbatis; Nonnosi confessoris; Savini confessoris; Heinrici confessoris; Marci confessoris; Cecilie virginis et martyris; Gerdrudis virginis; Christine virginis; Speciosae virginis; Marie Magdalene; Hylariae martyris; undecim milium virginum.

He reliquiae continentur in altari sancti Nycolai: Pauli apostoli; Andreae apostoli; Phylippi et Iacobi apostolorum; Stephani papae et martyris; Cleti papae et martyris; Syxti papae et martyris; Apollinaris episcopi et martyris; Lamperti episcopi et martyris; Laurentii martyris; Chrisogoni martyris; Christofori martyris; Albani martyris; Valeriani martyris; Pancratii martyris; Cyriaci martyris; Venzezlai martyris; quatuor coronatorum; Cosme et Damiani martyrum; Marci papae et confessoris; Nycolai episcopi; Martini episcopi; Augustini episcopi; Ambrosii episcopi; Rustici episcopi; Gothardi episcopi; Heinrici confessoris; Florini confessoris; Cecilie virginis et martyris; Waltpurgis virginis; Balbine virginis; Leutrudis virginis.

He reliquiae continentur in altari sancti Mauritii: Andreae apostoli, Bartholomei apostoli; Mathei euangelistae; Mauritii, Gereonis, Victoris martyrum; Cassii atque Florentii martyrum; Dulcissimi et Karissimi martyrum; Marci et Marcelliani martyrum; Felicissimi et Agapiti martyrum; Felicis et Adaucti martyrum; sanctorum Thebeorum; Clementis papae et martyris; Viti martyris; Georgii martyris; Vitalis martyris; Pancratii martyris; Sebastiani martyris; Christofori martyris; Quirini martyris; Cholomanni martyris; Rustici martyris; Anastasii papae; Alexandri papae; Gothardi episcopi; Pantuli episcopi; Benedicti abbatis; Cecilie virginis et martyris; Emmerentiane virginis et martyris; Tharsille virginis; Pelagie martyris; undecim milium virginum.

He reliquiae continentur in cruce in medio monasterii pendenti: De ligno Domini; de sepulchro Domini; de mensa Domini; de sudario Domini; de sepulchro sanctae Dei genitricis Marie; Iohannis baptistae; Pauli apostoli; Iacobi apostoli; Bartholomei apostoli; Stephani protomartyris; Marcelli papae et martyris; Alexandri papae et martyris; Fabiani papae et martyris; et de lapide sancti Stephani; Lamberti episcopi et martyris; Laurentii martyris; Mauritii martyris; Victoris martyris; Christofori martyris; Iustini martyris; Vincentii martyris; Cyriaci martyris; Quiriaci martyris; Pancratii martyris; Constantii martyris; Sisinnii, Martyrii et Alexandri martyrum; Gregorii papae; Martini episcopi; Nycolai episcopi; Augustini episcopi; Simpliciani episcopi; Aurelii episcopi; Valentini episcopi; Heinrici confessoris; Benedicti abbatis; Agathae virginis et martyris; Agnetis virginis et martyris; Ceciliae virginis et martyris; Afrae martyris; undecim milium virginum.

---

1158. Anno 1158. 11. Kal. Maii a venerabili episcopo Hertwico Ratisponensi[a] secundo[22], in-
Apr. 21. vitato ab abbate huius loci reverendo Gebehardo, dedicata est aecclesia beati Blasii ad

a) Ratisponensis *cod.*

22) 1155—1164, cuius dies supremus in Necrol. Windb. (Mon. Boic. XIV, 102.) est ita notatus: 11. *Kal. Sept. Hartwicus episcopus Ratisponensis secundus; iste dedicavit capellam sororum et ecclesiam nostram in Erinpra.*

sorores[23], in honore sanctae et individuae Trinitatis et sanctae crucis et sanctae Marie semper virginis, Iohannis baptistae, Petri apostoli, Pauli apostoli, Iacobi fratris Domini; et sanctorum martyrum: Stephani protomartyris, Blasii episcopi et martyris, Laurentii martyris, Emmerammi episcopi et martyris, Viti martyris, Pancratii martyris, Georgii martyris, Ypoliti martyris, Dyonisii episcopi et martyris, Eustachii martyris; et sanctorum confessorum: Augustini episcopi, Sylvestri papae, Nycolai episcopi, Martini episcopi, Oudalrici episcopi, Egidii confessoris, Leonardi confessoris, Amandi confessoris; et sanctarum virginum: Marie Magdalene, Agathe virginis et martyris, Ceciliae virginis et martyris, Agnetis virginis et martyris, Margarete virginis et martyris, Barbare virginis et martyris, Pelagie martyris. 23

He reliquiae continentur in altari sancti Martini: Iacobi apostoli; Mathei apostoli et euangelistae; Stephani protomartyris; Victoris martyris; Blasii episcopi et martyris; Sebastiani martyris; Mauritii martyris; Pancratii martyris; Christofori martyris; Theodori martyris; Emmerammi episcopi et martyris; Martini episcopi et confessoris; Nicolai episcopi et confessoris; Wolfkangi episcopi et confessoris; Oudalrici[a] episcopi et confessoris; Leonhardi confessoris; Bernhardi abbatis et confessoris; Cecilie virginis et martyris; Agathe virginis et martyris; Iuliane virginis et martyris; undecim milium virginum.

---

## ANNALES WINDBERGENSES.

Anno[b] Domini 1196. inperatrix peperit filium, qui vocatus est Fridericus. Quod ut primum per Albertum comitem de Pogen tunc in Apulia existentem Heinrico inperatori innotuit, gratiam suam, qua tunc carebat, recipere promeruit. Set et Otacharo Bohemo, qui et Premœvzel, cesaris gratiam et ducatum pristinum inpetravit. Destitutus enim in curia Wormacie celebrata fuerat pro eo, quod contra ducem Ludwicum in auxilium Alberti comitis Bawariam intraverat. Eo tempore per iam dictum comitem Albertum ecclesia ista sanctum Sabinum episcopum et martyrem de Apulia recepit in patronum[24]. Herm. Altah. annal. 24

Item anno Domini 1218. constructa est nova Strubinga.

Anno[c] ab incarnatione Domini 1241. sol occubuit in meridie et stelle vise sunt pridie Nonas Octobris. Oct 6.

Item anno Domini 1288. predicta civitas nova scilicet Strubinga ex ingnis voragine in vigilia sancti Pantaleonis martyris[d] Christi miserabiliter penitus[e] est destructa. Iul. 27.

Item anno[f] Domini 1313. habitus est conflictus iuxta villam Gamelstorf[25].

Item anno Domini 1315. facta est fames magna, ita quod scaffa siliginis solvebat quinque libras et sexaginta denarios monete Ratisponensis[g].

Item anno Domini 1316. turris ista est constructa in altitudine trium interceptalium, pars vero superstes est fere estructa[h].

Item anno Domini 1322.[i] habitus est conflictus iuxta pratum Empfing[k, 26] in vigilia Michahelis archangeli, ubi excellentissimus[l] princeps ac rex Ludwicus pro imperiali regno Romanorum venustam obtinuit victoriam adversum Fridricum ducem Austrie ac Hainricum, germanum suum. Sept. 28.

Item anno Domini 1332. domnus Ludwicus inperator[m] obsedit civitatem Strubingam[n] circa festum sancti Udalrici* confessoris Christi et ibi permansit usque ad quintam feriam ante festum sancti Bartholomei; et fecit pontem iuxta oppidum quod dicitur Chabers**[27]. c. Iul. 4. Aug. 20.

* secunda feria post festum sancti Udalrici 2. Iul. 6.

** pontem iuxta Chagers ultra Danubium 2.

Item anno Domini 1338.[o] mense Septembri volaverunt multitudo locustarum per totam Bawariam. Et eodem anno cremati sunt Iudei in Strubinga necnon[p] in Tekendorf[28] scilicet pridie Nonarum Octobrium; unde[q] versus: Oct 6.

a) Oualrici *cod.* b) Anno — patronum *desunt* 2. c) Anno — Octobris *desunt* 2. d) martyris Christi *desunt* 2. e) penitus *deest* 2. f) Item anno — Gamelstorf *desunt* 2. g) Ratisponensis *deest* 2. h) 1316 turris in medio civitatis Straubing est constructa 2. i) 1216. 2. k) iuxta villam Gamelstorff 2. l) excelentissimus 2. m) 1302. prefatus princeps ac imperator 2. n) Straubing 2. o) 1306. cremati — Nonarum Octobris. Anno quoque eodem multitudo locustarum volaverat per totam terram Babarie. 2. p) necnon — Tekendorf *addidit alia manus* 1. q) unde — locuste *desunt* 2.

23) Necrol. Windberg. ms.: 11. *Kal. Maii Dedicatio capelle S. Blasii.* 24) Mors eius in Necrolog. Windberg. (Mon. Boic. XIV, 107.) sic annotata est: 14. *Kal. Ianuar. a. Dom.* 1197. *ob. Albertus comes, advocatus noster. Iste attulit nobis sanctum Sabinum patronum nostrum.* 25) a Landshut ad occidentem. 26) Ampfing. 27) Kagers supra Straubing. 28) Deggendorf ad Danubium.

Annis millenis ter denis et octo trecentis
Iudaicus populus tunc temporis est trucidatus,
Cum volavere per terras multe locuste.

Item anno Domini 1342. diluvium erat tantum, quod aque fluxerunt ultra pontem in Straving[a].

Item anno Domini 1347. obiit[b] prenominatus inperator Ludwicus in festo sancti
Oct. 10. Gereonis.

Anno Domini 1348. terre motus mangnus factus est in die conversionis sancti Pauli[c]
Ian. 25. apostoli[d]; unde versus:

M, C triplicata, semel L, minus I geminata
Dat terre motum Pauli conversio notum;
Vespera dum canitur, hec motio sic agitur,
Singula terrentur, turres et castra moventur.

Item anno Domini 1356. iterum factus est terre motus magnus in die sancti Luce
Oct. 18. ewangeliste in galli cantu[e] noctis.

29 Item anno Domini 1356. inclitus dux Albertus Bawarie[f] obsedit castrum Naterberch[g] [29].

Item anno Domini 1360. predictus dominus dux Albertus circumvallavit castrum
30 Hilkersperg[30].

Item anno Domini 1379. pavimentabatur area huius civitatis[h].

Anno Domini 1390[i] sub Romano pontifice domino domino papa Bonifacio nono extitit annus iubileus Rome, universo orbi plena indulgencia pene et culpe.

Anno Domini 1392. sub eodem Romano pontifice extitit annus iubileus in Bawaria civitate Monacensi, temporibus illustrissimi ducis domini domini Stephani eiusdem provincie, qui tunc temporis predictam gratiam impetravit et obtinuit a supradicto domino apostolico omnibus huius regionis, necnon cunctis Christi fidelibus venientibus per tres dietas circumiacentes[k] provincie Bawarie, omnibus confessis et contritis plenam indulgenciam
Mart. 17. pene et culpe. Et duravit pro temporis spacio a dominica Oculi usque in octavam sancti
Aug. 1. Iacobi apostoli.

Anno Domini 1393. sub Bonifacio papa nono impetratus est nobis annus iubileus ab illustrissimo domino rege Bohemorum eodem valore et gratia, nulla intercipiente differencia, veluti Rome ex antiqua consuetudine fieri perhibetur.

Iun. 15. Anno Domini 1393. in die sancti Viti et sociorum civitas Strawbinga, in vicinio sita, divina permittente clementia ex fulmine seu grandine quasi semiusta est visa.

---

Ian. 1. Anno[l] Domini 1407. in die circumcisionis Domini fuerunt tonitrua et fulgura etc.

a) Straubing 2. b) obiit *addidi ex* 2. c) hora vesperarum *add.* 2. d) apostoli — moventur *desunt* 2. e) primo *addidit* 2. f) WA 2. g) Noterberck 2. h) 1379. pavimentata est area civitatis in Straubing 2. i) *anni* 1390 — 1393. *desunt* 2. k) circumiacentibus 1. l) Anno — etc. *desunt* 1.

29) Natternberg a Deggendorf ad occidentem. 30) Hilgartsberg inter Pataviam et Deggendorf.

# ANNALES ET NOTAE

# S. EMMERAMMI RATISBONENSES ET WELTENBURGENSES

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Prodeunt hoc loco minora quaedam monumentorum historicorum naufragia, quae partim iam antehac edita partim adhuc ignorata, fere omnia ex coenobii sancti Emmerammi Ratisbonensis, veteris illius litterarum domicilii*[1], *codicibus derivavimus. Sunt autem haec:*

1) Quam multi quorumque generum libri iam exeunte saeculo X. (abbate Ramuoldo 975—1000.) in monasterii bibliotheca collocati essent, ex catalogo cognosci potest, quem manu saec. X. exeuntis vel initi saec. XI. exaratum comprehendit codex quondam S. Emmerammi, post S. Michaelis Bambergensis, hodie Pommersfeldensis 2821. a Bethmanno in Archiv IX, 534. adumbratus, quemque hoc anno cum Pommersfeldae essem exscripsi. En ille: *Incipit adbreviatio librorum Sancti Emmerammi*[a], *quae tempore Ramuoldi abbatis facta est. Euangelia* 16; *eorum quattuor auro parata. Missales* 19. *Lectionarii* 3. *Epistolares* 4. *Gradales* 8. *Antiphonarii* 8, *in quorum uno, quem Louganpertus dedit, gradalis continetur. Psalteria* 19. *Bibliothecas* 2; *in una vetus, in altera novum testamentum continetur. Geneseos* 1. *Omeliae Origenis super geneseos. Item omeliae Origenis super opus eiusdem et insuper* 12 *libri diversorum auctorum. Expositio Bedae de tabernaculo* . . . . . . *paralippomenon. Regum libri* 2. *Raboni expositio super eundem. Et libri tres questionum. Machabeorum libri* 2. *Et expositio Raboni desuper. Duo libri Salomonis parabolarum et Bedae expositiones duae desuper et super cantica canticorum. Super psalterium libri* 11 *idem.* .*siodori* 2. *Hieronimi* 2. *Augustini* 2. *Expositiones duae Ambrosii super Lucam et unam Bedae. Item expositio super Marcum Bedae. Item expositiones super* 4 *euangelia diversorum auctorum* 5; *Augustini tres: una super Matheum, duae super Iohannem; item Albini super Iohannem. Super epistolas Pauli expositiones* 8: *Augustini, Hieronimi, Iohannis. Omeliae auctorum diversorum* 19. *Epistolae* 2 *Pauli. Isidorus de* 7 *regulis legis. Augustinus de bono mortis et ratio animae Augustini et Hieronimi. Exempla catholicae fidei. Moral. Iob* 7. *Istoria Iob* 1. *Ezechielis istoria* 1 *et expositiones desuper Gregorii papae* 2 *et Hieronimi* 2. *Pastoralis cura* 10. *Dialogi* 2. *Canones* 18. *Istoria Isaiae et duae expositiones Hieronimi super eam. Libri* 5 *prophetarum in uno codice: Daniel, Iohel, Naum, Michea, Malachias. Regulae* 19. *Ecclesiastici* 2. *Alani* 2. *Glosae diversorum librorum et auctorum* 37. *Libri sententiarum* 2. *Libri* 2 *super passionem Domini. Libri* 6 *Isidori. Augustini libri* 10. *Questiones Victorini de sancta Trinitate. Liber* 1 *officiorum Raboni. Libri* 3 *Effrem. Passionaria* 24. *Libri scintillarum* 3. *Libri* 2 *orationum. Liber* 1 *officiorum Isidori. Ymnarii* 7. *Super epistolas Iohannis expositiones* 2 *Augustini. Bedae expositio super epistolas canonicas et super apocalipsin Augustini in uno libro. Isidorus de enigmatibus. De compoto* 17 *libri. Liber Alexandri. Tractatus Ambrosii de officiis. Iulianus Pomerius de activa et contemplativa vita. Libri* 10 *de medicinali arte. Istoria* 1 *Hieremiae. De fide catholica Albini. Libri* 2 *de simbolo sancti Augustini. Vitae sancti Augustini* 3. *Vita sancti Gregorii* 1. *Isidorus de natura rerum. Libri* 2 *sancti Silvestri. Liber* 1 *Clementis. Libri* 2 *de Maria Egiptiaca. Epistolae Leonis* 2. *Expositiones* 2 *in Danihelem prophetam Hieronimi. Liber Throiani belli. Expositio Raboni super lib.* 2. *Prosper de contemplativa vita. Officia* 3. *Hieronimus de gradu episcopali. Super* 7 *psalmos Beda. Vitae patrum* 2. *Omeliae Cesarii et de tran* . . . . *Cassiodorus de anima* 1. *Prognosticum. Vita sancti*

a) Emmerammi *est erasum in codice, sed illito liquore ammonii sulphurati comparuit.*

*I. Fragmentum de Arnulfo duce Bavariae, quod quo minus luminis habent ea, quae tractat, tempora, eo vehementius ad sese lectorem convertit. Est autem positum manu saec. XII. in priore sexternionis pagina, fol.* 70 *membranacei forma quadrata codicis, hodie in bibliotheca regia Monacensi servati, Emmerammiani* G. 113, *cuius folium* 70' *initium libri Martiani Capellae, folium vero* 69 *euangelii Lucae partem exhibet erasam; quem codicem et Coelestinus in Ratisbona monastica p.* 232 *ac Gercken Reisen durch Schwaben,* 2 *Baiern cet. II,* 104. 105[2] *in editionibus curandis sunt secuti, et Pertzius hoc anno in rem nostram consuluit. Habes igitur exitum perexiguum libelli, quem quidem omnino non magnum admodum fuisse suspicer, cuius tamen vetustas et res et intentio nos gravissimo partis amissae desiderio afficiunt. Qui enim paravit opusculum, homo acerrimo patriae suae Bavaricae studio repletus, is et sodalis certe fuit monasterii Emmerammiani*[3] *et ipso Arnulfo duce aut vivo etiam* (921—937), *aut non diu mortuo scripsisse statuendus est, tum quod totus in laudatione ducis versatus longissime abest a sententia scriptorum Bavaricorum, qui posterioribus saeculis Arnulfum uno ore obiurgantes, cognomen Mali ei imposuerunt; tum quod relatio animum non Saxonico solum Heinrico I. sed universae etiam regis Germanici potestati infestissimum prodit, utpote qui item Arnulfi quidem diebus consentaneus fuerit, sed ab inferiore aetate alienus; tum denique quod scriptor, ex aequalium temporis illius hominum sermone sibi* 4 *cognitas esse res gestas, dilucide aperit*[4]. *Sed imprimis mihi videtur quaerendum esse, quis fuerit ille episcopus, a quo ardentissimo ducis adversario reges Conradum I. et Heinricum I. Saxonem, cuius quidem „parentum nullus nec tantum gressum pedis habuerit in Bavaria“, concitatos esse legimus, ut hanc terram redigere in ditionem suam conarentur. Sunt alii, qui de Salomone III.* 6 *episcopo Constantiensi*[5], *alii qui de Thiedone Wirzeburgensi*[6] *cogitant; at nihil verae rationis afferunt. Si vero recordaberis, id potissimum contendisse Arnulfum, ut episcopos Bavariae sub suam potestatem subiungeret eorumque crean-*

*Remigii* 1. *Enchiridion. Commentum super reges. Glosa Greca*[a] . . . . . . . . *de rhetorica. Servii* 2. *Commentum Remigii super Marcianum. Sedulii* 7. *Eutichii* 5. *Bedae de metrica arte* 2. *Ortographia Ciceronis. Erchanperti* 3. *Aratores* 3. *Psichimachiae* 9 *Prudentii* 4. *Musica Augustini. Musica Boetii. Prisciani minores* 3. *Donati* 4. *Priscianus de* 12 *versibus. Catones* 4. *De natura bestiarum et volucrum. Walahfridi* 2. *Prosperi* 2. *Aviani* 2. *Iuvenci* 4. *Liber Consentii* 1. *Liber Senecae de* 4 *virtutibus. De scematibus liber. Disputatio philosophica. Ars metrica de nativitate sanctae Mariae. Grammatica Isidori. Liber Ethici. Grammatica Albini. De voce et littera et aliis questionibus multis. Hieronimi de scematibus et tropis. Commentum Remigii super Sedulium. Glosae super Virgilium. Aesopus* 1. *De conflictu vitiorum atque virtutum Leonis papae. Benedictionale* 1. *De vitiis et inhonesta anima. Liber Iunilii de partibus divinae legis. Excerptum super lectionem Esaiae. Liber de caritate patrum. Liber proemiorum* 1. *Epistolae Augustini et Hieromini inter se. Martyrologum cum metro factum. Ratio inter carnem et animam. De poenitentia sacerdotum post peccatum. Sermones diversorum auctorum in natalibus sanctorum* 2. *Tractatus Hieronimi super psalmos. Liber de homine et partibus eius. De officio missae. Gesta Karoli* 1. *Epistolae Hattonis et Agionis ad Karolum Magnum. Epistolae Grecorum et caeterorum episcoporum. Lex Ribuariorum. Lex Bawariorum. Vita Mariae Egiptiacae. De genealogiis. Liber Hieronimi ad Marcellam de conexibus litterarum. Libri capitulares de libris legis* 2. *Liber de variis rebus. Liber poenitentialis. Expositio super orationem dominicam. Liber Alcwini de virtute. Liber chronicorum. Liber Diomedis ad Adthanasium de* 7 *libralibus artibus. Liber super missam* 1. *Liber legum vel capitularium. De remissione peccatorum. De creatione vel super mathesin. Liber Cassiani et Iohannis de generibus monachorum. Commentum Hieronimi super Hesram scribam, et in ipso continetur Eutropius de gesta Romanorum. Marcianus*[1] *de astrologia, aritmetica, musica.* 2) Cf. Archiv III, 346. 3) Cuius rei signum est et ipsius codicis ortus et locus ille fragmenti, qui de „sancti Hemmerammi familia“ agit. 4) Sic enim accipienda reor verba haec: *Tunc vero idem Saxo Heimricus, ut multi testantur, eiusdem episcopi hortatu* cet. 5) ut Gercken Reisen II, 105. not. y. 6) ut Giesebrecht Gesch. der deutschen Kaiserzeit I, (ed. altera) p. 802.

a) *sequuntur quatuor versus abrasi.*

1) Capella.

*dorum arbitrio uteretur*[7], *nec aliter fieri potuisse, quam ut ipsi episcopi contra ducem a regibus praesidium peterent*[8], *statim maxime verisimile fiet, unum ex Bavaricis episcopis fuisse illum*[9]; *quamquam, Tutonemne Ratisbonensem an alium Bavariae episcopum intelligi scriptor voluerit, in tanta rerum obscuritate ostendi non potest.*

*II.* ***Annales Sancti Emmerammi brevissimos*** *inveni, manu saec. XII. scriptos, in tribus foliis membranaceis, codici quondam Sancti Emmerammi* 868, *nunc Latino Monacensi* 14868 *impositis, quorum unum praebet cyclos annorum* 760—835, *alterum annorum* 913—987, *tertium annorum* 988—1063, *ut intercidisse folium annos* 836—912 *comprehendens facile animadvertas. Similes sunt eorum, qui supra SS. I,* 93. 94. *leguntur, annalium Sancti Emmerammi minorum, nec tamen sine diversitate; in episcopis autem recensendis conveniunt etiam aliquo modo cum Auctario Garstensi (SS. IX,* 566. 567*) et cum Annalibus Ratisbonensibus infra lucem visuris. Nonnulla manu saec. XIII. admixta uncis includenda, verbaque a me suppleta, ut in sequentibus quoque et annalibus et notis, curavi typis inclinatis describenda.*

*III.* ***Annales Sancti Emmerammi saeculi XI.*** *mihi bibliothecam Wallersteinensem in Maihingensi quondam monasterio constitutam anno superiore perscrutanti occurrerunt, manu saec. XII. ineuntis exarati in marginibus primorum foliorum codicis olim Sancti Emmerammi, coenobii huius necrologium exhibentis. Qui quidem rerum gestarum aequalitatem evidenter ostendunt, sed eos ultra quam in codice productos fuisse, continuo docebo.*

*IV.* ***Notis Weltenburgensibus*** *contexuntur longius annales Sancti Emmerammi saec. XI, in media anni* 1046 *memoria abrupti. Nam istius anni res ita accurate eo traductas videmus, facile ut appareat, et reliquam earum partem et annorum* 1048 *ac* 1074 *relationes, quae simili modo ac priores annales illi de urbe Ratisbonensi agunt, ex pleniore quodam eorundem annalium Sancti Emmerammi exemplo profluxisse. Habitabant autem monachi Weltenburgenses in ipsa dioecesi Ratisbonensi ad Danubium fluvium supra Kelheim, quorum quidem ex necrologio saeculi XII, quod hodie est in tabulario regio Monacensi, et melius et perfectius, quam in Mon. Boic. XIII,* 474. 482. 493. *habentur, notas, quibus uterer, benignissime descripsit G. Th. Rudhartus, illius tabularii praefectus.*

*V.* ***Notas Sancti Emmerammi*** *conduxi ex quatuor monasterii codicibus. Et* (1) *Maihingensis quidem codicis, cuius supra memini, folio* 1 *continentur res annorum* 1052 *et* 1060 (2. Kal. Dec. dedicata est *cet.*), *scriptae manu saeculi XII.* (2) *Codex autem Latinus Monacensis* 14868, *de quo item est ante dictum, exhibuit manu saec. XII. exaratas memorias annorum* 1060 (indictione 14. petente *cet.*) *et* 1064 *in fol.* 1, *annorum vero* 1307 *et* 1310 *manu saec. XIV. consignatas in folio* 3. *non insuto. Praeterea usus sum* (3) *codice Sancti Emmerammi membranaceo forma quadrata, qui in tabulario regio Monacensi asservatur, in quoque manus saec. XV. collocavit facta annorum* 1189, 1467, 1468. *Quibus quidem omnibus nondum foras datis intercedunt relationes illae paullo copiosiores rerum annis* 1197—1229 *gestarum, a Boehmero Font. III,*

7) Cf. Liudprandi Antap. II, 23. et Thietmari chron. I, 15, supra SS. III, 293 et 742. 8) V. Synodum Altheimensem, Mon. LL. II, 555 sq. 9) Placuit Giesebrechto l. l., episcopum non Bavaricum significari verbis his: *criminantur eundem episcopum cum eodem rege* ***provinciam illam*** *intrasse.* Sed *provinciam illam* ad ea, quae praecedunt, verba *regnum Baioariae* referri, neque aut episcopo aut ipsi scriptori (qui utique verbis illis *dux noster Arnulfus* se Bavarum profitetur) opponi posse, apertissimum est.

495—498 *maxima ex parte prius vulgatae cum hac inscriptione* Notae historicae e codice Sancti Emmerammi. *Sunt enim manu saec. XIII. collatae in margines foliorum* 70. 71. 72. 84'. 85 *codicis* (4) *bibliothecae regiae Monacensis Sancti Emmerammiani* 613 (*quondam signati* F. CXVI), *de quo cf. supra SS. V*, 72. *Qui cum liberalissime huc transmissus esset, earum quoque narrationum* (1218. Fridericus rex . . . *et* 1225. Heinricus puer . . .), *quae in codicis fol.* 84' *erasae sunt, vestigia nimirum non sine opera iterum ac saepius dedita nec omnino frustra scrutari licuit.*

*Berolini, Idibus Decembribus* 1859.

## FRAGMENTUM DE ARNULFO DUCE BAVARIAE.

10 . . . . . et si facultas[10] suppetisset, super totum regnum et super solium sibi commissum.
921. Tunc vero idem Saxo Heimricus, ut multi testantur, eiusdem episcopi[11] hortatu et consilio hostiliter regnum Baioarie intravit, ubi nullus parentum suorum nec tantum gressum pedis habere visus est; et ideo credimus, quod Dei nutu primo ingressu[12] ab incolis unius civitatis[a] est superatus, et de sua parte multis[b] victus abscessit.

916. Priori namque tempore, diebus videlicet Chonradi regis, criminantur eundem episcopum cum eodem rege et exercitu eius provinciam illam non regaliter sed hostiliter intrasse, et non minimam[c] igne cremasse, atque multis miseriis orphanos et viduas angustiasse. Eodem vero impetu venerunt ad quandam civitatem, beati Petri apostoli et sancti Hemmerammi familia inhabitatam et plenam[13], quam et expugnatam incenderunt atque 170 et amplius ex his et illis despoliaverunt et multa miseria afflictos reliquerunt. Atque his pec-
14 catis saginati et onerati, divino nutu perterriti, exierunt coacti[14].

921-937. Post hec et alia gloriosus dux noster Arnulfus, virtute ex alto indutus, fortitudine clarus et victoria enituit eximius, quia de[d] progenie imperatorum et regum est ortus, et per ipsum populus christianus de sevienti gladio paganorum est redemptus et in libertatem vite translatus.

---

a) civitis *cod.* b) amissis *vel* occisis *excidisse videtur.* c) eius partem *excidisse videntur.* d) oe *cod.*

10) Regisne Heinrici I, an Arnulfi ducis, an eius, de quo post paullo verba fiunt, episcopi facultatem senserit scriptor, in medio relinquo. 11) De episcopo cf. praefationem nostram supra p. 568. 12) Verba haec „primo ingressu" non valere nisi „ipso initio irruptionis in Bavariam", sole clarius est; neque ex iis aut duo aut plura Heinrici I. bella Bavarica expisceris. Reticet dumtaxat scriptor noster pacem a rege cum Arnulfo duce compositam, de qua memorant Liudprandus in Antapodosi II, 21—23 (SS. III, 292 sq.), Widukindus I, 27 (ibid. 428), Auctarium Garstense 921, Annales S. Rudb. Salisburg. 921 (SS IX, 565. 771). 13) Ratisbonam. 14) Conradum I. egem duo bella cum Arnulfo duce gessisse, inter omnes constat; quae vero quibus temporibus gesta sint, in dissensione annalium variatur. Sed cum regem d. 29. Iunii 916 Ratisbonae versatum esse, ex eius diplomate apud Böhmer Acta Conradi I. regis p. 30 explorate cognoscatur, nihil censuerim verisimilius esse, quam victoriam de Arnulfo reportatam iuste anno 916. annexuisse et annales Zwifaltenses (SS. X, 53: 916 *Cuonradus rex Arnolfum ducem prelio vicit*) et Ratisponenses (qui edentur infra: 916 *Chunradus Arnolfum ducem vicit*); eodemque pertinere Arnulfi ad Hungaros fugam, quam uno ex fonte ad annum 914 perperam retulit et Auctarium Garstense (SS. IX, 565: 914 *Arnoldus dux Bawarie regi rebellans in Ungariam propellitur*) et annal. S. Rudb. Salisb. (SS. IX, 771: 914 *Arnoldus dux regi rebellans in Ungariam pellitur*); cuiusque fugae in Antapodosi II, 19 (SS. III, 291.) mentionem fecit etiam Liudprandus, quem per hunc modo errorem lapsum esse videmus, quod Arnulfum declaravit post Conradi regis mortem demum in Bavariam rediisse. Recuperavit enim Bavariam Arnulfus iam a. 917, quemadmodum relatum legimus infra in annal. Ratisbon. (917 *Arnolfus Bawariam recepit*), quibus quidem assentiuntur etiam annales Alemannici (SS. I, 56: 917 *Arnolfus cum Bavaris rebellavit*) et continuator Reginonis (SS. I, 615: 917 *Arnulfus dux Bawariorum regi rebellat*), ut eodem anno 917 facta esse appareat, quae et Widukindus I. c. 25 (SS. III, 428.) de bello altero exposuit et quae, communi quadam relatione usi, anno 916 attribuerunt scriptores Auctarii Garstensis (l. l. 916 *Arnoldus dux pergens de Iuvavo, obsessus est Ratispone a Chuonrado rege*) et annalium S. Rudb. Salisb. (l. l. 916 *Arnoldus dux a Iuvavo egressus, Ratispone a Chuonrado rege obsessus est*). Fragmenti nostri autem scriptor quin de priore anni 916 bello loquatur, in dubitationem non videtur vocandum esse, propterea quod expugnatam a Conrado Ratisbonam commemorat.

## ANNALES SANCTI EMMERAMMI BREVISSIMI.

792. Sinpertus obiit, Adal*w*inus episcopus successit.
817. Adalwinus obiit, Baturicus successerat episcopus.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

930. Tuto (abbas et[a]) episcopus obiit, Isingrim successit.
942. Isingrim obiit, Cuntherius episcopus successit. Idem post 30 ebdomadas obiit, Michahel successit.
972. Michahel obiit.
975. Ramuoldus abbas constitutus est.
994. Sanctus Wolfkangus obiit, primus Gebehardus successit.
1000. Ramuoldus abbas obiit[15], Wolframmus successit. 15
1022. Primus Gebehardus obiit, secundus Gebehardus *successit.*
1028. Richoldus c . . . . . . .[b] domno Hartwico abbatiam r*eliquit. Is sequen*ti anno sponte eandem redd*idit.*
1030. Purchardus abbas ordinatur. (Rome[c] ab*bas die* pascali obiit[16], et ad Sanctum Petrum sequenti die *sepultus est.*)
1037. Secundus Gebehardus obiit, tercius Gebeh*ardus successit.* 1036.
1048. Berngerus depositus est. Reginwa*rdus successit.*
1062. Conbustio sancti Emmerammi coenobii 2. I*dus Aprilis*[17]. 17

---

## ANNALES SANCTI EMMERAMMI SAECULI XI.

1036. Secundus Gebehardus obiit, tercius Gebehardus successit. Chuonradus imperator cum exercitu perrexit in Italiam.

1037. Heinricus rex, filius Chuonradi imperatoris, cum multitudine militum profectus est in Italiam[18]. Purchardus abbas in ipso die paschali[19] Rome defunctus et apud Sanctum Apr. 10.
Petrum *die sequen*ti est sepultus; cui successit domnus Oudalricus, bonae voluntatis amicus. Apr. 11.

1039. Chuonradus imperator apud Traiectum subitam mortem obiit, Heinricus filius eius successit.

1042. *Oud*alricus *ab*bas obiit[20], *Er*chanpertus *successit. Re*x Heinricus *cum* exercitu 20
*Bu*rgundiam . . . . . .

1043. *Er*chanpertus *abbas obiit.*

1044. Eclipsis lunae 5. Idus Novembris. Eclypsis solis ab hora diei secunda usque ad horam quasi octavam 10. Kal. Decembris; splendorque eius non est visus a 10. Kal. Decembris usque ad 8. Idus Decembris. Bonae memoriae Guntharius heremita obiit. Berengerus huius loci provisor est effectus.

1046. Ratisponae maxima pars ardebat 7. Kal. Iulii. Heinricus rex in Italiam perrexit. Terrae motus factus est magnus 5. Idus Novembris. Tercius Heinricus imperator factus est in ipso . . . . .

---

## NOTAE WELTENBURGENSES.

1046. Ratisponae maxima pars ardebat 7. Kal. Iulii. Domnus Wisunt istius cenobii[21] provisor effectus est. Heinricus rex in Italiam perrexit. Terrae motus factus est magnus 5. Idus Novembris. Tercius A. S. Emm. s. XI

a) abbas et *superscripsit manus saec. XIII.* b) caecitate percussus *Annal. S. Emmerammi minores.* c) Rome — sequenti die *addidit manus saec. XIII.*

15) 15. Kal. Iulias (Iun. 17.), ut quatuor necrologia S. Emmerammi ms. testantur; cf. Mon. Boic. XIV, 385. 16) 1037. Apr. 10; v. infra Annales saec. XI. 1037. 17) Apr. 12; sed Ann. S. Emm. min. 1062 (SS. I, 94.) diem 13. Apr. *(Idibus Aprilis)* tradunt. De hoc anni 1062 incendio cf. etiam Othloni librum de temptatione SS. XI, 389. 18) Annalibus Hildeshemensibus quoque (SS. III, 101.) Heinricum die 25. Dec. 1036 Ratisbonae versatum esse docentibus, Wiponem c. 25 (SS. XI, 272.) patet errare, qui illum una cum Conrado patre iam anno 1036 Italiam intravisse ponat. 19) 4. Id. Apr., ut etiam duo necrologia S. Emmer. ms. probant; cf. Mon. Boic. XIV, 379. 20) Is et S. Emmerammi et Tegernseensis abbas mortuus est 16. Kalend. Iunii (Mai. 17.). Necrol. S. Emm. saec. XII (Mon. Boic. XIV, 383.): 16. *Kal. Iun. Oudalricus abbas huius loci; hic sextus a sancto Ramuoldo, multa honesta et utilia huic loco ordinavit.* Necrol. Tegernseense ms.: 16. *Kal. Iun. Istius monasterii et Sancti Emmerammi Oudalricus abbas obiit.* 21) Weltenburgensis.

Dec. 25. **Heinricus imperator factus est in ipso** die natalis Domini. Domnus Suidegerus, episcopus Papanbergensis, papa effectus est.

A. S Emmer. saec. XI. 1048. Ratisponae pars quedam ardebat 12. Kal. Maii. Terrae motus factus est magnus 3. Idus Octobris.

ibid. 1074. Radisponae magna pars ardebat 3. Non. Aprilis; item magna pars 2. Non. Iulii arsit. Heinricus rex, filius tertii Heinrici et imperatoris, in Ungariam cum exercitu perrexit et ultra Ungaricos fines Gonzonem[22] ducem insequendo fugavit; regem eiusdem regionis Salomonem in militem suscepit. Eclipsis lunae facta est circa quintam horam noctis 8. Idus Octobris, luna secundum antiquam computationem 13, quae cum stellis Iovis et Martis illa nocte cursum peregit.

1241. Oct. 6. Anno incarnationis Domini 1241, 2. Non. Octobris, in festo sancte Fidis virginis, die dominico, circa horam nonam sol per eclipsin in tantum cepit decrescere, ut ipso radio subviridi vel intuentibus vidolaceo colore paulatim evanescente, per duas et eo amplius horas tenebre universum orbem ocuparunt.

1358. Ian. 7. Anno Domini 1358. dedicatum est altare, quod est situatum in crippta, in honore sancti Achatii et sociorum eius et 11 milium virginum, et est iacens in angulo sinistro, a quodam episcopo, suffraganeus existens domini Friderici[23] purgravii, pro tunc episcopatum regens. Et in prescripto altari continentur reliquie de ligno Domini, de lapide Domini, super quem cecidit sanguis Domini dum cruci figebatur a Iudaeis, Terenciani, Willibaldi episcopi et confessoris, Macharii abbatis. Et hoc factum est sequenti die post festum epiphanie.

---

## NOTAE SANCTI EMMERAMMI.

1052. Oct. 7. Anno ab incarnatione Domini 1052. dompno papa Leone *nono* et Beldingo[24] Iuvavensis[a] ecclesie archiepiscopo aliisque episcopis, Gebehardo[25] scilicet *Ratisponensis* aecclesiae antistite et[b] Severo[26] Pragensis ecclesiae episcopo et Hunperto sanctae Rufine ecclesiae[27] presule et Otkero *Perusine ecclesie* episcopo et[c] Gebehardo[28], Eistetensis ecclesiae qui postea papa effectus est episcopo, simulque patriar*cha Dominico Gradensis ecclesie presentibus, et* imperatore Heinrico tercio, *tu*mulus . . . s . ns . . . translatum *corpus sancti* Wolf*kang*i episcopi[29] . . . . . . *

1060. Nov. 30.

*Ex cod. 1.*

Anno ab incarnatione Domini 1060, 2. Kal. Decembris dedicata est ecclesia, supra portam constructa, a venerabili episcopo Eih-

*Ex cod. 2.*

Anno dominice incarnationis 1060, indictione 14, petente abbate Eberhardo, aule istius structore, dedicata est hec ecclesia[d]

* *Similem de translatione S. Wolfgangi narratiunculam (de qua cf. Auctarium Ekkehardi Altahense* 1052. *supra p.* 364*) ex cod. S. Emmerammi* 515. *saec. XV protulit Coelestinus in Ratisbona monastica* 258, *quae sic est:* Leo sanctum quoque Wolfgangum de priori tumulo levavit et in cryptam occidentalem transtulit et eamdem dedicavit, praesentibus et annuentibus Gebhardo huius sedis episcopo, Bedingo Salisburgensi archiepiscopo, Dominico patriarcha Ierosolimitano[30], Huncperto Sancte Rufine episcopo, Otchero Parusine episcopo, Severo Pragensi episcopo, Gebhardo Aureatensi episcopo[e].

a) Iuv. eccl. *alia addidit manus saec. XII.* b) et Sev. Pr. eccl. ep. *addidit alia manus saec. XII.* c) et Geb. Eist. eccl. qui postea p. eff. est episcopo *sunt alia manu saec. XII. addita.* d) *manus saec. XV. superscripsit haec:* capella ad sanctum Andream. e) *hucusque narratiunculam istam ex sincero quodam fonte profluxisse, documento est nostra quae praecedit notitia ex cod. saec. XII. derivata; sed ad fabularum Ratisponensium numerum pertinent, quae subiecta sunt apud Coelestinum haec:* Praefatus dominus papa una cum singulis episcopis antedictis, (et) singuli eorum, omnibus vere contritis et confessis, devotis orationibus seu eleemosynarum largitionibus locum hunc frequentantibus, relaxant 40 dies criminalium et octoginta dies venialium, perpetuis futuris temporibus duraturam. Indulgentiam quoque, per superdictum dominum Formosum papam et viginti episcopos praescriptos huic loco traditam, antedictus dominus Leo papa confirmavit. Incipit autem prescripta indulgentia singulis annis in festo beati Laurentii et durat usque ad octavas beati Emmerami.

22) Geisam I. regem Ungariae. 23) I. ep. Ratisbonensis, 1345—1368. 24) seu Balduino, 1041—1060. 25) III, 1036—1060. 26) 1030—1067. 27) seu Silvae candidae. 28) I, 1042—1057. 29) S. Wolfgangum die 7. m. Octobris translatum esse, apparet ex necrologii Sancti Emmerammi ms. saec. XII. verbis his: *Non. Octobr. Dedicatio novae criptae et translatio sancti Wolfkangi.* Qui dies Coelestino quoque (Ratisbona monastica 82) et illi notus fuit, qui adulterinam Leonis IX. de Wolfgangi et Dionysii corporibus tabulam (Reg. pont. Rom. pag. 949 n. CCCLXXXVIII) confinxit. 30) immo Gradensi.

statensis ecclesiae Cundecharo[31] in honore sanctae Trinitatis et sancti Andreae apostoli[32] et sanctorum martyrum Viti, Quirini et sancti Nicolai. Reliquiae ibi continentur sancti Andreae apostoli, Viti martyris, Georgii martyris, Quirini martyris, Laurentii, Pancratii martyris, Andeoli, Martini confessoris, Nicolai confessoris, Herhardi confessoris, Corbiniani, Oudalrici, Wunnebaldi, Agnae, Margaretae, Liobae virginum.

2. Kal. Decembris a Gundakehro, venerabili Aistetensi episcopo ad vicem Gebhardi tertii, 31
huius sedis episcopi, in honore sancte Trinitatis et sancti Andree apostoli, sancti Quirini martyris et sancti Nicolai episcopi et confessoris. Continentur hic reliquie sancti Andree apostoli et sanctorum martyrum Viti, Georgii, Quirini, Laurentii, Pancratii, Andeoli, et sanctorum confessorum Martini, Nicolai, Herhardi, Corbiniani, Oudalrici, Wunibaldi, sanctarum virginum Agne, Margarete, Liobe.

Anno incarnationis Domini 1064, indictione secunda, regnante rege Hainrico quarto, 1064
obtentu Eberhardi abbatis dedicata est hec basilica a venerando huius sedis episcopo Iul. 11.
Ottone[33] 5. Idus Iulii in honore sancte Trinitatis, sancte crucis, sancte Marie, sanctorum apostolorum Petri et Iacobi fratris Domini, sancti Benedicti, sancti Antonii et omnium sanctorum monachorum et anachoretarum. Continentur autem in hoc altare reliquie de ligno Domini, de pallio Domini, de presepio Domini, de sepulchro Domini, de mensa Domini, de pane quem in cena benedixit, de lecto in quo natus est; de virga Aaron, de vestimento et sepulcro sancte Marie; reliquie sancti Iohannis baptiste, sancti Samuelis prophete, de corpore sancti Petri, de catena ipsius integer circulus; reliquie sancti Andreae, de corpore sancti Iacobi fratris Domini, reliquie sancti Iohannis euangeliste, de dalmatica sancti Stephani, brachium sancti Antimi; reliquie sanctorum innocentum, quatuor coronatorum, sanctorum geminorum Speosippi, Eleosippi et Meleosippi, Chiliani, Viti, Georii, Pantaleonis, Theodori, Clementis pape, Alexandri pape, Kalisti pape, Pangratii, Sulpicii, Serviliani, Gervasii et Protasii, Isaac monachi, Emmerammi, Frigidiani; reliquie sanctorum confessorum Benedicti abbatis, Antonii, Silvestri pape, Pelagii pape, Leonis pape, item noni Leonis pape, Galli, Othmari, Simeonis, item Simeonis monachi, Herhardi, Udalrici; reliquie sanctarum virginum Cecilie, Perpetue, Felicitatis, Anastasie, Agne, Agathe, Columbe, Helene, Iuliane, Margarete, Afre sociarumque eius[a].

Anno ab incarnacione Domini 1189. indictione 12[b], regnante Friderico imperatore, 1189?
obtentu Perngeri abbatis dedicata est hec basilica a venerabili huius sedis episcopo Chun- Oct. 28.
rado[34] 5. Kalendas Novembris in honore sancte Trinitatis, sancti Michaelis archangeli et 34
omnium angelorum[35]. Continentur autem in hoc altari hee reliquie: De sancta cruce, de calumpnia in qua flagellatus est Christus cet.

---

Anno Domini 1197. Heinrico, sexto huius nominis imperatore, veneno ut dicitur ex- 1197.
tincto, fratrem suum Philippum successorem habuit; contra quem Otto palatinus Rheni de 1198.
Prunswic rebellavit et regnum Romanum etiam, consecratus ab Innocentio papa, obtinuit.
Hic contra preceptum pape regnum statim Apulie invadens, et filium Heinrici imperatoris 1209.
Fridericum prorsus exterminare cogitans, quod sub sacramento iurisiurandi ab apostolico
compulsus se non facturum negaverat, cum ipsum sacramentum violasset, ab apostolico
Innocentio post adeptum in brevi imperium excommunicatur, nec ulla miseratione revoca- 1210.
tur, multisque sibi Saxonum faventibus, Philippum regem, fratrem Heinrici imperatoris, in 1212.
multis vexavit eumque rebellem accepit. Hic denique Philippus, vir iustus, cum pro
obtentu sui regni multa viriliter egisset contra prefatum Ottonem, ab Ottone palatino de
Witilinespach in Babenberg dolis occisus est. Non longe post imperator Otto, ab omnibus 1208.
iam post excommunicationem derelictus, in incisione vene, bene contritus, obiit. 1218.

a) *sequitur in cod. relatio ex Sigeberti chron.* 998. *(SS. VI, 353.) excepta:* Tempore Agapiti pape, qui sedit Romae centesimus quadragesimus primus, quidam religiosus ab Ierosolimis rediens — abbas Oudilo comperto . . . . sollempnitas . .
b) immo 7.

31) II, 1057—1075. Cf. Gundechari lib. pont. Eichst. SS. VII 246, ubi *Radispone* ecclesia ab eo consecrata esse traditur. 32) Hanc S. Andreae ecclesiam iam diu sublatam esse, testatur Coelestinus Ratisp. monast. p. 113, cf. ibid. p. 260. 33) 1060—1089. 34) III, 1186—1204. 35) Cf. Hund Metrop. I, 199, qui *Anno* — 1189 — *et omnium sanctorum* in occidentali pariete basilicae ad Sanctum Emmerammum inscripta esse tradit.

1212. Sicque vacante iam regno Romano, Anshalmus, vir quidam magnus et ingenuus Apu-
liam ingressus, regem Fridericum — iam Apulie Galabrie et Sicilie regnis potenter potito,
et ab infantia a suis utpote dilectissimo diligenter custodito, fideliter et callide educto —
in Alemanniam perduxit. Ibique gratifice ab omnibus principibus electus, et a domno papa
1220. Innocentio[36] consecratus, defuncta imperatrice, ex qua filium Heinricum susceperat, filiam
1222. 1225. regis Accaron, Iohannis nomine, duxit uxorem. Qua non longe post defuncta, regnum
1228. 1229. etiam Ierusalem sibi subiecit, pulso inde Iohanne.

Huius inquam imperatoris tempore sub Innocentio papa ordo Predicatorum necnon
fratrum Nudipedum cepit, iuxta preceptum ewangelicum nichil proprium profitentibus, et
maior minori servientibus, de elemosinis tantum fidelium viventibus. Innocentio iam tem-
1216. pore Augusti defuncto, circa expeditionem Ierosolimitanam multum sollicito, viro per omnia
Iul. 16. catholico, Honorius senior venerandus in sedem Romanam[a] successit. Sub quo multi cruce
1221. signantur, etiam ipse imperator; Ludwicus[37] etiam dux Bawarie et Liupoldus dux Austrie
mare transierunt. Otto[38] dux Bawarie filiam[39] Heinrici palatini Rheni duxit uxorem, et
1225. principatum eius obtinens, Heilderberc et omnia ipsius hereditarie possedit.

1225. Anno Domini 1228. Heinricus rex, filius Friderici imperatoris, Constantiam[40] filiam
42 Liupoldi[41] ducis Austrie duxit uxorem, procurante episcopo Chunrado[42] Ratisponense.
Hic vir iustus et per omnia religiosus et castus, vendito patrimonio suo septem milibus
librarum, cum esset ex antiqua et nobili prosapia, filius Heinrici comitis de Frantenhusen[43],
hospitium pauperum in ponte Danubii fecit[44], possessionibus extulit; castrum Dispach,
Werde, Chunigeswarte et alteram Puren episcopatui adiecit, ecclesiam sancti Emmerammi
in multis defensavit. Hic cum pro regni negociis Apuliam fuisset ingressus, cum duce
Austrie de nuptiis regiis acturus, ad sedem suam reversus infirmari cepit.

1225. Anno Domini 1225. in festo omnium sanctorum, dum regales nuptie Nurinberc cele-
Nov. 1? brantur, multi in prona ruentes de alto ascensorio perierunt.

1226. Chunradus episcopus sequenti Maio circa pascha obiit. Dissensio gravis inter chorum
c. Apr. 19. et ministeriales oritur. Pars chori minor Gotfridum prepositum eligunt. Res episcopales
miro modo vastantur. Contraria pars chori cum abbate Sancti Emmerammi Pertoldo, viro
Sept. 8. per omnia venerando et industrio, circa nativitatem sancte Marie Romam summo desiderio
adeunt, et per 8 menses in curia Romana in multa fatigatione corporis sub periculo per-
sone sue et rerum apud Honorium papam iam rebus suis bene determinatis, cum isdem
1227. papa in festo sancte Gerdrudis obisset ipsis presentibus, apud successorem suum Grego-
Mart. 17. rium VII.[45] Sigifridum cantorem Maguntinum, qui tunc etiam Rome aderat, virum litteratum
et castum, elegerunt, et in episcopum et sacerdotem ab ipso apostolico consecratum,
secum adduxerunt.

Ne autem de cetero quid tale contra electiones a laicis presumatur ministerialibus, asserentibus electionem pontificalem in suo debere consistere plus quam cleri arbitrio, sciant omnes hanc litteram legentes, quod omnis adversa pars chori: Gotfridus electus, Dietricus de Schonenvelt, Ulricus de Werde, magister Hugo, Ulricus scriba, Chunradus prepositus de Pilstinge, Alhardus de Hutte, Albertus plebanus de Sancto Paulo, Ulricus de Talmeizinge omnes ab ecclesiasticis beneficiis et chori consortio sub pena excommunicationis sunt sequestrati, inposito sibi totius iuris silentio, quousque sub periculo summo rerum et personarum Romam adeuntes, tercio vix anno restitutionem sub gravissima pena meruerunt.

1227. Eo tempore Fridericus imperator cruce signatus cum multis mare adiit[b], set propter
46 disperiem aure cuiusdam insule iter perficere non valens, Pertholdo[46] principe de Turinga
ibi defuncto, tam gravem indignationem pape incurrit, ut ab ipso contra voluntatem
omnium principum excommunicaretur. Unde omnium animi virorum cruce signatorum
fracti, ipso papa diabolo instigante omnes signatos a voto suo revocante[c], cum multa pre-
dicatio multos ad servitium et subsidium terre sancte adduxisset, expeditio omnis solvitur.
1229. Ipse tamen imperator, in excommunicatione positus, Ierosolime pro recuperatione sancte
terre strennue cum paucis laborare non destitit.

a) roram *cod.* b) multis adiit mare adiit *cod.* c) revocans *cod.*

36) immo Honorio III. 37) I. 38) II. 39) Agnetem. ap. Ried I, 306. 40) Margaretam. 41) VI. 42) IV, 1204—1226. 43) Frontenhausen ad Vils fluv. 44) Cf. tabulam 45) immo IX. 46) immo Ludewico landgravio.

Romani papam eiciunt. Ipse Perusine positus, exercitum non modicum et acies pluri- 1228.
mas contra imperatorem conduxit. Lombardi episcopatum Sancti Germani cum civitate, 1229.
procurante abbate Montis Cassini, occupant. Sicque capite egrotante et in pertinatia persistente, omnis clerus obprobriis et persecutioni laicorum patuit.

Engilpertus episcopus Coloniensis occiditur[47] a quodam comite. Gerhardus comes de [47]
Hirzberc obiit. Diepaldus comes de Hohinberc obiit. Comes Histrie[48] obiit. Bernhardus comes de Liubiunouwe obiit.

Heinricus rex in tutelam Ludwici ducis Bawarie a patre commissus, cum in transmarinis partibus esset pater positus, ut visum fuit optimatibus regni, non bene ab ipso duce procuratur, eo quod esset familiaris apostolico, patris sui circa terram sanctam laborem minus acceptanti, non iam ut amicum set ut extraneum suis interesse agendis noluit.

---

Anno[a] dominice incarnationis 1218. Fridericus rex, filius Heinrici imperatoris, nepos 1220.
Friderici imperatoris qui aquis prefocatus interiit in expeditione Ierosolimitana, Romam veniens imperatoris *nomen*[b] adeptus est, consecratus ab Innocentio[49] papa. Non longe postea cruce signatus, *de ista*[b] terra *multa* milia preparavit .......... Sub ipso tempore Otto maior filius *Ludwici Wormatie filiam*[c] palatini Rheni *Heinrici*[c] *uxorem duxit*, patre suo duce Ludwico principatum Rheni adepto. Sub hiis temporibus imperatore posito Apulie, filio vero eius puero, confusa omnia et perturbata tam humana quam divina conculcabantur, et propter prefatum ducem Bawarie terra Bawarica quasi *subiectiva*[d] partibus Rheni facta, omnis gloria cleri et cenobiorum periclitari cepit et sine omni miseratione res claustralium diripiuntur, nullaque fuit differentia cleri vel populi.

Anno dominice incarnationis 1225. Heinricus puer, filius imperatoris Friderici Constantiam, filiam ducis Lipoldi Austrie in uxorem duxit et circa festum omnium sanctorum nuptias Nurinberc celebravit, ubi de cenaculo regio per st . . . egam, multis ibi propter sedicionem factam occurrentibus, miserabili morte plures nobiles corruendo perierunt. In illis diebus Engilpertus archiepiscopus Coloniensis, vir iustus, nolens consentire peccatis cuiusdam comitis, eius insidiis occiditur; et quis fuerit meritis vir, nescientibus in brevi signis eius patuit.

Anno Domini 1225. Chunradus Ratisponensis episcopus, ad sedem suam de Apulia 1225.
reversus, fluxum ventris patiens, bene ordinatis rebus, obiit in pace. Hic de antiqua pro- 1226.
sapia Cwelforum natus, filius unicus Heinrici comitis de Dispach, omne patrimonium suum[e] ecclesie Ratisponensi contulit, tria castra adiecit: Werd, Dispach, Chunigeswart, quartum Buren addidit, domum pauperum in ponte fecit, per omnia homo pacificus. Quo mortuo, dissensio non modica de electione alterius tam inter canonicos quam ministeriales[f] facta est. Pars canonicorum cum ministerialibus Gotfridum prepositum eligunt; ipse regalia a puero Heinrico rege accipiens, non bene se gessit, obligans plurima, vanas donationes et varias faciens. Et dum multa mala fierent, Perhtoldus abbas Sancti Emmerammi[g], tantum scisma detestans, cum primis chori Romam adiit, Sigifridum, cantorem Maguntinum, ab
apostolico consecratum episcopum accipiunt. 1227.

---

Nota, quod anno Domini 1*307*, 4. Kal. Marcii, ind*ictione* quinta, Heinricus *abbas*, natus de Winczer prope . . . , recepit regalia et principa*tum ab* Alberto rege filio R*udolfi* in Nurn-
werch[50], in domo Pre*dicatorum*. [50]

Item anno Domini 13*10*, 3. Nonas Februarii *abbas* recepit regalia ad H*einrico* rege nato de Luzelw*urg* in Nurnwerch in castro, pre*sentibus* principibus Mogontinense[51], .... ense, Astáviense[52] epis*copis*, Heinrico[53] Fuldense et preposito . . . . Ratisponense dicto de Heimwerch *et aliis* multis.

a) Anno — signis eius patuit *erasa sunt in cod. fol.* 84'. b) nomen *et* de is *minus liquent.* c) Ludwici Wormat. *et* iliam *et* Heinrici uxorem duxit *non perspicue exarata sunt.* d) subiectiva *non distincte legitur.* e) ss *cod.* f) mfnisterialis *cod.* g) Emmerammi *deest cod.*

47) a. 1225. 48) Heinricus marchio Istriae, a. 1227. 49) Honorio III. 50) Cf. diploma Alberti regis ap. Coelestinum Ratisp. monast., lib. probat. p. 242. 51) Petro 1306—1320. 52) Philippo Eichstetensi, 1306—1322. 53) V. abbate, 1288—1313.

1467. Aug. 27. Anno a nativitate Domini 1467. die Iovis, vicesima septima mensis Augusti, providi viri proconsul et consules civitatis Ratisponensis titulo amicabilis mutui accomodaverunt reverendo in Christo patri et domino domino Michaeli, huius loci pro tunc abbati, monasterioque eius campanam magnam, centum et quatuor centenarios in pondere habentem. Sept. 16. Que postea eodem anno feria quarta ante festum sancti Emmerammi per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Udalricum Ierapolitanensem episcopum est consecrata in honore omnium sanctorum, debita ad hoc solemnitate adhibita, presentibus ibidem prefato domino Michaele abbate, Conrado priore totoque conventui, providis atque viris proconsule et consulibus civitatis Ratisponensis. Tintinabulum autem predicte campane, habens in pondere tres centenarios minus tribus libris, per prefatum dominum abbatem de novo comparatum, constat 12 florenos Rein. et 24 denarios Ratisponenses. Structura vero lignea turri annexa, pro prefata campana de novo erecta, constat ....., seclusis victualibus, lignis et ceteris ad hec requisitis.

1468. Ian. 20. Anno Domini 1468. die vicesima mensis Ianuarii ad instanciam reverendi in Christo patris et domini domini Michaelis abbatis huius monasterii, ad sedem apostolicam nullo medio pertinentis, consecratum est altare per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Udalricum episcopum Ieropolitanensem in honore intemerate genitricis Dei virginis Marie, et precipue invictissimorum martirum Sebastiani et Fabiani necnon sancti Mathie apostoli et sancti Viti martiris et sancte Otilie virginis.

# ANNALES RATISPONENSES.

EDIDIT W WATTENBACH
TABULARIUS REGIUS WRATISLAWIENSIS.

*Ratisponensis ecclesiae filii quum scribendis annalibus non multum operae dederint, tamen iniqua sorte accidit ut ea quoque quae scripserunt, vel perirent vel diu laterent. Nam quae hic edituri sumus Ratisponae scripta esse apparet; sed pleniores quosdam annales, unde in Salisburgenses quoque et Admuntenses aliquae laciniae manaverunt, intercidisse, nobisque excerpta tantum manere existimo. Habemus quippe compendium quoddam anno ut videtur* 1130. *conscriptum ex diversis auctoribus, qui ita misere ibi sunt mutilati, ut scriptorem domesticum qui certe auctori ad manus fuit, simili modo truncatum esse, facile putes. Et priora quidem ex auctoribus notissimis hausta sunt, Historia miscella, Gestis Pontificum, Bedae et Pauli Diaconi Historiis, sed ut videtur non ex ipsis his operibus, sed ex annalibus quibusdam ubi res iam ad annorum a C. N. seriem dispositae erant. Et cum Herimanni Chronico multis quidem locis conveniunt, aliis vero non, neque veri simile est auctorem, si illud habuisset, nihil post a.* 714. *inde hausurum fuisse. Sed profecto multa fuerunt opuscula chronica, abbreviata ex Herimanni et aliorum operibus iterumque hic illic novis additamentis aucta, quo fit, ut singularum rerum originem scrutari saepe nequeamus, neque vero id multum refert.*

*Deinde autem annis* 714—896 *fere omnia ex Annalibus Fuldensibus desumpta sunt, adscita uno in loco Vita sancti Bonifacii, a.* 722 *Gestis Pontificum et a.* 894 *Liudprandi Antapodosi. Praeterea domestica quaedam addita sunt, quae partim cum Annalibus Sancti Emmerammi minoribus SS. I,* 93. 94 *editis conveniunt, nec tamen inde descripta esse possunt. Iam eorum quae post a.* 900 *sequuntur fontem nullum repperi, etsi praeter Annales Sancti Emmerammi minores, et brevissimos et saeculi XI (supra p.* 571), *Admuntenses quoque, Garstenses et Salisburgenses SS. Tomo IX editi, et Annales Scheftlarienses maiores, qui leguntur supra p.* 335 *sq., passim eadem verba praebent, quae ex communi fonte Ratisponensi venisse certum est. Annorum* 1075—1083 *gesta in Annalibus Gotwicensibus eisdem verbis leguntur. Ceterum episcoporum quidem successio accurate relata est, abbatum autem nulla ratio habita praeter Pruveningenses, verum quum in ipso cod. Pruv. locus a.* 1109 *de condito monasterio alia manu additus sit, primum scriptorem inter cathedralis ecclesiae clericos fuisse puto. Sed priusquam ad continuationes accedamus, de codicibus dicendum est.*

1. *Codex Vindobonensis inter Supplementa* 372, *olim monasterii Pruveningensis, mbr. in folio, descriptus in Annalibus nostris X,* 565. *Manus scribentis, cuius specimen damus, a.* 1130 *mutari videtur, sed discrimine tam exiguo, ut dubium sit, annon a.* 1146 *demum alius scriptor calamum susceperit, post quem ultimus a.* 1155—1167 *scripsit. Postremo eodem adhuc saeculo durante in margine codicis non pauca addita sunt, sed eisdem ex fontibus, e. g. ex ipsis Annalibus Fuldensibus. Eadem manus passim numeros et verba correxit, ut a.* 1155 *ss. Putes auctorem codicem aliquem confuse scriptum et additionibus oneratum librariis tradidisse, eorumque scripta postea et emendasse et auxisse.*

2. *Codex Monacensis Lat.* 14733. *olim Sancti Emmerammi G.* 117. *mbr. in octavo, descriptus a b. m. Docenio Arch. III,* 359—365; *cf. V,* 657; *deinde a Boehmero Font. III. p. LXIV—LXVI*[1]; *idem p.* 488—495 *annales manu saeculi XII. exeuntis scriptos edidit, eosque appellavit Hugonis Ratisponensis Chronicam. Totus enim codex collectus esse videtur a Hugone de Lerchenfelt, maioris ecclesiae Ratisponensis canonico, qui passim foliis vacuis notata quaedam de se et suis inscripsit (cf. Boehm. l. l. p.* 494), *quorum nonnulla hic proponimus:*

*fol.* 58′: Anno incarnacionis Domini 1170. Karolo de Lerchenvelt obiit 4. Idus Decembris. Ego accepi duos agros in pignus a Pertholdo de Lerchenvelt inibi cum manu domini sui Perinhardi pro tribus solidis.

*fol.* 67.′ *de Hugone:* Anno inc. Dom. 1178, 10. Kal. Ianuarii, id est priori die ante vigiliam nativitatis Domini, ego Hugo sancti Petri Ratisponensis maioris ecclesie canonicus licet indignus accepi ordines scilicet accolitatum et subdiaconatum Ratispone in ecclesia sancti Iohannis babtiste que transversa dicitur, a venerabili eiusdem urbis episcopo scilicet Chŏunone II. et eius anno 11, Romanum pontificatum tenente Alexandro III, in cuius electione ortum est scisma nevandum. Quod quievit anno incarnacionis Domini 1177. in die sancti Iacobi apostoli Venecie, in monasterio sancti Marcii ewangeliste et eius anno 23, Friderico Romanorum inperatore regnante et eius anno 26.

*fol.* 58′: Anno incarnac. Domini 1185. pridie Idus Maii Aaltman de Egeloffeshaim obiit. Anno incarnationis Domini 1187, 6. Idus Aprilis Alhait de Lerchenfelt obiit.

*fol.* 40: Anno Domini 1193 luna secunda, pridie Kal. Novembris, id est in nocte sancti Wolfgangi, vidi in somnis me supervivere tantum 22 annos, id est anno Domini 1215 me hominem exuere.

*fol.* 41′: Anno Domini 1202, a constitutione mundi secundum Hebraicam veritatem 4962, cyclo solari 7, cyclo lunari 6, indictione 5, 9. Kal. Marcii, Lewtgart monacha Sancti Pauli obiit, que et de Lerchenfelt.

Anno Domini 1204, a constitutione mundi secundum Hebraicam veritatem 4964, cyclo solari 9, cyclo lunari 8, indictione 7, 17. Kal. Aprilis Alhait monacha Sancti Pauli obiit, que et de Lerchenfelt.

Anno Domini 1205, a constitutione mundi secundum Hebraicam veritatem 4965, cyclo solari 10, cyclo lunari 9, indictione 8, Kal. Marcii 10, Perinhat *(sic)* de Lerchenfelt obiit.

*Sunt praeterea alia quaedam minus necessaria de privatis negotiis, quae eundem Hugonem attingere videntur; qui quum nusquam diserte Hugo de Lerchenfelt vocetur, tamen sine ullo dubio non diversus est ab eius nominis canonico, qui in Riedii Cod. Dipl. I,* 293. 306. 309. 315. 317. *annis* 1207—1216 *inter testes ecclesiae Ratisponensis occurrit. Huic igitur Hugoni quum Boehmerus totum opus tribuerit, nos codice* 1 *nisi extrema tantum ei concedere debemus, quae et manu eadem scripta esse videntur*[2], *et eandem referunt tempora accura-*

1) In fine scripta sunt Proverbia Wiponis, SS. XI, 243.
2) certe a. 1197; in prioribus diversitas quaedam est, ut et in notitiis modo commemoratis. Suspiceris nepotem patruo in scribendo successisse, quod utique parum refert.

*tissime designandi rationem. Priora autem omnia desumpta sunt ex alio codice quem describendum Hugo mandavit. Et hunc ipsum nostrum cod. 1. fuisse, probare videntur a.* 640 *error fortuitus* con — tens *in fine lineae admissus et a librario repetitus, a.* 823 *verba sequentis sententiae scripta et statim deleta, praeterea res manu* 2. *in cod.* 1. *additae et in* 2. *repetitae. Verum quum plurima passim in* 2. *omissa sint, aliis in locis ut a.* 1100—1130 *et post a.* 1147 *cod.* 2. *longius ab* 1. *recedit, manente tamen usque ad a.* 1167 *maxima verborum consonantia. Quapropter potius statuendum videtur, utrumque ex codice nobis ignoto hausisse, quem neuter accurate descripserit. Nam obscure scriptum fuisse oportet, quum in utroque codice verborum ordo subinde a correctore signis positis mutatus sit. Aliqua tamen ex consilio mutata esse apparet. Anno* 1147 *verba cod.* 2. Annus iste memorialis erit, *quae Hugo a.* 1197 *repetit, scriptorem aequalem arguunt.*

*Ultimam partem a.* 1174 — 1197 (1201) *Hugoni ipsi deberi iam diximus. Scripturae, quae cifrarum*[3] *usu notabilis est, specimen tabula exhibet.* 3

*Ceterum hos annales cum Salisburgensibus, Garstensibus, Gotwicensibus et praecipue Admuntensibus coniunctos esse diximus, quae affinitas manet usque ad a.* 1145. *Boehmerus annales cod.* 2. *edens plurima a proposito suo aliena praetermisit; nos cod.* 1. *multo pleniorem secuti, inde ab a.* 471 *omnia exhibemus, utriusque codicis verbis, ubi maior erat discrepantia, in binis columnis positis.*

*Wratislaviae a. d.* 3. *Kal. Aug.* 1859.

***WATTENBACH.***

| *Codex Pruveningensis.* | *Cod. S. Emmerammi.* |
|---|---|
| 1. Iesus Christus vivi Dei filius et omnium conditor temporum, ubi venit plenitudo temporis, id est Augusti cesaris instante anno 42, in ipsa census proscriptione dignatus est initiare et consecrare sua secundum carnem deifica nativitate. Amen. | Principio mundi sunt milia quinque treceuti<br>Et sexaginta septem sunt insuper anni<br>Virginis ad partum, peperit[a] virgoque salutem.<br>Secundum quosdam, secundum alios 5228. |
| Cum apud Iudeos iuxta prophetiam Moysi defecisset legitima principum regumque successio de femoribus Iuda, adimpleto etiam secundum Danielem prophetico septimanarum numero, incarnatus est Christus dominus huius cycli anno 2. | 1. Anno 42. Augusti cesaris, in ipsa census proscripcione Iesus Christus filius Dei vivi dignatus est incarnari a beata virgine Maria, ea vero duodenne. Eodem anno in cunis a magis adoratur. |
| Hoc anno Christus in cunis adoratur a magis, et pro nomine eius a bimatu et infra per Herodem infantum occisa sunt agmina. Post quorum necem hostis Christi et suorum magna pena interit. | 2. Infantium occisa sunt agmina. |

12. Cum esset Iesus annorum 12, doctoribus miraculum prebuit interrogationibus et responsis suis. *etc.*

471. Sanctus[b] Severinus in ripensi Norico miro modo philosophatus est.

474.[c] Hilario pape successerunt Romae[d] Simplicius (48.), Felix (49.), Gelasius (50.). Huius temporibus pontificis Gelasianus liber id est missalis conscriptus est.

475.[e] Leone mortuo suscepit imperium Zeno, cuius temporibus Odoacer cum Erulis et Noricis ac Trucilingis Romam obtinuit, et 14 annis in Italia tota regnavit interfecto Horeste patricio.

483.[f] His temporibus Paolinus[g] a sancto Severino premonitus Ratisbonensi[h] ecclesie est prelatus[4]. 4

489. Postquam Zeno imperator ad expellendos Erulos Theodoricum regem Gothorum Italiae inmisit, defunctus est et[i] successorem habuit Anastasium anno ab incarnatione Domini 492.

494. Anastasio imperante Romanae sedi prefuerunt Anastasius (51.), Simmachus (52.), Ormisda (53.). Hic beatum Remigium super conversione Loudwici regis conpellans et pro novella fide Francorum exhortans, apostolicae sedis in divino opere confortavit ammonitoriis epistolis, concedens ei auctoritatem amplam inter ea loci episcopos. Tunc sanctus de[k] Tullo sumptus enituit Vedastus.

508. Hac[l] tempestate sanctus Fulgentius confessione fidei ac sciencia floruit. Anastasius imperator in Euticianam heresim[m] dilapsus et catholica monita Ormisdae pontificis execratus, vi fulminis interiit. Cui[n] 518 Iustinus successit katholicus. Huius temporibus claruerunt[o] Iohannes (54.) papa Romanus, Germanus quoque presul Capuanus.

a) p. v. s. *m.* . *addita.* b) *haec desunt* 2. c) 473. 2. d) *deest* 2. e) 483. 2. f) 484. 2. g) 1. episcopus *superscr.* 2. h) Ratisp. 2. i) cui Anastasius successit 2. k) de T. s. *desunt* 2. l) Hac — floruit *desunt* 2. m) heresin lapsus 2. n) 518. Cui 2. o) claruit Iohannes papa. 2.

3) quarum formam Boehmerus exhibet. Eae tam in annalibus quam in ceteris codicis partibus occurrunt.
4) Vita S. Severini c. 22. Frequenti errore Tiburnia *(Debern im Lurnfeld)* cum Rauspona confusa est.

**520. Iustino imperante Theodoricus rex Arrianus Ravennae catholicos viros iniuste necavit, Iohannem scilicet[a] apostolicum, Simmachum patricium, exconsulem Boetium, atque primarios homines Agapitum, Theodorum necnon Inportunum extinxit, ipseque 90. die post facinus regnum cum vita subito finivit.**

**532. Postquam Agapitus (55.) papa sanctus[a] Antimum Constantinopolitanum episcopum communione privavit, et ob defensionem hereseos persuaso principe in exilium coegit, Domino vocante inibi diem ultimum clausit. Huic Romae[a] successerunt apostolici Silverius (56.), Vigilius (57.) qui utrique pro defensione katholico fidei exilium ab augusta sunt perpessi Theodora. Huius diebus beatus pater Benedictus vir spiritu omnium iustorum plenus, magne vitae meritis ac virtutibus effulsit apostolicis[a].**

**543. Iustinianus princeps Christo domino qui est sapientia Dei patris, intra Constantinopolim extruxit templum famosissimum quod nominavit Agian Sophiam, id est Sanctam Sapientiam.**

**546. Hoc principante quinta synodus Constantinopolim celebrata est temporibus Vigilii pape contra Theodorum et omnes hereticos. Temporibus huius principis Dionisius abbas Romanus[a] paschales circulos scripsit, incipiens ab anno incarnationis domini nostri[b] Iesu Christi 532. Tunc etiam floruit Arator subdiaconus Romane ecclesiae et nihilominus enituit Cassiodorus exconsul ac senator eximius, postremo et[a] monachus. Tum quoque Priscianus apud Constantinopolim grammaticam docuit et scripsit.**

**566.[c] Iustiniano defuncto rem publicam suscepit Iustinus iunior. Tunc praesulati sunt Romae Pelagius (58.) et Iohannes (59.).**

**570.[d] Iustino imperante Narses patricius Totilam Gothorum regem occidit et Longobardos de Pannonia in Italiam introduxit. Denique cum Roma temporibus Benedicti (60.) papae Longobardis omnia per circuitum vastantibus famis penuria laboraret, multa milia frumenti navibus ab Egipto dirigens Iustinus, eam sub studio misericordiae relevavit.**

**574. Iustino amentiam incurrente et vitam sic finiente, Romanorum regum quinquagesimus sumpsit imperium Tiberius Constantinus.**

**578. Gregorius Romanae ecclesiae responsalis apud Constantinopolim in Iob libros 36 descripsit et Euticium patriarcham fidei katholice extremo agentem[e] subegit.**

**584. Tiberius ad regnum celeste migraturus Mauricio cum filia sua imperium tradidit.**

**591. Anno Mauricii nono inguinaria pestilentia Pelagio[f] papa absumpto Gregorius (61.) electus est pontifex et eximius doctor[g]. Hic per legatos Romane ecclesiae Anglos ad fidem Christi apostolice[h] convertit. His[i] diebus rex Longobardorum Agilolfus Theodelindam filiam Garibaldi regis Baioariorum accepit uxorem.**

**603.[k] Mauricio interfecto Focas imperium invadit. Huius anno secundo Gregorius venerabilis excessit. Huic Sabinianus (62.) successit.**

**606.[l] Bonifacio (63.) qui post beatum Gregorium tercius papa extitit rogante, Focas imperator Romanam ęcclesiam caput omnium ęcclesiarum esse statuit. Idem alio Bonifacio petente Pantheon Romae dedit ecclesiae.**

**613.[m] Foca interfecto imperium suscepit Heraclius. Hoc principante Romane sedi prefuerunt Deusdedit (64.), Bonifacius (65.), Honorius (66.), Severinus (67.), Iohannes (68.), qui multa super statu ecclesie utiliter tractaverunt. Heraclius princeps superatis Persis et Cosroa rege perempto christianos captivos reduxit et vexillum sanctae crucis summa veneratione Hierosolimis invectum loco suo restituit. Huius principis tempore Iohannes Alexandrinus qui cognominatur Eleimon, Ysidorus Hyspaniensis qui beato Leandro successit cui Moralia scripta[n] sunt, claruerunt.**

**640. Heraclio defuncto successit filius Eraclones, et huic Constantinus frater predecessoris sui. Horum tempore heresiarchae Cyrus, Sergius, Pirrhus, Paulus a Theodoro (69.) papa anathematizantur. Constantinus Constantini filius imperator factus a patriarcha Constantinopolitano seductus contra katholicam fidem superbe egit. Huius anno imperii quarto Martinus (70.) papa Rome 105 episcoporum synodum congregavit ac prefatos heresiarchas, id est Cirum, Sergium, Pirrhum, Paulum, excommunicavit. Pro quo katholico facto idem venerabilis papa exul vitam finivit. Cui in pontificatu successerunt Eugenius (71.), Vitalianus (72.), Adeodatus (73.), Donus (74.). Vitalianus (75.) papa Theodorum archiepiscopum et Adrianum abbatem misit anno ab incarnatione Domini 661 ecclesias Anglorum fruge predicationis fecundare. E quibus Theodorus reorum penitentias unice scripsit. Per idem tempus Arnolfus rex Francorum maior domus post modicum magnus Metensium episcopus regni successorem filium sapientem Ansigisum reliquit. Constantinus imperator cum exercitu Italiam ingressus, et[o] a Longobardis quos expellere voluit, in suos, id est Romanos, arma convertens[p] Romam intravit. Ubi mox et a pontifice Vitaliano et ab omni populo honorifice susceptus[q], omnia Urbis in ere ornamenta Grecorum avaricie concessit, et vasa sacra ęcclesiarumque cimilia ut hostilis predo diripuit, et per dies duodecim Urbem vastavit.**

**669. Constantino apud Siciliam interempto et Mezentio inperii . .[r] punito, Constantini eiusdem filius Constantinus imperium suscepit a. D. 672. Hic katholice fautor fidei extitit[s]. Quo petente per legationem suam Agathone papa Constantinopolim habita est sinodus 150 patrum, in qua per legatarios apostolice sedis convicti et damnati sunt suprascripti heresiarche; ceteri gratia Dei sunt katholice correcti. Huius tempore concilii quod habetur in numero sextum, ubi denudate sunt hereses, tante aranearum tele in medio populi ceciderunt ut omnes mirarentur, ac per hoc innotuit quod sordes hereticae pravitatis inibi opitulante Deo sint evidenter depulsae.**

**680 Beato Agathoni (76.) pape successerunt in Romana sede Leo (77.), Benedictus (78.), Iohannes (79.), Conon (80.), et alii qui post erunt scribendi.**

**Constantino decedente Iustinianus filius eius imperio successit. Per idem tempus Pippinus Ansigisi filius regnum Francorum sub maioris domus nomine ampliavit. Tunc et domnus Beda floruit, qui pluribus opusculis deservivit [5] utilitatibus ecclesiasticis[t]. Tunc Dietpertus et Grimaldus huic genti ducatum prebuerunt[s]. Prefatus papa Sergius Willibrordum venerabilem virum genti Fresonum ordinavit episcopum a. D. 694.**

**695.[u] Beato Sergio (81.) Rome successerunt Iohannes (82.), Sisinnius (83.), Constantinus (84.).**

**697.[v] Iustinianus anno decimo regno expulsus est, Leone imperium invadente. Contra quem Tiberius post tres annos[w] insurgens regnum usurpavit et per septem annos tenuit, ac eum sub custodia Constantinopolitana civitate retinuit**

a) *deest* 2. b) n. I. C. *desunt* 2. c) 570. Iust. imp. defuncto Iust. iun. successit 2. d) *deest* 2. e) *ita uterque.* f) *numerum* 61. *huic inscribit* 2 *et consequenter numeros sequentes auget.* g) *annum* 592 *adscribit* 2. h) *deest* 2. i) *anno* 604 *haec adscribit* 2. k) 608. 2. l) 613. 2. m) *deest* 2. n) scripsit cl. 2. o) ut 1. 2. p) con *et in alio folio* tens 1. contens 2. q) *deest* 1. 2. r) *deest* usurpatore *vel* invasore. s) *manus* 2 *in margine addidit:* unde et Agathoni pape legationem misit pro adunatione facienda sanctarum dei ecclesiarum 1. t) B. Emmerammus claruit *in marg.* 2. u) *deest* 2. v) 695. 2. w) 697 *addit* 2.

5) ex Arnoldo de S. Emm. I, 1.

toto[a] tempore quo ipse regnavit. Anastasii iunioris tempore Rome Tyberis adeo inundavit ut quasi novum et secundum post Noe diluvium putaretur. Per idem tempus[b] huic sedi prefuit Ratisbone Ratharius[6].

714. Pippinus Ansigisi filius obiit. Karolus maior domus succedit. Per idem tempus Gregorio[c] e duobus priore vel maiore mittente Winfridus cognomine Bonifacius Francis verbum Dei predicavit. A. Fuld. V. Bonif.

719. Sanctus Bonifacius Mogontiae archiepiscopus factus a Gregorio secundo vel minore pallium accepit et apostolicae vices sedis in Germania fideliter agendas.

722. Karolus Paguarios et Alamannos armis subegit.

Temporibus[d] Hucberti ducis beatus Bonifacius terras Baioariorum ingressus predicandi studium exercuit. Leo prefatus imperator hereticus apud Constantinopolim male regnans per novem annos in id malorum progressus est demum ut imagine sex sanctorum conciliorum deiecta iconiam summis regis et sancte Mariae semper virginis confringeret ceterorumque sanctorum imagines incenderet, et papae si gratiam suam habere vellet similia facere mandaret. Quod apostolicus non solum agere contempsit, set et totus populus Romanus eius insanie resistendo contradixit in tantum ut statim super se principem ponerent nisi a pontifice prohiberentur. Post hunc vero nulli Grecorum principum parebant Romani. Huius errori principis Germanus patriarcha quia consensit, a propria sede pulsus est et in eius loco Anastasius presbyter ordinatus est. Tandem Leo obiit et Constantinus successit a. 724. Arn. de S. Emm. G. Pontiff.

726. Karolus Sarracenos vicit. A. Fuld.

727. Odilo[e] Noricorum dux se ac suos sanctum Bonifacium visitare rogavit[7]. Per idem tempus Karolus Popponem ducem Fresorum interemit a. D. 729[f]. ibid.

731. Beda presbyter obiit. A. Aug.

732. Caubaldus a sancto Bonifacio Ratisbonensibus ordinatur episcopus. A. S. Emm.

734. Post Gregorios Romae presulabatur Zacharia papa. G. Pontiff.

737. Carolus Saxones vicit. His[g] diebus beatus presul Pirminius claruit. A. Fuld. V. Pirm.

(741.)[h] Karolus moritur et Parisio sepelitur, cui Carolomannus et Pipinus succedunt in regnum. A. Fuld.

744.[g] Fuldense coenobium a sancto Bonifacio est ceptum.

748. Carolomannus in Cassino monachus efficitur.

752. Pippinus frater Carolomanni rex a sancto Bonifacio unguitur. Pippinus[i] tercius ex illis qui dicebantur maiores domus, ex auctoritate sancti Petri Zacharia papa precipiente unguitur in regem.

753. Stephanus papa contra Longobardos Pippini auxilium petens in Franciam venit, ubi duos filios eius Karolum et Karolomannum unxit in reges.

754. Sanctus Bonifacius a Fresonibus martyrio coronatur. Lullo successit. Carolomannus frater Pippini monachus obiit.

757. Gaubaldus Ratisbonensis episcopus ultimum feliciter clausit diem. Sintpertus successit[8]. cf. A. S. Emmer. 756.

764. Pippinus Heistolfo regi [illegible] sancti Petri extorsit ac Stephano eius vicario reddidit. A. Fuld. 756.

765. Hiemps valida ac preter solitum prolixa. ibid. 764.

Paulo[k] apostolico donante in Germaniam vel Frantiam translata sunt corpora sanctorum Gorgonii Naboris et Nazarii.

768.[l] Pippinus obiit, cui[m] filii eius Carlus et Carolomannus succedunt.

771.[n] Carolomannus obiit, frater Karolus monarchiam optinuit.

775. Karolus Romam honorifice ingressus, res sancti Petri Adriano pape restituit; sequenti anno Saxones devastat, qui per eum christiani facti sunt. A. Fuld. 773. 777.

776. *Karolus Saxones vastat*[o]. A. Fuld 775.

777. *Saxones per Karolum christiani facti sunt*

781. *Cruces apparuerunt in vestibus.*

783. Monasterium sancti Emmerammi magnifice[p] ceptum est[9]; sequenti anno cruces in vestimentis apparuerunt

Carolus Saxones vicit. ibid 785.

Carolus omnes Sclavos sibi *contiguos* subegit. Tassilo[q] dux cum filio Dietone deponitur et Geroldus Noricis preponitur. Sintpertus episcopus obiit[10]. Adalwinus successit. *Karolus Hunos ad Raba pervastat.* ib. 789. 788. A. S. Emm. 792. A. Fuld. 791.

Primum[r] apud Reginopolim que et Ratisbona dicitur et Hiatospolis et Ymbripolis et Tiburnia, heresis Feliciana devincitur; et[s] Albinus sanctitate et doctrina claruit. Synodus[t] habita est in Franconofurt, in qua heresis Feliciana coram episcopis Galliarum et Germaniarum Italorumque presente magno principe Carlo, et missis Adriani apostolici, Theophilacto et Stephano episcopis astipulantibus tercio damnata est et rata stipulatione damnatio roborata. Pseudosynodus Grecorum pro adorandis imaginibus habita et falsò septima vocata ab episcopis damnatur. ib. 792. 794

796. Adrianus papa obiit. Leo succedit[u].

799. Leo papa a Romanis cecatur ac lingua truncatur in letania maiore, et Hierosolimitanus patriarcha de sepulchro Domini Carolo misit.

801. Carolus imperator Romae efficitur, propter causam Leonis papae illo profectus, et beato Petro vicarium suum reddidit.

a) *deest* 2. b) sub duce Hugberto *add. manu* 2 *in cod.* 1. c) *numerum* XC *imponit* 2. *In cod.* 1. *pontifices Romani abhinc non numerantur.* d) *in cod.* 1. *scriptum est:* dcxxiii. Leo imperator obiit. Constantinus successit. *Quae statim expunxit.* e) Odolo 2. f) 708. 2. g) *haec desunt* 2. h) 744. 2. *Cod.* 1 *numerum omisit.* i) *numerum a.* 753 *hic ponit* 1. Pippinus — reges, *cum numero a.* 758. *post* Sintpertus successit 2. k) 768. Paulo 2. l) 771. 2. m) Karulus et Karol. successerunt 2. n) *deest* 2. o) *quae abhinc littera inclinata expressa sunt, manus altera in margine codicis* 1 *supplevit.* p) martiris 2. q) Tessalo 2. r) *deest* 2. s) et — claruit *desunt* 2. t) Synodus — damnatur *desunt* 2. u) successit 2.

6) ex eodem; Rettberg, Kirchengesch. Deutschlands II, 269. 7) Ex Vita S. Bonif. c. 9. vel ex Arnoldo sumptum, et huic anno perperam adscriptum. 8) Sigericum omisit; v. Rettberg l. l. II, 274. Gaubaldi obitum diei 10. Kal. Ian. tribuit Necrologium S. Emmerammi. 9) Eadem perbibent Auctarium Garstense, Ann. Admuntenses, Ann S. Rudb. Salisb. ad h. a. 10) a. 792. in expeditione Avarica, Ann. Lauresh. Mon. I, 35; cf. Murbac. p. 47; die 29. Sept. secundum Necrol. S. Emm. et Superioris Monasterii.

A.Fuld.801. 802. Terre motus magnus.

807. *Aaron rex Persarum munera misit Karolo.*

814. Dominus[a] Karolus imperator 5. Kal. Februarii obiit, et Hlodowicus succedit. Leo papa obiit. Stephanus ibid.816. succedit. Hic Lodwicum Remis civitate coronavit imperatoremque vocari ex apostolica auctoritate predicavit.

ibid. 817. 816. Adalwinus[b] episcopus obiit. Baturicus successit. Eodem anno[11] Hlodowicus Hlodharium filium regem constituit.

ibid. 817—827. Stephanus[c] papa obiit. Paschalis, Eugenius, Valentinus successerunt. Quibus post paucos annos subordinatur Gregorius.

A. S. Gall. 823. Lotharius Lodwici filius Rome imperator efficitur. Anno[d] sequenti Wettinus monachus obiit.

A. Fuld. 826. Organum idraulicum in Aquis Grani a Gregorio presbytero est inventum. Eodem anno *Eugenio papa mittente Hiltwino abbati*, reliquiae sancti Sebastiani translata ac apud Suessonem in basilica sancti Metardi locata sunt.

828. *Eclipsis solis octavo Idus Iulii*[12].

cf. A. Fuld. 830—833. 831. Lodowicus imperator ob enormes iniusticias offensis filiis et regni primoribus presente papa Gregorio ad penitentiam inclusus est episcoporum iudicio.

A.Fuld. 837. Ticinum in Italia que et Papia dicitur, 3. Kal. Ian. octies tremuisse perhibetur. Plures ex primoribus Italie defuncti sunt.

839. *Hlotharius in Italiam proficiscitur.*

840. *Eclipsis solis quarto Idus Maii.* Lodwicus imperator obiit, Metis[e] in basilica sancti Arnolfi sepultus. Hlotharius successit cum fratribus.

ibid. 841. Ingens prelium inter tres fratres in Gallia factum est 7. Kal. Iulii.

ib. 843. 846. 843. Gregorio pape Sergius successit. *Tunc[f] Mauri Beneventum obtinuerunt; postea Romam venientes cum non possent urbem irrumpere, ecclesiam sancti Petri vastaverunt, et alia extra urbem loca incendiis et rapinis nullo resistente aggressi sunt.*

Divisio regni inter Hlodowicum et Hlodarium Karolumque facta est. Hrabanus Mogontie archiepiscopus ordinatur. Is multos cuderat libros.

A. S. Emm. 848. Baturicus[g] obiit[13]. Erchanfridus episcopus[h] succedit.

Terrae motus magnus[i].

A.Fuld. 851. 851. Pippinus rex a Karolo victus in clericum est tonsus, *et similiter Carolus frater Pippini.* Hlodowico[k] Pio ibid. 847. principante Mogontie sinodus habita est generalis, presidente Rabano archiepiscopo, ubi quedam prophetissa dictis Christi contraria est vaticinasse sub spe questus convicta, dicens ex consilio cuiusdam clerici sibi revelatum esse diem iudicii. ibid. 855. Hlotharius sponte sua monachus efficitur apud Primium[l]. Lotharius filius Lintharii[l] imperatoris in partibus mediastini regni patri succedit, Lodwicus vero frater eius in imperio Romano.

A. S. Emm. 858. Erchanfridus[m] hominem exivit[14]; Ambricho episcopus[n] Ratispone[n] succedit.

A. Fuld. 860. Hiemps dura. Sequenti anno fames valida.

867. Nicholaus papa obiit; Adrianus succedit. Sequenti anno stella cometes luxit. Fames[n] magna[n].

869. Hlotharius rex obiit. Temporibus[o] pii Lodwici apud Mogontium per aliquot noctes aer totus rubore quasi sanguine perfusus enituit, et nubes ab aquilone quadam nocte ascendit, alteraque ab oriente et altera a meridie contra venerunt, specula ignea invicem sine intermissione mittentes, tandemque in summitate celi coeuntes et se quasi exercitus in prelio confundentes, non modicum timorem simul et admirationem cernentibus ingerebant. Omnes tamen rogabant in bonum monstra converti. Tunc terrae motus 3. Non. Dec. Mogontie muros ad[n] terram[n] undique[n] deiecit.

874.[p] Hiemps asperrima et ultra solitum prolixa. In illis diebus Germanicum populum afflixit plaga vermium quasi locustarum adeo ut fruges[q] ledentium ut una hora diei centum iugera consumerentur ab eis. Tum in Italia in pago Brixiensi tribus diebus et quatuor noctibus sanguis de celo pluisse narratur.

876. Hlodowicus Pius obiit.

878. Karolus tyrannus Gallie obiit.

880. Karolomannus rex Baioariae obiit.

881. Hiemps valida.

882.[r] Adriano papae successerunt Iohannes, Marinus, Formosus. Ex his Iohannes ecclesiam sancti Petri per annum unum clausit. Sub hoc Iohannes archidiaconus vitam beati pape Gregorii scripsit. Iste pontifex malleo percussus interiit, sed percussor a nullo lesus eodem momento mortuus[s] est.

882.[t] Hlodowicus pii Lodwici filius obiit.

884. Hugo filius Lotharii cecatus est.

886. Karolus imperator a Francis deponitur et Arnolfus rex Baiorie preficitur.

888. Karolus in Augia obiit.

889.[u] Mortalitas hominum.

15 891. Embricho Ratisponensis[v] episcopus obiit[15]. Aspertus successit.

892. Arnolfus tres reges Normannorum vicit, et cum omnibus copiis suis Christo victoriam dante ad internitionem delevit.

894. Arnolfus Ungarios eduxit. Formoso[w] papa in die sancto pascae defuncto ac apud Sanctum Pe-

a) D. *et* 5. K. F. *desunt* 2. b) Adeluinus Ratisp. ep. 2. c) 819. Steph. 2. d) A. s. *quum scripsisset librarius cod.* 2. *expunxit, statimque subiunxit:* 840. Loudowicus. e) Metis — sepultus *desunt* 2. f) Tunc — libros *desunt* 2. g) Ratisp. ep. *add.* 2. h) *deest* 2. i) T. m. factus est 2. k) et Loudowico 2. l) *ita* 1. 2. m) Erchenfr. Rat. episcopus 2. n) *deest* 2. o) Temporibus — Tunc *desunt* 2. p) *haec desunt* 2. q) *ita cod.* r) 872. 1. s) obiit 2. t) 883. 2. u) 890. 1. v) E. Aspertus ep. Ratisponensis succ. 1. 892 — eduxit *desunt* 2. w) Formosus 1. 2.

11) igitur a. 817, ut Ann. S. Emm. min. Mon. I, 93 perhibent. Adalwinus obiit d. 4. Oct. Necr. S. Emm. 12) Haec eclipsis in Ann. Fuld. non commemoratur, neque ea die accidit. 13) Ian. 12. secundum Necrologium S. Emmerammi. 14) Kal. August. Necr. S. Emm. et Super. Monasterii. Sed Ann. S. Emm. ordinationem Ambrichonis a. 858, mortem Erchanfridi autem a. 862 tribuunt. 15) Obiit Iul. 14. secundum Necrol. S. Emmerammi, a. 891 secundum Ann. Fuldenses, 890 secundum Ann. S. Emmerammi. Sed a. 891 verum esse monstrant diplomata Arnulfi imperatoris.

trum inter apostolicos digne sepulto, Sergius qui ei successit ob quandam indignationem pietatis oblitus, eiectum eum de sepulcro in kathedra[a] episcopali sedere fecit, et abscisis tribus digitis crucificis quem vivum[b] voluit[c] mortuum degradavit, sicque in Tyberim corpus eius quasi canis proiecit[d]. Quod audientes Romani per piscatores corpus pontificis inventum, piscatori necnon pastori summo vicarium suum repraesentare festinarunt. Tunc quis vivus fuerit evidentissime patuit, nam in relatione illius apud Sanctum Petrum imagines eum publice salutaverunt sanctorum, sicque sepultus est honorifice, altero electo pontifice. Liudpr. I, 30. ibid. c. 31.

895. Aspertus obiit[e]. Tuto Ratisponensis episcopus successit[16] Arnolt una die Romam expugnavit. A. F. 896.

900. Arnolf obiit. Lodwicus filius successit.

902.[f] Interfectio Ungarorum magna[17]. 17

906. Obcecatio Lodwici regis[18]

907.[f] Interfectio Baioriorum.

908.[f] *Combustio Raegine civitatis*[19].

911.[g] Interfectio Ungarorum[20]

912. Hlodwicus rex obiit. Counradus Francigena successit[21]

913.[h] Ungarii Baioriam vastant.

916. *Chunradus Arnolfum ducem vicit.*

917. *Arnolfus Bawariam recepit.*

918. Counradus rex obiit. Heinricus successit Saxonigena.

920.[i] Interfectio Francorum[22].

922. Arnolfus in Boemaniam.

925. Ungarii in Franciam.

926. *Ungari per Franciam ad mare.*

927. Arnolfus cum Ungariis pacificatur.

929. Heinricus Boemiam vicit cum Arnolfo.

930. Tuto episcopus[k] obiit. Isangrimus[l] successit[23].

931. *Heinricus rex Teni vicit.*

934. *Heinricus rex Ungaros vicit*[24]. 24

936. Heinricus rex obiit. Otto filius successit. Sequenti[m] anno Arnolfus dux obiit.

942.[n] Isangrim obiit[25]. Guntharius successit episcopus.

943. Interfectio Ungariorum ad Welas. Gunthario post 30 epdomadas Michahel successit[26].

949. Pertholdus dux Noricorum obiit. Heinricus frater regis successit.

950. Interfectio Bawarorum ad Lova[27].

951. Heinricus dux in Ungariam.

953. Heinricus dux a Bawaria expulsus a Liutolfo et Arnolfo,

954. a principe iterum est restitutus.

955.[o] Interfectio Ungarorum ad Lech. *Heinricus dux obiit.*

(Anno incarnationis 960 combustio permaxima civitatis Ratispone facta est octava decima Kal. Aug.[p] id est in assumptione sancte Marie[q].)

962. *Otto rex cum regina in Italiam.*

963. *Combustio Regine civitatis.*

964. *Item combustio eius*[28].

972. Michahel episcopus obiit[29]. Wolfgangus successit. 29

a) kathedram episcopalem 2. b) vivere 1. 2. c) noluit 2. d) deiecit 2. e) A. Rat. ep. obiit. Tuto succ. 2. *ubi* Arnolf — expugnavit *desunt.* f) *haec desunt* 2. g) 911. I. U. *desunt* 2. h) 913 — recepit *desunt* 2. i) 920 — cum Arnolfo *desunt* 2. k) Ratisp. *add.* 2. l) Isimgrim succ. 2. m) *haec desunt* 2. n) 952. Isangrimus Rat. ep. ob. G. a. 953. Guntharius R. e. triinta epd. episcopatum rexit. M. a. 972. Qui cum hominem exuit, Wolfg. succ. 984 Otto *etc.* 2. o) 966. c. p) *ita pro* Sept. *ut saepe.* q) *haec in marg. inferiore cod.* 2. *manu continuatoris primi scripta sunt.*

16) Aspertus obiit die 12. Martii (Necr. S. Emm.) vel 13. (Necr. Sup. Mon.) a. 893 secundum Ann. S. Emmerammi. Tutonis ordinatio ibi et in Auctario Garst. cum Ann. Salisburg. anno 894 adscribitur. 17) Cf. Ann. Alam. Mon. SS. I, 54. 18) imperatoris, a. 905. 19) a. 906 secundum Ann. S. Emmerammi. 20) a. 910. Ann. Alam. 21) a. 911. 22) Cf. Herim a. 920. Cont. Reg. 921. 23) Ann. S. Emmer. dant a. 933. Auctar. Garst. nostro suffragatur. Tutonem d. 10. Oct. obiisse docent Necrologia Salisb. Superioris Mon. et S. Emmerammi. 24) a. 933. 25) Non. Febr. Necr. S. Emmer. 26) Guntharius d. 8. Oct. obiit. Necr. S. Emmer. De anno cladis Ung. cum nostro contra Ann. S. Emmer. consentiunt Ann. S. Galli. 27) Huius proelii Ann. Hild. meminerunt, loco non addito. 28) Hoc anno incendium urbis commemorant Ann. Salisb. Mon. I, 89. 29) d. 23. Sept. Necr. S. Emm. et Sup. Monasterii.

973. *Otto I. obiit. Otto II. successit.*

979. Duo Heinrici capti[30].

982. Otto II. victus a Sarracenis, plurimis suorum occisis.

984. Otto imperator obiit; filius eius[a] Otto successit.

991.[b] Victoria super Ungaros Heinrici ducis.

994. Wolfgangus episcopus[c], Liutpold comes[31] obierunt. Gebehardus successit.

995. Heinricus dux obiit. Heinricus filius eius in ducatum Baioarie suceessit.

998. Luna in sanguinem conversa.

1002. *Ratispona combusta est.* Otto imperator obiit. Heinricus Baioarie dux successit in imperium, pro quo ducatum suscepit frater *Chounigundis* imperatricis Heinricus.

1013.[d] Insolita effusio fluminum.

1020. *Ratispona combusta.*

1021. Terrae motus[e] 3. Idus Mai.

1022. Eclipsis lune maxima.

1023. Gebehardus[f] episcopus obiit[32]; alius Gebehardus successit.

1024. Heinricus rex obiit. Cunradus successit.

1026.[g] Heinricus dux obiit; filius regis Heiricus puer successit.

1028. Heinricus filius imperatoris in regem unctus est. Hic in fratre suo[h] bello nobiliter triumphavit.

1030. Counradus imperator in Pannoniam cum exercitu magno.

1032. *Imperator in Boloniam.*

1033. Eclipsis solis 3. Kal. Iunii, *et imperator in Burgundiam.*

1035. *Imperator vastavit paganos qui dicuntur Liuticii.*

1036. Gebhardus II.[i] obiit[33]. Gebhardus III. episcopus[k] successit.

1038. *Imperator in Italiam*[34].

1042. Counradus imperator obiit morte subita[l]. Heinricus filius eius successit.

1045. *Terremotus quinto Idus Novembris.*

1046. *Ratispone maxima pars arsit.*

1048. *Terremotus pridie Idus Octobris. Chunradus dux Bawarie factus est.*

1052. *Sanctus Wolfkangus a Leone papa translatus est.*

1056. Heinricus imperator obiit; filius eius Heinricus puer successit.

1063. Gebhardus[m] III. obiit[35]. Otto episcopus successit.

1073. Rome secundo Alexandro defuncto Gregorius[n] succedit VII.

1074. *Eclipsis lune.*

1075.[o] Heinricus IV. cruentam et damnosam iu Saxonibus victoriam adeptus est[36].

1077.[p] Roudolfus dux Suevorum novus ecclesie Machabeus contra excommunicatum Heinricum utpute novum Antiochium regno preficitur.

1081. Roudolfus rex incomparabilis defensor ecclesiarum contra vastatores earum pugnans feliciter occubuit.

1083. Heinricus totius ecclesiasticae[q] inimicus novum Alchimum constituit in apostolica sede videlicet Gwibertum, a quo Gwibertinum scisma ortum est contra legitimum pontificem Gregorium VII.

1089. Urbanus II. successor tercii[r] Victoris, auctor est Hierosolimitani itineris, cuius etiam dux esse voluerat Gregorius VII. ut in eius regesto[s] legimus.

1092. *Synodus apud Clarum montem sub papa Urbano in qua Ierosolimitanum iter decretum est.*

a) *deest* 1. b) *haec desunt* 2. c) W Rat. ep. ob. G. I. succ. 1002 Rat. *etc.* 2. d) 1013 — combusta *desunt* 2. e) factus est *add.* 2. f) Rat. *add.* 2. g) 1026 — Boloniam *desunt* 2. h) *ita cod. corrupte.* i) Rat. *add.* 2. k) *deest* 2. l) subitanea morte 2. *ubi mox a.* 1045—1052 *desunt.* m) Rat. ecclesie ep. III. o. O. s 2. n) Gr. VI. succ. 2. o) *haec desunt* 2. p) 1078. 2. q) *ita* 1. 2. r) s. CV. Vict. pape, qui quintus decimus erat, auctor herosol. 2. s) registro 2.

30) duces Baw. et Carinthiae, a. 978. 31) marchio orientalis Bawariae, d. 10. Iulii. Thietm. IV, 14. 32) d. 27. Martii. Necr. Trev., S. Emm., Sup. et Inf. Monasterii. 33) Diei 16. Kal. Apr. adscribitur in Herim. Aug. cod. 2. et in Necrologiis Eichsted., Salisb., S. Emm., Super. et Inf. Monasterii. 34) Exeunte anno 1036; a. 1039. Iun. 4. obiisse notum est. 35) 1060. Auctar. Garst. et Ann. Altahenses Diem 2. Dec. dant Necrologia Sal., S Emm. et Sup. Monasterii. 36) Eadem verba in Ann. Gotwic. Mon. SS. IX, 601 leguntur, sicut et sequentia, et similia a. 1081. 1083.

1094.[a] Eclipsin solis 9. Kal. Oct. factam magna mortalitas hominum sequitur[37].
1099. *Ierusalem*[b] *capta est a Gotfrido duce.*
1100. Rome Urbano II. defuncto succedit Paschalis II.

| *Codex Pruveningensis.* | *Codex S. Emmerammi.* |
|---|---|
| | 1100. Otto Ratisponensis episcopus obiit[38]. Gebehardus IV. successit. 38 |
| 1104. *Sighardus comes occiditur*[39]. | 1103. Sigehardus comes de Scala Ratispone occisus est. |
| 1105. Heinricus V. patre damnato regnat. | 1105. Heinricus V. patre damnato regnat. |
| 1106. Heinricus IV. privatus moritur. Hartwicus episcopus ordinatur. | 1106. Hinricus IV. a filio capitur et regno deponitur et secundo anno moritur. Eodem anno Gebehardus Ratisponensis ecclesie electus obiit[40]. Cui Hartwicus I. successit. |
| *Anno Domini M.C.IX. monasterium sancti Georgii inceptum est*[c]. | 1109. Monasterium sancti Georii Pruvenigen inceptum est. |
| 1111. Heinricus V. Pascalem papam detestabili dolo cepit. | 1111. Rex Hainricus Romam pergit, Pascalem papam capit, a quo deinde consecratur. |
| 1117. 4. Non. Ian. terrae motus factus est magnus. | 1117. Terre motus factus est magnus 4. Nonas Ianuarii. |
| 1121. Erminoldus rector et abbas nostre congregationis rebus humanis exemptus est. Erbo successit. | |
| 1124. Calixto II. defuncto Honorius succedit II. | 1124. Calixto papa secundo defuncto Honorius succedit secundus. |
| 1125. Heinrico V. de medio facto succedit Lotharius III. in regno. | 1125. Hinrico de medio facto succedit Lotharius III. in regno. |
| 1126. Hartwicus episcopus decessit[41]. Couno Sigbergensis abbas successit. | 1126. Hartwicus I. Ratisponensis episcopus obiit. Chouno I. Sigbergensis abbas succedit. |
| 1127. Counradus frater Friderici invadit regnum. | 1127. Terre motus factus est magnus, nocte et die, Idus Aprilis. |
| 1128. Mathias apostolus apud Treveros miraculis coruscat. | |
| 1130. Honorius II. papa viam universe carnis est ingressus. | 1130. Honorio II. de medio facto. Postea *etc.* |

Postea[d] Romanus populus claudicans in duas partes super electum pontificem Gregorium, qui Innocentius dictus est, Petrum Petri Leonis filium constituit quem Anacletum dicunt. *Ratispona pene tota combusta est in sexta feria pasce*[42]. 42

1132. Rex Lotharius cum papa Innocentio Romam in expeditione proficiscitur.

1133. indictione[e] 11. rex Lotharius cum papa Innocentio Laterani ingressus in imperatorem unguitur. Hoc anno 4. Nonas Augusti hora diei fere octava eclypsis solis prodigioso miraculo contigit. Nam luna 27[a] in cancro posita in signo leonis sub sole inventa est, cum secundum rationem non nisi 30[a] primave luna id provenire debeat.

1134.[f] Chouno episcopus[g] obiit[43]. Heinricus Babenbergensis ecclesiae diaconus Ratispone[h] successit.

1136. *Lotharius cum exercitu Italiam et Apuliam ingreditur.*

a) 1093. Eclipsis s. n. K. O. facta. 2. b) *haec quae m. 2. in cod. 1. addita sunt, in cod. 2 omnia desunt, quod et de praecedentibus valet, quare verba p. 579. l. 5. posita deleas velim.* c) *haec manus alia saec. XII. inseruit.* d) *manus alia pergere videtur* 1. e) i. 11. rex *desunt* 2. f) 1135. 2. g) Rat. ep. 2. h) *deest* 2.

37) Eadem fere verba ap. Ekkeh. a. 1093 legimus. 38) a. 1089 sec. Auctar. Garst., Ann. Adm. et Ekkehardum. Diem 6. Iulii indicant Necrologia Sal., Super. Mon. et S. Emmerammi. 39) d. 25. Dec. scil. primo die a. 1104. 40) a. 1105 sec. Ekkehardum. Die 14. Iulii occisus memoratur in Necr. Superioris monasterii. 41) die 3. Martii. Necrol. Adm., S. Petri Sal., Sup. mon. et S. Emmerammi. 42) a. 1132. teste Anselmo Gemblac., Ann. Mell. et Auctario Garst. ideoque d. 15. Aprilis. 43) a. 1132. Annal. Saxo, Ann. Mell. et Auct. Garstense; obitus eius d. 18. Maii in Necrol. Altahensi, 19. Maii in Necrol. Admunt., S. Petri, Super. mon. et S. Emm. adscribitur.

1137. Lothario imperatore de medio facto Counradus successit in regnum[a]. *Hoc anno fratres de Sancto Emmerammo a capite ieiunii usque ad 12. Kal. Aug. a divino officio sunt suspensi propter censum Romane ecclesie debitum.*

1139 Otto beatae memoriae Babenbergensis aecclesiae episcopus, fundator huius[b] coenobii 3. Kal. Iulii defunctus est[c]. Eilbertum eiusdem ecclesiae decanum successorem habuit. Eodem anno Heinricus dux Bawariae obiit. Liupaldus[d] frater regis succedit.

1141.[e] Liupaldus dux obiit. Heinricus germanus eius ducatum Bawariae suscepit.

1143. Rome[f] Innocentio papa II. defuncto Celestinus II. id est Guido[g] successit.

1144. Celestino papa obeunte[h] Lucius II. in[f] papatu[f] succedit.

44 1145.[i] Rome Lucio defuncto Eugenius eodem die substituitur. *Remis synodus colligitur*[44]. *Turbo vehemens in oriente exstitit. Diepoldus marchio obiit.* Eodem anno stella cometa luxit. Sequenti anno *hoc est MCXLVI.* fames invaluit. Heinricus dux Bawariae Sclavos eduxit. Qui transito Danubio Ratisponensis episcopatus fines invaserunt, atque incendiis et rapinis omnia circumquaque vastantes e regione urbis Ratisponae castra metati sunt.

*Codex Pruveningensis.*

1146. Egilbertus Babenbergensis aecclesiae episcopus obiit. Eberhardus successit. *Fridericus dux Swevorum pater Friderici postea imperatoris obiit*[45].

Anno[k] Domini 1147. Counradus rex collectis ex diversis regnis regibus et principibus cum innumerabili exercitu christianorum Hierosolimitanum iter arripuit, in quo itinere legati apostolicae sedis, Theodewinus videlicet Sanctae Roufinae episcopus et Gwido presbiter cardinalis, populo Dei prefuerunt cum aliis quam plurimis diversarum ecclesiarum episcopis.

Anno Domini 1152. Counradus rex obiit. Fridericus dux filius fratris eius Friderici ducis successit. Ratispona incendio maximo conflagravit; aecclesia sancti Petri et sancti Iohannis, monasterium Inferius et sancti Pauli monasterium cum Veteri capella combusta Apr 14. sunt omnia, tempore pascali scilicet 18. Kal. Mai, feria secunda ebdomadae secundae.

*Anno Domini MCLIII. monasterium sancti Emmerammi ex parte combustum est.* Eugenio papa defuncto Anastasius successit; quo *MCLIIII.* de medio facto Adrianus subrogatur. *Fridericus rex in Italiam expeditionem movit.*

Anno Domini 1155.[m] Fridericus rex *anno*

*Codex S. Emmerammi.*

1147. Iter euntium Ierusalem factum est pridie Idus Februarii. Annus iste memorialis erit. — Beatus Bernhardus Clarevallensis abbas Chounradum regem Romanorum cum legatis apostolice sedis Theodewico Sancte Rufine ecclesie episcopo, Gwidone cardinali, et aliis quam plurimis episcopis diversarum ecclesiarum, ut populo Dei preessent eduxit. Eduxit etiam ex diversis regnis principes, nobiles, ut Loudwicum Franciorum[l] regem, et innumerabilem exercitum christianorum ad matrem nostram visitantium id est Herusalem, et contra inimicos Christi et chrucis, et per mare quod volgo brachium sancti Georii dicitur.

1149. Chounradus rex repatriavit.

1152. Chounradus rex obiit. Fridericus dux Suevorum filius fratris eius Friderici ducis successit. Eodem anno Ratispona maximo conflagravit incendio. Monasteria sancti Petri, sancti Iohannis, Veteris capelle, Inferioris monasterii, sancti Pauli, et fere tota civitas periit igne, die Tiburcii et Valeriani. Eodem anno Eugenius papa decessit; Anastasius successit. Quo mortuo Adrianus successit.

1154. Fridericus rex Romam expedicio-

a) in r. *desunt* 2. b) Prouenigensis 2. c) III. K. Iul. *et* est *supra lineam addita sunt* 1. Eilbertum — habuit *desunt* 2. d) de Austria *add.* 2. *supra lineam.* e) *haec desunt* 2. f) *deest* 2. g) i. G. *in* 1 *et* 2 *supra lineam scripta sunt.* h) defuncto 2. i) 1145. Lucius p. decessit. E. e. d. successit. 1146. Hainr. d. Baioarie qui Liupaldo fratri suo supradicto duci successor extitit, Sc. 2. k) *haec in margine scripsit manus alia, eadem ni fallor quae et a.* 1152. *scripsit, a priori vix diversa.* l) *ita codex.* m) *ita manus* 2 *correxit pro* 1154. *Abhinc alia manus pergere videtur.*

44) a. 1148. Cf. Cont. Adm. SS. IX, 581, ubi eadem fere verba leguntur. 45) 1147. Apr. 8. Necr. Zwif. et Admuntense.

*Codex Pruveningensis.*

*regni sui quarto* in imperatorem ab Adriano consecratur. *Eodem*[a] *etiam anno* Heinricus Ratisponensis episcopus obiit[46]. Hartwicus successit.

*Anno MCLVIII. imperator Mediolanum obsedit, ubi Ekkbertus comes occiditur. Mediolanum victum datis obsidibus eodem anno rebellat.*

Anno Domini 1159. Fridericus imperator *secundo in Italiam* expedicionem contra rebelles Mediolanenses movit, qui magna tirannide impune diu longe lateque prevaluerant, episcopatus plurimos et abbatias deleverant. Itaque primo eos in dedicionem accepit, postea iterum rebelles factos diuturno bello vicit et civitatem eorum funditus subvertit. *Dissensio inter Adrianum papam et Fridericum imperatorem.*

Anno Domini 1160. Adrianus papa decessit[48] Scisma in ecclesia Romana exoritur diuturnum et inextricabile, aliis Octavianum cardinalem prespiterum promoventibus et Victorem eum acclamantibus, aliis Roulandum eligentibus eumque Alexandrum appellantibus. *Qui seditionem civium non ferentes qua quisque poterat confugierunt. Victor ad imperatorem veniens honorifice ab eo est susceptus. Alexander vero a Loudwico rege Francie receptus est. Non tamen defuerunt de imperio Friderici cesaris, qui parti faverent Alexandri. Ita uterque papali nomine frui videbatur.*

Anno Domini 1160.[d] *Crema capitur a cesare Friderico.* Arnoldus Mogontinus episcopus a civibus occiditur.

*Anno MCLXI. luna in Februario tetro igne sanguinei coloris apparuit. Heinricus dux Karinthie obiit.*

Anno Domini 1162.[e] *Mediolanum destruitur ab imperatore.* Aribo pius pater secundus huius loci abbas feliciter migravit. Gotfridus tumprepositus in maiori ecclesia Ratispone, paulo post monachus Sancti Emmerammi, in ipso tirocinio subrogatur.

Anno Domini 1163.[f] idem Gotfridus apud Babenberch defungitur et ad Sanctum Micha-

*Codex S. Emmerammi.*

nem primam fecit, et ab Adriano in inperatorem consecratur.

1155. Hainricus Ratisponensis episcopus obiit. Hartwicus II. Salzburgensis canonicus successit. 46

1156. Fridericus rex nuptias Wirzeburch celebravit.

1157. Fridericus imperator secundam expedicionem in Italiam fecit, et Bononiam adiit[47]. Habundantia pacis fuit.

1158. Fridericus inperator Medialanum triumphavit et in deditionem eos accepit; postea iterum rebelles factos diuturno vexavit bello usque ad tempus[b] excisionis. Cremam vero obsedit et expugnavit[c]

1159. Adrianus papa obiit Kal. Septembris. Cui secundum quosdam et saniores et 48 numero et dignitate Roulandus cancellarius et cardinalis successit rata et legitima electione. Secundum alios vero infirmiores et numero et dignitate Octavianus cardinalis successit priore electione cassata. Roulandum vero Alexandrum appellantes, Octavianum Victorem proclamantes. Et sic electores claudicantes, ecclesiam Dei claudicare fecerunt, et per hoc scisma id est divisio facta est gravis.

1162. Mediolanensium cives 3. Kal. Martii sponte se suaque Federico cesari absque ulla clementia Mediolanum dederunt. Et ne iterum contra imperialem maigestatem se armarent sicut prius fecerant, radicitus evertit.

a) E. e. a. *in loco raso.* b) attempus *c.* c) expunnauit *c.* d) *ita manu 2. corr. pro* 1161. e) *eodem modo mutatum pro* 1161. f) *mutatum pro* 1162.

46) a. 1155. d. 11. Maii. Ann. Adm. consentientibus Necrol. Babenb., Diess., Adm., Altah., Sal. et S. Emmerammi; d. 10 Maii Necr. Super. Monasterii. 47) i. e. Poloniam. Italiam a. 1158 adiit. 48) Kal. Sept. 1159.

*Codex Pruveningensis.*

helem in monte sepelitur. Eberhardus substituitur. Mogontia propter facinus occisi pontificis in iudicio Friderici imperatoris muris subrutis et vallorum munitionibus adequatis iuxta scita legum et canonum iure civitatis privatur. Sic in brevi due antiquissime et opinatissime metropoles, Mediolanum Ligurie et Mogontia capud Germanie, in evidens argumentum mutabilitatis rerum omnium exciderunt.

Anno Domini 1164. Eberhardus primum monachus nostre congregationis, deinde abbas Piburgensis, postremo archiepiscopus Salzpurgensis, feliciter rebus humanis excessit. *Chunradus successit.* Hartwicus episcopus Ratisponensis obiit[49]. *Eberhardus successit.* Eodem anno Octavianus qui et Victor apud Luccam moritur et sepelitur, et a suis sequacibus *Guido qui et* Pascalis substituitur, adhuc Alexandro vivente et maioris ac sanioris fidelis populi favorem obtinente.

*Codex S. Emmerammi.*

1164. Octavianus moritur qui et Victor dictus est, apud Luccam sepelitur. Et a suis sequacibus Gwido Cremensis quem Pascalem vocant, substituitur, adhuc Alexandro vivente et maioris et sanioris fidelis populi favorem obtinente. Eodem anno Hartwicus II. Ratisponensis episcopus obiit, cui anno sequenti Eberhardus successit.

Anno Domini 1165. Fridericus imperator qui partes Octaviani id est[a] Victoris et Pascalis id est[a] Gwidonis defendebat, sicut erat non solum ad arma promptus sed et ingenio acutus, Herbipolis[b] curiam celebravit, episcoporum multitudinem nihil sinistri suspicantem in partes sui apostolici iuramento se obligare conpulit, Counradum Salzpurgensem archiepiscopum patruum suum solum de tanta multitudine contradicentem sibi, hostem regni pronunciavit. Nam[c] Counradum Mogontinum episcopum non sibi consentientem iam ante episcopatu expulerat. Eodem anno Alexander papa qui usque ad illud tempus timore imperatoris incertas sedes mutaverat, timore abiecto Romam ingressus suscipitur a Romanis. *Paschalis*[d] *apud Biterbium erat.*

Anno Domini 1166. monasterium sancti Emmerammi[e] combustum est, *et*[f] *muri qui ante quadringentos annos iussu Karoli Magni a Sintperto episcopo edificati erant, collapsi sunt.* Eodem anno Fridericus imperator indignatione Alexandri suscepti a Romanis et insuper rebellium Veronensium motus, profectionem in Italiam paravit[g]. Saxones se ad Alexandrum coactis ad eundem consensum principibus terre sue et vicinarum provinciarum unanimiter contulerunt. *Curia Loufe habita.*

Anno Domini 1167. Fridericus imperator primo victoria ingenti[h] de Romanis potitus, ubi manum contra ecclesiam beati Petri erexit et simul nobile templum Dei genitricis incendio dedit, tantam ire divine plagam incidit, ut fere omnes regni[h] Teutonici primates et presules quos secum habuit, pestilentia prevalente amitteret, totum vero exercitum misero et precipiti exicio eadem lues in brevi provolveret.

*Codex Pruveningensis:* In hac ruina populi Dei Fridericus filius Counradi regis obiit, et Welfo filius Welfonis. Eberhardus Ratisponensis episcopus inibi etiam obiit[50]; Chuno successit.

*Codex S. Emmerammi:* In hac ruina Fridericus de Rotenburch filius Chounradi regis obiit, et Welfo filius Welfonis, et Peringerus comes de Sulzpach[i], et alii quam plures nobiles quorum non est numerus. Eberhardus etiam Ratisponensis episcopus inibi obiit, id est eodem anno. Cui Chouno successit. Eodem vero anno obiit Pascalis qui et Gwido. Cui Gotefridus successit qui et Calixtus dictus est, adhuc Alexandro vivente et fidelis populi favorem obtinente.

---

a) *ita* 2; *in* 1. *nomen alterum alteri superscriptum est.* b) Herbipolim 2. c) Chounr. vero M. 2. d) *haec desunt* 2. e) martyris *addit* 2. f) et — sunt *desunt* 2. g) *reliquis huius anni omissis,* 2 *ponit:* Que est eius expeditio tercia. h) *deest* 2. i) Swapach *c.*

49) die 22. Aug. sec. Necrologia S. Emm., Salisb. et Superioris Monasterii. 50) Diem 24. Aug. dat Necrol. Superioris Monasterii.

*Continuatio Hugonis de Lerchenfelt.*

Anno[a] incarnationis 1174. Fridericus imperator celebrem curiam Ratispone celebravit
in nataliciis apostolorum Petri et Pauli. Eodem etiam anno idem Fridericus quartam expe- Iun. 29.
dicionem in Longobardiam movit, Nonas Septembris. Sept. 5.

*(Alio loco, fol. 52. haec scripta sunt:* Anno incarnacionis Domini 1174, 6. Kal. Iunii bruma Mai. 27.
consumsit totas fruges siliginis circa Ratisponam et vinum. Eodem anno Fridericus impe-
rator celebrem curiam Ratispone celebravit in nataliciis apostolorum Petri et Pauli Eodem
etiam anno 5. Kal. Septenbris domus Hainrici prepositi, Brunonis cellerarii, Hainrici ob- Aug. 28.
bellarii, Purchardi igne consumptae sunt. Eodem etiam anno Fridericus imperator quartam
expedicionem in Langobardiam movit, Nonas Septenbris.)

Anno 1176. die Felicis et Adaucti, id est 3 Kal. Septembris, civitas Ratispona fere tota Aug. 30.
igne periit. Monasteria sancti Petri, sancti Iohannis, Veteris capelle, Inferioris monasterii
et absque[b] monasteriis 33 capelle.

Anno incarnacionis Domini 1177. scisma ortum in Alexandro papa et Octaviano quievit
Venecie die sancti Iacobi apostoli. Iul. 25.

Anno 1180. Fridericus imperator Hainricum ducem Bairorum et Saxoniorum ducatu
privavit. Et eodem anno 16. Kal. Octobris Otonem palatinum in Bawaria ducem statuit. Sept. 16.
Hoc gestum est Altenburch.

Anno incarnacionis Domini 1181. Alexander papa obiit Kal. Septembris. Cui Lucius Sept. 1.
successit.

Anno 1184. Fridericus imperator Moguntie celebrem curiam celebravit in pentecosten,
id est 13. Kal. Iunii. Inibi Hainricum filium suum gladio circumcingsit, quem sibi in regno Mai. 20.
instituit successorem et regem fecit. Inibi etiam Fridericum filium, scilicet[c] ducem Sue-
vorum, etiam gladio circumcinsit. Eodem anno Fridericus imperator in Kal. Septembris in Sept. 1.
Italiam est profectus in bono pacis causa visendi dominum papam. Eodem etiam anno
Friderici imperatoris uxor obiit.

Anno Domini 1185, 3. Idus Iunii Chouno II. Ratisponensis ecclesie episcopus obiit. Iun. 11.
Eodem anno 14. Kal. Iulii Gotefridus cancellarius imperatoris Friderici in episcopum Ratis- Iun. 18.
ponensem eligitur. Eodem etiam anno Lutius papa hominem exuit 8. Kal. Decembris. Cui Nov. 24.
Urbanus successit qui prius Ubertus dicebatur, Mediolanensis archiepiscopus.

Anno Domini 1186. Hainricus rex filius Friderici nuptias celebravit Mediolanum 6. Kal. Ian. 27.
Februarii. Eodem anno 11. Kal. Marcii Gotfridus cancellarius Friderici imperatoris electio- Febr. 19.
nem Ratisponensibus resignat. Quinto igitur Nonas Marcii Chounradum vicedominum in Mart. 3.
episcopum eligunt Ratispone.

Anno incarnationis Domini 1187, indictione quinta, in prima dominica quadragesime,
scilicet in Invocavit, que eo anno evenit 15. Kal. Marcii, Fridericus imperator Ratisponam Febr. 15.
intravit, et ibi cum 17 episcopis et cum omnibus principibus Bawarorum permaximam
curiam celebravit, et inibi totam quadragesimam et pasca peregit. Eodem vero anno in
predicta quadragesima, id est in quatuor temporibus dicte quadragesime, id est in sabbato Febr. 21.
prime septimane dicte quadragesime, id est 9. Kal. Marcii, in predicta curia Chounradus
Ratisponensis ecclesie electus a venerabili Adalberto Salzeburgensi archiepiscopo in epi-
scopum est ordinatus in ecclesia sancti Petri et in altari sancte Marie. Sequenti vero die,
id est 8. Kal. Marcii, id est in kathedra sancti Petri, predictus Chounradus a venerabili pre- Febr. 22.
dicto Adalberto Salzeburgensi archiepiscopo pontificali infula est decoratus in ecclesia sancti
Petri et in altare sancti Petri, presente Friderico imperatore et 14 episcopis.

Anno Domini 1187, 5. Nonas Iulii manus Domini exercuit severitatem iudicii sui sine Iul. 3.
misericordia per Saladinum super Ierosolimitanam terram: ita quod fere tota cum cruce
dominica in manus Saladini et suorum devenit, et cepit regem Ierosolimitanum et alios
quam plures et fere 30 milia hominum interemit apud Tabariam. Et hoc factum est sub
Urbano et Friderico Romanorum imperatore[d] Eodem etiam anno 8. Idus Novembris Ur- Nov. 6.
banus papa hominem deposuit, cui eodem anno Gregorius papa successit. Illo vero non
ad plenum sex ebdomadas in episcopatu habente[e], obiit 16. Kal. Ianuarii. Cui eodem anno Dec. 17.
Clemens successit papa.

a) *alia manus pergit, quae numeros Latino more scripsit; haec sequentia non continue scripsit, sed diversis vicibus, et fortasse non eadem omnia.* b) abque *cod.* c) s. *cod.* d) et F. R. i. *postea additum simulque sententiarum ordo mutatus est. Prius enim praecedebant haec:* 8. Idus Nov. *etc.* e) habentem *cod.*

Mai. 11. Anno Domini 1189, 5. Idus Maii, id est in festivitate sancti Mamerti episcopi, id est in vigilia sanctorum Nerei, Acillei, Pancrati, Fridericus Romanorum imperator cum magno exercitu de Ratispona movit iter contra inimicos crucis id est contra paganos, et per Aústriam et Ungáriam et Greciam ivit, et ibi bracium sancti Georii transfretavit. Post hec transivit Romaniam, deinde Turggiam, deinde intravit Arméniam.

Iun. 10. Anno Domini 1190. in partibus Arménie in fluvio Seleucia apud civitatem Seleph a fluvio sic vocata, 4. Idus Iunii Fridericus Romanorum imperator submersus est. anno imperii sui 38.

Mart. 20. Anno Domini 1191, 13. Kal. Aprilis Clemens papa hominem deposuit. Cui altera die, id est 12. Kal. Aprilis sive in die sancti Benedicti, Iacinctus qui dictus est Celestinus III. suc- Apr. 15. cessit. Eodem etiam anno rex Hainricus 17. Kal. Maii in inperatorem a Celestino papa inungitur cum uxore sua Constantia.

Anno[a] Domini 1194. celebratus est in Ratispona ordo creacionis angelorum et ruina Luciferi et suorum, et creacionis hominis et casus et prophetarum sub Celestino III. papa, regnante Hainrico imperatore et semper augusto et Chounrado regente inibi episcopatum, Febr. 7. septima Idus Februarii.

Apr. 18. Anno Domini 1197, anno cycli solaris secundo, anno cycli lunaris primo, 14. Kal. Maii Hainricus prepositus Ratisponensis ecclesie cum suis iter arripuit contra inimicos crucis. Apr. 20. Eodem anno et eis cyclis 12. Kal. Maii Oulricus parrochianus Ratisponensis ecclesie contra inimicos crucis et ipse cum suis iter arripuit. Eodem etiam anno et eisdem cyclis 7. Kal. Apr. 25. Maii Egeloffus prepositus et ipse arripuit iter. Eodem etiam anno et eisdem cyclis 5. Kal. Apr. 27. Maii Chounradus Ratisponensis ecclesie episcopus et ipse cum multis iter arripuit. Ipse annus cycli solaris scilicet secundus habuit concurrentes 4. Annus iam dictus memorialis erit, in quo iter permagnum contra inimicos crucis arreptum est a multis et clericis et laicis.

Anno[b] Domini 1201. indictione 4. terremotus factus est Ratispone et circa eam, hora diei 11, 4. Nonas Mai, id est in die Floriani martiris.

a) *haec alio loco fol.* 50 *scripta sunt.* b) *scriptum praeter ordinem in folio* 49'.

# EBERHARDI ARCHIDIACONI RATISPONENSIS ANNALES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Magister Eberhardus, ex Altaha inferiore natus, qui archidiaconi munere in ecclesia Ratisponensi fungebatur exeunte saeculo XIII. et ineunte XIV*[1], *quum* quae in Bavaria, *ut ait ipse in exordio annalium* a tempore electionis Rudolfi regis gesta essent, in multis locis quaesivisset nec scripta reperisset, illa quae requirendo scire poterat vel audiendo, annotavit. *Quae verba in eam sunt sententiam accipienda, Eberhardum annales Bavaricos ab anno* 1273 *adductos ad annum* 1305 *— quo quidem circiter anno suum confecit libellum*[2] *— frustra appetiisse, atque ita quae partim litteris consignata conquisivisset, partim auditione famaque accepisset, unum sub aspectum subiecisse. Non enim epistolas varias*[3] *modo et enumerationem hereditatum Ludovici Ottonisque ducum, e codice Altahensi* A[4] *petitam, affixit suo libello, sed in ipsis annalibus etiam expediendis Hermanni Altahensis annalium continuationem et Altahensem et Ratisponensem*[5] *adhibuit; et ita accurate quidem est earum vestigia persecutus, ut ne perturbatum quidem annorum ordinem putaret immutandum, quamvis semel atque iterum praetermiserit quaedam vel in brevius coegerit. Nec vero cedam iis, qui sic arbitrantur, utramque continuationem illam etiam ab ipso Eberhardo formatam esse. Priorem enim esse a monacho Altahensi, signo sunt res gestae anni* 1281[6]. *At Eberhardus genitus Altahae fuit, monasterii sodalis non fuit; quin potius tantum aberat, ut pertinere ad se coenobii negotia vellet, ut ipsam illam rerum anni* 1281 *partem, quae de rebus monasterii est, prorsus praetermitteret*[7]. *Ratisponensem autem continuationem licet Eberhardo propterea adiudicaverit quispiam, quod eandem constet a canonico Ratisponensi compositam esse*[8], *in dubio tamen ponenda res est, quum praesertim manifesta librarii*

1) Testis enim prodit in tabulis his: d. d. 26. Ian. 1294 *meister Eberhard der erzpriester von Regensburg* (Ried Cod. dipl. Rat. I, 656); 12. Dec. 1294 *Eberhardus canonicus Ratisponensis ecclesiae* (ibid. 664); 9. Febr., 13. Iul., 20. Aug. 1295 *magister Eberhardus archidiaconus, canonicus Ratisponensis ecclesiae* (ibid. 667, 681, 684, 688); 24. Apr. 1296, 6. Sept. 1297 *maister Eberhard chorherr ze Regenspurch* (ibid. 697, 712); 6. Dec. 1297, 19. Aug. 1303 *magister Eberhardus canonicus Ratisponensis ecclesiae* (ibid. 713. II, 739).

2) Is enim non modo terminatur in medio anno 1305, sed eam annalium partem etiam, quam descriptae Hermanni Altahensis annalium continuationi Ratisponensi subiecit de suo Eberhardus, confestim exordiri a rebus anno 1304 gestis reperies.

3) quarum duae quidem leguntur infra (post a. 1305); sed plures in primo libelli exemplo, quod non iam exstat, ab Eberhardo conscriptas esse, perspicuum fit ex memoriis annorum 1300 et 1303.

4) V. supra p. 351.

5) supra p. 408—420.

6) supra p. 411.

7) Nec Weichardus de Polhaim (Mon. SS. IX, 810 sq.) habet hanc partem, qui ex aequali quodam libri Eberhardiani exemplo sumpsit narrationes annorum 1280—1305.

8) V. supra p. 359.

*peccata e continuatione Ratisponensi affluxisse ad Eberhardi libellum videamus; in his etiam depravatum illum anni numerum* 1284 cives Ratisponenses cet.[9] *pro* 1294, *quem quidem errorem gravissimum ab ipso rerum explicatore suam materiam retractante vix dederis iterari facile potuisse*[10]. *Eo accedit etiam, quod in codice Latino Monacensi* 4352 (*cod. Augustano S. Udalrici* 52) *fol. chartac. saec. XV, qui unus fol.* 259—273′ *Eberhardi opusculum servat, Continuatione Ratisponensi ad exitum adducta sub anno* 1300, *iis verbis* Ipse etiam Venezlaus, *quibus quidem longius contexere annales orditur Eberhardus, hoc praefixum signum* ⊈ *est, ut appareat, in primo quoque opusculi exemplo deperdito fuisse illo loco initium novae annalium partis indicatum, ac si ipse scriptor alienarum propriarumque rerum confinium voluerit animadverti.*

*Neque vero integer per omnes partes Eberhardi libellus in eo, quem paullo ante dixi, codice positus est. Etenim desunt nonnullae epistolae, quas annalibus suis se adiunxisse, diserte tradidit Eberhardus*[11]. *Quum praeterea Weichardus de Polhaim, qui iam anno* 1307 *in adaugendis annalibus S. Rudberti Salzburgensibus Eberhardi usus est opusculo ab a.* 1280 *ad a.* 1305, *nonnullas Continuationis Altahensis partes, quibus carent codicis nostri annales Eberhardi*[12], *in rem suam converterit, manu tenemus, a librario omissas illas partes esse, nisi quis Weichardum coniecerit praeter Eberhardi librum ipsam quoque novisse Continuationem Altahensem.*

*Editionem libelli principem Canisius curavit ex codice Monacensi in Ant. lect. I,* 307—358, *quam non mutatam repetiit Basnage IV,* 216—234. *Postremo Boehmerus, Hermanni Altahensis annalium continuationes ab Eberhardo scriptas esse ratus, recensionem Canisianam sic commutandam duxit* (*Font. II,* 526—552), *ut et memorias annuas in temporum ordinem redigeret et quidquid continuationes illae comprehendunt, in Eberhardi libellum conferret. Equidem codicem Monacensem plane secutus, retinui rerum gestarum collocationem a scriptore factam, nisi quod earum epistolarum et decretalium insertarum, quae item in continuatione Altahensi leguntur supra, satis habui verba prima et novissima tantum describere. Vitiis librarii emendationes nonnullas ex libro Weichardi de Polhaim admovi, epistolasque Nicolai IV. papae, memoriam anni* 1305 *subsequentes, corrigere licuit ex eiusdem pontificis litteris, quae apud Rymer Foed. I, II,* 748. 749 *reperiuntur.*

*Berolini* 4. *Idus Decembres* 1858.

Quia ea, que in patria nostra, scilicet Bawaria, a tempore electionis Rudolfi Romanorum regis gesta sunt, in multis locis quesivi nec scripta reperi, ego Eberhardus natus de inferiori Altach, Ratisponensis ecclesie archidyaconus, iuxta Hismenium michimet ipsi canens[13], illa que requirendo scire poteram vel audiendo et digna reputavi memoria, hic fideliter annotavi.

Cont. Altah. c. Oct. 6. Anno Domini 1273. mortuo Richardo Romanorum rege, principes imperii circa octavam sancti Michaelis ad eligendum alium regem in Franchenfurt convenerunt, et dum omnes qui vocandi erant interessent preter Heinricum ducem Bavarie, qui et solemnes miserat nuncios, et per ratihabitionem suum eidem electioni prebuit consensum, electus est Rudolfus comes de Habspurch in Romanum regem, postea in imperatorem consecrandus. Qui Rudolfus statim exegit a principibus clericis ac laycis fidei iuramentum. Quod cum recusarent propter ceptri absentiam, ipse electus signum crucis accipiens talia dixisse fertur[a]: *Ecce signum, in quo nos et totus mundus est redemptus; et hoc signo utamur loco sceptri.*

a) fateretur *cod.*

9) supra p. 417. 10) Idem vitium ex Eberhardi annalibus transiit in Continuationem Weichardi de Polhaim (l. l. 811), sed is, quum Adolfi regis nomen pugnare cum anno 1284 intellexisset, temerariam aggressus emendationem, pro Adolfi nomine nomen Rudolfi intulit. 11) V. supra n. 3. 12) Sunt autem hae: 1288. *Eodem tempore Iudei — concremavit;* 1289. *Dominus Rudolfus — triumphavit;* 1290. *Dominus Heinricus — assignando.* 13) Cf. Apuleium de deo Socrat. c. 21: *Nescio ut sibi Ismenias tibiis canere.*

Et deosculata cruce omnes principes tam spirituales quam seculares ipsam crucem loco sceptri osculantes, recipientes feoda, sibi fidelitatis iuramentum prestiterunt. [Cont. Altah.] Ipse etiam rex adhuc existens in palatio Aquensi, ad quod iam pridie intronizatus a principibus fuerat, duas filias suas, unam domino Ludwico comiti palatino Reni, alteram duci Saxonie matrimonialiter copulavit. Eodem anno rex Bohemie Otakerus et Heinricus dux Bawarie ad plenam concordiam redierunt, rege Bohemie de castro in Scherding et quibusdam iuribus, que pertinebant ad ducem, refutationem faciente. Ipsi etiam contra omnem hominem huiusmodi iuraverant mutuo se iuvare.

Anno Domini 1274. ad curiam novi regis in Franchenfurt principes evocantur.

Anno Domini 1274. celebratum est generale concilium apud Lugdunum per Gregorium papam decimum, cui interfuerunt plus quam 700 episcopi et abbates et prepositi, ceterique ecclesiarum prelati in numero copioso. Item eidem concilio interfuerunt solemnes nuncii seu procuratores Grecorum, qui coram toto concilio symbolum Niceni concilii, scilicet *Credo in unum Deum*, alta[a] voce decantaverunt in signum et testimonium[a], quod a suo veteri errore, quo dicebant Spiritum sanctum tantum a Patre et non a Filio procedere, se recessisse demonstrarent, et velle credere quod sancta mater Romana et orthodoxa ecclesia credit et predicat, scilicet quod Spiritus sanctus a Patre et Filio eterna spiratione procedit, sicut patet per decretalem, que super hoc est in eodem concilio promulgata. Cuius tenor talis est: *Fideli ac devota — non tanquam uno procedat.* Sed ipsi Greci ab hac fide et promissione subito recesserunt. Propter quod dominus papa Martinus in Urbe-veteri eos excommunicatos nunciavit, ut patet in littera subsequenti: *Martinus episcopus servus servorum Dei. Ad certitudinem presentium — patenter omnibus publicatur. Actum apud Urbem-veterem in platea dicte maioris ecclesie in festo dedicationis basilice principis apostolorum, pontificatus nostri anno primo.* [1281. Nov. 18.] Item quia in partibus Alemannie et forsitan in aliis etiam iniqua consuetudo inoleverat de inpignorationibus, in quibus unus pro alio, sive innocens pro nocente indebite pregravatur, contra inpignorantes huiusmodi idem papa Gregorius in eodem concilio edidit decretalem, cuius tenor est talis: *Etsi inpignorationes — subiaceat interdicto.* [1274.] Ex hac tamen salubri[b] constitutione modica provenit utilitas, vel quia rite post concilium in provinciis publicata non extitit, vel quia excommunicationis precipitium a malis hominibus non timetur. Item pro subsidio terre sancte inposita fuit in eodem concilio omnibus ecclesiis et monasteriis, non tamen xenodochiis nec orphanotrophiis[c], solutio decimarum omnium proventuum ecclesiasticorum per sex annos continuos idem concilium subsequentes. Que decima quamvis studiose exacta fuerit et recepta, non tamen est evidens, que utilitas terre sancte exinde fuerit procurata. Post idem concilium predictus papa Gregorius accessit apud Losannam Rudolfum, electum per principes Alemannie in Romanorum regem, et electionem de ipso factam confirmavit, sibi nomen et dignitatem regiam ascribendo; et promisit ipsum imperatorem postea consecrare. [1275. Oct.]

Anno Domini 1277. cum predicto Rudolfo Romanorum regi[d] omnes comites ac barones et communitates civitatum et civium de Reno, Franconia, Swevia et Bawaria se sponte subdiderunt, ei fidelitatis iurando homagia, castraque et civitates et terras, quas tempore vacantis imperii, scilicet a temporibus Friderici olim imperatoris, occupatas tenuerant, sibi voluntarie resignarunt; [1276.] Otakerus, quintus Bohemorum rex, qui Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam ac Portum Naonis tempore vacantis imperii tenuerat, resignare noluit, dicens, quod easdem terras bona fide et iusto tytulo possideret, ac ex mandatis et commissionibus apostolicorum, qui tempore suo fuerant, contra insultus Ungarorum, Comanorum et Tartarorum per 24 annos cum gravibus sumptibus et laboribus, immo et multa impensa suorum sanguinis defensasset. Quam allegationem Rudolfus Romanorum rex non advertit, sed validum exercitum congregans, intravit terram Austrie, euntibus secum in exercitu Moguntino et Coloniensi archiepiscopis, Herbipolensi, Ratisponensi, Pataviensi episcopis, Ludwico comite palatino Reni, Heinrico duce Bawarie, et aliis multis nobilibus de Reno, Franconia et Swevia. [Sept.] Et civitates ibidem et castra se suo dominio subdiderunt, excepta civitate Wiennensi; quam etiam obsidione cinxit nec tamen per violentiam cepit. [Oct.] Sed per quoddam arbitrium, quod ipsi ambo reges inierunt, incepit ipsam civitatem Wiennensem et totam terram Austrie trans Danubium versus meridiem possidere; altera parte eiusdem trans Danubium versus aquilonem sive Bohemiam eidem regi Bohemie per idem arbitrium remanente. Tandem per tres vel duos annos, predicto scisso arbitrio, prefatus rex Bohemie de terris suis, scilicet Bohemia et Moravia, et etiam de aliis terris, scilicet Polonia, Pomerania, Saxonia, Michsna, fortem exercitum congregans castra metatus est super flumine March in campo qui dicitur Marchveldt, prope Cistesdarff. [1278.] Et cum idem rex Bohemie cum Rudolfo Romanorum rege de mane congredi cogitaret, ecce multi nobiles de parte adversa ipsum regem Bohemie premunierunt litteris et nunciis, dicentes, quod in ipsa congressione nobiles sui essent eum prodicionaliter in manus hostium tradituri. [Aug. 25.] Quod cognoscens, idem rex Bohemie nobiles suos ad se in suum convocavit tentorium, et se eis inermem omnimodis presentavit dicens: *Ecce inermis in conspectu vestro sto, et licet de fidelitate vestra non diffidam, tamen si cui contra me proditionis vel inique factionis esset voluntas, melius existeret, ut me nunc solum occideret, quam cras mecum in bello multa milia hominum moriantur.* Sed ipsi nobiles multis iuramentis, se ipsi velle fideliter assistere, promiserunt. Item idem rex Bohemie cuidam strennuo militi promisit plurima se daturum, si vel Romanorum regem vel saltem equum eius occideret in congressu. Qui miles, hac promissione accepta, cuneum fortissimorum militum penetrans, ipsum regem Romanorum vehemente ictu ad terram prostravit et equum eius occidit. [Aug. 26.] Sed nobiles, qui latus regis stipaverant, eundem captivaverunt militem, et regem in equo alio locaverunt. Sed ecce mirabilem predicti Romanorum regis clementiam, quia eundem militem sibi[e] captivum presentatum postea abire permisit illesum, dicens, quod rei publice dampnum esset, si miles adeo fortis et strennuus deperiret. Ipso etiam rege Romanorum, devinctis sibi Ungarorum et Comanorum regibus, et nobilibus de Reno, Franconia et Swevia, conflictum habente cum predicto rege Bohemie, ipse rex Bohemie est occisus et inter cadavera mortuorum nudus omnimodis est inventus, anno Domini 1278. 7. Kalendas Septembris. Idem enim rex Bohemie nobiles et populum predictarum terrarum, Bohemie, Austrie, Moravie, Styrie, Karinthie et Carniole, qui ante sua tempora rapinis et spoliis assueti fuerant, multa austeritate compescuit, et sine delectu personarum in severitate iusticie ita magnum iudicaverat sicut parvum. Et ob hoc predicti nobiles, eum latenter habentes odio, deseruerunt aciem, ac ipsum cum paucis expositum hostibus dimiserunt. Quod cum ipse rex conspiceret, scilicet suorum adiutorio se privatum, cum illis paucis, qui mori elegerant pro domino et pro patria, in turbas hostium prosiliit; et aliqua strage ab eis facta, tam ipse quam predicti sibi fideles in acie ceciderunt. Post eius mortem terra Bohemie et Moravie multis tribulationibus est exposita. Nam filius ipsius regis iuvenis erat et per marchionem de Branburch in tutele custodia servabatur, et ipsa terra Bohemie tam per incolas quam per ducem Heinricum Vracesslavie miserabiliter vastabatur. Interea etiam relicta predicti regis Bohemie duxit legitime quendam nobilem de Bohemia, Zebischum nomine, de cognatione Bitigonum, qui sepe fati regis Bohemie fuerat persecutor. [1279.] Sed tandem filius regis Bohemie, ducens in uxorem filiam Rudolfi Romanorum regis et regnare incipiens, eundem Zebischum, qui per reginam quam duxerat thesauros regios habere ceperat nec regi assignare voluit, mortua quondam regina captivavit et occidit, duobus filiis, [1290. Aug. 24.]

a) alta — testimonium, *quae desunt in cod., addidi ex Cont. Altah.* b) sublubri *cod.* c) orphantrophiis *cod.* d) rege *cod.* e) si *cod.*

quos ex eadem domina habuerat, exilio deputatis; et quia fratres eiusdem Zebischi et aliqui alii de sua parentela se ob hoc regi Bohemie opposuerunt, eos a regno suo penitus expulit et fugavit.

1277. Anno Domini 1277. Leo Ratisponensis episcopus obiit, in vigilia beate Margarete, qui rexerat Ratis-
Iul. 12. ponensem ecclesiam 18 annis, et vir multe literature et prudentie fuit. Cui successit dominus Heinricus comes de Rotenekke, eiusdem ecclesie canonicus et archidyaconus. Qui kathedralem ecclesiam beati Petri consumptam Ratispone et destructam incendio, et ab antecessore suo reedificari inceptam sumptuoso opere, quod et materiam superabat, ut ad finem perduci posset, multis laboribus procuravit, et multa preciosa ornamenta Ratisponensi ecclesie et aliis tradidit. Campanas etiam comparavit et dedit Ratisponensi ecclesie, sicut hodie patent, maximas et sonoras. Suum etiam patrimonium, scilicet comitatum et castrum in
1297. Rotenekk cum pertinenciis suis Ludwico duci Bavarie vendidit [14]; et Ratisponensem ecclesiam, oneratam[a] multis debitis, ab usuris et dampnis aliis liberavit. Et advocaciam
1295. in Velden et iudicia in Velden, Eberspeunt, Teispach, Francehausen, Ergolczpach, Essenpach, Pilsting et Aueting a dominis ducibus Bawarie et alia multa magna pecunia
15 comparavit [15]. Et fere omnia castra ecclesie muris et turribus firmius quam ante fuerant exaltavit, redditus etiam tam episcopales quam canonicorum prebendas per suam industriam mirabiliter ampliando. Et quod inter sua opera memorie magis dignum reputo, ubicumque patriam bellorum vel gwerrarum horror perterruit, ibi ut sacerdos magnus tempore ira-
Eccli. 44,17. cundie factus est reconciliacio, nec in hoc pepercit laboribus vel expensis, quin discordantes ad concordiam revocaret, pacem non solum Bawarie sed etiam vicinis procurando; et pro re publica, que paucis cordi existit, plus omnibus suo tempore laboravit.

Cont. Altah. 1281. Petrus Pataviensis episcopus obiit, qui pontem trans Danubium Patavie primus fecit; cui successit Wichardus, eiusdem ecclesie prepositus. Eodem anno Albertus de Hals factus est comes a rege Rudolfo.

1281. uxor predicti Rudolfi Romanorum regis nomine Anna obiit. Et eodem anno ipse rex exivit terram Austriae,
1282. Dec. et ipsum ducatum Alberto filio suo primogenito commendavit. Sed postmodum eundem ducatum eidem Alberto et Rudolfo filiis suis in feodum contulit coram principibus suis, super hoc Auguste in curia congregatis. Eodem anno
1281. Chunradus comes de Mosburch moritur sine heredibus, et comitatus ad Heinrici ducis Bawarie devolvitur potestatem. Item eodem anno a Friderico Salczpurgensi archiepiscopo apud Salczpurgam concilium celebratur.

Anno Domini 1282. Petrus rex Arragonie, expulso Karolo rege, regnum Sycilie potenter occupavit. Propter quod papa Martinus excommunicationis sententiam protulit contra ipsum, sicut plenius patet in littera sequenti: *Martinus episcopus servus servorum Dei ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Cogit nos temporis qualitas — contraire. Ut autem etc. — Datum apud Urbem-veterem in platea dicte maioris ecclesie, in die ascensionis Domini, pontificatus nostri anno secundo.* Quam excommunicationem cum predictus rex Arragonie contempneret, papa excitavit contra eum Philippum regem Francie, qui cum multis milibus militum intravit Arragoniam. Sed per multitudinem muscarum illius terre et inopiam alimentorum, que etiam pro pecunia haberi non poterant, multi equi et homines perierunt. Et ipse rex mortuus ibidem, reductus est Parysius et apud Sanctum Dyonisium est sepultus; cor autem ipsius regis est apud Predicatores Parisius tumulatum. De qua divisione[b] individui plures clericorum et laicorum contra eosdem fratres, qui dicuntur illud obtinuisse precibus et exhortationibus, scandalizati sunt.

1291. 1291. civitas Akaron, quam solum habebant christiani in terra sancta, obsessa est
Mai. 18. per soldanem Babylonem, et per 40 dies et noctes sine intermissione inpugnata capta est, et ibidem multa christianorum milia et capta sunt et occisa; aliqui autem per navigium fugierunt. Et quia multorum erat opinio, quod si fratres domorum ibidem, scilicet Hospitalis, Templi et Teutonicorum, et reliquus populus omnino concordasset, civitas capta non
1291. Aug. 1. fuisset, mandavit papa Nicolaus omnibus patriarchis archiepiscopis episcopis et aliis prelatis, ut concilia provincialia celebrarent et deliberarent, qua ope vel consilio eidem terre
16 posset subveniri [16]. Et per concilium habitum Salczpurge rescriptum fuit domino pape et consultum, ut predicti tres ordines counirentur ad unum ordinem, melioribus eorum observanciis in unum redactis, et quod ad succursum eiusdem terre sancte rex Romanorum cum
1292. Apr. 4. principibus vocaretur. Qui nuncii antequam venissent ad curiam, papa mortuus est; et sic hoc negocium remansit infectum.

Cont. Altah. 1284. Fridericus Salczburgensis archiepiscopus obiit; cui successit Rudolfus, Romanorum regis vicecancellarius. Qui licet a principio contra adversarios sui episcopatus se validum propugnatorem ostenderet, tamen ultimo ad timorem,
1288. Nov. 7. qui non debuerat in virum constantem cadere, statuta sui concilii, quod celebravit 1288, quando etiam corpus beati Virgilii transtulerat, non sine tocius patrie scandalo in conspectu ducis Austrie revocavit. Post ipsum Rudolfum
1291. electus est, imo pocius datus per sedem apostolicam, Chunradus dictus de Vonstorf, tunc episcopus Laventinus.

a) *sic est corr. in cod.* ornatam. b) indivisione *cod.*

14) V. tabulam Ludovici II. ducis Bav. sup. d. d. 21. Aug. 1279 ap. Ried I, 560. 15) Praesente annalium scriptore „magistro Eberhardo archidiacono." V. tabulas d. d. 13. Iulii 1295, ap. Ried I, 678–684. 16) V. infra Nicolai epistolas d. d. 1. Aug. 1291.

1285. Gotfridus Pataviensis episcopus nacione de Bestvalia obiit, cui successit Wernhardus[a] dictus de Praupach, Cont. Altah. eiusdem ecclesie canonicus. Qui beatorum Valentini et Maximiliani corpora in loco humili reposita, in tumba honorabili de novo in medio ecclesie Pataviensis erecta, decentius colocavit: **et incepit reedificare de novo et bono opere ecclesiam Pataviensem.** Preterito anno, hoc est anno Domini 1280. tempore Ladizlai regis Ungarie, filii 1285. regis Stephani, Tartari in tanta multitudine intraverunt Ungariam, quod dicebantur cum exercitu suo undecim miliaria occupare. Qui tandem non humano auxilio, sed divino iudicio perierunt. Supervenit enim grando, nix et pluvia in tanta quantitate, quod se de loco movere non poterant, et a christianis in circuitu positis sunt occisi, et iusti tulerunt spolia impiorum; **multi etiam eorum evaserunt.**

1288. dux Brabancie devictus[b] auxilio civium Coloniensium, archiepiscopus Coloniensis et comes de Gelerr ipsosque capitavit, et in eodem conflictu multi strennui milites sunt amissi. Eodem anno Rudolfus Romanorum rex comitis 1289. Iul. 16. Burgundie, rebellantis sibi, terram ingreditur cum exercitu. Et licet comes idem multorum de Picardia et Flandria iuvaretur auxiliis, tamen cum predicto rege congredi non audebat, sed per ducem Burgundie ad gratiam et concordiam rediit cum eodem. Item eodem anno mota est discordia inter omnes archiepiscopos, episcopos, prelatos et totum clerum regni Sept. 1. Francie ex una parte, et fratres Predicatores et Minores ex altera super privilegio dato eis a domino papa Martino, cuius tenor talis est: *Martinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis ministro generali et provincialibus ministris ordinis fratrum* 1282 Ian. 10. *Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Ad fructus uberes — incursurum. Datum apud Urbem-veterem* 4. *Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno primo.* Dicebant enim ipsi Predicatores et Minores, quod confessi ipsis non tenerentur suis parrochialibus plebanis eadem peccata in numero iterum confiteri. Cuius tamen contrarium archiepiscopi et episcopi asserebant per idem privilegium et per decretalem extra de penitentiis et remissionibus: *Omnis utriusque*, cuius in eodem privilegio mentio facta fuit. Que questio per doctores seu magistros theologie et iuris canonici multipliciter fuit Parysius disputata; et validissimis ostensum fuit rationibus, precipue tamen per magistrum Heinricum de Gandavo, quod eadem peccata in numero, que aliquis confessus fuerit Predicatori vel Minori vel alias privilegiato, teneretur iterato confiteri saltem semel in anno suo proprio sacerdoti. **Cuius tamen contrarium cum fratres multis rationibus niterentur ostendere, tale consilium magistri et sapientes Parysius a scolaribus requisiti: quod quamdiu hec questio esset dubia Parysius, ubi magis quam alibi in mundo esset[c] copia peritorum, tam diu deberent confiteri suis parrochialibus presbiteris, de quorum certa auctoritate nulli sacre scipture vel canonum sapientes dubitaverunt hactenus, qui in locum septuaginta duorum discipulorum, sicut episcopi in locum apostolorum, certissime successerunt. Tandem super eadem questione omnes archiepiscopi, episcopi et totus clerus regni Francie solempnes nuncios cum aliis viris sapientibus ad sedem apostolicam transmiserunt, et quilibet eorum centesimam partem omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum contribuit eisdem nunciis pro expensis. Sed dominus Nicolaus papa, quamvis assumptus esset de ordine Minorum fratrum, eandem questionem pro neutra[d] parte voluit terminare; unde remanet usque hodie in suspenso. Eodem etiam tempore venit quidam Parysius de Arabia homo provecte etatis, qui promittebat, se per quasdam figuras, non tamen artis notorie, brevi tempore omne scibile scolaribus traditurum. Qui cum a magistris et cancellario examinaretur, apparuit de questionibus cuiusque scientie probabiliter respondere; tamen quia in traditione sue scientie modum philosofficum non habuit, a scolaribus suis breviter est relictus, et sic sue scientie evidens vestigium Parysius non reliquit[e].**

Anno Domini 1287. Rudolfus rex apud Herbipolim solempnem curiam habuit cum principibus Alemanie, et eodem Cont. Ratisp. tempore Iohannes Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus, ibidem celebravit concilium. Et quia multa honera et graves expensas volebat clero inponere, a quibusdam episcopis adversus eum exstitit ad sedem apostolicam appellatum; et propter hoc sua intentio et concilium desideratum ab eo eventum non habuit, et ipse subito ad propria est reversus. Intellexerat enim prius aliis de morte domini pape Honorii, qui prius dicebatur Iacobus de Sabello; cui successit frater Ieronimus de ordine fratrum Minorum, et vocatus est Nicolaus, de quo supra dictum est. De quo non intellexi, 1288. Febr. 22. quod fratribus quondam sui ordinis aliquas fecerit gratias speciales; et tempore suo noluit discutere questiones, quas fratres Predicatores et Minores contra episcopos habuerunt, ut per ipsum neutra partium gravaretur. Quo mortuo vacavit 1292. Apr 4. sedes apostolica propter discordiam cardinalium plus quam tribus annis, et tandem iidem cardinales, ut creditur, nutu divino concordaverunt in quendam virum rectum et religiosum, qui in cella sua per 40 annos et amplius sub regula beati 1294. Iul. 5. Benedicti strennue vixerat, qui electus Celestinus est vocatus. Et cum educeretur a cella, nullum equum tunc et etiam postea ascendere voluit, sed tantum asellum, exemplo Domini venientis Ierosolimam, equitavit. In via etiam transeundo Dominus per eum multa miracula fecit. Qui licet mire sanctitatis existeret, tamen adeo simplex erat, quod petentibus concedenda et non concedenda concessit. Et cum consideraret, quod consuetum silentium et abstinentiam, que in claustro servaverat, propter intollerabilem rerum curam tenere non potuit in papatu, renunciare eidem presulatui cogitavit. Et cum sapientum esset opinio, quod papa non posset cedere, talem constitutionem edidit, quod pape possint cedere tam presens quum futuri, dicens, quod de plenitudine potestatis eandem constitutionem facere bene posset. Qua facta statim Dec. 13. cessit. Et electus est post ipsum Benedictus cardinalis, qui vocatus est Bonifacius. Qui statim post creationem suam Dec. 24. omnes gratias et concessiones, quas predecessor suus fecerat, revocavit. Et omnis populus propter evidentem sanctitatem predictum Celestinum libenter habuisset pro papa; sed dominus Bonifacius ipsum reclusit, ne scisma fieret, si a populo raperetur[f]. Post duos autem annos idem Celestinus mortuus est, et dicitur, quod Dominus per eum multa miracula 1296. Mai. 19. operetur: **et sepultus est in quodam monasterio[g] inter Anagniam et Forentinum[17].**

a) Bernhardus *cod.*, Wernhardus *Weich. de Polh.* b) *sic est in cod. corruptus locus.* c) est *cod.*, esset *Weich. de Polh.* d) neutro *cod.* e) *hoc loco excidisse videntur:* Eodem tempore — concremavit. 1289. dominus Rudolfus — triumphavit. 1290. dominus Heinricus — assignando. *V. praefationem supra p.* 592 *n.* 12. f) reperetur *cod.* g) monasteriolo *Weich. de Polh.*

17) Ferentinum.

Cont. Ratisp. Anno Domini 1291, 18. Kal. Augusti mortuus est Rudolfus Romanorum rex et sepultus est in Spires. Regnavit-
1292. que annis 17 in Alemannia, et Ytaliam non intravit. Post quem infra tempus 6 mensium electus est Adolfus comes
Mai. 8. de Nasowe in Romanorum regem, miles[a] multum strennuus, qui anno Domini 1294. terras Turingie et Michsensem
1294. rebellantes sibi intravit, et duobus annis manens ibidem expugnavit easdem, et nepotes olim Friderici imperatoris, persecutoris ecclesie, qui easdem terras occupaverant, eiecit penitus ab eisdem. Postquam enim civitatem in Freiberch
1296. obtinuisset, castrum quod in eadem civitate extitit, subfodi latenter precepit; et congregatis ibidem maioribus adversariis regis et fortioribus, muri eiusdem corruerunt. Et idem rex cum suis eandem ruinam presciens, subito impetu omnes qui in castro fuerant captivavit. Inter quos 60 viros, qui magis nocentes fuerant, proscriptos ante sicut hostes imperii, in continenti decapitari precepit, aliis ad petitionem suorum nobilium pro tempore reservatis. Quod factum adeo incolas terre terruit, quod plures eorum desertis castris fugierunt, et ipse marchio Michsensis, cui adhuc civitas et castrum in Michsen cum paucis castellis remanserat, se ipsius regis gratie[b] subdidit, ut rex illis parceret, quos de servitoribus suis in suis vinculis detinebat. Quod et factum est, et sic pax eidem terre rediit. Ipse enim marchio, preter alia mala quibus terram turbaverat, episcopum et canonicos Michsenses a suis habitaculis et rebus eiecerat, et horreum feni pro equis suis fecerat de ecclesia kathedrali.

Cont. Altah. 1290. pridie Nonas Februarii Heinricus dux Bawarie moritur, et reliquit tres filios: Ottonem, Ludwicum et Stephanum.

Cont. Ratisp. 1290. cum Albertus dux Austrie cum Chunrado Salczburgensi archiepiscopo discordaret, et[c] ex utraque parte
1292. sibi dampna gravia intulissent, idem archiepiscopus confederavit sibi Ottonem ducem Bawarie, et una cum predicto duce Karinthiam est ingressus, fiduciatus ab incolis, quod posset terram Styrie obtinere. Sed tandem eos redire infecto negotio densitas nivium compellebat. Sequenti vero tempore predictus archiepiscopus cepit filium ducis Karinthie, cuius
1293. liberatio magna occasio fuit, quod pax inter ipsos extitit reformata. Super qua reformatione Heinricus Ratisponensis
1296. episcopus, una cum Ludwico duce Bawarie sollicite laboravit. Qua concordia durante vix ad tres annos vel paulo plus, dux Austrie obsedit opidum Rastat ad duos menses vel modicum amplius. A qua obsidione tandem propter inopiam victualium, que per angusta montium adduci sufficienter non poterant, dicitur recessisse, quia et dux Otto cum exercitu usque in Salczburgam processerat contra ipsum.

Anno Domini 1294. orta est discordia inter regem Francie ex una parte et Eduardum regem Anglie ex altera. Et Adolfus Romanorum rex, plus favens regi Anglie, repetivit a rege Francie regnum Aralatense et quasdam alias terras et provincias, quas dicebat esse imperii, insuper et spineam coronam Domini, quas nisi redderet, eas quod in manu forti vellet requirere, demandavit. Et ob hoc multi nobiles, sicut comites Flandrie et de Bar et alii, se eidem regi
1297. Francie opposuerunt, qui ei antea consueverant adherere. Propter quod predictus rex Francie anno Domini 1297. eduxit super eosdem comites adeo magnum exercitum, quod in eo preter christianos sellatores dicebantur plus quam 30 milia Iudeorum, quos etiam primi belli auspiciis exponere cogitabat.

1294. mortuus est Ludwicus comes palatinus Reni dux Bawarie in partibus Reni apud Haidelberch Kalendis Februarii, in ea camera, ut dicitur, ubi natus fuit. Et reliquit duos filios, quorum primogenitus, videlicet Rudolfus, duxit in uxorem filiam Adolfi Romanorum regis nomine[d]. . . .

1294. 1284. cives Ratisponenses ceperunt edificare antemuralia civitatis sue, opus decorum et forte munimentum. Et a clero civitatis eiusdem pro eodem opere contributionem cum multa instantia exigebant. Sed Adolfus rex Romanorum
1295. eodem tempore, videlicet infra pascha et pentecosten[e], veniens Ratisponam, et proponente sibi Heinrico Ratisponensi
Apr. episcopo hanc exactionem cognoscens, eosdem cives per se ipsum et consiliarios suos exhortatus est et monuit, ut nichil a clero ratione huius operis exigerent, sed eum consueta et concessa a Deo et Romanis principibus gaudere permitterent[f] libertate. Renovaverat siquidem eidem clero ad petitionem eiusdem Heinrici Ratisponensis episcopi nuper ante apud Frankenfurt quoddam privilegium olim Friderici Romanorum imperatoris, quod incipit *Ad decus et decorem,* et fere de verbo ad verbum in libro usus feodorum est expressum, quod multam et maximam libertatem cleri continet penasque infligit gravissimas hiis, qui contrarium eidem privilegio ausi fuerint adtemptare. Quod privilegium in presentia sua per Heinricum Prixinensem episcopum eisdem civibus legi fecit. Unde ipsi cives ab eadem exactione cessaverunt et permiserunt usque adhuc clerum gaudere debita libertate.

Anno Domini 1296. septimo[g] Kalendas Augusti Heinricus Ratisponensis episcopus, filius comitis de Rotenekke, moritur. Postquam enim in die beati Iacobi apostoli, quem speciali consuevit venerari honore, cum multa devotione missarum solempnia personaliter celebrasset et cum clero et populo se in mensa refecisset, hora vesperarum incepit subito viribus corporis destitui; et sic in die altera expiravit. Qui mire providentie et sagacitatis extitit, in tantum etiam quod anniversarium[h] suum vivus et sanus plus quam ad 14 annos ante mortem suam instituit, et eiusdem celebrationem cum candelarum accensione et pulsatione, que consuevit fieri in funere episcopi, vigiliis et missis annis singulis interfuit. Sepulchrum similiter sibi longe ante ad 12 annos fabricavit et previdit iuxta altare beate Virginis in maiori, veteri tamen, ecclesia Ratisponensi. Trucam etiam in qua sepeliri debuit, cum vestibus[i] funeralibus ibidem inpositis in memoriam continuam mortis sue per eosdem annos habuit locatam a latere lecti sui. Item in spiritualibus mirabiliter providus extitit, non solum vetera statuta servando, immo et multa nova salubriter condendo. Musicam primus in choro Ratisponensi cantari ordinavit, libros eiusdem artis secundum cantum et chori consuetudinem providendo. Ecclesiam Ratisponensem etiam multis preciosis decoravit ornamentis, crucibus, calicibus aureis et argenteis, gemmis preciosis insertis, cappis, casulis, dalmaticis, vexillis, cortinis, libris et aliis, quibus fuit ante sua tempora quodammodo omnimodis destituta. Item primus vinum Latinum canonicis ad prebendam quibusdam certis temporibus dari instituit, prebendam etiam eorum in multis auxit; monasteria monachorum et monialium sepe cum multa providentia visitavit, et invenire non possum, quid ei in temporalibus et spiritalibus defuerit. Qui tempore suo adeo discordantium factus est reconciliacio, quod non solum Bawaria, imo et vicine terre per suam industriam et laborem pacis pulchritudine floruerunt. Rexit autem Ratisponensem ecclesiam 19 annis. Eodem anno in die beati Petri ad vincula electus est in Ratisponensem episcopum dominus Chunradus de Luppurch[k], vir ingenuus, tunc Ratisponensis prepositus, in mansuetudine ac pietate etiam Moysi coequalis.

Anno Domini 1297. Adolphus rex Romanorum, preparans se cum milicia ad invadendum regem Francie, impeditur, quia Mogontinus archiepiscopus, rex Bohemie, Albertus dux Austrie, duo marchiones de Brandenburch et dux Saxonie, congregati in die pentecostes, quo idem rex Bohemie per dominum Mogontinum coronabatur Prage, condixerunt diem, in

a) milles *cod.* b) gratia *cod.* c) et *deest cod.* d) nomine *deest cod.*; *recepi ex Weich. de Polh.* e) pentecostes *cod.* f) promitterent *cod.* g) sexta *cod.*, septimo *Weich. de Polh.* h) aniversarium *cod.* i) festibus *cod.* k) *super* Luppårch *postea alio atramento linea posita est, ut* Lumppurch *legeretur.*

quo apud Egram convenire deberent, ut contra predictum Romanorum regem conspirationis sue intentum perficerent[a]. Cont. Ratisp. Sed per potentiam ipsius regis impediti, in loco condicto non poterant convenire, sed apud quoddam oppidum Bohemie nomine Chadan convenerunt predicti sine archiepiscopo Mogontino, qui, per militiam regis obsessus in quodam castro, est a suo itinere retardatus. Et ob hoc eorundem principum, qui se dicebant alium regem velle eligere, machinatio in ridiculum est conversa. Eodem anno rex Francie, congregatis quasi omnibus viribus suis et exercitu magno valde, in quo dicebantur esse preter alios bellatores, multa milia faleratorum equorum, intravit comitatum Flandrie; et in odium regis Anglie, cuius filiam comes Flandrie habuit in uxorem, obsedit civitates eiusdem terre, videlicet Prukk, quam etiam cepit, et quasdam alias. Eodem anno mortuus est Reinboto Eystetensis episcopus; cui successit Chunradus dictus de Peffenhausen, Ratisponensis ecclesie canonicus et archidiaconus, vir multe industrie et sagacitatis. Eodem anno civitas Ratisponensis per Ottonem et Stephanum duces Bawarie inpugnatur, et prohibentur per eosdem ad eam deduci victualia. Unde et cives forum in Abach[b] exusserunt. Tandem per diligentiam Chunradi[c] Ratisponensis episcopi cum ipsis dominis ducibus ad gratiam et concordiam redierunt.

Anno Domini 1298. circa medium quadragesime Albertus dux Austrie, filius quondam Rudolfi Romanorum regis, cum favore Ottonis ducis transivit Bawariam cum exercitu, habens secum quosdam Australes, paucos tamen, Ungaros et Bohemos. Et ad partes Reni veniens, per auxilium Mogontini[d] archiepiscopi et Argentinensis et Constantiensis episcoporum et quorundam nobilium ibidem maiorem fortitudinem collegit, et contra Adolfum Romanorum regem ad bella se exposuit. Qui rex illustrium principum Ottonis predicti et Rudolfi comitis palatini ducum[e] Bawarie et quarundam civitatum imperii, ut puta Spirea, Wormacia[f], auxiliis iuvabatur; eidem Alberto duci Austrie, qui iam sibi nomen regis assumpserat, post multos circuitus hinc inde habitos, in loco qui dicitur Geg[g] cum prepropera festinatione, que in rebus bellicis et magnis exercitibus non expedit, occurrit in die Processi et Martiniani. Et predictis ducibus Bawarie dimicantibus in prima acie, per novum bellandi genus, scilicet gladios preacutos, omnes eorum dextrarii sunt occisi; adeo ut et ipsi principes Bawarie una cum multis suis nobilibus, equis privati sed adhuc animi virtute non fracti, super interfectorum hominum et equorum stantes cadavera, longo tempore cum hostibus dimicarent. Propter occisorum enim equorum aggerem hostes equites eos accedere non valebant, quia et vice versa ipsi per similem stragem perdiderant equos suos. Prima igitur sic dimicante acie, ipse rex, volens cum sua turba eis succurrere et precedendo suam aciem ordinare, equo suo cadente ex infortunio, ante ingressum ad bellum cecidit, et ab eodem equo gravissime est concussus, adeo ut, cum a suis restitueretur in equo, minime sui compos esset. Sic et amens ad bellum veniens, quia et galeam pre debilitate recente ferre non potuit, et hostibus se exposuit minus caute, subito est occisus, predictis adhuc ducibus Bawarie locum suum tenentibus, ut est dictum. Sed rege mortuo, ipsi duces se apud Heidelberch receperunt. Attamen Otto dux erat tribus gravibus vulneribus sauciatus in tantum, quod vix periculum mortis evasit. Qui etiam Otto dux cum predictum regem sequeretur ad partes Reni et castra metatus esset in . . . . ., comes Albertus de Hagerloch, avunculus Alberti ducis Austrie, ipsum Ottonem ducem inprovise invasit cum longe maiori equitum et peditum copia, quam idem dux habuerit[h] illa hora; de quo tamen idem dux, ipso comite et fere 400 de suis occisis, triumphavit. Dicitur etiam, quod in ipso conflictu regis et ducis pauci homines, sed[i] mille quadringenti dextrarii sunt occisi. Postmodum vero rege sepulto apud monasterium Rosen[k], eiusque filio capto, electores imperii prefatum Albertum ducem Austrie in regem Romanorum apud Frankenfurt unanimiter elegerunt. Eodem anno civitas Pataviensis se domino suo Pataviensi episcopo Werhardo opposuit. Et tam episcopus quam canonici civitatem exeuntes eam per excommunicationem in certas[l] personas et interdictum in locum spiritaliter, et etiam per machinas a monte sancti Georii[m] et aliis[n] modis, licet non multum fortiter, eosdem cives civiliter impugnarunt. Volebant enim predicti cives habere magistrum civium, consules et rectores civitatis a se electos, et sigillum speciale; et campanas iam erexerant ad eorum consilium convocandum. Et sic intendebant more regalium civitatum, utpote Ratispone, non regi mandatis episcopi, sicut ante consueverat, sed propriis rectoribus et magistro. Et super predicta discordia tam ipse episcopus quam cives Albertum regem in curiam, quam celebravit apud Nůrenberch accesserunt, suas querimonias proponentes[o]. Predictus vero rex non per formam iudicii sed per arbitrium eosdem cives cum episcopo concordavit, ita videlicet, quod sigillum et campanas domino episcopo tradiderunt, quarum campanarum una etiam hodie in ecclesia sancti Stephani Patavie habetur. Promiserunt etiam predicti cives, memorato episcopo et suis successoribus de cetero fideliter obedire nec similia attemptare. Et insuper coacti sunt dare duo milia librarum Pataviensium pro emenda. Eodem anno scilicet 1298. orta est fama quedam de Iudeis, quod corpus dominicum in mortario contuderint, et sanguis in multa quantitate emanaverit, quod postea a Iudeis non potuit ocultari. Et ob hoc omnes Iudei in Herpiboli, Nůrenberch, Rotenburch et etiam per totam Franconiam per insultum populi et quosdam, qui se in magna multitudine collegerant, et quendam qui Rintfleisch dicebatur, quem pro principe elegerant volentium vindicare tam recentem iniuriam Salvatoris, incendio sunt cremati. Et adeo valida fuit eorum persecutio, quod etiam castrum regale in Nůrnberch, castrum prope Novum Forum, ut de aliis opidis Franconie taceam, in quibus se Iudei cum armis defensionis, coniunctis christianis non[p] paucis, receperant, sint in brevi diei spacio expugnata; et tam ipsa castra quam Iudei et christiani ibidem incendio perierunt. Et quod durum est dictu, licet durius sit facto, Iudei seniores, timentes ne pueri et femine baptisma, ut ignem evaderent, peterent, eos propriis manibus ante se ignibus subiecerunt et ipsimet postmodum insilierunt in ignem. Arma etiam et pecuniam, ne christianis cederent, prius[q] quam se ipsos, flammarum voragini tradiderunt. Et apud Babenberch et etiam Emberch contigit illud idem. Cives tamen Ratisponenses, suam volentes honorare civitatem, ipsos Iudeos absque iudicio occidi et destrui vetuerunt, dicentes, quod voluntati Dei in Iudeorum interfectione nollent resistere, sed expectare, donec de hoc, quod hec vindicta esset a Domino, eis fieret maior fides. Et sic Iudei Ratisponenses, licet cum multa difficultate, usque hodie incendium evaserunt.

1298. Albertus rex Romanorum celebravit curiam solempnem cum principibus Almanie apud Nurenberch. Cui interfuerunt Coloniensis, Treverensis, Mogontinus et Salczburgensis archiepiscopi, et Ratisponensis, Pataviensis, Frisingensis et alii episcopi multi; item rex Bohemie, dux Bawarie, Rudolfus comes palatinus Reni, duces Karinthie et alii nobiles multi. Et in eadem curia edixit leges, que inferius continentur, et filium suum primogenitum pro duce Austrie deputavit. Cui etiam postmodum, videlicet anno millesimo trecentesimo primo, filiam Philippi regis Francie nomine 1301

a) proficerent *cod.* b) Ab'ach *cod.* c) Chunradini *cod.* d) Mongontini *cod.* e) ducis *cod*, ducum *Weich. de Polh.* f) *sequitur* et *in cod.* g) Geg *in lacuna relicta postea positum est.* Hasenprenhel *Weich. de Polh.* h) habuerat *cod.*, habuerit *Weich. de Polh.* i) scilicet *cod.* k) *super* Rosen *manus alia alio atramento posuit* tal. l) *sic Weich. de Polh.; in cod. leguntur* in dictas, *quibus verbis inductis alia manus in margine scripsit* interdictas. m) Georgii *cod.*, Georii *Weich. de Polh.* n) alii *cod.* o) preponentes *cod.* p) nec *cod.*, non *Weich. de Polh.* q) post *cod.*

Cont.Ratisp. . . . . . . [a] natam ex filia ducis Brabantie uxorem copulavit; et ad terram Austrie est deducta. Circa idem tempus Bonifacius papa fecit, et ad generalia studia sub bulla transmisit Sextum librum decretalium. In quo multa, que antea erant in scolis et in iudiciis ambigua, declaravit; et duos cardinales deposuit, ut patet clarius in eodem. Item controversias et materias questionum inter episcopos, prelatos et clerum ex una parte, et fratres Predicatores et Minores ex altera, que iam per plures annos suscitate duraverant, et de quibus superius est dictum . . . . . .

1301. orta est discordia inter Albertum Romanorum regem ex una parte, et Coloniensem, Treverensem et Mogontinum archiepiscopos et Rudolfum comitem palatinum Reni ex altera; et tandem ad concordiam redie-
18 runt[18]. Chunradus de Luppurch[b] sine liberis moritur, et castrum Luppurch cum pertinentiis suis ad dominum Chunradum Ratisponensem episcopum, fratrem predicti Chunradi, tamquam ad verum heredem devolvitur, et ab eo Ratisponensi ecclesie perpetuo donatur. Quod etiam castrum multis sumptibus et laboribus est obtentum.

1300. quinto Kalendas Iulii Otto et Stephanus duces Bawarie fere cum 200 nobilibus terre sue apud Lantshuet gladiis militaribus accinguntur; et memoratus Stephanus dux priori anno duxerat in uxorem dominam Ieutam filiam Polconis ducis Polonie.

1297. 1300. minus trium annorum navale[c] bellum habitum est inter Venetos ex una parte et Ianuenses ex altera, et victis Venetis, 30 milia perierunt armis et mari, et captivi a Ianuensibus sunt abducti.

1300. mortuus est Andreas rex Ungarie sine heredibus; et Bonifacius papa deputavit pro rege ibidem nepotem Karoli quondam regis Sicilie, natum ex filia Rudolfi quondam Romanorum regis, qui etiam anno sequenti est in Strigonia coronatus, licet rex Bohemie pro Wenezlao filio suo idem regnum, et etiam multi alii aspirarent. Ipse[d]
1304. etiam Venezlaus rex Bohemie anno Domini 1304, ut obtineret regnum Ungarie filio suo, intravit Ungariam cum exercitu; et coronato eodem filio suo a multis nobilibus Ungarorum, acceptisque corona regni et obsidibus a predictis nobilibus, qui eum in regem elegerant, cum ipso filio suo in Bohemiam est reversus. E contrario autem nepos Karuli quondam regis Sicilie ab aliis Ungaris, ut rex eorum fieret, est assumptus.

19 Anno Domini 1300. Bonifacius papa quartus[19], motus multorum querelancium clamoribus, pro bono pacis et concordie cleri ex una, et fratrum Predicatorum et Minorum ex altera parte, fecit institutionem[20] quandam que incipit: *Super kathedram*, et infra in hoc libello, in quodam speciali quaterno cum aliis constitutionibus et litteris continetur. Verum cum hec constitutio publicaretur per Salczburgensem provinciam et clerus et populus eam desideraret in omnibus suis articulis observare, ipsi Predicatores et Minores eandem constitutionem attendere non curabant. Propter quod Chunradus Salczburgensis archiepiscopus, habito consilio suffraganeorum suorum, misit nuncios ad[e] Romanam curiam; qui tandem a domino papa obtinuerunt declarationem eiusdem constitutionis, prout patet in littera, que inferius cum aliis constitutionibus continetur.

Anno Domini 1302. papa Bonifacius misit regi Francie quasdam litteras et nuncios, monens ipsum, ut ab offensione cleri desisteret, et monetam, quam fabricari[f] de novo in preiudicium regni fecerat, inmutaret. Idem autem rex predictos nuncios pape infra 15 dies mandavit exire terminos regni sui, alioquin contra personas eorum procederet nimis dure; precipiens per totum regnum suum sub pena capitis et omnium bonorum confiscatione, ne aliqua persona parva vel magna litteras domini pape reciperet publice vel occulte, ponens custodes in omnibus finibus regni sui, ne aliquis inportare posset litteras vel mandatum pape, et ne aliquis prelatorum exire posset, vel ad pape presentiam litteras destinare. Eodem anno mandavit idem papa Bonifacius omnibus archiepiscopis et episcopis et maioribus prelatis et magistris theologie, iuris canonici et civilis, oriundis de
21 regno Francie, ut ipsum Rome accederent circa festum omnium sanctorum[21]. Sed ipse rex, volens[g] eos ab hoc itinere retardari, fecit Parisius in ecclesia beate Marie publicum parlamentum, mandans, ne ad ipsum papam aliquis prelatorum vel episcoporum accederet cum equis, vestibus vel pecunia, quo volebant ut dixit regni sui terminos spoliare; dicens, quod papa hanc collationem fecerit lucri causa. Et super hiis et aliis misit sex nuncios ad cetum cardinalium, non ad papam, significans eis, quod secundum mandatum pape non posset facere; quia si omnes archiepiscopos et episcopos a regno permitteret recedere, iam non esset, tamquam concussis columnis ecclesie, qui consecraret crisma vel ordinaret clericos vel ministraret ecclesiastica sacramenta; et si magistri theologie a regno Francie recederent, iam non inveniretur aliquis, qui periculosis hereticorum questionibus responderet; affirmans similiter de magistris iuris civilis et canonici, quod per eorum absenciam

a) *alia manus in lacuna posuit hoc:* ק\ b) *supra* Luppurch *alio atramento linea posita est, ut* Lumppurch *legeretur.* c) novalle *cod.* d) *ante* Ipse *hoc signum* ⫲ *in codice est collocatum.* e) ad *deest cod.* f) frabricari *cod.* g) nolens *cod.*

18) anno 1302. 19) immo octavus. 20) d. 1300. Febr. 18, Bullarium Franciscanum IV, 498. 21) Nov. 1.

indiscusse manerent omnium litigantium questiones; et ex hoc nollet, quod regnum Francie tam preciosis xeniis privaretur. Ad que omnia papa responderi fecit, quod ipse non intendebat eosdem prelatos et magistros in curia sua perpetuo detinere; sed habito eorum consilio super statu regni Francie, eos esset in brevi tempore ad propria remissurus. Et sic sine intento fine a Romana curia recesserunt. Eodem anno venerunt ad Romanam curiam nuncii regis Tartarorum, moribus et habitu nobis satis dissimiles. Et primo certificarunt papam de legatione sua; deinde articulos fidei plene confessi[a] sunt per interpretem coram eo; postmodum[b] vero petiverunt nomine regis sui, ut, cum ipse rex vellet terram sanctam a soldano eripere propriis laboribus[c] et expensis et eam restituere cultui christiano, ipse papa transmitteret ad eandem terram milites, qui defensarent eam ab inpugnationibus paganorum, et episcopos et clericos ut predicarent fidem et docerent, item agricolas ut terram colerent supradictam. Cui peticioni annuit, promittens, eos velle transmittere, cum primum adesset sibi oportunitas; et regi eorum auream crucem misit, dans ei eandem crucem in signum suscepte fidei et in remissionem peccatorum omnium, ut terram sanctam restitueret cultui christiano.

Anno Domini 1303. predicto Bonifacio papa manente cum curia sua in Anagnia[d], c.Sept.29. circa festum beati Michaelis quidam de Anagnia et Serra de Columpna ipsum invaserunt. Capta domo sua, omnibus servitoribus suis fugientibus[e], irruerunt super eum, et unus ei dixit: *Tu vilissime[f] heretice, modo tu es in potestate nostra, et de te quidquid voluerimus faciemus.* Et ipse papa sedens in sede sua cum ornatu papali tenensque in manu crucem, cui erat dominica ymago infixa, talia intrepide respondisse fertur: *Ego non sum hereticus; sed pater tuus fuit hereticus, et sicut constat, fuit etiam pro heresi condempnatus.* Et tandem ille Serra de Columna et sui complices detinuerunt eundem papam captum in camera sua per tres dies sine cibo et potu, et totum thesaurum ecclesie abstulerunt; sed postmodum per cives Anagnienses liberatus est. Et veniens Romam, parvo tempore supervixit, sicut hec omnia clarius patent in quadam littera[22], que incipit *Flagiciosum scelus*[g] et inferius Oct. 11. continetur. De predicto Bonifacio fecit quidam hos versus:

*Nomina bina bona tibi sunt, preclarus amictus,*
*Papa Bonifacius modo, sed quondam Benedictus;*
*Ex re nomen habe: benefac, benedic, benedicte;*
*Aut cito perverte: malefac, maledic[h], maledicte.*

Mortuo autem eodem anno Bonifacio papa, electus est in summum pontificem frater Nicolaus de ordine Predicatorum, episcopus Hostiensis, et vocatus est Benedictus[23]. Qui Oct. 22. favore fratrum ordinis sui multa, que predictus Bonifacius papa pro concordia cleri ex parte una, et Predicatorum et Minorum ordinum fratrum[i] ex altera statuerat, repentino consilio retractavit, ut patet infra *Inter cunctas sollicitudines nostras* in littera[24], que inferius cum 1304. Febr 17. aliis litteris continetur.

Anno Domini 1301. cum rex Francie captivasset comitem[25] Flandrie et filios eius[26] et 1300. totam Flandriam sibi subiugasset, iidem Flandrenses post aliquod tempus, occisis custodibus eis deputatis, eidem regi Francie rebellare ceperunt. Propter quod rex nobiliores et forciores regni sui misit, ut de Flandrensibus sumeret ulcionem. Ipsi autem Flandrenses 1302 exeuntes eis obviam, in campo prope Brüg[k] habuerunt victoriam de eisdem. Fecerant enim predicti Flandrenses quasdam foveas occultas in campo, ubi ambo exercitus congredi debebant, quas exercitus regis ignorabat; et sic in paratum eis precipicium corruerunt. Et occisa sunt ex eis et submersa plus quam 20 milia, inter quos erant 10 persone illustres de genere principum et plus quam 40 comites et fere quingenti famosi milites, preter mediocres alios bellatores. Duravit autem dissensio per 4 annos et amplius; et Flandrensibus prospere successit, et plures postmodum victorias habuerunt.

Anno Domini 1303. Albertus Romanorum rex, veniens ad inpugnandum regem Bohe- 1304. mie Venezlaum, castra metatus est prope Ratisponam apud ripam Regen; et tandem transiens civitatem Ratisponam, et de permissu[l] Ottonis ducis Bawarie rapinis et incendiis

a) confesi *cod.* b) Posmodum *cod.* c) latoribus *cod.* d) Agnia *cod.* e) fugentibus *cod.* f) villissime *cod.* g) zelus *cod.* h) maledic *bis positum est in cod.* i) fratres *cod.* k) *sic est corr. in cod.* Brüx. l) promissu *cod.*

22) Benedicti XI. d. 1304. Iun. 7. ap. (Dupuy) Hist. du différend d'entre le pape Boniface VIII. et Philipp le bel; Preuves p. 232. 23) undecimus. 24) d. d. 17. Febr. 1304, ap. Wadding Annal. Minorum VI, 58. 25) Guidonem. 26) Robertum et Willelmum.

non modica ibi dampna fecit. Et processit versus Austriam, euntibus secum in exercitu
27 Salczburgensi[27] archiepiscopo, Frisingensi[28], Ratisponensi[29], Pataviensi[30], Augustensi[31],
Spyrensi[32] et Herbipolensi[33] episcopis, Ottone et Rudolfo ducibus Bawarie, de Hirsperch[a],
de Oeting[34], de Birtenberch[35], de Haierloch[36] et Hohenloch[37] comitibus, et aliis pluribus.
c. Sept. 8. Veniens igitur in Lincz, per navigium transivit cum toto exercitu Danubium et intravit
Bohemiam; et in eadem terra processit hostiliter usque argenti fodinam, que dicitur
Oct. Chutt[38], intendens eundem locum qui habundat diviciis expugnare. Mansit autem in obsidione illius ad quatuor dies, et tandem abinde recessit, nulla inpugnatione ibi facta; et per aliam viam cum exercitu in Austriam est reversus. Traxerat enim moram in Bohemia ad sex septimanas vel paulo minus, et nullum castrum nec civitatem aliquam expugnavit, quia rex Bohemie munitiones suas militum et bellatorum multitudine et alimentorum copia habunde muniverat, ita quod sine multa strage non poterant obtineri. Et Romanorum rex, expectans cottidie cum eodem rege conflictum, noluit quasi ad promptum periculum suos milites exponere, sed incolomes suo conflictui reservare. Predictus etiam rex Bohemie de terris Alamannie, Polonie, Saxonie, Michsne et Brandenburch multa militia iuvabatur, itaque dicebatur habere in exercitu[b] 10 milia magnorum equorum cum militibus, et aliorum equestrium et pedestrium plus quam 100 milia bellatorum, et pro stipendiis expendit 200
39 milia marcarum argenti. Preterea rex Romanorum duxit secum regem Ungarie[39], qui habuit multos Ungaros et insuper 20 milia paganorum, qui in Moravia et Bohemia fecerunt stragem miserabilem in populo christiano, ita videlicet quod abscisis manibus et pedibus puerorum christianorum et eis in salina confectis, eos inhumaniter comederunt, aliis viris et mulieribus crudeliter neci datis. Quos tamen predictus rex Romanorum in ipsorum immanitate nolens diutius sustinere, missis militibus eorundem paganorum 10 milia occiderunt, et alii per fuge presidium evaserunt. Preterea rex Bohemie de fecibus, que supersunt[c] in examinatione argenti, quasdam aquas Bohemie infecit; unde homines et equi regis Romanorum non pauci subito perierunt. Tandem predictus rex Romanorum in terra Austrie hyemavit, et quia predictus rex Romanorum sperata stipendia non persolvit principibus et militibus . . . . . . .

Anno Domini 1304. cum aqua Danubii transiens per pontem Ratisponensem omnino versus litus aquilonare declinasset, et litora prope civitatem sicca et arida reliquisset, cives Ratisponenses artificiose et multis laboribus[d] et expensis ipsam aquam, ut iterum prope civitatem flueret, ad loca pristina per strues lignorum et congeries lapidum reduxerunt.
Iul. 6. Mortuus est autem predictus papa Benedictus in octava apostolorum Petri et Pauli, anno apostolatus sui primo, in civitate Perusii. Et cardinales inclusi sunt ibidem secundum
40 constitutionem Gregorii pape decimi que incipit *Ubi periculum*[40]. Et cum aliquamdiu sic inclusi starent nec ad electionem procederent, cives eiusdem civitatis tantum panem et aquam ipsis pro aliquo tempore ministrabant, et ipsam constitutionem Gregorii in ipsis
1305. strictissime servaverunt. Igitur in vigilia pentecostes anno revoluto Pertramum Burde-
Iun. 5. galensem archiepiscopum in summum[e] pontificem elegerunt, qui vocatus est Clemens[41].
Iun. 23. Anno Domini 1305. in vigilia Iohannis babtiste Venzezlaus rex Bohemie devotus ad Deum et clemens ad clerum et populum, neminem opprimens, sed per 28 annos regnum suum iuste regens, mortuus est, et sepultus in Braiczlab[42] monasterio Cisterciensis ordinis, quod fundavit; et filius suus rex Ungarie cepit regnare pro eo.

---

1292. *Venerabili in Christo patri et amico karissimo domino Heinrico, venerabili episcopo Ratis-*
Febr. 2. *ponensis ecclesie, Chunradus Dei gratia sancte Salczburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus, salutem et sinceram in Domino karitatem. Noverit vestra fraternitas, litteras non cancellatas, non abolitas nec in aliqua parte sui vitiatas, salvas omnimodis, nos recepisse*
1291. Aug. 1. *a sede apostolica in hec verba: „Nicolaus episcopus servus servorum Dei universis Christi*

a) *sic correxi ex Cont. Weichardi de Polheim;* Huspch *cod.* b) in exercitu *recepi ex Cont. Weichardi de Polheim pro* exercitum *cod.* c) supersint *cod.* d) latoribus *cod.* e) sumum *cod.*

27) Conrado IV. 28) Iohanne I. 29) Conrado V. 30) Bernhardo. 31) Degenhardo. 32) Sibodone. 33) Andrea. 34) Ludovico. 35) Eberhardo. 36) Burchardo? 37) Alberto? 38) Kuttenberg. 39) Karolum Robertum. 40) V. Constitut. concilii Lugdunensis a. 1274. apud Mansi XXIV, 81. 41) quintus. 42) Zbraslaw (Aula regia, Königsaal).

*fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Illuminet* Ps. 66,2.
*super vos Dominus vultum suum; et ita suo lumine ad recensendum adtentius, qualiter* 1291. Aug. 1.
*Redemptor noster salutem humani generis in terra sancta dignatus est misericorditer operari,*
*oculos in vobis hominis interioris illustret, quod accendatur ut ignis ad subveniendum terre*
*illius necessitatibus zelus vester, concalescant*[a] *corda, inflammetur*[b] *affectus, et effectum prompta*
*operis prosecutio subsecuta commendet*[c]. *Cuius etenim pectoris, etiam lapidei quantumcumque,*
*duriciam non emolliat considerata illius humanationis humilitas, in qua Dei filius factus homo*
*exinanivit semet ipsum, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu in-* Philipp. 2,7.
*ventus ut homo! Cuius viscera non inflammet caritatis ardore pia consideratio illius humilia-*
*cionis extreme, in qua ipse factus*[d] *obediens usque ad mortem, ad exprobrantium obprobria*
*velud agnus coram tondente se vere mitis obmutuit, et sicut ovis ad occisionem ductus post*[e] Isai. 53,7.
*contumelias et terrores, post spinas et sputa, post flagella*[f] *varia innocens est sine causa*
*dampnatus, ac demum saturatus obprobriis, clavis affixus, aceto et felle*[g] *potatus, in crucis*
*patibulo tam dire mortis subiit passionem, mysterium nostre redemptionis consummans*[h]*; post*
*traditum etiam spiritum lancee illisione*[i] *confossus! Hec, filii, et innumerabilia largitatis divine*
*carismata, in terra predicta ipsi humano inpensa generi ab eodem Redemptore piissimo, si*
*frequenter infra claustra pectoris adtenta meditatione revolvitis, si qua decet adtentione pensa-*
*tis, quis vestrum non fervebit interius*[k], *foris ebulliet, exclamabit et dicet: „Quid retribuam* Ps. 115,12.
*Domino pro omnibus, que retribuit*[l] *michi*[m]*?“ et non expectato monitoris vel sollicitatoris*
*officio, subiunget ultroneus: „Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo.“ Quis* Ps. 115,13.
*sine accutissimi doloris aculeis considerare potest non solum veneranda et piissima loca illa,*
*in quorum altero oriens ex alto pro nobis nasci dignatus est*[n] *humiliter, in reliquo mori crude-*
*liter non expavit, sed etiam totam quasi iam terram eandem, quam ipse idem sua illustravit*
*corporali presentia, miraculis clarificavit inmensis et tandem effusione sui pretiosi sanguinis in*
*nostre salutis effusi precium consecravit, occupata per nefandissimos*[o] *Saracenos ipsorum*
*immunditia pollui, fedissima eorum habitatione fedari? Quis absque amaritudine summa com-*
*memoret tot christianorum castra, civitates et alia loca solempnia destructa penitus ad nichi-*
*lumque redacta et eorum incolas eorundem Saracenorum immanitate peremptos? Proh dolor,*
*quis novi casus*[p], *quem deplorare libet potius quam narrare, sollers censor et discriminum que*
*comminari videtur discussor adtentus per noctem et diem quasi torremtem lacrimas non dedu-*
*cat? Cuius puppilla tacebit, cuius pectoris penetrale continebit suspiria vel in singultuum*[q] *fre-*
*quentiam non erumpet, lugubri contemplatione recensens, quod, — quantumcumque mater*
*ecclesia casum eundem prevenire studuerit, incolis illarum partium in galeis bellatorum multi-*
*tudine*[r] *ac subventione pecuniaria iuxta persuasam ab eis denunciate necessitatis exigentiam et*
*oblate super hoc petitionis instantiam succurrendo, — nichilominus tamen civitas Accionem sic*
*eiusdem matris ecclesie studio communita*[s], *quadraginta et quatuor diebus artissima Babilonice*
*potentie obsidione circumdata, terribilibus machinis die noctuque vexata, impetita crebris et*
*diris insultibus, muris etiam ipsius per cuniculos arietatis occultos, quadragesimo quarto die*
*obsidentium viribus Dei permissione mirabili et stupenda succubuit; capta per eos et igni expo-*
*sita, christicolis inibi existentibus cesis innumeris, et ceteris qui habere nequiverunt ad*[t] *maritima*
*vasa recursum in captivitatem abductis, ut per iugum barbarice servitutis horribile dispendiis*
*civilis mortis adducti, naturali etiam diutius moriantur — et deinde Tyrensis civitatis deditione*[u]
*secuta. Quis igitur de cetero marcebit ocio, quis non exsurget*[v], *quis ad recuperationem terre*
*predicte non promptus exiliet, quis tardabit? Quem non pudebit ingratitudinis argui, quin*
*potius quasi de infidelitate notari, si creatori proprio, tam benefico*[w] *domino ad redemptionem*
*terre illius, quam ipsi sacra scriptura testatur omnium cariorem, qua potest promptitudine non*
*assistat; cum etiam secundum iuris humani censuram subditos suis dominis et ad tuenda que*
*possident et ad recuperanda iniuste subtracta debitum fidelitatis astringat? Quis tot fidei ortho-*
*doxe cultoribus tam immaniter trucidatis, de tot calamitatibus captivorum et aliis christianitatis*
*obprobriis non ex tota mente movebitur, non suspirat, non anxiabitur ad vindictam? Profecto*
*cum secundum apostolum omnes simus*[x] *unum corpus in Christo, non inmerito cum illis, de* 1 Cor. 12,12.
*quibus scriptum est: „Percussisti eos et non*[y] *doluerunt,“ insensibilitatis arguitur, quisquis* Ierem. 5,3.

a) concalescat *cod.* b) inflammentur *cod.* c) commendent *cod.* d) *sequitur* est in *cod.* e) propter *cod.* f) *sequitur in cod.* et. g) velle *cod.* h) consumans *cod.* i) illusione *cod.* k) internis *cod.* l) retribuet *cod.* m) michi *inductum est in cod.* n) nasci — est *inducta sunt in cod.* o) neffandissimos *cod.* p) catus *cod., sed inductum, pro quo in margine* cāq *positum est.* q) singultum *cod.* r) multitudinem *cod.* s) commutata *cod.* t) ad *addidi.* u) dedicatione *cod.* v) expurget *cod.* w) beneficio *cod.* x) sumus *cod.* y) et non *desunt cod.*

1291. Aug. 1. *tantam huius nostri corporis mutilationem, predictorum videlicet christicolarum non sentit excidium et tam graviter non veretur. Accingimini ergo Christi fideles et qui christiana religione censemini, vos christianos esse operis persecutione monstrate. Accipite devocione[a] qua decet vivifice chrucis signum, illud in considerationis vestre scrutinium deducentes, quod[b] viris quantumcumque magnificis, quantacumque dignitate preditis et virtute, ad gloriam magnam asscribitur, si eis quovis in bello dominorum insignia gerere concedatur, sub quibus contingit frequenter non sine salutis eterne discrimine mortis subire periculum sub cuiuslibet remunerationis incerto[c]. Quanto igitur gloriosius, quanto securius, Regis regum in eius bello victoriosum gestare vexillum, salutiferam videlicet Christi chrucem, sub qua, devotione congrua puro corde suscepta, conceptum prosequentibus munditia continua propositum mori est vite perhennis inicium, transitorie mortis finis, retributionis inestimabilis certitudo! Festinate itaque, festinate ad salutis vestre properare compendium. Accendatur cuiusque virilis animus, et consultius adtendentes, quod, si forte labor maior ex dictarum civitatum captione proponitur, merces uberior subse-* 1 Cor. 3, 8. *quetur, cum sicut scriptum est: „Secundum suum laborem accipiet unusquisque mercedem". Corpora vestra et corda pariter eiusdem vivifice chrucis signo in terre sepe fate[d] subsidium insignite, nunc precipue, dum ipsius terre subventio, multis ab olim per sedem apostolicam exquisita vigiliis, multis laboribus et honeribus[e] procurata, sed diversis et adversis eventibus diucius impedita, divina ut subponit devota credulitas[f] provisione dirigitur, et ad expiandas[g] terre ipsius angustias eamque de impiorum manibus eruendam efficaciter sub spe divini numinis preparatur. Siquidem karissimus filius noster, christianissimus princeps Edwardus[h] Anglie rex illustris, post tractatus varios, super generali et suo passagio in ipsius terre subsidium faciendo diversorum pontificum Romanorum temporibus habitos, novissime tamquam benedictionis filius nostris beneplacitis acquievit, et ut post Christum iuxta consilium eius eat, se ipsum abnegans ac tollens ut eundem sequatur Dominum chrucem suam, terminum: festum videlicet nativitatis beati Iohannis baptiste, quod erit anno Domini 1293. et ei ad transfretandum personaliter necnon ad dictum generale passagium chruce signatis et chruce signandis omnibus duximus prefigendum, humiliter acceptavit; semet ipsum exponere sui redemptoris obsequiis terre prefate personaliter subveniendo disposuit, negligens natalis soli dulcedinem, pretermittens regni sui terrarumque divitias, spernens delicias et gloriam inibi dominandi. Non igitur cunctemini amplius predicti gloriosi vexilli dominici caracteris insigniri, mercantes felici comercio perpetuam post defunctionem corporis exiguo, immo[i] perpetuitatis comparatione vix momentaneo, labore quietem, et permutatione consulta terrena pro celestibus commutantes, transitoria pro mansuris[k], temporalia pro eternis. Ceterum licet ad excitandos vestros animos in terre memorate succursum sufficere debeat sollers attentio premissorum, ut tamen eiusdem terre negocium eo libentius eoque ferventius prosequi studeatis, quo potiorem fructum ex vestris laboribus vos noveritis percepturos[l]: nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi et illa, quam nobis licet indignis Deus ipse ligandi et solvendi contulit, potestate[m], omnibus qui vexilli dominici caractere insigniti personaliter propriis sumptibus in predicte terre subsidium proficisci curaverint[n] plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, veniam indulgemus et in retributione iustorum salutis eterne pollicemur augmentum. Eis autem qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen illuc personis accesserint[o], et illis similiter, qui iuxta qualitatem et facultatem suam personas ydoneas in expensis propriis destinabunt, quamvis personaliter ipsi non vadant, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis et indulgentie volumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidii et devotionis affectum eos, qui licet non iuxta qualitatem et facultatem suam, aliquam tamen seu aliquas personas in subsidium dicte terre propriis sumptibus destinabunt, vel de suis temporalibus bonis contribuent ad aliquas destinandas; necnon omnes, qui ad subventionem ipsius terre de bonis eisdem aliqua ministrabunt, prout singulis divina fuerit inspiratione suggestum, aut alias ad promotionem premissi negocii consilium et auxilium inpenderint oportunum. Porro si forte aliquos eorum, qui cruce suscepta in iam dictum terre sancte subsidium proficiscendi laborem subierint, post arreptum iter huiusmodi ex hac luce migrare contigerit, ipsos nichilominus plene percipere volumus indulgentiam*

a) devocionem *cod.* b) quot *cod.* c) *hanc lectionem recepi ex Nicolai epistola apud Rymer Foedera I, 2, 749. pro* sub cuiuslibet irremunerationis *cod.* d) fatum *cod.* e) honoribus *cod.* f) crudelitas *cod.* g) excipiendas *cod.* h) Eberhardus *cod.* i) ex ignominio *cod.* k) permansuris *cod.* l) precepturos *cod.* m) potestatem *cod.* n) perficisi curraverint *cod.* o) accesserunt *cod.*

*prelibatam. Personas quoque, familias et bona eorum, quos ad transfretandum personaliter,* 1291. *vel iuxta qualitatem*[a] *et facultatem suam personas ydoneas destinandi votum assumpte iam* Aug. 1. *chrucis astringit ex nunc, quos vero suscipiende chrucis de cetero votum obligabit ad idem, a die, quo taliter chrucem assumpserint, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, statuentes, ut sub dyocesianorum suorum defensione consistant. Quod si eos aliqui indebite molestare presumpserint, per dyocesanos locorum, in quibus iidem molestatores fuerint, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita*[b] *compescantur. Preterea ipsis, qui predicto modo crucem vel iam assumperint vel assument in posterum, indulgemus, ut per sedis apostolice litteras vel legatorum eius — nisi forte ille, que ab eadem sede obtente fuerint, plenam de indultu huiusmodi fecerint mentionem — extra suas dyoceses non valeant conveniri, dummodo parati existant coram suis ordinariis de se querelantibus respondere; quos per eosdem ordinarios ecclesiastica censura defendi cessante appellationis obstaculo volumus ab hiis, qui eosdem contra indultum huiusmodi presumpserint temere molestare. Si qui vero ipsorum ad prestandas usuras iuramento teneantur astricti, creditores eorum per dyocesanos suos censura simili compellantur, ut iuramentum huiusmodi penitus relaxantes, ab usure*[c] *ulterius exactione desistant. Si autem aliqui creditorum eos ex tunc ad solutionem coegerint*[d] *usurarum*[e], *ipsos ad restitutionem ipsarum per eosdem dyocesanos simili volumus districtione compelli. Iudeos quoque ad remittendas ipsis usuras per secularem compelli precipimus potestatem; et donec eas remiserint, ab omnibus Christi fidelibus, quibus hoc per*[f] *suos dyocesanos denuntiatum extiterit, tam in mercimoniis*[g] *quam in aliis sub excommunicationis pena iubemus eis communionem omnimodam denegari. Postremo chruce signatis et cruce signandis eisdem volentes plenius providere, dyocesanis ipsorum ac nonnullis aliis absolvendi eos ab excommunicationis sententiis in variis casibus, de quibus secundum iuris*[h] *et facti exigentiam putavimus expedire, necnon dispensandi cum clericis, qui, cum a canone vel ab homine latam sententiam incurrissent, irregularitatis notam immiscendo se divinis officiis contraxerunt, per alias nostras litteras plenam et liberam concedimus facultatem. Datum apud Urbem veterem Kalendis Augusti, pontificatus nostri anno quarto". Auctoritate igitur sedis apostolice atque nostra vobis precipiendo mandamus,* 1292. *quatenus universa et singula supra dicta mandetis sic sollicite publicari et exequi diligenter, ut* Febr. 2. *per vestre sollicitudinis exercicia*[i] *divine propitiationis premium pro devotis vestris meritis capere valeatis. Datum Salczburge anno Domini 1292. in die purificationis Virginis gloriose.*

*Venerabili in Christo patri et amico karissimo Heinrico, venerabili episcopo Ratisponensis* 1292. *ecclesie, Chunradus Dei gratia sancte Salczburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis* Febr. 2. *legatus, salutem et fraternam in Domino karitatem. Noveritis nos litteras sedis apostolice salvas per omnia recepisse per ordinem in hec verba: „Nicolaus*[k] *episcopus servus servorum* 1291. *Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Salczburgensi eiusque suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem.* Aug. 1. *Terre sancte miserabilem statum non absque gravi amaritudine intra mentis nostre precordia recensentes atque ad liberationem ipsius nostra simul et desideria convertentes et studia, inter multa operosa subsidia, que ipsi terre Deo auspice fructuosa sedulo procurare atque inpendere studuimus et studemus, generale passagium pro*[l] *eiusdem terre subsidio in festo nativitatis beati Iohannis baptiste, quod erit anno Domini 1293, de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, sicut in aliis litteris, per quas ad subventionem eiusdem terrae*[m] *universos christicolas exhortamur quasque vobis una cum presentibus mittimus, evidentius declaratur. Ut autem ad succurrendum promcius in eodem passagio terre prefate per divini verbi virtutem mentes fidelium salubriter excitentur, christicolis per diversas christianitatis partes proponendum deliberavimus verbum chrucis, ad exequendam deliberationem huiusmodi vos eo confidentius eligentes, quo magis ad compatiendum et subveniendum pro viribus terre predicte pastoralis officii pietas vos invitat. Ideoque predicande ipsius vivifice crucis ministerium*[n] *tibi frater archiepiscope in tua provincia, vobis autem suffraganeis singulis in civitatibus et dyocesibus vestris, presentium auctoritate committimus; fraternitati vestre in remissionem peccaminum iniungentes*[o], *quatenus huiusmodi ministerium iuxta datam vobis a Deo prudentiam, non obstante quod hoc idem aliis sit commissum, quorum affectum per vos nolumus inpediri, sollerter et efficaciter exequi studeatis; omnes fidei orthodoxe cultores ad*

a) quantitatem *cod.* b) proposita *cod.* c) usura *cod.* d) cogerint *cod.* e) usuram *cod.* f) per *deest cod.* g) marcimoniis *cod.* h) iuris *deest cod., recepi ex Nic. ep. ap. Rymer l. l.* i) exercicio *cod.* k) *hanc Nicolai epistolam correxi ex eiusdem pontificis litteris apud Rymer Foed. I, 2, 748.* l) per *cod.* m) terrae *deest cod.* n) misterium *cod.* o) iniugentes *cod.*

1291. Aug. 1. *tam pii negocii prosecutionem ydoneos predicationibus crebris et sedulis exhortando, ut ad liberandam predictam terram de manibus impiorum victoriosum eiusdem vivifice crucis signum devote suscipiant, et propriis affigentes[a] humeris ac magis cordibus inprimentes, reverenter et publice deferant[b], atque ad eiusdem terrae succursum[c] in predicto passagio generali promtis animis totisque viribus se accingant. Quod quidem venerabile[d] signum volumus ut cunctis devote petentibus concedatis, generaliter omnibus predicantes: quod, qui eandem crucem susceperint, in predicte terre subsidium vel personaliter in propriis aut alienis expensis accedere, vel iuxta qualitatem et facultatem suam bellatores seu alias personas ydoneas destinare, vel saltim, si ex causis legitimis ecclesie oportunum fore videbitur, suscepte chrucis votum ad arbitrium apostolice sedis seu eorum, qui ad hoc deputati fuerint per ipsam, de facultatibus suis redimere tenebuntur. Hos autem qui taliter huiusmodi votum redemerint, remissionis et indulgentie, que transfretantibus in subsidium antedictum conceditur, volumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidii, quod inpendent, et eius, qui hoc facit, devotionis affectum. Aliorum vero privilegiorum et inmunitatum seu gratiarum, que ipsis transfretantibus per presentes et alias[e] universis directas fidelibus nostras litteras conceduntur, plena eos volumus commoditate gaudere. Insuper omnes, qui hactenus idem signum pro eodem subsidio susceperunt, monere et inducere procuretis, ut illud si forte dimiserint resumentes alacriter, votum Domino reddere studeant quod voverunt, terre prefate subveniendo[f] efficaciter, ut tenentur. Cum omnibus autem Christi fidelibus, qui eidem terre succursum inpenderint oportunum, unicuique secundum proprium meritum, indulgentiam salutarem, ac maxime illis, qui cruce suscepta in ipsius terre subsidium vel personaliter ibunt vel personas ydoneas iuxta qualitatem et facultatem suam in propriis sumptibus destinabunt, multiplicium gratiarum beneficia concedamus, sicut in aliis nostris litteris prelibatis seriosius continetur: earundem litterarum tenorem per vos populis christianis volumus frequenter et diligenter exponi, ita siquidem provide, quod et beneficia supra dicta que ipsis in terra[g] concedimus, et copiosam mercedem que ipsis preparatur in celo, cognoscere valeant et amare; nec tamen ex verbis vestris concipiant, se aut plenam in casibus, in quibus nequaquam conceditur, aut maiorem quam concedatur, indulgentiam promereri. Sane ipsos populos ad certa et ydonea loca, quociens expedire videritis, convocandi ad verbum crucis humiliter audiendum, ac omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad huiusmodi vestras predicationes convenerint, et idem verbum audierint reverenter, centum dies de iniunctis[h] sibi penitentiis relaxandi, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Si quando autem ad ecclesias interdicto suppositas vos advenire contigerit, liceat vobis ad ipsas populos convocare ac verbum crucis proponere in eisdem necnon, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce, ianuis clausis, cum vestris familiis divina officia celebrare. Ad hec, si qui eorum, quos ad transfretandum personaliter vel iuxta qualitatem et facultatem suam personas ydoneas destinandum[i] votum assumpte iam crucis astringit vel assumende deinceps obligabit ad idem, excommunicationis pro violenta iniectione manuum in personas ecclesiasticas essent vinculo innodati (dummodo non fuerit excessus[k] difficilis et enormis et passis iniuriam satisfaciant competenter), sive pro eo quod sepulchrum Domini visitare seu ad quaslibet alias terras accedere vel aliquibus communicare, non tamen in crimine[l], contra prohibitionem ecclesie presumpserint (dummodo equos arma ferrum seu lignamina[m] quibus christianos inpugnant non portaverint Sarracenis), absolvendi eosdem in forma ecclesie, ac dispensandi cum clericis, qui, cum excommunicationis sententiam latam a canone vel ab homine incurrissent, irregularitatis notam inmiscendo se divinis officiis seu ministrando in susceptis ordinibus contraxerunt, vobis et vestrum cuilibet concedimus potestatem; ita videlicet quod beneficium absolutionis et dispensationis huiusmodi singuli vestrum omnibus, qui de ipsorum manibus crucem susceperint, dummodo persone sint cognite, ac nichilominus tu frater archiepiscope omnibus de tua provincia, ac singuli suffraganei[n] de civitatibus et dyocesibus vestris iam cruce signatis vel cruce signandis[o] in posterum inpertiri previa discretione possitis. Ceterum licet hoc predicande vivifice crucis officium nonnullis religiosis per alias nostras litteras committamus, nichilominus, ut quo plures cooperatores habebitis eo uberiores fructus ex agro dominico producere valeatis, vobis presentium auctoritate concedimus, ut tu frater archiepiscope quatuor, et quilibet[p] vestrum suffraganeorum duos viros, honesta conversatione probatos et ad huiusmodi*

a) assignantes *cod.* b) defferant *cod.* c) eiusdem occursum *cod.* d) universale *cod.* e) alia *cod.* f) subvenire *cod.* g) interea *cod.* h) eunctis *cod.* i) destinandi *cod.* k) excessus *deest cod.* l) intermine *cod.* m) ligamina *cod.* n) singulis suffraganeis *cod.* o) vel cr. sign. *desunt cod.* p) et quilibet *scripsi pro* de quibus *cod.*

*aptos officium, possitis eligere, ac mutare quociens oportunum fore videritis, qui crucem in* 1291. Aug. 1. *vestris civitatibus et dyocesibus predicent, prout eis vestra providentia duxerit committendum. Quibus, quemadmodum vobis, facultatem concedimus, ut convenientibus ad predicationem ipsorum predictam indulgentiam centum dierum valeant inpertiri. Porro quia dignus est opera-* Luc. 10, 7. *rius mercede sua, singulis vestrum et eorum, quos ad predicationem crucis ut dictum est duxeritis assumendos, in hoc divino fideliter laborantibus opere, preter mercedem eternam quam merito sperare potestis, quotiescumque studueritis populis ad hoc specialiter convocatis proponere verbum chrucis, centum dierum indulgentiam elargimur, ac vos et ipsos indulgentie memorate, que transfretantibus in subsidium sepe dictum conceditur, iuxta laboris vestri mensuram volumus participatione gaudere. Denique volumus, ut tu frater archiepiscope singulis suffraganeis tuis sub tuo, et quilibet vestrum singulis viris, quos ut premittitur ad ministerium predicande crucis elegeritis*[a]*, sub suo sigillo tam presentium quam aliarum litterarum nostrarum, que christicolis omnibus diriguntur, copiam faciatis, ut earum tenorem inspiciendo frequenter tam vos quam ipsi de hiis, que vobis committuntur agenda, reddamini plenius informati. Postremo, quia diversis olim temporibus nonnulle super predicatione chrucis in sepe dictum subsidium commissiones*[b] *a sede apostolica emanarunt, ne forte occasione illarum turbatio ulla sive confusio valeat suboriri, nolumus*[c] *ut auctoritate commissionum illarum in locis ad que commissio nostra pervenerit chrux de cetero predicetur, sed predicationi huiusmodi eos dumtaxat insistere volumus, qui presentis nostre commissionis fuerint auctoritate suffulti. Datum apud Urbem veterem Kalendis Augusti, pontificatus nostri anno quarto." Auctoritate* 1292. Febr. 2. *igitur sedis apostolice atque nostra vobis precipiendo mandamus, quatenus universa et singula premissorum, que superius continentur, mandetis sic sollicite publicari et exequi diligenter, ut pro vestre sollicitudinis exercitio divine*[d] *propitiationis premium pro devotis meritis capere valeatis. Datum Salczburge anno Domini* 1292. *in die sancto purificationis Virginis gloriose.*

---

Isti sunt quorum hereditas cum castris et prediis ad Ludwicum ducem et filium eius Ottonem sunt devoluta: Add. ad Genealogiam Ottonis II. ducis[43]. Fridericus et Hermannus lantgravii de Stefninge[e]. Ulricus comes de Velburch et Chlamme. Tres fratres purchgravii de Rietenburch vel Ratispona. Otto liber de Werd apud Haelingenstat. Dipoldus[f] marchio de Whenburch et Chambe. Chunradus dux Dachaw[g]. Fridericus et Otto de Witlenispach comites palatini. Heinricus liber de Lantsperch apud Lech flumen. Heinricus marchio Ystrie de Andehsen. Otto fratruelis suus dux Meranie de Wolfrathusen. Otto comes de Phalagia. Siboto comes de Hadmarsperch. Chunradus comes de Bazzerburch. Alhait comitissa de Moren, que habuit castrum in montanis. Sifridus et Bernardus comites de Leubnawe[h], quorum erat civitas in Purchhusen. Chuno comes de Melinge. Erhardus comes de Dorenberch. Heinricus liber Vilspiburch. Chalhohus comes de Chirchperch. Ratoldus liber de Chager. Pabo de Elbrechtschirichen. Hadmar et Rapoto fratres de Ahusen sive Landawe. Heinricus comes Ortenberch et Rapoto frater suus comites palatin[i] Bawarie. Leupoldus Bertholdus Albertus comites de Bogen. Ludwicus liber de Hagenawe. H. et L. liberi de Henchoven. Item Rapoto palatinus, insuper ministeriales de Rotal. Item Otto comes de Gruenpach, Hoholdus gener suus de Woltmuotsa. Item comes de Mospurch. Item liber de Uttendorf.

---

Anno Domini 1286. facta est quedam visio mirabilis in claustro grisei ordinis Tripolis. Quidam monachus dixit missam coram suo abbate et uno ministro presente, et infra ablutionem et communionem misse apparuit quedam manus scribens super corporale in altari, in quo predictus monachus corpus Domini confecerat: *Cedrus alta Lybani succidetur, et Tripolis in brevi destruetur, et Acharon capietur; et Mars Saturnum superabit et Saturnus insidiabitur Iovi, et vespertilio fugabit dominum apum. Infra* 15 *annos erit unus deus et una fides, et alter deus evanescet, filii Israel a captivitate liberabuntur. Gens quedam veniet, que vocatur Sine-capite, ve tunc clero et tibi, christianitas! Navicula Petri iactabitur in validis fluctibus, set evadet et dominabitur in fine dierum. In mundo erunt multa prelia et strages magna et fames valida et hominum mortalitas per loca, et regnorum mutaciones. Terra barbarorum convertetur. Ordines mendicantium et alie secte quam plures annichilabuntur. Bestia occidentalis et leo orientalis universum mundum subiugabunt et tunc pax erit in toto orbe terrarum et copia fructuum per* 15 *annos. Tunc passagium erit ab omnibus fidelibus commune ultra aquas congregatas ad terram sanctam, et vincent, et civitas Ierusalem gloriabitur et sepulchrum Domini ab universis honorabitur, et in tanta tranquilitate nova audientur de antichristo et cetera Dei mirabilia. Ergo vigilate.*

a) elegerit *cod.* b) comissionis *cod.* c) nichilominus *cod.* d) de me *cod.* e) Stefrunge *cod.* f) Tupoldus *cod.* g) et Chaw *cod.* h) Leuberawe *cod.* 43) supra pag. 377.

# ANNALES PRUVENINGENSES.

**EDIDIT WILHELMUS WATTENBACH,**

TABULARIUS REGIUS WRATISLAVIENSIS.

*Hos annales codici iam supra p.* 578 *descripto insertos prima vice hic edimus. Leguntur ibi fol.* 7—14. *non continue scripti, sed tabularum paschalium marginibus a diversis scriptoribus inserti, signisque positis ad annos suos relati, ita confuse ut aliquot locis de vero anno dubitares, nisi rerum ordo locum verbis assignaret. Pleraque manu saeculi XIII. exeuntis scripta sunt, alia manu antiquiore, quae singulis locis indicavimus.*

770. Eclipsis solis 17. Kal. Septembris in 20. parte leonis, hora quasi 9.

784. Eclipsis solis 15. Kal. Octobris.

1092. Expeditio Ierusalem sub Gotfrido[a].

1106. Heinricus IV. obiit.

1109. Monasterium istud fundatur. Monasterium[b] sancti Georii Pruvning inchoatum est, presidente papa Pascali, regnante Heinrico huius nominis quinto.

1114. Erminoldus primus abbas huius monasterii mense Augusto eligitur.

1117. Erminoldus primus abbas a venerabili Uodalrico Pataviensi episcopo, rogatu Haertwici episcopi Ratisponensis in abbatem sollempniter est ordinatus.

1119. Consecrata est ecclesia sancti Georii Pruovninge ab episcopis venerabilibus Haertwico Ratisponense et Ottone Babenbergense.

1121. Erminoldus primus abbas cum pie et salubriter annis fere 7 Pruvnigensem
Ian. 6. rexisset ecclesiam, multis clarus virtutibus in die epiphanie Domini sancto fine quievit.
Cui successit pie memorie Erbo abbas secundus.

1125.[c] Heinricus V. obiit.

1133. Eclipsis solis facta.

1137. Lotharius imperator obiit.

1139. Otto episcopus Babenbergensis fundator huius monasterii obiit.

1146. Egilbertus obiit[1]. Eberhardus successit.

1147. Expeditio Chounradi Ierusalem.

1152. Fridericus rex creatus est.

Iul. 3. **1162. Erbo secundus abbas cum rexisset ecclesiam Pruvnigensem anni[s] 42, in vigilia**
**Nov. 16. beati Udalrici moritur. Cui successit Gotfridus de Sancto Emmerammo novitius, 16. Kal.**
**Decembris.**

**Mart. 17. 1163. Gotfridus abbas electus 16. Kal. Decembris, obiit in Babenberg 16. Kal. Aprilis.**
**Mart. 25. Cui successit Eberhardus abbas, filius ecclesie, in annuntiatione Domini.**

a) *haec prima manu quadam saec. XIII. scripta sunt, sequentia antiquiore saec. XII.* b) *hinc pergit manus illa saec. XIII. ex. quae pleraque scripsit; eam sigla* A *exprimemus.* c) *pergit manus illa saec. XII. et a.* 1146—1152. *alia eiusdem saeculi; deinde* A.

1) ep. Babenb. Mai. 29.

1164. Eberhardus primum monachus nostre congregationis, deinde abbas Biburgensis, postremo archiepiscopus Salzpurgensis, feliciter rebus excessit humanis.

1168. Eberhardus abbas cum rexisset ecclesiam annis 5, mensibus 9, diebus 7, in
circumcisione Domini quievit in pace. Cui successit vir magne litterature Erbo huius Ian. 1.
nominis secundus, in quadragesima, qui ambitum pictis tabulis decoravit.

1177. Adelbertus abbas Sancti Emmerammi obiit, cui Perngerus subrogatur.

1187. Erbo decessit. Paldus successit[a]. — Erbo abbas huius nominis secundus cum rexisset ecclesiam annis 19, resignavit abbatiam in pascali tempore. Cui successit Baldwinus a monte sancti Georii, ubi iam abbas erat, revocatus.

1188.[b] Expeditio Friderici imperatoris Ierusalem. 1189.

1190. Heinricus VI. imperator ungitur a Celestino papa. 1191.

1191. Eclipsis solis fit.

1193. Paldus obiit. Rudolfus successit. — Baldwinus[c] abbas sextus cum rexisset 1193.
ecclesiam annis 6, in festo beate Cecilie moriens successorem habuit Rudgerum abbatem. Nov. 22.

1198. Heinricus VI. obiit[d]. 1197.

1206. Rudgerus septimus abbas cum rexisset ecclesiam annis 13, in ipso nativitatis (1205.) Dec. 25.
Domini die moritur. Cui successit Hartmannus abbas infra 7 dies, vir personatus et 1206.
litteratus.

1209.[e] Philippus rex occisus est. 1208.

1210. Palatinus occisus est. 1209.

1218. Otto imperator obiit. 1218.

1219. Hiemps solito asperior et longior. 1219.

1233. Hartmannus octavus abbas cum rexisset ecclesiam annis 27, resignavit abbatiam 1233.
in die beati Pantaleonis martyris. Cui successit Heinricus prior Sancti Petri de Salzpuorch Iul. 28.
eodem die electus.

1235. Heinricus abbas nonus de Salzpuorch cum sedisset annis duobus mensibus 5, 1235.
resignavit abbatiam ante nativitatem Domini. Cui successit Rudgerus cellerarius Sancti Dec.
Emmerammi.

1239. Hartmannus abbas cum resignasset abbatiam, nimio fletu excecatus, in peni- 1239.
tentia maxima peccatorum suorum obiit, anno septimo post cessionem. Hic in prelatura Nov. 28.
constitutus, potestatibus secularibus et principibus ita erat gratus, ut imperator habens curiam suam, et presidens iudicio in dalmatica et sceptro, ei accedenti assurgeret et locum daret.

1241. Rudgerus abbas decimus cum sedisset annis 6, resignavit abbatiam in exalta- 1241.
tione sanctae crucis. Cui successit Ernestus de Malharstorf infra 8 dies. Sept. 14.

1245. Ernestus de Malharstorf undecimus abbas cum sedisset annis 4, obiit in die 1245.
beatorum apostolorum Philippi et Iacobi. Cui successit Wernherus filius ecclesie, vir utique Mai. 1.
litteratus et probus, qui curiam Romanam personaliter accedens obtinuit usum mitre pontificalis et anuli, tantum pro tempore vite sue.

1253. Otto dux Bawarie subitanea morte mortuus invenitur. 1253.

1268. Karulus rex Apulie, Chuonradinum regem, Friderici imperatoris nepotem, et 1268.
ducem Austrie dictum de Padem, capite truncavit, post diem animarum. Oct. 29.

1269. Wernherus duodecimus abbas cum rexisset ecclesiam Pruvninge annis 24, 1269.
mensibus 3, diebus 18, resignavit abbatiam in octava assumptionis. Cui successit dominus Aug. 22.
Fridericus abbas, qui et ipse filius erat ecclesie.

1270. Wernherus abbas uno anno post cessionem suam moritur, proximo die ante 1270.
octavam assumptionis. Aug. 21.

1271. Fridericus 13. huius ecclesie abbas cum rexisset ecclesiam Pruvnigensem 1271.
annis duobus, exceptis 14 diebus, resignavit abbatiam in crastino Laurentii, hoc est in die Aug. 11.
beati Tiburcii, et rogatus a domino Leone episcopo Ratisponensi et conventu, ut laborem cui renuntiaverat resumeret, recusavit. Cui successit dominus Wernherus abbas, huius nominis secundus, qui ante per tres annos rexerat in Richenbach, non ipse filius ecclesie, set ab illa prelatura ad nostram ecclesiam regendam vocatus advenit. Electus est autem
in crastino Egidii et in die omnium sanctorum sequenti a domino Leone Ratisponensi Sept. 2. Nov. 1.

a) E. d. P. s. *manu coaeva; deinde pergit* A. b) *sequentia manibus coaevis scripta sunt usque ad a.* 1193. successit. c) *pergit* A. d) *manu coaeva.* e) *a.* 1209—1219 *manibus coaevis; tunc* A *pergit.*

1271. episcopo una cum domino Ulrico abbate Sancti Emmerammi in abbatem sollempniter est ordinatus.

Tanta famis inopia regionem oppresserat, ut scapha siliginis ad summam 5 librarum Ratisponensium denariorum deveniret.

Sept. 15. Dominus Fridericus abbas Sancti Emmerammi dictus de Tauern obiit in octava nativi-
tatis beate Virginis. Cui successit Ulricus abbas brevis stature dictus de Prunne, in die
Sept. 29. Nov. 1. sancti Michahelis, qui tunc temporis fuit prior, et in die omnium sanctorum a domino Leone
Ratisponensi episcopo cum domino abbate Wernhero huius nominis secundo in abbatem
Dec. 24. sollempniter est ordinatus, et in vigilia nativitatis Domini sequenti moritur, non habens in
1272. Ian. 5. toto tres menses. Cui successit dominus Heimo abbas, in vigilia epiphanie Domini, qui et
ipse tunc temporis fuit prior ecclesie sancti Emmerammi, communi fratrum electione substitutus. Hic ante per quinquennium rexerat abbatiam in Altah superiori.

1271. Sept. 1. Dominus Gregorius papa, decimus huius nominis, in die beati Egidii eligitur ab omnibus, cum ipse esset personaliter in transmarinis partibus constitutus cum rege Anglie, cuius ipse in eodem transitu extitit capellanus.

1272. Mart. 19. 1272. Hic 14. Kal. Martii[a] sequenti, sabbato videlicet quo cantatur *Intret oratio*, in
sacerdotem est sollempniter ordinatus, et dominica sequenti Reminiscere in Romanum
Mart. 20. pontificem consecratus, videlicet 13. Kal. Martii[a], et dominica Oculi sequenti, videlicet
Mart. 27. 6. Kal. Martii[a], que est vera Domini resurrectio, missam suam primam sollempniter celebravit, et in eadem quadragesima a Kalendis Maii tunc instantibus per duos annos, omnium archiepiscoporum, episcoporum, decanorum, abbatum, prepositorum, archidiaconorum et omnium prelatorum indifferenter instituit concilium generale apud Luogdunum celebrandum, quo se in propria persona transtulit.

1273. Oct. 1. 1273. Rudolfus comes de Abbspuorch eligitur in regem Romanorum in Frankenvort, dominica in die sancti Remigii confessoris.

Chunradus prepositus ecclesie nostre dictus dezant in die Iohannis ante portam Lati-
Mai. 6. nam eligitur in abbatem ecclesie sancti Viti in Pruol. — Alhardus ecclesie nostre mona-
Iul. 11. chus eodem anni tempore, hoc est in translatione beati Benedicti, eligitur in abbatem in
Apr. 20. Enstorf. — Ecclesia sancti Petri Ratispone cum multo ornatu et omnibus campanis et multa parte civitatis incendio conflagravit, tempore paschali, 12. Kal. Maii, feria 5. ebdomade secunde.

Dec. 16. Hoc anno dominus Leo venerabilis Ratisponensis ecclesie episcopus monasterium nostrum, chorum et omnia altaria et omnes capellas et cimiterium, ad cautelam habundantiorem reconciliavit, excepta ecclesia beati Andree in hospitali, et ipso die altare beate Katerine rogatu domini Wernheri abbatis huius nominis secundi dedicavit 17. Kal. Ianuarii.

1274. 1274. Rudolfus Romanorum rex a domino Gregorio papa confirmatus, celebravit
Nov. 19. curiam suam in Nurenberch, dominica in octava beati Martini. — Dominus Gregorius papa
Mai. 7. decimus apud Lugdunum concilium celebravit Nonis Maii, quod duravit 3 mensibus et paulo plus; in quo concilio Greci ad unitatem ecclesie sunt reducti.

Hoc anno in concilio Lugdunensi dominus Heimo abbas Sancti Emmerammi censum multis annis detentum Romane ecclesie solvit, et dominum Leonem Ratisponemsem episcopum ad octavam Martini ad curiam citavit, ipsi super indebitis exactionibus responsurum.
Oct. 11. Pro quo ipsum 5. Idus Octobris in sinodo sua coram omni clero asseruit depositum. Super
Nov. 4. quo appellans curiam Romanam personaliter adiit in octava Simonis et Iude. Indixit autem episcopus conventui sancti Emmerammi electionem ad tres menses; qui pro ecclesia sua fortiter decertantes eligere noluerunt. Quibus episcopus magistrum Wolfkerum monachum de Altah confirmavit in abbatem, quem recipere omnimodis recusabant.

1275. 1275. Dominus Heimo abbas ecclesie sancti Emmerammi Ratispone una cum fratribus suis excommunicatur a domino Leone Ratisponensi episcopo, pro eo quod libertatem ecclesie sue defendere nitebantur et quod abbatem quem eis prefecerat, Wolfkerum scilicet,
Mart. 10. recipere noluerunt, 6. Idus Martii. Sed ipsi excommunicationem suam non curantes divina audacter celebrabant per 18 ebdomadas, hoc est a 6. Idus Martii usque ad festum beate
Iul. 13. Margarete, episcopo proiecto a possessione sua per unum annum integrum et amplius. — Dominus Heimo abbas Sancti Emmerammi non valens ulterius resistere domino Leoni Ratisponensi episcopo, nec volens aliquo modo ecclesiam suam esse tributariam episcoporum

a) *ita cod. pro* Apr.

Ratisponensium, in die beate Margarete cessit prelature; cui Wolfkerus a domino episcopo confirmatus substituitur. Iul. 13.

1276. Dominus Gregorius papa decimus obiit, feria sexta Pauli heremite, in Romana ecclesia. 1276. Ian. 10.

1279. Dominus Wernherus abbas nostre ecclesie in die beati Ottonis eligitur in abbatem Sancti Emmerammi, et dominus Bruno prior noster in vigilia beati Udalrici eligitur communiter ab omnibus in abbatem ecclesie nostre, et in die sancti Willibaldi a domino episcopo H. confirmatur et die sequenti intronizatur, et in ad vincula Petri in abbatem sollempniter est consecratus. 1279. Iun. 30. Iul. 3. Iul. 7. Aug. 1.

1281. Dominus Bruno abbas huius loci 15. cum rexisset ecclesiam anno uno, mensibus 8, diebus 25, cessit prelature voluntarie in crastino annunciationis dominice. Cui successit dominus Ulricus prior ecclesie nostre, feria 2. post palmas, 7. Idus Aprilis, qui a domino Heinrico Ratisponensi episcopo dicto de Roteneke in octava pasce in abbatem est sollempniter consecratus. 1281. Mart. 26. Apr. 7. Apr. 20.

1284. Ecclesia sancti Pauli Ratispone exusta est 13. Kal. Octobris. 1284. Sept. 19.

1298. Adolfus Romanorum rex in bello occiditur[a]. 1298.

---

# NECROLOGIUM PRUVENINGENSE.

*Annalibus subiungimus Necrologium ex eodem codice sumptum. Ibi enim f.* 32 *ss. Kalendario eadem saeculi XII. manu pauca inscripta sunt diebus* 6. *et* 28. *Ianuarii,* 13. *Iulii; alia de translatione Erminoldi manus coaeva addidit, cetera manu saeculi XIII. exeuntis scripta sunt, excepto die obitus Ulrici abbatis Mart.* 14. *qui manu saec. XIV. notatus est.*

Ian. 1. Eberhardus pius pater, quartus abbas istius loci obiit. 1168.
6. Pius pater Erminoldus obiit 1121.[b] primus abbas istius loci. 1121.
17. Pie memorie Heinricus nonus abbas istius loci obiit.
20. Pie memorie Erbo quintus abbas huius loci obiit.
28. Karolus imperator Aquisgrani obiit. 814.
Mart. 14. Pie memorie Ulricus abbas 1314. 1314.
17. Pie memorie Gotfridus huius ecclesie tercius abbas obiit. 1163.
22. Pie memorie Rudgerus abbas decimus Sancti Emmerammi.
Mai. 1. Pie memorie Ernestus abbas undecimus obiit. 1245.
18. Inventio corporis beati patris Erminoldi 1283. 1283.
19. Recollocatio eiusdem.
Iun. 22. Pie memorie Eberhardus Salzpurgensis archiepiscopus obiit nostre congregationis monachus. 1164.
Iul. 3. Pius pater Erbo huius loci secundus abbas obiit 1162. 1162.
13. Heinricus imperator augustus obiit. 1024.
Aug. 21. Wernherus abbas duodecimus istius loci obiit 1270. 1270.
Nov. 22. Pie memorie Baldwinus sextus abbas 1193. 1193.
28. Pie memorie Hartmannus octavus abbas 1239. 1239.
Dec. 2. Pie memorie Fridericus nostre congregationis monachus abbas 13. obiit 1280. 1280.
25. Pie memorie Rudgerus septimus abbas obiit 1206. 1205.

a) *haec ultima manu alia addita sunt.* b) *anni numerum alius addidit;* p. s. i. l. *saec. XV. scripta sunt.*

---

# NOTAE PRUVENINGENSES.

*Has consecrationum Pruveningensium memorias ex eodem, quem sunt editores Monumentorum Boicorum XIII,* 23—31 *secuti, codice traditionum membranaceo saec. XII, nunc servato in tabulario regio Monacensi, desumpsit Jaffé, praeter anni* 1273 *relationem, quam quidem aliunde arcessitam praebuerunt Monumenta Boica l. l. p.* 32.

1119. Mai. 12. Anno dominicae incarnationis 1119, 4. Idus Maii consecratum est hoc templum in honore sancti Georgii a venerabilibus episcopis Ratisponensi Hartwico[2] et Babenbergensi 3 Ottone[3]. Continetur etiam in principali altari de ligno Domini, reliquiae sanctae Mariae, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Mathei, Marci euangelistae, Barnabae, sanctorum martyrum Stephani protomartyris, Clementis, Dyonisii, Rustici et Eleutherii, Laurentii, Vincentii, Sebastiani, Crisogoni, Pancratii, sanctorum confessorum Ermachorae, Fortunati, Salini, Albini, Fursei, Gundolfi, Drudonis, Iuventii, sanctarum virginum Genofevae, Gratae, Columbae, Glodesindis.

Eodem anno et ipsa die dedicatum est altare, quod situm est in medio templi in honore sanctae crucis et sancti Pancratii a venerabili Ratisponensi episcopo Hartvico. Continetur etiam ibi de ligno Domini, de sanguine, de presepio Domini, reliquiae sanctorum Viti, Albini, Genesii, Ferrutii.

Eodem anno et ipsa die consecratum est altare in sinistro cornu in honore sancti Iohannis baptistae a venerabili Babenbergensi episcopo Ottone. Continentur etiam ibi reliquiae sanctorum martyrum Marcelli pape et martyris, Blasii, Lamberti, Adalberti, Cypriani, Quirini, Anastasii, Maurini abbatis et martyris.

Eodem anno et ipsa die consecratum est altare in dextro cornu in honore sancti Benedicti a venerabili Ratisponensi episcopo Hartwico. Continentur etiam ibi reliquiae sanctorum confessorum Marci pape, Gregorii, Nicolai, Eucharii, Materni, Remacli, Oudalrici, Galli, Columbani, Pauli heremitae.

Eodem anno et ipsa die consecrata est capella, quae adheret dextro lateri monasterii, in honore sancti Alexii confessoris, mirae sanctitatis viri, a venerabili Ratisponensi episcopo Hartwico. Reconditae sunt etiam ibi reliquiae sanctorum Timothei apostoli, sanctorum martyrum Laurentii, Vincentii, Symphoriani, Patrocli, sanctorum confessorum Martini, Nicolai, Eucharii, Valerii, Materni, Maximini, Arnoulfi, Loudewini, Goaris, Columbani, Celsi, sanctarum virginum 11 milium et de terra earundem.

1123. Aug. 23. Anno Domini 1123, indictione 1, 11. Kalendas Septembris dedicata est aecclesia infirmorum a venerabili Babenbergensi episcopo Ottone in honore beatissimae Dei genitricis Mariae. Continentur autem in ea hae reliquiae: de ligno sanctae crucis, de sepulcro Domini, de vestimentis sanctae Mariae, Iohannis baptistae, Andreae, Iacobi, Bartholomei, Philippi, Iacobi, Symonis, Iudae apostolorum; Adalberti, Lamberti episcoporum et martyrum; Georii, Laurentii, Vincentii, Cyriaci, Iohannis, Pauli, Sebastiani, Hermetis, Sergii, Bachi, Crispini, Crispiniani, Mauricii, Gereonis, Viti, Iuliani, Crescentii, Pelagii, Dulcissimi, Carissimi, Sigismundi martyrum; Martini, Nicolai, Augustini, Severini, Eusebii, Apri, Wolfgangi, Erhardi, Mansueti, Disibodi episcoporum; Benedicti, Loudegeri, Birini confessorum; Agathae, Ceciliae, Margaretae, Eufemiae, Teclae virginum et martyrum; Anastasiae martyris; Brigidae, Waltpurgis, Gerdrudis, Dorothes, Herasmae virginum.

1125. Iul. 22. Anno dominice incarnationis 1125, indictione 4[4], 11. Kalendas Augusti consecratum est templum in Hempur a venerabili Babenbergensi episcopo Ottone in honore primi sigilli, videlicet incarnationis Domini, et in honore sanctae et individuae Trinitatis et victoriosissimae sancte crucis et sancte Dei genitricis Mariae, specialiter autem in honore sancti Iohannis baptiste. Continentur etiam hic reliquiae ipsius sancti Iohannis, sancti Andreae apostoli, Lamberti episcopi et martyris, Mauricii martyris, Colomanni martyris, Herhardi episcopi et confessoris, Herchinwaldi episcopi, Hellarii confessoris, Datiani confessoris, sancte Gerdrudis virginis.

1125. Nov. 30. Anno dominice incarnationis 1125, indictione 4, 2. Kal. Decembris consecrata est aecclesia, quae constructa est iuxta elemosinariam domum, in honore sancti Andreae apostoli

2) I. 1106—1126. 3) I. 1103—1139. 4) in annum 1125 incidit indictio 3.

a venerabili Babenbergensis aecclesiae episcopo Ottone. Continentur etiam ibi reliquiae 1125. sancti Andreae apostoli, Blasii episcopi et martyris; Georgii, Iohannis et Pauli, Mauricii, Nov. 30. Candidi, Exuperii, Valeriani, Maurini martyrum; Nicolai, Oudalrici, Agilolfi, Ebberici, Hereberti episcoporum; Maioli, Boudolfi abbatum; Priscae, Margaretae virginum et martyrum; Gerdrudis virginis.

Eodem anno et ipsa die altare, quod situm est ad meridianum in maiori ecclesia, quia post dedicationem aecclesiae propter faciendam desuper fornicem loco motum fuerat, denuo consecratum est in honore sanctorum apostolorum a venerabili Babenbergensi episcopo Ottone. Continentur etiam ibi reliquiae sanctorum Bartholomei apostoli, Eventii, Cristophori, Ligorii, Fortunati, Felicis, Ebergisti, Privati, sanctorum Maurorum, Potentiani, Stephani, Sennae, sanctorumque quorum nomina ignoramus.

Eodem anno et ipsa die altare, quod situm est ad septentrionalem in maiori aecclesia, quia et ipsum post dedicationem aecclesiae propter faciendam desuper fornicem loco motum fuerat, denuo consecratum est in honore sanctarum virginum a venerabili Babenbergensi episcopo Ottone. Reconditae sunt etiam ibi reliquiae sanctarum virginum Ursulae sodaliumque eius, Mariae Magdalenae, Pinnosae, Gerdrudis, Prudentiae, Teclae, Fidis, Flaviae, Euprepiae, Dignae, Albinae, Iulianae, Alinae.

Anno dominicae incarnationis 1129, indictione 7, 8. Kalendas Decembris consecrata 1129. est aecclesia sancti Arbogasti a venerabili Ratisponensi episcopo Chounone[5] in honore Nov. 24. primi sigilli, videlicet annuntiationis Domini et victoriosissime sancte crucis et sanctae Dei genitricis Mariae; specialiter in honore sancti Arbogasti episcopi et confessoris. Continentur in ea reliquie sancti Bartholomei apostoli, Cyriaci, Sebastiani martyrum, Arbogasti episcopi, Felicitatis et 11 milium virginum.

Anno dominicae incarnationis 1132, indictione 10, 6. Kalendas Decembris dedicata est 1132. basilica sanctae Mariae Magdalenae a venerabili Babenbergensi episcopo Ottone. Recon- Nov. 26. ditae sunt ibi heae reliquiae: de ligno Domini, de vestibus sanctae Mariae, Iohannis baptistae, Petri, Andreae apostolorum, sanctorum martyrum Stephani protomartyris, Georgii, Laurentii, Gordiani et Epimachi, Stephani pape et martyris, Basilii episcopi, Pauli heremitae, Gunthildis virginis, 11 milium virginum, Margaretae virginis et martyris.

.... 5. Nonas Maii dedicata est aecclesia, quae est Prukedorf[6], in honore sanctae 6 Mariae matris Domini. Continentur ibi heae reliquiae: de cruce, Iohannis baptistae, Xixti, Felicissimi, Agapiti, Alexandri, Eventii, Theodoli, Octaviani, Nicolai, Saturnini, Octobris, Helenae, sanctorum 44 martyrum et aliorum sanctorum.

Reliquiae quae apud Gmunde continentur: De sancta cruce, Andreae, Thomae, Bar- 1135. tholomei, Iohannis et Pauli, Laurentii, Sebastiani, Mauritii, Clementis, Georii, Cosmae et Nov. 16. Damiani, Kyliani sociorumque eius, Brictii, Galli, Innocentii, Willibaldi, Wnnebaldi. Consecrata est autem aecclesia, quae apud Gmunde in fundo monasterii nostri sita est, a venerabili Heinrico Ratisponensi episcopo[7] in honore sancti Georgii martyris anno Domini 1135, indictione 14, 16. Kalendas Decembris.

Anno dominicae incarnationis 1140, indictione 3, 6. Kalendas Februarii consecrata est 1140. capella, quae est in latere dextro principalis aecclesiae in auditorio hospitum sita, a vene- Ian. 27. rabili Eilberto, Babenbergensis aecclesiae episcopo[8] nono, in honore sancti Wolfgangi epi- 8 scopi et confessoris. Continentur hic reliquie: de sepulcro Domini, Iacobi apostoli, Dyonisii episcopi et martyris, Emmerammi, Lantperti, Georgii, Cosmae et Damiani, Wolfgangi confessoris, Ursulae virginis.

Eodem anno et ipsa die consecratum est altare sancti Stephani item a venerabili Eilberto Babenbergensi episcopo. Continentur autem in eo reliquiae ipsius sancti Stephani protomartyris, Lantperti episcopi et martyris, Hermetis martyris, Christophori martyris, Maximini episcopi et confessoris, Paterniani episcopi, Routperti episcopi, Waltpurge virginis, Gunthildis virginis.

Reliquiae quae apud Brugge continentur: sanctae crucis, sanctae Mariae Dei genitricis — specialiter in honore sancti Egidii dedicata est ipsa aecclesia — Petri et Pauli, Iohannis euangelistae, Dyonisii, Georgii, Pancratii martyris, Martini, Nicolai confessoris,

5) I. 1126—1132. 6) Bruckdorf ad Laber fluv., a Priefling ad meridiem. 7) I. 1132—1155. 8) 1139—1146.

Mariae Magdalenae, Waltpurgae, Dignae, Euprepiae, Ursulae virginis. Consecrata est autem eadem aecclesia a venerabili Eilberto episcopo.

1174. Dec. 27. Anno dominice incarnationis 1174, 6. Kal. Ianuarii consecratum est altare ad septentrionalem plagam situm in maiori aecclesia iuxta altare sanctae crucis in honore sancti Nycolai episcopi et confessoris. Continentur ibi reliquiae: de sancta cruce, de sepulcro Domini, de sepulchro matris Domini, de capillis sancti Petri apostoli, reliquiae sancti Andreae apostoli, Symonis et Iudae apostolorum, Georgii martyris, Tyburtii martyris, Cyriaci martyris, de ossibus trium innocentum, Dyonisii episcopi et martyris, Blasii episcopi et martyris, Lamperti episcopi et martyris, Nycolai episcopi et confessoris, Othmari abbatis, Heinrici imperatoris, Teclae virginis et martyris, de vestimento sanctae Agathae virginis et martyris.

1273. Dec. 16. Anno dominice incarnationis 1273, 17. Kal. Ianuarii, presidente universali ecclesie domino papa Gregorio decimo, regente imperium christianissimo rege Rudolfo, gubernante Provningense cenobium domino Wernhero abbate reverendo, huius nominis secundo, consecratum est hoc altare a venerabili Ratisponensis ecclesie episcopo Leone[9] in honore beatorum apostolorum Andree, Iohannis euangeliste, et beate Anne matris sancte Marie, specialiter vero in honore beate Katharine virginis et martyris Deo digne. Continentur in eo reliquie de ligno sancte crucis, de sepulchro Domini, de vestibus sancte Marie virginis, de vestibus sancte Anne matris eius, sanctorum apostolorum Petri, Pauli, Andree, de vestibus sancti Iohannis euangeliste, Philippi, Bartholomei, de vestibus sancti Thome apostoli, Iacobi, Zebedei, Symonis, Mathie, sanctorum martyrum Stephani, Georii, Laurentii, Iohannis et Pauli, Kolomanni, sanctorum confessorum Augustini episcopi, Nycolai episcopi, Egidii abbatis, virginis et martyris Agathe, de sepulchro sancte Katherine, undecim milium virginum. Item reliquie beate Marie Magdalene et sanctarum martirum Afre, Felicitatis, sanctarum virginum Aurelie, Chunigundis.

9) 1262—1277.

# CHOUNRADI SCHIRENSIS

## CHRONICON, CATALOGI, ANNALES.

### EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Summa librorum exscribendorum picturisque ornandorum industria fuit Conradus monachus et sacerdos*[1], *qui, quod quidem reperimus, intervallo annorum* 1205[2]—1241[3] *in Schirensi dioecesis Frisingensis coenobio librarii munere fungebatur sub Conrado* (1206—1225) *et Heinrico* (1226—1259) *abbatibus*[4]. *Atque hanc et scribae et pictoris assiduissimi laudem certe promeritus est, teste turba voluminum manu eius exaratorum*[5], *quae quondam exstiterunt, quorumque quinque etiam hodie habentur in bibliotheca Monacensi; quamquam philosophi nomini, quo quidem Aventini liberalitate est exornatus, quantum responderit Conradus, hoc loco nihil attinet laborare. Verum voluit ipse etiam in historicis numerari, cuius rei documento sunt ea, quorum editionem accuraturi sumus, opuscula. Nequaquam autem ista tali sunt ingenio expedita, quale ad excedendam mediocritatem opus fuisset. Sunt vero haec:*

*I.* Chronicon Schirense, *quod quamvis valeat aliquid ad cognoscendas antiquitates Bavaricas domusque Wittelsbachicae initiis lumina quaedam afferat, tamen est eius modi, in quo consulendo videatur omne cautionis genus adhibendum esse. Non enim desunt aut subsidiorum, in quibus narratio nititur, depravationes aut commenta temeraria aut manifeste contraria. Docebimus infra in annotationibus chronico subiectis, quemadmodum tabulis domesticis, quibus praeter Sulpicii Severi vitam beati Martini et Ottonis Frisingensis chronicon usus Conradus est, inconsiderate coniungendis a veritate descierit, quantopere in generibus enarrandis aut falsus sit aut fuerit falsurus. Maxime autem deliquit in temporum descriptione, quum partim secum ipse adeo dissenserit,*

1) In relatione *de codicibus a Conrado exaratis* infra reperimus, fratrem Chuonradum fuisse „unum ex confratribus huius loci (Schirensis)", sacerdotemque in codicis Schir. 1 fol. 4 3 se ipse dixit Conradus (v. infra not. 10). Nec vero, qui eum „custodem et priorem coenobii" appellant (ut Stephanus in Chronico originis et fundationis monasterii Scheirn), testimonia eius rei afferunt. 2) „Chunradum scriptorem", qui tabulae Schirensis anno 1205 scriptae testis invenitur in Monum. Boic. X, 421, nostrum esse, negaverit nemo. Sed huic tabulae, qua Conradi abbatis Schirensis res a. 1205 gestae referuntur, annales Conradi nostri adversantur eo, quod in iis abbas ille fertur inde ab a. 1206 demum praefuisse coenobio. 3) V. relationem *de codicibus a Conrado exaratis* infra. 4) V. ibidem. 5) Quae enumerantur ibidem. Quinque Conradi codices adumbravit et B. Pez (Thes. anecd. I. dissert. isagog. p. XXVIII—XXX) et Hefner (Oberbayerisches Archiv II. 160 - 170). In picturis vero, quibus codices illi, et ab ipso Conrado quidem (ut relatio *de codicibus* cet. docet) ornati sunt, quae ars insit, exponit Kugler, Kleine Schriften und Studien zur Kunstgeschichte I, 84—87.

*partim tanta processerit levitate, ut non possimus, quin eum opinemur saepius, inscium quando gestae res essent, temere ac fortuito eas certis annis alligavisse. Quid? quod de ipsius monasterii Schirensis primordiis in chronico et in iis, de quibus posterius dicetur, annalibus tam dissolute egit, ut variis locis non minus quam quatuor diversos coenobii conditi annos significaret:* 1108, 1117, 6 1120, 1124[6]. *In recognoscendo autem Conradi chronico, in capita a me dispertito, licuit uti codicibus tribus, quos quidem, sicut ceterorum scriptoris opusculorum libros ms., intentissima cura in usum nostrum excussit Föringer V. Cl., bibliothecarius regius Monacensis:*

1) *codice Schirensi* 20, *Latino Monacensi* 17420 *(Bav.* 52*)*[7], *membranaceo forma quadrata saec. XIII, qui fol.* 14—24 *servat ipsius Conradi manu paratam libelli formam priorem, cui quidem deest caput* 16, *quaeque quater pervulgata est: a Stephano abbate Schirensi in libro, qui inscribitur* Chronicon originis et fundationis monasterii Scheirn a F. Conrado philosopho conscriptum (Ingolstadii) 1623. *Fol., a G. Chr. Ioanne, qui exemplum modo dictum repetiit, hoc titulo notatum* F. Conradi philosophi chronicon Schirense, Argentorati 1716, 4⁰, *ab editoribus Mon. Boic. X,* 381—397 *a.* 1768 *cum indice hoc* Incipit liber fundationis auctore Conrado priore in Schyra, *a Böhmero a.* 1853 *in Font. III,* 499—512, *ubi nominatus liber sic est* Liber de fundatione Schirensis monasterii auctore Chunrado;

2) *codice Tegernseensi* 1487, *Latino Monacensi* 19487 *saec. XV, qui inter alia fol.* 59—66 *libellum exhibet hic illic decurtatum quidem, sed auctum capite* 16. *Nec vero potest esse dubium, quin iste textus ex alio ac priore libri exemplo manaverit, et eo per ipsum Conradum serius constituto. Nam*

3) *codex Schirensis* 3, *Monacensis pict.* 7ᶜ, *membranaceus forma maxima* 8 *saec. XIII*[8] *in folio novissimo habet caput illud* 16, *manu Conradi positum.*

*II.* De codicibus a Chounrado exaratis *relatio in eiusdem, cuius supra memini, codicis Schir.* 3 *folio* 7′, *unde etiam et Pezius in Thes. anecd. I. dissert. isagog. p. XXVIII et Hefner in Oberbayer. Archiv II,* 158 *eam publicaverunt, legitur scripta manu saec. XIII. Sentire autem, eam ab ipso Conrado esse litteris consignatam, vetamur quum praeconiis ibidem illi tributis tum ipsarum, quibus notitia exarata est, litterarum habitu abhorrente a Conradi chirographo, id quod ex codicum speciminibus a Föringero missis facile est perspectu.*

*III.* Chounradi catalogi *regum pontificum imperatorum sunt nudi exilesque, mendorum et lacunarum pleni, quibus nemo discendi cupidus delectabitur. Pendent autem ex libris Hieronymi, Pauli diaconi, Ottonis Frisingensis, prioribus pontificum Romanorum catalogis, aliis operibus, quorum lacinias singulas cum cura indagare esset perdere oleum et operam, quum praesertim minime verisimile videatur, catalogos (si unum Ottonem Frisingensem exceperis) ex ipsis illis fontibus esse haustos, sed potius suspicari liceat, eos ex compilationibus iam perversis male constitutos esse. Attamen eos maxima ex parte, nimirum litteris minimis, exprimendos curavimus, ne quis nos putaret severius de hoc scriptore existimavisse. In ingressu vero libelli quum a primo indicasset Conradus, catalogum „usque ad r e g e m Fridericum (II.)“ productum iri, tardiusque demum et pro „regem“ substitutum „imperatorem“ et verba haec: „et Heinricum filium eius“ addita sint*[9], *catalogos patet spatio annorum* 1212 — 1220 *scriptos esse. Qui*

6) Vide infra annotationem ad Chronici cap. 23. 7) de quo cf. Hefner l. l. p. 160. 8) de quo v. Hefner l. l. p. 165—170. 9) Catalogo regum Francorum quoque sunt verba haec *Heinricus XXV.* serius demum apposita.

[illegible]

*v. Caes. Vindobon. hist. prof. 35. fol. 129.*

Anno domini ab incarnatione . m . cc . xx . Fridricus . II . coronatus fuit in imperatorem a domino Honorio papa III . in basilica sancti petri . anno regni sui . VIII . ab augusto primo . xc . v . Hic ab infantia ab eccclesia tamquam per matrem educatus . in imperii fastigium ottone dampnato promotus . ecclesiam dei non fovit tamquam matrem . sed tamquam novercam quantum potuit la

Hoc anno castrum . . . Ludwicus dux . . .

[illegible]

*Ex codicibus Schirensibus bibl. regiae Monacensis.*
*Conradi annales cod. Schir. 1 fol. 6.*

*Chronicon Schirense cod. Schir. 20 f. 24.*

*manu Conradi:* Ludwicus . . . labore . . . non ſufferens respectu dei dignitatis ceſſit loco.

*alia manu:* Huic ſucceſſit chonradus iuvenis et ſimplex . presente . L . duce noricorum . cum presentia

*manu Conradi:* M . cc . xvi . Hoc anno celebrata est Synodus salzpurge apud s. petrum presentibus . v . episcopis et abbatibus et aliis plurimis prelatis . Innocentius papa obiit . Honorius ſucceſſit.

*alia manu:* M . cc . xvii . Civitas friſing . et maior eccleſia et s. Andree et domus canonicorum igne conflagrant . et ab episcopo ottone . II . in eodem anno renovantur . et laticio ope regis

*manu Conradi:* M . cc . xviii . Otto . IIII . imperator obiit . Huius oſſa roma producta . ab honorio papa ab excommunicatione ſoluta . in brunſwich in ecclesia s. . . . ſunt ſepulta. Bertholdus dux de Zaringe obiit.

*Cod. Schir. 1 fol. 473.*

*manu Conradi* VIIII. Baldemarus . X. Hardmannus . XI. Chonradus . Huius operis rogatu ego frater chonradus ſacerdos quamvis indignus . iſtiuſmodi librum conſcripſi . ad honorem dei et beate dei genitricis.

*Cod. Schir. 1 fol. 473.*

*manu Conradi* nans . quo cum ſequeremur oſtendit.
Tu ancxre . . . DNE . CHONRADI
SCRIPTORIS MISERERE . AMEN.

*De codicibus a Conrado exaratis*
*Cod. Schir. 3 fol. 7'.*

HEINRICI . xpi bono odore longe lateque fraglaret . frater chunradus . . .

*collocati a Conrado sunt in fol. 2'—8' codicis Schirensis 1, Latini Monacensis* 17401, *pict.* 7[b], *membranacei forma maxima saeculi XIII.*[10]

*IV.* Chounradi annalium *partes posteriores non sunt nullius pretii, anteriores vero nituntur passim in priore Annalium Scheftlariensium maiorum parte, quae est ad annum* 1162 *usque progressa*[11], *et in notitiis Ratisponensibus Austria-* 11 *cisque. Sunt catalogis illis sic interpositi in eius, quem modo dixi, codicis Schir.* 1 *fol.* 4'—6', *ut ambo opuscula videantur esse unum. Diversitas vero quum et ex catalogorum prooemio et ex ipsis rebus facile esset agnitu, ita nobis placitum est, ut a catalogis separarentur annales. Horum excerpta antehac edidit et H. Pez SS. Rerum Austr. II,* 407—414, *titulo usus hoc:* Excerpta ex catalogo Romanorum pontificum et imperatorum Conradi coenobitae Schyrensis, *et Böhmer Font. III,* 513—518, *editionem Pezianam secutus.*

*Berolini* 11. *Kal. Februarias* 1860.

## CHOUNRADI CHRONICON SCHIRENSE.

1.[a] Rationabile et acceptum videtur, ut quod honestis et rationabilibus personis agitur, idoneis etiam argumentationibus ob memoriam posteris reformandam probabiliter affirmetur, litterarum videlicet verissima inscriptione, attestantium personarum confirmatione, quatenus undique veritate munita[b], facilius obstruatur os loquentium iniqua. Proinde omnium sancte Dei aecclesiae fidelium, presentium scilicet ac futurorum, memorie[c] tradimus compendiosa ut possumus relatione, qualiter vel a quibus monasterii huius structura primitus ceperit. Dignumque nobis videtur, ut inde exordium scribendi sumamus, unde primum religionis monasticae cultus originem habuit. Igitur legentes res potius[d] quam verba perpendant, et aequo animo ferant, si aures eorum vitiosus forsitan sermo polluerit; rogamusque, ut in presentiarum vel posthac qui[e] lecturi sunt fidem dictis habeant, scriptorique Chounrado perennem vitam optare dignentur.

Immerito[f] peto, quod precio prex perpetualis
Chounrado sit, et auxilio mater pietatis.

2. Nobilis quidam comes de Chastelin[g, 12] Hermannus nomine, ingressus cum servis et rusticis suis de legitimis curtiferis apud Willingan[13] liberam silvam in loco, qui dicitur 13 Helingerswenga, modo autem Interior Cella[14] nuncupatur, et sibi eam suaeque uxori, comitissae felicis memorie Hazigae, absque omni contradictione apprehendit[h] — sicut mos erat et est, communem silvam de legitimis curtiferis apprehendere — et in potestatem

a) Incipit cronica monasterii Scheyren 2. b) *sic scripsi pro* muniti 1. 2. c) memorie — primitus ceperit *assumpta sunt ex Heinrici V. imp. diplomate, Mon. Boic. X,* 441. d) res potius — sermo *excepit Conradus ex Sulpicii Severi Vit. b. Martini praefat.* 3. e) qui — dictis habeant *suppeditavit Nostro Sulpicius Severus, Vita b. Martini c.* 1, 9. f) Immerito — pietatis *desunt* 2. g) Castel 2. h) *deest* 2.

10) de quo cf. Hefner l. l. p. 161—165. In novissimo autem huius codicis folio 473 leguntur haec: *Tu autem, Domine, Chounradi scriptoris miserere. Amen.*

*Hic liber hic finit, scriptoris et hic labor exit.*
*Sis nostri memor hic, melliflua 'qui legis istic.*

In membrana eidem folio agglutinata a Conrado addita haec sunt:

*Damnat eum iure legis sententia dure,*
*Cui non est cure requiei vita future.*
*Sed quoniam steriles offerre vetat mulieres*
*Lex vetus, et ventrem reprobat male prole carentem,*
*Ne vacuus veniam Domini conspectus ad aram,*
*Offero bis tinctum puro de pectore coccum,*
*Ut mens affectu producat, quod nequit actu.*
*Ne tamen hoc pereat, quod clausa pecunia signat,*
*Hunc de commisso librum depromo talento.*
*Merces scriptoris sit pars celestis amoris,*
*Ut timor ardoris desit cum fine laboris. Amen.*

*Primus loci huius abbas Erchinboldus;* 2. *Bruno;* 3. *Oulricus;* 4. *Gozzoldus;* 5. *Marchawardus;* 6. *Oudalricus;* 7. *Oudalricus;* 8. *Eberhardus;* 9. *Baldemarus;* 10. *Hardemannus;* 11. *Chounradus. Huius ope et rogatu ego frater Chounradus sacerdos, quamvis indignus, istiusmodi librum conscripsi ad honorem Dei et beate Dei genitricis et ecclesiae huius, et ad lectorum tam futurorum quam presentium perpetuam utilitatem, intuitu quoque divine retributionis. Precor igitur omnes huius libri lectores, ut amore Dei et summae caritatis respectu benedicant anime mee et parentum meorum. Amen.*

11) V. supra p. 334.

12) Kastel, inter occasum et meridiem ab Amberga; postea coenobium d. Eistetensis. De Hermanno comite cf. Moritz Stammreihe der Grafen von Sulzbach, in Abhandl. der Königl. Baier. Akad. Histor. Klasse 1833, I, II.

13) Willing ad Mangfall fluv. prope Aibling.

14) Margarethenzell s. Baierischzell, media fere via inter Kufstein et Schliersee.

sui iuris tam populari more, arborum scilicet incisione, ignium ustione domorumque edificatione, quam trium dierum in eodem loco, quod[a] hereditario iure hereditatem retinere mos est, sessione, a monte qui dicitur Chitinfein[b], usque ad locum qui dicitur Chivirinis Ursprinch vendicavit. Postea vero aliquanto transacto tempore, predicte dominationis servi et rustici, iterum egressi a Willingan, eandem silvam intraverunt eamque a monte priori, Chitinrein scilicet, usque ad rivulum Diezzentenpach[c] dictum more solito, quo et prius, apprehenderunt suisque dominiis determinaverunt. Tum ex hoc[d] silva ab eadem familia excolitur et inhabitatur. Cuius cultores, sacerdoti Piligrimo[e] apud Willingan longo tempore subditi, divinae legis caeremonias ab eo recipiebant, sibique laborum suorum decimas reddebant[f], usque dum duo conversi religiosi nimis et nobiles, Otto et Adalpreht, heremum
Hebr. 11, 38. ut Deo liberius vacarent sicientes, iuxta quod apostolus ait, in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis anime salutem querentes, versus eiusdem novae culturae partes devenerunt, et longe in secretioris silvae loco manentes, una cum aliis, iam eorum sancto attractis exemplo, aecclesiam construxerunt. Hec cum, comitissae Hazigae impetratione
1077. Frisingensisque pontificis[15] iussione, a Polensi venerabili episcopo Ellenhardo 1077. anno dominice incarnationis consecrata fuisset, cultores ipsorum novalium decimas, quas ad Willingan prius offerebant, ad hanc ecclesiam postea dabant; a qua usque in hodiernum diem katholicae fidei sacramenta, Dei verbum audiendo baptismum et sepulturam et cetera his similia consequendo, perceperunt.

3. Sed hic paululum ab stilo narrationis divertentes, inserere curamus, videlicet unde vel quae fuerit predicta Haziga. Haec igitur, nobili et antiquo genere principum de castro Schyren[g] orta, nobilior actibus ut post claruit, comiti Hermanno de Chastel nupta fuit. Quo
16 mortuo, cuidam comiti Ottoni[16] de Schyren tradita, per eum tres filios, Ottonem[17] videlicet, Pernhardum[18] et Ekkardum[19] comites, habuit. Heinricus[h] etiam patriarcha Aquileiensis[20] et supradictus episcopus Polensis duo fratres, filii matertere ipsius Hazige fuerunt. Nunc ad propositum revertamur.

4. Predicta itaque comitissa Haziga, videns in eodem loco fratres et numero et merito de die in diem in divina servitute multiplicari, magis magisque locum tam spiritalem cepit diligere et ob salutem anime crebrius visitare. Unde et delegavit cum consensu et manu filiorum suorum: Ekkahrdi[i] Frisingensis aecclesiae advocati, Pernhardi et Ottonis comitum, in manus cuiusdam nobilis Amelberti, tradendum scilicet ad eandem ecclesiam fratribus illis in oblationem, curtiferum unum apud Hegelingen[21] cum decima apud Willingan et allodiola quedam ad eandem villam pertinentia, et curtiferum apud Amindorf, et predium quod
22 habuit in Cylaristal[k, 22], et mansum unum apud Trunnis[23], et vineam apud Pausanum[24], et curtiferum cum manso apud Gravingen. Quam traditionem persolvit idem Amelbertus ad eandem ecclesiam, presentibus his infra scriptis testibus, Gotscalch de Marhpach, Diemar[l] de Starcholteshoven, Otto de Volchratistorf, Walchun de Ovinstein, Gerolt de Perga, Ezzo de Sandolfeshusen, Hoholt de Winchilsazin, Ezzo de Munibresthoven, Erbo de Hagingan, Wicnant de Walishoven, Dietricus de Pelahaim. Postea vero fratrum numero proficiente, predicta comitissa delegavit cum manu predicti testatoris Amelberti eundem locum et ecclesiam Hehngeriswenga, cum omnibus bonis eidem contraditis, Hirsawgie ad monasterium sancti Petri; ea conditione, quatenus in posterum ab eiusdem loci abbate locus iste provideretur optima fratrum suorum religione. Quam conditionem monastice religionis primo beatus Willihelmus abbas in hoc loco feliciter inchoavit, transmittens videlicet de suo monasterio 12 monachos et totidem laicos, eandem regulam, quam Hirsawgie didicerant, in hoc loco servaturos.

5. Hii fratres propter viarum difficultatem, silvarum asperitatem victualia non valentes illic comportare, perfecerunt apud comitissam Hazigam, quatenus ipsa cum filiis suis

a) quod — iure *desunt* 2. b) Kittinreyn 2. c) Tiessenpach 2. d) Tunc ex hinc 2. e) Pilligrino 2. f) suas decimas reddiderunt 2. g) Scheyren 2. h) H° 1. 2. i) Eckkardi 2. k) Czillerstal 2. l) *pro* Diemar — Pelahaim *leguntur in* 2: et aliis decem.

15) Ellenhardi 1052—1078. 16) secundo. 17) tertium. 18) primum. 19) primum. 20) Heinricus canonicus Augustensis (v. Annal. August. 1077, supra SS. III, 129), post patriarcha Aquileiensis, 1077—1084. (Adhuc usque Sigehardus patriarcha, 1068—1077, Ellenhardi episcopi Polensis frater fuisse falso visus est viris doctis.) 21) Högling, ab Aibling ad occidentem. 22) im Zillerthal. 23) Truns prope Castelbell ad Athesim fluv, a Meran ad occidentem. 24) Botzen.

propter eiusdem loci difficultatem concambium faceret cum episcopo Frisingensis aecclesiae Meginwardo[25]. Quod et fecit. Tradidit[26] enim super altare sanctae Mariae sanctique 26
Corbiniani predia sua, que habuit apud Chitinreinishawa et apud Arnolsthowa[a] et apud Wenga, collaudante episcopo Meginwardo, collaudante quoque et suscipiente advocato Ekkahrdo de Schyren, et infra scriptis ministris eiusdem ecclesie consentientibus et collaudantibus, et, ut moris est, in hoc utilitatem sue ecclesie esse iuramento affirmantibus. Testes: Hartwich de Richoltstorf, Oudalricus[b] de Harthuse, Eppo et frater eius Dietricus, Adalhart, Chouno et fratres eius Penno et Erchembreth, Durinc et filius eius Eberhart, Penno, Wolfkoz, Manegolt et frater eius Etich, Walchoun, Meginwart, Isingrim, Liutrath. Econtra prefatus episcopus reddidit eidem comitisse tale predium in Vispach[27], quod habuit Frisingensis ecclesia situm inter Rotinpach et Chlafintinpach[c], et infra Liuzzanah et Albwega, cum omnibus utilitatibus, exitibus et reditibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, et hoc per manum advocati Ekkahrdi de Schyren. Et ut hec commutatio firmius in aevum stabiliretur, testes hii per aurem sunt attracti: Otto[28] comes de Schyren, Gotschalch de Marichpach, Walchoun de Ovinstetin, Poppo[d] de Winiden, Chounrat de Gaginenpach, Eppo de Sewan, Diemar de Starcholtshoven, Wernher de Prunne, Adalpreht de Pibirchar et Eppo, Ougo de Peleheim, Wernher de Strazpach et frater eius Ozzi[e]. Haec igitur apud Gotingen[29] sunt rite atque legaliter peracta.

6. Unde predicta comitissa nimis laetificata ecclesiam in eodem loco, episcopo Frisingensi Meginwardo licentiam et consensum prebente[f], aedificare haut distulit. Quam in brevi consummatam ab eodem episcopo in honore beate Dei genitricis Mariae consecrari impetravit. Qui venerabilis antistes hoc eidem loco privilegium instituit, ut omnis qui desideret ibi sepulturam consequatur, nec hoc ullius clerici vel laici ratione interdicatur. Consecratio autem aecclesiae 1087. anno dominicae incarnationis optentu Willhelmi[g] abba- 1087.
tis[30] facta est.

7. Postea[31] vero non parvo elapso tempore, predicta comitissa aliud quoque fecit con- 31
cambium cum eodem episcopo Meginwardo. Dedit namque cum consensu et manu filiorum suorum, Pernhardi et Ottonis comitum, decimationes de Chitinireinishouwa et Arnoltshouwa, quae sui iuris erant, pro decimis de Vischpachawa[h] ad[i] ecclesiam Elichpach[32] pertinentibus, collaudante et suscipiente advocato Ekkhardo de Schyren, presentibus et collaudantibus et ut moris est in commutatione decimarum attestantibus, de clericis: Adelberone archidiacono, Eppone Sliersensi preposito, Wezilone[k] parochianorum decano, Adelberto plebano de Elichpach, Willibaldo capellano; de nobilibus: Sigbotone de Wiare, Gotschalcho[l] de Marhpach, Gotschalcho de Tiecha; de familia: Hartwico de Richolfesdorf, Oudalrico de Harthusen, Eppone de Prunne, Pennone de Isindorf, et fratribus eius Chounone et Erchemberto, Pennone de Perichach, Duringo et filio eius Eberhardo, Adalhardo et filio eius Engildie, Walchoune de Hasilpach. Haec apud Pienzenouwa[33] facta sunt. Et ut hec commutatio firma et stabilis in evum permaneat, testes isti attractu auris assignati sunt: Sigeboto comes de Wiare, Gotschalch de Marchpach, Walchoun de Ovinsteten, Gerolt de Perga, Eppo de Sewan, Poppo de Winiden, Chounrat de Gaginpach et frater eius Amelpreth, Herebrant de Haga.

8. Elapso non multo[m] post tempore, sepedicta felicis memorie Haziga, videns de die in diem fratres in Domino multiplicari et monastice regule in contemplativa vita tramitem servare, pertractans habitacula servorum Dei arta nimis esse, novum opus Domino auxiliante cupiens aggredi, videlicet ut abbatiam ibi faceret, consilio Wilhelmi abbatis venerabilis Hirsaugiensis cenobii, monasterium in honore beati Martini[34] construxit anno incarna-

a) Arnoltzaw 2. b) *pro* Oudalricus — Liutrath *leguntur in* 2: et alii 21. c) Klaffintenpach 2. d) *pro* Poppo — Ozzi *leguntur in* 2: et alii numero 11. e) *manus posterior addidit in* 1: Zangberg. f) prebenti 1. g) Hirsawgiensis *sequitur in* 2. h) quae sui iuris erant *sequuntur iterum in* 1. i) quae ad ecclesiam Ellenpach pertinebant 2. k) *pro* Wezilone — capellano *leguntur in* 2: et pluribus aliis. l) *pro* Gotschalcho — Hasilpach *leguntur in* 2: et multis aliis numero quasi 17. m) multum 1.

25) 1078—1098. 26) Quae sequuntur, ex tabula quadam evidenter sumpta sunt; quibus conveniunt litterae ap. Meichelbeck Hist. Fris. I, II, 524 n. 1252. 27) Fischbachau, a Schliersee ad orientem. 28) tertius. 29) Götting ad Mangfall fluv., ab Aibling ad occidentem. 30) Hirsaugiensis. 31) Cf. tabulam ap. Meichelbeck l. l. I. II, 524 n. 1253. 32) Ellbach, a Fischbachau ad septentriones. 33) Pienzenau, a Miesbach ad septentriones. 34) Vispacense.

tionis dominice 1100[35], temporibus domini Paschalis eiusdem nominis secundi et Heinrici quarti[a] imperatoris. Igitur beate memorie Willhelmus abbas transmisit de cenobio suo nobilem et religionis optime, ut post claruit, Erchinboldum[b] nomine abbatem. Consecratio
1110. autem eiusdem monasterii anno dominice incarnationis 1110[c] a venerabili Chounrado
36 Salzupurgensi archiepiscopo[36] facta est.

9. Postea vero non multo elapso tempore, Erchinboldus abbas egit cum comitissa Haziga, ut locum Vispach Romane sedi traderet, ut ad nullius terrene dominationis re-
1102. Nov. 21. spectum haberet nisi ad solam sedem Romanam. Que Romam nuncium misit, Romanum privilegium acquisivit, locum Vispach in Romanam tuitionem tradidit, et beato Petro in proprietatem dedit. Privilegium[d] autem domini Paschalis secundi pape[37], quod loco Vispach dedit, infra scriptum est. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1103, pontificatus domni Pascalis pape anno 4.

10. Post aliquot autem decidentis temporis spacium supra memorata felicis memorie Haziga cum filiis suis Ekkahrdo et Pernhardo ex huius mundi naufragio feliciter subtractis, Erchinboldo abbate loco et monasterio beati Martini strennue regimen habente, commissumque sibi gregem de die in diem accrescere videns pluresque nobiles filios[e] sub disciplina regulari nutriendos sibi commendare, pertractans, locum Vispach religioni monastice non aptum esse et in multis dispendium pati et habere, consilio habito cum magni nominis principibus, Ottone comite de castro Schyren, filio iam sepedictae Hazigae, et nobili comite de Purgeke Perichtoldo, mutationem loci auxilio et consilio eorum feliciter inchoavit, et Usenhoven[38] iuxta fluvium Glana[39] transferre disposuit.

Dipl. Heinr. V. imp.[40] 11. Sed paululum hic a narrationis tramite divertamus, et unde idem locus exordium habuerit, Christi fidelibus scire volentibus innotescamus. Igitur predicti comites, Otto videlicet et Perichtoldus, prefatum locum communem inter se a parentibus, uti pluribus patuit, eatenus habuere, in provincia scilicet que dicitur Norica, in pago Ouschowe, iuxta fluvium qui dicitur Glana, in comitatu Ousen, quod Usenhoven antiquitus et castrum Glanecke, modo autem mons sancti Petri nuncupatur. Constructo itaque inibi monasterio in honore beati Petri principis apostolorum a comite scilicet Perichtoldo, partium termini utrorumque infra murorum ambitum clausi sunt; et altare quoddam in orientali theca positum, in honore beati Petri consecratum, parti Ottonis cessit; aliud vero ex adverso occidentalis plage constitutum altare in honore beati Martini in parte alterius comitis locatum apparuit. Itaque iam sepedicta Ottonis comitis parens, beate memorie comitissa Haziga, ut supra dictum est, cum reliquis duobus filiis suis, comitibus Pernharto scilicet et Ekkhardo, supra reliquias beati Martini presulis et aliorum item sanctorum, quas undecunque collegerat, bona vel predia longe seu prope posita sub cyrographo et multis coram testibus donarat.

12. Post aliquot autem decidentis temporis spacium, supra memoratus iam sepenumero comes Otto, matre sua et fratribus ex hac luce subtractis, ante iam dictas sancti Martini reliquias clausit, cum prediis mancipiisve ad eas pertinentibus, in dedicatione templi sub sigillo altaris, quod locatum iam diximus in parte Perichtoldi comitis, et locum illic ad se pertinentem cum aliquibus agrorum et silve adiacentis iugeribus, sine aliqua prorsus contradictione supra eiusdem sanctuarii reliquias in proprietatem sub testimonio tradidit. Exinde comes Perichtoldus iam nil moratus in die dedi-
41 cationis eiusdem monasterii, que facta est a Frisingensis ecclesie episcopo Heinrico[41] nomine — quam postea irritam habuit Chounradus arciepiscopus Salzburgensis, fracto scilicet sigillo[42], quia idem episcopus pro magna irreligiositate a gratia apostolici alienatus fuit —
Dipl. Heinr. V. imp. anno dominice incarnationis 1100[f] precipuam partem prediorum suorum, mancipiorum, censuum[g], pecuniarum seu quarumcunque rerum ex toto id est[h] super altare sancti Martini delegavit. Et potenti manu contradidit domino Deo, sancte Marie, sancto Petro apostolo, sancto Benedicto absque ulla contradictione omnia predia sua que in Bawaria possederat, super altare sancti Martini ut supra dictum est, quod et altare

a) illius nominis *addit* 2. b) Erchinwoldum 2. c) *in* 1 MCIIII *correctum est in* MCX. d) Privilegium — scriptum est *desunt* 2. e) viros 2. f) *sequitur in* 1 *post* MC *lacuna exigua*. *Pro* 1100 *praebet* 2: 1107. g) censorum 1. h) .i. 1 *et* 2 *pro* idem.

35) De tempore totus errat Conradus. „Coenobium" enim „in Bavaria in honore sancti Martini" quum reapse vivo Wilhelmo abbate Hirsaugiensi (quem 1091 Iul. 5 obiisse scimus) conditum esse, etiam ex Wilhelmi vitae c. 22 (supra SS. XII, 218) perspicuum fiat, iamque Urbanus II. a. 1095 Mart. 8. Gebeardo abbati Hirsaugiensi „cellulam sancti Martini, quae dicitur Vischbachoa" asseruerit (Wirtemberg. Urkundenbuch I, 305), monasterium neque anno 1100 neque omnino Paschali II. papa, sed certissime ante 1091 Iul. 5. institutum est. 36) I. 1106—1147. 37) d. Beneventi 1102 Nov. 21, Mon. Boic. X, 437. 38) Eisenhofen, a Frisinga ad occidentem. Intervallo dierum 1. Nov. 1102 et 7. Nov. 1104 fratres e coenobio Vispacensi in Usenhovense coenobium traductos esse, intelligimus ex Paschalis II. bullis, Mon. Boic. X, 437 et 439; quamquam monasterium Usenhovense demum anno 1107. aedificari coeptum esse vult Conradus in annalibus infra. 39) Glon fluv. 40) d. Ratisponae 1107 Ian. 3, Mon. Boic. X, 441; quam quidem tabulam non carere suspicione, iuste censet Stenzel Fränk. Kaiser II, 310. 41) I. 1098—1137. 42) De gravibus inimicitiis a Conrado archiepiscopo cum Heinrico gestis cf. Vit. Chunradi archiep. c. 22 supra SS. XI, 76 et quae affert Meichelbeck Hist. Fris. I, 1, 300. 308. 309.

in parte ipsius comitis situm erat — de[a] hac traditione quam fecerat, excepit quedam, que ut diximus in Bawaria sita sunt, scilicet civitatem que dicitur Purgeka[43], et vicum quendam 43 qui dicitur Perga iuxta eandem civitatem positum, insuper etiam ministeriales suos excepit cum omnibus, que ipsi iure possederunt — et predicti monasterii abbati, tum temporis Erchinboldo, eiusque successoribus in dispositionem liberam celleque necessariam, fratribusque Deo sub regula monastica inibi servituris ad utilitatem in perpetuum tradidit. Et ne unquam a posteris eorundem Dei servitium deinceps illic destrui possit, prudenter prorsus decrevere ambo prefati comites et statuere, eandem cellam cum omnibus suis pertinentiis, tum collatis et dehinc conferendis, ab ea die omnino non subdi iugo alicuius terrene persone vel ditioni nisi abbatis solius dominationi. Et sic totius libertatis[b] eam adampliavere et in Christo stabiliter sublimavere. Acta sunt heo anno dominice incarnationis 1107 temporibus Paschalis secundi pape et domini Heinrici quinti imperatoris, indictione 15, anno autem ordinationis domini Heinrici quinti regis 9, regni 2. Quorum etiam privilegia[44] prefati comites acquisiere, et dehinc omni iure et servicio predicti monasterii ipsi sese penitus abdicavere. Sed hoc revera totum felices negociatores prudenter effecere, ut Christi pauperibus beneficum patefiat illic receptaculum, ad hoc etiam, ut fratres cenobii nunc inibi congregati et adhuc in Christo congregandi tutius ac liberius domino Deo in sancta professione servire possent. Super hec omnia comites sepedicti, ut supradictum est, apostolicum et imperatoris privilegium acquisiere, et constituere, ut unus aureus quem bizantium dicimus singulis annis Romam ad altare sancti Petri ab abbate predicti monasterii persolvatur, et si uno anno vel duobus vel tribus saltem neglegatur, quarto pleniter componatur, ea nimirum cautione, ut libertatis istius et traditionis statuta tanto perennius inconvulsa permaneant, et ut predictum cenobium sub Romanae aecclesiae mundiburdio et maiestate inconcussum semper stabiliatur. Dipl. Heinr. V. imp. 1107.

13. Predia[c] autem vel ville a quibuscunque[d] predictorum traditae hae sunt. Haziga primitus hec: Hegelingen cum decima apud Willingen, et allodiis quibusdam ad eandem villam pertinentibus, et curtiferum unum apud Amindorf, et Chohcprunnen, et Hugenrain, Hovie, Liuzenahese, Gravingen cum pertinentiis quibusque suis, et predium suum in Cylarestale, et mansum unum apud Trunnes, Fridendorf, item et Enzensdorf iuxta fluvium Regan, apud Swianta 8 mansos. Haec itaque adhibita manu trium filiorum suorum Echehardi, Pernhardi et Ottonis, cum omni que ad hec pertinuit familia, et cum quadam item apud Pausanum vinea, ad altare sancti Martini, absque omni prorsus contradictione, tradidit. Filius domine Hazige Pernhardus vero comes hec: Willingan duos curtiferos, et Gotingen curtiferum unum cum mansis et aliis ad hec pertinentibus, Hegilingen unum mansum, apud Herthusen curtiferum unum, Mosaha unum curtiferum, Veltmochingen duos curtiferos, vineas insuper suas apud Pausanum, et omnia que illi in particionem obvenerant in orientali parte fluminis Ambare, predium item suum apud Husen, et Mittelesteten, et Wehteringen, et Otingen, et Wenge, et Harda, et vineas duas apud Saligenberch, et Herteshusen cum curtifero uno, Brule, et omnibus ad singula hec pertinentibus. Otto vero comes, etiam filius domine Hazige, haec: Hohenbrunnen, Uberse curtiferum unum et duos mansos, necnon ad hec pertinentia. Perichtoldus vero comes de Burgeke hec: Holzchirchen duos curtiferos et basilicam ibidem cum habito iure, Perga ecclesiam cum decima, et Lampershusen curtiferum unum, Etelshusen item ecclesiam cum decima et tribus curtiferis, Wachenhoven unum curtiferum, Simechenhusen quatuor mansos, Waltgerhoven ecclesiam cum decima et curtiferos duos, Ehingan aecclesiam et curtiferum unum et Trougensteten, Bufenhusen unum curtiferum, Affoltrach, in montanis videlicet in Luihental Wolfsperch, cum mansis et mancipiis seu rebus quibusque ad loca hec singula pertinentibus. Testes: Otto comes de Schyren, Arnoldus[45] comes et filius eius Chounradus de Schyren[46], sed postea Dachawe castrum possederunt unde et nomen traxerunt, Otto[47] et Oudalricus[48] fratres de Schyren, qui etiam postea castrum Wittelenspach possederunt, Diemarus de Starcholtshoven, Pehrtolt de Pettendorf, Wernher 47 et Ozi de Husen, Heinrich de Othmarshart, Wernher de Frichendorf, Gebehart et Swicger de Rudingen, Adalpreht de Grunehartshoven, Aribo de Rossipach, Otto de Alinpach, Purchart et Eberhart de Purchstal, Wernhart de Scaceshoven, Otto de Mosen, Diepolt et filius eius Oudalricus de Augusta.

14. Igitur postquam felicis memorie Erchinboldus abbas per quatuordecim et dimidium annum reliogissime loco sibi commisso prefuisset[49], et in senectute optima ex huius mundi naufragio feliciter migrasset, fratres Usinhovenses, missis fratribus ad venerabilem, qui adhuc supererat, Wilhelmum abbatem Hirsawgiensem, ut indicarent, patre spiritali eos orbatos. Consilio habito cum senioribus conventus sui, pertractans tam novellae plantationi spiritalem et religiosam personam preficere, considerans tum novum locum in monastico ordine nuper exortum, tum quod superstites erant predicti loci fundatores, nobilem et honestum religionisque optimae virum Brunonem nomine transmisit[50]. Hic, ut in multis

a) Porro de 2. b) iure *excidit.* c) Predia — Oudalricus de Augusta *desunt* 2. d) quibusque 1. 2.

43) Burgheim, inter Donauwörth et Neuburg. 44) Paschalis II. bulla est data Laterani 1104 Nov. 7, Mon. Boic. X, 439. 45) I. comes de Dachau. 46) comes de Dachau. 47) (V.), com. palatinus de Wittelsbach. 48) I. com. de Wittelsbach. 49) In annalibus infra exposuit Conradus, Erchinboldum abbatem a. 1102 electum et a. 1111 mortuum esse. Contra quae et „quatuordecim et dimidius annus" repugnant, qui hoc loco illius administrationi tribuuntur, et illa capitis 8. (supra) relatio, Erchinboldum a Wilhelmo abbate Hirsaugiensi (qui a. 1091 obiit) abbatem constitutum esse. 50) Erchinboldum etiam a. 1104 praefuisse monasterio docet bulla Paschalis II. in Mon. Boic. X, 439. Quare post eius obitum successor Bruno transmitti a Wilhelmo abbate Hirsaugiensi nullo modo potuit. Attamen certum est, et Erchinboldum et Brunonem ex Hirsaugiensi coenobio prodiisse. Reperimus enim in cod. Hirsaug. (Bibl. des Stuttgarter litt. Vereins I) p. 22 haec: „Nomina abbatum ad alia loca transmissorum . . . Erckinboldus abbas ad *Hughshoven*, Bruno abbas ad eundem locum datur"; ubi pro

patuit, loco illi prefuit et profuit. Egregiae namque nobilitatis idem abbas erat, nam filius materterae Heinrici imperatoris fuit.

15. Ista que ante diximus quasi proemium sequentis operis videntur esse. Nunc ad habitationis caput, videlicet Schyren, stilum vertamus; et unde vel a quibus principibus huius monasterii structura ceperit, et qua de causa tam famosum castrum et multis principibus habitabile et commune ad cenobitarum vitam transierit, succincte scribamus. Nam ex antiquo inter ceteras urbes Bawarie urbs et castrum famosum, ut omni regno Romano eatenus patuit, et precellens fuit tam munitione quam habitatione principum. Nunc de[a] eodem castro, quia se locus offert, et de principibus, qui inde nomen traxerunt et adhuc habent, aliqua compendiose dicamus.

16. Qualiter[b] autem[c] huius montis structura primitus inicium habuerit, breviter hic annotatur. Anno[d] Domini nongentesimo, temporibus Formosi pape quidam dux Noricorum
887. Arnolfus nomine, filius[e] Karolomanni, in imperium a Teutonicis electus est et ab Formoso[f]
896. papa, quia consanguineus ipsius erat, consecratus, imperialem accepit benedictionem. Hic, inquam, primus montem Schyrensem castro firmo munivit. Huic matrimonio copulata
51 fuerat filia regis Grecie Agnes[51] nomine, per quam duos filios habuit, Arnolfum[52] ducem Noricorum, filium perdicionis, et Warnherum[53] comitem et ducem Noricorum post Arnolfum. Hic autem imperator filio suo Arnolfo in beneficio contulit et successoribus suis, sicut hodie cernitur[g], civitatem Hallensem. His duobus fratribus coniuncte erant in matrimonio filie regis Ungarie, Agnes videlicet et Beatrix sorores[54], nondum baptismo ablute, sicut et omnes Ungari; sed a sancto Oudalrico baptizate. Predictus autem imperator, mortua matre eorum, aliam duxit[55], unde Ludowicum, qui sibi in regnum successit, habuit. Arnolfi ducis Noricorum filiam[h] Aleiheidem[56] nomine quidam magnus comes et dux Saxonie Heinricus[57] duxit uxorem, unde habuit duos filios, Brunonem episcopum Augustensem et Heinricum
Cf. Ott. Fris. Chr. VI, 27. imperatorem, et filiam unam Gisilam nomine[58]. Hic, inquam, Heinricus Bambergensem episcopatum fundavit[i] et Ungaros per sororem suam Gisilam, quam matrimonio copulavit Stephano regi Ungarorum ad Christum convertit, et gratiam baptismi perceperunt. Hec[k] de prima huius castri construccione sufficiant. Nunc ad propositum redeamus.

17. Igitur mons et castrum Schyren non ab uno vel duobus principibus, sed a pluribus communis habitabatur. Nam partem unam principes, qui et postea de Dachawe[59] castro dicti sunt, possederant, nobilitatis linea et armis insignes. Horum antiquissimus comes,
60 Arnoldus[60] nomine, magnae prudentiae homo tunc habebatur. Cuius filius Chounradus[61], non dissimilis virtute patri, monachus postea factus, duos filios Arnoldum[62] et Chounradum[63] heredes reliquit. Quorum alter, Chounradus videlicet, per[l] magnae virtutis exercicium Dalmatiae meruit ducatum. Qui et temporibus Friderici imperatoris in expedicione,
1159. quam idem imperator Mediolanis habuit, obiit[64], et apud Schyren sepultus est. Huius filius
1182. optimae virtutis iuvenis, Chonradus[65] nomine, sine herede obiit[66], et item apud Schyren in sepulcro patris et attavi et proavi sepultus est[67]. Hii principes propter amorem beatae Mariae loco et hereditate cesserunt, et ad Dachawe castrum pervenerunt. Quod castrum et ministeriales et omnia sibi attinentia postea dux Otto[68] Bawarie, inchoante Friderico

a) in 2. b) *totum hoc caput* (Qualiter — redeamus) *deest* 1, *legitur in* 2; *praeterea positum est manu saec. XIII. in novissima pagina codicis Schirensis* 3. c) autem *deest* 3. d) Anno Domini nongentesimo *desunt* 3. e) filius Karolomanni *desunt* 3. f) *sic est in margine cod.* 2 *correctum* Eloso. g) cernimus 2. h) filiam quidam duxit uxorem Aleih . . dem nomine comes magnus Heinricus, unde habuit duos filios, Heinricum imperatorem et Gi . . . Brunonem Augustensem episcopum. Hic inquam 3. i) construxit 3. k) Hec — redeamus *desunt* 3. l) propter 2.

*Hughshoven* procul dubio est *Usenhoven* legendum, propterea quod ad Hugshovense coenobium dioec. Argentin. ex monasterio Hirsaugiensi unum abbatem Conradum missum esse constat; v. Cod. Hirsaug. p. 24 et Gall. Christ. V, 837. 51) uxor Arnulfi tota ficta. 52) Arnolfus dux Bavariae Liutpoldi marchionis, non Arnolfi imperatoris filius fuit. 53) Arnolfi ducis frater fuit Bertholdus dux Bavariae. 54) quarum neutra antiquiore testimonio nota est. 55) una tantum legitima Arnulfi imperatoris uxor cognita est, Oda, Ludovici IV. Infantis mater. 56) Iuditam. 57) Heinricus I. dux Bavariae. 58) qui omnes non Heinrici I. sed Heinrici II. ducis Bavariae liberi fuerunt. 59) Dachau ad Amper fluv., inter septemtriones et occidentem a Monachio. 60) I. com. de Dachau. 61) com. de Dachau. 62) III. com. de Dachau. 63) I. ducem de Dachau, ducem Dalmatiae et Croatiae; cf. Otto Frising. Gesta Frider. I, 25. 64) Vide Ragawini Gesta Frider. I, 29. II, 14. 65) II. dux de Dachau. 66) V. Ann. Scheftlar. maior. 1182, supra p. 337. 67) Cf. Cod. tradd. Schir. Mon. Boic. X, 400. 68) I.

imperatore, decem marcis auri et octingentis talentis a domina Oudilhilde vidua defuncti
ducis[69] comparavit. 69
Aliam partem comites de Grube[70] habebant, qui et postea de castro Valeie[71] nuncupati
sunt. Hii sicut ceteri loco et hereditate ob amorem Dei cesserunt.
Aliam vero partem inter hos precipui, summi et magni nominis comites possederant,
qui et ab eodem monte Schyrenses principes dicti sunt. Hii principes in Romano regno
primi et precipui habebantur, quia homines maximae prudentiae et strenuitatis erant. Inter
hos quidam Wernherus comes fuit, qui Ungaros temporibus sancti Oudalrici in campo Lici 955.
dimicaturus adversus imperatorem Ottonem, qui magnus Otto dicebatur, apud Augustam
duxit[72], quia hunc idem imperator rebus et patria proscripserat. Qui et nutu Dei et sancti
Oudalrici meritis usque ad unum interempti sunt, et septem principes eorum apud Ratis-
ponam in patibulis suspensi. Ipse autem comes auxilio sancti Ouldalrici evasit periculum,
quia hunc de lavacro sacro susceperat. Huius nepos comes Otto[73], filius dominae Hazigae
fundatricis, qui et postea solus eidem urbi dominabatur, quatuor filios habuit. His singulis
divisa portione hereditatis, sanctum sepulcrum adiit, et in via peregrinationis feliciter obiit.

18. Nunc ad principes nostri temporibus stilum vertamus, quia difficile et superfluum
videtur singulorum scribere facta. Nam ut supra diximus, non duo vel tres, sed plurimi
erant principes Schyrenses dicti, qui fere omnes, exceptis paucis, duobus nominibus vocati
sunt, videlicet Otto et Ekkehardus. Tres quippe erant, qui uno nomine dicti sunt Ekk-
hart[a], quinque qui dicti sunt Otto, duo Pernhard, quidam Chounrad, quidam Arnold. Ut
fertur, etiam Arnoldus dux Bawarie, qui monasteria destruxit, et reditus eorum militibus
divisit, de[b] quo supra[74] dictum est.

19. Inter hos comes Ekkahrdus[75] filium egregiae strennuitatis Ottonem[76], qui et postea 75
palatinus comes dictus est, habuit. Hic Otto cuiusdam nobilissimi[77] de Lenginvelt filiam,
Heilcam nomine, uxorem duxit, per quam quatuor filios maximae liberalitatis et virtutis,
ut adhuc multis patet, habuit. Hii quatuor, quod rarum est, virtuosi fortunati prudentes
felices erant[c].

20. Horum unus, Chounradus nomine, primo Maguntinus episcopus, post Salz- 1161.
purgensis, post vero, quia noluit consentire Friderico imperatori pro Octaviano, quem 1177.
idem imperator sibi papam elegerat pro Alexandro, Romam adiit; ibi per aliquot temporis
spacium cum Alexandro moratus, ab ipso Sabinensi episcopatui[d] preficitur. Mortuo Octa- 1166.
viano interventu fratrum suorum, ad quorum nutum tunc regium pendebat consilium,
in gratiam imperatoris reversus, Maguntino episcopatui[d] ab ipso imperatore laudabiliter 1183.
preficitur. Temporibus Philippi regis obiit, et in ecclesia sua cum magno honore se- 1200.
pultus est.

21. Huius frater Otto palatinus comes, quia tum temporis armis et consilio magnus
fuit, ducatum Bawarie laudabiliter meruit, homo fortunatus et prudentissimus. Huius tem- 1180.
poribus Bawaria maxima pace et abundantia gaudebat, sed tertio et[e] dimidio anno ducatu
potitus, de medio sublatus, apud Schyren magnifice est tumulatus[78], et in ducatum heredem 1183.
Ludwicum reliquit parvulum. Qui puer parvus Friderici quondam palatini et tum Ottonis
palatini[79] ducatum rexit consilio. Attamen, instigante invidia, conspiratione principum 79
sepius inpugnabatur quam plurimum. Sed inter haec fortuna arridente puero, persona
diviciis dignitate mirabiliter accrescebat et consilio, et factus est locuplete locupletior et
potente potentior, et fortitudo principum terre istius ad solum principem tenuit vel habuit
respectum.

22. Alii duo fratres Fridericus et Otto, quorum unus, videlicet Fridericus, spiritalem
vitam professus in maxima quiete et abundantia vitam duxit hospitalem, pater monasteriorum et pauperum extitit. Alter vero Otto, qui iunior dicebatur palatinus comes de Witinlinspach, optimae strennuitatis et virtutis, acceptus et carus imperatori fuit. Idem de

a) Ekkhart — Pernhard *desunt* 2. b) *pro* de quo — dictum est *leguntur in* 1 primus hunc montem habitabilem fecit. c) felicesque fuerunt 2. d) episcopatu 1. 2. e) et *deest* 1.

69) Conradi II. ducis de Dachau. 70) Grub ad Mangfall fluv., inter orientem et meridiem a Monachio. 71) Valley ad Mangfall fluv., a Grub ad meridiem. 72) Cf. Otton. Frising. Chron. VI, 20; Auctar. Garstense, Annal. Admunt., Ann. S. Rudb. Salisburg. 955, supra SS. IX, 566. 574. 771. 73) tertius. 74) in capite 16. 75) primus. 76) (V.) com. pal. de Wittelsbach. 77) Friderici. 78) Cf. Cod. tradd. Schir., Mon. Boic. X, 401. 79) (VII.) comitis palatini de Wittelsbach.

medio sublati, Fridericus[80] apud Enstorf[81], et Otto palatinus apud Undinstorf sepelitur.
Huius filius, palatinus comes Otto[82] iuvenis, proh dolor! regem Philippum Babenberch[a]
1208. occidit, quia idem rex filiam suam huic matrimonio copulaverat, et post multos sumptus,
quos idem Otto cum filia predicti regis insumpsit, filiam suam huic indigne abstulit et alii
1209. copulavit. Unde et ipse in ultionem eius sanguinis anno sequenti apud Danubium interfectus est.

23. Nunc ad propositum revertamus. Itaque cum beate memorie dominus Bruno loco
Calixti II. bulla[83]. Usinhovensi religiosissime ac feliciter preesset, pro nimia ipsius loci incommoditate aquarumque inopia habitationis caput ad Schyren transferre decreverunt. Nam principes Schyrenses, ut supra dictum est, multa contra Deum mala commiserant, unde a sancto Oudalrico et sancto Wolfgango in excommunicationem tam ipsi quam castrum Schyrense et omnia eis attinentia inciderant. Tandem instinctu divino compuncti, nepotes eorum consentientes in unum, loco et here-
Dipl. Heinr. V. imp.[89] Calixti II. bulla. Dipl. Heinr. V. imp. ditate cesserunt, videlicet comitissa Beatrix[84] et filii eius comites Chounradus et Otto de Dachawe, necnon palatinus comes Otto[85], et patrueles sui Otto[86], Pernhardus[87] et Ekkahrdus[88], et alii quinque[90] comites in cuiusdam schyrotecae investicione per manum fideiussoris sui ad altare sancti Petri principis apostolorum Romam temporibus Kalisti huius nominis secundi pape optulerunt, multa beneficia et predia large et benivole addentes; Brunoni abbati et eius successoribus ad utilitatem fratrum inibi congregatis et posthac congregandis liberam dispensationem et administrationem delegaverunt, et pro remedio anime et parentum suorum omni proprietario et hereditario iure et servitio eiusdem loci se abdicaverunt; ea conditione, ut omnia quecunque prius ad monasteria Vispach et Usenhoven pertinuerunt, ad istud quoque monasterium pertineant. Et ut idem cenobium perpetualiter sub Romano mundibrio et tutela permaneat, statuerunt ut singulis annis ab abbate eiusdem cenobii aureus nummus, quem bizantium dicimus, ad altare sancti Petri Romam persolveretur. Transmutatio autem ad locum istum facta est anno dominicae
91 incarnationis 1108[91], temporibus Heinrici[b] imperatoris[c].

24. Quia Deo concedente de loci huius mutatione et habitatione coenobitarum scripsimus, nunc ad abbates, rectores huius coenobii, stilum vertamus. Quidam enim beate et religiosissime loco isti prefuerunt, quidam vero sua querentes, non quae Iesu Christi, indiscreti et sine virtute, odientes bonum, adherentes malo, oves Christi potius sparserunt quam collegerunt, non adtendentes illud beati patris Benedicti dictum, ad magistros re-
Ezech. 3, 20. spicere quicquid a discipulis delinquitur, et (quod[d]) Dominus per prophetam sanguinem in peccato morientium de manu pastorum requirendum esse minetur, non fideles domui Dei dispensatores et conservatores, sed potius destructores erant.

1102? Igitur primus abbas loci huius Erchenpoldus nomine, rogatu comitissae dominae
1111? Hazigae felicis memorie, a beato Willhelmo Hirsaugiensis coenobii patre ad nos missus, optime et religiosissime loco Vispachawe et Usenhoven licet breviter prefuit.

1111? Post hunc dominus Bruno, etiam ab Wilhelmo ad nos missus, sub quo etiam coenobii
1127. huius mutatio facta est, officiosissime loco isti prefuit, acceptus et carus tam Deo quam hominibus.

1127 Quo decedente, quidam Oulricus successit et vix per annum isti ecclesie prefuit, nichil
1128. dignum memoriae posteris relinquens, a principibus, qui ob amorem Dei loco et hereditate cesserant, destituitur.

1128 Quo destituto, alter Oulricus in locum eius subrogatur, nobilis et religiosa persona,
1130. sed non diu proh dolor! prefuit.

1130 Quo mortuo, quidam Marquardus eligitur; nichil dignum memoriae relinquens, desti-
1131. tuitur. Hic etiam destitutus a principibus.

a) Banbenberch 1. b) quinti *sequitur in* 2. c) Explicit cronica Scheyrensis. 1490 *sequuntur in* 2. d) quod *deest* 1.

80) qui obiit a. 1198. 81) sed cf. Not. Undersdorf. 1173, supra p. 332. 82) (VIII.) com. pal. de Wittelsbach. 83) d. Laterani 1123 Mart. 26, Mon. Boic. X, 447. 84) uxor Arnoldi I. comitis de Dachau. 85) (V.) comes pal. de Wittelsbach. 86) IV. comes Schirensis. 87) II. comes Schirensis. 88) II. com. Schirensis. 89) d. Babenberch 1124 Apr. 25, Mon. Boic. X, 449. 90) Haec sunt inepte comportata. Nominibus enim comitum quinque, sociorum Ottonis (V.) palatini, ex diplomate imperiali exscriptis, addidit Conradus verba haec: „et alii quinque comites", quibus verbis in bulla papali illi ipsi comites denotantur; ut ex quinque utriusque tabulae comitibus fierent decem. 91) De anno conditi monasterii Schirensis egregie turpiter secum discordat Conradus. Anno enim illo 1108 contrarium est, quod translationem refert factam esse abbate Brunone, qui secundum ipsius Conradi annales infra ab a. 1111 ad a. 1127 coenobio praefuit. Accedit, quod in iisdem annalibus monasterium legimus aedificari coeptum esse a. 1124, a quo quidem differt Calixti II. bulla (M. B. X, 447), qua iam 1123 monasterium confirmatur. Conflagrasse denique coenobium tradidit Conradus in annalibus et 1171 „anno 51. fundationis loci", et 1183. „anno 66. fundationis", ut et annus 1120 et a. 1117 conditionis efficiatur.

Quidam Gozzoldus eligitur. Quo etiam nichil dignum faciente destituto, quidam Oul- 1131-1135.
ricus subrogatur, homo religiosissimae vitae, sapiens et discretus, acceptus omnibus et 1135-1160.
carus. Hic ineunte aetate oculorum defectum passus, ob amorem Dei contra omnium voluntatem loco cessit, et Vispachawe manens, inibi sepultus est.

Huic quidam nobilis Eberhardus successit, nobilis genere, sed levis religione, nichil 1160-1171.
dignum memorie posteris relinquens. Hic eciam rogatu principum loco cessit, quia non utilis domui Dei dispensator videbatur.

Post hunc quidam Baldemarus eligitur, homo austerus et religiosus, et dispensator, 1171-1203.
ut adhuc notum est, optimus, et pater pauperum. Huius temporibus locus iste permissione divina bis igne consumptus est omnino, et ab ipso in melius restauratus, primo quidem murorum edificatione tam monasterium quam claustrum et omnes officinas in melius restaurans.

Quo mortuo, quidam Hartmannus nomine, homo grandevus et pius, instinctu et[a] 1203-1206.
rogatu ducis Luodwici, tum laborem gravissimum non sufferens, respectu Dei dignitatis cessit loco.

Huic[b] successit Chounradus iuvenis et simplex, presente Luodwico duce Noricorum, 1206.
cuius presentia postea multum profuit loco. Nam interdum idem dux valde commovebatur adversum locum, ut postmodum rei probavit eventus, sed continuit, beata matre nos protegente. Hic Chounradus ecclesiam sancti Martini de latericio opere novam construxit, capellam omnium sanctorum exaltavit; eius et optentu dedicata est a venerabili Wolfkero[c] Aquilegiense patriarcha[92]. Monasterium quoque eius obtentu consecratum est a reverendo Ottone secundo Frisingensi episcopo anno Domini 1215. Cortinam bonam fecit, predia 1215.
comparavit; Romam ivit, unde purpuras detulit. Tandem coactus loco cessit, baculo re- 1225.
signato.

---

## DE CODICIBUS A CHOUNRADO SCHIRENSI EXARATIS.

In nomine Domini anno ab humanitate filii Dei 1241, Gregorio papa nono sub gratia 1241.
domini nostri Iesu Christi et apostolice auctoritatis universe ecclesie catholice feliciter presidente, imperatore Friderico in fascibus agente, cum sedem Frisingensem Chuonradus[93] Deo dignus episcopus auctore Deo illustraret, et hoc Skyrense cenobium sub regimine et magisterio reverendi patris Heinrici Christi bono odore longe lateque fraglaret, frater Chuonradus, unus ex confratribus huius loci, ad huius operis laborem, plenum negotii et sollicitudinum, animum induxit et, Deo piis votis suggerente effectum, ad finem usque perduxit.

In hoc sane opere predictum fratrem Chuonradum, qui se sub pii patris levi iugo pro sui officii debito devotior impendebat, sua omnibus nota et grata sollicitudo commendabat. Denique, ut opus non impediretur sed cresceret et compleretur, dum nichil sibi sumptuum de publico daretur, ipse, que necessaria erant, ita undecumque contulit. Quippe solus laboravit, solus comparavit sine omni emolumento et auxilio, ut nemo gravaretur. Revera enim, ut paucis multa concludam, id egit, ut preter spem opus in brevi finiretur, dum quidem in communis ordinis labore non ultimus inveniretur. Talis itaque illum tamque vehemens sollicitudo detinuit, non tamen minus item predicto scriptori laboris incubuit. Namque perscriptis libris per auctores, qui subter notantur: felicis recordationis Willhelmo videlicet priori, Henrico custode, Arnoldo scolastico, Heinrico cellerario, Chuonrado presbytero[94], hii hos libros comparaverunt: Collectarium, lectionarium, officiale, breviarium, psalterium, graduale, iterum graduale, passiones vel vitas sanctorum in uno volumine, item passiones vel vitas sanctorum in altero volumine, missalem librum, item missalem librum de sanctis et librum missalem defunctorum, item sermones quorum initium est: *Hodie scietis*, librum matutinalem secunde partis, libros scolasticos, Tullium officiorum, Lucanum glosatum, sermones Oratii.

a) et rogatu *alia manu addita sunt* 1. b) Huic — resignato *sunt alia manu exarata* 1. c) W. 1.

92) 1204—1218. 93) I. 1230—1258. 94) sc. auctoribus.

1206—1225. Abbas Chunradus librum matutinalem[95] magnum et plenum in uno volumine comparavit; quem librum frater Chuonradus laudabili diligentia et studio omnibus sibi attinentibus ad finem usque perduxit, picturis et lazurio amplissime decoravit, ut nichil decoris vel diligentie deesse videatur.

1226—1259. Abbas vero Heinricus Iosephum antiquitatum et Iudaicum bellum uno volumine[96] conscribi fecit, quem frater Chunradus sepe dictus etiam conscripsit non sine magno labore, novit Deus. Hic inquam Heinricus, huic presidente cenobio et gratia divina eum comitante, locum prediis auxit, ab antecessoribus alienata vel impignorata restituit et redemit; montem et claustrum edificiis et structuris murorum ampliavit et laudabiliter decoravit, hospitalitati plenissime insudavit et instituit. Nam inter varios tumultus et eventus bellorum, quibus Bawaria temporibus suis subiacebat, sed precipue locus iste, tamen hospitalitati operam dedit, ut inter omnes nulli secundus, sed inter primos longe vel prope bone opinionis fama divulgaretur. Nam ut quidam sapiens dixit:

Hor. Epist. I, 17, 35. *Principibus placuisse viris non ultima laus est,*

id egit, ut non solum toti provincie, sed et cunctis principibus favorabilissime complaceret.

Igitur de munere divine benedictionis et gratia beatissime Dei genitricis Mariae supra notatis opusculis, a fratre Chuonrado consummatis, subnotatos libros sine auctore comparavit et scripsit et ad honorem virginis perpetue Marie feliciter complevit: 1. Collectarium. 2. Euangeliarium et lectionarium in uno volumine. 3. Item euangeliarium librum, in quo quatuor euangelia de nocte leguntur; cui et addita sunt mysteria divini officii et instituta Innocentii pape. 5. Librum, in quo summe festivitates et ordo sacerdotalis. 6. Librum parvum defunctorum, in quo et anniversarii dies. 7. Librum benedictionum. 8. Scolasticam
97 hystoriam[97]. 9. Psalterium glosatum et graduale in uno volumine. 10. Librum regule beati Benedicti melioravit. 11. Euangelia in summis festivitatibus legenda auro et argento circumdedit et honeste decoravit.

---

## CHOUNRADI SCHIRENSIS CATALOGI

*Incipit catalogus omnium pontificum Romanorum et omnium imperatorum et omnium regum, qui fuerunt ab initio mundi usque ad papam Honorium IIII. et usque ad imperatorem*[a] *Fridericum, qui et rex Siciliae, et*[b] *Heinricum filium eius.*

Italus primus rex Italiae regnavit annos 41. Ianus rex 2. annos 27. Saturnus 3. regnavit a. 34. Picus 4. regnavit a. 31. Faunus 5. regnavit a. in Laurento 1, in Sabinis a. 29. Latinus 6. a. 32 in Latio regnavit. Eneas 7. a. 3, m. 6. Ascanius 8. a. 36. Postumius Silvius 9., filius Laviniae, a. 36. Eneas Silvius a. 21. Egiptus Silvius a. 33. Latinus Silvius a. 50. Alba Silvius a. 39. Capis Silvius a. 23. Carpenates Silvius a. 13. Tyberius Silvius a. 8. Agrippa Silvius a. 41. Aremus Silvius a. 24. Aventinus Silvius a. 37. Procax Silvius a. 23. Amulius Silvius in Latio
Otto Fris. Chron. II, 3. cum fratre suo Numitore expulso ab Alba regnavit 21., ultimus Albanorum. Deinde urbe Roma sub Numitore condita, Romulus et Remus regnaverunt Romae, quorum mater Rea Silvia virgo vestalis, quam alii dicunt Eliam.

### *Tempora Romanorum.*

ibid. Roma condita est anno ab Adam 4484, anno autem ab imperio Nini 1300, anno vero post eversionem Troiae 414, Olimpiade 6, regnante in Iudea Achaz vel secundum Augustinum filio eius Ezechia, rege piissimo, regnante etiam tunc Osee in Israel vel Phacee secundo. Post Romulum regnavit Rome Numa Pompilius a. 40. Tullius Hostilius a. 22. Ancus Marcus a. 23. Tarquinius Priscus a. 27. Servius a. 34. Tarquinius Superbus a. 35. Eiecto Tarquinio Superbo regnaverunt consules et senatores et dictatores et tribuni per annos 464. Postea a Iulio Caesare in antea fuerunt imperatores et papae, sicut hic in ordine disponemus.

### *Distinctio temporum.*

Dominus Iesus Christus, primus et summus pontifex, sedit in hoc mundo annos 33 et menses 3 ante ascensionem suam.

Petrus apostolus in partibus orientis predicando sedit annis 4; in episcopatu Antiochiae a. 8, Romae in papatu a. 25, menses 2, dies 4.

Cletus cum Lino, coadiutor Petri, sedit a. 12, m. 1, d. 10. Isti duo fuerunt coepiscopi et coadiutores Petri. Unde Iohannes euangelista scribit omnibus episcopis Gallie et Germaniae sic: *Petrus, princeps apostolorum, adiutores sibi ascivit Linum et Cletum, non tamen pontificium aut potestatem ligandi et solvendi eis tradidit, sed in exterioribus eum iuvabant.*

Octavianus regnavit a. 56. Hoc tempore dominus Christus natus est. Et imperavit tempore Petri annos 13.

Tyberius, privignus Octaviani, fuit tempore Petri, imperatque annos 13.

Gaius Gallicus fuit tempore Petri et imperat a. 3, m. 10, d. 8.

Claudius tempore Petri 14 annos, menses 3.

Nero tempore Petri imperavit a. 13, m. 9. Hic Romanum imperium et deformavit et minuit; huius tempore persecutio prima in christianos exorta est.

Galba, Vitellius, Otho post Neronem invadunt imperium et se invicem bellis et contentionibus cito extingunt. Quibus succedit Vespasianus.

a) *sic correctum in cod.* regem. b) et Heinricum filium eius *sunt postea eadem manu addita.*

95) Cod. Lat. Monacens. 17401, Schir. 1, pict. 7b. 96) Cod. Lat. Monac. 17404, Schir. 4. 97) Petri Comestoris, Cod. Monacens. pict. 13a.

Clemens papa primus post Petrum sedit a. 9, m. 1. Tunc cessavit papatus post obitum suum dies 21.

Vespasianus tempore Clementis imperat a. 9, m. 11, d. 22; cuius tempore Colopsus erectus est, qui fuit altus 108 pedum. Tunc urbs Adventia conditur apud Allogobros super Ararim fluvium. Vespasianus obiit fluxu ventris.

Titus imperat tempore Clementis a. 2, m. 2, vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo ut amor et deliciae humani generis diceretur, facundissimus, bellicosissimus, moderatissimus. Tantus luctus eo mortuo publicus fuit, ut omnes tamquam in propria doluerint orbitate.

Domicianus imperat a. 15, m. 5, d. 2. Iste superbus praecepit deum et dominum se vocari, christianos persecutus est. Iohannem euangelistam in Pathmum insulam relegavit, omne genus David interfecit. Eo tempore capitolium Romae et forum et porticus et stadium et termae Traianae et pantheon aedificata sunt. Domicianus a suis in palatio occiditur, cadaver eius per plateas turpiter tractum est a populo Romano.

Nerva imperat a. 1, m. 4 tempore Clementis. Iste omnia quae Domicianus fecerat dampnavit, et quae ille dampnaverat absolvit.

Anacletus papa sedit a. 9, m. 2, d. 11. Cessat cathedra d. 13.

Traianus tempore Anacleti a. 19, m. 6, d. 15.

Euaristus sedit a. 9, m. 10, d. 2. Kathedra cessat d. 19.

Adrianus tempore Euaristi a. 20, m. 11. Tercia persecutio christianorum tunc fuit.

Alexander sedit a. 10, m. 7. Cessat d. 15 papatus Romae. Post eum

Syxtus sedit a. 10, m. 5. Kathedra vacat d. 2.

Elius imperat a. 20, m. 11. Iste Hierosolimam a se reparatam suo nomine vocavit Eliam et Iudeos omnes in remotissimis partibus exilio relegavit.

Decius a. 1; sed Orosius dicit a. 3.

Telesphorus sedit a. 11, m. 5, d. 21 sub Antonio. Kathedra cessat d. 7. Eo tempore Gallienus medicus claruit Pergamatistus.

Antonius Pius sub Telesphoro papa a. 22 imperat.

Igimus papa sub Antonio sedit a. 4, m. 1, d. 4.

Anicetus sub Antonio sedit a. 11, m. 6, d. 3. Cessat kathedra d. 10.

Item sub Antonio Pius papa sedit a. 10, m. 4, d. 4. Kathedra cessat d. 14.

Item sub Marco Sother papa sedit a. 9, m. 6. Cessat kathedra 21 d.

Marcus Antonius tempore Aniceti regnat a. 19, m. 4, d. 1 cum fratre Aurelio Lucio. Lucius iste apoplexia moritur. Antonius vero filium suum Commodum vocat ad imperium. Isti leges asperas temperaverunt et scripta fiscalia omnia in foro publico incenderunt.

Euletherius sedit a. 15, m. 9, d. 3. Cessat d. 15 post eum cathedra papalis sub Commodo.

Commodus tempore Euletherii regnat a. 13.

Elius Pertinax sub Euletherio infra 6 menses occiditur.

Post hunc Iulianus m. 7 imperat, eumque Severus occidit et ipse pro eo regnat.

Victor papa sedit a. 11. Cessat d. 12 sub Severo cathedra Petri.

Severus sub papa Victore regnat a. 19. Iste in Brittannia partem insulae a mari usque ad mare vallo munivit, quod erat in longitudine 180 miliariorum, et multis turribus communivit; apud Thoracum autem sepultus est.

Zepherinus sedit a. 8, m. 7, d. 10 sub Aurelio. Cessat kathedra d. 6.

Antonius Aurelius Caracalla tempore Zepherini regnat a. 7. Iste asperior Severo patre suo fuit, et a Persis occisus est.

Kalistus I. sedit a. 6, m. 2, d. 10. Kathedra vacat d. 6.

Alexander tempore Kalisti primi papae regnat a. 12. Iste vicit Xersen magnum regem Persarum in prelio.

Urbanus papa primus sedit a. 4, m. 10, d. 12. Cessat cathedra d. 30 post obitum eius.

Macrinus tempore Urbani regnat a. 1, cuius hystoria non habetur.

Pontianus sedit a. 9, m. 6, d. 11. Cessat cathedra d. 10.

Marcus Aurelius Antoninus tempore Pontiani imperat a. 3. Iste in stupro et in omni turpitudine mortuus est, et turpem famam reliquit.

Anterius papa sedit a. 12, m. 1, d. 12. Kathedra vacat d. 8.

Maximus regnat tempore Antherii a. 3, et persequitur christianos.

Fabianus sedit a. 13, m. 12, d. 11. Eo tempore Origines claruit.

Gordianus tempore Fabiani regnat a. 7. Iste puer a suis deceptus in Parthico bello occisus est. Hoc tempore Cornelius papa corpora sanctorum de cathacumba levavit et dedicavit.

Cornelius sedit a. 2, m. 2, d. 3. Cessat kathedra d. 31.

Philippus imperator cum filio Philippo, primus imperator christianus, tempore Cornelii papae imperat a. 8. Anno eius 4. completus est annus millesimus ab Urbe condita, propter quod facti sunt Romae ludi theatrales in campo Marcio tribus diebus et tribus noctibus. Istum Philippum et filium eius occidit Decius in dolo, et ipse factus est imperator et persecutor christianorum in odium Philippi.

Lucius I. papa sedit a. 3, m. 4. Cessat kathedra d. 3.

Decius imperat tempore Lucii a. 3, persequiturque christianos.

Syxtus papa II. sedit a. 2, m. 6, d. 13. Kathedra cessat d. 35. Eo tempore Germani id est Teutonici Galliam pervagati, Italiam devastant. Tunc etiam Gothorum gens Macedoniam, Greciam, Pontum et Asiam depopulantur.

Gallus cum Volusiano tempore Stephani I. regnat a. 2, m. 4. Isti duo in dolo sunt occisi ab Emiliano. Ipse quoque occisus est postea quarto mense.

Dionisius papa sub Valerio sedit a. 5, m. 2. Kathedra vacat dies quinque.

Valerius cum filio suo Galieno regnat a. 15; et persecutio octava in christianos facta est per illos. Imperator Valerius a Sapore rege Persarum capitur et cecatur; qui

Felix papa sub eodem Valerio sedit a. 4, m. 4, d. 5. Kathedra dies 5 cessat.

Euticianus papa sedit m. 10, d. 1 tempore Claudii imperatoris.

Gaius papa tempore Aureliani sedit a. 11, m. 4, d. 12. Kathedra vacat d. 6.

Marcellinus papa tempore Cari imperatoris sedit a. 9, m. 5, d. 12. Cessat kathedra d. 6.

Marcellus papa sedit a. 9, m. 5, d. 21. Kathedra vacat d. 20.

dum viveret, talem penam portavit, ut regem Persarum equum ascensurum ipse proprio dorso semper levaret super equum.

Claudius imperator tempore Euticiani papae imperat a. 1, m. 9. Iste Gothos, Macedoniam et Illiricum vastantes, incredibili delevit strage, et propter hoc ei clippeum aureum et hastam senatus in capitolio dare decrevit.

Aurelianus tempore Gaii papae imperat a. 6, m. 6. Iste Gothos summa depressit virtute, et Romam muris firmioribus cinxit, et Soli templum construxit, in christianos nonam persecutionem concitavit, et ipse tandem occisus est.

Tacitus imperator Gaii tempore regnat m. 6.

Item Florianus sub eodem regnat menses 3.

Probus etiam sub eodem regnat a. 6, m. 4.

Carus imperator cum filiis Carino et Numeriano tempore Marcellini imperat annos 3. Iste, cum a Persis devictus esset supra fluvium Tigridem, cum duobus filiis suis icta fulminis periit.

Diocletianus et Maximianus tempore Marcelli imperavit annos 20. Diocletianus socium suum Maximianum in Affricam direxit, ut eam a Quingentianis defenderet. Postea plures cesares sibi elegit, videlicet Constantium, Licinium, Galerium. Ipse etiam Diocletianus ut deum se adorari precepit, et ipse prior gemmis usus est in vestibus et calciamentis; prius enim reges alii sola utebantur purpura. Ipse quoque in Oriente, Maximianus in Occidente omnes ecclesias christianorum devastari fecit, et libros comburi, et christianos occidi. Ista persecutio decima fuit, inmanior et diuturnior ceteris. Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt.

Eusebius papa sedit a. 2, m. 2. Ipse et suprascripti papae martyres fuerunt.

Melciades papa sedit a. 7, m. 7.

Silvester papa sedit a. 23, m. 10. Cessat kathedra d. 15. Iste Silvester anno quarto imperii Constantini factus est papa, et eum baptizavit; sed sicut tripartita narrat hystoria et Eusebius Cesariensis in cronicis testatur, ipse rebaptizatus postea est a quodam Arriano episcopo Eusebio Nicomediae in villa, quae vocatur Aquilona. Constantinus tempore Silvestri et Marci papae imperat a. 30, m. 10. Quod autem de lepra eius legitur, videtur apocrifum, quia in nullis auctenticis libris neque in cronicis reperitur.

Marcus papa sedit a. 2, m. 8, d. 20. Kathedra cessat d. 15.

Iulius papa sedit a. 11, m. 2, d. 6. Eo tempore claruerunt Basilius Cesariensis, Victorinus rethor, Donatus grammaticus et Priscianus.

Liberius papa sedit a. 6, m. 3, d. 4.

Felix papa, vivente Liberio papa et in exilio posito, ab hereticis constitutus sedit a. 1, m. 4, d. 2. Kathedra vacat d 38. Liberio ab exilio Constantii imperatoris post biennium reverso, Felix, qui ei viventi subrogatus fuerat, alii civitati prelatus est. Quare autem idem Felix in catalogo apostolicorum catholicorum scriptus sit, ego ignoro, vos Romanos, si placet, interrogate.

Damasius papa sedit a. 18, m. 4, d. 1. Kathedra vacat d. 20. Hoc tempore claruit Hieronimus precipuus translator scripturae veteris et novi testamenti. Qui primo cardinalis presbiter Romanae ecclesiae, post vero, cum multorum vicia reprehenderet, odiosus omnibus trans mare ad oppidum Bethleem se contulit.

Syricius papa sedit a. 15, m. 11.

Anastasius papa sedit a. 4, m. 10, d. 12. Kathedra vacat d. 21.

Innocentius papa sedit a. 11, d. 21. Tunc Roma ab Alarico rege Gothorum capta est, ipso papa tunc Ravennae commorante.

Zosimus papa sedit a. 1, d. 10. Cessat cathedra d. 11.

Bonifacius papa sedit a. 3, m. 8, d. 7. Kathedra vacat d. 9.

Celestinus papa sedit a. 7, m. 10, d. 17. Cessat kathedra d. 20. Iste Scotis credentibus in Christum episcopum mittit nomine Palladium.

Constantius, Galerius, Licinius cesares Diocletiani tempore Eusebii papae fuerunt, et imperium Romanum rexerunt. Idem temporibus Melciadis papae regnant a. 2, quorum Constantius Hispaniam subegit, et de Alemannis triumphavit, et filiam regis Britanniae nomine Helenam, defuncto prius patre Iobel, accepit uxorem, de qua genuit Constantinum; quamvis alii asserant, ipsum Constantinum fuisse spurium filium Helenae tabernariae, in finibus Persarum genitum, dum pater eius pro colligendis tributis publicis legatione in Perside fungeretur. Ipse Constantius pater in Anglia apud Eboracum dicitur esse sepultus.

Eodem tempore Maxentius, filius Maximiani, Romae creatus est imperator. Quem Constantinus postea, vocatus a Romanis, iuxta pontem Milvium interfecit, et ipse regnat a. 30, m. 10. Regnum vero Britanniae Tacherio avunculo suo reliquit; et pridem christianos persecutus est, postea vero per Silvestrum papam accepit baptismum.

Constantius cum Constantino et Constante imperant tempore Iulii a. 34, m. 5, d. 23. Quorum Constans, edomitis Gallis et in pace receptis, in Hispania occisus est; Constantinus vero, dum fratri suo Constantio bellum infert, iuxta Aquilegiam occisus est; sicque monarchia ad Constantium venit, qui in heresim Arrianorum lapsus et ab eis rebaptizatus, gravissimam catholicis intulit persecutionem. Cuius auxiliis Arriani omnes catholicos episcopos carceribus et aliis variis tormentis sunt demoliti. In qua persecutione Athanasius Alexandrinus, Hilarius Pictaviensis, Eusebius Vercellensis constantissimi et invincibiles apparuerunt.

Iulianus apostata temporibus Liberii et Felicis imperavit a. 2, m. 6. Iste a puero christianus fuit et ecclesiae Romanae subdiaconus, sed postmodum ad ydolorum culturam conversus et apostata paganissimus factus, persecutus est christianos, et odio Christi templum Hierosolimis reparari fecit.

Iovinianus tempore Damasi imperat a. 8. Iste omnem exercitum Constantii ad fidem catholicam convertit.

Valentinianus tempore Syricii imperat a. 11.

Valens filius Valentiniani sub eodem papa imperat a. 3.

Valentinianus II. imperat tempore Anastasii a. 12.

Theodosius tempore Innocentii imperat a. 27. Hoc tempore temporaneam agebant vitam Ambrosius, Augustinus et Hieronimus.

Archadius cum Honorio et Theodosio et Valentiniano imperat a. 32.

Honorius et Archadius tempore Bonifacii regnant a. 21 sub eodem papa.

Syxtus II. papa sedit a. 8, m. 1. Kathedra vacat d. 2. Eo tempore in Galliis apud Turonos multis beatus Martinus fulgebat virtutibus, et apud Coloniam sidus[a] radiabat Severus episcopus.

Valentinianus cum Marciano vel Graciano imperat a. 8, m. 1.

Leo I. papa sedit a. 11, d. 13, m. 1. Kathedra vacat d. 7. Tunc facta est quarta synodus 630 patrum sub Marciano imperatore ubi concessum est teotokon, id est Dei matrem esse Mariam, et probi[b] . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Formosus papa sedit a. 4, m. 7.
Bonifacius sedit a. 11.
Stephanus papa sedit a. 1, m. 1, d. 18.
Romanus sedit a. 4.
Theodorus papa sedit a. 1.
Iohannes VIII. sedit a. 2 sub Arnolfo.
Christoforus sedit a. . . m. 6.
Sergius papa sedit a. 6, m. 4 sub Luodwico.
Anastasius sedit a. 1, m. 2.
Lando papa sedit m. 5.
Iohannes IX. papa sedit a. 4, m. 2 sub Berengario.
Leo papa sedit a. 7, d. 15.
Stephanus sedit a. 2, m. 1.
Iohannes papa sedit a. 4, m. 10 sub Gwidone.
Leo papa sedit a. 3, m. 6.
Stephanus sedit a. 3, m. 4.
Marinus papa sedit a. 3, m. 6.
Benedictus sedit a. 1, m. 5.
Leo papa sedit a. 1, m. 3.
Iohannes sedit a. 5, m. 11 sub Ottone I.

Arnolfus secundum quosdam[98]. Hic[99] apud Utingen sepultus est. Monstratur autem sepulcrum eius in aecclesia sancti Emerammi Ratisponae et filii eius Loudwici. Sed non fuit tantae sanctitatis, ut sit mihi cura de sepultura eius. 98

Ab hoc loco ponimus in antea secundum sententiam Romanorum illos imperatores, qui in sola Italia leguntur regnasse.

Loudwicus imperat in Italia.
Berengarius imperat in Italia.
Hugo imperat in Italia.
Gwido imperat in Italia cum filio Adelberto.

Berengarius II. imperat in Italia.
Lotharius imperat in Italia.
Berengarius III. imperat in Italia cum filio Adelberto.

Ab hoc tempore in antea incipiunt soli Teutonici imperare.

Otto primus Teutonicus imperator. Is, Saxo genere, Heinrici Magni Saxonum et Francorum regis fuit filius. Hic Saxoniam ab Ungarica liberavit servitute, quos et bello bis aggressus vicit. Deinde Bavariam, expulso Arnolfo, suae subiecit ditioni. Hic Arnolfus primus montem Schyren habitabilem fecit, et ipsum castro firmo munivit[1]. 1

Domninus sedit a. 1, m. 6.
Bonifacius sedit m. 1.
Benedictus sedit a. 9.
Iohannes sedit m. 8.
Iohannes papa sedit m. 4.
Iohannes sedit a. 10, m. 6.
Gregorius sedit a. 1, m. 6.
Iohannes sedit a. . . m. 10.
Silvester sedit a. 4, m. 5. Iste vocabatur Gilbertus.
Iohannes sedit a. 1, m. 10.
Iohannes sedit a. 3.
Sergius papa sedit a. 3 sub Ottone III.
Benedictus sedit a. 11, m. 1.
Iohannes sedit a. 9, m. 6 sub Heinrico I.

Otto II. imperator Teutonicus, vir magnificus et totus christianissimus. Hic cum Magedeburgensem aecclesiam mirae pulcritudinis fabricasset, multosque gentilium ad baptismum revocasset, finem vitae sortitus, in prefata aecclesia honorifice sepultus est.

Otto III. imperator Teutonicus. Hic circa cultum aecclesiarum fuit studiosissimus, et erga christianam religionem devotissimus. Hic, Romae suscepta benedictione imperiali, cum Constantinopolitano commisit bellum, et uno eodemque die bis victus, victor apparuit tercio. Qui Romam rediens, vi febrium correptus, ad limina apostolorum occubuit, ibique in pace sepultus quiescit.

Heinricus I. imperator christianissimus Italia potitus, Romam veniens, a Benedicto papa imperiali auctus est dignitate, principatus Apuliae in pace possedit, Romanae ecclesiae privilegia multa concessit et dona amplissima dedit. Huius temporibus Stephanus Ungarorum rex sacramenta suscepit baptismatis, et per eum omnis populus sibi subiectus. Pambergensem episcopatum cum non haberet filios ex suo proprio instituit, ibique ecclesiam mirifice ornatam fabricavit. Cuius corpus in eadem aecclesia decentissime humatum est.

Benedictus sedit a. 14.
Silvester sedit a. 1, m. 2.
Gregorius papa sedit a. 1, m. 6.
Clemens sedit m. 9. Iste fuit Banbergensis episcopus et vocabatur Svikerus.
Damasus Teutonicus sedit m. 1.
Leo Teutonicus, qui et Bruno, sedit a. 5, m. 5.
Victor papa Teutonicus sedit a. 2, m. 4. Hic Aurentensis[c] episcopus.
Stephanus Teutonicus sedit m. 9. Omnes sub Chounrado primo.
Benedictus Teutonicus sedit d. 10.
Nikolaus sedit a. 3, m. 6, d. 26. Tempore imperatoris Heinrici II. Benedictus et Nykolaus.
Alexander sedit a. 9, m. 6.
Gregorius sedit a. 15 m. 1, d. 8.
Victor sedit m. 4, d. 8.

Chounradus I. imperator, Francus genere, vir bellicosissimus. Hic post mortem Heinrici Boemos signa regalia ferentes bello prostravit. Deinde Romam veniens imperialem accepit benedictionem. Hic apud Spiram decenti cum honore sepultus est.

Nota quia plures sunt Heinrici reges quam imperatores Heinrici. Unde cum legitur Heinricus imperator primus, ratione imperii primus quidem est, sed ratione Heinricorum regum secundus est; fuit enim unus Heinricus rex ante istum. Idem intellige de Chounradis.

Heinricus II. imperator vir sapientissimus et totus christianissimus. Hic omnibus regni pacatis negotiis, Spirae apud patrem honorifice sepultus est.

Iste Heinricus cepit Paschalem papam Romae, a quo deinde consecratur, et ipse refutavit aecclesiae Romanae anulum et baculum episcoporum.

a) situs *cod.* b) *intercidit sequens codicis folium.* c) *sic correctum in cod.* Argentino.

98) V. Catalogum Ottonis Frising. in Chron. libro VII. 99) V. Otton. Fris. Chron. VI, 13. 1) *Cf.* Otton. Fris. Chron. VI, 20.

Urbanus sedit a. 11, m. 6, d. 18. Hii sub Heinrico III. imperatore.

Gelasius sedit a. 1, d. 6.

Kalistus sedit a. 5, m. 10, d. 13.

Honorius sedit a. 5, m. 6, d. 28. Hii omnes sub Heinrico IV. imperatore.

Innocentius sedit a. 13, m. 6, d. 14.

Lotharius imperator II. regnat a. 12, natus de Saxonia.

Celestinus sedit m. 5, d. 12.

Lucius m. 11 sedit. Omnes sub Lothario.

Eugenius sedit a. 8, m. 5, d. 10 sub Chounrado rege.

Chounradus rex Teutonicorum et Romanorum regnat annis 14.

Anastasius sedit a. 1, d. 5 tempore Friderici; vivente etiam Eugenio papa Fridericus duobus annis regnavit.

Fridericus I. imperator imperat a. 40.

Adrianus sedit a. 4, m. 9. Iste unxit Fridericum imperatorem.

Alexander sedit a. 22.

Lucius sedit a. 3.

Urbanus III. sedit a. 3, m. 4.

Gregorius sedit a. 1, m. 5.

Diximus superiore tractatu nomina omnium regum Italicorum et omnium pontificum Romanorum atque omnium imperatorum Romanorum et Grecorum et Francorum. De cetero ponamus nomina regum omnium gentium, qui ab initio mundi leguntur regnasse, usque ad tempora Romanorum et ultra usque ad nos. Accipiemus autem a regibus Assyriorum, qui in orbe terrarum primum tenuerunt imperii initium.

*Catalogus regum Assyriorum.*

Hii sunt reges Assyriorum. Regnum Assyriorum incepit anno 15. Saruch, proavi Abrahae . . . . . . . . Et hoc dicto, prosiliit in ignem, in quo extinctus est.

*Catalogus regum Medorum.*

Ista sunt nomina regum Medorum, postquam subiugaverunt sibi regnum Assyriorum . . . . . Duraverat autem regnum Medorum 250 annos.

*Catalogus regum Persarum.*

Isti sunt reges Persarum. Cyrus rex Persarum . . . . . . . Quorum unusquisque diadema sibi imposuit.

*Katalogus regum Hebreorum.*

Saul rex Hebreorum . . . . . . . Huius tempore natus est rex regum Christus.

*Catalogus regum Troianorum.*

Iuppiter rex et filii eius . . . . . . . Eneas rex Troie.

*Catalogus regum Grecorum.*

Rex Iuppiter Athenis . . . . . . . usque ad tempora Romanorum, qui omnia regna obtinuerunt.

*Catalogus regum Egypti et Antiochiae post mortem Alexandri Magni.*

Post mortem igitur Alexandri Magni successit in Aegypto primus Ptolomeus cognominatus Sother . . . . . . . Mortuo autem Antipatre, filius eius Herodes factus est per Romanos rex Iudeorum. Eo tempore natus est Christus, post cuius ascensionem omnis Hierosolima est desolata.

*Regum Sitionie catalogus.*

Regum Sitioniae incepit anno 23. Nachor, avi Abraham . . . . . . . Sitionia est regio, quae prius vocata est Api, postea vero mutato nomine vocata est Penelopen.

*Catalogus regum Aegypti.*

Regnum Egyptiorum fuit primo sub Belo patre Nini . . . . . . . Moysen, quem filia Pharaonis Thermût collectum de flumine educavit, qui etiam Israel de Egypto eduxit.

*Catalogus regum Argivorum.*

Regnum Argivorum inceptum est anno, quo natus est Iacob et Esau filii Ysaac . . . . . et primi statuerunt causas sub iudice agitari et locum iudicii appellari forum.

*Catalogus regum Babiloniae.*

Regnum Babiloniae computatum est sub regno Egyptiorum vel Assyriorum . . . . . . . Darius rex Medorum et Cirus, nepos eius ex filia, rex scilicet Persarum, et occiderunt Balthasar, et totum regnum Babiloniae obtinuerunt.

*Catalogus regum Francorum.*

Regum Francorum genealogiam nobilissimam, multis tamen auctoribus[a] ignotam, per catalogum disponimus, incipientes ab Adam usque ad Noe, et a Noe usque ad primum regem Babiloniae Nemroth, et ab illo de rege ad regem usque ad reges Troianos, et inde[b] usque ad Carolum Magnum, et ab illo usque ad Fridericum imperatorem et filium eius Heinricum VI. imperatorem et illius filium Fridericum. Igitur ab Adam ordinamus. (cf. Ott. Fris. Chron. I, 3. 4.) Adam. Seth. Enos. Cainan. Malalehel. Iareth. Enoch. Matusalam. Lamech. Noe. Sem filius Noe. Arfaxat filius Sem. Arfaxat genuit Salem, de quo Eber. Eber genuit Falech et Irari patrem primi regis Nemroth in divisione linguarum. Nemroth primus rex huius mundi in Babilonia genuit 7 filios, quorum primus Cres, a quo Creta insula nomen accepit. Cres, primus rex Cretensium, genuit Celium. Celius Saturnum. Saturnus Iovem. Rex Iuppiter genuit Dardanum et Troium. Rex Troius aedificavit Troiam nomine suo, et genuit Laomedon. Laomedon genuit Priamum et Anchisen. Anchises genuit Eneam, a quo omnis nobilitas regum Albanorum et Romanorum descendit. Rex Priamus habuit maior ex sorore sua nepotem Priamum iuniorem. Qui Priamus et Antenor cum eo post destructionem Troiae transierunt navigio per mare Illiricum cum 13 millibus armatorum per Venetias, ibique civitatem Paduam aedificivit, in qua etiam Antenor habet honorabilem sepulturam. Inde transierunt in Meotidas paludes. Ibi edificaverunt civitatem Sicambriam, a qua ipsi vocati sunt Sicambri. Deinde processu temporum obtinuerunt Germaniam, a qua vocati sunt Germani. Postmodum quoque ab imperatore Valentiniano vocati sunt Franci, id est feroces. In Germania igitur regnantes primum regem habuerunt filium Priami supra memorati nomine Priamum, quem Romano imperio rebellem Romani in prelio occiderunt. Tunc remansit filius

a) actoribus *cod.* b) in *cod.*

Priami, quem vocabant Marcomedem. Cuius filium Faramundum Germani sibi regem creaverunt. Leges etiam tunc per (Ott. Fris. Chr. IV, 32) suos actores Guisigastaldum et Salagastum compositas habere ceperunt. Ab illo autem Salagasto lex Salica nomen accepit, qua lege Salica usque hodie Franci usi sunt; unde et ipsi Franci Salici nuncupantur. Mortuo autem Faramundo succedit rex Crinitus filius eius, a quo reliqui Francorum reges omnes criniti sunt appellati. His temporibus Franci crescere, Romani minui ceperunt. Gentes enim, quae fuerant Romanis subiectae, per se ipsas regnare ceperunt; Romani e contra gentibus servire cogebantur. Gothi enim, cum ipsam Urbem iam depopulati essent, ultra Ligerim fluvium in Gallia consederunt. Burgundiones tunc regem habere ceperunt. Franci etiam Romanos, qui tunc circa Rhenum habitaverunt, fugaverunt. Defuncto rege Crinito successit rex Gildibertus, qui ex regina nomine Bifflna genuit Glodoveum. Rex autem Glodoveus genuit Miroveum. Rex Miroveus genuit Miroveum alium, a quo omnes reliqui reges Mirovei sunt appellati in Francia. Rex Hildericus filius Mirovei genuit alium Glodoveum. Iste Clodoveus primus fuit christianus rex Francorum, quem baptizavit sanctus Remigius. Iste Glodoveus subiugavit Alemannos; Gothos id est Waschones devicit.

Anno ab incarnatione Domini 751. reges Francorum solo nomine regnabant. Erat autem apud eos princeps de (Ott. Fris. Chr. V c. 21 et c. 13.) cognatione eorum, qui vocabatur ex officio suo maior domus. Totum enim regnum illud regebat. Quorum primus dicitur fuisse Arnulfus, qui postea fuit Metensis episcopus. Cuius filius Ansgisus fuit maior domus post eum. Post (Ott. Fris. Chr. V, 12) quem fuit filius eius Pippinus maior domus, qui cognominabatur Grossus. Cuius filius fuit avus Caroli Magni Carlomarcellus, de quo natus est Pippinus nanus, dux etiam Francorum et rex et maior domus. De quo natus est Carolus Magnus, primus Francorum imperator. Ex tunc fuerunt in Francia imperatores usque hodie. Quorum primus Carolus Francorum imperator. Luodowicus II. Lotharius III. Item Lotharius IIII. Karolus V. Item Karolus VI. Arnolfus VII. Condebuldus VIII. Luodowicus Puer VIIII. Chounradus X. Heinricus XI. Otto XII. Otto XIII. Otto XIIII. Heinricus XV. Chounradus XVI. Heinricus XVII. Lotharius Saxo XVIII. Chounradus XVIIII. Fridericus XX. Heinricus XXI. Philippus XXII. Otto Saxo XXIII. Fridericus XXIIII. Heinricus XXV.[a]

Ecce lector habes ab Adam usque ad Fridericum, nepotem Friderici, plenam genealogiam et plenum catalogum regum sive imperatorum Francorum.

### *Catalogus regum Gothorum.*

Gothorum gens est divisa. Sunt enim Wisigothi, quos nos vocamus Waschones, circa provinciam Catalauniam et Aragonam. Sunt etiam quidam Austrogothi in plaga australi. Quorum omnium una est origo, sed propter diversa climata eorum nomina seu cognomina sunt diversa. Quorum reges fuerunt isti: Rex Theodoricus. Item rex Theodoricus. Rex Theobaldus. Rex Alaricus. Rex Dalaricus. Rex Witigous. Rex Vigilous. Rex Sigesmundus et alii quidam.

### *Catalogus regum Longobardorum.*

Longobardi olim in patria sua, a qua prius venerant, vocati sunt Winnuli, in plaga australi, in provincia Scatiniana, (cf. P. Diac.) ubi advenientes in principio duos duces habuerunt Ivor et Gion, et matrem eorum Gamaram. Quibus mortuis creant sibi regem Longobardi Gilnrundum filium Agionis, qui regnat annos 34. Quo defuncto creant sibi regem Lamissonem. Quo defuncto Letha rex pro eo regnat. Qui cum 40 annis regnasset, successit ei Gildoech filius eius. Quo defuncto, succedit ei Glasso filius eius. Post hunc Gualtarius filius eius. Altoinus huic succedit 9. Iste primus perduxit Longobardos in Pannoniam. Eo tempore Iustinianus imperator adbreviavit legum multiplicitatem. His diebus sanctus Benedictus erat in Sublacu. Altoino filius succedit Alboinus. Iste interfecit Chunimundum regem Gepidorum et filiam eius Rosimundam accepit uxorem, et de capite ipsius regis Chunimundi fecit sibi ciphum ad bibendum parari. In quo etiam fecit filiae propinari dicens ei: *Bibe cum patre tuo.* Illa autem ulta iniuriam patris sui fecit eum occidi. Igitur cum ubique victoriae Longobardorum personarent, rege Alboino adhuc in Pannonia manente, Narsis prefectus Italiae et cartularius imperialis vocat ipsum Alboinum cum omnibus Longobardis in Italiam. Ubi mortuo Alboino succedit Liuprandus, Liuprando Desiderius. Quem Desiderium Karolus Magnus imperator cepit et in exilium deportavit. Ex tunc imperatores et reges Francorum tenuerunt Longobardiam sibi subiugatam usque ad tempora Friderici et Heinrici VI. filii eius et filii illius Friderici.

---

## CHOUNRADI SCHIRENSIS ANNALES.

Anno dominicae incarnationis 1077. consecrata est ecclesia Interioris Celle ab Ellenhardo Polensi episcopo. Haec cella primitus fuit caput Schyrensis ecclesiae.

Anno dominicae incarnationis 1092. expedicio ad Hierusalem per Gotfridum ducem facta est sub Urbano papa. (An. Scheftl. maior.)

Anno 1099 Ierusalem capta est per Gotfridum ducem Lotharingiae et Paldwinum fratrem eius; qui postea facti sunt reges Hierosolimitani.

A. 1100. monasterium Vispach aedificatum est ab Haziga comitissa[2].

A. 1102. Erchenboldus primus abbas eligitur Vispach.

A. d. i. 1104. Heinricus V, filius imperatoris, patri in regno subponitur. (ibid.)

A. 1105. Heinricus IV. a filio capitur et regno deponitur, et sequenti anno obiit.

A. 1107. monasterium Usenhoven edificari cepit[3] sub Erchinboldo abbate primo.

A. 1111. Erchinboldus abbas primus obiit, Bruno secundus succedit.

A. 1123, 4. Non. Augusti, hora diei fere octava, eclypsis solis prodigioso miraculo (1133. cf. A. Ratisp.) contigit. Nam luna 27. in cancro posita, in signo leonis sub sole inventa est, cum secundum rationem non nisi 30. primave luna id provenire debeat.

A. 1124. monasterium Schyren edificari cepit[4] sub Brunone abbate secundo.

A. 1127. Bruno abbas obiit, Oulricus abbas tertius eligitur.

a) Heinricus XXV *postea eadem manus addidit.*

2) De anno cf. supra p. 618. n. 35. 3) Cf. supra p. 618. n. 38. 4) Cf. supra p. 622. n. 91.

**A. 1128. Oudalricus destituitur, alter Oulricus abbas quartus eligitur.**

**A. 1130. Oudalricus abbas obiit, Marquardus abbas quintus succedit.**

**A. 1131. Marquardus destituitur, Gozzoldus abbas sextus substituitur.**

**A. 1135. Gozzoldus abbas destituitur, Oulricus septimus abbas substituitur.**

An. Scheftl. maior. A. 1139. Otto pius Banbergensis obiit.

A. 1144. ventus vehemens 13. Kal. Februarii magnam ruinam per plurimas mundi partes fecit.

A. 1146. expeditio maxima fuit contra Sarracenos, in qua et ipse Chounradus rex Teutonicorum cum aliis trans mare ivit.

ibid A. 1148. Heinricus imperator translatus est. Eodem anno eclypsis solis fuit 5. Kal. Novembris.

1156. Otto palatinus de Witenlinspach obiit.

1158. Otto primus Frisingensis obiit episcopus, Albertus successit[a].

A. 1159. Victor et Alexander apostolicam sedem sibi usurpant.

1160. Oudalricus abbatiam resignavit, Eberhardus eligitur octavus abbas.

1171. Eberhardus abbas destituitur, Baldemarus abbas nonus substituitur. Eodem
5 anno 12. Kal. Februarii locus iste igne consumptus est, anno 51. fundationis loci istius[5].

1177. concilium Mogontiae[6] habitum est, ubi Alexander papa et imperator Fridericus conciliantur. Albertus Boemus archiepiscopatum Salzpurgensem resignat; Chounradus, quondam Mogontinus episcopus, succedit.

cf Cont. Cremifan. A. 1180. Heinrico duce Bawariae et Saxoniae deposito, Otto palatinus ducatum Bawariae, Bernhardus ducatum Saxoniae obtinuerunt.

cf. C. Crem. Cont. Adm. A. 1183. Otto dux Bawariae obiit, Ludwicus filius eius succedit. Christianus Mogontinus arciepiscopus obiit, Chounradus Salzpurgensis episcopus, qui primitus ibi fuerat, succedit; Albertus Boemus kathedram suam recepit. 16. Kal. Decembris locus iste igne
7 consumptus est, anno 66. fundationis eius[7].

cf. Cont. Cremifan. Cont. Adm. 1184. curia magna Mogontiae habita est, ubi duo filii imperatoris, rex Heinricus et dux Swevorum, accincti sunt gladiis. Ibi turbo vehemens basilicam imperatoris, fortibus trabibus constructam, penitus deiecit. Apud Erpfurt imperator colloquium habuit, ubi duo comites et duo liberi milites miserabiliter in cloaca submersi sunt. Albertus Frisingensis episcopus obiit, Otto secundus succedit. Beatrix imperatrix obiit.

cf. C. Adm. 1185. Lucius papa obiit, Urbanus succedit. Chouno Ratisponensis episcopus obiit.

1186. rex Heinricus sextus cum regina Constantia, filia Rogerii regis Sicilie, nuptias gloriosas celebravit Mediolani apud Sanctum Ambrosium, anno etatis suae 21, anno autem regni 17.

1187. Saladinus rex Babiloniae, Alexandrie, Syrie et Egypti cum innumerabili exercitu veniens Hierusalem, cepit eam cum civitatibus sibi adiacentibus, occisis et comprehensis plurimis de exercitu christianorum, amissis etiam suorum multis. Urbanus papa obiit, Gregorius succedit. Curia Ratispone habita est.

1188. Fridericus imperator curiam apud Wirzeburch habuit, ubi profectionem ad Hierusalem instituit. Gregorius papa obiit, Clemens succedit. Hic instituit inter missas
Psal. 78. post dominicam orationem psalmum *Deus venerunt gentes*.

1189. Fridericus imperator in expeditionem cum quam pluribus principibus contra Saladinum a Ratispona se movit. Heinricus rex, filius imperatoris Friderici, curiam Ratispone habuit.

1190. Fridericus imperator apud Yconium, quam expugnaverat, in fluvio nomine Selef, a quo Seleucia dicitur, natans caput et latus confregit, et eductus a militibus extremum diem clausit. Alii quoque quam plures episcopi, principes et nobiles gladio, fame et peste perierunt ad 30 milia et eo amplius, nondum recepta cruce nec sepulcro Domini. Eodem
1191. anno Heinricus rex expeditionem in Apuliam fecit, ubi Philippus episcopus Coloniensis[8],
9 Otto dux Boemiae[9] et alii multi in obsidione Naplis perierunt, computati ad 10 milia. In hac expeditione Heinricus obtinens monarchiam, a Celestino papa qui successerat Clementi
Apr. 15. unctionem accepit imperii 2. feria paschae. Ipse autem dominus papa, praedecessore suo
Apr. 13? in sabbato sancto viam universae carnis ingresso, in die sancto paschae electus et conse-
Apr. 14. cratus fuit. Interpositis diebus, imperatrix captivatur in civitate Salernia a Danchrado rege Apuliae.

a) Albertus successit minio scripta sunt in cod.

5) Cf. supra p. 622. n. 91. 6) immo Venetiis. 7) Cf. supra p. 622. n. 91. 8) 1191. Aug. 13. 9) 1191. Sept. 9.

1191. eclypsis solis in vigilia Iohannis baptistae. Fridericus dux Sueviae, filius Fri- 1191. derici imperatoris, in obsidione Accaron obiit[10]. Reliqui ex nostris, qui remanserant, redie- Iun. 23. runt. Richardus rex Angliae expeditionem contra eosdem paganos habuit, et urbem Accaron fortiter expugnando recepit. Welfo dux obiit[11]. 11

1192. Heinricus imperator cum dampno sui exercitus de Apulia reversus, curiam Warmatiae in pentecoste habuit, ubi Chounradus[12] frater imperatoris et Ludwicus[13] dux Mai. 24. Bavariae accincti sunt gladiis. Richaredus rex Angliae de expeditione transmarina navigio ad propria reversurus, naufragium in mari pertulit cum uxore et filiis; multisque bonis amissis, cum uno tantum cliente vagus Viennam devenit, ubi inditio ducis Karinthiae[14] proditus, per cuius terram in Austriam transierat, a duce Austriae Liupoldo deprehensus captivatur. Episcopus Leodicensis[15] captivatur et occiditur. 15

1193. Heinricus imperator curiam Ratisponae habuit, ubi rex Angliae captivus adducitur.

1194. rex Angliae, datis imperatori 100 milibus marcis argenti, regno suo restituitur, datis obsidibus de regno suo nobilissimis. Pro qua captivitate Liupoldus dux Austriae a Celestino excommunicatur. Eodem anno Danchrado rege Apuliae vita excedente, Henricus imperator profectionem secundo in Apuliam instituit, ubi nil sibi resistente, plurimum auri et argenti invenit, totamque gentem imperio Romano subiugavit.

1195. Huius anni primo die Liupoldus dux Austriae in exercitio militari lapsus equo, abrupto crure, monachus[a] apud Sanctam Crucem factus, bene dispositis rebus suis, post paucos dies obiit. Heinricus, quondam dux Bawariae et Saxoniae, privatus obiit.

1196. Chounradus dux Suevorum expeditionem adversus ducem de Zaringen[16] movit; 16 in qua per amplexum cuiusdam puellae, quam vi devirginare conabatur, morsu in sinistra papilla tactus, vesica crescente nigra, nec per hoc eo tardare volente, tercia die obiit in Oppenheim[b], Spiraeque sepelitur. Philippus frater eius succedit in ducatu.

1197. Philippus dux Suevorum in pentecoste celebres habuit nuptias cum filia[17] regis Mai 25. Grecorum[18] prope civitatem Augustam in campo Lici, et accinctus est gladio. Secunda expeditio ad Hierusalem, cui interfuerunt Chounradus Mogontinus episcopus et Chounradus Ratisponensis episcopus, Fridericus dux Austriae qui in ea expeditione obiit, et alii quam plures.

1198. in Apulia Heinricus imperator obiit Gwerra in imperio orta est, Philippo 1197. fratre eius et Ottone, filio ducis Saxoniae Heinrici, sibi certatim illud usurpantibus. Fri- Sept. 28. 1198. dericus quondam palatinus obiit. Ipso etiam anno dominus papa Celestinus decessit et Innocentius succedit.

1201. Chounradus Moguntinus episcopus obiit[19]; Sigefridus[c] succedit. Imperator 19 Philippus eundem episcopatum episcopo Liupoldo Wormatiensi concedit.

1203. Baldemarus abbas obiit; Hartmannus abbas decimus succedit. Hoc anno Bawaria maximis malis subiacuit, Luodwico duce Bawariae et Chounrado episcopo Ratisponensi invicem dimicantibus.

1204. Chounradus Ratisponensis episcopus obiit; Chounradus filius comitis de Frantenhusen succedit.

1205. Hoc anno translatus est beatus Corbinianus, et consecratum est monasterium matricis ecclesiae Frisingensis sub Ottone secundo episcopo eiusdem ecclesiae, Chounrado Ratisponensi et Hartwico Eistetensi episcopo cooperantibus.

1206. Hartmannus resignavit abbatiam; Chounradus succedit undecimus abbas, in[d] festo sanctorum apostolorum Symonis et Iudae in abbatem consecratus. Oct. 28.

1207. 2. Kal. Marcii visa est luna sanguinea.

1208. Philippus rex in expeditione contra Ottonem accinctus, occisus est Bamberch a comite palatino de Witelenspach, quia filiam ipsi comiti desponsaverat, quam postea ipsi ablatam alii copulavit. Unde Luodwicus dux Bawariae et marschalchus de Papenheim omnia eundem comitem attinentia incendiis, praedis consumpserunt. Otto filius Heinrici ducis de Saxonia succedit Philippo.

a) m. *cod.* b) inoppenheim *cod.* c) Sigefridus — concedit *addidit manus alia.* d) in festo — consecratus *manus alia addidit.*

10) 1191. Ian. 20. 11) 1191. Dec. 15. 12) dux Sueviae. 13) I. 14) Udalrici II. 15) Albertus I, 1191—1192. 16) Bertholdum V. 17) Irene s. Maria. 18) Isaaci II. Angeli. 19) 1200. Oct. 27.

Ian. 6. 1209. Otto rex in epyphania celebrem curiam Augustae habuit, multis principibus praesentibus, tam ex Longobardia quam de aliis provinciis vel partibus convenientibus. Eodem quoque anno expeditionem in Italiam movit, Romamque veniens imperialem a domino papa Innocentio accepit benedictionem. Ipso anno prope Danubium apud villam
20 quae dicitur Oberndorf[20] palatinus comes Otto in ultionem Philippi a marschalco de Papenheim occisus est, caputque eius Danubio iniectum. Eodem[a] anno obiit Gotelindis felicis memoriae; in reclusione triginta et duos annos habens, feliciter finem vitae sortita est.

1211. 1212. Otto quartus imperator ab Innocentio excommunicatur. Fridericus rex Apuliae contra eum elevatur, filius Heinrici imperatoris; qui primitus patre vivente consensu principum in regem designatus fuerat.

1213. Fridericus rex curiam celebravit Ratisponae, in qua principes fidelitatem praedicto Friderico et hominium iuraverunt.

1213. 1214. regina Ungariae[21] a suis primatibus occiditur, filia ducis Perhtoldi de Merania.

1215. synodus habita est sollempniter Kal. Novembris ab Innocentio papa, cui[b] interfuerunt 412 episcopi, cardinales 72, abbates, praepositi, priores 807, patriarcha Constantinopolitanus et Aquilegiensis[22]. Fridericus rex Aquisgrani curia celebri coronatus, signo crucis se munivit cum multis aliis, principibus et aliis quam plurimis. Loudwicus
23 dux Bawariae adeptus est dignitatem palatini Rheni, mortuo filio[23] Heinrici, fratris Ottonis imperatoris. Eodem anno dux Loudwicus captivatur. Cum quo omnis Bawaria captivata est; quippe dives, pauper, nobilis, ignobilis steura data hunc redemerunt. Cuius captivitati locus iste 100 talenta persolvit. Hoc anno consecratum est monasterium in honorem beatae virginis Mariae 7. Idus Octobris a venerabili Ottone secundo Frisingensi episcopo, anno fundationis eius 95; et haec consecratio peracta est obtentu domini Chounradi abbatis.

1216. Hoc anno celebrata est synodus Salzpurge apud Sanctum Petrum, presentibus 5 episcopis et abbatibus et aliis plurimis prelatis. Innocentius papa obiit; Honorius succedit.

1217. civitas[c] Frisingensis et maior ecclesia et sancti Andree et domus canonicorum
24 igne conflagrantur[24]; et ab episcopo Ottone secundo in eodem anno rennovatur et latericio opere tegitur.

1218. Otto IV. imperator obiit. Huius[d] ossa Romam perducta et ab Honorio papa ab excommunicatione soluta; Prunswich in aecclesia sancti Blasii sepelitur. Perhtoldus dux de Zaringe obiit.

1219. Hoc[e] anno habita est synodus secunda Salzpurgae in maiori ecclesia sancti Routperti sub Eberhardo arciepiscopo.

1220. Otto secundus episcopus Frisingensis obiit; Geroldus successit. Hoc anno Fridericus rex imperialem accepit benedictionem ab Honorio papa.

1221. Loudwicus dux Bawariae trans mare ivit cum aliis quam plurimis. Ubi presente Pelagio legato Romano civitas Tamiat dicta, a christianis triennio possessa, permissione divina paganis redditur. Crux etiam sancta christianis per soldanum restituitur. Idem soldanus quamplures captivos christianos libertati restituit.

1222. Dec 25. 1222. Hoc anno in sancta nocte nativitatis Domini terre motus per plurimas mundi partes fuit.

1224. a Chounrado custode et Heinrico praeposito, postea facto abbate, ciborium maioris altaris auro et lazurio ornatur et feliciter consumatur.

1225. quidam predicator crucis Iohannes nomine civitates multas peragrans, infinitam turbam divitum et pauperum ad iter transmarinum predicatione sua accendit; inter quos et abbas noster Chounradus signum crucis cruci apponens, ab episcopo Salzpurgensi absolutus est. Pestilentia pecudum maxima fuit, ita ut non sigillatim sed catervatim ruerent, quam secuta est non parva fames et lues hominum. Arciepiscopus Coloniensis Engilbertus

a) Eodem — sortita est *scripsit manus alia.* b) cui — Aquilegiensis *addidit alia manus.* c) civitas — tegitur *scripsit manus alia.* d) Huius — sepelitur *ipse scriptor postea alio usus atramento apposuit.* e) Hoc anno — Geroldus successit *alia manus coaeva addidit.*

20) in dextera Danubii ripa, media fere via inter Ratisbonam et Kelheim. 21) Gertrudis. 22) Wolfkerus, 1204—1218. 23) Heinrico iuniore palatino; cf. Annal. Stadens. 1214. Mon. Germ. SS. XVI, 356. 24) Cf. Annal. Scheftl. maior. 1215, supra p. 338.

a comite quodam[25] * consanguineo suo occiditur; de cuius morte plures interierunt. 25
Nam filio imperatoris Heinrico, in regem consensu principum designato, cum filia[26] ducis Austriae[27] nuptias in castro Nurenberc celebrante, querimonia principum in presentia sui 27
de morte occisi episcopi habita, dissidentibus ex sententia invicem episcopo Trevirorum[28] et quodam libero comite de Truhentingen, tumultus non parvus ortus est; unde ad 60 et amplius, ceteris ad arma concurrentibus, in descensione quadam miserabiliter vita functi sunt. Abbas Chounradus abbatiae cessit intuitu et[a] amore Dei, non timore[a] ducis Luodwovici, presentibus episcopis Frisingensis et Eistetensis ecclesiae. Qui astutia sua simplices fratres circumvenientes, quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis sunt, electionem liberam fratrum, sicut sepius factum est ante ab avo et patre predicti ducis, confirmaverunt[b] et confirmari fecerunt.

1226. Heinricus abbas duodecimus eligitur 16. Kal. Marcii, et in die sancti Mathiae Febr. 14 Febr. 24.
consecratur. Ventus vehemens et grando per mundi partes[c] plurimas desevit, unde et sterilitas et fames non parva secuta est, domibus, edificiis, arboribus a vento non modico et grandine concussis et deiectis. Apud nos quoque in tantum a septentrionali monasterii parte desevit, ut in momento arbor decidens servum occideret. Imperator Fridericus in Apulia morans, curiam in Longobardia principibus prope Cremonam in pascha indixit. Ubi Apr. 19.
congregatis principibus cum filio suo rege, ipse a Longobardis prohibitus, principes pluribus consumptis bonis ad propria redierunt. Civitas Frisingensis igne conflagratur. Postea maior aecclesia et sancti Andreae et minores capelle et domus canonicorum permissione divina igne consumuntur, adeo ut in monte sancto vix domus una remaneret. Chounradus episcopus Ratisponensis reverendae memoriae obiit. Eo vivente pax inter ipsum et ducem Bavariae fuit, quod ab antecessoribus suis rarum fuit. Hospitale pauperum super pontem Danubii de proprio patrimonio constituit. Gotfridus praepositus maioris aecclesiae succedit; in cuius electione dissensio orta est inter canonicos et ministeriales, unde aecclesia Ratisponensis magno dispendio subiacuit.

* *Eadem manus in margine addidit haec:* Idem comes anno sequenti in civitate Herbipoli in 1226.
presentia Henrici regis, filii imperatoris, in quatuor partes sectus[d], occubuit.

a) et *et* non timore *in rasuris posuit manus posterior* b) confirmaverunt — fecerunt *scripsit manus posterior tantulo loco raso, ut appareat ibi nihil fuisse nisi unum verbum; quod quidem eluserunt vel simile quid fuisse, arbitratur Föringer.* c) partes *deest cod.* d) *sic supplevit Föringer* se . . . *codicis.*

25) Friderico de Isenburg. 26) Margaretha. 27) Leopoldi VI. 28) Theoderico II, 1212—1242.

# ANNALES ET NOTAE BABENBERGENSES.

## EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

*Peropportuno G. Th. Rudharti, summi tabulariorum Bavaricorum praefecti, mandato, et singulari benevolentia Stengleinii bibliothecarii Bambergensis atque eius qui eosdem libros tractat Düringii, virorum et doctissimorum et humanissimorum, quum hoc anno codices tam tabularii quam bibliothecae Bambergensis partim in ipsa Bamberga partim Berolini adire mihi liceret, haud viles inde percepi fructus, quorum aliquid hoc loco proponendum videtur. Primum igitur locum obtineat*

1) *relatio nondum edita de dedicatione ecclesiae sancti Petri anno* 1012. *peracta, quae ad primordia Bambergensis episcopatus illustranda optatissime proficit. In codice enim bibliothecae Bamb. Ed. III,* 15. *membranaceo fol., psalterium saec. XIV. continente, quum eam ex antiquiore quodam haud dubie libro positam manu saec. XV. offendisset Wilhelmus Giesebrecht, hic me in bibliothecam illam ingredientem de invento suo amicissime certiorem fecit, ut eidem potissimum deberi has litterariae messis illic a me factae primitias, libenti animo profitear.*

2) *Notas Sancti Petri ex codicibus tribus collegi; et res annorum* 1024, 1072, 1081 *quidem ex calendario saec. XI, quod inest in cod. membr. quondam ecclesiae maioris, nunc bibliothecae Bamb. Ed. IV,* 3; *anni* 1241. *autem ex cod. tabularii Bamb. membr. fol. saec. XIV, qui est sic inscriptus:* Directorii veteris pro choro Bambergensi pars hyemalis, *de quoque cf. Siebenter Bericht des historischen Vereins zu Bamberg* 71—73; *annorum denique* 1471 *et* 1472. *res gestas ex eodem, quem supra dixi, codice Ed. III,* 15.

3) *Annales Sancti Petri, qui valent aliquid ad historiam splendidissimi Bambergae aedificii cognoscendam, exscripsi e cod. membr.* 4. *olim canonicorum, hodie bibliothecae Bamb. Ed. II,* 14. *ubi necrologio ecclesiae maioris adiuncti sunt duabus saec. XII. manibus, quarum prior annorum* 1103—1171, *posterior unius anni* 1185. *memoriam litteris consignavit. Edidit eos antehac, etiamsi non plenos, C. A. Schweitzer in Siebenter Bericht cet. p.* 70.

4) *Notas Sancti Iacobi, ad Ottonis I. episcopi acta praecipue spectantes, assumpsi ex cod. membran. saec. XII.* 4°, *qui* Liber copiarum ecclesiae collegiatae ad Sanctum Iacobum *inscriptus in tabulario Bambergensi servatur, cuiusque et descriptionem accuratam et editionem non item perfectam expletamque reperis in Ein und zwanzigster Bericht des histor. Vereins zu Bamberg,* 1858.

5) *Versus Babenbergenses minus polite scripti, quorum similes ex cod. Alderspacensi* 161. *Boehmerus Font. I. p. XII. vulgavit, sunt quatuor saec. XIV. et XV. manibus positi in fol.* 61. *codicis tabularii Bamb. membr.* 4°, *qui titulum habet hunc:* Calendarium Babenbergense n. 44, *quique in Siebenter Bericht cet. p.* 74—77 *adumbratus est.*

6) *Notas sepulcrales, qui episcoporum Bambergensium catalogum comprehendunt, manibus quatuor exaratas inveni in fol.* 56—59 *codicis quondam capituli, hodie bibliothecae Bamb. Ed. II,* 20. *membran. saec. XIV, in quo praeterea calendarium inest testamentumque Iohannis de Spangenberg presbyteri. Primus scriptor autem episcoporum enumerationem ad Lampertum* (1374—1398) *usque adduxit, quo quidem vivo sese profert libellum fecisse; sed hunc elogia tumulorum ecclesiae maioris Bambergensis, quibus sine dubio adiutus est, non ubique recte interpretasse, facile est perspectu. Secundus nihil nisi de Lamperti obitu exposuit; tertia saec. XV. manus processit longius ab episcopo Alberto ad Heinricum III; de Vito denique narratiuncula est quarta saec. XVI. manu allata.*

*Berolini Nonis Octobribus* 1859.

## DEDICATIO ECCLESIAE S. PETRI BABENBERGENSIS.

Anno dominice incarnacionis 1012. Heinricus secundus rex christianissimus in loco Babenberg dicto, quem inspirante Deo pridem ad episcopatum erexit omnique terrena facultate abundanter ditavit, dedicationem fieri ecclesie statuit, cui ipse interfuit cum omnibus quos advocare potuit. Igitur 2. Non. Maii a 45 episcopis eadem dedicatio hoc ordine est celebrata. 1012. Mai. 6.

Altare occidentale, quod in eadem ecclesia precipuum est et principale, consecravit venerabilis Eberhardus, primus eiusdem sedis episcopus[1], in honorem sancte et individue Trinitatis ac sancte et victoriosissime crucis et in honorem sanctorum apostolorum Petri et Pauli omniumque apostolorum et sancti Kiliani sociorumque eius. Reliquie autem in eodem altari posite sunt: de catena sancti Petri, de sanguine sancti Pauli apostoli sanctorumque apostolorum, reliquie Iohannis apostoli et euangeliste, Iacobi, Andree, Thome, Philippi et Iacobi, Bartholomei, Barnabe, de sudario Domini, de sepulchro Domini, de sandaliis Domini, de ligno Domini, de sanguine Domini; et ex integro corpora sanctorum Gai pape et Ermetis martiris, reliquie Cosme et caput Damiani.

Dextrum altare occidentalis altaris consecravit venerande memorie Heribertus Coloniensis archiepiscopus[2] in honorem sanctorum confessorum Silvestri, Gregorii, Ambrosii. Reliquie autem in eodem continentur de baculo sancti Petri apostoli, sanctorum confessorum Silvestri, Martini, Eucharii, Maximini, Paulini, Ambrosii, Magni, Crescencii, Epiphanii, Decencii, Florencii, Laurencii episcopi Maurencii et Iuveniani.

Sinistrum altare occidentalis altaris consecravit Megingaudus Treverensis archiepiscopus[3] in honorem sanctorum martirum Dionisii, Rustici et Eleutherii, Laurencii, Ypoliti et Viti. Reliquie vero in eodem posite sunt sanctorum martirum Laurencii, Xixti, Felicissimi, Agapiti, Ypoliti, Pancracii, Nerei et Achillei, Viti et Modesti, Tiburcii, Bonifacii, Oswaldi, septem fratrum Crisogoni, Urbani, Abdon, Vitalis, Naboris, Senesii.

Altare vero sancte crucis consecravit pie memorie Iohannes Aquilegiensis patriarcha[4] in honorem sancte crucis et sancti Stephani protomartiris. Reliquie vero in eodem posite sunt: de tunica Domini inconsutili, de spinea corona, de corpore et sanguine Domini, quod consecravit Iohannes tercius papa, sancti Stephani prothomartiris, Alexandri, Evencii, Theodoli, Pancratii, Stephani pape et martiris, Sigismundi, Romani militis, Maximi martiris, Mauricii[a].

a) Maurcii *cod.*

1) 1007—1040; cf. Lamberti annal., Annales Hildeshem. 1012, Mon. SS. III, 93. 94. 2) 999—1021. 3) 1008—1016. 4) 984—1019; cf. Thietmari chron. VI, 40. Mon. SS. III, 823.

1012. Mai. 6. Orientale autem altare consecravit Erkanbaldus Mogontinus archiepiscopus[5] in honorem sancte Dei genitricis Marie et sancti Michaelis archangeli omniumque celestium virtutum et sancti Georgii martiris. Reliquie autem in eodem posite sunt: De vestimento sancte Marie, de sanguine sancti Iohannis baptiste, Georgii martiris, de brachio Iusti, Symeonis, sanctarumque virginum Lucie, Cecilie, Agathe, Waldburge, Margarete, Crescencie, Iuliane, Verene, Tecle, Anastasie, Perpetue, Felicitatis, Cancianille, Speciose, Modeste, Irminie.

6 Dextrum altare orientalis altaris consecravit Hartwicus Salzburgensis archiepiscopus[6] in honorem sanctorum Nicolai, Adalberti, Emerammi, Venzeszlai[a], Ruodberti, Erhardi. Reliquie vero in eodem posite sunt Burchardi confessoris, Ruodberti confessoris, Erhardi, Severini, Panthaleonis, Wenzeszlai martiris, Wunnibaldi, Galli, Othmari, Columbani, Oudalrici, Briccii, et Wicberti confessoris, Severi confessoris, Valentini confessoris, Adalberti martiris.

Sinistrum altare orientalis altaris consecravit Dagino Parthenopolitanus archiepisco-
7 pus[7] in honorem sanctorum Blasii, Lantberti, Stephani protomartiris. Reliquie vero in eodem posite sunt sancti Stephani prothomartiris, Ciriaci, Cristophori, Saturnini, Anastasii, Innocentii, Apollinaris, Blasii, Landberti, Mauricii, Celestini, Donati, Cancii, Canciani, Cancianille martirum.

8 Altare ante criptam consecravit Aschericus[8] Ungarorum archiepiscopus in honorem sanctorum confessorum Hylarii, Remigii, Vedasti. Reliquie autem in eodem sunt posite: sanctorum Hylarii, Remigii, Germani, Vedasti, Amandi, Vindemialis, Columbani, Macharii monachi, Medardi, Bertini, Briccii, Ragnulfi, Leudegarii, de sepulchro Domini.

---

## NOTAE SANCTI PETRI BABENBERGENSES.

1024. Anno 1024, 3. Idus Iulii

Cum rex Heinricus migrat ab orbe pius,
Perdidit hic florem Babenberch atque decorem.

1072. Anno incarnationis Domini 1072, 6. Idus Martii, Liuzo ordinatur.

1081. 1081, 2. Nonas Aprilis, monasterium combustum[9].

1241. Oct. 6. Noverint universi presencium inspectores, quod anno Domini 1241. in octava sancti Michaelis, die existente dominica, inter nonam et vesperas eclipsis solis facta est.

1471. Anno Domini 1471, 21. Octobris, de mense[b] ordinariorum collatio facta est canonicatus et prebende, vacantes per mortem domini Cunradi de Wirczpurck, Eberhardo de Rabenstein, et possessio eidem data fuit secunda Novembris.

1472. Anno Domini 1472. die Mercurii, 15. Aprilis, admissus est dominus Iohannes dux Bavarie, prepositus Augustensis et frater ducis Ottonis Bavarie, ad canonicatum et prebendam in ecclesia Bambergensi. Quos evicit a domino Bertholdo de Heimberck, qui per mortem Philippi de Than eidem domino Bertholdo de Heimberck ordinarie collati erant.

---

## ANNALES SANCTI PETRI BABENBERGENSES.

1102. 1103. Sextus Babenbergensis aecclesiae episcopus[10] obiit.

1106. 1107. Heinricus quartus, Romanorum imperator, obiit.

1117. 1113. Terrae motus factus est.

1120. Adelbero decanus obiit.

11 1121. Egilbertus prepositus obiit[11].

a) Venhemlai *cod.* b) *an* mensa?

5) 1011–1021. 6) 991–1023. 7) 1004–1012. 8) sive Ascricus, Asscricus (Astericus), Anastasius archiepiscopus Strigoniensis; de quo cf. Brunonis Vita S. Adalberti (Mon. SS. IV, 604), Vita maior Stephani regis Ungar. (SS. XI, 232–234), Arnoldus De S. Emmerammo (SS. IV, 547), synodum cui interfuit Francofurtensem 1007. Nov. 1. (ibid. 795–796) 9) Id „in vigiliis paschae" (3. Apr.) factum esse, scripsit Ekkehardus supra SS. VI, 204. 10) Rupertus. 11) Febr. 25. Necrol. eccl. cathedr. Bamb. in Siebenter Bericht des histor. Vereins zu Bamberg p. 123.

1125. Heinricus quintus rex et quartus Romanorum imperator obiit.
1127. Oudalricus presbyter et custos, frater noster, obiit.
1133. Eclipsis solis facta est circa horam nonam[12]. 12
1138. Otto, septimus Babenbergensis aecclesiae episcopus, obiit. 1139.
1143. Eberhardus pie memorie[a] prepositus, frater noster, obiit[13].
1145. Egilbertus, octavus[b] Babenbergensis aecclesiae episcopus, obiit. 1146.
1152. Counradus rex obiit.
1163. Oudalricus pius prepositus, frater noster, obiit[14].
1170. Eberhardus, nonus Babenbergensis aecclesiae episcopus, obiit.
1171. Giselbertus prepositus, frater noster, obiit[c, 15].
1185. . . . . Aprilis monasterium sancte Marie in Twerstat[16] comb*ustum est*[d]. Eodem anno, 2 . . . Augusti[17], monasterium sancti Petri cum toto ambitu urbis comb*ustum est*[d]. 17

---

## NOTAE SANCTI IACOBI BABENBERGENSES.

Anno dominicae incarnationis 1072, indictione 10, 5. Nonas Maii oratorium criptae consecratum est ab Heremanno, sexto huius Babenbergensis sedis episcopo, in honore sanctae et individuae Trinitatis et victoriosissime[e] crucis et sanctae Mariae matris Domini et sanctorum quorum reliquiae in eo continentur: sanctorum apostolorum Bartholomei, Mathiae, Barnabe, sanctorum martirum Stephani protomartiris, Georgii, Alexandri, Eventii, Theodoli, Iohannis et Pauli, Viti, Pantaleonis, Crisogoni, Xisti, Gengolfi, Stephani pape et martiris, Lamberti, Apollinaris, Marci et Marcelliani, Felicis, Ticiani, Ciriaci, sanctorum confessorum Nicolai, Eucharii, Valerii, Materni, Silvestri, Benedicti, Probi, sanctarum virginum Waltburgis, Iulittae, Barbare, Digne, Emeritae, Clementiae, Cantianillae. 1072 Mai. 3.

*Dedicatio aecclesiae sancti Iacobi apostoli.*

Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo nono, indictione secunda, 8. Kalendarum Augusti dedicatum est hoc monasterium a venerabili Ottone, huius sanctae Babenbergensis aecclesiae sedis octavo episcopo, in honore salvatoris domini nostri Ihesu Christi et victoriosissime sanctae crucis et sanctae Mariae matris Domini et sancti Iacobi apostoli et omnium sanctorum Dei. In altari autem in occidentali parte continentur reliquiae sanctorum apostolorum Iacobi, Petri et Pauli, Andreae, Bartholomei, Mathiae, sanctorum martyrum Georgii, Viti, Apollinaris, Ypoliti, Ciriaci, Albani, Stephani pape et martiris, Theodori, Tiburtii, Dionisii, Foillani, Benedicti papae et martiris, Christofori, sanctorum confessorum Silvestri, Gregorii, Innocentii, Valerii, Materni, sanctarum virginum Ceciliae, Luciae, Silviae, Brigide, Felicitatis. Altare in orientali parte dedicatum est in honore domini nostri Ihesu Christi et sanctae Mariae perpetuae virginis et sancti Michahelis archangeli et sancti Iohannis apostoli et euangeliste et sancti Iohannis baptistae. Reliquiae vero continentur in eo: de ligno Domini, de vestimento Domini, de vestimento sanctae Mariae, sancti Iohannis apostoli et euangelistae, Iohannis baptistae, Tathei apostoli, sanctorum martirum Georgii, Tiburtii et Valeriani, Felicis et Fortunati, Magni, Vibusii, sanctorum Maurorum, sanctarum virginum Anastasiae, Margarete, Agathe, Waltpurgis, Brigide, Afrae martiris, Petronelle, Cantianille, Barbare, Otilie, Regule, Lunille et Aline, Digne et Emeritae, Marie Magdalene, Iuliane, sanctarum virginum. Altare in dextra parte dedicatum est in honore domini nostri Ihesu Christi et sancti Silvestri pape, Martini episcopi, Nicolai episcopi et omnium confessorum. Reliquiae autem in eo continentur Silvestri, Nicolai, Oudalrici, Willibaldi, Magni, Materni, Britii, Valerii, Severi, Florini, Simeonis, Mauri, Eucharii, Domiciani, Iuventini, Probi. Altare in sinistra parte dedicatum est in honore domini nostri Ihesu Christi et sancti Clementis martiris et sancti Georgii 1109. Iul. 25.

a) memori *cod.* b) *sic scripsi pro* VII. *cod.* c) *huc usque una scripsit manus saec. XII; res anni* 1185. *alia secuti eiusdem manu sunt addita.* d) *absciso margine, nihil nisi* comb. *legitur in cod.* e) victoriosisime *cod.*

12) Aug. 2. 13) Iunii 26. Necrol. eccl. cath. Bamb. l. l. p. 201. 14) Ianuar. 3. Necrol. eccl. cath. Bamb. l. l. p. 90. 15) Iunii 8. Necrol. l. l. p. 191. 16) Teuerstadt, quod est suburbium Bambergense, in dextera Ra antiae fluminis ripa situm. 17) itaque aut Iulii 31, aut Aug. 4 aut Aug. 12.

1109. Iul. 25. martiris. Reliquiae autem in eo positae sunt Stephani protomartiris, Clementis, Georgii, Pancratii, Sixti pape et martiris, Iohannis et Pauli, Laurentii, Viti, Wenezlai, Gereonis, Severi, Stephani pape et martiris, Vincentii, Theodori, Lamberti, Cosme*.

1112. Nov. 3. Anno Domini 1112, indictione 6, 3. Non. Novembris consecratum est altare ad sepulcrum ab Ottone, venerabili octavo Babenbergensi episcopo, in honore dominicae resurrectionis et sanctae crucis et sanctae Mariae et omnium sanctorum. Reliquiae autem positae sunt ibi: De sepulcro Domini, Iohannis baptistae, Georgii martiris, Sixti pape et martiris, Urbani pape et martiris, Nicomedis, Mauricii, Gereonis, Crisogoni, Ciriaci, Floriani, Lamberti, Silvestri pape, Egidii confessoris, Cornelii pape, Primi et Feliciani martiris, sanctorum Maurorum, sanctarum virginum Gerdrudis, Margaretae, Ag .the, Barbare, 11 milium Coloniensium[a].

1120. Iul. 25. Anno Domini 1120, indictione 7.[18], 8. Kalend. Augusti Otto episcopus consecravit altare super pulpitum in honore sanctorum, quorum reliquias ibi posuit, apostolorum Bartholomei, Mathei, martirum Dionisii, Georgii, Viti, Laurentii, Iohannis et Pauli, sanctorum confessorum Nicolai, Gregorii, Brictii, sanctarum virginum Agathae, Luciae, Waltburgis.

1122. Iun. 15. Anno Domini 1122, indictione 15, 17. Kal. Iulii Otto episcopus consecravit oratorium in cimiterio sancti Iacobi in honore sancti Leonardi confessoris et aliorum sanctorum, quorum reliquias ibi in altari posuit: Iohannis baptiste, apostolorum Andreae, Bartholomei, Mathei, Mathiae, Marci euangelistae, sanctorum martirum Viti, Stephani protomartiris, Laurentii, Vincentii, Stefani pape et martiris, Blasii, Mauricii, Clementis, Pangratii, Dionisii, Floriani, sanctorum confessorum Leonardi, Martini, Nicolai, Maximini, Egidii, Ieronimi, sanctarum virginum Felicitatis, Margaretae, Gerdrudis, Afre, Lucie, Iulianae, Radagundae.

1124. Mai. 1. Anno Domini 1124, indictione 2, in Kalend. Maii Otto episcopus consecravit oratorium super Altenburg in honorę sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi et sanctae Waltpurgis virginis et aliorum sanctorum, quorum reliquias ibi in altari posuit et uno lapide integro, totum altare superius comprehendente, clausit.

1109. Iul. 25. * *In eiusdem „Libri copiarum eccl. coll. ad S. Iacobum" fol. 8. leguntur haec: Testamentum bonorum, quibus dotata est aecclesia sancti Iacobi in die consecrationis suae.* Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter monasterium sancti Iacobi diu sine spe stabilitatis fluctuans, immo pene destructum tandem per Ottonem, Dei gratia octavum Babenbergensis aecclesiae pontificem, sit renovatum et Deo dedicatum et cum omnibus prediis infra subscriptis et eorum appenditiis, utriusque sexus mancipiis, aecclesiis, decimationibus, novalibus, pratis, pascuis, areis, aedificiis, terris, campis, cultis et incultis, viis et inviis, exitibus et reditibus, silvis definitis terminis, qui vulgo dicuntur lâchae, aquis aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, quesitis et inquirendis et omni utilitate, quae vel scribi vel nominari poterit, dotatum sit, et ea confirmationis certitudine et cautione stabilitum, ut si quis haec aliqua violentia vel calliditate unquam infirmare, irritare, abstrahere, imminuere studeat, anathemate constrictus aeternae perditioni subiaceat. Haec sunt autem predia ad idem monasterium tradita ad consolationem illic Deo servientium[b]: . . . . . . . .
*Ibidem fol.* 18—19 *posita haec sunt:* Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod villa Langala cum mancipiis utriusque sexus et aliis omnibus utilitatibus tradita est aecclesiae sancti Iacobi a constructore eiusdem aecclesiae Heremanno Babenbergensis sedis episcopo, sed a successore eius Rouberto septimo Babenbergensis sedis episcopo, machinantibus iniquis consiliariis eadem villa aecclesiae sancti Iacobi subtracta est et ablata. Quod cognoscens venerabilis Otto, octavus predictae Babenbergensis sedis episcopus, villam predictam cum omni utilitate Sancto Iacobo pro remedio animae suae recognovit et restituit. Et ut huius recognitionis et restitutionis certitudo firma permaneat, statuit, ut ultra caeteras utilitates, quae ex eadem villa aecclesiae et fratribus annuatim debentur, in anniversario ipsius servitium plenarium fratribus detur. Acta sunt haec anno Domini 1109, indictione secunda, in consecratione aecclesiae sancti Iacobi sub testimonio omnium, qui in eadem consecratione affuerunt.

1127. Mart. 31. Idem venerabilis Otto episcopus anno Domini 1128, indictione 6, iturus ad Bomeranos confirmavit eandem prenotatam recognitionem Sancto Iacobo, in coena Domini, in maiori aecclesia ante altare sancti Petri sub testimonio Eberhardi prepositi, Egilberti decani, Roncelini, Friderici fratris episcopi et aliorum multorum. Et quoniam idem beatae memoriae venerabilis Otto episcopus aecclesiam sancti Iacobi Deo et sancto Iacobo iam dudum desponsaverat, consecraverat et per villam Langalá dotaverat, in testimonium predictae recognitionis anulum suum per Wignandum abbatem Taressensem ex itinere remisit preposito Eberhardo, ut idem anulus pro signo fidei et certitudinis in aecclesia sancti Iacobi perpetuo permaneat. Amen in Christo, qui veritas est.

a) col. *cod.* b) *cetera omisi.*

18) immo 13.

*Dedicatio aecclesiae in novalibus aput Heidam.*

Anno Domini 1147. indictione 10, 3. Idus Iunii consecrata est aecclesia aput Heidam ab Eberhardo, venerabili nono Babenbergensi episcopo[19], ex petitione domni Sigefridi, Wirceburgensis aecclesiae episcopi[20], in honore sancti Iohannis baptistae et aliorum sanctorum, quorum reliquias ibi in altari posuit, Petri et Pauli apostolorum, Clementis pape et martiris, Pangratii martiris, Victoris martiris, Gregorii pape, Ieronimi presbiteri, Luciae virginis, Gerdrudis virginis. 1147. Iun. 11.

---

## VERSUS BABENBERGENSES.

Anno milleno tria C[a] viceno secundo 1322. Sept. 28.
Recta potestate Ludewicus rex superavit
Australem ducem Wenczsalay[21] Fridericum.

Anno milleno tria C tricesimo primo 1331 Aug. 20.
Babenberch feroces prostravit Steph regis[22] hostes,
Streczinweg[23] pugnam perfidei monstrat iniquam;
Facem spreverunt, trinitati sic perierunt.

Anno milleno tria C tricesimo quinto 1335. Oct. 29.
Narcissi[b] festo venti rabiem memor esto[24].

Anno milleno tria C quadrageno secundo 1342. Iul. 21.
Braxedis[25] tantam Babenberch homo vidit[c] undam:
Multos submersit, turrim cum ponte depressit.

Annis millenis tercenis bisque vigenis 1348. Ian. 25.
Lapsis, octavo terre motus fuit anno,
Luce, Deus Saulum cum fecit fore Paulum[26].

---

Anno[d] milleno trecenteno sine bino 1298.
Mars creat Albertum regem, nece stravit Adolfum;
Iudeos sub eo mactavit tempore Franco[27].

Anni dum Domini fluxissent mille ducenti, 1278.
Octavo numero completo septuageno,
Inclitus Ockacorus rex, hostibus eius amarus,
Subcubuit bello, pugnans cum rege Ruodolfo;
Non vi multorum occidit, set fraude suorum.

---

Post[e] annos mille tria C tres X duo Christi 1332.
Creverat tibi satis de vino, quod mere[f] gratis,
Vel nummis quinque vix urna dabatur in urbe[28].

---

Anno[g] milleno tria C nono quadrageno 1349.
Gens perfidorum concrematur Iudeorum;
Et flagellantes per mundum suntque meantes,
Clerum pervertens, fidem non recte tenentes;
Marchio Volmarus[29] cum Saxone[30] regnat avarus:
Marchio Fridericus moritur virtutis amicus.

a) tria ccc *cod.* b) Nacissi *cod.* c) homo vdit *cod.* d) *hinc secunda manus.* e) *hinc tertia manus.* f) ḿ *cod.* g) *hinc manus quarta.*

19) 1146—1172. 20) 1146—1150. 21) die S. Wenceslai, Sept. 28. 22) die Stephani regis, Aug. 20. 23) via a Bamberga ad occidentem. De hac pugna cf. Leupoldi praepositi Bamberg. tabulam d. 1333. Apr. 24. ap. Lang Regesta VII, 43; Necrol. cathedr. eccl. et eccl. S. Stephani Bamb. in Siebenter Bericht des hist. Vereins zu Bamb. p. 237. 238; Hofmanni annal. Bamb. IV. c. 123 ap. Ludewig SS. rer. Germ. I, 194. 24) Cf. Michael de Leone ap. Böhmer Font. I, 468. 25) die S. Praxedis, Iul. 21; cf. Michael de Leone l. l. pag. 469. 26) die conversionis S. Pauli, Ian. 25. Cf. Michael de Leone l. l. p. 473, Annal. Mellicens. 1348 (Mon. SS. IX, 513), Continuatio Novimontensis 1348 (ibid. 674) cet. 27) Franconiae incolae. 28) Cf. Michael de Leone l. l. p. 468. 29) Pseudo-Waldemarus marchio Brandenburgensis. 30) Rudolfo I. duce Saxoniae.

1348. Ian. 25. Anno milleno tricenteno quadrageno
Octavo, Pauli conversio cum fuerat tunc,
Terre motus erat et clara luce[a] lucescat.

---

## NOTAE SEPULCRALES BABENBERGENSES.

Bruno episcopus Augustensis, frater sancti Heinrici imperatoris, sepultus est in capitulo ecclesie Babenbergensis iuxta altare beate Marie Magdalene a latere dextro, cuius
Iul. 10. anniversarius peragitur in die septem fratrum[31].

Ysmahel, quem sanctus Heinricus constituit ducem Appullie[32], sepultus est in capitulo
Apr 23. iuxta altare sancte Marie Magdalene a latere sinistro, cuius anniversarius .....

33 Conradus[33] rex, qui ecclesie Bambergensi multum profuit, nam inter cetera prebendas dominorum ditavit, secundum quod in donacionibus suis plenius continetur; unum quippe panem album de oblegiis unicuique prebende cottidie ministrari ordinavit. Hic sepultus est iuxta tumbam sancti Heinrici in latere domini Eberhardi episcopi primi. Cuius
Febr. 15. anniversarius peragitur 15. Kalendas Marcii.

Otto dux de Merania sepultus est in Lancheim, qui etiam bona ecclesie Bambergensis
Sept 28. ampliavit; anniversarius eius nobiscum peragitur in die sancti Wenzeslay martiris[34].

*Nomina vero episcoporum, qui a prima fundacione ecclesie sibi invicem successerunt, sunt hec:*

1007 Eberhardus, primus episcopus ecclesie Bambergensis, sepultus est iuxta tumbam
1040. sancti Heinrici a latere sinistro in ascensu versus chorum sancti Georii; cuius anniversa-
Aug. 13. rius est in die sancti Ypoliti martiris.

1040 Swidegerus, secundus episcopus ecclesie Bambergensis, qui tandem per Dei provi-
1047. denciam electus et coronatus fuit in summum pontificem, qui et nomen Clemens sortitus est, hic sepultus est in medio chori sancti Petri. Cuius anniversarius peragitur in die
Oct. 9. sancti Dyonisii et sociorum eius.

1047—1053. Hertwicus tercius episcopus sepultus est in cripta ante altare sancti Iohannis ewange-
Nov. 6. liste; cuius anniversarius est in die sancti Leonhardi confessoris.

1053 Albero quartus episcopus sepultus est in choro sancti Georii ante pulpitum, ubi cho-
1057. rarii actus suos faciunt; qui per multos labores recuperavit bona ecclesie longo tempore abalienata. Quapropter in memoriam ipsius una cum domino Eberhardo nono episcopo in

a) *an* cum clara luna?

31) *Augustensis* episcopus Bruno (1006—1029) nec die septem fratrum (Iul. 10.) posuit vitam, nec iacet Bambergae; explorate enim cognitum est ex Wiponis Vita Chuonr. c. 24, SS. XI. 268, et ex Herimanni Aug. annal. 1029, SS. V, 121, illum cum circiter d. 6. April. 1029 Ratisponae mortem obiisset, in ecclesia S. Mauricii Augustensi esse conditum. Bambergae autem situs est Bruno ille, qui ex canonico Bambergensi factus episcopus *Argentinensis* a. 1123 (Annal. Saxo 1129, SS. VI, 759), abdicato a. 1131. episcopatu (Ann. Saxo 1131. p. 767, Annal. Argentinens. 1131. supra p. 88), Bambergam reversus, ibidem sub episcopis Ottone I (1102—1139; v. Herbordi Vita Ottonis, I. c. 40, SS. XII, 766), Egilberto (1139—1146; v. huius tabulam ap. Ussermann Ep. Bamb. cod. prob. p. 99), Eberhardo II. (1146—1172; v. tabulas l. l. p. 107. 108. 110. 111. 119—121) aetatem honorifice degit, quemque ipso die 10. Iulii anni 1162 mortuum esse, necrologium S. Michael. Bamberg. (Siebenter Bericht des histor. Vereins zu Bamberg p. 211) probat verbis his: 6. *Id. Iulii Bruno ep. Strazburgensis* 1162. 32) Veri haud dissimile est, Ismaelem seu Melum ducem Apuliae (de quo cf. Aimé L'ystoire de li Normant I. c. 23. p. 19, Adalberti Vita Heinrici II. c. 22, SS. IV, 805. Heinrici III. diploma d. 1054. Mai. 29. in cod. Udalrici n. 101. ap. Eccard Corpus hist. I, 94) una cum Benedicto VIII. papa iter in Germaniam a. 1020 fecisse. Vita autem decessit Bambergae inter ipsa sollemnia a pontifice Romano et Heinrico II. imperatore acta die 23. Aprilis 1020; quem quidem annum Lupus Protospatarius SS. V, 57, diem vero Necrologium eccl. cathedr. Bamb. ostendit in Siebenter Bericht des histor. Vereins zu Bamberg p. 160. Sepulcrum eius „carmine regali decoratum esse" ab imperatore, tradidit Guil. Apuliens. I, 103, SS. IX, 243; sed exeunte saeculo XVI. in eodem „iam ne literam quidem apparuisse", testis est Hofmannus in annalibus Bamb. I. c. 17. apud Ludewig SS. rer. Germ. I, 5. 33) tertius. 34) Confundit scriptor aut Ottonem I. ducem Meraniae, mortuum d. 7. Maii 1234, aut Ottonem II, mortuum d. 18. Iunii 1248, quorum uterque in monasterio Langheimensi sepultus est (cf. Notas Diessenses supra p. 325), cum Ottone de Suinfurt, III. duce Sueviae, die 28. Sept. 1057. mortuo (vid. Ekkehardi chron. 1057, SS. VI, 198), cuius igitur dies anniversarius iuste festo Wenceslai (Sept. 28.) agebatur Bambergae. Cf. Necrologia Bambergensia l. l. p. 261.

Kalendis singulorum mensium misse defunctorum in choro sancti Georii sollempniter cele- 1053-1057.
brantur. Cuius quidem Alberonis anniversarius agitur in die sancti Valentini martiris. Febr. 14.

Guntherus quintus episcopus sepultus est retro altare apostolorum Philippi et Iacobi 1057-1065.
in choro sancti Georii; qui etiam ditavit prebendam dominorum cum uno pane albo sicut
dominus Conradus rex, ut supra. Cuius anniversarius agitur in die sancti Apollinaris. Iul. 23.

Rupertus sextus[a] episcopus sepultus est in choro sancti Georgii iuxta ascensum 1075-1102.
capelle sancti Kyliani; cuius anniversarius agitur in die sancti Barnabe apostoli. Iun. 11.

Otto sanctus et pius septimus episcopus sepultus est in choro sancti Michaelis archan- 1102-1139.
geli in Monte monachorum; cuius obitus agitur in festo commemoracionis sancti Pauli. Iun. 30

Egylbertus octavus episcopus sepultus est ante altare sancte Kunegundis virginis; 1139-1146.
cuius anniversarius agitur in die sancti Francissi confessoris[b. 35]. 35

Eberhardus[36] nonus episcopus sepultus est in cripta sancte Gerdrudis virginis; cuius 1146-1170.
anniversarius agitur in die sancti Allexii confessoris. Iul. 17.

Hermannus[37] decimus episcopus sepultus est in monasterio sancti Theodori[38]. Cuius 1170-1177
anniversarius est in die sanctorum Basilidis sociorumque eius; set non peragitur, quia Iun. 12.
ecclesie non profuit.

Otto[39] undecimus episcopus sepultus est in choro sancti Georgii ante altare apostolo- 1177-1196.
rum Philippi et Iacobi. Cuius anniversarius agitur in crastino eorundem apostolorum cum Mai. 2.
responsorio *Absolve*.

Thymo duodecimus episcopus, qui valde profuit ecclesie, sepultus est in medio mo- 1196-1202.
nasterii ante altare sancte Kunegundis; cuius anniversarius agitur in die sancti Galli Oct. 16.
confessoris.

Conradus 13. episcopus electus sepultus est in cripta ante altare lateris dextri. Cuius 1202-1203.
anniversarius agitur 11. Kalend. Marcii. Febr. 19.

Ekbertus 14. episcopus sepultus est ante chorum sancti Petri iuxta altare sancti 1203-1237.
Mauricii; cuius anniversarius agitur in die Bonifacii martiris. Iun. 5.

Boppo episcopus 15. electus, qui sedem episcopalem occupavit, plura bona ecclesie 1237-1242.
alienavit, tandem depositus fuit propter symoniacam pravitatem; cuius sepultura cum
fidelibus nostris prelatis non scribitur.

Heinricus[40] episcopus 16. sepultus est Karinthie in Wolfzberg[41] in conventu fratrum 1242-1257.
Minorum, qui ecclesie valde profuit; cuius anniversarius agitur Lamperti martiris. Sept. 17.

Bertholdus comes de Leiningen, episcopus 17. optime rexit, sepultus est ante altare 1257-1285.
sancte Marie virginis. Cuius anniversarius agitur 16. Kalendas Iunii. Mai. 17.

Arnoldus comes de Sulmz 18. episcopus sepultus est in monasterio ante altare 1286-1296.
sancti Iohannis baptiste. Cuius anniversarius agitur 14. Kalend. Augusti. Iul. 19.

Leupoldus[42] de Grindlach sepultus est iuxta introitum sacristie maioris in choro sancti 1296-1303.
Petri, qui 19. episcopus fuit. Cuius anniversarius agitur in vigilia assumpcionis. Aug. 14.

Wülvingus de Stubenberg baro ex Karinthia, ordinis Predicatorum, 20. episcopus, 1304-1319.
sepultus est retro altare sancte Kunegundis latere sinistro. Cuius anniversarius agitur
2. Ydus Marcii, hoc est die tercia post festum beati Gregorii pape. Mart. 14.

Iohannes 21. episcopus, qui fuit doctor decretorum. Hic ad unum annum saltem 1322-1324.
presedit ecclesie Bambergensi et episcopatum Frisingensem impetravit, ubi etiam per duos
menses tantum mansit et mortuus fuit. Cuius anniversarius et sepultura nobiscum non
curatur.

Heinricus[43] 22. episcopus ordinis Praedicatorum sepultus est retro altare sancte Ku- 1324-1328.
negundis a latere dextro; cuius anniversarius agitur Nonas Aprilis[44]. April. 1

Werntho pincerna 23. episcopus, subdyaconus tantum, sepultus est ante altare 1328-1335.
sancte Katherine virginis; cuius anniversarius agitur 6. Idus Aprilis. Apr. 8

Lewpoldus[45] de Eglofstein 24. episcopus sepultus est in choro sancti Petri apostoli 1335-1344.

a) *De Hermanno I, sexto episcopo* (1065—1075) *alia manus saec. XIV. in superiore paginae* 57. *margine apposuit haec:* Hermannus, qui propter symoniam depositus, numerari non consuevit. b) *Fr. conf. in loco raso.*

35) i. e. Oct. 4; sed in necrologiis Bambergensibus l. l. p. 185 Egilberti mors ad d. 29. Maii refertur. 36) huius nominis secundus. 37) II. 38) in Chronica Altinate autem (Archivio stor. Italiano VIII, 178) legimus, Hermannum Venetiis „iacere apud S. Marcum in ecclesia S. Iohannis baptistae". 39) II. 40) I. 41) Wolfsberg. 42) I. 43) II. 44) eum d. 1. Aprilis obiisse, ostendunt necrologia Bambergensia l. l. p. 145. 146. 45) II.

ante sacristiam minorem, in qua ministri se induunt preparamentis. Cuius anniversarius
Iun. 27. agitur in die septem dormiencium.

1344–1352. Fridericus[46] de Hohenloch 25. episcopus sepultus est ante altare sancte Barbare,
Dec. 21. quod dotavit[a]. Cuius anniversarius agitur in vigilia sancti Thome apostoli.

1353–1363. Lewpoldus[47] de Bebenburg 26. episcopus doctor decretorum fuit, qui est sepultus in
choro sancti Petri apostoli citra altare in confinio sepulchri domini Lewpoldi de Grindlach
supra memorati. Anniversarius vero domini de Bebenburg agitur ante festum apostolorum
Oct. 28. Symonis et Iude.

1363–1366. Fridericus[48] de Trühending 27. episcopus sepultus est ante altare sancti Mathie
Mai. 19. apostoli. Cuius anniversarius agitur in die beate Potenciane virginis.

1366–1373. Lodowicus marchio Misnensis 28. episcopus fuit, qui ex provisione domini Gregorii
pape XI. promotus fuit ad archiepiscopatum Moguntinensem[49].

1374–1398. Lampertus[b] 29. episcopus, qui ortus est de Alsacia. Prima suarum dignitatum fuit
abbacia in Gingenbach ordinis sancti Benedicti, deinde episcopatus ecclesie Brixensis[c. 50],
deinde episcopatus ecclesie Spirensis[51], deinde episcopatus ecclesie Argentinensis[52], demum vero episcopatus ecclesie Babenbergensis. Cuius temporibus hec notula scripta est[d].

Iul. 17. Qui[e] obiit anno Domini 1399. feria tercia post Margarethe[53] et sepultus est ante altare
chori sancti Petri. Qui multa bona suis laboribus et sapientia ecclesie acquisivit, et qui
eciam fuit sancte Romane et universalis ecclesie cardinalis.

1399–1421. Albrecht[f] ex comitibus in Wertheym, sepultus ante altare sancti Petri.

1421–1431. Friderich[54] de Auffses mortuus et sepultus in Carinthia.

1431–1459. Anthonius vom Rotenhan sepultus ante altare sancti Pauli, mortuus anno 1459. in
Mai. 5. capite May[55].

1459–1475. Iorg von Schaumbergk sepultus in choro sancti Petri, mortuus anno 1475. in capite
Febr. 4. Februarii[56].

1475–1487. Philippus ex comitibus in Henneberk obiit proxima nocte post conversionis Pauli 1487,
Ian. 26. sepultus ante altare beatae Virginis. Cuius anima requiescat in sancta pace amen[57].

1487. Febr. 1. Heinricus[58] Groiszs de Trockauw electus primo die Februarii, quinta feria anni 87.

---

1501. Apr. 3. Vitus[g] Truchses ex Pummersfelden electus in vigilia palmarum anno 1501; confirmatus
Mai. 1. prima Maii; consecratus dominica post divisionis apostolorum per dominum Eystetensem[59];
Iul. 18. Sept. 26. intronisatus solemniter dominica ante Michaelis.

a) q. dot. *addidit alia saec. XIV. manus.* b) de Buri *addidit alia manus.* c) *alia manus correxit:* Brixinensis. d) *huc usque prima manus.* e) Qui — cardinalis *addidit secunda manus saec. XIV.* f) *hinc tertia manus, saec. XV.* g) *hinc quarta manus, saeculi XVI.*

46) I. 47) III. 48) II. 49) 1373—1381. 50) 1360—1363. 51) 1363—1371. 52) 1371—1374. 53) in necrologiis Bambergensibus obitus Lamberti ad d. 17. Iulii refertur, qui anno 1298. in quartam, anno 1299. in quintam feriam post festum sanctae Margerethae incidit. 54) III. 55) d. 5. Maii, v. Ussermann Ep. Bamberg. p. 202. 56) d. 4. Febr. teste Ussermanno p. 204. 57) Eadem manus in calendario notis sepulcralibus praemisso ad d. 8. Kal. Febr. addidit haec: *Reverendissimus dominus Philippus episcopus ex comitibus de Henneberk obiit anno* 1487. *post medium noctis. Bene in temporalibus prefuit ecclesie, multa inpignorata redemit. Sedit annis duodecim, paucis diebus minus. Refecit episcopalem curiam, castrum Veldenstein, castrum Rosenbergk etc.* 58) III. 59) Gabrielem, 1496—1535.

# ANNALES
# GRADICENSES ET OPATOWICENSES.

**EDIDIT W. WATTENBACH**
TABULARIUS REGIUS WRATISLAVIENSIS.

*Codex servatur in bibliotheca caesarea Vindobonensi n.* 395 *olim theol.* 125, *deinde hist. eccl.* 50 *mb. in fol. saec. XII. (Archiv X,* 453), *cuius paginae ultimae inscriptum est:* Liber monasterii Opatovicensis. *Sed pars eius prior alibi scripta esse videtur, nam f.* 35 *Regula Canonicorum legitur, quam praecedit Martyrologium, cuius margini Necrologium quod vocant Bohemicum inscriptum est, editum in Dobneri Mon. hist. Boh. III,* 9—16. *Inscripti sunt ibi praeter duces Bohemiae aliosque episcopi, praepositi et canonici Pragenses plurimi, abbates autem exceptis Brewnowiensibus fere nulli. Adest dies emortualis Ottonis episcopi, qui d.* 10. *Iulii a.* 1148 *obiit, sequentium nullus; Moraviensium ultimus Sdik* (1150. *Iun.* 25.) *annotatur, ut medio saec. XII. haec scripta esse appareat*[1]. *Ea igitur spectant ad canonicos Pragenses. Sequuntur autem post historiam Alexandri Magni ex Ekkehardi Chronico sumptam f.* 111. *annales a. C. n. usque ad a.* 1146. *una eademque manu*[2] *scripti, quibus alius sequentia usque ad a.* 1163, *tertius a.* 1157. 1158 *addidit.*

*Initium annalium ex Ekkehardi libro descriptum est, quo auctor usque ad a.* 999 *usus est. Accedunt ab a.* 894. *res Bohemicae e Cosmae Chronico eiusque Continuationibus Wissegradensi et Sazawensi usque ad a.* 1140 *excerptae. Verum praeterea auctor aliis quoque annalibus usus est, quo factum est ut plus semel* (1086 *et* 1087, 1092 *et* 1093, 1099 *et* 1101, 1116 *et* 1118) *easdem res tamquam bis factas referret*[3]. *Horum igitur quum alia neque ad certum aliquem locum spectent nec magni momenti sint, pars praecipua una cum continuatione originem suam aperte prodit; scripta est enim in Moravia et quidem in sancti Stephani monasterio Gradicensi (Hradisch), quod Otto dux Moraviae a.* 1077 *prope urbem Olomucensem fundavit monachisque ordinis sancti Benedicti tradidit. Eius enim monasterii fundatio refertur a.* 1077, *dedicatio* 1078, *successio abbatum a.* 1081, *et a.* 1138 *de abbate Deocaro adhuc vivente verba fiunt. A.* 1142 *auctor quum de bello civili retulisset, calamum depositurus fuisse videtur, sed addita sunt alia usque ad a.* 1145. *scripta ante obitum Heinrici*

1) VI. Kal. Febr. legitur *(Adlei)th (du)ctrix* et *Gertrud Borivoy uxor* non IV. sed III. Id. Iul. adscripta est. 2) librarii indocti, quem vitia manifesta produnt. 3) Nonnumquam dubium manet, utrum Cosma auctor usus sit, an Annalibus quibusdam vel Gradicensibus vel aliis, ex quibus fortasse et ipse Cosmas sua desumpserat.

*episcopi, qui a.* 1150 *obiit. Circa idem tempus Praemonstratenses eiectis nigris monachis loco Gradicensi potiti sunt*[4], *et ea procul dubio causa fuit, ut liber annalium in sancti Laurentii monasterium Opatowicense d. Prag. transferretur. Sed hic liber authenticus periit; servatus est tantummodo in compilatione illa, quam in Bohemia confectam arguit v. g. a.* 1094 *mentio Andreae episcopi Moraviensis omissa. Compilator autem iste Opatowicensis de suo paucissima tantum addidit, scilicet de abbatum successione a.* 1107. 1127. 1128. 1143. 1146; *postremo continuatio subiuncta est tam de nova monasterii Opatowicensis constructione quam de rebus gestis a.* 1158, *quae aliunde transscripta suspiceris, nam fragmenti speciem praebent.*

*Primus hoc codice usus est B. Piter in libro Thesaurus absconditus in agro Brzewnowiensi, a.* 1762. *Plura a.* 1774. *protulit G. Dobner in Mon. hist. Boh. vol. III. p.* 17—24, *communicata sibi per Equitem de Rosenthal, archivi Caesarei custodem. Sed haec quum ex annalibus illis omnia quae ad historiam patriam illustrandam usui forent, exhibere viderentur, admodum manca erant, nihilque in iis post a.* 1093 *contineri nisi fragmenta iam a Pitero prolata, Palackyus animadvertit. Codicem autem multo pleniorem esse quum Dobrowskyus didicisset, Meinertium ad eum excutiendum impulit, qui a.* 1829 *editionem Dobnerianam correxit et supplevit, commentariumque addidit*[5]. *Interea Palackyus quoque eundem codicem inspexerat, et in libro suo Würdigung der alten Böhm. Geschichtschreiber p.* 52—64 *accurate et luculenter de Annalibus nostris disseruerat; viso Meinerti tractatu animadversiones quasdam addidit p.* 305.

*Editio autem haec prima prodit integra, omisso tantum initio usque ad a.* 893, *quod totum ex Ekkehardi libro descriptum est. Sequentia usque ad a.* 1145 *a parte potiori Annales Gradicenses vocavi, quoniam Opatowicenses dici vix merentur; ea vero quae monasterium Opatowicense attingunt, littera inclinata a reliquis distincta sunt. Ceterum codicem quem a.* 1848 *Wiennae descripseram, accurate exprimendum curavi, scripturae specimine in tabula adiecto.*

*D. Wratislaviae Id. Sept. a.* 1857.

*W. WATTENBACH.*

## ANNALES GRADICENSES.

Cosm. Anno 894. Borivoi est baptizatus primus dux Boemiae catholicus, patris nomine Gozlivit filius, qui originem duxit
I, 14 10. c. 3—6. a Premizl[a], qui primus ab aratro in primum Boemie principatum est raptus, vaticinante Lubosa, a qua castrum Lubosin
dictum est, filia patris increduli nomini Crhoko, qui et ipse a primo nomine Boemus, a quo Boemia dicta
est [qui primus[b]] Boemiam intravit, originem duxit, et has tres filias habuit, Kazi, Theta a qua[c] castrum
c. 9. dictum est Thetin. Ille quidem ut iam dicere cepimus Borivoi a Goztovit, Goztovit a Neklan, Neklan a Crezamizl, Creza-
c. 14. mizl ab Unezlau, Unezlau a Vogen, Vogen a Mnata, Mnata a Nezamizl, Nezamizl a Premizl; ab his predictis genitus[d] ut
iam dictum est felicis memoriae dux Borivoi feliciter est baptizatus; ante cuius tempora Arnolfus Zuatopluk
filio suo Moraviensium et Boemiensium a. D. 890 concessit ducatum[6]. Hac ipsa tempestate Cy-
rillus et Methudius inventis Bulgarorum litteris verbum Dei predicaverunt Moravicis. Eodem
vero anno quo dux Boemie prefatus Borivoi est baptizatus, Zuatopluk predictus rex Moravie, monachus factus est in Zober
quodam cenobio Pannoniae[e], sed quot annis ibi vixerit posteritas certitudinem non accepit[7].
c. 15. Borivoi vero dux iam tocies nominatus duos genuit filios Zpitigneum et Vratizlaum de Ludmila, Zlavoboris comitis filia,
de castello Psov nomine orta. Quo[f] videlicet Borivoi defuncto[g], Zpitigneus eius senior filius principatum Boemiae
est adeptus; post eum Vratizlaus, qui genuit duos filios de Dragomir, Luticensis principis filia, orta ex Ztodor nomine
provincia, beatum Wencezlaum et Bolezlaum, in eundem Boemiae ducatum est adoptatus. His tot interim annis de-

a) apremi a *c. quod postea quis correxit* apremil, *littera* a *expuncta.* b) *verba a librario omissa, quae iam Dobrowskyus supplenda sensit. Meinertius proponit:* a primo qui Bo. intravit n. B. *etc.* c) quo *c.* d) gentibus *c.* e) *ita corr. Dobrovius.* panno sed *c.* f) q; *cod.* g) defuuto *c.*

4) Opera Heinrici episcopi hoc factum esse narrat Gerlacus Siloensis ad a. 1184. 5) Wiener Iahrbücher, Band 48. Anzeigeblatt, p. 35—38. 6) Error hic natus esse videtur ex verbis Cosmae: *contra dominum suum imperatorem et compatrem Arnolphum.* 7) Cosmae verba: *quamdiu vixit omnibus incognitus mansit* ab auctore nostro perperam intellecta esse patet.

fluentibus quos infra serię certa subnotavimus incerti quo quisque illorum trium, id est Zpitignevi, Vratislavi atque beati Venceslavi, principatum post baptismum[a] Borivoi et obitum acceperit et quot eundem annis cum vita terminaverit[b].

A. D. 895[c]. Arnolfus Italiam Burgundiamque sibi subiecit. Ekk.

A. D. 896. Arnolfus rex Romam veniens, imperator efficitur.

A. D. 897[d]. Karolus iam quindenis creatur in regem Gallie, Outone adhuc vivente, et iniuriam dissimulante. Eodem tamen anno defunctus est. Huius temporibus Formosus erat papa 113.

A. D. 898.

A. D. 899. magna fames homines se invicem comedere persuasit.

A. D. 900. Arnolfus imperator obiit, moxque eodem anno Ungari morte illius audita collecto permagno exercitu Moravianorum[e] gentem, quam illorum auxilio Arnolfus imperator sibi subdiderat, invadunt sibique vendicant. Baioariorum quoque fines occupant, castella diruunt, aecclesias igni consumunt, populos iugulant, et ut magis magisque timeantur, interfectorum sese sanguine potant.

A. d. i. 901, ab Urbe vero condita 1652, Ludewicus Arnolfi imperatoris filius 78. loco ab Augusto admodum puer imperium suscepit, et 12 annis regnavit.

II. A. D. 902. Ungari Charentaniam invadunt, et commissa in sabbato paschae pugna occiduntur.

III. A. D. 903. Ol. 420.

IIII. A. D. 904.

V. A. D. 905.

VI. A. D. 906. Ungarii smarius[e] occiduntur. Berenger, Reginolt et Gerhart germani fratres interficiuntur.

VII. A. D. 907. pugna inter Adelbertum fratrem eorum et Chuonradum fratrem Ludewici imperatoris, in qua Chuonradus occiditur. Ol. 421.

VIII. A. D. 908. Ruodolfus episcopus Wirciburgensis obiit. Adelbertus perfidia Hattonis archiepiscopi et cuiusdam Liutpaldi deceptus, Ludewico rege iubente decollatur. Baioarii ab Ungariis interficiuntur.

VIIII. A. D. 909. Ungarii Saxoniam et Thuringiam vastant.

X. A. D. 910. Ungarii Alemanniam petunt. Leo imperator Constantinopolitanus obiit.

XI. A. D. 911. Franci pugnant cum Ungaris.

XII. A. D. 912. Ludewicus rex moritur. Hic iuxta quosdam ultimus dicitur Karolorum[f] apud orientales Francos imperantium; iuxta quosdam vero Chuonradus qui post eum imperavit, ultimus computatur, a quibus pater illius Chuonradus qui ab Adalberto interfectus est, frater Ludewici huius fuisse estimatur. Sed huius diversitatis error scriptoribus regnorum imputetur.

A. d i. 914. Urbis autem condite 1664, Chuonradus filius Chuonradi quem Adelbertus occidit, Francorum ex genere oriundus, vir streuuus bellorumque exercicio doctus, omnium electione 79. loco ab Augusto regnum accepit, et 7 annis regnavit.

II. A. D. 914. predicti principes regi rebellant. Ruodolfus rex moritur, post quem Ludewicus Karoli filius in regnum patris consilio Hugonis ducis filii Ruotperti ex transmarinis partibus ad Gallias reducitur, cui idem Hugo tamen postea adversatur. Hoc tempore Martinus papa 116. extitit.

III. A. D. 915. Ungarii Alemanniam devastant. Hatto archiepiscopus obiit, cui Heriger successit.

IIII. A. D. 916.

V. A. D. 917. Salomon episcopus captus est. Ungarii Alamanniam totam igne et gladio vastant.

VI. A. D. 918. Erkenger dux et Bertholfus germani decollantur fratres. Basilea ab Ungaris destruitur.

VII. A. D. 919. Ungarii per Alemanniam et Alsaciam transeuntes Lotharingiam invadunt. Burchardus dux constituitur. Chuonradus rex moritur, cuius consilio et precepto Heinricus dux Saxoniae, filius Otonis ducis, in regnum provehitur.

A. d. i. 920, ab Urbe autem condita 1671, Heinricus genere Saxo filius Ottonis ducis 80. loco ab Augusto in regnum eligitur, regnavitque annis 17.

II. A. D. 921.

III. A. D. 922. Ruotpertus frater Outonis regis et pater Hugonis machinante[g] Giselberto ducę socero Heinrici regis, in deiectionem Karoli regno Galliarum preponitur.

IIII. A. D. 923.

V. A. D. 924.

VI. A. D. 925. Hiltine Augustensis episcopus obiit, cui sanctus Oudalricus successit.

VII. A. D. 926. sanguis Domini in Augiam insulam venit.

VIII. A. D. 927. Burchardus dux Alamannie in Italia occiditur. Herimanno Alamannia committitur.

VIIII. A. D. 928.

X. A. D. 929. sanctus Wencezlaus martirizatus est. Eodem anno Boleziaus[h] infelix frater beati Venceslavi principatum Boemiae accepit. Cosm. I, 17.

XI. A. D. 930. sancti Viti aecclesia 10. Kal. Octobris est dedicata a Michaelę Ratisbonensi episcopo[8]. c. 18.

XII. A. D. 931. Heinricus rex Boemiam petit. Ekk.

XIII. A. D. 932. translatum est corpus beati Wenceslavi de castello Bolezlau in Pragam. Cosm. I, 19.

XIIII. A. D. 933.

XV. A. D. 934. Heinricus Ungarios interfecit. Ekk.

XVI. A. D. 935. Notingus episcopus Constantinensis obiit, cui Chuonradus successit.

XVII. A. D. 936. Heinricus rex obiit. Post Martinum papam Agapitus Romane sedis fuit 117, dein Octavianus 118, Leo 119, Benedictus 120, Iohannes 121.

A. d. i. 937, ab Urbe autem condita 1688, Otto Magnus, Heinrici filius, 81. loco ab Augusto eligitur in regnum ab omni populo Saxonum et Francorum, regnavitque annis 38.

a) baptismam c. b) termina c. c) *male librarius hic interponit* A. D. 896. d) *ita correctum pro* XCVIII. e) *error iam in Chron. dicto Wirziburg. commissus pro* a Marvis. f) Karolum c. g) manachinante c. h) Bolezlaus c.

8) Cosmas annum non indicavit, sed rem narravit ad a. 929. Michael autem a. 944. episcopus factus est.

Ekk. II. A. D. 938. Heinricus frater Ottonis regis ab Eberardo[a] comite comprehenditur.

III. A. D. 939. Otto rex cum fratre Heinrico et Giselberto Eberhardoque pugnantibus militibus suis victoriam reportat.

IIII. A, D. 940. rege in partibus Alsacie castellum Brisahc obsidente[b], episcopi quidam noctu relictis tentoriis subtraxerunt se. Eberardus comes ab Utone et Chuonrado iuxta Rhenum occisus est. Giselbertus dux in aqua suffocatur. Burchardus Wirciburge sis episcopus obiit.

V. A. D. 941. Otto rex Gallias petiit.

VI. A. D. 942. Otto et Ludewicus reges pacificantur.

VII. A. D. 943. indictio 1.

VIII. A. D. 944. Ungarii cum Baioariis pugnant et vincuntur.

VIIII. A. D. 945.

X. A. D. 946.

XI. A. D. 947. [Berhtolfus dux Baioariorum, frater Arnolfi ducis moritur[c]] et Heinrico fratri regis ducatus committitur. Edith regina obiit.

XII. A. D. 948.

XIII. A. D. 949. Herimannus dux Alamannorum moritur, pro quo Liutolfus filius regis Otonis dux constituitur.

Cosm. I, 20. XIIII. A. D. 950. Bolezlaus dux Boemorum frater beati Wencezlavi Ottoni regi rebellavit; quem rex Otto valida manu adiit, suaeque dicioni per omnia subdidit.

Ekk. XV. A. D. 951. Berenger rex Longobardorum Chuonrado suadente apud Augustam cum filio suo Adelberto ad deditionem venit, factusque miles regis remissus est in regnum cum pace.

XVI. A. D. 952. Otto rex Italiam intravit causa Adelheide regine, ipsaque accepta uxore, nuptias celebravit Papiae.

XVII. D. 953. Liutolfus dux patri rebellat, et dux Chuonradus cum eo.

XVIII. A. D. 954. Ungarii Italiam petunt, Noricam et Franciam.

XVIIII. A. D. 955. Ungarii totam Baioariam depopulantes iuxta Augustam Alamannie urbem ab Ottone rege pugna victi, inmensa cede necantur.

XX. A. D. 956. Liutolfus dux Italiam hostiliter intravit.

Cosm. I, 21. a. 967. XXI. A. D. 957. Bolezlaus frater beati Wencezlavi Idus Iulii obiit, cui filius eius Bolezlaus piissimus successit. Huius soror[d] Mlada nomine hoc ipso mutato Maria prima ad cenobium sancti Georgii[e] abbatissa constituitur, et Detmbarus aecclesiae Pragensis presul primus efficitur.

Ekk. XXII. A. D. 958. cruces in vestibus hominum apparuerunt. Ind. 1.

XXIII. A. D. 959.

XXIIII. A. D. 960. Poppo Wirciburgensis episcopus obiit.

XXV. A. D. 961.

XXVI. A. d. i. 962. Otto rogatu Iohannis papae et querimonia multorum de Berengario et [filio] proclamancium Romam tendit, ibique imperator ab eodem papa factus, Berengarium capit, et cum coniuge sua Willa nomine ad castellum Babenberg misit, ubi et presentem vitam clausit.

XXVII. A. d. i. 963. Otto imperator natale Domini Papie agit.

XXVIII. A. d. i. 964. Otto imperator natale Domini Rome moratur, ubi et filius eius Otto coronatur.

XXVIIII. A. d. i. 965.

XXX. A. d. i. 966.

XXXI. A. d. i. 967. Otto imperator de Italia redit.

XXXII. A. d. i. 968.

Cosm. I, 24. XXXIII. A. d. i. 969. Dethmharus Pragensis episcopus 4. Non. Ian. obiit, cui beatus Adalbertus successit, 11. Kal. Mart. eiusdem anni in episcopum electus.

XXXIIII. A. D. 970.

Ekk. XXXV. A. D. 971. signum quoddam ignei coloris in celo apparet.

XXXVI. A. D. 972.

XXXVII. A. D. 973. indictio 1.

XXXVIII. A. D. 974. Otto imperator obiit Non. Mai. Eodem anno sanctus Oudalricus migravit anno episcopatus sui 50. Post Iohannem papam Benedictus ordinatur 122, post quem item Benedictus 123.

I. A. d. i. 975, ab Urbe autem condita 1726, Otto II. Magni filius, 82. loco ab Augusto regnare cepit, et annis 9 regnavit. Hic vivente patre in regnum electus, Romeque ab apostolico regni corona[f] decoratus, mox ut pater defunctus est, ab omnibus qui aderant denuo eligitur et in regni sedem locatur.

II. A. D, 976.

Cosm. I, 27. III. A. D. 977. Dubrauca obiit, que adeo fuit reproba ut duci Polonico nupta peplum capitis iam vetula deponeret et coronam puellarem sibi inponeret.

IIII. A. D. 978.

V. A. D. 979.

VI. A. D. 980.

VII. A. D. 981.

Ekk. VIII. A. D. 982. Otto imperator apud Calabriam occiso a Grecis exercitu de navi exiliens natatibus aufugit.

A. D. 983. Ol. 440. Otto imperator Rome moritur 6. Idus Decembris ibique sepelitur. Poppo iunior Wirciburgensis episcopus obiit.

I. A. d. i. 984, ab Urbe condita 1734, Otto III. Ottonis II. filius, ammodum puer 83. loco ab Augusto Romanum imperium suscepit, et annis 17 regnavit.

II. A. D. 985.

III. A. D. 986.

IIII. A. D. 987. Ol. 441.

V. A. D. 988. fames magna facta est. Ind. 1.

VI. A. D. 989. Hugo Wirciburgensis episcopus obiit.

Cosm. I, 28. VII. A. D. 990. sanctus Adalbertus Rome ad Sanctum Alexium ignotus quis esset monachus efficitur.

a) Eherardo *c.* b) *supra lineam add.* ab inicio *quae Ekkehardus non habet.* c) *verba a librario omissa, spatio tamen relicto.* d) gror *c.* e) gerogii *c.* f) coronā *c.*

VIII. A. D. 991.

VIIII. A. D. 992.

X. A. D. 993.

XI. A. D. 994. sanctus Adalbertus episcopus de Praga civitate a Prucis martirio coronatur. Berenwardus epi- Ekk.
scopus Wirciburgensis obiit.

XII. A. D. 995. fratres sancti Adalberti Lubic sunt interfecti, quorum nomina haec fuerunt: Zobebor, Zpitimir, Cosm. I, 29.
Probrazlau, Portu, Caslau.

XIII. A. D. 996.

XIIII. A. D. 997. Cuonradus dux[a] obiit. Ekk.

XV. A. D. 998. sanctus Adalbertus est martirizatus feria sexta, quo Cos. I, 31 sq.

XVI. A. D. 999[9]. anno pascha fuit 7. Kal. Mai, et eodem anno Teddagus episcopus Non. Iulii est in episcopum consecratus. Item hic secundus Bolezlaus dux patri dissimillimus utpotę christianissimus obiit, cui tercius Bolezlaus suo fratre[b] Wencezlao mortuo successit. Cui Mesco dux Poloniae ad convivium invitato oculos abstulit, et Boemiam a. D. 1000. vi invasit, et duobus eam annis obtinuit. Item Vrissovici Iaromir iuniorem filium Bolezlai ducis ad montem Veliz captum ligaverunt, sed per fidelem servum Douhoram proditi in fugam dilapsi sunt. Oldricus vero senior filius Bolezlai traditus fuerat a patre ad imperialem curiam. Item eodem anno Radim sancti Adalberti frater ad Gneznensem[c] aecclesiam episcopus ordinatur.

Anno 1001.

Anno 1002. Hic dux Oldricus incertum est an clam fuga elapsus vel imperatoris gratia dimissus in Boemiam regrediens Meskone turpiter fugato duccatum patris sui obtinuit, et ex Bozena coniuge aliena non ex propria Bracizlaum filium genuit.

Anno 1003. Hic interfecti sunt Vrissovici.

Anno 1004. Hic quinque fratres Bolezlavenses martirizati sunt[d].

Anno 1017. Teddagus Pragensis episcopus 4. Idus Iunii obiit, cui Heccardus successit, qui constituit ut modius 5 palmarum et 2 digitorum pro decimacione unus tritici et alter avene solveretur.

Anno 1023. Heccardus presul obiit 6. Idus Augusti, cui Izo successit qui ordinatus [est] eodem anno 4. Kal. Ianuarii.

Anno 1025. Heinricus imperator obiit. 1024.

Anno 1026. 15. Kal. Iulii obiit Bolezlaus rex Polonie. 1025.

Anno 1029. Hoc anno dux Bracizlaus magna cede Ungaros stravit procedens de Moravia et usque ad Strigoniam 1030.
terram illorum vastavit. Eodem anno Izo episcopus obiit 3. Kal. Februarii, cui Severus successit, et in festo apostolorum
Petri et Pauli episcopus est ordinatus, et eodem anno Zpitigneus filius ducis Bracizlai in Moravia natus est. 1031.

Anno 1035. Oldricus dux Boemie obiit, et dux Iaromir quem frater Oldricus excecaverat, elegit nepotem suum 1037.
Bracizlaum ducem Boemie. Bolezlaus obiit, quem Mesco dux Polonie[e] cecaverat.

Anno 1039. Hic de Polonia transfertur beatus Adalbertus et Radim frater eius et 5 fratres Bolezlavenses.

Anno 1040. Henricus II. imperator cum suo exercitu in silva[f] prope Tugozc[10] a Boemicis graviter sternitur 10
et Bracizlao.

Anno 1041. Henricus imperator hostiliter invadit Boemiam, et igne vastat eam, sui ulciscens iniuriam, et usque ad Sybenu[g] montem perveniens ibi castra metatus est, et ibidem dux Bracizlaus redit in eius gratiam per coniugem suam.

Anno 1045. Gunterius heremita 6. Idus Oct. obiit.

Anno 1046. Ecclesia Bolezlavensis a Severo episcopo dedicata est 14. Kal. Iunii.

Anno 1049. Hic Bracizlao a Polonicis est laudata pecunia 500 marcarum in perpetuum solvenda. 1054.

Anno 1052. Obiit Bozena coniunx Oldrici, mater Bracizlai.

Anno 1055. Dux Bracizlaus obiit 4. Idus Ian. cui Zpitigneus filius[h] eius successit, qui absque mora omnes Teutonicos eiecit de terra, et cum matre sua nomine Iuditha Ottonis Teuthonici filia, et sancti Georgii abbatissa.

Anno 1058. Iuditá uxor Bracizlai ductrix Boemiae 4. Non. Aug. obiit, que prius eiecta fuerat de terra quia Petro regi Ungarorum nupserat[11]; que postea a filio suo Vratizlao reportata, iuxta virum suum Bracizlaum in Pragensi aecclesia est sepulta.

Anno 1059. Dux Zpitigneu de rotunda sancti [Viti] aecclesia [ubi sanctus Wenceslaus] est sepultus[i], et de altera 1060.
quasi [in] por[ticu sita] ubi corpus beati Adalberti iacebat, unam maiorem facit.

Anno 1060. Dux Zpitigneu obiit sexto principatus sui anno. Cui Vratizlaus frater eius successit, qui mox inter 1061.
fratres suos Conradum et Ottonem terram Moravicam dividit, Ottoni orientalem, Conrado dans australem.

Anno 1067. Severus episcopus 5. Idus Decembris obiit. Hic a duce Bracizlao captus et cathenatus ac carceri fuit mancipatus, qui fertur omni tempore sui presulatus Boemie et Moravie unum rexisse episcopatum[12], nisi rogatu ducis Vratizlai concesisset Iohannem monachum de Brevnov sumptum ordinari in episcopum.

Anno 1068. Gebardus[13] a fratribus Conrado et Otone de militari habitu revocatus ad clericalem, in episcopum 13
est electus. Lanco autem ab omnibus Boemicis solo eum duce predicto eligente repudiatur. Eodem anno Marcus prepositus Pragensis de fratribus eiusdem aecclesiae irregularibus facit regulares et instituit eis omni anno 30 modios tritici et totidem avene dari. Qui post 30 annos sue prepositure 18. Kal. Mar.[k] obiit.

a) rex *cod.* b) fratri *c.* c) adegrezneusem *c.* d) *abhinc annorum numeros quibus nihil adscriptum est, omisi.* e) ß *c.* f) *ita tacite corr. Dobner.*, e. insula *c.* g) Sibenica *Cosm. Mons dictus Galgenberg ante castrum Pragense, teste Tomek.* h) frater *c.* i) sepulta *cod.; verba uncis inclusa, a librario omissa, ex Cosmae Chronico supplevi.* k) Dec. *Cosmas.*

9) Ita haec collocata sunt in codice; Cosmas mortem Adalberti, qui a. 997. obiit, anno 996, consecrationem Teadagi a. 998, mortem Bolezlai a. 999. tribuit. 10) oppidum Taus. 11) Cosmae verba hic male intellecta esse patet. 12) Apparet nostrum dubitare, et infra a. 1078 Iohannem vocat tertium Olomucensem episcopum. In Necrologio Bohemico d. 3. Iulii inscriptus est *Gec episcopus Mor.* alias incognitus. Infra tamen a. 1126. Iohannem II. vocat septimum. 13) alio nomine prius Iaromir dictus.

Anno 1074. Gebeardus episcopus Romam adiit, pulsus a sede sua, sed restituitur a Gregorio papa.

Anno 1077. Pater patrie, Otto dux Moraviae cum coniuge grata, nomine Eufemia, hoc in tempore construxit monasterium prope urbem Olomuc, sancti Stephani in honore pro eterne retribucionis munere contemptoribus[a] mundi, Deo ad serviendum, auro et argento 14 et omnibus ornamentis bene ditatum[14].

Anno 1078. 3. Non. Febr. gloriosa huius oratorii dedicatio scilicet sancti Stephani protomartyris ab umillimo tertio[b] Olomucensis aecclesiae episcopo nomine Iohanne facta est, presente serenissimo principe Ottone, eiusdem oratorii constructore, et coniuge sua Eufemia et aliis. Iohannes abbas hic ordinatus est.

Anno 1081. Iohannes abbas obiit. Cui Bermarus successit.

Cosm. II, 35. Anno 1082. Principes Boemiae devastaverunt Racouzi[15].

Anno 1085. Obiit Iudita Polonica ductrix.

Anno 1086. Obiit Otto dux Moravie. Rex Wratizlaus factus est.

1086. Anno 1087. Hic dux Boemie unctus est in regem Wratizlaus, et uxor eius Zuatava in reginam. Eodem anno 5. Idus Iunii[16] pater Moravie dux Otto migravit ab hoc mundo.

Vivat in celis, ubi vivit quisque fidelis.

Cosm. II, 41. Anno 1090. 6. Kal. Iul. obiit Gebeardus septimus episcopus Pragensis aecclesiae qui fuit pater clericorum et consolator pupillorum.

Mon. Sazav. Anno 1091. Cosmas electus est in episcopum. Eodem anno monasterium sancti Wencezlai combustum est. In illa hieme nec nix nec pluvia fuit.

Cosm. II, 51. Anno 1092. Eclipsis solis fuit[17].

ib. II, 50. 51. Anno 1093. Obiit Wratizlaus rex. Cui Chonradus successit, sed eodem post menses 7 mortuo Chuonrado Bracizlaus successit. Eclipsis solis fuit.

Anno 1094. Cosmas ordinatus est episcopus octavus Pragensis aecclesiae, et eodem anno Bracizlaus dux Boemie Liuchardam accepit in uxorem.

18 Anno 1095. In Boemia et ubique mortalitas hominum facta est[18] Obiit Wladizlaus rex Ungarorum[19].

Cosm. III, 4. Anno 1096. Dedicatio aecclesiae sancti Viti. Et Iudei christianismum perceperunt. Eodem anno Andreas Moraviensis episcopus obiit[20]. Eclipsis lune. Ea tempestate Spes latinę, sclavonice Nadey natus est[21].

Cosm. III, 6. Anno 1098. 4. Idus Dec. Cosmas episcopus octavus Pragensis aecclesiae obiit.

1100. Anno 1099. Hermannus episcopus nonus ordinatus est. Dux Boemie Bracizlaus iunior obiit. Cui frater eius Dec. 22. Borivoy successit in regnum. Eodem anno Theutonici cum filiis Chuonradi[22] Boemiam intraverant, ut seniorem eorum 1101. fratrem scilicet Udalricum intronizarent, et ducem Borivoy de terra fugarent. Sed Dei non sua dispositione quidam eorum interfecti, quidam per fugam vix fuerunt morti erepti. Episcopus vero Frisingensis, qui simul cum eis venerat in auxilium capellam suam amisit, et ipse vix evasit.

Anno 1101. Hic interfectus est dux Bracizlaus, et frater eius Borivoy successit[23].

Cosm. III, 17. Anno 1104. Iohannes electus est in episcopum Moravie.

cf. Cosm. III, 18. Anno 1105. Hoc anno dux Borivoy cum suis venit in auxilium imperatori Heinrico, et eum revertentem de expedicione, quam contra filium suum habuerat, in terra sua quam optime suscepit. Quem ipsemet cum suis per terram suam conduxit ac de suis rebus 24 dignissime procuravit, donec in sumitate montis qui boemicę dicitur Wissechore[24], liberalissime donatum militi suo scilicet Wibberto conducendum comisit.

Anno 1106. Cometa apparuit. Heinricus cesar obiit.

Anno 1107. Hic diabolo suadente expulsus est Borivoy de sede sua, et Zuatopluk[c] intronizatus[25]. Wacezlaus natus est[26]. *Ones abbas obiit*[27].

Anno 1108. Isto anno populavit Borivoy provinciam fere totam Gradec[28]. Eodem vero anno Zuatopluc rediens de Ungaria interfecit Ursenses, 6. Kal. Novembris[29].

a) contemporibus *c.* b) .III. *cod.* c) Zutopluk *c.*

14) Monasterium Gradicense, Hradisch. Privilegia Ottonis et Wratizlai a. 1078. post Piterum edidit V. C. Boczek in C. D. Moraviae I, 162. 164. 15) i. e. Austriam. 16) Dies fort. e Cosmae Chron. sumpta est; sed ibi a. 1086. indicatur, cui etiam noster eiusdem Ottonis mortem iam assignavit. 17) Eadem ni fallor, quam melius a. 1093. iterum commemorat, quamquam etiam a. 1092. eclipsis solis fuit. 18) Commemorat Cosmas cum Ann. Hild. ad a. 1094. Ann. Prag. ad a. 1096. 19) d. 4. Kal. Aug. quo et Necrologio Bohemico inscriptus est. 20) d. 11. Kal. Iunii, teste Necrologio Bohemico. 21) Zuatopluki ducis Olomucensis filium fuisse coniicit Meinertus; cf. anno 1107. Abbatem Trebicensem, qui a. 1160. commemoratur, arbitratur Palackyus. 22) Udalrico et Lutoldo, a. 1101; v. Cosm. III, 15. 23) Idem iam a. 1099. retulit. 24) i. e. mons summus. Per montes nunc *Erzgebirge* dictos eum egressum esse constat. Wibbertus enim urbem Budissin obtinebat. 25) filius Ottonis ducis Olomucensis. 26) filius Zuatopluki. 27) Opatowicensis primus abbas. 28) Königgrätz. 29) quos Cosmas Vrisoviços vocat, quem cf. III, 23. In Necrol. Boh. scriptum est: 5. *Kal. Nov. Hic interfecti sunt Ursenses.*

Anno 1109. Zuatopluk mense Februario[30] oculo perdito 11. Kal. Octobris interfectus est. Cui successit Wladizlaus. Cosm. III, 25-28.

Anno 1110. Hoc anno furtim intravit Borivoy urbes Pragam et Visegrad[31] et vix evasit. Dux Sobezlaus cum duce Poloniorum Bolezlao depopulaverunt partem Boemie ultra fluvium Labe, quibus Wladizlaus satis obstitit[32]. Facta est autem haec strages 8. Idus Octobris. In qua Nozizlau et Drisicray filii Lubomir et alii quam plurimi ceciderunt. ib. 28 sq.

Anno 1111. Regina Zuatava inter natos suos satagente, et episcopo Hermanno mediante, atque Wacko palatino comite, licet contra suam salutem id favente, dux Wladizlaus fratrem suum Zobezlaum revocavit de Polonia, et dedit ei civitatem Satc cum omni ad eam pertinente provincia. Eufemia ductrix obiit[33]

Anno 1112. Otto dux dimissus[34].

Anno 1113. Udaldricus dux obiit[35].

Anno 1114. Otto duxit[a] uxorem[36]. Luduicus[37] deceptus est et catenatus. 36

Anno 1115. Eufemia nata est[38].

Anno 1116. Bellum fuit inter Boemos et Ungaros, sed Boemis terga vertentibus Moravienses maxima cede prostraverunt Ungaros. Ea tempestate obiit Colomannus rex. Eodem anno dimissus est Borivoy et recepit ducatum, fratre Wladizlao bona voluntate sibi tradente, et prelium ortum est[39]. Cosm. III, 42. c. 43.

Anno 1117. Terre motus factus est.

Anno 1118. Hoc anno duci Borivoy regnum restitutum est Domino adiuvante. Eodem vero anno maxima inundacio fluminum fuit in Boemia.

Anno 1119. Ingens ventus multas municiones subvertit.

Anno 1120. Borivoy tercio depulsus, locatus autem Wladizlaus.

Anno 1122. Hermannus nonus episcopus Pragensis aecclesiae obiit. Et Meginardus electus est. Dethleb natus est[40].

Anno 1123. Zobezlaus pulsus est de Moravia. Cosm. III, 51

Anno 1124. 3. Non.[b] Febr. dux Borivoy in Ungaria obiit. Wladizlaus cepit infirmari.

Anno 1125. 2. Idus Apr. obiit dux Wladizlaus pius et misericors ac humilis. Cui successit dux Sobezlaus vir strennuus, iunior etate, senior autem moribus, et omnimoda probitate.

Anno 1126. Habundancia nivis maxima fuit, in qua multi homines mortui sunt. Inundacio aque et glacies multis rebus nocuit. Hic Lutterus rex venit cum exercitu contra Boemienses iuxta oppidum nomine Hlumec, ubi Sobezlaus dux cum suo comitatu Dei adiutorio partem primatum interfecit, inter quos ruit Otto dux. Moraviensis princeps interfectus est[41] 14. Kal.[c] Mar. et sic domnus Sobezlaus et Boemienses cum magno honore et victoria redierunt. Bracizlaus captus est. Capella in monte Rip renovata[d] est. Zuatava regina obiit. Eodem anno 9. Kal. Mar.[42] obiit Iohannes septimus episcopus. Item eodem anno electus est 11. Kal. Aprilis Cont. Wiss. 41 cf. Cont. Sax.

Presul Heinricus vere pietatis amicus
Dextera pauperibus infirmis atque baculus.

Et eodem anno Deo annuente honorifice Vormacie in aecclesia sancti Cyriaci martyris consecratus est 5. Non. Octobris. Wacezlaus dux intronizatus est[43].

Anno 1127. Sobezlaus dux et Liuterus rex inierunt pacem in oppido Merseburc. Transactis sex septimanis obsederunt castrum Normberc, ibique decem ebdomadis expletis redierunt ad sua. *Obiit Zulizlaus abbas*[44]. cf. Cont. Wiss.

Anno 1128. Liuterus rex in die pasche levavit in fonte baptismatis filium ducis Sobezlai, factique sunt intimi amici; cui parvulo post confirmacionem filius Wiberti post exitum vitae suae promisit totum predium[e] suum ibidem astantibus primatibus Saxonum. Expedicio facta est a Sobezlao in auxilium compatri et regi contra falsum regem Conradum, sequenti vero die cum gratiarum accione rediit ad propria. *Eodem vero anno Blasius*[44] *gratia Dei 3. Kal. Iulii electus 2.que Idus Augusti ordinatus est.* Non post multum vero temporis Cuonradus filius Lutholdi captus est a Sobezlao, et multi primates Boemiorum capti et catenati atque inclusi sunt in custodia. Eclipsis lune rubea. Transactis decem diebus ad noctem rubea signa apparuerunt in celo ab aquilone. Cont. Wiss.

Anno 1129. Wratizlaus filius Ŏdalrici captus est a Sobezlao et post haec in exilium missus est.

Anno 1130. Wacezlau dux Moravie obiit. Eodem anno domnus Meinardus episcopus Pragensis causa oracionis Hierosolimam petit. Dux Sobezlaus castrum Kladsko renovavit. Mirozlaus filius Iohannis cum quibusdam nefariis in mortem eiusdem ducis coniuravit, qua pernitiosa coniuratione evidenter patefacta tam ipse Mirozlaus quam sui fautores unanimi Boemiorum sentencia dampnati, cecati et obtruncati, interierunt. Krivozud quoque et cf. Cont. Wissegr.

a) dux c. b) 4. Non. *Cosm.* c) 12. Kal. *Cont. W.* d) reuocata c. e) pheodum *C. Wiss. cf. infra a.* 1135.

30) Error hic videtur manavisse ex male intellectis Cosmae verbis III, 26. Dies emortualis in Necrol. Boh. est d. 10. Kal. Octobris. 31) 1109. Dec. 24. 32) Boleslaum vicisse refert Cosmas III, 36. 33) uxor Ottonis I. ducis Olomucensis. Necrologio Boh. inscripta est d. 2. Aprilis. 34) filius Ottonis I, m. Dec. a. 1113. teste Cosma III, 39. 35) Cosmas III, 41 mortem eius commemorat ad a. 1115. 36) Sophiam filiam Heinrici comitis de Berge. 37) *Sobezlaus* legere iubet Meinertus; v. Cosm. III, 39. a. 1113. 38) filia Ottonis II. 39) Ipsum illud cum Ungaris praelium intelligi arbitror, et hanc sententiam non e Cosmae Chronico sed aliunde petitam existimo. 40) filius Ottonis II. ducis Olomucensis, a. 1172. episcopus Olomucensis. 41) Annalium Gradicensium verba inconcinne inserta. 42) *XI. Kal. Marcii* Mon. Sazavensis. At nostro favet Necrologium Bohemicum. 43) Olomucensis, filius Swatopluki. 44) Opatowicensis.

Wacemil et Albreht[45], super eadem coniuratione accusati, et ardenti ferro probati, divinoque Iun. 23. iudicio dampnati, in Pragensi foro miserabiliter sunt decollati. Bosik eciam capellanus in coniuracione iam dicta deprehensus, et ipsum ipse confessus, in custodia usque ad reditum Mart. 25. domni episcopi Meinardi est tentus. Eodem anno 8. Kal. Aprilis inauditum seculis miraculum in aere visum est, videlicet circulus ultra modum splendidus in modum magne civitatis, ab[a] hora tercia diei usque ad horam quintam, in quo eciam ad similitudinem solaris splendoris quinque loca lucidissima visa sunt. Ea utique tempestate

Visu privatus bonus heros est Bracizlaus[46].

Item eodem anno signum ad similitudinem draconis vespertina hora per multas provincias in aere visum est.

Anno 1131. Gloriosissima et famosissima dedicacio scilicet Sancti Wencezlai mar- 47 tyris[47] a reverentissimo provisore suo Heinrico episcopo 2. Kal. Iulii facta est presente serenissimo principe Sobezlao et coniuge sua, necnon et plurimis proceribus ac inequiperabili multitudine cleri et populi. Eodem anno domnus episcopus Meinardus Hierosolima rediit.

Anno 1132. Cometa apparuit. Inter principes Boemie et Polonie fides sacra et concordia est violata, utrimque dissensionis occasione interposita. Hinc dux Polonie Ungariam intravit, et discidium inter principes eius facere temptavit, nec quod nequiter proposuit ad effectum[b] perducere valuit. At dux Boemie Poloniam intravit, et pro sua suique leviri[48] iniuria in magna parte eandem incendio multoque interitu vastavit. Hoc eciam anno elevate sunt reliquie sancti Gotheardi mire sanctitatis episcopi[49].

Anno 1133. 4. Non. Aug. eclipsis solis 10. hora diei facta est. Eodem anno Boemienses cum Moraviensibus quater Poloniam nemine resistente depopulando invaserunt. Prefati vero Moravienses innata sibi probitate edificiis urbis quae vulgo dicitur Kosli[50] exustis et funditus dirutis infinitam multitudinem utriusque sexus cum multis spoliis in captivitatem duxerunt. Eodem anno dedicata est capella sancti Egidii.

Anno 1134. Chonradus dux a vinculis solutus est[51]. Hoc eodem anno Meinardus decimus Pragensis aecclesiae episcopus

Vita privatus est caeli sede locatus.

Cui Iohannes successit

Inclitus atque probus virtutum matre repletus.

Anno 1135. Iohannes undecimus Pragensis aecclesiae episcopus Deo annuente feliciter 52 13. Kal. Mar.[52] consecratus est. Lupoldus dux[53] intronizatus est in Moraviam.

Anno 1136. Heinricus marchio filius Wiprachti mortalibus exutus ritibus viam universe carnis est ingressus[54]. Hic quia neminem de propinquitate sua superstitem habuit, predia ad se pertinencia Sobezlao duci Boemico suisque posteris dedit, hereditario iure in sempiternum possidenda. Hoc eciam anno in regione australis marchionis plus solito facta Danubii inundacio, immo digna Dei indignatio, 40 villas cum rebus suis summersit.

Anno 1137. Domnus Heinricus huius terre reverentissimus antistes Hierosolimam causa oracionis et ob remissionem facinorum suorum profectus est. Ea vero tempestate Lupoldus Cont. Sazav. dux pulsus est de Moravia. Wladizlaus filius Sobezlai ducis intronizatus est. In Boemia monasterium sancti Iohannis baptiste[55] incendio ruit. Eodem anno Lotarius Romanorum imperator, pauperum et peregrinorum pius consolator, 2. Nonas Dec. migravit ab hoc mundo. Eodem anno dedicata est ecclesia in Segun.

Anno 1138. Prefatus domnus episcopus visitato gloriosissimo Domini sepulchro incolomis ad sedem suam rediit. Rex Cunradus electus est. Eodem anno 8. Kal. Sept. Cuno

a) ad *c.* b) defectum *c.*

45) Henricum vocat Cosmae continuator Wissegradensis, qui eos decollatos dicit d. 9. Kal. Iulii. In Necrol. Bob. ad h. d. notatum est: *Criuosud comes occisus est.* 46) filius Bracizlai II. ducis Bohemiae. 47) ecclesiae cathedralis Olomucensis, quo tunc sedes episcopalis de antiqua sancti Petri ecclesia translata est; v. Vinc. ad a. 1141. 48) Bela II. frater erat Adelheidae ducissae, uxoris Subezlai I. 49) Hoc factum etiam Cont. Wissegrad. commemorat. Boleslaus Polonicus a. 1135. orationis causa Hildesheim ad Sanctum Gotehardum perrexit, teste Annalista Saxone. 50) Kosel urbs Silesiae. 51) dux Znoimensis II, filius Liutoldi, captus a. 1128. 52) Haec erat dominica. 3. *Kal. Mart.* legitur apud Mon. Sazavensem. 53) filius Borivoyi II, dux Olomucensis. 54) a. 1135. Dec. 31. Chron. Montis Sereni cum Necrol. Erf. et Pegaviensi. Marchia eius Conrado de Wettin tradita est, Budissin autem cum pertinentiis suis Sobezlao cessit. 55) Ostrow.

abbas monasterii sancte Marie[56] migravit ex hac luce, cui in sequenti anno Adalbertus successit. Ea tempestate Bolezlaus dux Poloniorum est vita privatus[57]. Eodem anno domnus Deocarus nostri monasterii[58] abbas et rector in omnibus discretus[a], videns valde de- 58 structum[b] monasterium cepit originalem partem laciorem affundamento construere: quam ut perficiat vitam et sanitatem ac omnem prosperitatem concedat ei omnipotens Dominus.

Anno 1139. Iohannes undecimus Pragensis aecclesiae episcopus, clericorum et monachorum verus amator, pauperum Cont. Sazav. et peregrinorum pius consolator, 6. Idus Aug. migravit ab hoc seculo. Cui eodem anno Silvester Zazavensis aecclesiae abbas, vir vere Israelita, in episcopatum successit; sed in sequenti anno Deo [a quo] omnia bona procedunt inspirante eundem episcopatum cum bona voluntate dimisit, suamque abbatiam recepit.

Anno 1140. Sobezlaus dux Boemicus 16. Kal. Mar. mortalibus exutus, viam universe carnis est ingressus. Cui eodem anno Wladizlaus filius Wladizlai successit. Qui eodem anno annuente Deo revocavit fratrem suum, Ottonis principis Moravie filium, nomine Dethleb[59], de Ruzia, et intronizavit eum in patria sua scilicet in Moravia. Eademque tempestate renuente Silvestro episcopatu Boemico, Otto duodecimus Pragensis aecclesiae canonicus et prepositus electus est in episcopatum et consecratus. ibid.

Anno 1141. Bela rex Ungarorum obiit. Cui[c] filius eius[60] in regnum successit. Wladizlaus filius Zobeslai principis Boemiae aufugit de Boemia in Ungariam. Eodem anno domnus episcopus Heindricus ob amorem celestis patrie non veritus feritatem incredulorum convertit iter suum ad Pruzie terre gentem, Dei caeli ignorantem et creaturam pro creatore colentem, quatinus ex ea quos Deus ad eternam predestinavit vitam, ceu fluctivagos pisces rete fidei comprehensos de erronea infidelitate ad indeficiens lumen perduceret.

Anno 1142. Eclipsis lune ante plenilunium facta est, intantum quod cornuta nobis esse videretur. Quam eclipsin quanta pericula partibus in nostris subsecuta sunt, non sine flebili gemitu perstringimus.

Cogimur effari sunt horrida quae meditari.
Et nos erumnam[d] toleravimus heu triplicatam.

Nam infandum et non tantum civile sed eciam plus quam civile bellum inter nostrates exortum est. Monasteria canonicorum et monialium[e] Prage exusta sunt, et depredaciones populi in diversis locis extiterunt. Ast Wladizlaus dux Boemicus cum suis victus a Moravicis imperatorem Conradum adiit, quo in auxilium eius veniente prefatus dux principatum suum obtinuit. Episcopus vero Heinricus adhesit Boemico duci, favens parti eius consilio et actibus, quapropter a principibus Moravie, videlicet Conrado, Ottone, Wlatizlao[61], ponti- 61 ficatus eius[f] est interdictus. Sed ipse vehementer inde dolens duces cum suis fautoribus excommunicavit, sepulturam et ecclesiasticum officium necnon et baptismi sacramentum per totam parrochiam suam interdixit. Prefati vero principes facto conventu habito consilio decreverunt iussa eius fieri irrita. At pontifex hac commotus controversia parrochianos suos generaliter sub bannum trusit, et[g] qui paulô ante ignorantes Deum a cultu idolorum satagebat eruere, nunc mediante tocius nequicie et necis auctore non est cunctatus gregem suum paganismo tradere.

Iusticii tempus nobis anno sit eodem.
Regna sacerdocio contraria proh dolor extant.

Quibus ita rite explicatis ultrix iusto Dei iudicio fames invaluit.

Anno d. i. 1143. favente nobis divina misericordia cardinalis ab apostolica sede ad nos usque pervenit, et nos omnes ab excommunicationis vinculo absolvit. *Eodem anno isdem cardinalis nomine Guido pristinam electionem domni B. abbatis[62] se ipsum accusantis et ab eo consilium petentis, subtiliter examinavit et eam illegitimam et contra statuta canonum factam reperiens irritam omnimodis fecit. Deinde ipsius admonicione prior cum ceteris fratribus habito consilio prefatum B. presbiterum unanimiter et canonice in presentia domni cardinalis et huius terre antistitis[63] sibi in abbatem elegerunt.*

a) discrectus c. b) structum c. c) Cuius c. d) *ita Meinertus locum corruptum emendavit, scriptum est* cumeam *et primo loco abbreviatio obscura.* e) monalium c. f) *an* ei? g) ut c.

56) Trebicensis. 57) d. 28. Octobris. Annum praeter Cosmae Cont. Wissegradensem et Annalistam Saxonem confirmant Annalium Cracoviensium codices meliores nuper reperti, et per Lentowskium in App. ad Catal. epp Cracov. editi. 58) Gradicensis, nam apud Opatowicenses Blasius abbas erat. 59) immo Ottonem, cui frater erat nomine Dethleb, a. 1172. episcopus Olom. factus. Eorum mater Sophia et Richinza mater Wladizlai sorores erant, filiae Heinrici comitis de Berge. Ceterum Vincentius hoc a. 1141. adscribit. 60) Geisa II. 61) immo Wratizlao, Brunnensi. 62) Blasii Opatowicensis, quem a. 1128. electum retulit. 63) Ottonis Pragensis episcopi.

Anno 1144, 2. Idus Maii, videlicet in ipsa die pentecostes, nimis horribile et nostre etati inauditum apparuit monstrum iuxta castra ducis Ottonis, intuente[a] et aliis quam pluribus proceribus necnon et innumerabili populi multitudine. Nam circa meridiem magna serenitate existente visa est a prefatis personis atra columna ascendere a terra usque ad sumitatem nubium, in cuius circuitu rotabatur impetus turbinis. Cumque niteretur ad prenotatatum locum[b] pervenire, visum est a celi fastigio triangulum signum nimii candoris et miri acuminis sibi obviam venire, quod perculso infando monstro trusit id usque ad ima terre. Facto autem intervallo quasi unius hore iterum visa est alia columna tenebris densior et impetu turbinis validior eodem modo se a terra elevare, contra quam denuo ethtereum signum in modum splendidissime[c] zone, in cuius medietate signum sancte crucis videbatur apparens, mira celeritate eam pertusit et usque ad superficiem terre pressit. Cumque ex militibus quidam audacter causa contemplandi accessissent, obvolutis obtutibus discesserunt; non enim valebant materiem tanti monstri intueri, sabulo et minutis lapillis circa faciem eorum rotantibus et evulsis fruticibus aciem oculorum eorum prepedientibus.

Anno 1145. Otto dux provincie huius, relinquens temeritatem fratrum suorum, videlicet
64 Conradi et Wratizlai, iure Boemico duci adesit[64]. Eodem tempore presul Heinricus profecturus Romam assumpsit secum Ottonem ducem et alios quam plurimos. Cumque unâ venissent ad confinium istius terre, prefati duces, videlicet Konradus et Wratizlaus, collecto exercitu ex inproviso eos invaserunt, et omnia illa cum quibus petituri erant limina apostolorum, eis abstulerunt; Heinrici vero episcopi pii Moravie et[d] Boemie patris, malorum consilio absque dubio vitam finire voluerunt, sed Deo a quo non mala sed omnia bona procedunt auxiliante omne periculum evasit. De cuius evasione et adepta salute omnis clerus et omnis qui vere dilexit eum populus, non modice gavisus est et gaudet. Quam ob rem querimoniam faciente domno episcopo, omnes illi predones ab apostolico excommunicati sunt. Eadem utique tempestate filius Ottonis ducis natus est nomine Wladimir.

---

## CONTINUATIO OPATOWICENSIS.

Anno 1146. Blasius abbas obiit[e].

Anno 1148. Mizloc successit[65]. Homo etatę grandevus, in deliberatione consilii conciliator prudentissimus, in fratrum exorbitationibus delinquentium corrector mansuetus, quietis et ocii impaciens, iniurie a quolibet illate impiger prosecutor, in cultu divino pronus et assiduus. Hic quarto electionis suae anno monasterii huius edificia pre vetustate antiquitatis videns partim corruisse partim casum minari, potissimum duxit reliquum edificii funditus destrui et ex integro reedificari, id ipsum quibusdam ex fratribus annuentibus, quibusdam pro parvitate sumptus renitentibus. Fretus tamen pietate Dei omnipotentis fundamenta incoavit, et fidelium amministratione circumquaque succurrentium prosperatus feliciter consummavit. Mira dicturi sumus. Quociescumque de tempore consecrandi monasterii inter fratres eo presente collocutionis disceptatio agebatur, beate memoriae pater[66] iam dictus quasi quodam presagio inter cetera non sine gemitibus hoc a Deo summo opifice obtineri desideranter deprecabatur, ut circiter festum BEATI LAURENCII ipsa dedicatio templi contingeret; maxime propter apparatum qui eo tempore magnificentissime fit, tum propter amicorum eiusdem temporis confluentiam. Cuius desiderio et meritis Deus haut defuit[f].

1163. Monasterium sancti Laurencii a Daniele episcopo est consecratum et duo altaria, principale videlicet inferius altare et aliud superius sub titulo sancti Michaelis archangeli, presente rege Wladiszlao et compluribus eiusdem regis primatibus, et hec
Aug. 10. encenia in ipso festo ipsius sanctissimi patroni sunt celebrata.

a) *excidisse videtur* ipso duce. b) lucum *c.* c) spendid. *c.* d) Moravie et *superscr. manu ut videtur eadem.* e) *abhinc alia manus pergit.* f) *reliqua alia manu coaeva scripta sunt.*

64) a. 1144. secundum Vincentium, qui Wratizlaum Ottoni socium addit. 65) Mizloch abbas de Opatouich testis est in privilegio Gradicensium a. 1160 in C. D. Morav. I, 272. Ecclesiae ab eo constructae meminit Neplacho ad a. 1160. 66) Quando obierit nescitur, sed haec non ante a. 1163 scripta esse apparet.

1157. Dux Wladisczlaus regia vocatione appellatus ad curiam Ratisbonensem simul 1157.
cum episcopo Daniele et plurimo suorum nobilium comitatu est profectus, ibique suorum 1158.
misteriis secretorum publice ad libitum celebratis[67], cum iam dux predictus accepta licentia
repatriare disponeret, imperator devotionem ipsius erga se per omnia promtissimam ex- Ian. 18.
pertus, condignam familiaritati sue remunerationem recompensavit, quia mox regale decus id est diadema ad id ipsum episcopo Daniele speciali ministerio suffragante, innumerabilium principum choris astantibus capiti eius superposuit, et eum deinceps regem predicari ubique mandavit et terram Boemie non iam provinciam sed regnum fieri constituit.

1158. Imperator Federicus non ferens contumatiam arrogantie Mediolanensium per
omnia Romana auctoritate[68] renitentium debitamque obedientiam contradicentium, in pro- 58
ximo indicta curia cunctis regni sui principibus, statuit destructionem fieri civitatis illius, id ipsum omnibus assentientibus[69]; unde eodem anno collectis totius regni virtutibus cum rege Boemico et fratre eius Thebaldo Mediolanum obsidionibus invaserunt, et quantum liquit[a] munitiones ipsius inpugnantes debilitaverunt; sed econtra innumera fortium ex menibus collectione diversis in locis occursante et se iaculis gladiisque adversariorum opponente, murorum suorum propugnacula defensaverunt, et ad nutum sue voluntatis obtinuerunt[70]. Et sic imperator inperfecta circa Mediolanum intentione communicato consilio exinde procedens, in proximis eiusdem regni castellis eo anno hiemavit et exercitum ad propria remeare monuit[b].

a) *i. e.* licuit. b) *hic desinit scriptura in fine folii, folio ultimo, nunc rebus alienis inscripto, vacuo relicto.*

67) Haec ut intelligas, Vincentii verba apponenda sunt: *ubi quod clanculo agebatur, in publicum producitur*. Sed reliqua et presertim sequentia ex Vincentii libro hausta esse nequeunt, quum ille deditionem Mediolanensium aperte et luculenter referat. 68) i. e. Romanae auctoritati. 69) Expeditionem contra Mediolanenses iam anno 1156 decretam esse constat. 70) Die 8. Sept. triumphum de Mediolanensibus actum esse, notissimum est.

# VINCENTII ET GERLACI ANNALES.

**EDIDIT WILHELMUS WATTENBACH,**

TABULARIUS REGIUS WRATISLAVIENSIS.

*Vincentius, ex Bohemia ut videtur oriundus*[1]*, anno* 1158 *Danielem episcopum Pragensem tamquam eius capellanus comitatus, obsidioni Mediolanensi interfuit pacisque litteras ab imperatore d.* 8. *Septembris civibus concessas ipse scripsit. Mansit cum episcopo in Italia*[2]*, eidemque deinde, quum in Ungaria legati imperialis officio fungeretur, a.* 1160. *comes factus, post multas miserias ut ipse ait, domum reversus est. Anno autem* 1166. *iterum cum episcopo Italiam petiit, qui quum iudicis imperialis officium una cum Hermanno Verdensi* 3 *episcopo exequeretur, magnam Italiae partem cum eo Vincentius peragravit*[3]. *Verum a.* 1167. *d.* 9. *Aug. Daniel episcopus peste tactus occubuit; quo facto Vincentius domum reversus ad res gestas quibus interfuerat scribendas animum appulit, librumque Wladizlao regi offerendum, iam canonicus et notarius Pragensis ecclesiae factus, inchoavit. Addidit autem aliam epistolam ad Iuditham reginam, quam precatur ut opusculo ipsius regi oblato, vultu benigno ipsum respicere et post tot cruciatus et labores scriptori aliqua solatia exhibere dignetur.*

*Quod quo tempore scripserit non constat. Nam commemorat quidem in epistola illa pontem Pragensem infra trium annorum spatium reginae iussu perfectum, sed id ipsum quando factum sit incertum est*[4]*; videtur autem evenisse a.* 1173. *Quodsi hoc ipso anno epistolas dedicatorias scriptas esse ponimus, libro nondum ad finem perducto, causa patet qua permotus auctor, si superstes fuit, a scribendi proposito destitit. Eo enim anno regno abdicato Wladizlaus in monasterium Strahoviense secessit, moxque turbis exortis in Thuringiam se recepit. Sobezlao autem duci non offerendus erat liber de magnificis Wladizlai gestis conscriptus. Ea enim gesta scribenda sibi proposuerat Vincentius, ea praecipue libro suo illustravit, una cum gestis Danielis episcopi quae optime sibi nota essent. Exorsus igitur a principio ducatus Wladizlai a.* 1140. *gesta annorum proxime sequentium satis quidem copiose, sed minus accurate exposuit, sola ut videtur memoria confisus*[5]. *Plenius deinde et accuratius quae in Italia*

1) Ex verbis ad a. 1161: *martyribus nostris qui nos ... ad nostra* (Pragam) *reduxerunt*, hoc autumat Palackyus. Adde proverbium Bohemicum de duro et stricto convivio a. 1158. 2) Mense Aprili a. 1159. librorum emendorum gratia Bononiam missus est. 3) Civitates quas vidit, ad a. 1158. enumerat, et ad a. 1161. commemorat se in servitio episcopi totam Italiam usque in Apuliam peragravisse. 4) Chron. ap. Dobn. III, 48 annum praebet 1177, quo rex iam mortuus erat, scil. 1175. Ian. 18. Et collocata sunt haec verba inter annos 1170 et 1175; porro quum a. 1173. Wladizlaus regnum abdicaverit, pro *LXXVII.* legendum videtur *LXXIII.* 5) Quae de prima Friderici imperatoris expeditione Romana tradit, postea in Italia praesenti sibi narrata significat ad a. 1156.

*a.* 1158—1160. *praesens viderat conscripsit, quibus subiunxit res Bohemicas a.* 1161—1165, *Italicas a.* 1161. 1162. *et* 1166. 1167. *in quibus referendis narrationis filum subito abrumpitur. Eo loco Gerlacus subscripsit verba:* Hucusque Vincentius Pragensis aecclesiae canonicus historiam suam deducit, videlicet ab a. d. i. 1140. usque ad a. 1167. *Plura igitur iam Gerlacus non invenit, qui relicta Vincentii fragmenta conscribi iussit, singulis ut videtur tabulis inscripta. Nam in fine anni* 1159. *scriptum est:* Deest, require, *spatio aliquo vacuo relicto, iterumque inter a.* 1162. *et* 1164. *et in fine a.* 1164. *Quae quum iam Gerlacus frustra quaesierit, an umquam scripta sint, dubium videtur; quin immo annorum numeros saepe perperam positos, saltem ex parte tum demum appositos esse, cum Palackyo statuere licet. Hauserunt postea ex Vincentii Annalibus Cosmae continuator Pragensis, Neplacho Opatowicensis abbas, et Pulkawa quem vocant, sed horum nullus pleniores habuisse videtur, immo vel ipso hoc exemplari quod Gerlacus continuavit, usi sunt, vel fragmentis in ecclesia Pragensi conservatis*[6].

*Ceterum Vincentius quum in singulis praesertim initio operis minus accuratus sit, res quas vidit et penitus cognovit, optime et luculenter descripsit, stilo satis eleganti*[7], *utpote vir auctorum classicorum notitia imbutus.*

*Qui Vincentii schedas colligendas et transscribendas curavit, idem etiam continuationem subiunxit,* G e r l a c u s *videlicet abbas Milovicensis, bohemice Iarloch dictus, quo nomine abbreviato ad a.* 1186. *scripsit:* promotus sum in sacerdotem annos natus 21 ego Iar. qui post Vincentium haec scripsi. *Nobili genere ortum et fortasse Georgii comitis de Milewsk cognatum fuisse, non sine veri specie viri docti ex annalibus eius collegerunt. Avunculum ipse a.* 1174. *nominat domnum Gerhardum. Natus igitur a.* 1165, *Kal. Nov. a.* 1174. *litteris, ut ipse ait, appositus est in cella iuxta Wirzeburg de gratia Godscalci abbatis Siloensis i. e. monasterii Selau ordinis Praemonstratensis, in circulo Czaslaviensi ad Zeliwcam fluvium siti. Idem abbas postea de capitulo ordinis sui rediens Gerlacum propter avunculum ipsius Gerhardum secum in Bohemiam reduxit, anno ut videtur* 1177, *nam septem fere annis usque ad obitum ipsius i. e.* 1184. *Febr.* 18. *se puerum, clericum videlicet in minoribus ordinibus constitutum, apud Godscalcum mansisse, Gerlacus a.* 1184. *refert; paullo ante capellanum eius se fuisse dicit. Mortuo abbate eodem anno d.* 25. *Febr. per Heinricum Pragensem episcopum diaconus ordinatus est, notus et carus, ut ipse ait, episcopo existens, quamdiu vixit. Mox a.* 1186. *Iun.* 7. *annos natus* 21 *presbyter ordinatus, a.* 1187. *monasterio Milovicensi seu Mühlhausen in circulo Taboriensi, recenti comitis Georgii fundationi abbas praefectus est. Ibi temporibus maxime turbulentis multa se adversa et fere nulla prospera expertum ait ad a.* 1187; *a.* 1190. *claustrum combustum esse commemorat. A.* 1193. *proditionem Bohemorum qui Primizlaum ducem vanis promissionibus fallebant, ipse testis vidit; a.* 1197. *cum comite Georgio Petrum cardinalem Pragam deduxit. Postea in solis privilegiorum documentis nomen eius invenimus usque ad a.* 1221. *Iul.* 2. *quo Otacaro regi in monte Scac testis affuit. A.* 1234. *Iohannes abbas de Milevzk commemoratur*[8].

6) Continuatorem Cosmae Pragensem ipsis Vincentii schedis usum esse, cum Palackyo credere possis, quum et in singulis nonnumquam a textu nostro discrepet passimque meliora praebeat, et plurimis fuse descriptis subito deficiat. Inprimis anno 1158 et initio a. 1159. a codice nostro longius discedit. Obstat autem, quod idem et Gerlaci continuationem exscripsit.

7) Codici Vindobonensi Cosmae n. 508. in margine inscriptum est: *ab inde Cronica sancti Procopii habet alium stilum satis bonum, sed meliorem Vincentius canonicus Pragensis et notarius regis Wladislai.* Palacky, Würdigung p. 77.

8) Erben Reg. Boh. I, 231. 230. 265. 285. 300. 399. Hagecius malae fidei scriptor a. 1228. Gerlacum obiisse refert.

*Heinrici episcopi familiaritatem nactus Gerlacus post a.* 1184. *schedas Vincentii reperisse easque describendas curavisse videtur; inde et ipse historiae conscribendae consilium cepit. Quod quando factum sit non liquet. Primo statim anno Theobaldi a.* 1190. *mortui meminit, sed haec verba aliquanto post addita sunt, unde concludere possis, narrationem ipsam ante a.* 1190. *scriptam esse. Similiter quae in fine eiusdem a.* 1167. *de Wladizlai regis filiis dicit, regnante Conrado Ottone* (1189—1191) *scripta videri possunt. Sed hoc dubium est; certius dicas ea post mortem Friderici ducis* (1189. *Mart.* 25.) *scripta esse. Res gestas a.* 1176. *scripsit post a.* 1195, *quum Heinricum ducem Austriae appellet* avum eius qui nunc est, *i. e. vel Friderici I a.* 1195—1198. *vel Liupoldi a.* 1198—1230. *Porro quod a.* 1182. *dicit, se electiones episcoporum Olomucensium praesentem saepe vidisse*[9], *hoc ante a.* 1201. *quo post Engelbertum (a.* 1194*) et Bawarum (a.* 1199*) Robertus electus est, scribi vix potuit. Anno* 1182. *de Heinrico episcopo agens provocat ad a.* 1197, *quo plura de eo dixerit; a.* 1184 *Cypriani episcopi Wratislaviensis a.* 1207. *defuncti tamquam mortui meminit. De Philippo rege a.* 1198. *post mortem eius (a.* 1208*), de Daniele episcopo a.* 1197. *post a.* 1214. *scripsit. Sed manebat quum scriberet, concordia Primizlai et Wladizlai fratrum; superstes igitur erat Wladizlaus, qui a.* 1222. *defunctus est.*

*Itaque patet auctorem nostrum matura aetate, circa* 50 *annos natum, de rebus quae multo tempore ante evenerant, librum edidisse. Neque vero sola memoria adiutus tam accurate res describere potuisset; immo tabulas schedulasve olim notatas tunc demum composuit et in unum corpus coniunxit. Probatur hoc verbis ad a.* 1170. *positis; nam quae de schismate olim scripserat, hoc loco inserenda postea frustra quaesivit, etsi a.* 1182. *ad narrationem illam nunc perditam se referat.*

*Finis operis perdito ultimo codicis quaternione iam dudum desideratur*[10], *medioque anno* 1198. *narrationis filum abrumpitur. Sequentium pars aliqua exigua usque ad a.* 1208. *in Chronico quod Pulkavae dicitur, servata esse videtur.*

*Descripsit igitur Gerlacus res gestas a.* 1167—1198, *partim ut ipse a.* 1173. *ait ex nostra recordatione, partim ex relatione seniorum nostrorum. Ex his praesertim Godscalcum abbatem a.* 1184. *defunctum nominat, multaque tum per eum comperta tum ipsius gesta memoriae servavit; a.* 1179. *primum gravissimae exactionis a Friderico duce impositae se ipsum recordari meminit*[11]. *Inde ab a.* 1184 *Heinrico episcopo familiariter usus, plura et graviora videndi et audiendi opportunitatem nactus est; mox a.* 1187. *abbas factus iam inter ipsos regni proceres versabatur. Annis* 1193. *et* 1197. *eum quae ipse viderit referre, iam supra diximus; epistolas pontificias a.* 1193. *vidisse eum apparet, sed quum scriberet, eas ad manus non habuit. Scripsit autem in universum luculenter et accurate, et quum ecclesiasticae libertatis zelator esset atque Heinrico episcopo inprimis deditus, tamen partium studio numquam se abripi passus est, veritati sincere studens. Sed formam et concinnitatem totius operis non multum curavit, alia fuse, alia brevissime referens. Sic anno* 1184. *de*

9) scil. postquam abbas factus est; prius enim aditus ad capitulum Pragensis ecclesiae ei non patebat.

10) Referente Dobnero in fine apographi alterius, quod ab a. 1193. incipiebat, haec scripta erant: *Cetera desiderantur, et desunt quatuor membranae folia, id est unus quaternio, per Ziskiana incendia dum monasterium illud vastaretur* (1420) *incinerata. Apparent in theca codicis varia stigmata et impacta vulnera a proiectatione et vastatione.* Sed codicis pars adhuc superstes sat bene servata est, istamque notitiam, si sola coniectura nititur, non magni habendam aestimo.

11) post expulsionem Zobezlai, quem sibi ignotum fuisse a. 1174. indicat; cf. a. 1176. de eodem: *quia non recordor.* De investitura episcoporum a. 1182. dicit: *non satis recordor.*

*Godscalco abbate plus iusto diffusus est, et a. 1190. integrum Ansberti libellum de Friderici imperatoris expeditione operi suo inseruit, pauca tantum de rebus Bohemicis margini inscribens. Nos vero ea omnia grato animo accepta ei referimus.*

*Hauserunt ex eius annalibus Cosmae Continuator Pragensis in principio continuationis suae et ad a. 1182; porro Neplacho paucis locis et Pulkava, iidem scilicet qui et Vincentium exscripserunt*[12].

1. *Codex Vincentii et Gerlaci superstes est autographus quidem sed mutilus, olim Milovicensis, qui postea inter libros ecclesiae metropolitanae Pragensis,* G. XXVII. *signatus, asservabatur. Ibi saeculo XVII. a suffraganeo episcopo Pragensi, Thoma Io. de Czechorod evolutus, sequenti saeculo a. 1737. a Berghauero, decano Wissegradensi, in Protomartyris Poenitentiae parte prima citatus est. Paulo post cura Bonaventurae Piter, abbatis Raigradensis, qui Monumentorum hist. Boh. collectionem parabat, integre descriptus est; alterum apographum curante Antonio Wokaun, episcopo Callinicensi, factum erat. At sub a. 1764. comes de Waldstein, episcopus Litomericensis, cui apographum Wokaunianum communicatum erat, codicem ipsum frustra quaesivit; iam enim pervenerat in manus Kneyslii, qui a. 1754. Francisci Pragensis Chronicon edidit; quo mortuo a Iudaeis emtus et chirurgo cuidam in vicinia Postelbergae venditus fuit, qui membranas codicis in usus varios convertere coepit. Ibi forte fortuna a. 1824. detectus est per Ios. Dietrich, tunc capellanum Postelbergensem, qui Dobrowskyum per litteras ea de re certiorem fecit. Hic redemtum codicem aliquantum temporis apud se servavit, tandem vero bibliothecae Strahoviensi tradidit, ubi eum a. 1843. inspexit Pertzius (Arch. IX, 464) eoque mandante ego a. 1848. cum editis contuli.*

*Hic igitur codex, quem accurate Dobrowskyus descripsit, membranaceus in folio, post Bedae historiam Anglorum ecclesiasticam, quae sola ligatura cum altera parte libri coniuncta est, continet Annales Vincentii et Gerlaci; primo folio manibus saeculi XIV. et XV. inscriptum est* Liber de Mileusk, Mylewsk, Liber Mileucensis. *Foliis quae nunc supersunt numeri manu recenti inscripti sunt, vetustiori pagellis singulis, incipientes fol. 77 verso, quo Vincentius incipit, priori folii pagina vacua relicta. Manus librarii eadem manet usque ad a. 1175. pag. XXXII; plurima manu 2. correcta sunt, Gerlaci ni fallor, qui et Ansberti librum correxit notasque marginales addidit, atque aliquot locis textum ipsum scripsisse videtur.*

*Codicem male habitum esse iam vidimus; desiderantur enim cultro chirurgi illius exsecta folia 19 cum dimidio, quae suis locis indicata invenies.*

2. *Apographum Wokaunianum, quod postea in manus episcopi Litomericensis, comitis de Waldstein, praecipui Dobneri fautoris, pervenit. Id Dobnerus docte et diligenter emendatum et illustratum in publicum edidit; mendis enim quam plurimis scatet. Praestat tamen apographo Piteri, verum mutilum est, omisso toto Ansberti libello, quum auctor eius solis rebus Bohemicis intentus esset*[13].

3. *Apographum Piteri, quod in monasterio Raigradensi servatur, ubi a. 1848. humanissime exceptus a b. m. abbate Victore Schlossar, qui olim archivarii munere fungens foliorum ex Ansberti libello tunc iam excisorum*

12) Addit Dobnerus fragmentum in vernaculam translatum de fundatione coenobii Kaunicensis et gestis Wilhelmi fundatoris, quod profert Paprocius in Speculo Moravico. 13) Aliud apographum partis extremae inde ab a. 1193. quo Dobnerus usus est, reperto cod. 1. iam nullae utilitatis est.

*copiam Dobrowskyo fecerat, quaecunque in toto codice nunc desiderantur, cum editionibus Dobneri et Dobrowskyi contuli. Sed apographum hoc etsi diligenter scriptum mendis scatet ex male intellectis litterarum compendiis exortis.*

*Primus post Pessinam, qui exiguam Gerlaci particulam Phosphoro suo f.* 558. *sub falso Iaroslai canonici Pragensis et dein religiosi Praemonstratensis titulo inseruerat, annales hos a.* 1764. *edidit Gelasius Dobner in Monumentorum historicorum Boemiae vol. I, apographo usus Wokauniano quod Ansberti libello carebat. Hic igitur vir optime meritus quum recte videret, totam Vincentii continuationem ab uno Gerlaco scriptam esse, tamen dubiis quibusdam permotus est, ut priora sub Chronographi Siloensis nomine ederet, et ultimam tantummodo partem inde ab a.* 1193. *Gerlaco attitularet. Sed quae in praefatione sua de operis auctore Dobnerus protulerat, ea veritate niti, codice* 1 *reperto argumentis certissimis demonstravit Dobrowskyus in praefatione editioni Ansberti (Pragae* 1827.) *praemissa, cui subiunxit reliquam Gerlaci partem. Novissime a.* 1830. *Palackyus l. l. de Gerlaci libro disseruit variasque e cod.* 1 *lectiones publicavit.*

*Nostrae editionis consilium fuit, ut codicem autographum quam accuratissime* 14 *exprimeremus*[14]*, eo vero deficiente collatis* 2 *et* 3, *adhibita quoque Cosmae Continuatione Pragensi et Pulkavae Chronico, cui ex utriusque annalibus plurima, sed abbreviata, inserta sunt, textum restituere conaremur; menda autem manifesta nonnisi paucis locis speciminis gratia annotavimus. Ansberti historia a Gerlaci annalibus aliena alio loco edenda reservatur, additionibus Gerlaci cum reliquo eius opere coniunctis.*

*Wratislaviae* 9. *Kal. Nov.* 1857.

*W. WATTENBACH.*

# VINCENTII PRAGENSIS ANNALES.

p. 1. fol. 77'. *Waladizlao gloriosissimo et serenissimo regi Boemorum inclito et semper victori, Vincentius licet indignus, Dei tamen gratia et sua sancte Pragensis ecclesiae canonicus et notarius, cum oratione et servicio, per longa tempora trihumphare feliciter, et post tot regales trihumphos in aeterne beatitudinis coronari gloria. Plerumque ex negligentia scriptorum seu inopia, regum et virorum fortium gesta, quia scriptis non fuerunt mandata, sine memoria interiisse dubium non est. Multarum etenim urbium structuras, aliarum ruinas videmus, sed quis earum constructor seu destructor extiterit incertum est. Multorum autem fortium gesta virorum ex venerabili scriptorum memoria in perpetuum durare, tamquam nuper sint facta, est certissimum. Abrahe namque fides, Loth liberatio, Moysi miracula, Iosue bella, virtus Samsonis, fortitudo David, sapientia Salemonis, pulchritudo Absalonis, vellus Gedeonis, et aliorum fortium*[a] *virorum gesta fortissima per omnia sopita essent, nisi scriptis commissa fuissent. Excellentiae itaque vestre gesta regalia scriptis digna, licet hoc opus supra nos esse sciamus, de gratia Dei tamen et de excellentiae vestrae misericordia plurimum confidentes, ut eterna potiantur memoria, scriptis mandare dignum duximus; lectores autem benivolos, pios et huic operi propitios esse rogamus. Si qua etenim in eo sunt corrigenda, novaculam, et si qua augenda, calamum velociter scribentem presto tenemus. Invocata itaque sancti Spiritus gratia, qui nos post tot labores ad haec tempora perduxit, ad laudem et gloriam nominis vestri ëia dicamus*[b].

*Iudite gloriosissime et serenissimae regine Boemorum, domine sue inclite, Vincentius clericorum suorum minimus, cum orationum instantia servicium, et karitatis habundare visceribus. Ipsa serenitatis vestre opera gloriosa, ut ea aeternae committamus memorie nos conpellunt. Nec mirum quod per feminam talia exercentur opera; per feminam etenim gloriosissimam et*

a) fortia *cod.* b) *scribae errore additum est* A. d. i. MCXL. *quod post alteram epistolam repetit.*

14) Id solum moneo, in codice semper ę, numquam *ae* scriptum esse. Saepe vero loco diphthongi simplex *e* ponitur, quod servavi, quia illi aevo proprium est.

*sanctissimam, reginam coelorum, matrem Domini nostri Mariam, salus humano generi collata est; legimus etiam per Hester pacem et per gloriosam feminam Iudith victoriam populo Israel esse collatam; per Helenam etiam Constantini matrem lignum salutifere crucis toti seculo Deus manifestari voluit. Ecce secunda nostra Iudith, gloriosissima et serenissima regina Boemie, quante sitis prudentie, nobilitatis et industrie, vestra indicant opera, monasteriorum videlicet diversi ornatus, clericorum et pauperum solatia, et ut alia que innumerabilia sunt omittamus, ad Aquas calidas*[15] *in honore sancti Iohannis baptiste regalis monasterii constructio, et quod* 15
*hec supereminet omnia, Pragensis pontis opus imperiale. Quod etenim nullus principum, nullus ducum, nullus regum usque ad tempora vestra inchoare vel excogitare potuit, per vos gloriosam dominam nostram infra trium annorum spatium perficitur. Vestre itaque serenitatis inclita opera suo loco et tempore disponentes, quatinus hoc opus nostrum ad honorem et gloriam et ad perpetuam regalium gestorum vestrorum factum memoriam, vultu benigno respicere, et post tot cruciatus et labores huius scriptori operis aliqua exhibentes solatia, per serenitatis vestrae manum domino nostro regi semper trihumphatori, hoc ipsum opus vestra porrigere dignetur clementia, excellentiam vestram suppliciter et obnixe deposcimus.*

Anno dominice incarnationis 1140. Sobezlaus dux Boemie, pater patrie, 16. Kal. Martii 1140.
viam universae carnis feliciter ingreditur; pro quo consensu totius Boemie nobilium, Febr. 15.
Waladizlaus filius Waladizlai ducis, paterna sede intronizatus collocatur. Silvester abbas de Zazava, qui fuit vivente duce Zobezlao in Pragensem episcopum 2. Non. Octobris[16] electus, tanto labori et oneri se non posse sufficere considerans et coram omnibus renuntians, ad priora revertitur; pro quo eodem anno Otto Pragensis prepositus 7. Kal. Martii eligitur.

Anno dominice incarnationis 1141. dux Waladizlaus exilium[a] experimento quam res 1141
sit amara non inmemor, cognatum suum principem Ottonem[17], qui post occisionem patris principis Ottonis in prelio Hilmêc inter regem Lotharium et ducem Zobezlaum habito, usque ad annos iuveniles in Ruzia exulando pervenerat, fraterna pietate commotus, maxime rogatu domni[b] Heinrici Moravensis episcopi, qui alio nomine Sdico fuit dictus, et aliorum principum de exilio revocat, et Olomucensis provinciae ducatu, quem pater suus male perdiderat, investit. Qui Heinricus quantae religionis et quanti fuerit consilii, opera eius indicant. In ipsa etenim civitate Olomuc monasterium in honore sancti Wenzlai martyris Christi in ipsa* arce a primis eiusdem terre ducibus inceptum ad unguem honorifice *p. II.
perduxit, et ibi 12 canonicis locatis, sedem episcopatus ab ecclesia sancti Petri ......[c] inde fol. 78.
ablatis, licentia domni Innocentii pape tanstulit[18]. De ligno etiam victoriosissimae sancte crucis per eum de Hierosolimis apportato, et plurimis ecclesiasticis indumentis preciosissimis et rationali aureo honestissime decoravit. Qui etiam quis in seculo hoc sit sibi aptus modus vivendi subtiliter inquirens, habitum et regulam sancti Augustini sub sanctis apostolis constitutam Hierosolimis assumpsit[19], et domno supra memorato duce una cum consorte 19
sua, felicis memorie domna Gerdrude, sorore regis Chônradi, favente et plurimam pecuniam subministrante, monasterium regalis operis in Monte Ztragov, quem alio nomine montem Syon nominavit; aliud quoque in introitu Boemie Lutomisl, ei nomen montem Oliveti imponens construxit, et viris religiosis qui Deo die ac noctu famularentur implevit, et plurimas ecclesias quas enumerare longum est, vigilias, elemosinas et cetera bona opera quae sibi testimonium perhibent, post se heredes in hoc seculo reliquit.

Anno dominice incarnationis 1142. a senioribus et nobilioribus Boemie plurimis, a 1142.
quibus equitas oriri debuit, egressa est iniquitas. Cum etenim dux Waladizlaus secundum potestatem a Deo sibi collatam, licet etate adhuc sit iuvenis, moribus tamen et sensibus, qui cani sunt hominis, valde maturus, secundum consilium sibi fidelium ducatus sui gubernacula disponeret, quidam nobiles in terra hac meliora beneficia obtinentes, cuncta secundum voluntatem eorum disponere voluerunt; et cum hoc adipisci non possent, conventicula tractantes revera de sanguinibus, dicunt se male elegisse sibi dominum, qui tanti ducatus gubernacula regere non posset; et quorundam pravorum inito consilio, in Mora-

a) *i. e. exulum ut infra a.* 1142. b) *ita ex more huius aevi scribendum duxi, quum haec forma manu Gerlaci scripta aliquot locis occurrat; cod. plerumque abbreviationem* dñ *praebet.* c) nich *cod.* canonicis *supplere iubet Dobnerus.*

15) id est Teplicii. DOBN. 16) 3. Kal. Oct. secundum Wissegradensem Cosmae Continuatorem. 17) consobrinum; v. Ann. Gradic. a. 1140. et de bello a. 1126. pugnaque apud oppidum Kulm commissa Cont. Wissegr. p 122. 18) a. 1130; v. Ann. Gradic. 19) a. 1137. quum secundo peregrinaretur; v. infra Gerlacum a. 1184.

1142. viam, quidam ad principem Chônradum[20], quidam ad Ottonem[21], quidam ad Wratizlaum[22], ad hoc ipsum scelus Waldizlao filio Zobezlai, Spitigneo et Lûpoldo filiis Boryuoy ducis adhibito confugiunt, et Deo aliter disponente principem Chonradum ipso ad hoc aspirante sibi in ducem eligunt. Hec itaque dux Waladizlaus considerans, ex quorundam nobilium sibi fidelium, qui timorem Dei pre oculis habentes secum remanserant, ad domnum Chonradum et ad domnum Wratizlaum nuntios mittit, precipiens qui eos moneant, quatinus terras quas ab eo habent, fidei ei sub iuramento promisse memores, in pace teneant, nec illorum exilium[a] pravo consilio acquiescant. Domnum autem Heinricum Moraviensem episcopum, in quo plurimum eius pendebat consilium, ad Ottonem principem Olomucensis provincie mittit, cuius consilio patrium ei principatum reddiderat, et eum monet et fraterne rogat, quod tante gratie eius non sit immemor, quod nullo eius proveniente merito, sed sola eius gratia ducem tanti ducatus eum constituit, et quod consilio domni Chonradi et eorum qui ad eum de Boemia confugerant, nullomodo acquiescat, sed pro honore eius armis et vita tuendo, secundum quod debet stet fideliter; quod si facere velit, ei promittit quod quamdiu vivit, pro honore suo tuendo gladius suus si opus esset ei non deerit. Ipse autem tanti presulis, tanti patris et aliorum prudentum virorum spreto consilio, more Roboam iuvenum audiens consilium, supradictis viris adhesit nefariis. Quid plura? princeps Chonradus invisibiles gûsos[b] videlicet ducatum Boemie, mente concipit et tantos aspirat obtinere honores. Fortissimi undique parantur exercitus; dux Waladizlaus ne tantum ducatum videlicet Boemie, amittat, Conradus ut eundem ducatum obtineat, quod nec pater eius mente aspirare ausus est, sacrilego ausu contra dominum suum arma sumit. Eis introitus Boemie patuit; sed dum fere in medium Boemie pervenissent, eos dux Wala-
23 dizlaus ultra procedere non patitur, sed in monte qui Vizoca dicitur[23], eis cum exercitibus plurimis occurrit.

Apr. 25. Advenit itaque 7. Kal. Maii dies illa, dies luctus et miserie, dies in qua in Boemia plus quam civile bellum ortum est, dies in qua dux Waldizlaus cribravit sibi fideles sicut triticum. Cum etenim vexilla rosea, signa bellica, sibi invicem iam de prope minarentur victoriam, quidam nobiles perfidi, quia nondum fex eorum erat exinanita, in ipso congressu de exercitu predicti ducis Wladizlai effugiunt, signa condicta dantes, et sese alta voce esse iam per omnia victos clamantes. Quid igitur? dux Wladizlaus et fratres eius quod inter tam perfidos homines facere possunt faciunt; exercitus ipsius Conradi ut leones fortiter irruunt, et sic per medium hostiles exercitus eos viriliter cedentes transeunt, et plurimis ex parte sua amissis et plurimis ex adversa parte occisis, cum suis qui secum remanserant, et cum domno Heinrico episcopo Moraviensi sibi fidelissimo Pragam redeunt. Nec mirum; hoc etenim varius belli eventus exposcit. Ibi quantam fidem erga ducem dominum suum comes Velizlao habuerit, et comes Casta, et comes Smilo cum filiis suis, et Bên, ceterique nobiles, alii morte alii autem sanguinis effusione pugnando pro patria ostenderunt. Dux itaque Wladizlaus firmata predicta civitate fratrem quoque suum Thebaldum in ea cum domna Gertrude uxore sua, cui maxime in hoc articulo confidebat, cum quibusdam militibus valde bellicosis pro tuenda civitate et principali throno, quodam saxo, quod etiam nunc in medio civitatis[c], pro quo non solum nunc, sed etiam ab antiquo multa milia militum bello corruerunt, Prage dimisit. Heinricum vero Bûdisin pro colligendo exercitu misit, ipse autem ad regem Conradum cum comite Velizlao, qui ei a puericia sua fidelis extiterat, et ibi pro honore suo fideliter vite sue non parcens pugnaverat, quibusdam sibi adiunctis, et cum Heinrico Moraviensi episcopo, magni consilii viro maxime tunc necessario, pro petendo contra hostes auxilio viam arripit. Interim Conradus civitatem Pragam obsidione prout plus potest cingit, et eam habere desiderans, diversis bellicis machinis invadit. Princeps vero Tebaldus qui pro tuenda civitate remanserat, cum viris fortissimis in eos diversos insultus faciens, more Catonis pugnando pro patria plurimis hinc et inde morte cadentibus, eam ab hostibus, qui defensores eius esse debuerunt, viriliter defendebat. Rex autem Conradus peticioni domni ducis Wladizlai satisfaciens, ad eius expellendos hostes collectis regalibus plurimis exercitibus versus Pragam castra movet regalia. Hic

a) *ita cod. rursus pro* exulum *ut a.* 1141. b) *ita codex.* c) *verbum excidisse videtur.*

20) Znaimensem. 21) Olomucensem. 22) Brunnensem. 23) in circulo Caslaviensi, ad occidentem urbis Kuttenberg, Suchdol inter et Maleschau sito. PAL.

rumor fama volante, qua nulla res velocior esse potest, ad aures Conradi Moraviensis cito 1142. pervenit; ipse vero quod eum ultra facere oporteat inscius, sagittarios colligit, et eis sagittas in civitatem mittentibus, quidam nefarius, cui revera melius erat si natus non fuisset, sagitte sue igne per artem adiuncto eam versus monasterium sancti Viti dirigit, que tecto monasterii affixa predictum monasterium incendit, et sic hoc malum antiquo hoste operante predictum monasterium cum maximo thesauro et plurimis ecclesiis combustum est. Monasterium autem sancti Georgii non solum combustum sed et funditus eversum fuit. Dum talia geruntur, rex Chonradus cum duce Wladizlao armata manu ei viam preparante Boemiam intrat. Quod Chonradus audiens ei armata manu parat occurrere, exploratores ad explorandum eorum quanta sit multitudo, et utrum eis possint occurrere, versus Plzen castrum dirigit; qui cum usque ad campestria ultra Plzen perveniunt, tantam multitudinem exercituum conspiciunt, quod sole super clipeos eorum deauratos et super loricas eorum et galeas refulgente, omnia montana adiacentia resplendere videbantur. Quod cum domino suo refertur, Conradus exercitus suos ad pugnandum animat, tanquam contra regem Conradum bellaturus, verumtamen tuciori utens consilio, in medio noctis silentio de Boemia fugam iniit. Nec mirum; mors etenim in tali articulo vel gladio vel pedibus vitanda est. Ceteri autem eius complices, qua quis potuit de Boemia fugam iniit, et sic desiderati honoris nichil invenerunt in manibus suis. Rex autem Conradus Wissegrad veniens, cum processione in die sancto pentecostes honeste suscipitur, et honestissime a Iun. 7. duce Wladizlao et domna Gertrude sua sorore, predicti ducis coniuge, Teuthoniam feliciter revertitur.

Anno dominice incarnationis 1143. dux Wladizlaus illate sibi iniurie non immemor, 1143. collectis exercitibus provinciam Conradi Moraviensis, eius respondens meritis ingreditur, ubi eius exercitus nimiam capientes predam, cum his que devastare vel secum asportare non poterant, tam eius provinciam quam fratris[24] eius Wratizlai crudeliter comburunt. 24 Videns autem dux Waldizlaus quod hoc placeret Boemis, apposuit eisdem flagellis cedere Ottonem. Et sic tota Moravia devastata, cum nimia* preda Boemiam revertitur, et post tot *pag. IV. et V. excisae. labores suos milites electos per arma probatos plurimis ditavit beneficiis.

Anno dominice incarnationis 1144. princeps Otto una cum fratre suo[a] Wratizlao sese 1144. contra dominum suum ducem inique egisse recognoscentes[b], relicta temeritate Conradi fratris sui, per interventum domni Heinrici Moraviensis episcopi gratiam ducis Wladizlai, colla sua eburnea gladio suo submittentes acquirunt, et provincias suas licet devastatas habere permittuntur. Eodem anno Velizlao[c] comes, Troianum filium habens unicum optime indolis, a duce Wladizlao Wissegrado[d] donatur castro, quod usque ad finem vite sue obtinuit.

Anno dominice incarnationis 1145. domnus Heinricus Moraviensis episcopus causa 1145. orationis una cum principe Ottone Romam iter arripuit, quem Conradus Moraviensis sub simulata pace et amicitia in exitu terre illius convenit, et per eum gratiam domni ducis Wladizlai ut[e] obtinere valeat, suppliciter orat. Et sic ad telonium[f] Vzobren[25] ante ecclesiam eum dulcissima allocutione circumveniens, tanquam de omnibus que ad pacem sunt secundum consilium eius finem facturus, ad proprias sedes revertitur. In primo autem noctis silentio ipse cum suis nefariis complicibus tanquam contra hostes loricis et ceteris bellicis armatur[g] instrumentis, et sic ad predictum pastorem suum vel occidendum vel capiendum progreditur. Et cum jam ad ipsam villam, in qua episcopus tanquam de pace securus dormiebat, processissent[h], solo ibi rivulo satis difficili transitu eos impediente, quidam spiritum Domini habens, quod predictus episcopus posset evadere signum dans, carmen bellicum incipit. Eo audito primo Mukar grisii ordinis monachus, eum silentium tenentem excitat, et ut cito mortem evadat clamat, et solummodo[i] pelliculis, quibus tunc coopertus erat, vestitum, et vilibus calceatum calceolis, quidam de suis viri timorati ultra sepem domus iaciunt. Qui parum inde progrediens inter fruteta et algores nivium se in orationibus iacit; illi autem gravi impetu thalamum eius ingrediuntur, eiusdem ordinis ibidem

a) *deest* 3. b) *ita et Pulkava.* recognoscente 3. c) Welizlaus 3. d) Wissegradensi donatus c. quo 3. e) ut *ante* per *collocat* 3. f) teloneum vel Zobrem 2. g) armatus 2. armati 3. h) processisset 3. i) solum 2.

24) cognati; Wratizlai pater fuit Udalricus, Conradi Liutoldus, avus utriusque Conradus, frater Ottonis, qui Ottonis huius avus fuit. 25) *Hausbrunn*, olim caput provinciae.

1145. quosdam regulares canonicos inveniunt, ex quibus quendam Lucam nomine, ipsum putantes episcopum esse, gladiis cedunt. Sed cum eum non esse comperiunt, ei colaphos et plurimas alapas superimponentes, cum ceteris fratribus spoliatum semivivum relinquunt. Quidam[a] autem curiam cum facibus, ne evadere posset, circumdederant, equis brachia eius calcantes et ardentes carbones super eum de facibus excutientes, eum angelo Domini bono celitus protegente, in dumetis videre non potuerunt. Dux autem scelesti exercitus domos comburi precipit[b], ut si qua absconditus lateat comburatur. Sed postquam eum evasisse sciunt, pecuniam cum qua Romam erat iturus, capellam, palefridos, militum dextrarios, pauperum iumenta, eorum possessores, prout quisque poterat spoliantes diripiunt, et tanquam fausta[c] victoria potiti, maximo foco in medio curie posito, ducem suum circumstantes diversis poculis que ibi invenerant, post tantos sese labores reficiunt, et admodum quod votum suum non expleverant tristes[d] inde recedunt.

Quod si pastor bonus manus ovium suarum sic non evasisset, quem affectum oves erga eum[e] habeant, effectus ostenderet. Post has vero miserias dum quidam rusticus boves suos media nocte querens, ad locum in quo predictus episcopus latitabat pervenisset, eum episcopus de familia sua esse cognoscens, clanculo vocat, et ut patrem suum Gnozdlam[f] nomine cum aliquo runcinulo[g] aut iumento, si fieri possit, ei adducat rogat. Qui cum hoc patri referret, domini sui miserti et super eo misericordia moti, iumentum quod habebant secum adducunt, et ipso rogante quod citius eum extra terram educant, pro ocreis pedes tanti principis feno circumdantes et vesticulis[h] suis rusticalibus eum vestientes, super iumentum eum imponentes, per devia et pessimos algores nivium usque Febr. Lutomisl cum magno labore deducunt[26], et sic diversa pericula mortis vir bonus eum dextera Dei protegente evadit. Hi autem rumores[i] cum ad aures domni ducis Boemie Wladizlai perveniunt, de illatis tanto viro calumniis dolet, et ad eum consolandum cum palefridis et aliis necessariis nuntios dirigit; ipse quoque ei cum militia pro tutela occurrens eum Pragam deduxit. Nec mirum, eum etenim tanquam virum bonum et patrem spiritualem diligebat.

1146. Anno dominice incarnationis 1146. predictus episcopus, querelis de illatis sibi calumniis domno Wladizlao peractis, Romam pro eadem causa movet, et de eadem causa querimoniis domno pape Eugenio delatis, de excommunicatione Conradi ab ipso apostolico facta litteras deportat, et eum Prage ex parte domni apostolici et sua cum suis complicibus excommunicat[27]. Hoc facto[k] dux Wladizlaus collectis exercitibus suis terram Conradi intrat, et eam[l] villas comburens miserabiliter devastat, castrum munitissimum Znogem obsidione circumdat, et plurimis peremptis optata potitur victoria. Castrum etenim predictum in manus eius traditur; ipse autem tam nobilium quam pauperum misertus[m], eos cum suis omnibus illesos exire permittit. In tantis autem miseriis constitutus ad domnum regem Conradum[n] se confert, et ut[o] pro restitutione sue terre ducem Boemie roget, eum suppliciter expostulat; cuius[p] precibus dux commotus[q], Conrado terram licet devastatam restituit. Eodem anno felicis memorie domnus Alexander, frater domni Danielis Pragensis prepositi, ad imperatorem Oct. 18. Grecie[28] a duce Wladizlao dirigitur, et ibi feliciter in bona confessione in festo sancti Lucae euangeliste migravit a seculo.

1147. Anno dominice incarnationis 1147. nimia commotio christianorum ad defendendam Hierosolimitanam ecclesiam contra regem Babylonicum facta est. Rex namque Francie Ludwich[r] prior omnibus per predicationem domni Bernardi Clarevallensis abbatis bone conversationis viri, qui etiam[s] ut eius predicatio apud homines rata haberetur[t], plurimos egros orationibus suis sanare referebatur, commonitus, crucem cum plurimis terre sue

a) Eandem 3. b) precepit 3. c) funesta 2. d) testes 3. e) e. suum eum 2. f) Gvosdlam 2. Gnozdlam 3. g) vehiculo 2. h) vestiunculis 2. i) memores 3. k) pacto 3. l) in ea 3. m) miseretur 3. n) Conradus 2. o) et pro — rogat ac eum 2. p) Eius 3. q) motus 2. r) Ludovicus 2. Ederich 3. s) et 3. t) habeatur 2.

26) Donationem ibi m. Februario h. a. monasterio Lutomislensi oblatam per ducem et episcopum edidit Boczek, Cod. dipl. Mor. I, 242. 27) Haec accuratius illustrantur litteris pontificiis a Boczekio editis. Sed epistola illa, qua Eugenius III. Heinricum episcopum Roma redeuntem Conrado regi commendat (p. 238) d. 31. Dec. a. 1146. data est, non 1145. Excommunicationem autem in festo pentecostes a. 1145. factam papa m. Iunio per litteras publicavit. 28) Manuelem Comnenum. DOBN. In Necrol. Boh. ad d. 18. Octobris scriptum est: *Alexander diaconus Visegradensis ecclesie prepositus et cancellarius.*

ducibus, comitibus, primatibus et baronibus in nomine Domini ultra mare assumit[a]. Cum 1147.
autem eiusdem viri predicatio tam litteris quam viva voce ad domnum Conradum regem
pervenit, ob amorem Domini cum infinita regni sui militia contra paganos dimicaturus
crucem ultra mare assumpsit. Cum hec itaque predicatio supra memorati viri per epistolam
transmissa[29] ad[b] aures domni Wladizlai ducis Boemie et ad eius principes et primates per- 29
venisset, et coram eo et episcopis et clero et populo in publico lecta fuisset, supradictus
dux intra cordis sui secretum compunctus, ob amorem Dei in remissionem criminum[c]
suorum cum fratre[d] suo germano domno Heinrico et cum patruele suo domno Spitigneo[30]
et cum plurima procerum suorum[e] militia, fratri suo iuniori domno Theobaldo, viro pru-
denti et in[f] armis strenuo, ducatus sui gubernacula relinquens, ultra mare iturus et contra
paganos pugnaturus crucem assumpsit. Domnus autem Heinricus Moraviensis episcopus
pro nomine Christi cruce assumpta, cum plurimis Saxonie episcopis et plurima Saxonum
militia ad fidem christianam pro convertendis Pomeranis Pomeraniam adiit. Verum ubi ad
metropolim eorum Stetin[g] nomine perveniunt, illud prout possunt armata militia circum-
dant. Pomerani autem cruces super castrum[h] exponentes, legatos suos una cum episcopo
suo nomine Alberto, quem domnus felicis memorie Otto Bambergensis[i] ecclesie episcopus,
qui primo eos ad fidem christianam convertit, eis dederat, ad eos mittunt: quare sic
armata manu venerint, causam exquirunt[k]. Si pro confirmanda fide christiana venerunt,
non armis sed predicatione episcoporum hoc eos facere debuisse referunt. Sed quia Saxo-
nes potius pro auferenda eis terra, quam pro fide christiana confirmanda tantam moverant
militiam, episcopi Saxonie hoc audientes cum Ratibor[l] principe et cum Alberto terre illius
episcopo consilio de his quae ad pacem sunt habito, plurimis amissis militibus una cum
principibus suis ad propria redeunt; ubi etenim Deus non fuit in causa, bono fine termi-
nari difficillimum fuit. Princeps autem Theobaldus terram a fratre suo sibi commissam,
latrones, predones, ecclesiarum vastatores, pauperum oppressores, quosdam suspendio
quosdam diversis penis cruciando, interficiendo, feliciter gubernabat. Interea Zobezlaus
filius Zobezlai ducis, qui exul in Theutonicis manebat partibus, audiens fratrem[m] suum ducem
Boemie tam longam viam arripuisse, paternum ducatum affectans, Boemiam cum suis
quos habebat intrat, et dulcibus verbis et promissionibus quos poterat sibi allicit. Quod
dum domno Theobaldo fuisset relatum, diversas insidias ut eum caperet ponit; ad ultimum
illum in quadam villa ultra Uzdic[n][31] cum magna militia[o] de nocte circumveniens, et tan-
dem in quadam curia captum Pragam deducit, et in turri maiori et[p] firmiori positum, usque
ad ducis Wladizlai adventum custodibus fidelibus tradidit.

Anno dominice incarnationis 1148. rex Conradus et Ludwicus rex Francie de expedi- 1148.
tione quam contra Turcas habuerant[q], plurima militia suorum ferro perempta, alia a Tur-
cis* captivata, ad propria redeunt. Nec mirum; etenim *frangit Deus omne superbum.* *p. VI. fol. 79.
Predicti namque reges cum uxoribus suis aliique barones consortia muliercularum non
repudiantes[r], talem viam arripuerunt, ubi plurime Deo abhominabiles oriebantur spurcicie;
*non* autem *bene conveniunt nec in una sede morantur* arma bellica et muliercularum contu- Ov. Met. II, 846.
bernia. Eodem anno dux Wladizlaus de eadem expeditione revertitur[32], in qua Iûrik eius
agaso[33], vir nobilis et strennuus, filium nomine Iûrik habens unicum optime indolis, cum 33
aliis plurimis interfectus est. Bartholomeus autem predicti ducis cancellarius cum plurimis
aliis a Turcis captus est, de quo nichil plus certi scire potuimus. Predictus autem dux per
Ruziam ad propria remeans, domnum Spitigneum fratrem suum patruelem, pro quibusdam
suis excessibus captum et vinculis astrictum, genero suo[34] firmissime custodiendum tra-
didit. Qui cum maximo gaudio tam ab episcopis quam a nobilibus suis honestissime Prage
susceptus, filium Zobezlai in castrum Primda[35] firmissime custodiendum transmittit.

a) m. iter assumsit 2. b) ad — et *desunt* 3. c) omnium 3. d) f. suo — suo *desunt* 3. e) *deest* 3. f) *ita Pulk.* p. in 2. et a. 3. g) Schetin 3. h) castra 3. i) *deest* 2. *spatio relicto.* k) inquirunt 2. l) Kadibor 2. m) patruum *Pulk. recte.* n) Uzdicz 2. o) laetitia 3. p) *deest* 2. q) habuerunt 2. r) *ita correctum pro* declinantes.

29) Edita est in C. D. Morav. I, 255. 30) filio Borivoyi II. ducis. 31) Zditz inter oppida Beraun et Zebrak. 32) Dobnerus hic apponit locos sane notabiles Ioh. Cinnami de Wladizlao, quem iam a Conrado regem creatum asserit. 33) i. e. mare-scalcus. 34) Quis ille? certe Wladizlaus Polonus, qui Gerdrudis ducissae sororem duxerat, tunc exul erat. 35) Frimberg iuxta oppidum Frauenberg in circulo Pilsnensi.

1148. Eodem anno Otto 6. Idus Iulii obiit, pro quo Daniel[36] 4. Kal. Augusti eligitur, et 2. Kal.
Iul. 10. Februarii[37] Mogontie magnifice susceptus, in episcopum consecratur.

1146. Anno dominice incarnationis 1149. Waladizlaus dux Polonie collecta maxima multitudine
tam Sarracenorum quam Rutenorum[a], Poznan fratris sui Bolezlai civitatem obsidet; at
Bolezlaus cum Meskone fratre suo iuniore, plus in Deo quam in numero hominum spem
ponens, tantam multitudinem eorum militia, ferro aggreditur, et maxime Sarracenos et
Rutenos cede crudeli prosternens[b], civitatem ab obsidione liberat, et maximam eorundem
hostium cum suis rapiens predam, inopinata potitur victoria. Wladizlaus autem ad ducem
confugiens Boemie, eius consilio ad regem Conradum, cuius sororem sibi iunctam habebat
matrimonio, se confert, et pro restituenda sibi terra eius postulat auxilium. Rex autem
Aug. Conradus militia collecta unâ cum duce Boemie intravit Poloniam. Poloni vero quorundam
sapientum utentes consilio regem Conradum pecunia leniunt, et ad curiam eis indictam
Ov. Art. am. I, 443. se venturos et in eius stare mandato se promittunt; nam *quid promittere ledit?* et sic rex
Conradus lenitus, cum suo exule ad propria revertitur[38].

1150. Anno dominice incarnationis 1150. filius Zobezlai, a suis quibusdam fautoribus castel-
lano Bernardo de nocte interfecto et in inferiorem turris carcerem miserabiliter detruso, de
carcere Prinda evasit[39].

1151. Anno dominice incarnationis 1151. domnus Heinricus Maraviensis episcopus in se-
nectute bona, plenus operibus bonis et elemosinis, circumstantibus fratribus plurimis et
Iun. 25. pro ipso Deum orantibus, 7. Kal. Iulii reddit Deo spiritum feliciter, qui prout optaverat in
monasterio Montis Syon, cuius maxime constructioni et tam religiosorum virorum in ipso
collocationi operam adhibuerat, sicut usque nunc rei probat exitus, cum diversis Deo pre-
cum exhibitionibus in pace sepelitur. Pro quo domnus Iohannes sanctissime vir conversa-
tionis, priusquam predictus episcopus sepeliretur, eiusdem monasterii canonicus, in
episcopum eligitur, et eodem anno Maguncie consecratur. Eodem anno domna Gertrudis
40 ducissa, ipsam suam regalem genealogiam[40] morum honestate exsuperans, 2. Non. Augusti
viam universe carnis ingreditur, et in eodem Montis Syon monasterio, sicut optaverat,
sepelitur. Multa siquidem bona illi monasterio contulerat. Dux autem Wladizlaus, sicut
divine dispositioni placuit sua orbatus coniuge, filium suum Adalbertum in Montem Syon[41],
et filiam suam Agnên[42] Doksan, sacris litteris et sancte conversationi ad erudiendum tribuit.
Seniores autem filios, Fridericum et Suatopluk, militie et patrio ducatui deputat; qui utique
Deo id disponente, unusquisque in suo ordine de die in diem melius et melius proficere
ceperunt.

1152? Anno dominice incarnationis 1152. comes Groznata filius Ermanni comitis, bone et
sanctae conversationis vir, Ierosolimam proficiscitur, et casulam preciosissimam et multa
donaria patriarchae et aliis sanctis patribus, archiepiscopis, episcopis, que domnus Hein-
ricus Moraviensis episcopus moriens destinaverat, rogatu domni Iohannis Moraviensis
episcopi fideliter deportat, et eodem anno, voto quod domino Deo voverat fideliter expleto,
ad propria feliciter revertitur.

1153? Anno dominice incarnationis 1153. predictus dux Wladizlaus consilio episcopi sui
Danielis et aliorum terrae suae primatum et principum[c], domnam Iuditam, specie et de-
core quodammodo quasi humanas formas superantem tamquam divinam sobolem, sororem
domni Ludwici de Turinga langravii, nobilissimam et honestissimam, litteris et Latino
optime eruditam eloquio, quod maxime domizellarum nobilium exornat decorem, sibi iungit
matrimonio.

a) multitudine *iterat cod.* b) *ita ex corr pro* cede prostrauit. c) et pr. *supra lineam add.*

36) Chronicon Zazaviense addit: *Praepositus sanctae Pragensis ecclesiae.* DOBN. Patrem *Magnum canonicum* prodit Necrol. Boh. ad d. 6. Kal. Martias. Fratrem Alexandrum a. 1146. habuimus. 37) id est anni sequentis, ut habet Chronicon Zazaviense. DOBN. Cf. infra Gerlacum ad a. 1184. quo probabile redditur, Danielem aliquanto prius, forte 2. Kal. Ian. consecratum. Ceterum post *susceptus* in ipso codice interpungitur, ut dubium maneat, an illo die sit susceptus, alio consecratus. Dominica illo anno nec 31. Dec. nec 31. Ian. fuit. 38) Haec a. 1146. accidisse probat Jaffé, Conr. III. p. 77 sqq. 39) Eum tribus annis captivum fuisse ait Gerlacus a. 1173. 40) Filia erat Liupoldi ducis Austriae et Agnetis, Heinrici IV. imperatoris filiae. Ceterum et episcopus et ducissa secundum Mon. Zazaviensem a. 1150. mortui sunt. 41) *Iste Adalbertus processu dierum factus est prepositus Mielnicensis et demum Salcspurgensis episcopus, ambas ad vite sue tempora retinens dignitates.* PULK. 42) Ea Agnes est, quae dein ad parthenonem sancti Georgii ord. sancti Benedicti transiit. DOBN.

Anno dominice incarnationis 1154. rex Conradus debita carnis persolvit, pro quo 1152. Fridericus frater suus patruelis, dux Suevie, armis strennuus in regem eligitur, qui eodem Febr. 15. anno plurimis suis principibus et duci Boemie Mersburk curiam indicit[43], ad quam domnus Mai. 18. dux Wladizlaus, tamquam[a] novelle creature obaudire nolens, ire rennuit; ex consilio tamen domnum Danielem episcopum cum quibusdam terrae sue sapientibus ad ipsum dirigit. Interea Oulricus filius Zobezlai ducis ex consilio quorundam ad novellum regem se confert, et plurimam ei promittens pecuniam, ut sibi ducatus tribuatur patrius rogat, ad quod amore pecunie facilis ei tribuitur promissio. Veruntamen dum domnus Daniel Pragensis hoc animadvertit[b], ex consilio procerum quos tunc secum habebat, eius lenit animum, et eum a curia illa ad gratiam ducis Boemie secum adducit, cui castrum Gradek ultra Albim[44] cum suis appendentiis in beneficium tribuitur.

Anno dominice incarnationis 1155. Oulricus predictus domicellus in Poloniam cum suis 1153? complicibus fugit. Eodem anno Wladizlaus dux[45] a rege Friderico in maximam recipitur gratiam, filiam marchionis Alberti de Saxonia, dominam honestissimam, optimis ornatam moribus, sibi iungit matrimonio.

Anno dominice incarnationis 1156. rex Fridericus collecta plurima multitudine prin- 1154. cipum et aliorum militum, Heinrico duce Saxonie et Friderico filio regis Conradi aliisque principibus sibi adiunctis, Romam ad papam Adrianum, ut eum in cesarem iure debito consecret, iter cum forti manu militum arripit. Cum autem in exitu Alpium ante ipsam Veronam civitatem ad Guardum castellum inexpugnabile pervenerunt, Veronenses tamquam ex suo iure transitum sibi et suis prohibent, dicentes eum esse nondum cesarem, sed regem; propter hoc eum ex eorum iure eis debere pecuniam persolvere, si inde Romam transire velit. Postquam vero eum in cesarem consecratum receperint, ei tunc honorem cesari debitum persolvent, non ante. Hec rex Fridericus audiens iram reprimit et eam dissimulans, verba dans bona, pecuniam quam exquirunt eis promittit, et tamquam super hoc securitate data, Veronam illesis exercitibus suis transit. Regalibus itaque ultra positis exercitibus, mandat Veronensibus ut pro debita pecunia veniant. Qui verbis eius credentes, 12 meliores et nobiliores et aliis plurimis nobilibus adiunctis, pro pecunia promissa ad regem dirigunt. Quos ipse rex hilari vultu suscipiens, de promissa pecunia verbis datis optimis, eos capi precipit, et plurimis ex eis trucidatis, 12 nobiliores suspendi precipit. Et cum quidam de propinquiori linea cognatum eius esse se diceret et hoc testimonio comprobaret, propter hoc altius tamquam nobiliorem suspendi precepit, posteris suis hoc relinquens, et ceteris timorem incutiens ne talia contra dominos suos agere presumant[46]. Interea Papienses et Cremonenses ei tamquam domino suo karissimo[c] cum 46 multa electa militia occurrunt, et in servitium eius regiam viam proficiscuntur. Tandem rex optatam ingreditur Romam, et in constituto tempore a domno papa Adriano in impera- 1155. torem consecratur. Cumque consecratione peracta, in stationibus regalibus in planitie Iun. 18. pulcherrima ante regiam urbem Romam positis, de eorum iure cibos sumerent, Lateranenses antiquum fastum somniantes, de domni imperatoris consecratione tamquam contra eorum voluntatem facta indignati, forti manu contra ipsum armantur. Quid plura? armate acies ultra Tyberim progrediuntur; hec dum imperator audit, contra armat exercitus, et nullum in eos insultum fieri precipit, quoad[d] usque in planum progrediantur. Lateranenses contra imperatoris exercitus in planos campos egrediuntur, á primis aciebus congreditur, fit pugna. Veruntamen cum imperator Fridericus cum filio regis Conradi et aliis principibus eos in fronte viriliter cederet, Heinricus dux Saxonie per fractos muros, quos quondam Heinricus imperator fregerat, Romam intrat, et ab ipso ponte a tergo eos vir bellicosus invadit. Et cum ad ferream portam, que in medio pontis est, feré pervenissent, Lateranenses hoc conspicientes et inter duo mala minus malum eligentes, tam ab hostibus quam a suis ferream portam claudunt, et sic miserabiliter prostrati, quidam gladio quidam naufragio interierunt, reliqui capti domno imperatori numero trecenti sunt presentati. Quos imperator domno Petro Romane urbis prefecto, qui ei fideliter adheserat, tradidit, cuius ipsi

a) t. n. c. o. n. *in marg. add.* b) audiuit *superscr.* anim. c) *superscriptum.* d) quod *c.*

43) in festo pentecostes. 44) Königgrätz. 45) certe Polonus. Sed nihil praeterea hac de re notum est. 46) Quum Otto Fris. hac de re taceat, sed II, 25. rem similem in reditu imperatoris factam narret, cuius alii quoque meminerunt, haec Vincentii narratio nihil aliud esse videtur, quam rumor satis confusus de illo ipso facinore acceptus.

1154. tam Rome palacia* quam alias munitiones propter hoc destruxerant. Ex quibus prefectus *p. VIII. fol. 8. urbis quosdam pro tanto ausu punivit suspendio, a quibusdam vero plurimam accepit pecuniam. Et sic imperator in tam planissimis campis, quos nos ipsi, nobis haec referentibus qui huic victorie aderant, vidimus, Deo auxiliante optata potitus est victoria. Post hanc itaque victoriam imperator cum domno papa Adriano federe et pacto inito, quod Romanos qui hostes imperii se fecerant, nec ipsum regem Sicilie qui imperio non obaudiebat, sine consilio et voluntate domni pape, nec[a] e converso domnus papa sine consilio et voluntate domni imperatoris in gratiam eos reciperet, feliciter in Lonbardiam revertitur. Mediolanensium itaque offense non inmemor, Terdonam civitatem regiam quae contra imperatorem cum Mediolanensibus iuraverat, obsedit, et forti militia eam cingens, Papiensibus, Cremonensibus et aliis Lonbardie civitatibus auxilium ei prestantibus, plurimis ex utraque 1155. parte peremptis, funditus destruit, victis solam tribuens salutem[47]. Nullus etenim tam episcoporum quam aliorum multitudinem[b] ab hoc retrahere potuit. Hec Hasta, regalis et fortissima civitas Terdone vicina, que cum ea iuramentis Mediolanensium assibilaverat, considerans, ad dominum imperatorem confugit et omnes excessus suos pecunia placat, que apud imperatores et principes plurimum valet et plurima disponit, sic tamen quod omnes turres, tam parvas quam maximas, ad laudem domni imperatoris eos destruere oportuit, quorum ruinam ipsi vidimus. Totam etenim ferê Italiam in servicio domni Danielis cum imperatore peragravimus. His itaque peractis domnus imperator ex consilio suorum principum Veronenses in gratiam suam recipiens, per Veronam Teutoniam cum trihumpho feliciter revertitur.

1156. Anno dominice incarnationis 1157. imperator Fridericus generalem curiam Wirzburk in festo pentecosten convocat, ubi domnam Beatricem, filiam ducis Burgundie[48], matri-
Iun. monio sibi copulat. His nuptiis dux Wladizlaus cum episcopo suo domno Daniele et domno Thebaldo fratre suo ex vocatione domni imperatoris adest. Quid igitur? sicut tanti imperatoris decent, nuptie celebrantur; in his nuptiis inter imperatorem et domnum Danielem, domnum Gervasium prepositum Wisegradensem, ducis Boemie cancellarium, virum magni consilii, talis oritur machinatio, quod si dux Wladizlaus[c] in persona sua, cum militia sua, prout melius potest ad obsidendum Mediolanum imperatori auxilium prebere promiserit, cum regio diademate decorare et in augmentum honoris sui ei castrum Bůdisin se reddere promittit. Tantam utilitatem ex hoc sibi fore dux considerans, quod imperator petit se facturum promittit, et hoc nullis Boemorum scientibus preter supradictos duos viros, iuramento confirmat. Et hac fabricatione inter se sepulta, post celebratas nuptias leti ad propria redeunt.

1157. Anno dominice incarnationis 1158. imperator Fridericus ducis Wladizlai exulis Polonie,
49 et sororis suae[d] quae ei matrimonio iuncta fuerat[49], misertus, eum ad restituendum in Poloniam parat exercitus, ad fratres eius Bolezlaum et Meskam, qui eum expulerant, legatos mittit, precipiens ut ei ducatum reddant vel ei armis respondeant. Legati in precepto eius nichil proficiunt, ad introitum Polonie super flumen magnum et profundum,
Aug transitu difficile, quod[e] Odra dicitur, ad castrum Glogov dictum ponunt exercitus. Ad hanc expeditionem Wladizlaus dux Boemie ab imperatore vocatus, cum fratribus suis d .mno Heinrico et Thebaldo, et principibus Moravie et aliorum baronum cum forti militia venit,
Aug. 22. et primus cum omni militia sua supradictum flumen forti impetu transit. Hoc Poloni cernentes, in defensionem contra eos et imperatorem ire non valentes, castrum suum Glogov fortissimum ipsimet comburunt. Post hoc imperator cum omni militia sua flumen transiens progreditur inantea; talia Poloni cernentes, quid facto opus sit suos consulunt sapientes. Interea quecunque inveniuntur ab exercitibus destruuntur. Sapientum itaque suorum inito consilio, ut eos Wladizlaus dux Boemie eorum consanguineus conveniat exquirunt. Dux autem voluntati eorum satis faciens, pro securitate ex utraque parte datis obsidibus eos convenit et tamquam fratribus fidele dat consilium, ne imperatorem usque in campestria venire paciantur, sed eius voluntati satis facientes, quoquo modo possunt eum placent ut redeat. Huic consilio Poloni consentientes, inter imperatorem et eos eum mediatorem pro

a) ne *c.* b) *superscr. in cod. et ab editore omissum.* c) Vlad. *cod.* d) *ita correxit pro* eius. e) qui *cod.*

47) Hoc iam in adventu regis ante coronationem factum est. 48) Reinaldi comitis. 49) Aguetem tunc iam defuncta fuit, si vera sunt quae noster a. 1155. retulit. intelligit, Conradi III. regis sororem uterinam, quae

bono pacis fieri expostulant. Dux itaque medium se inter eos conferens, imperatorem pro 1157. eis, ut eis parcat iam subiectis rogat; imperator autem ex consilio suorum principum eis respondet, quod pro tali audatia quod domino suo imperatori se opponere presumpserint, talem[a] prius satisfactionem faciant: dux eorum discaltiatis pedibus, nudum super se ferens gladium, in conspectu domni imperatoris publice veniens, se peccasse confiteatur, condignam penam suscepturus, et quod fratrem suum exulem recipiat, vel quare eum de ducatu suo eiecerit, ad curiam condictam domni imperatoris ei respondeat. Dux Polonie tali necessitate cum suis astrictus, hoc totum se facturum promittit, et ad curiam imperatoris se venturum et fratri suo se responsurum. Quid ultra? imperator in condicta curia suis circumdatus principibus, suo sedet pro tribunali; dux Polonie cum suis discalciatis pedibus, nudum supra se ferens gladium, duce Boemie ei securitatem prebente, coram progreditur, imperiali maiestati presentatur, se contra imperialem dignitatem male fecisse confitetur. His ita expletis, plurimam in graciam imperatoris in osculo pacis recipitur, curia ei ad respondendum fratri de iniuria illata in natali Domini Maidburg indicitur[50].

Eodem anno domnus Daniel episcopus Pragensis in legationem ad regem Ungarie Deucam[51] dirigitur, ad rogandum militiam ex parte eius contra Mediolanenses. Qui in festo sancti Stephani regis eorum legatione peracta, impetratis videlicet quingentis Sarra- Aug. 20. cênis, cum multis muneribus in Boemiam revertitur[52].

Eodem anno domnus Iohannes octavus Olomucensis ecclesiae episcopus feliciter obiit, Febr. 19. pro quo Dragôn ducis Wladizlai capellanus electus fuit, sed supra se hoc onus esse considerans, in brevi per omnia publice recusavit. Ottone autem duce Moravie ex parte totius Olomucensis ecclesiae domnum Iohannem de Lûtmisl abbatem, virum optimum et conversationis bone, modestum, nominatim poscente, secundum voluntatem eorum in festo sancti Michaelis in choro Pragensi in episcopum eligitur. Domnus autem Daniel Pragensis Sept. 29. episcopus, qui ad curiam domni imperatoris ad respondendam legationem Ungaricam Wirzburk ire debebat, religiosorum virorum in hoc desiderium considerans, hanc electionem adiutorio Dei ad effectum perducere desiderans, predictum electum ab imperatore more solito investiendum, ad imperatorem secum honorifice adducere non distulit. Obsides Oct. quoque Polonorum, quos pro bono pacis domno imperatori per ducem Boémie Wladizlaum se daturum promiserant, ex mandato predicti ducis ad curiam domni imperatoris Wirzburk[53] adducit; ex quibus bone indolis puerulus, filius unicus principis Lakse[b], Prage 53 obiit[54].

Quid igitur? domnus Pragensis episcopus cum domno Moraviensi electo ad curiam condictam pervenit, ubi quod volebat cito secundum voluntatem eis occurrit. Nam domnus imperator secundum peticionem ducis Boemie et domni episcopi et aliorum, domnum Iohannem electum regalibus investit, et investitum ad domnum Arnoldum Maguntie sedis[c] archiepiscopum cum litteris suis et legato suo Alberto marchione ad consecrandum in episcopum dirigit; archiepiscopus autem tam honeste petitioni annuens, eum Ebrffordie[d] consecrat, et consecratum unâ cum domno Pragensi episcopo gregi suo remittit. Qui á canonicis Olomucensis ecclesiae et omni clero et populo honorifice susceptus, et in kathedra sua locatus, supercilia Phariseorum contempnens, episcopatus sui gubernacula feliciter regere cepit.

Eodem anno Wladizlaus dux Boemie Radisbonam ad curiam imperatoris, marchionibus 1158. et aliis principibus indictam, cum suis venit principibus, ubi quod clanculo agebatur, in publicum producitur; nam domnus imperator predictum ducem ob fidele eius servicium coram omnibus suis principibus 3. Idus Ianuarii regio ornat diademate, et de duce regem Ian. 11.

a) *inc. pag. nona quae tota, cum initio sequentis, rescripta est.* b) Leske *corr.* Lakse *cod.* c) *superscr.* d) *ita cod*

50) Et Cont. Cosmae et Pulkava addunt, Polonos contra Mediolanenses trecentos armatos milites se missuros promisisse. 51) i. e. Geisam II. Ita etiam Geisae I. nomen scribitur in Necrol. Boh. Apr. 25. 52) Meminit huius itineris Mon. Sazav. a. 1157. sed aliam causam assignat. Stephanus rex obiit d. 15. Aug. sed festum eius in Kal. Podlasic. d. 20. Aug. assignatur, quo die a. 1083. elevatum est corpus eius. 53) Curia celebris quam Ragewinus III, 6 commemorat. Eo Wibaldum quoque in vigilia sancti Michaelis venire imperator iusserat, ep. 434. 54) Istud omnibus scriptoribus Polonis hactenus incognitum: Lasko autem seu Lesko fuit filius Boleslai Crispi, quem pater moriens Mazoviae et Cuiaviae ducem constituit, ut habet Kadlubecius l. III. ep. 31. et qui dein sine herede decessit, ut refert Dlugossus l. VI. ad an. 1186. DOBN.

1158. faciens, tanto exornat decore[55]. Pro tanti[a] sui ducis exaltatione omnes principes et proceres letantur Boemie, canonici et totus clericalis ordo cum suo presule Daniele maximo tripudiant gaudio, omni populo applaudente tanto decori. Rex itaque Wladizlaus tantis se decoratum videns honoribus, quomodo tantis eius respondeat honoribus, in propria persona cum suis principibus et forti militia ad obsidendum Mediolanum, regalem Lonbardie civitatem antiquissimam, situ loci munitissimam et mirabili militia fortissimam se iturum, et contra eos qui colla sua eius imperio subdere nolunt, armis suis se pugnaturum promittit. Tanto audito adiutorio imperialis militia plurimum exhilaratur, et ad suos hostes devincendos diversi pugne modi iam in eorum cordibus preparantur. Regi autem novo Boemie in adiutorium tota Boemie fremit iuventus. His itaque peractis rex Wladizlaus tanto honore decoratus, letus cum suis in regalem civitatem Pragam revertitur, et ad hoc propositum, videlicet versus Mediolanum iter movendum, Boemie baronibus generalis curia Prage celebranda indicitur, in qua dominus voluntatem suam in propria persona ad obsidendum Mediolanum se velle ire, omnibus ostendit. Quod quidam nobiles de senioribus Boemie audientes, non bene hoc esse factum dicunt, quod sine eorum consilio tale quid actum est,
*p. X. fol. 81. et eum cuius hoc actum est consilio, vera dignum cruce referunt; hec omnia domno* Danieli Pragensi episcopo, qui ex maxima parte huius rei fabricator extiterat, inponentes, et in eum crudeliter sevientes. Rex hoc eos domno episcopo eorum obicere considerans: *Nullius* inquid *consilio hoc domno imperatori promisi, sed sic eius honoribus michi ab eo impensis propria voluntate respondeo; qui me in hoc negotio iuvare intendit, hunc honore debito et pecunia ad hec necessaria, ut decet, exorno; qui vero negligit, mulierum ludis contentus et ocio, mea pace securus propria sedeat in domo.* Hec á rege suo Boemi audientes, contra Mediolanum seviunt in arma, et maxime nobilium ad hoc strennua fremit iuventus; in eorum cantibus et in eorum sermonibus Mediolani resonat obsessio, arma undique preparantur et reparantur arma, et non solum nobilium iuventus, sed et de populo plerique ruris opera reicientes, manus suas plus ligonibus et vomeri aptas, scutis, lanceis et ceteris aptant armis militaribus. Hic rumor dum ad aures domicellarum, quae viros suos tenero diligebant amore pervenit, earum corda perturbabat, et cum magno dolore et gemitu diem ad hoc iter movendum expectant. Ad eligendam contra Mediolanum militiam curia Prage
Mai. Boemis indicitur, ad hoc idonei eliguntur milites. Primo itaque ipsius domni Wladizlai regis vexilla procedunt rósea, post leta militum iuventus fremens in arma progreditur. Domnus autem Gervasius Wisegradensis prepositus et cancellarius, in quo maxime domni regis pendebat consilium, cum domino suo rege magis labores eligens et exilium quam ocium et delicias, eandem expeditionem et labores arripit. Plurime domicelle quae viros suos diligebant tenerrime, viros suos iam Mediolani, iam in corde habentes, et tamquam contra illud dextrarios suos urgentes, eos cum fletu revocant, et eis quasi aliquid secrete locuture, eis dulcia figunt oscula, eis filios suos salutandos offerentes. Qui parentes suos flere videntes, flere non cessant, causam fletus ignorantes. Per mediam Radisbonam regii egrediuntur exercitus; inde innumerabilem predam pecudum et aliarum rerum capientes, gladiis suis sibi viam parantes, ad fauces Alpium perveniunt, et quia omnes incole regionis Alpium á conspectu tantorum exercituum fugerant, victualium et potus nimia exercitus laborabant inopia. Tandem ad montem Pausanum qui nostro vocabulo Pôcyn dicitur, perveniunt, ubi
56 optimi vini maximam inveniunt habundantiam[56], qua defatigati exercitus recreantur et reficiuntur. Post hec infra montana Brixiensibus[57], Tridentinis per nuncios domni regis data securitate, forum victualium et aliarum rerum necessariarum datur optimum. Inde ad preceptum domni imperatoris ponte super Attasim flumen navibus facto, ultra Veronam
Iun. regiam civitatem progrediuntur, et super lacum circa Wardam inter olivas speciosissimas sua figunt tentoria, ubi olivas preciosissimas ad focum et ad equorum stabula, et malogranata tamquam salices cedi vidimus. Veronenses autem hec considerantes, domno regi plurimam offerentes pecuniam eum exorant, ut in campestria Brixiensium, qui contra imperatorem cum Mediolanensibus fuerant confederati, suos moveat exercitus; qui eorum

a) *ita codex; an* tanta?

55) Superest diploma d. 18. Ian. datum. Ceterum hic a nostro paullo diversa refert Cont. Cosmae, quae utrum ex schedis Vincentii an aliunde sumserit, dubium manet. 56) Vinum Bauzanense, olim *Bolzenwein* dictum, notum est; sed mons ibi nullus, oppidum in valle ad Athesim fluv. situm est. Fortasse Boemi Brennum montem urbis vicinae vocabulo appellabant. 57) i. e. Brixinensibus, ut scriptum est in Pulkavae Chronico.

peticioni satis faciens, versus Brixiam suos movet exercitus, circa quam campos invenit [1158.] planissimos, exercitibus aptissimos. Volens itaque considerare, quantam exercituum habeat fortitudinem, armari suos exercitus precipit. Qui armati ordine suo dispositi[a], in medio eorum ipsius domni regis exercitu fortissimo existente, contra Brixiam progrediuntur, et ferê usque ad portas eorum progredientes, leta in armis iuventus dextrariis insidens Brixienses ad arma provocant; ipsi autem plus saluti sue consulentes, extra ire non presumunt, solummodo muros suos defendunt. Hec Boemi considerantes, non longe á Brixia in mediis frugibus sua ponunt tentoria, et totam provinciam illam penitus destruunt, maximam predam pecudum et aliarum rerum in sua castra ducentes[58]. Brixienses [58] dum hec considerant, domno Daniele Pragensi episcopo, qui in servicium domni sui regis Boemie cum militia sua, et cum Dezlao, Peregrino, Detlhebo, Vincentio, Ottone et aliis capellanis commitatus, in eandem expeditionem venerat, mediante, per domnum Odonem cardinalem[59] et per consules suos domnum regem conveniunt, rogantes ut per eius interventum gratiam domni imperatoris obtinere possint, plurima ei offerentes munera; quod eis rex se facturum promittit. Interea imperator cum exercitibus suis maximis advenit; duabus etenim septimanis antequam imperator Lonbardiam intrasset[60], Boemi provinciam Brixiensem totam destruxerant. Cui rex Boemie cum suis occurrit exercitibus. De adventu domni imperatoris plurimo gaudio omnes tripudiant exercitus, qui super Oleam fluvium non longe a Brixia sua imperialia figi precipit tentoria[61]; Brixienses autem tante fortitudini resistere non valentes, per regem Boemie ad gratiam domni imperatoris adducuntur, domno imperatori et regi plurimis datis muneribus, obsidibus et iuramentis datis, quod ad obsidendum Mediolanum electam domno imperatori mittant militiam. His ita peractis versus Mediolanum moventur exercitus; venitur ad [Iul. 23.] Aduam flumen rapidissimum, nullo vado transmeabile, ubi pontes[62] destructos invenimus, ad quos plurimam Mediolanensis provincie hominum multitudinem reperimus, qui contra imperatoris exercitus sagittas mittentes, clamoribus suis exercitibus plurima inferebant obprobria; arcatores[63] et balistarii plurimas contra eos pretemptant sagittas, sed propter latitudinem fluminis nichil proficiunt. Super ripam iuxta predictum pontem imperiales ponuntur stationes, quibus undique plurimi replentur campi; infra autem has stationes per unum miliare domni regis Wladizlai Boemie et domni Theobaldi fratris eius et domni Danielis Pragensis episcopi ponuntur tentoria; post tot labores dulces capiuntur cibi. Interea [Berinardus filius Zobezlai] Odolen filius Ztris[64] miles strennuus, cum duobus mili- [64] tibus vadum invenire pretemptat, quod non inveniens, mediis fluctibus se committit, uno tantum socio eum sequente, quos mediis fluctibus sic rotari vidimus, quod nunc ipsi super equos, nunc equi super eos rotari videbantur; tandem Deo eos adiuvante, incolumes flumen transeunt, tercius vero eorum socius, vel quia equum vel quia cor debile habuit, ad ripam revertitur. Hec dum regi referuntur, videlicet duos milites vadum invenisse et iam torrentes fluctus transisse, abiciuntur tabule, tympanum bellicum percutitur, armantur milites; ipso rege Waldizlao, strennuo et illustri milite, eos precedente, inter medios fluctus precipites suos impellunt dextrarios, et sic divina pietate eos conservante, tam duros, tam precipites superant fluctus, non nullis tamen militibus ibi naufragio[b] perditis. Sic rex Boemie superatis fluctibus sua forti[c] militia[65] suos irruit in hostes, eos ex omni parte circumdans militia; ceduntur, ligantur, capiuntur plurimi. Ex utraque parte ad caelum levantur clamores, Boemorum leti de victoria, Mediolanensium funesti de inopinata miseria.

a) disponuntur *corr.* dispositi *cod.* b) naufraigio *c.* c) armata *corr.* forti *c.*

58) Otho Morena causam huius devastationis verbis his exprimit: *Brixienses super scutiferos regis Bohemiae, qui prius quam imperator venerant, irruentes, equos ipsorum abstulerunt pluresque interfecerunt; alii vulnerati, pluribus semivivis relictis, fugerunt. Quod cum audisset rex Bohemiae valde ira commotus est, ac deinde coepit ipse et omnis eius exercitus, qui magnus nimis erat, totum episcopatum Brixiae, quantum poterat, devastare.* DOBN. Cf. Ragewinum III, 25. 59) dictum de Brixia. 60) Hic die 6. Iulii Italiam apud Veronam intravit, teste Radulfo Mediolanensi. 61) Otho Morena per quindecim dies ibi moratum imperatorem, multasque villas et castra igne cremasse ait. DOBN. 62) Pontem de Cassano nominat Otho Morena. 63) sagittarii, a voce *arcus.* 64) *filius Srais de Chiss.* Pulkava. Continuator Cosmae Bernardum omittit, quod melius videtur. Nomen per errorem positum, in autographo expunctum fuisse debuit. 65) Otho Morena etiam Teutonicorum partem interfuisse memorat. Sed Vincentio oculato rerum harum testi maior adhibenda fides. DOBN. Conradum ducem Dalmatiae affuisse commemorat Ragewinus III, 29.

1158. Dum hec geruntur, quidam sacerdos ruricula, superpellicio pro lorica indutus, calvicio pro galea, canus, ventre rotundo, funda sua qui[66] capiebantur, super ripam stans liberare viriliter laborat, sed et ipse captus in superpellicio ante regem Boemie adducitur; quem domnus Daniel suis precibus, super hac pugna risu maximo facto, quod funda sua regales exercitus á transitu fluminis repellere nitebatur, pro remedio anime domni regis á captivitate liberat. Imperatoris autem exercitus primo Mediolanenses putant suis in ad- 67 iutorium venisse; veruntamen cum tympanum signum Boemorum audiunt[67], suos adversarios eos viriliter cedere considerant, leti de tanta victoria letos ad celum clamores[a] levantes, quomodo vel qua arte tam precipites fluctus transierint mirantur. Boemi vero reliqua parte hostium fugata, plus de leta victoria quam de preda curantes, castella, villas et quae possunt, igni committunt. Rex interea ad pontem imperatoris se transfert, pro reparando solicitus. Ex utraque parte tam imperatoris quam regis trabes comportantur ponti utiles, interea tantum laborem nox dirimit; rex ex parte Mediolanensi tuciori posita Iul. 24. custodia, cum suis illam noctem sub divo peragit. His ita peractis dies advenit inopinatam eis adportans victoriam; dum etenim summo diluculo ad reparandum pontem domno imperatori instanter darent operam, nunciatur[b] quod exercitus Mediolanensium, qui ad defendendum eis transitum missi fuerant, iam super eos veniant. Non fit mora; armatur militia, et quia exercitus maiores ex alia parte aque remanserant, ex consilio qui in hoc *XII. XIII. excisae. negotio periti fuerant*, longe extra castra progreditur exercitus, ibi[c] cum eis pugnaturus. Ad considerandum quanta eorum sit militia[d], electi mittuntur milites, qui maiori et fortiori exercitui[e] Mediolanensium occurrentes, eum fortiter ut milites fortes aggrediuntur; Mediolanenses victi fugam ineunt. Nec mirum, mors enim in tali re vel ferro vel pedibus vitanda est[68]. Quos Boemi insequi quamdiu possunt non cessant; ubi plurimis vulneratis Boemis, Zuezt[f] castellanus Melnicensis interficitur. Diva[g] vero miles honestus mortale vulnus in fronte recipit. Hoc Bernardus filius sororis eius considerans, de[h] avunculo suo ulcisci desiderans eum insequitur, et cum gladio suo ut leo fortis medium dividit. Boemi vero plurimos ad terram ferro prosternentes et ibi neci relinquentes, 70 ex melioribus et nobilioribus militibus captis ad domnum regem suum[i] cum triumpho leti redeunt et eos regie tradunt potestati; quos rex forti tradens custodie domni imperatoris, pro[k] perficiendo cum plurima militia insudat[l] ponte. Quo perfecto domnus imperator cum electis militibus rapidissimum flumen superans, in auxilium sicubi opus esset[m], domni regis advenit. Alii vero Boemorum alium pontem ad opus sue militie reparant[n], ubi[o] pro[p] nimia ex utraque parte pressa[69] magna parte pontis ruente, multi tam Boemi quam Ungari naufragio interierunt. Domnus autem Pragensis episcopus Daniel predicta audita victoria, etiam[q] ibi domino suo regi debitum paratus exhibere servitium, in tanta se committens pericula, per pontem predictum aquam transiit[r], in predicto ponte vulneratis spiritualia prebens solatia. Rursus[s] autem cum per reparatum pontem Boemi transirent, propter maximam multitudinem pressam[t] ponte maiorem ruinam faciente, plures naufragio perierunt; nullus etenim eorum vehementiam retrahere[u] poterat. Ego autem Vincentius hoc malum considerans, in tale periculum me precipitare animum retraho; quid facto[v] opus sit in tali negotio cogitans, et potius saluti quam audacie consulens, cum Papiensibus qui forum exercitibus imperatoris 70 adducebant, quibus vie et pontes noti erant, ad stationes ducis Karinthie[70], qui in superiori parte fluminis quandam fortem munitionem contra castrum Trek[71] ceperat, me cum familia meorum contubernalium confero, et sic illam noctem, sicut status illius temporis se[w] Iul. 25. offerebat, exegi. Crastina autem die, in festo videlicet sancti Iacobi, cum supra dicta familia salvis omnibus rebus nostris existentibus, per pontem domni imperatoris secure flumen transivimus, et sic ad stationes domini nostri regis et domni episcopi venimus, ubi multos

a) uoces *corr.* clamores *c.* b) *ita Pulk.* nuncians *c.* c) ubi 3. d) *ita Pulk.* malitia 2. 3. e) exercitu Mediolanensibus o. eos 3. f) Zwort *Pulk.* g) Quia 3. Dina *Pulk.* h) de a. s. u. d. *desunt* 3. i) *deest* 3. k) de 3. l) desudat 3. m) est 3. d. r. *desunt* 2. n) recuperant *Pulk.* o) verum 3. p) per 2. q) et 3. r) *ita scribendum puto;* transiens 2. 3. s) Rursum 3. t) *alterum horum verborum a Gerlaco corrigendo superscriptum fuisse reor.* u) extr. 2. v) factu 2. w) *deest* 2.

66) sc. *eos qui,* ut infra legitur *consilio (eorum) qui.* 67) E quibus coniicias tum certa signa pulsusque tympanorum fuisse, e quorum sono hostis aut amicus agnitus; constat enim Mediolanenses etiam suis usos tympanis. DOBN. Pulkava hic addidit quaedam de armis nobilibus Odoleno per regem collatis. 68) Hanc sententiam iam semel a. 1142. habuimus. 69) i. e. pressura, compressione. 70) Heinrici. Mirum, in Chron. Pulk. hoc ad ipsum episcopum referri. 71) iam *Trezzo.*

naufragio, et Mladorkam scutarium[a] episcopi nostri de[b] stationibus interiisse reperimus. [1158.] Imperator vero predicto flumine superato Trek castrum Mediolanense valde forte obsidet, quod infra paucos dies cepit[c], et ad custodiendum illud ibi forti posita militia, diu inceptum iter progreditur. Venitur ad Laudam civitatem quondam valde nobilem, quam Pompeius [Iul. 31.] sicut ab incolis civitatis illius[d] audivimus struxerat, locans in ea pyratas quos navali bello vicerat, eam a Lauda principe illorum pyratarum Laudam vocans. Laudenses itaque magis[e] domno imperatori et principibus eius miserias suas manifestare volentes, ut in medio civitatis deserte imperatoris et suorum principum figantur tentoria exorant; Mediolanenses etenim tam Laudam quam Cumas, regales civitates, funditus destruxerant, et incolas earum sibi in servitutem redegerant. Quod ad voluntatem eorum fit; in medio civitatis destructe figuntur[f] tentoria[72]. Tante civitatis imperator destructionem considerans, magis[g] destructionem parat Mediolani. Interea domno imperatore cum rege Boemie et aliis principibus, quid de tanta audacia Mediolanensium faciendum sit pertractante[h], Laudenses[i] episcopo, canonicis, monachis, clericis, monialibus, viduis et aliis pauperibus [Aug. 2.] sibi adhibitis, in conspectu domni imperatoris et suorum principum progrediuntur, et secundum consuetudinem eorum singuli singulas cruces portantes, ad pedes domni imperatoris prosternuntur, et ut civitatis sue destructionem et eorum miserias aspiciat et emendare dignetur exorant. Quem ad hoc emendandum non solum eorum movent lacrime, sed etiam civitatis eorum destructio, ecclesiarum quoque[k] desolatio; imperiale etenim[l] monasterium, sedes episcopalis, in quo[m] sanctus Bassianus gloriosissimus confessor et illius loci episcopus quiescebat, et alia plurima monasteria tam monachorum quam monialium semiruta[n] a divino officio vacabant. Dum hec geruntur, Mediolanenses ad curiam domni imperatoris cum eius conductu veniunt, de his omnibus domno imperatori satisfactionem[o] offerentes; principes[p] eorum verba humilia et satisfactionis promissionem audientes, ut ea recepta eos in gratiam suam recipiat, citius ad propria redire cupientes dant consilium. Surgens autem Anshalmus[q] Ravennatensis ecclesie archiepiscopus contra hoc respondit: *Non est*, inquiens, *vobis nota astutia Mediolanensium: dulcia quidem vobis verba et humilia offerunt, sed astutam vulpem sub pectore servant. Mensura qua aliis mensi sunt, remetiatur* [Pers. v. 117.] *eis; ecclesias Dei, civitates liberas imperatoris*[r] *destruxerunt; destruantur*[s] *et ipsi; nullam in eis misericordiam fecerunt, nec eam consequantur.* Hec domnus imperator cum suis audiens principibus, eius acquievit[t] consilio, et per sue abiectionem cerothece[u] ex more antiquorum imperatorum eos publice in suum bannum mittit, per hoc ostendens esse manifestos hostes imperii[73]. Hec considerans leta iuventus fremit in arma. Post hec proxima die vix duobus miliaribus a Mediolano ponuntur exercitus in arma promptissimi, et cum [Aug. 5.] positis stationibus plurima militia huc et illuc equitando tempus deduceret, Herkenbertus princeps[74] de regia stirpe, ipsius imperatoris cognatus, assumptis plurimis militibus quasi indignans quod Boemi tot et tanta fecerint, versus Mediolanum progreditur; verumtamen cum ultra abbatiam Vallem claram monachorum Clarevallensium, lorica sua quoquo modo superposita dorso suo, tanquam securus spaciando deambularet, Mediolanensis super eum irruit militia; alii tam subito et inopinato rei eventu perterriti subterfugiunt[v], ipse vero nobilis princeps Herkenbertus hec considerans, cum eis pugnaturus de suo descendit dextrario. Aliis subterfugientibus, paucis scutiferis et suo agasone, viro nobili et strennuo milite, eum iuvante, supra nominatus princeps a Mediolanensibus victus humi prosternitur, supradictus marscalcus eius ne interficiatur armis prohibet, qui cum ipso interficitur. Abbatie supradicte monachi, ne corpora tantorum virorum a bestiis consumantur, pietate ducti in monasterium deportant. Quorum carnes ibi sepulte fuerunt, ossa, miserabile obsequium, in terram eius sunt deportata. Ibidem Diva miles strennuus, qui super Aduam flumen mortale vulnus acceperat, sepelitur[75].

a) secretarium 3. b) de st. *desunt* 3. c) captum 3. d) eius 3. e) magno 2. f) figunt 3. g) magnam 2. h) percunctante 3. i) Laudensis episcopus ... progreditur 2. k) *deest* 3. l) *deest* 2. m) qua 2. n) se mirata 3. o) congruam *add. Pulk.* condignam *Cont. Cosmae.* p) princeps .. audiens 2. q) *deest* 2. r) imperii 3. s) *deest* 3. t) acquiescens 3. u) *ita* 3. v) subito fugiunt 2.

72) De hoc nihil apud Morenam, qui Laudenses cum crucibus in castra imperatoris ad Lambrum posita venisse refert. 73) Hoc iam aliquanto prius factum esse docet Ragewinus, Gesta Frid. III, 28. 74) Ekkebertus comes de Putene Nonis Aug. adscriptus in Necrol. Admunt. et Claustroneoburgensi. 75) *Non. Aug. Diva comes frater noster.* Necr. Podlaricense ap. Dudík, Forschungen in Schweden p. 418.

1158. Hec fama ad aures domni imperatoris pervenit, unde maximo dolore commotus plus in Mediolanenses sevit; ut in arma ad signum domni imperatoris tota sua militia sit pre- Aug. 6. parata indicitur. Dies oritur, multis mortem, multis apportans victoriam. In campis planissimis iam ante Mediolanum exercitibus aptissimis ad bellum imperiales armantur exercitus. In prima itaque fronte militie Ludwicus[76] frater domni imperatoris, palatinus comes de Reno, in primo iuventutis sue flore, iuvenili decore et fortitudine preclarus, ex antiquorum[a] successorum[b] suorum dignitate Suevorum armata militia, Papiensium et Cremonensium, qui huius expeditionis fabricatores extiterant, sibi militia adhibita, in campestria progreditur. Secundum locum Fridericus filius regis Conradi in annis iuvenilibus, dux de Rotenburk, cum forti militia possidet; ad hunc exercitum augendum Ugo marchio Montis Ferrati, qui materteram imperatoris matrimonio sibi iunctam habebat[77], cum Veronensium, Brixensium, Mantuanensium forti militia accedit. Tertium locum Wladizlaus rex Boemie cum suo exercitu, quem de tota militia sua in unum collecta collegerat, valde magno et forti, sine Lonbardorum additamento possidet. Quarto loco Heinricus dux Austrie cum aliis principibus de Austria ponitur. Quinto loco ipse imperator Fridericus cum suo exercitu, cuius longitudinem et latitudinem comprehendere difficillimum erat, valde terribilis[c] progreditur[78]. Sextus exercitus de Bavarorum militia et aliarum regionum Alamannie constructus procedit, cui rector princeps Otto palatinus comes cum suis fratribus[79] de Ratisbona preficitur. Septimus exercitus ex Teutonicorum et Lonbardorum principum[d] militia collectus procedit[80]. Sic tanti et tot exercitus* candore ferri horribiles versus portam Mediolanensem, que Romana porta dicitur, procedunt, et sic nullo impediente ad urbem diu optatam perveniunt. Mediolanenses autem in campis contra tot et tantos imperatoris exercitus bello se committere non presumentes, fossata sua et munitiones quas circa muros suos fecerant, armata manu custodiunt. Domnus autem imperator videns extra munitiones suas eos non audere procedere, ante portam predictam, que Romana porta dicitur, nomine et re maior, sua figi precipit[e] tentoria, forti pro cautela circumposita militia, et ut ad alias portas Mediolanenses aliorum principum figantur tentoria precipit, et in brevi fit quod precipit; ad diversas portas diversorum exercituum figuntur tentoria. Interea Wladizlaus rex Boemie non longe á Mediolano sua figi precipit tentoria, expectans que porta ad obsidendum ei ab imperatore deputetur. Mediolanenses vero ex qua parte eos invadere possint considerant. Et in prima militia exercitum Ludwici[f] fratris imperatoris invadendum, qui ad portam sancti Dionisii eorum episcopi fuerat positus, suum ponunt studium; et circa horam vespertinam armata manu, ut fortius possunt progrediuntur. Quibus predictus princeps in primo flore sue iuventutis, ut strennuus miles cum sua occurrit militia; fit pugna, ex utraque parte fortissimi ceduntur milites. Nunc hi vincuntur, nunc illi. Videns autem predictus princeps se eis sufficere non posse, ad regem Boemie plurimos mittit nuntios, rogans ut ei sua subveniat militia. Hec audiens rex Boemie tympanum signum bellicum percuti precipit. Non fit mora, armatur militia, pugnantibus in auxilium progreditur. Hec audiens Ludwicus Mediolanenses a se repellere armis fortius instat. Interea ipse rex Boemie in suis splendidus armis, cum sua forti militia primam militiam Mediolanensem aggreditur, ipsum principem eorum et vexilliferum Dacium medium lancea perfodit, qui ibi mortaliter perfossus occubuit[81]. Ceteri vero milites Boemie qua quis potest irruunt in hostes, umbo umboni alliditur, pes pede teritur, fortium virorum fortissimi resonant ictus. Mediolanenses pro libertate adversariis suis fortissime resistunt, ex utraque parte fortissimi ceduntur milites. A vespertina hora usque ad crepusculum durat prelium. Mediolanenses tandem plurimis amissis et captis, Boemorum ictus plus non valentes sustinere, infra muros se retrahunt, quos Boemi victores usque ad ipsas portas cedentes insecuntur. Interea nox prelium dirimit, quod nisi diremisset[g], Boemi victores unâ cum eis civitatis muros intrassent. Rex vero letus de victoria cum suis victoribus ad sua

*p. XIV. fol 82.

a) antiquo 3. b) *ita etiam Cont. Cosmae.* c) terribili 2. d) *deest* 2. e) precepit *c.* f) Ld'wici *c.* g) dirim. *c.*

76) Conradus. 77) Wilhelmus, maritus Iuttae Austriacae, filiae Agnetis quae imperatoris avia fuerat. 78) Cont. Cosmae imperatorem sexto loco ponit; sed quintam legionem etiam ap. Widuk. III, 44. et Lamb. a. 1075. ducit. 79) Friderico et Ottone iuniore, quorum nomina Cont. Cosmae hoc loco ponit. 80) Cont. Cosmae hic nominat Fridericum archiepiscopum Coloniensem. 81) Tazonem de Mandello vocat Otho Morena, additque alterum Girardum Vicecomitem, duos nobilissimos Mediolanenses capitaneos.

revertitur tentoria. Plurimi autem milites plurima ad stationes suas reportaverunt vulnera. 1158. In hoc autem prelio in iuvenili aetatis suae flore Mikus, Otto, Zueztec, Gerardus nepos magni Grabisse[82], ut leones fortes occubuerunt. Quos cum domino nostro Daniele Pragensi episcopo in abbatia Vallis clare non longe á Mediolano cum maximo planctu sepelivimus. Mediolanenses tantam fortitudinem Boemorum considerantes, extra has portas exire non presumunt, immo sese ab eis fortius munientes, lapidibus eas omnino obruunt, sola ex hac parte contenti portula[83]. In palatiis abbatis Dionisii optimis ante ipsam portam 83 rex Boemie suas ponit mansiones, militum suorum ex omni parte stationibus positis; Mediolanum ex omni parte forti circumdatur militia. Huic itaque tantae et tam forti obsidioni in servicio domni imperatoris hii affuerunt principes: Wladizlaus rex Boemorum cum domno Thebaldo inclito fratre suo et aliis principibus et primatibus. De principibus autem Alamannie hii huic negotio affuerunt principes: Fridericus filius Conradi dux de Rotenburk, Heinricus dux de Austria, Ludwicus frater imperatoris, palatinus comes de Suevia. Otto palatinus comes de Bavaria cum suis fratribus, duo filii marchionis Alberti et alii principes de Saxonia cum forti militia, plurimi quoque totius Teutonie principes. Affuit quoque Peregrinus patriarcha Aquilegensis, Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Wikmannus Maigdburgensis archiepiscopus, Ansalinus[a] Ravennatensis archiepiscopus, Ermannus Verdensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus, Ratisponensis[84], Wirzburgensis[85] episcopus, Cicensis episcopus[86], Wormacensis episcopus[87], Alexander Laodicensis episcopus[88], Metensis episcopus[89], Camaracensis episcopus[90], Treverensis episcopus[91], Argentinensis episcopus[92], Augustensis episcopus[93], Curensis episcopus[94], et alii Teutonie episcopi. Lonbardie etiam huic obsidioni hii affuerunt principes: Ugo marchio de Monte ferrato, Guido comes Blandratensis cum filiis suis, Obico marchio Malaspina, Gerardus de Carpeneto, Gerardinus de Ferraria, Ugo, Albertus, Ugolinus, Albertinus, et plurimi alii Lonbardie principes; maximum vero auxilium ad hoc negotium conferentes tam forti militia quam aliis instrumentis et necessariis domno imperatori Papienses, Cremunenses, Laudenses, Kůmani, qui maxime huius obsidionis fabricatores exstiterant accurrunt; alie quoque Lonbardie civitates cum sua forti militia huic affuerunt operi, videlicet Veronenses, Brixenses, Mantuani, Bergamenses, Parmenses[b], Placentini, Genuenses, Terdonenses, Astenses, Albani, Vercellenses, Nowarienses, Yporienses, Paduani[c], Tervisiani, Aquilegenses, Ferrarienses, Reginenses, Mutinenses, Bolonienses quoque cum suis legistis et sapientibus, Immolenses; maritime quoque civitates, de Cisena[95], de Servia[96], de Foro Iulii, Ravennates, de Foro Livii, Ariminienses, Fanenses, 95 Anconitani, Firmenses, Senegonenses, Esculani[97], aliarum quoque Lonbardie civitatum plurima militia.

Plurime etiam civitates Tuscie et Romaniae, quedam cum militia, quaedam domno imperatori debitum offerentes affuerunt servicium, Lucenses scilicet, Pisani, Lunenses, de Aquis pendentibus, Senenses, Biterbienses, Florentini, Sutrienses, Nepenses, Flagentini[98], Anangientes, Tusculani, Tiburtini, de Orto, de Perusio; aliarum quoque civitatum Tuscie circa Romam adiacentium, plurima et fortis advenit militia. Harum civitatum nomina, in quibus episcopatus sunt, ex quibus peragravimus et pedibus nostris trivimus, quasdam ipsas, quarundam consules vidimus, describere non incongruum duximus. Ipsi quoque Romani harum civitatum commotionem in auxilium domni imperatoris venire considerantes, domnum Petrum urbis prefectum cum suis senatoribus in servicium domni imperatoris transmittunt. Hac forti militia domnus imperator fretus, Mediolanenses obsidet. Ad portam quae Romana dicitur, ad quam domnus imperator militiam suam posuerat, nullus Mediolanensium militiam pretemptare presumit, solummodo portas suas defendunt. Turris maxima de fortissimo opere marmoreo, quae arcus Romanus dicebatur, ad honorem antiquorum imperatorum facta, non longe a porta illa inter staciones domni imperatoris et portam illam stabat, in qua Mediolanenses milites suos posuerant ad defendendum ibi

a) *ita cod. hic et infra; supra melius* Anshalmus. b) Parimenses *c.* c) Puduani *c.*

82) cuius Cosmas meminit III, 16. 19. 29. 83) Posterula dicta nova, e regione monasterii sancti Dionysii; v. Giulini, Mem. di Milano VI, 107. 84) Hartwicus II. 85) Gebehardus II. 86) Bertholdus. 87) Conradus. 88) Heinricus II. erat ep. Leodiensis, cui a. 1164. Alexander II. successit. 89) Stephanus. 90) Nicolaus. 91) Hillinus. 92) Burchardus. 93) Conradus. 94) Adalgot. 95) Cesena. 96) Cervia. Sed Foroiulienses per errorem hic positi esse videntur. 97) de Sena Gallica et Asculo Piceno. 98) an Fulginienses sive Folignates?

1158. stationes imperatoris, homines stultissimi. Quos imperator militia sua circumdans, turrim illam maximam cum eis ad terram deici precepit. Qui solam vitam ab imperatore exorantes, turrim predictam domno imperatori reddunt, in qua domnus imperator fortem locat 1 militiam. Papienses, Cremonenses Lomellum castrum fortissimum, Moyce[1], et plurima alia castra Mediolanensium et aliorum adversariorum suorum destruunt. Boemi vero castra, villas comburunt, mulieres quoque pulchras iuvenculas multas rapiunt, secum in castra deducunt, quas domnus Daniel Pragensis episcopus de manibus eorum, quasdam precibus quasdam pecunia liberans, domno Peregrino archidiacono suo custodiendas committebat, qui eas in tentorio suo fideliter custoditas, recreatas, consolatas, in civitatem Mediolanensem fideliter deducebat. Heinricus autem dux Austriae ad portam suam facit insultum, a tercia hora diei usque ad noctem fit prelium, ex utraque parte percutiuntur plurimi, ignes ante ipsam portam iaciuntur, quos Mediolanenses se viriliter defendentes extinguunt. Tali chorea et ioco Mediolanenses undique cinguntur, domnus autem imperator singulis diebus cum exer- *p. XVI. fol. 83. citibus, ne aliqui inde exirent, Mediolanum circuire non cessat. Interea machine per quas* muros eius deicere intendebant, preparantur. Dum hec geruntur, Peregrinus Aquilegensis patriarcha, Ebrehardus Babenbergensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus Mediolanenses de his que eis ad pacem sunt conveniunt. Qui ex consilio suorum fidelium in consilio domni Wladizlai regis Boemie se ponunt, et ut per eum ad gratiam imperatoris perveniant exorant. Hanc eorum voluntatem rex imperatori insinuat; imperator his auditis Aug 12. principum suorum super hoc communicat consilia. Ansalinus Ravennatensis ęcclesiae archiepiscopus interea moritur. Per omnes exercitus sonat, quod Deus ideo eum percusserit, quod Mediolanum obsidere imperatori dederat consilium. Principes de victoria et de pace gaudentes, talem viam in gratiam eos recipiendi inveniunt, rege Boemie inter eos mediante et hoc iuramentis confirmante[a], et hoc dictante: quod Laudam, Kumas et alias civitates imperatoris ita liberas esse permittant, sicut ipsum Mediolanum ab eis liberum est, et quod decem milia marcarum imperatori puo suis excessibus solvant; omnes captivos[b] tam Cremonenses quam Papienses per manum regis Boemie dimittant, fidelitatem domno imperatori iurent, omnem iusticiam ab antiquis imperatoribus constitutam imperatori solvant, pacem omnibus civitatibus iurent, coronam et honorem imperii gladio suo custodiant. Palatia imperialia secundum honorem imperatoris reedificent, et ut militiam quo imperator voluerit tribuant; duodecim eorum consules, quos imperator elegerit, imperatore pro tribunali suo sedente nudipedes ad satisfactionem domno imperatori nudos gladios super colla sua portent, et ut hec et alia imperialia instituta rata et firma teneant, 300 óbsides filios nobilium et proborum virorum in potestatem imperatoris tribuant. Dies in qua hec fieri debeant, dies nativitatis sanctae Marie virginis instituitur. De pace futura ex utraque parte gaudent; Mediolanenses etenim foris vastabat gladius, intus pavor, estus autem, pulvis, fetor cadaverum intollerabilis ex utraque parte omnes cruciabat exercitus, Sept. 8. ita quod iam plurimi plurimis cruciabantur egritudinibus. Optata dies nativitatis beate Marie virginis ad pacem faciendam advenit; ante omnia in potestatem regis Boemie 300 dantur óbsides, 150 nobiles et 150 de populo. Captivi quoque Papiensium et aliarum civitatum mille et ultra, quorum quidam decem annis in captivitate manserant, filios quos parvulos dimiserant, iam factos milites lacrimabiliter salutabant; qui in monasterio sancti Dionisii sub custodia domni regis Boemie militum éa conditione ponuntur, ut si ad gratiam imperatoris per regem Boemie reducerentur, captivi liberi dimittentur; quod si non fieret, Mediolanensibus remitterentur.

His ita dispositis ad adducendum in gratiam imperatoris archiepiscopum Mediolanensium[2] Ebrhardus Bambergensis episcopus et domnus Daniel Pragensis episcopus mittuntur. Primo itaque cum crucibus, cum plenariis et thuribulis bini et bini procedunt clerici, deinde canonici, monachi et abbates ordine disposito, cappis ecclesiasticis, casulis et albis induti progrediuntur, quorum tantam multitudinem vidimus, quod licet tentoria imperatoris a portis Mediolanensium satis fuerint remota, processio tamen illa a predictis portis usque ad tribunal imperatoris durabat. Predictus archiepiscopus á predictis episcopis adductus in osculo pacis recipitur, et verbo facto quod erga Mediolanum imperialem civitatem antiquissimam agat misericorditer, inter alios archiepiscopos collocatur. Post hec duodecim

a) confirmant *c.* b) milites *corr.* captiuos *c.*

1) i. e. *Monza*, ut infra videbimus. 2) Ubertum de Pirovano.

Mediolanensium consules electi, gladios suos super colla sua ferentes, nudis pedibus — 1158. licet enim plurimam offerrent pecuniam quod eis calciatis hanc satisfactionem facere liceret, nullomodo tamen obtinere potuerunt — suo ordine progrediuntur, coram tot et tantis principibus imperatori suo sedenti pro tribunali super colla sua nudos offerunt gladios. Ex quibus Obertus de Orto consul, vir sapiens et lingue tam Lonbardice quam Latine eruditus, in hec verba prorupit: *Peccavimus, inique egimus, veniam petimus; colla nostra que ditioni et gladiis vestris subdimus, omnium Mediolanensium, et in his gladiis omnia tela eorum imperiali potestati subdita esse.* Imperator vero singulorum recipiens gladios, suis tradit ministris, eos in gratiam suam recipiens. Eorum archiepiscopus ad celebranda divina preparatur in ipso die nativitatis beate Marie, modo extraneo, modo Ambrosiano, quo soli ex antiquorum concessione apostolicorum utuntur Mediolanenses. Ubi cantorem eorum, virum statura procerum, canum, vetustissimum, in albis cappam choralem de serico in humero portantem, baculum de aneto[3] maximum rubricatum cum minis ferentem, 3 mirabiles in circuitu canentium gyrationes et saltus facere vidimus, cuius gestus plus quam eorum cantus ab omnibus ammirabantur. Domnus autem imperator imperiali diademate exornatus in medio tentorio suo tribunali residens, ubi hec fiebant divina, quod ei rex Anglie miserat maximum et de opere mirabili, domnum Wladizlaum regem Boemie post tot labores et regales trihumphos coram tot tam Alamanniae quam Italiae principibus regio donat et exornat diademate. et sic finitis divinis omnibus Mediolanenses ad edes proprias, alii ad sua redeunt tentoria. De pace facta tam Mediolanenses quam alii exercitus maximo trihumphant gaudio. Imperator Mediolanensibus sua conlata gratia, exercitus suos versus prepósituram Moyce, que ad imperialem spectat coronam, movet, et ibi ex iure antiquorum imperatorum regiam portat coronam, quamquam locus ille a Papiensibus esset combustus. Rex Boemie infirmitate satis gravi arreptus in terram suam post tot labores cum suis exercitibus ab imperatore licentiam querit redeundi, quem ipse in persona sua visitans, ei per Brixiam dat licentiam redeundi. Preter alia munera eum mille donat marcis, quas á Mediolanensibus acceperat, Mediolanenses enim eum decem milibus marcarum placaverant. Domno Danieli Pragensi episcopo imperator secum in Italia remanendi querit licentiam, qui eodem tempore acutis tenebatur febribus; erat enim Italicae lingue peritus et in curia imperatoris acceptus et utilis. Quam quidem obtinet, verumtamen contra eius voluntatem. Ea nocte media predictus rex in terr m suam suas movet stationes; in curia imperatoris predictus episcopus remanet, convalescit, per civitates Italie pro recipiendis obsidibus et iuramentis eorum mittitur. Quantos et quales dolores et gemitus in remanendo cum episcopo et caros nostros in terram suam dimittendo habuerimus, Deus novit. Rex feliciter cum suis in terram suam revertitur, qui Prage in civitate sancta á clero, principibus, nobilibus et populo receptus, laborum Italie non inmemor, feliciter regnavit. Has autem civitates, earum iuramenta et obsides et plurimam domino nostro episcopo ab eis pro expensis et pro honorario recipientes pecuniam peragravimus: Brixiam, Mantuam, Veronam, Cremonam, Papiam, Parmam, Placentiam, Regium, Mutinam, Boloniam. Alii domni imperatoris nuntii pro eodem negotio exequendo per alias civitates mittuntur. Imperator autem Mediolanensibus sua conlata gratia, generalem curiam omnibus urbibus Italie, Runkalie supra Padum non longe a Placentia in festo beati Martini indicit, ubi antiquorum imperatorum confirmatis legibus et suis ascriptis[4], Mediola- Nov. 11 nenses in suum vocat consilium, quomodo urbes Italie sibi fideles habeat, querit. Qui ei tale dant consilium, quod eos quos per civitates Italie sibi fideles habet, per suos nuntios eos ibi suas constituat potestates, quos ipsi consules nominant. Quod imperator laudans, usque ad tempus huic rei competens in corde suo recondit. Ea finita curia principes Italie ad propria redeunt. Imperator vero nullo prohibente, per Lonbardiam qua volebat ibat. Imperator denique Fridericus in civitate Alba, non in ea quam Eneas construxit, sed in alia inter civitates Vercellas et Astam, natale Domini cum suis principibus celebrat, et ibi Dec. 25. suum imperiale portat diadema feliciter. His ita peractis, consilii Mediolanensium non inmemor, pro ponendis suis potestatibus per civitates Lonbardie suos dirigit nuntios, 1159. Ian. videlicet domnum Danielem episcopum Pragensem, Regnaldum cancellarium, qui eodem anno Colonensis archiepiscopus factus fuit, Ermannum Verdenensem episcopum, virum sapientissimum, Ottonem palatinum comitem de Ratispona, Gidonem Blandratensem

3) i. e. de alno factum. 4) v. Mon. Germ. Legum T. II. p. 110—114.

1159. comitem, virum eloquentissimum, qui Cremone, Papie, Placentie et in aliis civitatibus iussa domni imperatoris exequentes, veniunt Novam Laudam, quam predictus imperator non longe a veteri Lauda super flumen Aduam parvo adhuc fossato circumdederat, ubi incolas paucos pauperes et casas eorum pauperrimas, et ubi monasterium eorum dispositum fuerat, altare eorum cratibus vilibus de frutice circumdatum, et campanulam solam que ad divinum officium et ad consilia incolas illos convocabat, et episcopellum eorum *p. XVIII. XIX. excisae. pauperem, inopem, contractum, sed vitae* sanctissime invenimus. Ibi Mediolanenses de potestatibus iussa imperatoribus nullo modo velle facere audivimus. Tandem Mediolanum venimus, consules eorum convocantur, eis voluntas domni imperatoris aperitur, pro consilio cum suis nobilibus et populo capiendo inducias querunt, quas obtinent, in dominico die responsuri. Dies responsionis advenit, nullo modo se hoc facere posse respondent; verumtamen sicut in privilegio imperatoris habebatur[a], quod ego Vincentius ex parte imperatoris et regis Boemie scripseram, se per omnia facturos promittebant, scilicet quod ipsimet quos vellent consules eligerent, et electos ad imperatorem vel ad eius nuntium ad hoc constitutum pro iuranda imperatori fidelitate adducerent[b]. Contra hoc nuntii imperatoris respondent, quod ipsi Runkalie hoc imperatori dederint consilium, quod per suos nuntios in civitatibus Lonbardie ponat potestates; eo consilio utantur et ipsi, attamen quos velint eligant, sicut volunt consules vel potestates eos appellent[c], solummodo per nuntios imperatoris eos eligi permittant. Cum hanc voluntatem eorum tam populo quam aliis in summo monasterio sancte Marie virginis referunt[d], repente fit clamor: *fora! fora! mora! mora!* quod in vulgari eorum sonat: *Trahantur foras, moriantur.* Firmiter curie claudimus[e] portas, per fenestras in palatia nostra iaciuntur lapides, consules eorum accurrunt, sedatur populus, tantus quiescit tumultus. Hoc populum ebrium sine eorum consilio fecisse referunt, ne hoc usque ad imperatorem perveniat rogant, plurimam eis pro satisfactione promittentes pecuniam. Nuntii imperatoris secundum voluntatem eorum bene respondent, ad sua quique[f] vadunt hospitia, iniurias sibi illatas dissimulant, et in medio noctis silentio, qua qui poterant, de supra dicta civitate effugiunt et ad imperatorem veniunt, hec omnia ei referunt. Ex hoc tam modico fermento, tam modica scintilla, excidium tante urbis, tam antique, tam nobilis Mediolani ortum esse, quilibet lector sciat. Posita sollempni principibus curia, de illata nunciis suis[g] iniuria imperator conqueritur. Ex consilio principum Mediolanenses ad curiam imperatoris de hoc responsuri vocantur, veniunt, de hoc se satisfacturos ad eius voluntatem humiliter promittunt. In octava[h] pasche huic[i] rei terminus ponitur; Mediolanenses hoc iurato quod omnibus civitatibus imperatoris pacem habeant, ad sua redeunt. Imperator de iuramentis eorum tanquam securus, cum exer-
Apr. 4. citibus versus maritima progreditur[k], Mutine pascha celebrandum disponitur. In sabbato palmarum non longe vix per unum miliare a Bolonia in burgo ad Sanctam Helenam tentoria eorum figuntur. Ea nocte capella domni Danielis Pragensis episcopi et camera tota penitus comburitur; Diethlieb[l] eius fidelis capellanus per totum dorsum duriter combustus,
5 incendium vix evasit. Hoc autem durum et strictum convivium[5], Deo id disponente feliciter evasi; pro emendis enim decretis et aliis libris ab eodem episcopo Boloniam[m] missus fueram. Rem gestam scribo: ipsum episcopum in solo mantello, quo coopertus fuerat, et cum solo cothurno incendium evasisse inveni. Imperator et sui principes hoc audito plurimum dolent et plurima ei offerunt donaria. In ipsa civitate Mutina imperator
Apr 12. pascha sollempniter celebrat, et cum tertia feria pasche in media curia imperatoris prin-
Apr. 14. cipes eius[n] iuniores et alii milites more suo, eos[o] ipso imperatore de imperiali suo palatio prospectante, choreas suas luderent, ad imperatorem venit nuntius, referens castrum imperatoris Trek, in quo Teutonicorum magnam habebat militiam, esse a Mediolanensibus obsessum[6]. Rumpuntur choree, arma rapiuntur bellica, summo diluculo obsessis in adiu-

a) habebant 2. b) adducerentur 3. c) compellent 3. d) refertur 3. e) clausimus 3. f) quisque vadit 3. g) s. et imperatori iniuria conqueritur et c. 3. h) octavum 2. i) huius 3. k) pergit 3. l) Vietlebus 3. m) *deest* 2. n) et 3. o) *deest* 2.

5) Vetus erat proverbium maioribus nostris usitatum, ut cum rem execrandam periculosissimamque exprimere vellent *Strachy Kwas*, id est terrificum aut durum strictumque convivium, dicerent; id ortum ex convivio Boleslai saevi ducis Boh. qui sanctum Wenceslaum ad convivium invitatum crudeliter trucidavit. DOBN. 6) Hoc pugnat cum Othone Morena, qui Mediolanenses die 18. Apr. egressos, 20. Apr. Tricium cepisse narrat. Die 16. Apr. Mediolanenses bannitos esse refert Radulfus.

torium pergitur[a]. Paucis transactis diebus alius nuntius venit, dicens castrum[b] Trek 1159. funditus esse deletum, et qui intus fuerant captos et turpiter Mediolanum deductos. Hoc imperator audiens Laudam se confert, qualiter eis ad[c] hoc respondeat disponens. Omnibus civitatibus Italie[d] obsidio Mediolani indicitur; ad hoc innumerabilis militia tam Teutonicorum quam Italorum convocatur. In ipsa secunda feria prima die rogationum impe- Mai. 18. rialia rosea vexilla et exercitus suo ordine dispositi ante ipsas portas Mediolanenses progrediuntur, fruges, vineas, oliveta, castaneas et alias arbores fructiferas nullo prohibente funditus destruunt, villas, castra, turres igne comburunt et destruunt; sic provincia Mediolanensis tota in circuitu usque ad ipsum Ticinum destruitur. Imperator autem sic terra illa desolata et destructa ex consilio Cremonensium et Papiensium Kremam castrum natura et militia fortissimum, qui Mediolanensium amicissimi fuerant, cum multa militia obsidet. Qui innata sibi probitate contra exercitus imperatoris egre- Iul diuntur[e]; ex utraque parte pugnatur acriter, plurimi hinc et inde vulnerantur, capiuntur, occiduntur. Nox pugnam dirimit. Kremenses infra muros sese retrahunt, ex parte imperatoris marchione de Ancona[7] milite honestissimo interfecto. Imperator Krema obsessa 7 Laudam revertitur, et assumpta sibi fideli militia nocte clanculo cum quibusdam Papiensibus versus Mediolanum progreditur; Papienses autem in quadam silva in quibusdam latibulis[f] imperatore cum sua militia posito, pro rapiendis gregibus Mediolanensium saliunt, plurimos greges rapiunt, fugam cum eis ineunt. Hec res Mediolanensibus innotescit, fit clamor undique, signa dantur bellica, pro gregibus suis eripiendis armata militia progreditur, cum Papiensibus ad hoc constitutis pugnant[g], nunc vincunt, nunc vincuntur. Papienses interdum fugam simulant, ubi imperatorem cum militia latere sciebant, interdum a Mediolanensibus vulnerantur, capiuntur plurimi; interea imperatore iam prope existente, a Papiensibus tuba ductilis sonat, signum imperatori notissimum Hoc audiens imperator cum militia in auxilium Papiensium prosilit; Mediolanenses sternuntur impie, nonnulli vulnerantur, occiduntur, capiuntur, Laudam deducuntur. Imperator cum tribumpho ab episcopis suis susceptus, eis et aliis principibus suis inquit: *Eamus, et[h] videamus hodiernam venationem nostram, si tantis laboribus nostris sit competens?* Ivimus, vidimus tantam multitudinem eorum, iuvenum, senum, adolescentum in longissimis chordis in carceres deduci, sicut greges albarum ovium. Hoc itaque peracto ad obsidendam Kremam revertitur, et ita eam exercitibus circumdant, quod nullus Mediolanensium ire intro[i], nec Kremensium extra ire poterat[k]; arctantur undique, molendina[l], forum et currentes aque auferuntur. Pergamenses fidelitatem suam imperatori ostendere volentes, cum eis prelium ineunt; a tertia hora usque ad crepusculum pugnatur acriter, Kremensium septem optimi[m] capiuntur milites, quos imperator ante portas[n] eorum fecit suspendi, licet pro vita sua redimenda ei plurimam offerrent pecuniam. Propter hoc Kremenses quatuor imperatoris suspendunt homines; unde[o] imperator iratus pro sexaginta eorum mittit obsidibus, quos Papie vinctos habebat, eos omnes suspendere volens. Interea Laudenses ei nepotem archiepiscopi Mediolanensis cum aliis tribus militibus, electum iuvenem bello captum adducunt Quos imperator multorum principum preces spernens, ibidem suspendi precepit. Plurima prelia inter eos exercentur talia. Interea ad imperatorem advenit quidam de Hierosolimis, qui cum Hierosolimitanis multa castra Sarracenorum instrumentis suis destruxerat; qui promittebat turrim, quam ipse de lignis faceret, in medio castro cum militibus se positurum[8]. Ad hec pecunia et omnia instrumenta ad hoc utilia ei promittuntur[p] a Cremonensibus, qui Kremam capere omnibus modis laborabant. Hec omnia in brevi fiunt, omnia necessaria huic rei utilia magistro operis adducuntur, in hunc modum maxima de maximis lignis quernis erigitur turris. Primo due ponuntur quadrate trabes querne in modum rhede[q]; imprimis eius latitudo et longitudo in terra disponitur, et que post mirabili ingenio, sicut in castrum deduci debebat, erigitur; in ipsa sex domicilia, in quibus milites pugnaturi

a) progreditur 2. b) *deest* 3. c) de 3. d) *deest* 2. e) expediuntur 3. f) latebris 3. g) pugnatur. nec v. nec 2. h) *deest* 3. i) intus 3. k) poterant 3. l) molendinum 3. m) optime 3. octo cap. 2. n) portam 2. o) Verum 3. p) approm. 3. q) rhedarum 3.

7) Werinhero vel Guarnero. Gesta Frid. IV, 44. Ceterum haec mense Iulio evenisse constat; de diebus Otho Morena et Radulfus non consentiunt.

8) Otho Morena eum magistrum dicit fuisse Marchisium nomine ingeniosum valde, quique omnes Cremenses magistros arte excelluerit. Hunc clam desertis Cremensium castris ad imperatorem transiisse, magna laetitia exceptum a Friderico, vestibus et dextrario donatum. DORN.

1159. debebant stare, disponuntur. Primum domicilium equale castro, in quo pons magnus factus positus fuerat a magistro turris in castrum ponendus, militibus pugnaturis et in castrum ituris; a terra, sicut trabes erant disposite, lata, in altum strictior, aliis trabibus ad hoc dispositis et ferri laminibus et firmissimis clavis firmatis, ad decem milites in altum structa[a], infra ad mille per inferiora domicilia. Hoc instrumentum cratibus de ilicibus factis a fronte, a dextris et a sinistris circumdatum, usque ad fossatum, quod circa castrum factum fuerat maximum, aquis currentibus[b] plenum, obsidibus eorum de domiciliis illis circa turrim illam in[c] sedilibus positis, quod si velint eos[d] interficiant, ab his qui in illo domicilio in terra[e] positi erant circa quingentos, qui[f] per fustes trabibus eas impingentes turrim illam quo volebant ducebant et reducebant, in ripa fossati ponitur; illis enim duabus trabibus quas supra in modum rhede[g] positas diximus, totius turris illius fundamentum erat; aliae trabes in latum[h] multis instrumentis et ferro firmissime affixe fuerant, per quas hec turris quo volebant deducebatur per equales trabiculas, sepo pro levitate unctas, et reducebatur. A superiori domicilio usque ad inferius sagittarii in castrum mittunt sagittas et multos vulnerant, plurimos interficiunt. Kremenses hoc sibi malum imminere videntes, contra hanc turrim machinas quas ad hoc fecerant, erigunt; maximos lapides molares et quos habere poterant, contra predictam turrim mittunt, diabolo suadente cognatis, amicis et fratribus suis circa turrim positis non parcunt. Obsides viri nobiles, quidam iuvenes, quidam etate pleni, cruces et candelas[i], ut videantur de nocte, cognatos et amicos suos
p. XX. fol. 84. nominant, rogant ut eis parcant[k]. *Deest, require.*

1160. Anno dominice incarnationis 1161. predictam turrim reparantes muros castri frangunt, et quia aliam munitionem fecerant de lignis et propugnacula super eam fecerant Kremenses, ignem super turrim proiciunt; nostri quoque idem faciunt, sic ille cattus ex utraque parte comburitur; iam etenim officium suum exegerat. In loco cuius turris supra dicta sic vestita ponitur, contra quam septem maxime eriguntur machinae; die et nocte percutitur, nec leditur. In die sanctae Agnetis militibus de predicta turri super Kremam
Ian. 21. pugnaturis bellum indicitur; dies condicta advenit, magister turris de predicta turri arte pontem paulatim et paulatim producit, supra muros predicti castri iacit, milites fratris imperatoris, palatini comitis de Reno[l] ad pugnandum procedunt; primo vexillifer cum vexillo suo roseo, cum fratre suo germano ceteraque militia armata progreditur. Super pontem fit pugna, sagittariis tota cingitur Krema, super pontem ex utraque parte fortium militum crebrescunt ictus, iam decem milites — inicia malorum hec — viam sibi gladiis preparantes castrum conscendunt. Interea Kremenses septem machinis turrim percutere non cessant, et ex huiusmodi collisione lapidum, maximo per pontem lapide cadente, in medio pons rumpitur. Kremenses hec dum vident, eos qui per pontem in antea processerant, turpiter lanceis deorsum deiciunt; eos autem qui iam castrum conscenderant, alios capiunt, alios interficiunt; tali alea, tali trocho inter imperatorem et Kremenses ludus exercetur. Sic bellum dirimitur; pro reparando ponte turris á muro removetur. In brevi pons reparatur, Kremenses malum mortale sibi inminere videntes misericordiam querunt,
Ian. 27. castrum reddunt. Imperator principum suorum audiens consilium, eos incolomes extra abire permittit; qui omnibus rebus ibi dimissis, per diversas civitates disperguntur. Sic Krema regale castrum funditus destruitur et in cineres redigitur. Sic veritas antiquorum versuum Kremonensium adimpletur:

*Audio Kremonam cupiat quod Krema kremare;*
*Sed verum fateor, Kremam Kremona cremabit.*

Imperator tam forti castro destructo funditus, Papiam se confert, ubi ad determinandum
Febr. 5—11. Romanae ęcclesiae scisma archiepiscopis, episcopis et aliis principibus curiam posuerat. Ibi coram his principibus de predicto scismate querelas movet. Hoc iudicium ab archiepiscopis, episcopis, abbatibus et clericis septem diebus celebratur. Cardinales qui Octavianum in papam elegerant, consecraverant, et cum eo ad iudicium venerant, actiones suas et testimonia et cetera instrumenta in medium proferunt, ad hoc utilia quod Octavianum katholicę electum et in papam Victorem canonice consecratum asserebant, et hoc instrumentis suis et maxime sub stola iuramentis comprobabant, et sicut in huiusmodi re fieri

a) strictura 3. b) crescent. 3. c) i. sedentibus p. 2. d) illos 3. e) d. extra 3. f) *addendum putavi; deest* 2, 3. g) rhedarum 3. h) altum 3. i) manibus tenentes *supplendum.* k) *folii* 84 *p. XX. pars superior vacua relicta est; in summa pagina scriptum* deest require, *quibus postea alius quis addidit* gesta m. c. lix. et m. c. lx. l) Keno *c.*

solet, alii hunc, alii illum verum papam et katholicum proferunt. Plurimi episcopi Lon- 1160. bardie in absentem Rolandum sententiam non debere mitti dicunt, trina vocatione eum vocari debere asserentes. Contra hoc plurimi Alamannie episcopi respondent, episcopos Lonbardie has omnes vocationes et curias cum quinque solidis posse celebrare dicunt. Verumtamen quia quidam eorum ab oriente, quidam ab occidente, quidam a desertis montibus ad hoc determinandum vocati veniant, hanc peremptoriam vocationem utriusque partis esse asserentes dicunt: *Qui ad hoc venire neglexit, negligatur et ipse; qui hoc spernit, spernatur et ipse, et qui de trina vocatione in hoc articulo aliquid sompniant, dormierunt sompnum suum, et nichil invenerunt in manibus suis.* Peregrinus Aquilegensis patriarcha, Arnoldus Maguntiensis archiepiscopus, Renaldus Coloniensis archiepiscopus, et alii episcopi surgentes dicunt: *Quia Rolandus vocationem imperatoris et iudicium ęcclesiae sprevit, spernatur et ipse;* et quia Octavianus se humiliavit, et eorum iudicio se obtulit, verum esse papam et katholicum iudicio ęcclesiae Dei referunt. Hoc episcopi plurimi singillatim interrogati laudant, id ipsum imperator in ultimis interrogatus laudat; it clamor ad astra Febr. 12. Theutonicorum cantibus, patriarcha et archiepiscopi pro Octaviano mittuntur; extra enim castrum iudicium ecclesie Victor in quodam claustro morabatur expectans. Qui multa tam cleri turba quam militum cum papalibus insigniis ad maius monasterium adducitur; imperator de solio suo descendens, ei debitam exhibet reverentiam; deposita videlicet veste, equum eius albissimum, ornatum, usque ad gradus monasterii adducit, eique descendenti strepam tenet; deinde per dexteram manum, patriarcha vero per sinistram, usque ad altare adducunt, et ibi laudibus Deo solutis et Victore iam papa supra kathedram suam residente, domnus imperator pedem eius salutat; munera offerunt, aliis principibus id ipsum facientibus. His ita perfectis, per diversa regna ad diversos reges, qui hoc annuntient et confirment diversi mittuntur nuntii. Coloniensis archiepiscopus in Franciam ad regem Francie, Mantuanus[9] in Angliam, Daniel Pragensis episcopus in Ungariam ad regem Ungarie mittitur, et alii nuntii in diversas regiones mittuntur. In festo pasche pre- Mart. 27. dictus episcopus Pragensis a Luca archiepiscopo et ab aliis Ungarie episcopis sicut nuntius pape et imperatoris papalibus ornamentis insignitus cum processione suscipitur; deinde ad regem cum cruce precedente adducitur, a quo honeste suscipitur, salutatur, legationem profert; qua relata ad hospitium honeste deducitur, benigne tractatur. Tempus et dies responsionis advenit; rex ipsemet respondet, non posse se de tam arduo negotio tam cito respondere, nisi prius super hoc clerum suum cónsulat et principes. Quod si hoc nolit expectare, per nuntios idoneos omne super hoc ei se dare responsum promittit. Hac responsione episcopus accepta, plurimis a rege muneribus acceptis, in terram suam progreditur. Tandem Pragam venit, eum cruce predecente, papalibus ornatus insigniis; qui honestissime a presbiteris[a], canonicis et omni clero cum sollempni processione suscipitur, et ibi legatione imperatoris domno regi relata, in gratiam domini sui regis recipitur; valde etenim eum offensum habuerat, quia tamdiu contra voluntatem eius in servitio imperatoris fuerat. Nos autem qui in servitio domini nostri episcopi totam Italiam ultra Romam usque in Apuliam peragravimus[10], beneficiis et diversis muneribus exhilarati, Deo et martyribus nostris qui nos de tantis miseriis ad nostra reduxerunt, gratias agentes, feliciter dies nostros exegimus[11].

Anno dominice incarnationis 1162. in auxilium contra Mediolanenses domno imperatori 1161. Fridericum filium suum et Thebaldum fratrem germanum cum multa militia dirigit, et cum iam ad exitum terrae sue cum militia educenda veniret, nuntius de Moravia venit, referens Zobezlaum filium Zobezlai Olomuc nocte fraudulenter cepisse[12]. Et licet regi tam ad- *p. XXII. fol. 85. versa accidissent, predictam tamen militiam ad domnum imperatorem dirigit, querelas de Zobezlao referens; ipse autem alia collecta militia Moraviam intrat, Olomuc obsidet. Zobezlaus videns se domno regi non posse resistere, per Conradum et Ottonem principes[13] et per alios primates gratiam domni regis querit; ut ei tamdiu miserias in exilio passo aliqua portiuncula[b] Boemie detur, rogat. Quod ei facile promittitur, in gratiam regis in

a) bpris c. b) aliquam portiunculam c.

9) Garsidonius. 10) Hoc ex ipsius Vincentii narratione non huic expeditioni, sed alteri a. 1167. convenire videtur. 11) Daniel ep. Pragae fuit d. 16. Iunii, quum rex Gradicensibus privilegium concederet. C. D. Mor. I, 270. 12) Hoc a. 1161. factum ostendit Mon. Sazavensis. 13) Conradum Znaimensem et Ottonem fratrem eius, qui a. 1189. dux Bohemiae factus est.

1161. osculo pacis recipitur, Olomuc in potestatem regis redditur. Rex cum Zobezlao Pragam revertitur, et post celebrata divina in superiori palatio domni episcopi Zobezlao residente, et beneficia expectante que rex in inferiori caminata videbatur disponere, capitur et in maiorem ibi turrim ponitur, catenatur, sui qua quis potest effugiunt, inde in castellum Prindam deducitur. Conrado Stûrm cuidam carnifici[a] custodiendus committitur. Imperator interea cum Boemis, Theutonicis[b], Lonbardis et aliarum nationum plurima militia Mediolanum circuire non desinit, fruges eorum, vineas et arbores fructiferas destruit, pecudes, armenta et quae potest eis aufert, castella, turres quas potest eis destruit, ex eis quos capere potest capit, suspendit, interficit. Tali militia Fridericus filius regis Boemie circa
Sept. 28. Mediolanum domno imperatori expleta, in festo beati Venzezlai Pragam feliciter revertitur, et á patre suo, domino nostro rege, et á Boemie primatibus honestissime suscipitur.

1162. Anno dominice incarnationis 1163. Fridericus et Thebaldus a domno rege imperatori rursus in auxilium mittuntur. Mediolanenses autem tante fortitudini iam resistere non valentes, crebris vastationibus, fame, siti, diversis captionibus, fratrum quoque et amicorum suorum diversis cruciatibus et interfectionibus defatigati, a principibus tam Lonbardie quam Teuthonie inveniendi gratiam domni imperatoris modum querunt. Quibus sic a principibus respondetur, quod nullo modo gratiam domni imperatoris obtinere valeant, nisi prius Medio-
Mart. 1. lanum in manum domni imperatoris reddant. Et ex consilio suorum fidelium Laudam civitatem veniunt, et imperatore pro tribunali suo cum suis principibus sedente, claves omnium portarum Mediolanensium ante ipsum portantes, coram eo et tantis principibus nudis pedibus ad terram se prosternunt. Ex mandato imperatoris surgere iubentur, ex quibus Aluherus de Vimakato[14] sic incipit: *Peccavimus, iniuste egimus quod[c] contra Romanorum imperatorem dominum nostrum naturalem arma movimus, culpam nostram recognoscimus, veniam petimus, colla nostra imperiali maiestati vestrae subdimus, claves civitatis nostrae urbis antiquae imperiali maiestati vestrae offerimus, et ut tante urbis, tam antiquorum imperatorum operi antiquissimo, pro Dei et sancti Ambrosii amore et eorum qui intus requiescunt sanctorum, misereri subditis, pacem dare subiectis imperialis dignetur pietas, vestigia pedum vestrorum adorantes, humili et supplici prece rogamus.* His eorum imperator auditis precibus, claves portarum Mediolanensium recipit, et sic contra respondet, quod sicut per quatuor partes orbis terrae innotuit, quod contra domnum imperatorem, orbis terrae dominum, arma movere presumpserunt, sic per quatuor partes orbis terre eorum poena innotescat. Per quatuor partes circa Mediolanum, ad orientem, ad occidentem, ad aquilonem et austrum, qua quis vult sua ponant domicilia; pacem habeant, et secure quo quis vult suam deportent pecuniam; Mediolanum urbem imperatoris, in potestatem reddant imperatoris. Hoc audito Mediolanenses eius assentiunt voluntati, et licet inviti eius obtemperant imperio. Per predictas quatuor partes sua ponunt domicilia, ad orientem, occidentem, aquilonem et austrum. Mediolanum in potestatem domni imperatoris reddunt; imperator autem Theutonicorum, Papiensium, Cremonensium et aliorum Lonbardorum collecta militia, Mediolani[d] suo residet
Mart. 26. pro tribunali; quid de tanta urbe faciendum sit, consilium querit. Ad quod á Papiensibus, Cremonensibus, Laudensibus, Cumanis, et ab aliis civitatibus respondetur: *Qualia pocula aliis propinaverunt civitatibus, talia gustent et ipsi. Laudam, Cumas, imperiales destruxerunt civitates; et eorum destruatur Mediolanum.* Hoc audito imperator ex eorum consilio tali in Mediolanum data sententia, extra progreditur in campestria. Primo domnus Thebaldus
15 frater domni regis Wladizlai[15], deinde Papienses, Cremonenses, Laudenses, Cumani et diversi de diversis civitatibus ocius dicto ignem ex omni parte in Mediolanum iaciunt, hoc ipso imperatore cum suis exercitibus spectante. Sic Mediolanum urbs antiqua, civitas imperialis, diversis attrita miseriis destruitur. Imperator autem Mediolano destructo, in tota Italia imperialem exercebat potestatem, tota enim in conspectu eius tremebat Italia, et in urbibus Italie suis positis potestatibus, versus Siciliam cum Siculo de ducatu Apulie rem acturus suos disponit exercitus. Rex autem Franciae de destructione Mediolani his auditis rumoribus, quia contra voluntatem imperatoris partem tenebat domni Alexandri, legatos suos generum[16] videlicet[e] . . . . . . *Deest, require.*

a) tyranno *corr.* carn. *c.* b) thetonicis *c.* c) egimus i. f. quod *c.* d) ī mediolani *c.* e) *post haec verba XXIII. pagina paene tota vacua relicta est.*

14) Alcherius de Vimercato, nobilis Mediolanensis. 15) Tibaldus dux Boemorum his diebus testis apparet in privilegiis imperatoris ecclesiae Gurcensi concessis. 16) Heinricum ducem Campanensem.

Anno dominice incarnationis 1164. Ungari filium regis Deuce parvulum[17] sibi regem 1164. constituunt, et regem Boemie Wladizlaum rogant, ut eis veniat auxilio. Quod eis rex promittit p. XXIV. fol. 86. fideliter, et ad maiorem inter se confirmandam concordiam[a], alteram filiam reginae filio suo Suatopluc sumit in coniugem[18], et plurimis suis inter se datis muneribus ad propria redeunt. 18 Talia dum geruntur, imperator Greciae[19] cum Stephano et puerulo fratre regis novelli[20] Ungariam intrat cum exercitibus plurimis et fortissimis. Regina cum filiolo rege novello hoc audiens, ad regem Boemie nuntios mittit, ut in tanta necessitate ei et filio suo armis suis subveniat rogans; quod si non fit, regnum Ungariae se amisisse dicunt Hec rex audiens, in persona sua se eis auxilium ferre promittit, nuntii leti hoc regine et Ungaris referunt. Non fit mora, expeditio et conventus primatibus Prage indicitur, fit; rex voluntatem suam eis aperit, videlicet quod contra imperatorem Greciae in adiutorium regi Ungarie arma movere velit. Hoc quibusdam optimum, quibusdam videtur absurdum; quidam etenim nobiles dicebant, á seculo se non audivisse, quod rex Boemie regem constituat in Ungaria, nec quod rex Ungarie regem constituat in Boemia. Quibus rex respondit: *Regem in Ungaria constituere non intendo, sed regem constitutum contra ejus hostes iuvare volo. Qui me ad hoc iuvare intendunt, laudo; qui vero negligunt, mulierum ludis et ocio intendant feliciter*[21].

Hec a rege suo Boemi audientes, quocunque voluerit, etiam ultra Sauromatas, se cum eo esse paratos refferunt. Contra Grecos in Ungariam moventur exercitus; tam cum suis quam cum filii sui Friderici ducis Moravie exercitibus plurimis et maximis intrat Ungariam. A dextris et a sinistris et ante per longissima terrae spacia nullus Ungarie incola invenitur. Omnes quo quis poterat fugerant, in conspectu enim eius tota tremebat Ungaria Boemi plurimi, quibus hic amor erat, per Ungariam discurrunt, que possunt rapiunt, innumerabilia armenta, iumenta abducunt, interficiunt, villas cum suis rebus comburunt. Rex Ungariae qui ultra flumen Tiza, fortitudini Greci contra ire formidans cesserat, tanta multitudine Boemorum sibi in adiutorium venientium audita, contra eos cum suis exercitibus progreditur, cum Grecis pugnaturus. Obviam regi Boemie principibus suis missis, Ungari leti cum suo rege de tanto adiutorio regi Boemie occurrunt, et eum pro tantis laboribus sibi gratias agentes, in osculo pacis suscipiunt, et ut tantum regem decet, honestissime tractant. Imperator Grecorum adventu regis Boemie et factis eius horribilibus auditis, si hoc verum sit scire volens, quendam Moravum Bogutam nomine, qui pauper de familia Conradi ducis Moraviae Greciam intraverat, et per probitatem suam ad tantum honorem devenerat, quod apud imperatorem Grecum inter primos habebatur, castro quodam ditissimo donatus erat, ad regem Boemie mittit, et eum monet ut amiciciae antiquae, quam tempore Iherosolimitanae expeditionis á rege Conrado facte inter se contraxerant, sit memor, et quod nunc maxime nunc eam intra se teneat, rogat, et cetera tamquam secreta tractat negotia, maxime exercitus Boemie considerans. Qui imperatoris peracta legatione ad ipsum revertitur, refert ipsum regem Boemie in persona sua in auxilium regi Ungarie venisse, et huius moris esse, etiam in terra sua nullo modo de prelio cedere, in terra vero aliena nullo modo de vita curare, nisi de victoria. Interea Wladizlaus rex Boemie ante omnes exercitus Ungarie suos movet exercitus, et sua tentoria non longe ponit a Grecorum exercitibus, tamquam summo diluculo cum eis pugnaturus. Imperator Grecus relatione Bogûte audita, ipsam in corde suo firmiter retinet, et in medio noctis silentio de solio glorie descendens, sapientum suorum usus consilio, ultra Danubium quem transierat, cum paucis exercitibus revertitur; reliquos exercitus ibi cum Stephano, cui in auxilium venerat, dimittit. Stephanus autem plenus timore, vacuus fortitudine, nulla prelia faciebat in Ungaria, sed tante fortitudini Boemorum resistere non valens, fugam cum suis iniit. Hic rumor ad aures Boemorum in ipso crepusculo pervenit, qui ocius dicto eorum castra irruunt, quos inveniunt vel insequi possunt, capiunt, interficiunt, vexillum eorum auferunt, predam innumerabilem rapiunt, plurimos Grecorum nobiles captos ad regem adducunt et eius tradunt potestati. Rex

a) *deest c.*

17) Stephanum III, Geisa 1162. Mai 31. mortuo, sed hunc Geisae frater Ladislaus II. supplantaverat, quo 1163. Ian. 14. mortuo frater eius Stephanus IV. regnum occupaverat. Hunc Stephani III. asseclae oppugnabant. 18) In margine Chron. Pulk. adscriptum est nomen *Odola*. Alii eam Helicham vocant. 19) Manuel Comnenus. 20) Bela Geisae filio, qui a. 1173. rex factus est. 21) Cf. supra a. 1158. p. 668.

1164. autem Boemorum de tanta letus victoria, in mediis eorum castris figi precipit vexilla et poni tentoria. Grecorum imperator hec considerans, electos nuntios ad regem Boemie mittit, bona pace et antiqua amicicia eum salutans, et refert pro bono pacis se Ungariam intrasse, cum iuniorem fratrem regis manu teneat, et non hoc esse mirum, si hoc facit, cum et ipse regem Ungarie rogatu patris eius manu teneat, laborans ut paterni regni aliquam partem obtineat; et ut ad hoc ipsum pari desiderio regio iure laboret, eum monet et rogat. Interea domnus Daniel de suo rege sollicitus, pro eo et exercituum eius incolomitate et prosperitate usque ad adventum eius Prage manens, singulis septimanis sexta feria cum canonicis, clericis et populo celebrat ieiunia, orationibus et obsecrationibus vacans. Domna etiam[a] Iûdita regina Boemie de domino suo rege sollicita, die et nocte orationibus vacans, de monasteriis non recedebat, et pro domni regis, domini sui dilectissimi, incolumitate[b] per omnia monasteria orationes fundi exorat. Verba predictorum legatorum Greci imperatoris rex Boemie regi Ungariae et primatibus refert, qui sese in eius ponunt consilio. Ipse autem ad ea quae pacis sunt laborans, electos principes et primates suos ad imperatorem mittit, ea quae pacis sunt pertractans. Ex utraque parte crebro mittuntur nuntii pacem fabricantes, utraque pars de pace futura gaudet; rege Boemorum mediante et consulente quaedam pars Ungariae fratri regis Ungarie datur, pax componitur, et iura-
22 menta ex utraque parte confirmantur[22]. His ita peractis rex Boemie domnum Martinum curiae suae notarium, quem maxime fidelem sibi dilectum habebat, nepotem domni Gervasii Visegradensis prepositi et regalis palatii cancellarii, viri venerabilis et coram Deo et hominibus approbati, clericum honestum, eloquentem, cum plurimis et electis regalibus muneribus ad imperatorem Grecum in legationem mittit; quem imperator honorifice susceptum et optime tractatum, imperialibus ei plurimis datis muneribus, ad regem Boemie remittit feliciter. Imperator ampliorem amiciciam inter se et regem Boemie confirmare volens, neptem eius filiam domni Friderici, nepoti suo in matrimonium querit[23], quam rex ex consilio suorum ei se daturum promittit. Hec predictus imperator considerans, preciosissima pallia diversi generis et vestes operis mirabilis, auro et lapidibus preciosissimis ornatas, ad opus tam regis quam domne reginae, et alia munera diversi generis transmittit. Sic inter imperatorem et regem Ungarie per domnum regem Boemie pace composita, Greci et Ungari ad propria revertuntur. His ita compositis rex Boemie cum rege Ungarie ad reginam matrem regis leti redeunt, ubi tam a rege quam a regina matre eius et Ungaris, diversis et innumerabilibus donatur muneribus. Quot et quales palefridi
Ov Met. XIII, 844. ei dati fuerunt, scribere superfluum duximus; etenim *pauperis est numerare pecus;* vasa namque auri et argenti pondera, vestes, pallia diversi generis non nisi in plaustris ducebantur; tantis honoratus muneribus in terram suam feliciter revertitur, et a domno Daniele Pragensis ecclesiae episcopo, canonicis, abbatibus, presbiteris et omni clero, militibus et populo maximo tripudiantibus gaudio post tot regales trihumphos honorifice suscipitur. Qui pro suo felici reditu monasterium sancti Wenzezlai et alias ecclesias plurimis palliis preciosissimis exornat. Domna vero Iudita regina Boemie, gloriosissima et serenissima domina, tam Grecorum quam Ungarorum auro, argento, palliis et indumentis preciosissimis ditata et ornata, domnum regem post tot labores in suis lenit amplexibus[c].

1165. Anno dominice incarnationis 1165. rex Wladizlaus neptem suam, filiam domni Friderici
p. XXVI. fol. 87. filii sui, maximo Grecorum imperatoris rogatu per comitem Zezemam[d], dominae nostrae reginae summum camerarium, virum nobilem, vita et moribus honestum, nepoti eius in coniugem transmittit; qui expletis feliciter nuptiis, plurimis preciosis donatus muneribus, incolomis gratia Dei ad propria revertitur, et pro tantis laboribus in maximam tam regis quam regine gratiam recipitur.

Eodem anno Fridericus imperator Romanorum offense et scismatis in Romana ecclesia per eos facti non inmemor, exercitus per totum imperium, prout plus potest preparat, et ad eius auxilium innumerabilis preparatur exercitus.

1166. Anno Domini 1166. domnus Daniel Pragensis episcopus ex vocatione domni Friderici Romanorum imperatoris, qui ad sedandum scisma, quod in Romana ecclesia[e] maxime eo

a) nostra *corr.* etiam *c.* b) *deest c.* c) *hic quarta pars paginae vacua relicta est, cum sequenti folio quod iam excisum est.* d) Zězēmă *c. Hic Zezema testis est in charta quadam ap. Erben, Regesta Boh. I,* 149. e) quod *hic iterum posuit c.*

22) Diversam Ioh. Cinnami relationem Dobnerus hic in notis attulit. 23) Helenam Petro Comneno.

tempore bulliebat, iter moverat Romam, progreditur et ultra Augustam ad ipsum pervenit, 1166.
et cum maximo labore superatis Alpibus Laudam regalem civitatem, quam ipse fundaverat Oct. Nov.
et forti vallo[a] circumdederat, cum suis exercitibus pervenit, et eos ibi post tot labores
recreat.

Anno dominice incarnationis 1167. imperator videns Brixienses in sua persistere 1167.
audatia, non enim volebant secundum eius voluntatem ei dare obsides pro pace exercitibus
eius conservanda, per unum miliare a Brixia in parrochia Banol[24] suos locat exercitus, et 24
ibi natale Domini et epyphaniam celebrat. Brixienses videntes sic civitatem suam destrui, Ian. 6.
60 obsidibus et multa ei oblata pecunia, eius inveniunt gratiam; imperator ibi Kristanum[b]
archiepiscopatu Maguntino et Philippum[c] cancellario investit, et sua expleta voluntate
versus Placentiam progreditur, inde Boloniam cum suis sapientibus visitat. Mediolanum
etenim, Terdonam et Cremam funditus everterat, Brixie autem, Placentie, Bolonie et in
aliis civitatibus et castris, muros firmissimos et turres altissimas funditus deleverat, et sic
in Lonbardia quod volebat faciebat. A Boloniensibus centum obsidibus et plurima accepta
pecunia, Immolam progreditur. Quod scimus loquimur, et quod vidimus scriptis mandamus.
Verdensis episcopus predictum electum in presbiterum, et Ravennatensem[25] et Ratispo- Mart. 4
nensem[26] et alios plurimos sabbato quatuor temporum quadragesimalium in diaconos
consecrat. In proximo dominico die eundem Maguntinum electum domnus Daniel Pragensis Mart. 5.
episcopus cum aliis episcopis in archiepiscopum consecrat. In crastino Kristanus archi- Mart. 6.
episcopus á domno Daniele Pragensi episcopo consecratus, predictum episcopum et suos
plurimis et optimis donat muneribus. His Inmolae Dei gratia expletis, imperator Regnaldum
Coloniensem, Kristanum Maguntinum, Philippum cancellarium, Heinricum notarium, cum
plurima militia et Brabantinis[27], quos mille quingentos habebat, versus Romam ad prepa- 27
randam exercitibus suis viam dirigit. Qui tamquam piscatores optimi Domini per Lonbar-
diam rete suum extendentes, Maguntinus usque Genuam, Coloniensis usque Pisam, impe-
riales civitates maritimas, inde per totam Tusciam usque Romam, innumerabilem predam
marcarum ad stipendia militum ceperunt. Inde Regnaldus Coloniensis precucurrit Kristanum
Maguntinum, et prior cum suis exercitibus Tusculanum venit, civitatem optimam per unam Mai.
rastam ultra Romam. Romani eos venire audientes: *Bene habeat*, inquiunt, *imperator, quod
duos presbiteros suos et diaconos ad cantandam Romanis missam direxit. Veniant, veniant,
cantent, sed aliter eis ad cantandum trans ponemus ordinem.* Hoc modo deridebant eos. In cena
Domini Daniel Pragensis episcopus in quodam monasterio ante Ariminum krisma consecrat. Apr. 6.
Interea imperator Ravennam et alias civitates transiens, Anchonam civitatem fortissimam
supra mare sitam obsidet. Imperator in altiori monte sua poni precipit tentoria et suorum
exercituum de curia, a mari autem ad sinistram Fridericus dux de Rotenburk ponitur cum
sua forti et honesta militia, inde Lonbardi et Tusci, quorum innumerabilis erat multitudo;
post hec Bawarorum et Ratisponensis episcopi militia ponitur. Post hec domnus Daniel
Pragensis episcopus cum sua militia sub stationibus imperatoris ponitur ad primum Anchoni-
tarum insultum. Domni quoque Ermanni Verdensis episcopi militia, viri venerabilis et coram
Deo et hominibus approbati, qui semper in curia domni imperatoris domni Danielis episcopi
contubernalis, et cum eo in ea expeditione imperialis curiae in tota Italia iudex exstiterat,
qui Papiam ab imperatore, ut eos consilio suo in fide erga imperatorem stabiles efficiat,
missus fuerat, in contubernio domni Danielis Pragensis episcopi dimissa militia, cui
domnum Hugonem capellanum suum virum honestum preponit. . . . . . *Deest. Require*[d].

Hucusque Vincentius Pragensis ecclesiae canonicus historiam suam deducit, videlicet ab anno dominice incarnationis 1140. usque ad annum 1167.

---

# CONTINUATIO GERLACI ABBATIS MILOVICENSIS.

Eodem anno et eadem expeditione intrante Augusto, cum esset estus intolerabilis, 1167.
nebulosa et pestilens aura, multi de primoribus regni obierunt, inter quos Renoldus Aug.

a) ualo *c.* b) Kristianum *erasa littera i c.* c) phillpum *c.* d) *haec in margine. Ceterum manu eadem sequentia scripta esse videntur.*

24) Bagnolo ut videtur, ad meridiem a Brixia. 25) Widonem. 26) Eberhardum, qui eodem anno d. 24. Aug. obiit. 27) scil. mercenariis.

1167. Aug. Coloniensis archiepiscopus[28], Daniel Pragensis episcopus[29] ibidem mortui sunt; cuius carnes ibi reconditae, sed ossa sunt Pragam delata. [Fridericus[a] etiam filius Cunradi regis[30], et Theobaldus frater Wladizlai regis, et multi alii ibi mortui sunt. Qui[b] Theobaldus moriens reliquit post se magnae indolis puerum nomine Theobaldum, patrem istorum qui nunc sunt Dipoltici. Quem nos in parte sua postea vidimus principantem.] Qui Daniel episcopus quante fuerit sapientiae et eloquentiae, quamque utilis ęcclesiae Dei et acceptus in curia imperatoris, ad enarrandum manet difficile; cuius memoria in benedictione est, non solum apud eos qui eum viderunt, sed etiam apud eos quicunque de eo audierunt. Hic inter cetera bona quibus pollebat, habebat et hanc gratiam divinitus sibi collatam, quod quandocunque divinis astabat altaribus, ex humillima sui consideratione velud totus defluebat in lacrimas. Psalterium omni die complevit usque ad finem, quod mirabile erat in homine sic occupato; quod ut facilius perficeret, evocaverat et assumpserat sibi in capellanum quendam Albertum Syloensem canonicum, qui et psalterium et totum canonem sacri officii optime noverat cordetenus. Conciliabat quoque sibi per letanias intercessiones sanctorum, et hoc frequenter, in quorum kathalogo non modo patres novi testamenti, sed et antiquos recitabat sanctos, qui sub lege fuerunt et ante legem. Sed homo tantis preditus virtutibus in hoc maxime offendit, quod sive ob ignorantiam, cum tamen esset doctissimus, sive ob favorem vel metum imperatoris, scismatis illius usque ad mortem particeps extitit. Unde et post obitum, quamvis sibi ecclesiastica non negaretur sepultura, memoria tamen illius ad altare Domini in missis et ceteris huiusmodi non deferebatur, donec post annos aliquot sancto viro Gothscalco Syloensium abbati, quem ipse de Steinveldensi ecclesia evocatum Syloe locaverat, per visionem apparuit, commemorans eum verborum, que aliquando cum eo contulerat, iens in expeditionem illam, quibus significaverat se viam illam aggredi non sponte, sed invitum, corpore non corde; subiunxit autem obsecrans, ut per eum ęcclesiae precibus redderetur; quod et factum est. Nam ex tunc memoria sui facta est in sacramentis Christi Prage et Syloe, necnon et in omnibus ecclesiis Boemiae. Narravit autem idem sanctus vir abbas Gothscalcus ex relatione predicti Danielis episcopi quoddam memorabile factum contigisse in Frantia, dum ipse studeret Parisius, quod hic inserere volo ad edificationem legentium. Dicebat enim scire se claustrum civitati contiguum, in quo dum esset spiritualis abbas propheticum habens spiritum, ecce quadam die venit puer de scolis, nepos prepositi maioris ęcclesiae, querens suscipere religionis habitum. et quod devote quesivit ilico impetravit. Erat interim absens memoratus prepositus; reversus quod factum est audivit, sed cum indignatione irrisoria respondit: *Per sanctum abbatem et abbatissam, ipse non manebit ibi.* Misit ergo primo, misit secundo et tercio, ut puer sibi redderetur; sed cum ab abbate responderetur, requirendam esse pueri voluntatem, non esse sui iuris abstrahere invitum qui se ultro servicio Dei dicasset. tandem ipsemet magni furoris zelo succensus non timuit violentas manus loco sancto inferre, et puerum invitum ac renitentem abstrahere. Quod videns abbas homo Dei, dixit ei libera voce coram omnibus:
*p. XXVIII. fol. 88. *Quia tu*, inquit, *locum* *sanctum temerasti, et non nobis sed Spiritui sancto contumeliam ingessisti, ecce ab hodie post octo dies appello te ante tribunal aeterni iudicis, ibi michi respondebis super his ausibus tuis.* Hec ille audivit quidem, sed aure surda pertransiens discessit. Cum ecce septima die advesperacente obiit ille bonus abbas; cui cum prepositus ille pulsari audiret omnibus campanis, sicut moris est, misso nuntio interrogavit quidnam hoc esset; sed cum de morte abbatis comperisset, vehementissime expavit, et ilico correptus febribus solam noctem illam supervixit, ut prophetia eius impleretur, qui predixerat eum octava presumptionis suae die moriturum et sibi responsurum ante tribunal Christi. Narravit et secundum simile huic, sed me piget hoc litteris inserere.

Porro memoratus ac semper memorandus Daniel prefuit feliciter Pragensi ęcclesiae ab anno verbi incarnati 1148, quando videlicet 4. Kal. Augusti electus est, usque in annum
31 item 1167, cum mortuus est in vigilia Laurentii[31], hoc est annis 19 et diebus 11. Quo mortuo vacavit episcopalis sedes usque[c] in sequentem annum; sic placuit regi Wladizlao

a) *haec in margine manu alia, forte Gerlaci, addita sunt.* b) *haec littera paulum mutata adiecta sunt.* c) u. in s. a. s. pla *in loco raso, manu ut videtur Gerlaci*

28) ob. d. 14. Augusti. 29) Aug. 9. 30) Aug. 14. 31) Ita etiam Necrol. Podlasic.: 5. *Id. Aug. Daniel episcopus.*

et consiliariis eius. Quod et filii eius Fridericus et[a] Wadizlaus recordantibus nobis fecerunt, cum quis episcoporum moreretur, differentes in longum novi episcopi electionem. 1167.

Anno dominice incarnationis 1168.[b]

Anno dominice incarnationis 1169. Gotpoldus abbas de Zedletz[32] grisei ordinis vir 1169. valde idoneus et religiosus eligitur in Pragensem episcopum, et hoc magis de instantia reginae, cuius cognatus erat, quam de iudicio ęcclesiae. Cuius optima principia mors inmatura diremit, nam mortuus est in electione prius quam ordinaretur, et[c] electus solo vix mense supervixit.

Anno dominice incarnationis 1170. succedit nobilis homo et dives de Saxonia Fridericus 1170. nomine, ignarus omnino Boemicae linguae, cognatus et ipse reginae, cuius favore potius quam iudicio ecclesiae factum est hoc in eum, nam sponte sua advenam et linguae imperitum non[d] eligerent; vigente adhuc et durante predicto scismate, cuius fermento tamen non est ipse maculatus. *Require de scismate*[e].

Anno dominicae incarnationis 1170. His diebus Zuatopulc filius regis Wladizlai[f], frater Friderici, zelo ductus quod pater suus comitem Woizlaum supra omnes primarios nimis in altum sublevasset, occasionem quam sepe quesierat nactus ex absentia patris, memoratum virum inter manus reginae cultellis confossum interfecit, et eam in manibus sicut dicitur, cum ipsum defendere vellet vulneravit. Unde pater eius graviter indignatus, quem capere non potuit[g], patria pepulit, et usque in Ungariam fugavit; inde namque ambo germani, Fridericus scilicet et Zuatopluc, duas sorores, filias regis Ungariae, duxerant[33], unde et 33 illuc potius quam aliâs fugit. Qui[h] recuperata terra necnon et gratia patris, in Teutonia postmodum peregre mortuus est. Narratum michi est de eodem Woizlao a senioribus meis, quia cum magnae esset potentiae, sed maioris heu superbiae, in ea nocte quam vivendi ultimam fecit, vidit somnium infaustum, male presagum futurorum. Putabat namque se videre scalam ad caelum usque erectam, seque innixum scale pervenisse ad summitatem eius. Cumque se putaret vertice pulsare caelum, ecce ruit scala et ipse pariter cum ea, et sic ruendo evigilans, ipso die interfectus est, cadens in foveam de qua non exibit.

Anno dominicae incarnationis 1171.[i] Thomas Canthuariensis archiepiscopus martyrio Dec. 29. coronatur, cuius magna et stupenda miracula universo mundo innotuerunt, de quibus in presentibus nichil dicimus, quia gesta ipsius per se apud nos habemus.

Anno dominicae incarnationis 1172.[k]

Anno dominicae incarnationis 1173. His[l] diebus rex Wladizlaus senex iam et infirmus, 1173. videns se non sufficere laboribus expeditionum et curis publicae rei, invenit consilium interim ut videbatur bonum, quod sibi maioris postea laboris seminarium fuit; nam filium suum Fridericum sollempniter intronizatum prefecit dominio totius Boemiae, solum Budim et alia nonnulla reservans sibi ad usum vitae. Fecerat quoque in Stragŷ sibi caminatam quae hodie dicitur abbatis, cum stuba et aliis appendiciis, in qua sibi manere et finem dierum suorum volebat expectare. Sed Fridericus licet carus esset imperatori, cuius cognatus erat, probatus etiam in multis expeditionibus Italiae, contigit tamen ei quod inexperto aurigae contingere solet. Nam utrum Boemorum perfidia an ipsius inercia nescimus, hoc solum scimus quod in brevi aversi sunt ab eo, querentes occasionem quomodo eum evadere et alium dominum possent habere. Quod diu inter se sicut solent mussitantes, diu occultatum tandem tali ordine, sicut dicemus, processit in publicum. Erat Ǒalricus filius antiqui Zobezlai, frater iunioris Zobezlai, in curia imperatoris cum suis profugis[34], qui habens et in Boemia multos occulte sibi faventes, satagebat omni conatu impetrare de gratia cesaris tum sibi panem, tum fratri suo Zobezlao liberationem, qui iam ferê 13 et prius tribus annis vinculatus tenebatur in Prinda[35]. Qui Ůdalricus comperta 35 regis infirmitate et substitutione Friderici, ratus perinde optimam oportunitatem, monuit

a) et Wad. r. n. f. *similiter.* b) *eadem illa manu insertum, quae in sequenti linea pro* VIII. *posuit* VIIII. c) et e. s. u. m. s. *eadem manus 2 addidit. Eadem etiam scripsit* A. d. i. m. Succedit. *tota linea erasa et vacua relicta.* d) non — maculatus *manu 2 in loco raso.* e) *in marg. manu 1. Deinde dimidia pagina vacua relicta est.* f) *hoc nomen plerumque per solam litteram* W. *indicatur.* g) non p. *manu 2 in loco raso.* h) Qui — postmodum *manu 2 loco unius vocabuli erasi vel duorum.* i) *in loco raso manu 2.* k) *ut supra.* l) *manu 2 pro* illis *ut videtur.*

32) Sedletz ord. Cist. iuxta Kuttenberg. 33) De Zuatopulco v. supra a. 1164; Fridericus a. 1157 Elisabetham duxerat, teste Mon. Sazav. 34) Fugam eius Vincentius a. 1155. narrat. 35) V. Vinc. a. 1148. 1150. 1161.

1173. imperatorem servicii sui, supplicans ut accepto iam tempore misereretur et exilii sui et vinculorum fratris sui. Cui cesar tale fertur dedisse responsum: *Cum rex Wladizlaus compos sui gubernaculis terre sufficeret, exaudire te noluimus propter antiquam eius amiciciam necnon et fidem nostram; modo vero ex quo infirmatus ultro cessit, et filium scilicet*[a] *ad iniuriam nostram*[b] *nobis inconsultis substituit, salva in omnibus fide nostra inveniemus viam, qua et tibi satis fiat et nobis.*

1174. Annus erat dominicae incarnationis 1174, et imperator multa predicti Udalrici flexus instantia misit et indixit omnibus Boemis curiam in Nurberk, necnon et regi Wl dizlao si posset cum filio Friderico, precipiens ut et Zobezlaum dimitterent et sibi presentarent. Qua legatione perorata, turbantur rex et filius[c], quid facto sit opus suos fideles consulunt; visum est eis mittere Fridericum episcopum et comitem[d] Witkonem, virum urbane eloquentiae, cum quibusdam aliis in Nurberk, qui et absentiam suam excusent, et oblata pecunia imperatorem ab hac intentione avertant. Breviter dicam: eunt et inacte redeunt, secundo mittuntur et nichil proficiunt, imperator nec prece flectitur nec precio, instat ut dimittatur Zobezlaus. Cuius voluntati non ausi resistere, faciunt tandem quod iubet, dimittentes eum et Pragam deducentes[e], ubi Fridericus eius prestolabatur adventum. Quo eminus veniente revelantur iam ex multis cordibus cogitationes; occursu enim et concursu multorum excipitur, ac primo ad limina sanctorum cum magna humilitate nudatus pedes procedit gratias acturus; deinde ad regem et Fridericum, a quibus in osculo pacis[f] excipitur, postremo ad hospitium progreditur; cumque cubaret, sinistri ei rumores dicuntur, videlicet quod Fridericus eum de mane caecare velit. Quibus ille territus de nocte fugit, et cum omnibus quos habere potuit, ad curiam imperatoris, quae in Erndorf celebranda fuit, pervenit, Friderico[g] cum suis alia via subsequentibus. Dicitur etiam quod rex Wladizlaus eidem curiae affuerit. Acta curiae illius haec sunt. Friderico ducatus Boemiae per sententiam abiudicatur, quem non legitime sicut dicebatur[h], sed tantum tradente patre sine consensu Boemorum, et non de manu imperatoris percepisset. Deinde traditur dominium Boemiae Uodalrico in vexillis quinque, sed ipse cessit sponte fratri suo Zobezlao tanquam seniori, iurantes[i] ambo mittere imperatori auxilium[k] in Lonbardiam, unde postea loco suo plenius dicemus. Promittunt etiam regi panem honestum, sed ipse non credens eis, transtulit se licet infirmum in predium uxoris suae, quod habebat in Teutonia valde bonum, nomine Mer[36], ubi cum ea et cum domna Elisabeth uxore Friderici consistens, misericordiae Dei expectavit eventum. Et Fridericus quidem quatuor integris annis, quibus deinceps principabatur Zobezlaus, modo in Ungaria, modo in curia imperatoris, sive ubicunque potuit, molesto exercebatur exilio. At pater eius tantum eo loci ubi dictum est, spacio quatuor mensium demoratus, circa principium sequentis anni, hoc est 15. Kal.

1175. Ian. 18. Februarii[37], mortuus est in senectute bona, et in Missen honestissimae traditur sepulturae Cuius ossa permittente duce Zobezlao Pragam sunt delata, et in monasterio suo Stragow, quod a primis fundamentis erexerat, sicut hodie cernitur, debito cum honore sunt posita Computantur autem anni ducatus sui sive regni ab anno verbi incarnati 1140, cum mortuo Zobezlao 16. Kal. Martii ipse feliciter successit eidem, usque in annum dominicae incarnationis 1175, cum mortuus est Wladizlaus rex Priscae virginis, numero ferme 35. Sane rex Wladizlaus quoad vixit decorem domus Dei intime[l] dilexit et ampliavit, tum in personis religiosis, quas etiam de[m] exteris nationibus advexit, tum et[n] in domibus religiosis[o], quarum constructor claruit eximius. Eius prece et studio duo sancti ordines, Cisterciensis videlicet et Premonstratensis, venerunt in terram istam, quibus tanquam sole et luna irradiata est Boemia. Ipse montem Ztragow mutavit in montem Sion, et de spelunca[p] latronum faciens[q] domum orationis, erexit ibi talem fabricam, cui vix similis invenitur in ordine nostro. Construxit et aliam ordini nostro domum in Doxan, locans ibi religiosas feminas, quas de Dunewald Coloniensis[r] diocesis adduci fecerat. Tertiam in Plaz griseo ordini. Quartam in Teplicz religiosis item feminis regulam beati Benedicti professis, cuius ecclesiae specialiter regina Iudith fundatrix extitit. Quintam in Lutomisl. Cuius exemplo succensi

(margin: p. XXX. XXXI. excisae)

a) .f. *c.* b) n. *cod.* c) *f. c.* d) *add. manu* 2. e) adduc. 3. f) *deest* 3. g) Fridericus — subsequitur. Acta 2. h) dicebant 3. i) iudicantes 3. k) exercitum in loco 3. l) in timore 3. m) ex 2. n) etiam 3. o) religionis 3. p) et speluncam 3. q) f. d. o. *desunt* 2. r) Olomuc 2.

36) Merana prope Glauchau secundum Palackyum. 37) Consentit Necrol. Podlas.: 15. *Kal. Febr. Vladislaus dux.*

et alii primates Boemiae simili fervebant[a] ardore, fundantes et ipsi honestissimas ecclesias, 1174. quas brevitatis causa transeo, quarum omnium cooperator sicut suarum operator fidelissimus existebat. Pro his et aliis operibus misericordiae credimus eum invenisse misericordiam apud patrem misericordiarum dominum Deum nostrum. Cuius anima requiescat in pace, amen.

Nunc ad Zobezlaum reflectamus articulum, dicturi de ipso et de temporibus eius, quidquid de veritate constiterit[b], partim ex nostra recordatione, partim ex relatione seniorum nostrorum.

Anno igitur[c] dominicae incarnationis 1174. mediante tali in loco tali ordine, sicut supra dictum est, Zobezlaus paterno insignitus ducatu Pragam petit, ubi tam a clero quam a populo magnifice susceptus iuxta morem patriae sollempniter inthronizatur, ac deinceps regnat feliciter. Qui bene inchoata statim heu maculat sanguinis effusione innocentis; nam Sturmonem castellanum de Primberg, memor quod eum in vinculis durius tractasset, sed immemor fidei qua ei postea gratiam suam et securitatem promiserat, capi fecit et Pragam deduci, dein manibus[d] truncatum crudeli morte necavit. Pro quo excessu postea publice penituit, et nudatus pedes, laneis indutus carenam exegit. Verum quamvis in hoc scelere sibi preripuerit inimicus, alias satis[e] bonus publicam rem strennue administravit. Tradunt de eo qui ipsum noverunt, quod optimus fuerit iudex, ecclesiis Dei valde propitius, bonis bonus, et terror eius super facientes mala. Curae sibi fuit semper liberare pauperem a potente, et inopem cui non erat adiutor; faciens iudicium omnibus iniuriam patientibus omnique populo terrae sine personarum acceptione. Quibus defendendis ita tradiderat cor suum, ut propter pauperes non vereretur offendere nobiles, et appellabatur[f] vulgo princeps rusticorum. Quotiescunque immineret ei expeditio, cum primates sui essent hi in curribus et hi in equis, non confidebat nisi[g] et pauperes populi secum videret, alios super equis, alios pedestres, prout cuiusque facultas fuisset. Quid multis immoror? omnis eius intentio, tota mens erat tueri pauperes et conservare terrae sua iura.

Hoc[h] anno appositus sum litteris in cella iuxta Wirzeburg, et hoc in festo omnium Nov. 1. sanctorum de gratia sanctissimi viri Godscalci Syloensis abbatis, qui capitulo rediens me propter avunculum meum domnum Gerhardum recollegit.

Anno dominicae incarnationis 1175. mediante[38], circa nativitatem beatae Mariae 1174. virginis Sept. 8. Zobezlaus dux mittit Udalricum fratrem suum cum exercitu in Lonbardiam ad imperatorem obsidentem, vel potius obsidere volentem, tunc temporis Alexandriam civitatem et quasdam alias civitates, quibus iratus fuerat, et profectus cum eis ipse Zobezlaus usque Domaslich[i. 39], ibi predictum Udalricum fratrem suum in osculo pacis et suos com- 39 militones in pace dimittit, et sic eos de terra emittit, quorum via fuit per Chamb, tenentes a sinistris Ratisponam per ascensum Danubii usque ad civitatem Sueviae, quam appellant Hulme[k]. Est[l] ibi pons per predictum flumen, ubi e regione civitatis metati castra, multi ex iis abierunt ad forum vendere pecudes aliasque manubias, quas per totam viam predati fuerant, factaque direptione nescio quali, sicut est gens nostra rapinis semper intenta, cives et populus terrae versi in seditionem, alios occiderunt, alios male ceciderunt, nonnullos etiam[m] vivos ceperunt et quosdam de ponte precipitaverunt, nullusque evasit nisi qui vel fugam maturavit vel in palacium imperatoris transfugit. Mortui sunt in illo discrimine de Boemis fere 250, multique vulnerati, qui eis sequenti die sunt redditi. Qua iniuria permoti diversi diversa suadebant, alii domum redire, alii ulturum[n] se ire; ast alii quibus erat sanior mens, neutrum approbantes, persuaserunt tandem cepto itinere sequi cesarem, atque ab eo postulare vindictam, quod et factum est; nam transalpinantes via nimis difficili invenerunt imperatorem expugnantem Astam[o], et aliam civitatem cuius nomen Boemice Sussine[40], cum quo simul euntes Alexandriam obsidione cinxerunt, civitatem sicut dicunt munitissimam, non murorum ambitu, sed positione loci et vallo incredibiliter magno[41], in quo vicinum derivaverunt fluvium; viri quoque virtutis in ea plurimi fortiter ex adverso

a) ferebantur 2. b) constitit 3. c) *deest* 3. d) membris 2. e) sane b. rem Boemiae s. administrabat. Traditur 3. f) appellaretur v. p magis r. quam superiorum 3. g) ut 3. h) *haec quae in 2 desunt, Gerlacus in marg. adscripsisse videtur.* i) Domazlicz 2. Domaslith 3. b) Ulm 2. l) et 3. m) etenim 2 *et* 3. n) ultra sevire 3. o) Altam 3.

38) imo eodem anno 1174, ut ex sequentibus patet.

39) Hodie passim Tauss in limitibus Bavariae. DOBN.

40) Susa ut videtur, quam imperator expugnavit, postquam 4. Kal. Oct. Italiam intravit.

41) Fossatum indicari apparet.

1174. resistentes; quos imperator non tam cito quam voluit expugnavit, sed multo labore magnaque suorum caede, interiectis[a] etiam aliquot annis[42]. Erat autem tunc temporis fames in terra, et Boemis nusquam vel copia predandi vel res ad predandum, quin potius cum pro pabulo equis suis acquirendo tota die discurrerent, vespere redeuntes non annonam referebant sed stramen, aliquando etiam nichil. Unde deficientibus his quae secum attulerunt, et ipsi egere et equi eorum ceperunt deficere. Dicebant ergo duci suo Udalrico, ut impetret p. XXXII. eis a gratia cesaris vel stipendium[b] dari, vel licentiam repatriandi. Qua expectatione diu fol. 89. frustrati, cum iam durassent in terra illa spatio trium mensium vel paulo plus, multi ex eis clam duce suo Udalrico fugam ineunt; recedentes prima vigilia noctis illius que lucescebat Dec. 24. in vigiliam dominice nativitatis, exstantis tunc temporis feria quarta[43], et pergentes tota Dec. 25. nocte pervenerunt primo diluculo Papyam. Inde profecti sequenti die natalis Domini, inciderunt custodias Mediolanensium, a quibus omnes quidem nostri in fugam conversi, multi vero sunt capti, atque Mediolano tamdiu tenti, quamdiu speraretur quod vitam suam possent pecunia redimere. Quod ubi desperatum est, dimissi ad terram suam sunt redire permissi. Reliqui vero qui tale discrimen evaserant, mercede nautica stangnum transfretantes Cumanum, per aliam viam et inmanissimam in Alpibus nivem reversi sunt in Ratisponam, ac deinde in terram suam. Redditi vero suis, delitescebant ubi poterant, nec usquam audebant apparere curiae, quamdiu Zobezlaus dominabatur Boemie. Cum 1175. proxima estate Udalricus et sui revertuntur, honeste quidem licentiati ab imperatore, sed ita attenuati ut assumpto peregrino habitu scutum et gladium commutaverint in peram et baculum. Hec autem sunt nomina nobilium, qui clam duce suo taliter, sicut dictum est, redierunt[c]: Zobezla, Zbrazla, Michal, Dirsata, Orazza, Spera, Ietsutbor, et alii multi. Sept. 16. Eodem anno mortuus est Erleboldus abbas Montis Syon, vir venerabilis vite, cui successit prepositus de Doczan Adalbertus nomine, vir valde probus et ydoneus, qui prefuit illi domui annis 32, mensibus quinque.

1176. Anno dominicae incarnationis 1176. Zobezlaus instinctu Boemorum missa legatione ad ducem tunc Austriae Henricum nomine, avum eius qui nunc est, questionem movet de terris super magnam et finalem silvam cultis, quam mediam et interiacentem silvam Boemi dicunt esse totaliter suam, Austriensibus e contrario affirmantibus, quod ad eos pertineat ex parte sua, sicut ad nos ex nostra. Legatis itaque que iussi fuerant perorantibus, respondet ille et sui, quod super questione tam nova, tam inaudita nichil sciant respondere, sed sive nemus sive terram cultam in nemore sic velint in pace possidere, sicut ea patres eorum sine interpellatione possiderunt. His et huiusmodi verbis superbe utrinque prolatis, tamquam de modica scintilla maximus nascitur ignis, et tali fine sicut postea dicemus. Erat eo tempore inter ducem Zobezlaum et Cuonradum principem Znoimensium[d], virum valde probum et sapientem, simultas oborta, nescio unde, intantum ut proponeret ille duci Austriae confederari et Zobezlao adversari; quod amici advertentes, scilicet socer eius palatinus imperatoris[44], et etiam mater necnon et episcopus Dietlebus, ilico ipsum ab hac intentione averterunt, et Zobezlao ad integrum confederaverunt. Qui pacificati bonum pacis mox vertunt in arma furoris, et congregantes omnem populum ditioni suae subiectum, Boemos scilicet et Moravos, nobiles et ignobiles, milites et rusticos, Aug. cum his omnibus ingressi Austriam devastant, incendunt atque predantur, nec etiam ecclesiis Dei parcunt. Factum est autem illud in messe. Vastata itaque Austria preter urbes et castella nullo sibi resistente, illesi redeunt ad propria; cum post discessum eorum egressi Austrienses terram predicti Cůnradi videlicet Znoimensem provintiam invadunt, devastant, ipsum etiam oppidum Znoim solo dumtaxat die obsident, sed non optinent; post haec ad propria redeunt. Quod postquam nuntiatum est duci Zobezlao, instigante Cůnrado egrediuntur Dec. 10–19. iterum yeme cum maiori multitudine quam prius in estate, et quidquid fuerat residuum, flamma, cede, rapinis consumunt usque ad Danubium; cum prefatus dux Austriae magnam habens militiam, hec omnia sicut dicitur eminus prospiceret, nec tamen congredi

a) intraiectis 3. b) *abhinc alia manus nescio an ipsius Gerlaci.* c) *hic locus relictus erat, nomina postea addidit.* d) *in loco raso.*

42) Nec tunc nec postea eam cepit. 43) Hoc evenit a. 1174; ducem Boemiae a. 1175. post pacem d. 16. Apr. factam recessisse, testis est Otto de S. Blasio. 44) Otto pal. de Wittelsbach, a. 1180. dux Bawariae factus. Mater erat Maria, de Serbia nata, a. 1134. Conrado II. desponsata. Ceterum hic Conradus ab aliis Otto appellatur; v. infra ad a. 1182.

auderet. Tradunt autem quod in ponte quodam equo sub eo cadente pedem fregerit, unde 1176. post in brevi vitam finierit[45]. Dici non potest, quot greges animalium diversi generis, quot Nov. 29. persone diversi sexus et aetatis abductae sint in Boemiam, quas redegerunt in famulos et famulas. Propter hoc factum tradunt ducem Zobezlaum ab Alexandro papa excommunicatum, et sine reconciliatione mortuum, quod utrum ita fuerit non affirmo, quia non recordor. Dum hec gererentur in Austria, erat ea tempestate imperator in Lombardia, qui comperto excidivo Austriae, multum dicitur doluisse, et ita hoc factum primum fuit initium et quasi quoddam seminarium, unde Zobezlaus perdidit gratiam imperatoris. Secundum autem simile est huic, quod sequenti anno annotabimus.

Anno dominicae incarnationis 1177. Erat rex Ungariae Bela nomine, disceptationem 1177. habens cum fratre[46] pro regno illius terrae; quem cum coniecisset in vincula, evasit ille nescio quomodo, et veniens in Boemiam sperabat per manum ducis Zobezlai adire imperatorem, susceptururus ab eo coronam, et subicere sibi Ungariam. Quem dux Zobezlaus fraudulentissime deceptum, pessimo usus consilio cepit, et fratri suo in Ungariam vinculandum remisit, derogans in hac parte tam fidei suae quam et imperatori in magna quantitate.

His et aliis causis exstantibus quibus gratiam cesaris irrecuperabiliter amiserat, cum non auderet se presentare curiis quas ille sibi indixerat, tali ordine factum est, ut Fridericus qui contra eum in curia laboravit, tandem obtineret quod voluit; nam donatur quidem vexillis de manu cesaris[47], sed multum temporis intercedit, antequam fiat huius rei finis, 47 quia et imperatori non vacabat, et Zobezlaus resistere parabat. De quibus in loco suo plenius dicemus. Interea venenatae linguae virus discordiae seminant inter Zobezlaum et Cunradum, et ita inflammant hunc in odium illius, ut cui prius dederat terram Bernensem[48], nunc velit non solum datam retrahere, sed etiam suam Znoymensem invadere, ipsumque si possit vita privare. Congregatis itaque Boemis suis, predictam provinciam ingreditur 1178. devastandam; cui occurrens Cunradus, non modo cum suis, sed etiam cum Austriensibus, Iun. quibus iam confederatus erat, citius eum in fugam convertit et in Boemiam redire coegit. Quo facto Cunradus et Austrienses Watzlaum, fratrem Zobezlai, cepto itinere in Olomutz usque sequuntur, civitatem obsident sed non optinent, et vastata provintia revertuntur ad sua[49].

Anno dominicae incarnationis 1178. dux Zobezlaus adventum Friderici sciens, sed quando veniret nesciens, preoccupat introitum terrae cum tanta multitudine militum et rusticorum, quanta in uno loco diu stare non posset. Igitur post diutinam stationem dimissis singulis in domus suas, et redituris sicut sperabatur tempore oportuno: ecce subito venit Fridericus cum copiis tam Boemorum qui ad eum transfugerant, sicut eis semper moris est, quam etiam Teuthonicorum quos imperator addiderat, et tendit recto itinere Pragam. Quid ad hec faceret Zobezlaus? non habet tempus congregandi quos dimiserat; occurrit tamen cum quibus potuit, sed cito vertitur in fugam, et fugit versus Zcalam[50], quam 50 munitionem amissa etiam Praga non amisit, faciens de ea contra Fridericum quicquit potuit. Sane predictus Fridericus, sicut dictum est, tendens Pragam, divertit in Stragov; quem fratres illius ęcclesiae tamquam advocatum et filium primi constructoris sui magnifice suscipiunt, occurrentes in sericis capis et cantantes *Advenisti*[a], quod eis postmodum a Zobezlao improperatum, eos cantasse penituit, dum ipsis et aliis claustralibus ita propitius non fuit, sicut Zobezlaus fuerat, nedum sicut rex pater eius, qui omnium religiosorum pater exstitit. Susceptus itaque eo loci, sicut dictum est, et Pragam obsidione cingens, in qua fuit et uxor Zobezlai, optinuit eam in brevi, non audentibus illis qui intus erant, vitam suam ponere impendulo, et eum offendere cuius partem videbant meliorem. Sic obtenta Praga nec non et uxore Zobezlai, optinuit et dominium totius Boemie, nondum tamen cum securitate, quoniam et Zcala, sicut dictum est, in manu Zobezlai* extitit[b], et ipse parabat *p. XXXIV ei undique malum. Mittit tamen[c] Fridericus primarios quosdam in Altenburg pro uxore —XXXVII. sua domna Elisabeth, quae ab episcopo Friderico et canonicis Pragensis ecclesiae honeste excisae.

a) *scil.* desiderabilis. *Notae musicae appictae sunt.* b) *deest* 3. c) tum 3.

45) Id. Ian. a. 1177. Contin. Claustroneob. Mon. SS. IX, 631; cf. p. 541. 546. et Ann. Reicherspergenses. 46) Geisa; cf. Chron. Poson. ap. Endlicher, Mon. Arpad. I, 57. 47) Fridericum a. 1177. in Italia ab imperatore investitum scribit Mon. Zwetl. SS. IX, 541. 48) i. e. Brunnensem. 49) V. Mon. SS. IX, 541. 617. 631. 50) In provincia Klattoviensi prope Radkowitz sitam putat Palackyus.

1178. suscepta, regnat deinde cum eo feliciter. His ita gestis in messe et in autumno, deinceps
Dec. 25. in nativitate Christi Fridericus vocatione imperatoris interest curiae ipsius celeberrimae[a]
tunc temporis in Suevia, loco qui dicitur . . . . . .[51]. Et ita finis huius anni.
1179. Anno dominicae incarnationis 1179. inchoante Zobezlaus diu quesitam nactus occasionem
ex absentia Friderici, collecto exercitu temptat irrumpere Pragam, sed frustratus est abs
spe[b] sua, quia hi qui in castro erant, premoniti fuerunt et viriliter resistebant; deinde pergit
obviam Friderico a curia revertenti, cogitans preoccupare inparatum; sed uxor eius domna
Elisabeth premisso velociter nuntio, facit eum scire quaecunque geruntur domi. Quibus ille
cognitis substitit statim in ipso introitu terrae mora fere decem dierum, et mittens nuntios
alios in Moraviam ad Cunradum, cui iam confederatus erat, alios atque alios per Boemiam,
nec non et in Teutoniam ad amicos quibus bene confidebat, rogat ut in tali articulo rerum
ferant auxilium festinatum. Cumque iam multos haberet, plures expectaret, visum est ei
versus Pragam procedere; procedunt, ventum[c] erat ad fluvium cui nomen Misa, ibique in
loco qui dicitur Brod figentes tentoria, manserunt septem diebus. Erat tertia feria, hoc[d] est
Ian. 23. decimo Kal. Febr., cum inde progressi pervenerunt ad locum et rivulum qui dicitur Lode-
52 nitze[52], et ecce insperate occurrit Zobezlaus, et captis sive detentis his, qui custodias
observantes propter immanitatem frigoris interim sese calefaciebant, his inquam detentis,
nisi quod solus vix evaserat qui factum ceteris nuntiaret, Zobezlaus et sui agmen Friderici
penetrant, irruunt, prosternunt, et pugna nimis cruenta conseritur. Mortui sunt in eo
prelio Zezema comes pater domni Hroznatae, et Aghna et alii multi, comes Witzcho[e]
captus, capti et Teutonici maiores natu ex his qui in adiutorium Friderici venerunt[f], multi
quoque ex eis occisi, residuique nasos precisi ludibrium mundo sunt effecti. Quid moror?
vincit Zobezlaus, vincitur Fridericus, omnesque sui ad fugam sunt conversi, ita ut non
Ian. 24. remanerent duo pariter. Nocte insequente pervenit Fridericus in Prtschitz[g. 53], ubi Cun-
radum Moraviensem cum suis copiis invenit, et cum eo ibidem per diem quievit. Sequenti
Ian. 25. mane hoc est quinta feria proficiscentes, et circa Zazow[54] loco qui dicitur Widvazoda[h]
Ian. 26. noctantes, sexta feria dietare volentes, ecce nuntius domnae Elisabeth missus de Praga
narrat eis, quod Zobezlaus de nocte paret irruere super eos; quo audito ilico castra movent[i],
Ian. 27. et tota nocte pergentes, mane sabbati orto iam sole Pragam perveniunt. Illa[k] nocte et
pedes obriguerant pre nimio frigore, qui infirmitate languerunt quousque vixerunt. Quod
Zobezlao narratum verum constat fuisse, sed eos non invenit loco quo putavit, et tandem
comperto quo[l] processerunt, e vestigio secutus est eos Pragam. Quem illi eminus venien-
tem in campis Wissegradensibus, loco qui nunc dicitur Boisse[m], excipiunt, et concrepantibus
undique hinc tubis inde campanis[n], Fridericus et sui primo agmine congrediuntur, sed ne
iterum superentur, ilico Cunradus qui ex adverso stabat, impetum in hostes fecit, et non
sine suo suorumque periculo Zobezlaum et suos in fugam coegit, quos fugientes longe
ultra Prosek[o] persecuti sunt quamdiu cum luce diei potuerunt. Commiserunt autem pre-
lium sicut dictum est sabbato, hoc est 6. Kal. Febr., in quo bello mortui sunt multi, plurimi
vulnerati. Sane tanta erat inclementia frigoris, ut si quem forte vel leviter vulnerassent vel[p]
vestibus nudassent, statim hunc vis algoris extingueret. Porro domna Elisabeth voto se
obligaverat ad Deum, ut si victoria donaret maritum[q] suum, ecclesiam sibi construeret in
ipso loco certaminis, quod postmodum devota complevit; nam fundavit, dotavit et ditavit,
et ita cruciferis tradidit[55]. Ea tempestate mortuus est Fridericus Pragensis episcopus pridie
Ian. 31. Kal. Februarii, anno videlicet ordinationis suae decimo. Interea Zobezlaus sicut supra
tetigimus amissa Praga, perdita Boemia, in sola se Zkala refovebat; quam deinde Fridericus
per totam obsidens aestatem, tandem in fine huius anni recepit. Qui quoniam imperatori
pecuniam promiserat magnam, recordante me de ipsa obsidione misit, et a populo terrae
collectam gravem novorum denariorum exegit.

a) celebri 2. b) a specie 3. c) Deventum 3. d) hoc — Feb. *desunt* 2. e) Witcho 2. f) venerant 3. g) Pirtsith 3. Przicz *Pulk.* h) Widoahada 3. i) moventur 2. k) Illa — vixerunt *desunt* 2. l) cooperto quia 3. m) Woisse 3. Bogisstie *Pulk. i. e. locus pugnae.* n) hinc inde tubis modo c. 2. o) per haec 3. *Est Prossik prope Pragam.* p) vel v. n. *desunt* 2. q) virum 3.

51) Nomen in utroque apographo et procul dubio ab ipso auctore omissum est. Curia eo anno in octava epiphaniae Wormatiae habita est. Ann. Colon. mai. 52) Lodenitz, duobus miliaribus nostris a Praga distans. 53) in angulo australi circuli Beraunensis. 54) scil. fluvium. 55) scil. militibus de Hospitali S. Iohannis Hierosolymitani; cf. Boczekii Cod. Dipl. Moraviae I, 307. 312. 313. 316.

1180. Ian. 29.

Anno dominicae incarnationis 1180. inchoante mortuus est Zobezlaus peregre; cuius corpus Pragam est delatum, et in Wissegrad honorifice sepultum. Verum quia Pragensis ecclesia pastore fuerat viduata, domna Elisabeth quae publicam rem Boemiae plus quam vir regebat, coacto in unum totius terrae clero et maxime abbatibus et canonicis, designat eis in episcopum capellanum suum nomine Wolis[a] seu[a] Valentinum, qui erat sicut comperimus ignarus Latinae linguae, nec[b] de gremio Pragensis ecclesiae, sed degener, obscurus, et tali officio prorsus indignus. Quod factum licet turbaret totum clerum, ipsa tamen scandalum ecclesiae non curans[c], mittit electum suum ad imperatorem regalibus investiendum, deinde in Wirzeburg ad episcopos, quibus domnus Moguntinus transalpinans vices suas commiserat in consecrandis episcopis; quo perveniens et episcopos inveniens, quamvis eius mantica bene foret farcita et multis multa daret, tamen contradicentibus canonicis Pragensibus[d] non erat qui sibi manus imponeret. Quos sane canonicos nec non et abbatem de Stragov domnum Adalbertum domna Elisabeth secum ire coegerat. Qui facientes ibi moram multi temporis — arctabantur enim duobus, nolentes eum promovere propter conscientiam, neque ausi redire infecto negotio propter ducissam — erat inter ipsos domnus Pilgrimus prepositus tunc Pragensis, qui circumstantiam rerum prudenti perpendens animo, postquam diu tacuit, tandem proposuit canonicis suis, quam sit durum resistere potestatibus, bonumque sibi videri ut cedant tempori, nec pro incerto eventu certis se ipsos exponant periculis. Talia perorans persuasit consensum, ita tamen si fratres eorum, qui domi remanserant, in hoc ipsum consentirent. Cumque inter se quererent, quem pro his exequendis Pragam mitterent, obtulit se ipsum laboribus, et quod de sene vix credi posset, quatuor diebus venit, quatuor rediit, et omnia in pace confederavit. Sicque factum est, ut domnus Valentinus de consensu canonicorum ordinaretur, qui ordinatus duos vix annos supervixit, in quibus nichil memorabile reliquit.

1181.

Anno dominicae incarnationis 1181. Erat in Moravia quidam comes nomine Wilhalmus[e] de gratia predicti Cunradi, qui quoniam in vastatione Austriae manus non continuerat ab incendiis ecclesiarum Dei, pro his et aliis peccatis compunctus Romam adiit, et secreta cordis sui domno papae aperuit, qui iussit ut claustrum construeret et religiosas personas Deo servituras adunaret. Quod ille diu licet dilatum, tali sicut dicemus ordine isto in anno perduxit ad effectum. Non latuit eum opinio sanctissimi viri Gotscalki[f] Siloensis abbatis, quem evocatum ad se, videlicet in Cůnitz[g] [56], rogat valde humiliter ut in tali rerum articulo adsit ei auxilio et consilio. Quod petit in Deo, non valet negare homo Dei, sed incontinenti concedit ei honestos de claustro suo viros, scilicet istos: Manduvinum priorem suum, et Eberhardum suppriorem[h], cognatum eiusdem Wilhalmi, et tertium puerum[i] [57] nomine Richvinum, qui domos interim ordinent et mansionem conventui preparent. Illis eo euntibus abiit eodem anno sanctus ille abbas Gotscalkus in Franciam ad capitulum Premonstratense, habens in comitatu suo domnum Ciprianum[58] cum cognato suo Iohanne, necnon et domnum Petrum de Lonewiz cum litteris prefati comitis Wilhalmi. Qui dum recitarent patribus petitionem viri, clementer exaudiverunt, et loci eius susceptionem predicto abbati domno Gotscalco commiserunt. Sicut ergo positum est hoc anno et tali ordine Cůnicensis ecclesia inchoata, crescit usque hodie rebus et personis, et crescet cum adiutorio Dei usque in consummationem seculi.

1182.

Anno dominicae incarnationis inchoante 1182. mortuus est Dietlebus Olomucensis episcopus[59], cui successit Pilgrimus[k] Pragensis prepositus, assumptus tam de choro[l] quam electus in capitulo Pragensi per manum Friderici ducis, quo in loco solent assumi omnes ecclesiae illius episcopi, non quidem electione cleri, sed designatione principis, sicut oculata fide sepe iam vidimus fieri. Ea tempestate mortuus est etiam Wolis[m] Pragensis episcopus[60], de quo supra diximus, cui successit prepositus Wissegradensis,

a) *deest* 2. Wolist *Pulk.* b) non 3. c) curavit sed m. 3. d) *deest* 2. e) Will. 4. f) *nomen varie scribitur; ipse Gerlacus* Godsalc. *scripsisse videtur.* g) Cůnith 3. h) presbyterum 2 i) *deest* 3. k) Pigrimus 3 *hic et infra; Gerl. scribit* Pelegrinus. l) clero 3. m) est Valentinus 2.

56) Hodie passim Kanitz appellatur prope fluvium Iglavam inter Rayhradium et Krumlovium; pertinet ad canoniam Strahoviensem. DOBN. 57) id est clericum seu religiosum in minoribus ordinibus constitutum, quod ex auctoris posterioribus relatis cognoscere licet. DOBN. scil. a. 1184. ubi exempla Dobnerus attulit. 58) ni fallor primum abbatem S. Vincentii iuxta Wratislaviam, qui postea episcopus Lebusensis et ab a. 1201—1207. Wratislaviensis fuit, iterumque commemoratur a. 1184. 59) a. 1181. d. 3. Nov. teste Palackyo. 60) d. 6. Febr. teste eodem.

1182. patruelis Friderici ducis nomine Heinricus, filius Heinrici fratris Wladizlai regis, qui Parisius nuper redierat ubi profecerat in bonum clericum, bonae indolis adolescens, per quem sperarent omnes ecclesiam huius terrae in meliorem posse reformari statum. Hic cum esset subdiaconus, domnus Adalbertus Salzburgensis archiepiscopus, germanus Friderici ducis, de quo suo loco plenius dicemus, ipse inquam promotionis eius cupidus sabbato Mart. 13. medianae[a] quadragesimae, quando canitur *Sitientes*, in choro Pragensi ordines fecit et eum Mart. 25. in diaconum consecravit. Deinde in cena domini electio ipsius celebrata est, in qua miro Dei favore omnia convenerunt in unum, quae huiusmodi sollempnitati noscuntur fore necessaria, videlicet electio cleri, principum assensus, votum universale populi. Abbates Mart. 28. qui electioni eius adfuerunt, imminente die paschali domum non potuerunt reverti, quorum unus et precipuus memoratus abbas Gotscalcus sermones nobis fecit in Stragov, unum in cena domini presente et audiente predicto domno Adalberto Salzburgensi archiepiscopo, alterum in pascha, cuius[b] thema fuit: *Haec est dies* etc. qui scriptus habetur. Post haec instante festo pentecosten domnus electus proficiscitur Moguntiam ad consecrationem, ubi Mai. 22. 23. sabbato quatuor temporum in presbiterum, ac sequenti dominica consecratur in episcopum. Domnus[c] quoque Pilgrimus Olomucensis electus abiit cum eo consecrandus et rediit consecratus, et quia imperator transalpinaverat[61], ambo electi presentantur imperatrici, utrum ante vel post consecrationem non satis recordor. Heinricus in episcopum Pragensem consecratus domum revertitur, et Pragae cum tripudio totius Boemiae suscipitur. Suscepto igitur episcopatu dici non potest, quam benignum exhibuerit se omnibus et gratiosum, nullum parvipendens, nulli derogans vel invidens, sed in commune omnibus exhibens quod iuris esset et honestatis. Hospites ad se venientes et maxime spirituales, in osculo pacis semper suscepit, bene tractavit et dimisit. Cumque foret omnibus affabilis, nulli tamen erat facile familiaris nisi notissimis, vir valde sobrius, quem raro cenantem sed[d] nunquam ebrium experti sumus, quod nimirum homines non virtuti adscribunt, sed parcitati; sed aliud est iudicium hominum aliud Dei, attamen inter multas virtutes quibus claruit, vitio parcitatis non caruit. Canonem servitii Dei devote complebat, missarum vero sollempnia raro licet, tamen devotissime et nonnunquam cum multo imbre lacrimarum, quibus nunquam se audebat ingerere, nisi facta prius confessione ad genua cuiuslibet familiarissimi sacerdotis. Sane de occultis ipsius hoc compertum habemus, quod caelibis vitae sicut professor ita fuit et sectator, omni quidem tempore sui pontificatus, sed maxime diebus Friderici ducis, in quibus multis angebatur adversis, sicut loco suo dicemus; post cuius excessum pace iam ecclesiae reddita, si forte interdum cecidit non miramur, scientes quod virtus quae in bello acquiritur, in pace quandoque amittitur. Rediit tamen semper in id ipsum timoris Dei, quo fundatus erat et signatus in diem redemptionis aeternae, pertinens in eorum consortium de quibus scriptum est: *quoniam qui natus est ex Deo, non peccat*, hoc 62 est non permanet in peccato, *sed generatio eius contra eum*[62]. Porro pauperibus defendendis ita tradiderat[e] cor suum, ut pro eorum defensione non vereretur incurrere offensam primatum terrae[f], absterrens eos ab huiusmodi ausibus modo gladio spiritus, hoc est anathemate, modo gladio materiali, hoc est manu laica, quam interdum tanquam potens et princeps pro tempore causa et persona exercebat. Dux Theobaldus patruelis et ipse tam episcopi quam Friderici ducis[63], de cuius gratia per quartam partem principabatur, sic laxaverat lora villicis suis, quibus licebat quidquid libebat, quod episcopus diu non ferens, terram ditionis suae sub interdicto posuit, et eum cum suis ad satisfactionem coegit. Similiter et dux Fridericus cum ducissa Elisabeth per officiales suos similia, imo peiora presumebat in ecclesia Dei, quibus episcopus resistere volens sed non valens, adiit imperatorem Fridericum et eius imploravit presidium; a quo benigne quidem suscipitur, sed causa ipsius in longum differtur, hoc est fere per medium annum, videlicet usque ad curiam, quae circa medium 1187. Mart. quadragesimae fuerat celebranda Ratisponae cum principibus totius imperii. Qua expecta-

a) mediante 3. b) et 3. c) Domnus — episcopum Pragensem *desunt* 2. d) et 3. e) tradebat 2. f) regni abstrahens 3.

61) a. 1182. imperator Italiam non intravit, ut putes haec a. 1183. evenisse, nam a. 1182. m. Maio imperator Moguntiae curiam celebravit. Sed computatio Gerlaci a. 1197. electioni eius eundem annum 1182. adsignat. Anni pontificatus eius in diplomatibus adscripti nimis mendosi sunt, quam ut inde certi quid elici possit. 62) *sed generatio Dei conservat eum*. 1. Ioh. 5, 18. 63) filius Theobaldi a. 1167. mortui.

tione suspensus demoratur in curia cum 70 equis, cuius expensas imperator miseratus 1187. precepit ei dari ad quotidianum sumptum 35 prebendas tum equis tum hominibus, et hoc tam large, ut et reliqui qui extra numerum erant, frequenter inde participarent. Sepius quoque ipsum imperator ad prandium invitavit, necnon et capellas[a], de licentia tamen diocesani episcopi, consecrare fecit, et in omnibus honeste tractavit. Post haec instante iam prefato termino, cum legatis imperatoris episcopus Boemiam ingreditur, et assumptis secum abbatibus et canonicis Pragensibus[b] ad curiam progreditur Quid moror? venit dies, in qua presidente serenissimo imperatore Friderico causam intrat episcopus cum duce Friderico coram principibus totius imperii. Advocatus episcopi erat marchio nomine Dedo[64], vir eloquentissimus, qui pro episcopo agens contra ducem dum multas ab eo expostularet iniurias, fertur ille ita respondisse per procuratorem suum: *Cum sit*, inquit, *omnibus notum, Pragensem episcopum meum fore capellanum, sicut omnes predecessores sui patrum et avorum meorum fuerunt capellani, decernite queso, si liceat ei agere contra dominum suum, vel si tenear ex aequo respondere capellano meo?* Quod dictum statim et[c] ab omnibus contradictum, maxime ab archiepiscopis et episcopis, decernentibus quod Pragensis episcopus more Teutonicorum episcoporum ab omni subiectione ducis debeat esse liberrimus, soli tantum imperatori subiectus vel obnoxius[d], cuius imperii est princeps, cuius visitat curias, a quo suscipit sceptrum et investituram. Super qua libertate petivit episcopus et accepit sacrum pragmaticum, hoc est regale privilegium, aurea bulla munitum, quod diebus illius episcopi multum valuit, postea vero nichil, causis extantibus quas modo legimus in libris experientiae, de quibus melius est tacere quam inutiliter garrire. Talibus et huiusmodi taliter decisis articulis[e] deinceps de iniuriis ecclesiae illatis Fridericus dux convincitur, coram omnibus arguitur et confunditur, ab omnibus argutus et confusus emendationem pollicetur. Qua iurata et per magnos fideiussores firmata concilium solvitur, et in osculo pacis confederati ad propria revertuntur. Facta sunt haec anno suae ordinationis quinto, et dux Fridericus duobus postea supervixit annis, in quibus neque quod promiserat recte implevit, neque ab iniuriis ecclesiae Dei suos officiales coercuit. Reliqua sermonum episcopi pauca quidem de multis, et quomodo postea ducatum assumpsit[f] cum episcopatu, ecce haec annotata sunt ultimo vitae suae anno. Verum haec omnia per anticipationem dicta locum suum desiderant.

Igitur post consecrationem episcopi Heinrici eadem aestate Boemi nostri maiores natu 1182. persecutionem diutinis odiis conflatam exercitaverunt in ducem Fridericum, et eicientes eum extra terram mille prosecutum opprobriis, Cunradum Moraviensem, qui et Otto, de quo supra multa diximus, sibi eligunt in principem, cum quo Pragam multo tempore obsident, et tandem obtinent[65]. Interea Fridericus dux adierat imperatorem predictum 65 Fridericum semper augustum, qui eius condolens iniuriis, palatinum Bavariae socerum predicti Cunradi[66] Pragam mittit, et tam Cunradum quam Boemos omnes cum eo ad curiam suam, quae Ratisponae celebranda fuerat[67], venire precipit. Qui accepto mandato imprimis recalcitrant, contradicunt, venire nolunt; postmodum usi meliori consilio eunt. Nobiles soli presentantur imperatori, quos ille* terrere[g] volens, dolabra multa nimis fecit afferri, *pag. XXXVIII. tamquam vellet eos facere decollari, cum illi pedibus eius se provolvunt, veniam petunt, fol. 90 et necessitate mutata in voluntatem, Fridericum in dominum et ducem recipiunt et cum eo Pragam redeunt, magnum arbitrantes lucrum tam ipsi quam Cunradus, quod crimine lesae maiestatis non sunt puniti. Sic sapiens imperator coniurationem rebellium sapienter repressit, et isti quidem Boemiam reddidit, illum vero Moravia contentum esse precepit[h].

Eodem anno Stragoviensis ęcclesia secundarie dedicata est, videlicet 6. Kal. Maii a Apr. 26. predicto Alberto venerabili Salceburgensis ęcclesiae archiepiscopo, et hac de causa quia maius altare motum et chorus fuerat sublevatus. Presentes erant canonici Pragensis ęcclesiae fere omnes et abbates multi, quorum unus et precipuus, licet suo iudicio humillimus, abbas Godscalcus[i], tantam sollempnitatem sermone suo adornans, inter alia que locutus est, hoc quoque dixit: *Assum*, inquit, *o fratres karissimi, en alteri dedicationi vestrae*,

a) capellanos 3. b) *deest* 2. c) *lege* est. DOBN. d) v. o. *desunt* 2. e) articulis — illatis *desunt* 2. f) presumpsit 3. g) *alio atramento pergit.* h) *sequentia alia manu scripta esse videntur.* i) godsalcus *c.*

64) Lusatiae, dictus de Rochlitz. Breviter huius contentionis meminit auctor ad a. 1187. 65) Haec facta praeter Ann. Prag. probant Ann. Zwetl. Mon. SS. IX, 542. 66) Ottonem, tunc iam ducem Bawariae. 67) Ibi imperator commoratus est circa festum S. Michaelis.

1182. *qui primae quoque interfui, et videor michi videre statum domus huius valde diversum ab eo,*
*qui tunc erat. Tunc enim rebus pauper et meritis fuit dives, modo versa vice rebus crevit et*
*disciplina deperiit;* atque in hunc modum reprehendenda reprehendens, et ad honesta pro-
vocans, monita salutis porrigebat eis. Porro memoratus Albertus Salcburgensis archi-
68 episcopus tempore scismatis, sicut supra diximus[68], faciente imperatore episcopatum suum
perdiderat, et contentus prepositura Melnicense in Boemia manebat, factitans ordines
clericorum nec non et consecrationes basilicarum, sine preiudicio tamen diocesani episcopi.
Et quamvis legatione fungeretur apostolica, nullum tamen ex hoc commodum sibi vel in-
commodum queritabat, ut pote homo gravis et quietis appetens. Sic extra possessionem
sui episcopatus multo tempore et ut reor fere 15 annis deguit[69], donec isto primum anno
vocatione imperatoris curias eius tercia vice visitavit, et tandem episcopatum recepit, in
Qui[a] palatinus socer erat Cunradi de Moravia. quo usque ad finem dierum suorum feliciter permansit. At domnus Cuonradus frater pala-
tini, qui eatenus in possessione fuerat predicti episcopatus, iubente imperatore legittimo
possessori cessit, promisso sibi alio episcopatu qui primitus vacaret[70].

1183. Aug. 25. Anno dominicae incarnationis 1183. Cristanus archiepiscopus Moguntinus moritur in
transalpinis partibus, preliator sicut dicunt opinatissimus, qui vicem gesserat plenam im-
peratoris, sive in expedicionibus sive in omnibus regni negociis; cui successit Cuonradus,
qui preterito anno, sicut dictum est, de Salzburgensi archiepiscopatu quem tenebat, iubente
imperatore legitimo possessori domno Alberto cesserat.

Eodem anno memoratus et semper memorandus abbas Gotsalcus conventum sororum
71 de Lonewitz mittit in Cunitz[71] ad petitionem Wilhelmi comitis, de quo supra latius disse-
Oct. 9. ruimus. Erat[b] festum sancti Dionisii tunc in dominica, cum post missarum sollempnia
emissae, transmissae sunt, sicut dictum est, ad locum sibi destinatum, cum ingenti fletu
et rugitu omnium suam invicem separationem ferre non valentium. Abbas ipse omnibus
circa se flentibus, siccis quidem oculis eas dimisit, sed post discessum earum sextam
mecum cantando graviter ingemuit, compatiens suis filiabus tamquam propriis visceribus
intimo karitatis affectu. Commisit autem tam eas quam omnia quae fuerunt illius loci,
domno Petro Lunwitcensi priori, quem de Lunwitcensi transtulerat in prioratum Cunitcensis
ęcclesiae, virum sane valde idoneum et litteratum, honestum et castum; qui sub tali patre
Lunwitcensi domui multis prefuerat annis, ac deinde sub abbate Ottone Cunitcensem rexit
ecclesiam annis fere tribus, post quos eum[c] deposuit, et predictum Eberhardum cognatum
fundatoris ipsi substituit, causis extantibus non aliis, nisi quod homo spiritualis in causis
temporalibus non prosperabatur, sicut dicebant. Depositus vero vix annum et mensem
super vixit, sortitus a Domino sicut religiosam vitam ita et felicem transitum. Obiit autem
Apr. 19. 13. Kal. Maii.

1184. Febr. 18. Anno[d] verbi incarnati 1184. 12. Kal. Martii memoratus ac semper memorandus abbas
Godsalcus migravit a seculo, victurus caelo cum perhenni premio. Hic Syloensis ęcclesie
primus pater celeberrimus et optimus abbatum Boemiae, honor magis extitit prelationis
quam prelatione honorificus. Qui in diebus suis placuit Deo et inventus est iustus, cuius
memoria in benedictione est, quamquam eo ipso non attingat eum laus temporis, quo
Cant. 1, 2. meruit monimentum aeternitatis. Oleum effusum nomen eius, nomen notissimum per
Boemiam, Moraviam et Austriam, immo per totum ordinem nostrum, quamvis suo iuditio
humillimus omnium. Non est inventus sicut iste nostro in tempore, qui sic quereret
dominum Deum patrum nostrorum estu cordis tam infatigabili, desiderio tam inexplebili,
ut ne ad horam quidem tepidior umquam deprehendi potuisset. Cuius ego vitam per singula
non didici; sed pauca que narro, partim relatione seniorum qui eum ab initio noverant,
partim ex ore ipsius agnovi, quedam etiam oculata fide perspexi, qui eram capellanus
eius, licet ultimus sicut tempore ita etiam et vitae merito. Pater eius Bernerus, mater
dicebatur Herca, ambo Coloniensis diocesis ministeriales Sancti Petri, clari satis genere,
sed multo clariores religiosa conversatione. Qui talem filium divinitus sortiti, tradiderunt

a) *haec Gerlacus in margine addidit.* b) *atramentum mutatur.* c) um d. et predictum *iam abscisa sunt.* d) *sequentia manu Gerlaci scripta sunt.*

68) Nusquam dixit; v. supra p. 664. 69) electus a. 1168, pulsus est a. 1169. 70) Nihil de hac cessione alibi reperi. Cf. Chron. Magni Presb. supra p. 507. 71) Uterque hic parthenon, prior in Boemia, alter in Moravia, turbis Hussiticis exstinctus. Lunewitz hodie Lounjowitz ad mensam archiepiscopalem spectat, estque in provincia Kurimensi prope Wotizium. DOBN. Cf. supra a. 1181.

eum scolaribus disciplinis Coloniae imbuendum[72], in quibus studens et bene proficiens 1184. pueritiam suam sic innocenter agebat, ut iam tunc a collegis suis presago quodam cognomine modo abbas modo monachus appellaretur. Factus adolescens, iamque nobiliter fundatus in grammatica[a], transmissione parentum Parisius devenit, ibique in artibus aliquot annis studuit, habens in proposito, sicut nobis postea dicebat, post epotatas artes accedere ad medicinam, nec umquam desinere a studio discendi, donec attingeret arcem humanorum studiorum. Interea cum esset annorum ferme viginti, domum reversus pro reparandis sumptibus, disponentem redire febris invasit gravissima necnon et morbus fistulae in collo, quo flagello foris tactus sicut et intus visitatus a Domino, ilico mutatus est in alterum virum, et vota eius facta sunt alia, atque despecto mundo, despectis mundanis studiis, devotavit se ad portum monasterii. Quod devoto conceptum affectu, taliter pervenit ad effectum. Supervenit nutu Dei desideratus hospes prepositus Steinweldensis nomine Everwinus, vir consummatae religionis, habens secum quendam canonicum suum Heinricum nomine, litteratum virum medicumque peritum, qui postea sub eodem de quo loquimur abbate Godscalco Lûniwitzcensis ęcclesiae fundator extitit strennuus. Hii ergo tunc illô adventantes, petitionem iuvenis gratanter admisernnt et susceptionem ei compromiserunt. Verum quia erant in procinctu itineris tendentes Premonstratum, et ille post tantam egritudinem satis adhuc debilis, volebat eum prepositus domi dimittere donec rediret. Sed domno Heinrico aliter visum est, dixitque ad prepositum: *Cum constet cor adolescentis esse tamquam navem in fluctibus maris, nolite*, ait, *differre, sed desiderium sanctum statim perficite, quia quamvis sit bonae spei, quamvis honestae indolis, timendum est tamen lubricum etatis.* Ad hanc vocem misit eum protinus in Steinweld sancto habitu induendum. Quo insignitus[b] quante humilitatis, quante sanctitatis extiterit,* qualiterque ascendendo virtutum sca- *p. XL.—XLIII. excisae. lam cantaverit canticum graduum, non est meae tenuitatis exponere; vixit enim non solum sine crimine sed etiam absque macula, irreprehensibilis coram Deo et hominibus, mansitans inter fratres suos non modo sine querela, sed etiam cum[c] gratia. Sic vivendo continuavit tredecim annos[73], infra quod spatium sicut virtutum, sic etiam honorum ecclesiasticorum 73 gradus ascendit cum sacerdotio[74]. In diebus illis regnante in regno Romanorum rege Cunrado et in Boemia principante duce Zobezlao, Zdico qui et Heinricus bonae memoriae Olomucensis episcopus habitum nostrum, quem Iherosolimis viderat, super sepulchrum vitae susceperat cum multo sicut traditur imbre lacrimarum, et abdicatis ibi tam esu carnium quam ceteris vitae blandimentis, reportabat memorato duci et Boemis sicut novum hominem, ita et novum ordinem[75]. Quo duce post in brevi defuncto successor ipsius illustris Wladizlaus necnon et uxor sua nobilissima Gertrudis, soror predicti regis Cunradi, succensi exemplo et exhortatione prefati episcopi novam ecclesiam novo condunt ordini, erigentes fabricam venustissimam in monte Ztragow, mutato nomine ipsius in montem Syon[76]. Quibus optime cooperabatur idem episcopus, maxime in spiritualibus, coadunando undecunque posset religiosos fratres, quibus et prefecit imprimis quendam Blasium. Postquam vero liquido comperit de institutione Premonstratensis ecclesiae, quod inde initium ordinis, quod inde esset magisterium vitae regularis, ilico habita deliberatione cum ipsis fundatoribus, unanimi voto miserunt et de Steinveldensi domo conventum postulaverunt. Et quidem tunc temporis ordo noster, licet nondum dilatatus, magno fervebat zelo, tum in Premonstrato tum in omnibus ecclesiis nostri iuris[d], et maxime in Steinveldensi ecclesia, quae nullam habuit vel habet in religione secundam. Cuius tunc[e] suavissimo tracti odore principes terrarum undique gaudebant ecclesias fundare novas, et personas ordinis[f] evocare ad illustrationem provinciarum suarum; inter quos et isti fundatores, de quibus modo sermo est, porrigentes petitionem suam prius capitulo, dein Steinveldensi ecclesiae, quod pie postulant, pleno comprehendunt effectu; nam committitur Steinveldensi preposito, ut negotium eorum promoveat et desiderata concedat. Litteras capituli ad memoratum

a) *sequentia rursus dictata videntur.* b) ins. q. humi *abscisa.* c) sine 2. d) ordinis *Cont. Prag.* e) *ita Cont. Prag.* tamen 2. 3. f) nostri *add.* 2.

72) a. 1149 c. 33 annos natus, lucem primo aspexit c. a. 1116. 73) usque ad a. 1148; itaque Steinfeld venit a. 1135. 74) a. 1144, quum 40 annos presbyter fuerit, ut infra dicitur. 75) a. 1137; narrat hoc ipse episcopus in privilegio excuso in Cod. Dipl. Mor. I, 217. 76) a. 1140. addit Cosmae Cont. Prag., scil. primo Wladizlai anno; sed initium iam per Iohannem episcopum et Sobieslaum ducem factum esse dicitur in privilegio modo citato.

1184. episcopum require si placet in fine libri, cuius est titulus: *Epistolae Ivonis*, et invenies[77]. Porro prepositus vir Deo plenus non tardat in his, quae in mandatis acceperat, sed assumptis secum fratribus, et domno Godscalco pro cuius occasione ista inferimus, proficiscitur in Boemiam, Pragam venit, devote suscipitur, obligat se susceptioni loci, tandemque repatrians, dimittit ibi a latere suo memoratum Godscalcum cum fratribus, qui conventui habitacula prepararent interim lignea. Quibus paratis iterum post anni circulum idem prepositus revertitur, adducens secum conventum clericorum una cum abbate quem elegerant, cui nomen Gezo; qui domnum Godscalcum libenter apud se retinuisset, sed prepositus suus iubet eum redire in Steinveld ad id expectandum, quod ei divinitus fuerat preordinatum.

Nec absurdum puto si paucis exprimam, qualiter idem Gezo primus Stragoviensium abbas primum in Steinveld ad conversionem venerit. In hoc enim confitebuntur Domino misericordiae eius, qui miris modis predestinatos suos vocat. Cum esset ipse in Colonia canonicus et custos maioris ecclesiae, vir dives et delicatus, quadam nocte per somnium putabat fratres suos concanonicos tamquam in gyro considere seque in medio eorum, cumque ecce adstitit ante eos quidam horribilis aspectu, qui de virga quam manu gerebat, percussit primum in capite, dein alterum, tertio tertium, et ita singillatim omnes hinc et inde, a dextris eius[a] et a sinistris; postremo cum vellet percutere et istum, declinavit ictum, et sic evigilavit. Quam visionem secuta est mors eorum, et omnes in brevi ex hac luce sunt subtracti, eo videlicet ordine quo in visione fuerant percussi. Quod ille videns et mori timens, fugit tamquam a facie unicornis, et confugit in Steinveld ad portum monasterii, conversatus ibi iuste atque regulariter usque in diem quo assumptus est in abbatiam[b]. Sane idem Gezo erat vir totius probitatis et industriae, providens dispensator tam in temporalibus quam in spiritualibus, magnus zelator disciplinae, cuius institutione viget adhuc et regitur hodie Ztragoviensis ecclesia. Ita memoria eius in benedictione est, cum post mortem non moritur, et opera eius rediviva semper eum loquuntur. Sed de his hactenus satis. Modo revertamur ad seriem narrationis, dicturi de abbate Godscalco, quomodo in Boemiam redierit, et quali occasione adeptus sit Syloensem abbatiam. Notum est omnibus in Boemia commorantibus, quod Syloensis ecclesiae primus constructor erat quidam abbas Reinardus nomine, nigri ordinis professor; qui condensam aggressus silvam et de nemore faciens campos, ecclesiam ibi construxit in honore beati Petri apostoli satis habilem, quam per manus domni Ottonis Pragensis episcopi dedicavit et debito fine perfecit. Basilicam quoque in veneratione sanctae Mariae virginis cum duabus absidibus et quatuor altaribus erigens, ad medium usque atrium deduxit, et episcopali similiter benedictione dedicavit. Post haec et eiusmodi preclara opera, cum iam multum temporis et laboris eo loci
78 exegisset, tandem Ottone episcopo ex hac luce subtracto[78], quidam nescio qua intentione quosdam ex monachis eius coram Daniele Pragensi tunc electo multis et magnis criminibus infamaverunt; quorum ille verbis nimium credulus et rem neque discutere nec preterire volens, in tantam exarsit vehementiam, ut in abbatem pariter et monachos non confessos aut convictos sententiam iacularet eiectionis irrevocabilem; et quia ordo noster in Ztragow multum ei complacebat, cuius ad instar Syloensem domum informare gestiebat, missa legatione in Steinveld petivit inde conventum cum abbate, in locum quem haberet sicut dicebat amenum, vacantem, religioni habilem; sed de personis eiciendis omnino tacuit. Breviter dicam: quod petivit obtinuit, et electis iam fratribus, cum de abbate eligendo ageretur, cecidit prima sors super priorem illius ecclesiae nomine Adolphum, virum sane maturum et sanctum; sed ipse nullo modo acquievit, adiurans eos et contestans per nomen domini nostri Iesu Christi ut cessarent ab eo; cumque nec sic quiescerent, sed urgeretur obedientiae vinculis, ille inter duo contraria elegit quod minus videbatur, et maluit ad horam esse inobediens, quam onus assumere quod sibi videretur importabile. Pro quo reatu postmodum nudatus humeros et pedes veniens in capitulum cum virga humiliter satisfecit secundum disciplinam ordinis nostri, dans per hoc bonum exemplum iunioribus, ne quis refugiat penam cum inciderit in culpam. Ceterum desperantes de isto

a) *deest* 2. b) abbatem *Cont. Prag.*

77) Iam leguntur in C. D. Mor. I, 216. 78) a. 1148. Iun. 26. et Mon. Sazav. ad a. 1162. refert, Reginhardum 14. anno post hanc depositionem abbatem Sazaviensem factum esse, genere Metensem.

omnes in communi aggressi sunt domnum Godscalcum; hinc[a] fratres eligunt, inde obe- 1184. dientiae lora constringunt, quibus non erat fas resistere viro humili et mansueto, et maxime ordinationi divinae. Qui tandem cum fratribus sibi[b] designatis destinatum arripientes iter, pervenerunt Moguntiam, ubi domnus Daniel consecrandus eos expectaverat, sed iam consecratus recesserat[79]. Reliquerat autem in expectatione ipsorum quosdam alios 79 cum equis sufficientibus, in quibus eum sequerentur. Quos prima nocte superventus sui videntes, contentionem inter se habuerunt, quis quem equitare deberet. Cum ecce fures de nocte contentionem diremerunt, et sublatis equis fere omnibus contentionis simul et equitationis finem fecerunt. Mane facto nichil invenerunt in manibus suis, et dici non potest, quanto labore et miseria pedestri itinere media hieme post natales dies per immanissimas nives Pragam usque et in Stragov pervenerunt. Adventus eorum circa festum sanctorum Fabiani et Sebastiani, cum in crastino die videlicet beatae Agnetis, abbas Gotscalcus rogatus dicere verbum Dei, inter alia quae intulit verba quoque beati Ambrosii ad se traxit, et alludens materiae secundum tempus conversionis suae, ita locutus est dicens: *Beata*, inquit, *virgo, cuius hodie sollempnia celebramus*, 13. *aetatis suae anno mortem perdidit et*[c] *vitam invenit; ego autem eosdem vitae habens annos, versa vice vitam perdidi et mortem inveni;* annos vitae appellavit illos, ex quo ceperat vivere Deo, non eos quos in vanitate seculi consumpserat, quorum tamen omnium summa poterat esse tunc[d] circiter 33 anni. Itaque transacta in Stragov aliquanti[e] temporis mora, comperuit ibi certa relatione quod locus evocationis eorum non sit vacuus[f], quod ad introitum eorum oporteat eici antiquos habitatores eius. Hoc illi aegre ferentes, referunt ad episcopum Danielem; quibus ille tale fertur dedisse responsum: *Non propter vos*, inquit, *eiciuntur, sed propter excessus suos, cum etiam si vos non essetis, mallem potius ibi lupos ullulare quam tales habitare.* Ita episcópo perseverante in sententia, fit illorum exterminium, et nostri succedunt eis usque in hodiernum diem. Sic contigit et tali ordine processit illorum eiectio et istorum introductio, utrum bene vel male, non est mei iudicii, sed episcopus viderit. Unde si quis ignorat quid iuris habeat Pragensis episcopus in Syloensi ecclesia, sciat quia sicut in aliis ecclesiis ius diocesanum, ita et in Syloensi vendicat sibi ius patronatus, quod accidisse creditur ratione concambii, ex eo videlicet quod domnus Otto Pragensis episcopus duci antiquo Zobezlao dedit Podywin in concambio pro Syloensi circuitu. Porro fratres nostri Syloensem locum sicut dictum est ingressi, credi non potest, quantam deinceps famem quantamque penuriam omnium rerum pertulerint, quia et monachi qui depulsi erant, tamquam ex industria cuncta distraxerant, omnia consumpserant, nichil minus fecerant a vastitate hostili, nisi hoc solum quod ignem non miserint in menia. Episcopus quoque qui eos introduxerat, nichil umquam misericordiae fecit in eos, quo eis elemosinam impenderet, tamquam hoc solum satis esset, quod eos vacuam miserat in possessionem. Sed qui pascit volatilia caeli, non deseruit humiles servos suos, sed pavit eos primo per elemosinam pauperum, dehinc et quam maxime per domnum Heinricum Olomucensem episcopum, cuius supra mentionem habui; qui cum dominicum natalem celebraturus esset in Ihenikow[g. 80], intellecta[h] patrum istorum paupertate per fratres quos abbas Godscalcus ad eum direxerat, ilico misericordia motus apparatum suum quem ibi copiosum habebat, totaliter transmisit eosque abundantissime recreavit. Fecit hoc semel et sepius. Sed talem amicum tamquam fidum solatium mors inimica preripuit; nam mortuus est proxima estate 7. Kal. Iulii[81] plenus opéribus 81 bonis et elemosinis. Qui agens in extremis, binas ex ebore tabellulas[i], alteram cum imaginulis[k] pulcherrimis opere sculptorio, alteram vero cera impletam et tamquam ad scribendum paratam, misit domno Godscalco in signum et memoriale sincerissimae amicitiae, commendans animam nec non et obitum suum in manus et orationes suas et suorum. Cum quibus et scripsit duo paria litterarum, quae hic subiungere dignum duxi:

*Godscalco domino et fratri*[l] *venerabili de Syloa abbati Heinricus miser et infirmus; in manus vestras commendo spiritum meum. Quia iuxta voluntatem divinam vehementi infirmitate*

a) *ita correxi;* hunc 2. 3. b) suis 3. c) m. postea 2. d) *deest* 3. e) aliquali 3. f) vacans 3. g) Ienikow 2. h) visa 3. i) tabellas 2. k) imaginibus 2. l) fatri 2.

79) Consecratum d. 31. Ian. 1149. supra vidimus. Sed errorem hic latere oportet, quum monachi c. d. 20. Ian. Pragam venisse dicantur. Putes episcopum d. 2. Kalend. Ian. non Febr. consecratum.

80) Hodie Iankow seu Iankau non longe remotum Loniowicio tum parthenone eiusdem sacri ordinis. DOBN. Windig Ienikau in circulo Czaslaviensi potius intelligendum videtur.

81) a. 1151. d. 25. Iunii.

1184. *afflicti, morti nos appropinquasse cognoscimus, fraternitatem vestram quam erga quosque humanitatis officia non segniter impendere non ignoramus, humiliter et obnixe petimus, ut etiam iugem nostrae peccatricis animae memoriam in orationibus vestris faciatis.*

*Domno Godscalco Syloensi venerabili abbati ceterisque fratribus in Christo dilectis Heinricus miser et infirmus, si quid valet miseri et infirmi oratio. Quoniam divinae Maiestatis pietas secundum suae propitiationis clementiam carnem nostram suae visitationis flagello castigans castigavit nec tamen adhuc morti tradidit, vestrae sanctitati*[a]*, in vobis pre ceteris mortalibus animae nostrae plurimum spei habentes, significare non distulimus. Et quia ex apostolico eloquio quem diligit Pater, corripit, flagellat autem omnem hominem quem recipit, humilitati nostrae non modicum solatii subintrat, sive pristinae incolumitati restituamur, sive secundum caelestis voluntatis, cui nemo resistere potest, placitum separemur a corpore, ut in sanctitatis vestrae orationibus memoriam nostri licet peccatoris habere non abnuatis, suppliciter et obnixe deposcimus.*

Hic est Heinricus qui et Zdiko, septimus ecclesiae Olomucensis episcopus, flos episcoporum illius temporis, vir acceptissimus Deo et notissimus in utraque curia, videlicet papae et imperatoris, columna et lucerna Boemiae atque Moraviae in diebus suis, cui merito religionis et honestatis suae Moravia similem[b] non habuit episcopum, cuius auxilio et consilio, sicut supra dictum est, fundata est Stragoviensis ecclesia, nec non et Litomisliensis quam appellavit Montem Oliveti, insuper et Gradissensis in Olomuc restaurata per ordinem nostrum quem illic introduxit, cuius elemosinas enarrabit non modo Syloensis, sed et omnis ecclesia sanctorum. Prefuit autem ecclesiae sanctae Dei pastor et episcopus annis 24, et beato fine dormivit[c] cum patribus suis, sepultusque est in ecclesia Montis Syon sicut semper optaverat. Pro cuius felici commemoratione abbas Godscalcus sollempne servitium instituit fratribus suis in anniversario eiusdem, non solum in his quae sunt ad Deum, sed etiam in carnalibus v. g. medone, piscibus, albo pane et huiusmodi. Cuius anima requiescat in pace, amen.

Facta rememoratione memorandi antistitis occasione Godscalci abbatis, revertor unde digressus sum, dicturus de vita ipsius nec non et de morte pretiosa, quod ille dederit cui fideliter servivit. Parum est quidquid de vita eius supra dixi, parum quidquid modo addidero. Qui ab utero matris suae baptismalem tunicam conservasse creditur immaculatam, qui ex quo portum monasterii adiit, a prima devotione nequaquam[d] refriguit sicut heu multi faciunt; qui caritate Christi vulneratus et cantando canticum graduum, ibat semper proficiendo de virtute in virtutem. Omnibus diebus vitae suae ad omnes horas diei vel noctis primus fuit et ultimus in choro, non dormiendo vel dormitando sicut multi, sed vigilando et vigilanter cantando in psalmis Domino. Qui preter canonicum cantum horas sanctae Trinitatis nec non et sancti Spiritus numquam omittebat; insuper penitentiales psalmos cum letania et 15 gradus cum vigiliis 9 lectionum nec non et commendationem maiorem tamquam quotidianam synaxem usitabat; labori manuum numquam se substraxit[e], in quo supra modum, supra virtutem miserum corpus affligens, numquam acquievit vel sedere cum fatigatus esset, vel bibere cum exestuatus esset[f], etiam[g] aliis bibentibus, nisi tantum in prandio et in cena, et hoc ipsum valde tenuiter. Post vesperas hiemales et collationem estivalem non loquebatur alicui verbum, nisi forte magna esset neces itas, et tunc stando et breviter, verum a completorio usque post capitulum non vidimus eum aliquando locutum, nisi forte duabus de causis, quarum prima fuit in articulo alicuius morientis, altera in exhortatione confitentis, hoc est cum quis sibi confiteretur peccata sua. Quam

*p. XLIV. fol. 91. exhortationem* dici[h] non potest quanta fecerit lenitate, verborum mansuetudine, cordis pietate, misericordia ineffabili. Qui quemlibet prolapsum sed penitentem, non gravavit penitentia numero annorum computata secundum rigorem canonum, sed euangelicam penitentiam: *Vade et amplius peccare noli*, semper in ore, semper tenuit in corde. Missarum sollempnia inpretermisse frequentabat, et infra quadraginta annorum curricula numquam diem pretermisit ex industria, sicut ab ipso et ab aliis comperi, in quo non victimaret Filium Patri. Huic operi divino ita tradiderat cor suum, ut sive domi sive foris nullo umquam commodo vel incommodo, negotio vel ocio revocaretur ab hoc proposito, quin omni die introiret ad altare Dei qui letificabat iuventutem eius, mactaturus ibi

a) sinceritati 3. b) s. n. h. *desunt* 2. c) domivit 2. d) numquam 3. e) abstraxit 2. f) c. excessuaret 3. g) e a. b. *desunt* 2. h) *manus Gerlaci ut existimo pergit.*

vetustatem suam. Quod in magnis itineribus socii eius non expectantes quandoque pre- 1184.
cesserunt, quos ipse postmodum secutus evestigio usque in hospitium, Domino dirigente vias eius sepe precessit eos qui eum precesserant. Cui erat iugis consuetudo semper in mane celebrare post primam, nisi tantum in summis festivitatibus, et tunc in conventu post terciam, at in itinere ubicunque noctasset ibi celebrabat, vel si ecclesia defuisset, capellani eius precedebant, et in proxima ecclesia quae occurrisset ei preparabant. Proinde ferebatur cum eo viaticum altare cum omni apparatu ad missam pertinente, ut sicubi forte vel ecclesia non esset vel ara consecrata defuisset, pro hoc tamen non careret deificis sacramentis, in quibus beneplacitum erat Deo et spiritui eius. Quod opus sanctum si quandoque cogeretur omittere, cogente illusione nocturna, tristabatur admodum, et illa die inquietum erat cor eius, donec sequenti luce statim rediret in id ipsum. Invenerat sane preciosam margaritam, quam venditis omnibus compararat, cuius desiderio mundi huius desideria calcaverat tamquam stercora. Pro hac retinenda volebat habere cor suum liberum, non modo ab odio et invidia, sed etiam ab ira et memoria iniuriarum. Verum complexio ipsius talis erat quod facile movebatur, et in modum straminis incandescebat, sed ira eius fuit momentanea, non diuturna; non occidit sol super eam, nec apud eum pernoctavit. Norunt omnes qui eum noverunt, quod multus fuit ad ignoscendum, quod facile dimisit graves etiam excessus, dum modo ille qui peccaverat, prostratus diceret: *Domine peccavi.* Quam bene convaluerat apud eum sermo apostoli dicentis: *Mortificate* Col. 3, 5.
*membra vestra* etc. Abdicata quippe omni carnis cura, ex quo ad conversionem venit, carnem non comedit, balneis non est lotus, pelliceo et femoralibus non est indutus, sed neque usum habuit aut molliorum aut lautiorum escarum pre minimo quolibet fratrum suorum. Ad hec ieiunabat bis aut ter in sabbato[82] in pane et aqua, nec non et in vigiliis 82
sanctorum sollempnibus. Quod sciens in via se non posse implere, tum fatigatione corporis, tum etiam importunitate petentium, cum sciret imminere iter preveniebat, et cumulatis ieiuniis corpus miserum attenuabat. Positus in itinere non dormivit super culcitra, non est usus linteamine; non equitavit in scapulari vel cuculla ob relevandum aliquando nimium calorem, sed semper in cappa; non solvit umquam ordinis ieiunium aliqua necessitate vel alicuius instantia, nisi forte precipiente aliquo prelato, et tunc prandebat non in vicio gulae sed in meritum obedientiae. Reversus de via domum si hospitem secum haberet autenticum[83], comedebat in caminata, sed non dormivit, recubans in ecclesia, nobili illo suo stratu, videlicet super pellem ursinam et mattam, super quibus non iacens, sed sedens aut stans vel certe procumbens in oratione, sompnum capiebat quantum naturae satis erat. Mansi apud eum puer[84] septem fere annis ante obitum eius, quibus non vidi eum in alio strato, quo et ante me multis annis usus fuit, sicut illi perhibent qui eum ab inicio noverunt. Et quia quod caret alterna requie, durabile non est, pro hac assiduitate standi, sedendi, procumbendi, cum nulla requie corpus miserum refoveret, infirmata sunt genua eius, pedes etiam et crura grandi inflatione intumuerunt. Quam plagam homo Dei tamquam flagellum patris patienter sustinuit, et omnia committens divine providentiae, nullam umquam medicinam apposuit.

Preter has et alias animi virtutes fuit et aliud in eo insigne martyrii, mirabile quidem in oculis nostris, sed non imitabile: afflixit se frigore spontaneo et vehementi, adeo ut nec yeme quamlibet aspera umquam se nocte calefaceret, videlicet a completorio usque post capitulum vel certe post terciam continuatam cum capitulo, cum tamen esset tenuiter vestitus, carens sicut supra dixi pellicio, femoralibus, nocturnalibus calceis, contentus diurnalibus, qui tamen erant sine corrigiis, et laneum pannum ferebat in capite pro pilleo duplicatum. Quod nos videntes merito mirabamur, qui habentes stubam tota nocte calidam, sicut est moris Syloae, insuper et melius vestiti, nichilominus tamen nocte sicut die, quotiens libuit, calefactorium intrabamus.

Nec tacendum reor, quod inter alias spirituales gratiae dotes lectioni vacabat divinorum librorum omnibus horis, quas a choro et a labore manuum vacuas habebat, a quo studio si quis eum avocaret, dicebat sibi fieri non minorem iniuriam, quam fit famelico

82) Sabbatum hic more Hebraeorum pro tota hebdomada accipitur, hinc prima, secunda sabbati etc. DOBN. 83) Iohannes de Ianua inquit: *Authenticus dicitur auctoritate plenus, item authenticus dicitur etiam nobilis.* DOBN. 84) V. supra a. 1181. p. 691.

1184. cum aufertur ab eo panis. Lectioni divine continuaverat meditationem sanctam, ex quibus edificabatur in timore Dei, et consolatione Spiritus sancti replebatur. Ex his profecerat in theologia supra multos qui magistri videbantur in litteratura, et multum sapiebat in divina pagina, quamvis eius sapientia destituta eloquentia, verbis affluentibus non posset aperire se ipsam. Dicebat de ipso sepius domnus Cyprianus bonae memorie Wratyzlaviensis epi- 85 scopus[85]: *O si esset,* inquit, *domnus Godscalcus ita eloquens, sicut est sapiens! O si eloquentia suffragaretur eius sapientiae!* Norunt omnes qui sermones eius vel legerunt vel audierunt, quam fundatus fuerit, subtilis et acutus in tractatibus divinorum eloquiorum, plenus sed minime planus, ita ut quandoque in Steinveld, quandoque in Stragou, cum sermonem edidisset, auditores eius dicerent: *Iste homo locutus est Deo et sibi, nos eum non intelleximus.* Proinde sicut beatus Gregorius inter fialam et cyatum distinguit, assignans fialam esse exuberantem doctrinam, cyatum vero parvam et interclusam; sic iste de quo sermo est, fuit in domo Domini vas sanctum, vas mundum, vas plenum sapientia, qui et si non habuit fialam exuberantis eloquentiae, sed non caruit cyato salubris doctrinae. Verbum enim Dei usque ad ipsam suam egritudinem impretermisse, alacriter et fortiter, sive domi Syloae sive Lounewic aut ubicunque fuisset, omnibus dominicis et celebribus diebus predicavit[a], imitans et in hoc beatum Augustinum, quem similem fecit Dominus in gloria sanctorum. Porro de lectione hoc solum adhuc addo, quod ex quo eum agnovi, semper studere vidi, quam maxime in canonibus ęuangeliorum, hoc est in libro qui dicitur *De quatuor unum.* Insuper et libros sancti Bernardi Clarevallensis abbatis frequenti lectione usitabat. Ex his et huiusmodi ortis colligebat flores morum, spicas bonorum operum, herbas salubres inimicas serpentibus, spirantes odorem vitae et disciplinae.

Iam vero de disciplina eius quid dicam, in quo totum disciplinatum, totum insigne virtutis et forma perfectionis? Sed ut taceam de interiore homine, cuius pulchritudinem et *p. XLVI fol. 92. fortitudinem mores ipsius et vita* locuntur, suum exteriorem gessit uno modo et ipso decentissimo, ita ut nemo in eo reperiret quod reprehendere posset; immo quid non edificans in eius incessu, asspectu, habitu, vultu? etenim *qui non peccavit in verbo, hic perfectus est* vir. Sed quis umquam audivit ab ore ipsius verbum ociosum sive nutum, etiam si diligenter adverteret? quis umquam vidit vel manum frustra moventem? proinde fuit omnino serius, sed non austerus; remissus interdum, numquam dissolutus; quietus aliquando, numquam ociosus; a die primo conversionis suae usque ad extremum vitae sine proprio vixit, in ipsa etiam abbatia. Non portavit aliquando clavem, non habuit cistellam, non reditum, non censum sibi specialiter attinentem, sed contentus semper communi vita et mensa, cum iturus aliquo longe vel prope indigeret sumptibus, officiales sui sibi providebant. Non fuit in victu, non fuit in vestitu, in quo potuisset inter ceteros fratres dinosci, taliter et in tantum, cum maior esset, humiliavit se in omnibus. His et huiusmodi studiis homo Dei deditus gubernabat Syloensem et Luniwitcensem ęcclesias magisterio sanctitatis, in quibus quod predicavit verbo, anticipavit exemplo, et multa fecit opere, que alii non attingerent imitatione. Sane a primordio adventus sui huc in Boemiam secutae fuerant eum de Dônewalt Coloniensis diocesis sorores bonae atque religiosae cum deputata sibi custodia virorum bonorum, quas in Lunewic locavit, diligenter clausit, et omni disciplina informavit. Quarum longum exilium, voluntaria paupertas et religiosa conversatio erat tunc presentibus bonus Christi odor, et odor vitae in vitam est hodie, et erit usque in seculum secuturis pia recordatio antiquae venustatis, ut sequantur earum vestigia, quae voluerint participari cum eis in gloria. Ex his sororibus auctore Deo, cooperante abbate Godscalco, emanavit primus con- 86 ventus Bernicensis ęcclesiae, sicut de Syloe Iarossensis[86], quibus in locis sunt usque hodie, hic mulieres, ibi viri Domino servientes et primi pastoris sui vestigiis pro modulo suo inherentes. Ceterum hec duo claustra inchoata sunt ab eo in dimidio dierum suorum, 1181. verum Cunicensem ęcclesiam circa finem dierum suorum, hoc est triennio ante mortem 1183. suscepit; sed ultimo vitae suae anno conventum sororum transmisit. Post quarum emis- Oct. 9. sionem menses quatuor et dies decem supervixit, sicut hec supra in loco suo plenius digessi.

a) *deest in cod.*

85) iam supra a. 1181. commemoratus; obiit d. 16. Nov. a. 1207. 86) Utraque haec canonia virorum est hodie suis dignissimis abbatibus florens uno lapide ab se invicem seiuncta in Austria ad Moraviae confinia, eo vero tempore adhuc Moraviae limitibus claudebantur ambae. DOBN. scil. Pernegg et Geras.

Igitur ultimo vitae suae anno cepit homo Dei plus solito languescere, ambulando deficere, [1183] nunciisque precurrentibus vicinam mortem presentire. Cuius interior homo de exterioris ruina quodammodo fortior, infirma menbra cogebat servire spiritui, exigens ab eis non minus quam antea in laboribus, in ieiuniis, in vigiliis et ceteris huiusmodi. Ad hec probanda unum de multis insero argumentum; estate quam Syloe fecit ultimam, noluit carere quin iret ad messem post fratres suos, cumque in via deficeret ac per hoc sepius resideret, conversus ad me qui eum more capellani sequebar, ita prorupit in verba: *Estimo,* inquit, *te fore ultimum capellanum nostrum.* Cui cum responderem: *Domine, quomodo ultimum? utrumne tempore vel merito?* ilico respondit: *De tempore*, inquit, *loquor*, *quod te inveni ultimum resolutionis meae ministrum.* Interea causa extitit, qua Cunicensem visitaret ecclesiam, quia sorores illae nuper emissae presentiam illius lacrimabiliter expetebant, quam eis et ipse affectuose promiserat. Profecturus ergo in die beati Nicolai celebravit mane [Dec. 6.] ante lucem, non quidem sua voluntate, sed meo nec non et fratris Amlungi errore, qui me a sompno excitaverat cum putaret diescere. Peracta missa valefaciens omnibus et tamquam ultimum valedicens, profectus est primo in Lunewic, deinde per Kynou et per Moraviam in Cunitz, ubi commoratus paucis diebus, consolatur exilium fratrum suorum et sororum. Unde mox progressus Iarossensi et Bernicensi ecclesiis, filialibus suis, gratiam suae visitationis similiter impendit. Deinde revertendo domum divertit in Betov[87] ad [87] nobiles quosdam qui ei magnum honorem impendebant, cuius presentiam diu desideraverant. Divertit quoque ad episcopum Olomucensem nomine Pelegrimum, qui tunc morabatur circa marchionem Moraviae Cunradum, qui et Otto dicebatur, consecraturus eidem ecclesiam in villa quae vocatur Dassyce[88]. Hii sanctum virum tamquam angelum Dei excipientes et optime tractantes, infirmitati eius debitis fomentis subvenire gestiebant, sed ille nullomodo acquiescebat. Qui ambo principes dudum ei noti, dudum devoti extiterant, magis autem marchio, qui ubi copiam sui habere potuit, ex eius ore verbum vitae libenter audivit. Similiter et in Boemia quotquot erant duces, episcopi, barônes in tempore suo, magna eum colebant reverentia, ut ei quoque recte aptetur, quod de quolibet iusto legitur: *Glorificavit eum Dominus in conspectu regum, et magnificavit eum in timore inimicorum* etc. [Eccli 45, 3.]

Ceterum ut ad ordinem redeam narrationis, postquam devictus multa prece predictorum principum apud eos demorando natales dies egisset, tandem dimissus Lunewic [1184] deducitur, et circa epyphaniam Domini, hoc est post quintam egressionis suae septimanam, [Ian. 6] eô regreditur languens graviter, et magis infirmus quam exierat. Summum[a] egritudinis suae incommodum erat vomitus iugis et pene continuus, quo prius quidem alimenta eiecit, quamdiu aliquid comedit, deinde cessantibus cibis humores nigros evomebat, qui sibi grave martyrium et nobis intuentibus triste prestabant spectaculum. Dictum est superius, quod multis annis ante mortem suam inflatus esset pedes et crura, sed modo consumptis carnibus et exhaustis humoribus remanserat tantummodo pellis et ossa. Ubi morbo increscente quadam die subito deficiens cepit anhelitum trahere tamquam iam moriturus; quod seniores Syloensis ecclesiae comperientes, scilicet prior Cunradus, Arnoldus, Christianus, me pariter assumentes venerunt, et invenerunt eum paulisper refocillatum. Tunc illi visitato eo et consolato, consolati et ipsi non mediocriter, ab eo domum redierunt, me remanente ad preceptum eius, ad cooperandum ei tum in missis et horis, tum in omni obsequio temporali vel spirituali; quod et feci quantum potui usque in finem

Interea domnus Albertus bonae memoriae Stragoviensis abbas, vir sane probus et valde idoneus, audiens infirmari coabbatem suum Godscalcum, venit ad eum in Lunewic, et videns hominem nimis exhaustum carere iam prope modum sicut edulio, ita et appetitu edendi, multa elegantia verborum suasit ei corpus reficere lautioribus cibis, hoc est esu carnium, sed cum non persuaderet, tunc precepit ei auctoritate Dei et sanctorum patrum, et sic primo acquievit. Cum ergo huiusmodi escae sibi apponerentur, primo quidem visu abhorruit, deinde appositam sepius revocans manum, ostendebat sese non gulae satisfacere sed obedientiae. Unde et dicebat se quandoque peccasse magis in pisa, quam modo in carne, significans vicium concupiscentiae ibi aliquando affuisse, hic omnino defuisse. Qui paucissimis diebus tali usus esu, non tam edendo, quam aut gustando aut ius sorbendo, cum in nullo melius haberet, conversus[*] ad nos qui ei ministrabamus, ita est locutus: [p. XLVIII. XLIX. excisae.]

a) Summum — ossa *desunt in cod.* 1, *sed in margine crucis signum appictum est. Servavit* 2.

87) Voettau ad fluv. Thaja. 88) Datschytz ut videtur, in circ. Iglaviensi.

1184. *Videtis,* ait, *quia nichil proficimus, et si satisfeci caritati vestrae, non in concupiscentia gulae, sed in*[a] *meritum obedientiae. Sed quia voluntate Dei agitur quod caro nostra inde*[b] *non iuvatur, sinite me iam carnis curam transferre ad spiritum.* Haec dixit, et carnis epulum postmodum nec videre voluit. Verum inter haec quis putas fuerit affectus in nobis videntibus egrotare patrem nostrum, et talem patrem qui per euangelium omnes nos genuerat[c]. O quam dulce illum videre, quam dulce assistere et ministrare illi! O quam non darem pro aliquo emolumento temporali partem ministerii, quod sibi ultimum impendi!

Quis enim digne prosequatur ingentem luctum, miseriam et calamitatem sororum, quibus afficiebantur super dilecto patre suo, quem post Deum unicum habebant solatium. Inter has erant quaedam cognatae, nec non et filiae sororum eius pre aliis sicut diligentes ita et dolentes[d], quarum in numero quaedam Iudith filia germanae suae, germanitate spiritus affinior quam carnis, sicut viventi convixerat, ita morienti quodammodo commoriebatur, quae omnes muris separatae ab eius aspectu pariter et affatu, pro magno habebant solatio, quod nos inter eum et eas medii deferebamus eis ab eo benedictionem, et referebamus diversa medicamenta, et adhibentes fomenta rogabamus sepius ut aliquid gustaret; ad quod ille respondit: *Sine causa,* inquit, *haec, sed facio caritati vestrae quidquid iniungitis.* Sciebat enim imminere tempus migrationis suae, nam in ipsa infirmitate sua per visum Es. 2,3. audivit vocem oraculi caelestis ita dicentis: *Venite, ascendamus ad montem Domini et*[e] *ad* Ps. 121,1. *domum Dei Iacob.* Et rursus in alia nocte sic: *Letatus sum in his quae dicta sunt michi, in domum Domini*[f] *ibimus.* Alia quoque visione per revelationem Domini ostensum est ei palatium mirabile pulchritudine, altitudine incomparabile, in quod ascendebant distinctis gradibus, licet difficilibus, beatorum multitudo, secundum quod scriptum est in psalmo: Ps. 121,4. *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini* etc. Is autem cui haec domus ostendebatur ut ascenderet in eam, videns quia gradus sunt difficiles et longe ab invicem positi, ascendere desperavit, diffisus suis viribus et meritis. Cum ecce sanctus Bernardus hilariter ei apparuit[g], et duos baculos quos cruccas vocant exhibuit, quibus suffultus secutus est eum intra[h] iucundissimum palatium, ubi vox exultationis et salutis, ubi sonus epulantium sicut letantium omnium. Porro in dextra parte huius palatii apertura ingens visa est ei in modum arcus testudinati, per quam quotquot erant de ordine Cisterciensi intraverunt in splendidissimum domicilium, aliis alias locatis secundum diversitatem mansionum in domo patris. Vidit haec ille non oculo carnis, sed in spiritu, vidit in extrinseca domo, ubi et sermonem memorati abbatis audire gestiebat. Et ecce idem Bernardus per manum apprehendens eum secum duxit, secum collocavit[i] in medio Cisterciensium, ubi taliter cum talibus collocatus[k] putabat se frigus aliquantulum pati, sicut postmodum ab ipso audivi, sed unus assidentium pellibus valde bonis eum texit, sicque ab eo frigus fugavit.

Haec est visio abbatis Godscalci, quam ego credo esse authenticam et divinitus sibi ostensam. Hanc moriens litteris inditam direxit ad capitulum Cisterciensium, expetens fraternitatem eorum, quam et accepit. Et ecce hoc est exemplar epistolae: *Sanctae Cisterciensis ordinis universitati frater Godscalcus vetustissimus veterum abbatum Boemiae et Moraviae, eorum sicut aquila*[l] *renovari meritis et precibus. Quod vivens*[m] *non presumpsi, iam moriens appeto, vestro videlicet desideratissimo associari collegio. Ad hanc confidentiam quadam visione me animatum vestra scire dignetur sanctitas. In somnis enim nuper me videbam ductum ad quoddam magnum ac mirificae fabricae edificium, in quod quia gradus difficiles erant, eo quod longe ab invicem positi essent, ascendere desperavi; cum ecce subito flos et gemma ordinis vestri sanctus Bernardus, quem numquam in carne videram, hilariter apparuit, et instrumenta*[n] *duorum baculorum quos cruccas vocant ostendit, quibus suffultus eum intra iucundissimum palatium secutus sum. Porro in dextra parte huius palatii ingens apertura in modum arcus testudinati visa est michi, per quam quotquot erant ordinis vestri, introiverunt*[o] *in splendidissimum domicilium. Michi autem in extrinseca domo ista cernenti et sermonem venerabilis abbatis audire cupienti, ipse me homuncionem per manum suam apprehendens secum duxit, ac secum collocavit in medio conventus vestri. Per hoc quid aliud intelligam nescio, nisi vestrae benignitatis benevolentiam, per quam in vestri ordinis consortium, quem semper dilexi et quantum salva obedientia poteram, imitari conabar, admisceri exopto. Unde vestrae*

a) *deest* 2. b) modo 3. c) genuit 3. d) condolentes 3. – e) et ad d. *desunt* 2. f) letantes *add.* 2. g) apparebat 3. h) inter 3. i) collocatum 3. *et plura huiusmodi vitia.* k) locatus 3. l) aquilam 3. m) iuuenis 3. n) instrumentum 2. o) intrarunt 2.

*sanctitatis pedibus provolutus obnixe deprecor, ut non meae parvitatis merita, sed vestrae pietatis considerantes viscera, in vestrum me consortium admittere dignemini.* 1184.

Haec de visionibus eius[a] breviter perstrinxi, ut insinuarem eum suum quoque presciisse obitum, quibus id solum adicio quod ab ore ipsius audivi, dum adhuc sanus esset; dicebat enim, quia priusquam convalesceret in timore Dei, priusquam virtutes duceret in habitum, si quando forte dormitaret animo, si quando lassesceret[b] in sancto studio, ilico per visum aliquis defunctorum, quem nosset vitam suam bono fine terminasse, sibi apparebat, et redargutum ad normam rectitudinis reformabat. Scio etiam ex multorum relatione, quia in diebus iuventutis suae interior ille habitator pectoris sui postulabat ex eo gemitibus inenarrabilibus[c], et flebat vehementer tum in missis tum in aliis orationibus; at postquam senuit, siccatus est fons lacrimarum, manente tamen ea devotione. Sed his omissis revertar ad historiam egritudinis suae nec non et mortis pretiosae, qua glorificavit eum Dominus. Advenit festum purificationis beatae Mariae, in quo languido nostro tantam Febr. 2. gratiam Dominus contulit, ut preter solam processionem quam sequi non potuit, missam quam eatenus ministro se sustentante difficillime legendo celebraverat, tunc sollempniter decantaret, sorores propria manu communicaret[d], sermonem faceret licet heu ultimum in conventu fratrum et sororum, in quo magnam edificationem audientibus exhibuit. Thema sermonis fuit. *Homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon* etc. in quo fecit collationem quandam de sancto Simeone ad suam personam, sicut legerat beatum Gregorium fecisse in sancto Iob, dicens quod nemo possit magis intelligere affectum infirmi, quam infirmus; senis, quam senex; dolentis, quam hic qui est in doloribus, experientia magistra, et multa in hunc modum, quae modo non amplius[e] recolo. Exinde undecima die fuit quinquagesima, et huius diei missa, videlicet *Esto michi*, sibi extitit ultima, quam celebravit solito Febr. 12. difficilius in magna defectione corporis sui, duobus hinc inde sustentantibus, quorum unus ego, alter Marsilius qui postmodum fuit abbas Syloae[89]. Hic nota lector, quanta in eo fuerit 89 vitae sanctitas[f], vivacitas fidei,* animi[g] fortitudo, qui a festo beati Nicolai usque in hanc *p.1.f.93. quinquagesimam languens et deficiens, ne uno quidem die pretermisit immolationem divini sacrificii, servans fortiter in infirmitate virtutem, quam sanus et incolumis divino munere obtinuerat. Sane peracta ultima et finali missa, sicut dictum est, ter in via resedit redeundo ad stratum suum, de quo postea non surrexit, nisi sublevatus alienis manibus. Deinde feria secunda et deinceps tota septimana usque in sabbatum mane supervixit, et qui Febr. 13. missam celebrare non potuit, omni tamen die communicavit. Eadem secunda feria sorores super incommodis eius valde dolentes, supplicant ei per fratrem Marsilium, quo ad hostium claustri accedat et eis ultimum valedicat. Quod cum pie annuisset, deductus[h] inter manus nostras per viam licet brevissimam, bis defecit et tociens pausavit. Dehinc tercio conatu veniens in claustrum, postquam est in sede locatus, ilico fuit exanimatus, trahens ultimum spiritum tamquam iam moriturus. Quod cernentes hii qui presentes erant, festinaverunt eum inungere per manus domni Manduvini prioris, et hoc facto post pusillum relevatus est, confessionem publicam dixit, sicut apud nos moris est, in audientia fratrum et sororum amare flentium, et sic ad lectum reportatur. Quatuor adhuc dies restabant usque ad obitum eius, in quibus diligentem habuit tractatum cum senioribus suis de successore, cuius erat consilium super domnum Petrum priorem prius in Lůnewiz, sed tunc in Kůniz; verum cum ille inexorabiliter recusaret, consensit in domnum Ottonem, non quidem valde ydoneum, sed quia tunc in illa professione non esset melior. Qui etiam cum venisset ad visitandum eum, recedenti fertur ita dixisse: *Sicut fui cum Moise* etc. Litteras quoque Ios. 3, 7. superiores a domno Petro dictatas[90], hoc spatio dierum fecit sibi presentari, vidit, legit, 90 correxit, et cum esset premortuus in ceteris membris, pollebat tamen integro aspectu atque auditu, insuper et expedita loquela usque in horam obitus sui. Sexta feria que in Febr. 17. hac luce sibi extitit ultima, ultimam percepit communionem, filiis suis post finalem sibi factam confessionem tunc ad se intrantibus propriis benedixit benedictionibus. Post hec omnibus egressis, cum solus assisterem, michi quoque benedixit, sollicite suadens ea que Dei sunt et que pertinent ad salutem animae, cum tali fine verborum ut diceret: *Dilige,*

a) *deest* 2. b) lacesseret 2. c) innumerab. 2. d) communicans 3. e) *deest* 2. f) sinceritas 2. g) *manus scribae pergit.* h) est *additur in cod.*

89) Obitus eius annotatus est in Necrol. S. Mich. Hild. ad d. 25. Oct. monente Dobnero. 90) i. e. compositas, scil. litteras ad ordinem Cisterciensem.

1184. Febr. 17. inquit, *decorem domus Dei, et oppone murum pro domo Israel.* Moveor ad lacrimas cum recordor lacrimarum mearum, quas tunc fudi ad verbum exhortacionis eius. Quo facto sexta feria mane, deindę circa horam nonam levantes eum more infirmantium super sellam, ilico in tantam venit mentis inopiam, ut eadem hora crederemus exspiraturum. Sed post breve refocillatus est, et in se reversus edidit hunc versiculum: *Nescio quid metuam,* 91 *metuam tamen omnia merens.* Sequentem noctem duximus insompnem nos foris[91] circa eum, sorores intus[92] psalmis, ymnis, letaniis, que morientibus dici solent, cum fletu sepius et lacrimis repetitis deducentes et conducentes patrem agonizantem et iam iamque repa- Febr. 18. triantem. Facto itaque mane sabbati, duo ex fratribus eius, Marsilius scilicet et Willhelmus, missam pro eo in honorem sanctae Mariae semper virginis decantaverunt. Quod cum ei predictus Marsilius indicasset, inclinato capite gratias egit, et ita respondit: *Bene,* inquit, *fecistis.* Cumque sorores misso nuncio instarent, ut etiam tunc communicaret, sicut eâtenus fecerat, humiliter renuit, ita dicens: *O quam libenter, sed non presumo;* scilicet pre nimia debilitate. Quem ego videns iam in extremis agentem, affatus sum ita dicens: *Domine*, inquam, *ecce hora quam semper exspectastis, modo levate caput vestrum, ecce approqinquat redemptio vestra;* ad quod ita respondit: *O utinam.* Inter hec et huiusmodi que brevitatis causa transeo, venit hora tercia, et infra actionem missae duo priores Manduinus Lûnewicensis et Cunradus Syloensis, cęterique fratres nostri qui mecum presentes fuerunt, videntes eum iam ~~itinere suo pergere~~ ad Dominum, levaverunt eum de lecto super cilicium cinere aspersum. Quo facto sancta illa anima carne soluta est. Cuius beatum spiritum carneis vinculis absolutum multi ex circumstantibus audierunt in modum aviculae dulci modulasse iubilo, atque ab ore ipsius âeris alta penetrasse. Post hec parantur exequie, solitô quidem more, sed ei ûtpote patri ampliori devotione; corpus etiam indutum non sacerdotalibus, sed sui habitus indumentis, defertur in ęcclesiam, missarum sollempnia rite celebrantur. Quibus completis, et post egressionem nostram clausis ianuis, fit copia sororibus accedendi ad feretrum, ubi quid egerint quibusve lamentis dolori suo satisfecerint, manet inexplicabile. Ille manus osculantur, ille pedes, aliae maxillas, aliae oculos, et in huiusmodi studiis residuum illius diei spatium consumunt. Vespere vigilias sollempnizavimus, interpolatas tamen multis lacrimis, nocte vero psalterium tonaliter peregimus. Quo finito pariter cum matutinis laudibus nondum illuxerat dies, et missarum sollempnia sunt celebrata. Post missam commendatio, deinde luctus et rugitus ineffabilis sororum et omnium ibi remanentium, cum viderent corpus sui cari sibi auferri et Sylôam deferri.

Febr. 19. Erat tunc dominica *Invocavit me,* nosque sublato corpore descendimus in Nathserâz[93], ubi missam interim popularem cantabat quidam sacerdos nomine Radozlaus; qui animam eius populo commendans dicebat, quod ipsi magis indigerent ab eo commendari, quam ut eum commendarent Domino. Postea profecti cepto itinere in media ferê via obviam habuimus multitudinem copiosam clericorum et conversorum Syloensium, extinctum patrem flentium, dolentium, deducentium usque ad illum locum, ubi communem resurrectionem exspectat. Interea transitus eius domno Heinrico venerabili Pragensi episcopo nunciatur, quique mandavit ut nequaquam eo absente sepeliretur, quod et factum est. Nam venit Febr. 22. 23. feria quarta, et quinta eum sepelivit, portans propriis humeris venerabilem glebam cum Theobaldo glorioso duce, collaborantibus quatuor abbatibus, quos tunc affuisse recordor. Affuit autem ibidem magna multitudo nobilium et ignobilium virorum pariter et mulierum, sanctum funus cum planctu prosequentium, cui planctui non vidi similem in diebus meis. His ita peractis reversi sunt unusquisque in sua, spiritu eius et anima in sua receptis. Dormivit autem venerabilis Dei famulus abbas Gothsalcus anno aetatis suae 68, sacerdotii 40, cum rexisset Syloensem ęcclesiam pastor et abbas 35 annis et mense uno, sub Friderico imperatore Romanorum et Friderico duce Boemorum, sub Heinrico Pragensi et Pilgerimo Olomucensi episcopis, anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1184; cuius regni non erit finis in secula seculorum, amen. Successit autem eidem in regimine Syloensis ęcclesie domnus Otto custos, qui favente sibi occasione temporis et adventu memorati antistitis, statim in domo sua pastoralem suscepit virgam, consecratus in abbatem 6. Kal. Febr. 25. Martii, hoc est in die Mathie apostoli.

91) id est extra claustrum in praepositi seu prioris domicilio. DOBN. 92) id est in suo coenobio. DOBN.
93) Hodie superest oppidum Naczebradez dictum, uno lapide Louniovitzio disiunctum. DOBN.

Sequenti crastino erat sabbatum quatuor temporum, in quo idem episcopus ordines 1184. clericorum celebravit in Syloensi ęcclesia, in quibus et ego promotus in diaconum, legi Febr. 26. ewangelium coram episcopo, notus existens et carus eidem episcopo ex tunc et deinceps quamdiu vixit.

Eodem anno mediante dux Wathzlaus, filius antiqui Zobezlai, frater novi, levavit clipeum contra ducem Fridericum, et congregata multitudine perfidorum obsedit Pragam, sed non obtinuit, quia qui deintus erant, pariter cum domna Elisabeth uxore Friderici firmiter resistebant. Interea Fridericus in Teutonia exercitum colligebat per amicos suos, quorum unus et precipuus dux Austriae Lupoldus, cum magnis copiis Boemiam intrare volebat; verum domnus Albertus Salzburgensis archiepiscopus, germanus Friderici ducis, cum suis armatis iam intraverat, et transiens per Mylevsk, non sine gravi dispendio illius ęcclesiae Pragam usque pervenerat. Quod cernentes Boemi maiores natu, simul et ex parte imperatoris peiora * verentes, post[a] multas tergiversationes tandem ab illo resilierunt * pag. LII. LIII. excisae. et ad Fridericum redierunt; sicque Fridericus victoria potitus, revocavit peregrinum exercitum ne intraret et patriam deleret.

Anno dominicae incarnationis 1185. Fridericus dux iratus Cunrado de Moravia tum pro 1185. antiqua iniuria, qua eum ante tres annos[b] regno pellere temptaverat[c], tum etiam pro alienatione Moraviae, quam non ab eo sed de manu imperatoris tenere gestiebat, ratus oportunitatem temporis de absentia imperatoris, qui transalpinaverat, mittit fratrem suum Premislonem cum exercitu valido in Moraviam, ut disperdant eum. Qui venientes in Betowensem[94] et Znoymensem provincias, obvia quaeque metunt caede, rapinis, flammis omnia consumunt. Cunitz intrantes preter ecclesiam et claustrum alias edes comburunt, Pulm similiter[d]; sorores fugerunt ante faciem eorum in Betowe. Qui postquam omnia consummassent, quae sibi et diabolo placuerunt, nullo resistente absque bello reversi sunt in Boemiam. Quo facto in estate, hoc est anno mediante, rursus in hyeme, scilicet post festum beati Clementis, memoratus dux Fridericus predictum fratrem suum Premislonem Nov. 23. cum maiori exercitu secundarie mittit contra eundem Cunradum in exterminium[e] Moraviae, quorum adventu comperto Cunradus excepit eos cum valida manu Teutonicorum et Moraviensium, sicque in loco qui dicitur Ludonitz[f, 95] commiserunt bellum cruentum et diu anceps cum tanta feritate, ut clamor et vociferatio bellantium, strepitus hominum et equorum et collisio armorum audirentur[g] in Kunitz, quod abinde distat plus quam magnum miliare. Wilhelmus fundator eiusdem[h] ecclesiae vulpinum pelliceum superinduerat loricae suae, quod conscissum[i] est plus quam in mille foramina, ipse tamen evasit vivus et sanus pariter cum fratre suo Ulrico, meritis fratrum et sororum qui pro eo in Kunitz Domino supplicabant. Iuro quoque dapifer Georgii de Milevsk in eodem bello excepit letale vulnus, unde reductus domum in brevi post obiit, delegans hereditates suas Deo et sancto Egidio[96], quibus venditis inde comparatum est Ztankow a Witigone seniore. Item in eodem bello sub Georgio nostro equus occisus est, cui mox duo ex militibus eius, videlicet Mzton et Plausin, alium providerunt, et de prelio eduxerunt, alioquin ibidem diem clausisset extremum. Mortui sunt in eodem congressu ex proceribus Boemiae atque Moraviae multi numero et tanti, ut cum post a vivis sepelirentur, in unam foveam decem aut 15 vel certe[k] 20 proicerentur, et sic obruerentur terra et lapidibus. Boemi tamen victores exiverunt[l], et qui post victoriam credebantur ulterius progressuri[m] et facturi quidquid libuisset, contra spem omnium domum redierunt.

Anno dominicae incarnationis 1186. vexatio dedit intellectum sepe dicto Cunrado, et 1186. videns se non posse resistere duci Friderico et Boemis, mediantibus bonis viris venit ad eum in Knin[97], et facti sunt amici extunc et deinceps. Eodem anno fuit ecclipsis solis, et Ian. 7. in sabbato quatuor temporum in pentecosten promotus sum in sacerdotem, annos natus 21, ego Iar(loch) qui post Vincentium haec scripsi[n].

a) per 2. b) *ita cum Dobnero lacuna sarcienda est, non cum Pitero* menses. c) averat 2. d) comburunt. Similiter 2. comburunt. pulm (Ecclesiam *expunctum*) similiter sor. a. f. e fugierunt 3. e) exterminio 2. f) Ludowicz 3. g) audiretur 2. h) illius 2. i) concisum 3. k) circiter 3. l) extiterunt 3. m) processuri 3. n) scripsi. Amen. Hucusque membrana hedina. *His verbis hic desinit* 3. *Sequitur in codice Ansberti historia, quam separatim Piterus exscripsit. Nos hoc loco ea tantum damus, quae de rebus Bohemiae a Gerlaco addita sunt.*

94) Voettau tunc caput provinciae erat. 95) Vicus etiam hodie est Lodnicz nomen ferens. DOBN. 96) scil. monasterio in Milevsk seu Mühlhausen, cuius fundationem Georgius comes tunc iam inceperat. Situm est in circulo Taboriensi. 97) in circulo Berauneusi.

1187. Ansb. fol. 1. Mart. Anno[a] dominicae incarnationis 1187. ego G(erlacus) suscepi locum istum regendum et nomen abbatis, in quo usque hodie laboro inter multa adversa et fere nulla prospera misericordiam Dei exspectans. In quadragesima huius anni habita est contentio Heinrici episcopi contra Fridericum ducem cominus in curia Ratisponensi coram imperatore Friderico et primoribus totius regni[97].

1188. Mart. 27. Ansb. fol. 5. Anno incarnationis Domini 1188, indictione 6, in medie qradragesime dominica *Letare Ierusalem*, que tunc 6. Kal. Aprilis evenit, curia Christi in Maguntia metropoli conventu principum, tam episcoporum quam ducum, marchionum, comitum ac nobilium, electissimorum quoque militum confluentium est celebrata, ubi domnus imperator non sine multorum uberrimis lacrimis crucis Christi accepto signaculo, ad iter memorabile constanti animo se preparare declaravit, inclitum caput fidelibus membris signatorum et gloriosus signifer se anteponens. Ad hanc curiam cum episcopus Heinricus venire non posset, misit Ricolfum de Stragov, virum litteratum, qui reversus omnia que ibi vidit et audivit, prius episcopo, deinde omnibus nobis fideliter narravit.

1189. Mart. 25. Anno incarnationis Domini 1189. Hoc anno mortuus est Fridericus dux Boemie, videlicet 8. Kal. Aprilis, et Pragae apud Sanctum Vitum sepultus; cui successit Cunradus qui et Otto, de quo supra diximus, favore interim domnae Elisabeth que castrum Pragense sibi dedit in manus, receptis ab eo sacramentis pro Olomutzensi, sed ipse adeptus quod voluit, postea eam fefellit. Taliter ergo adeptus primo castrum, deinde Boemiam nec non et favorem Boemorum, Ratisponam adiit et de manu imperatoris in ultima eius curia, de qua Mai. supra agitur[98], vexilla percepit.

Ansb. fol. 6. Isti proh dolor ex principibus signatis christiane militie diversis occasionibus bellorum domesticorum et antiqui hostis irritamentis retro abierunt, et voti sui violatores et radicem non habentes a via Christi in tempora tentationis recesserunt: Philippus rex Francie, Henricus rex Anglie, comes Flandrie, Otto qui et Chunradus, dux Boemie *etc.* Qui Cunradus vel Otto propter ducatum Boemie nuper adeptum viam hanc Christi omisit, et eadem estate iussu Heinrici regis Zirbiam[99] vastavit, incendit, et fere totam delevit.

Ansb. fol. 14. (1190.) Referebat[b] preterea idem nuntius rumores plures et gratiosos de terra nostra et de principibus imperii Teutonicorum, et de obitu duorum regum, Anglie videlicet Heinrici et Apulie Wilhelmi, et quia illustris rex Romanorum Heinricus filius Friderici serenissimi imperatoris regnum Apulie hereditario iure uxoris sue regine ditioni sue in instanti vendicasset.

1191. Qua[1] occasione rex Heinricus cum copiis totius imperii proficiscitur primo Romam ad consecrationem, dein in Apuliam, habens in comitatu suo Philippum Coloniensem archiepiscopum et Cunradum ducem Boemie.

A. fol. 16. Mart. Mart. 30. Apr. 14. Apr. 15. Igitur Kal. Marcii die Iovis ante mediam quadragesimam *etc.* Hac tempestate et hac quadragesima moritur Romae Clemens papa, cui successit Celestinus qui et Iacinctus, electus circa hanc mediam quadragesimam, et sabbato quo canitur *Sicientes*[c] sacerdos factus, deinde in ipso paschali die papa est consecratus; qui mox sequenti[d] die Heinricum regem et reginam augustali dignitate sublimavit, presentibus quos supra nominavimus principibus, hoc est duce Boemiae et archiepiscopo Coloniensi Philippo.

1190. A. fol. 22. Hoc anno claustrum nostrum in Myl(evsk) conbustum est.

1191. Sept. 9. Anno dominicae incarnacionis 1191. quinto Idus Septembris mortuus est predictus dux Boemiae Cunradus in Apulia circa Neapolim, cuius carnes in monte Cassino positae, sed ossa Pragam sunt deportata. Cui successit brevi licet tempore Watzlaus filius antiqui, frater novi Zobezlai, spatio trium vel quatuor mensium[2].

1192. A. fol. 23. Facta sunt hec[3] anno Verbi incarnati 1192, quo inchoante predictus Heinricus Pragensis episcopus contra Watzlaum ducem cesarem Heinricum adiit, et cognatis suis Premizlao et Wadizlao[4], illi ducatum Boemie, alteri vero Moraviam obtinuit, promittens et fideiubens pro eis sex milia marcarum.

1193. A. fol. 24b. Anno[e] dominicae incarnationis 1193. Heinricus Pragensis episcopus, qui priore anno sicut dictum est, cognatis suis Premyzlao et Wadizlao, isti Boemiam et illi Moraviam obtinuerat, pro quibus tali se sponsione obligaverat, ut si tempore statuto pecuniam non solverent, ipse captivitatem imperatoris intraret et mandatis eius staret usque ad solutionem debiti. Qua necessitate coactus est dimidium preteriti et dimidium presentis anni, hoc est fere integrum annum, partim in Egra, partim in curia imperatoris consistere, cum neque imperator ipsum ab hac fideiussione absolveret, neque illi persolverent. Eo ibi degente domi domestici canes sibi oblatrant, et ducem Premyzlaum in odium eius inflammant, ita ut iam non esset sibi tutum Boemiam intrare, sed domi pugnae[f], foris curae.

a) A. quo hec facta sunt b. e. d. *cod.* b) *hoc folium in cod.* 1. *excisum est.* c) *notae musicae appictae sunt.* d) sequenti — Philippo *iam abscisa sunt, servaverunt* 2. 3. e) *abhinc rursus Annales Gerlaci per se scripti sunt.* f) timores *superscripto* vel pugne *cod.*

97) Quam supra a. 1182. commemoravit auctor. 98) scil. apud Ansbertum. 99) i. e. marchiam Misnensem, ut saepe apud Cosmam, monente Dobnero. Ibi Albertus filius patrem Ottonem marchionem impugnabat. 1) Sequentia Gerlacus addidit, in errorem ductus verbis Ansberti p. 107. ed. Dobr. unde haec desumpsit. 2) scil. regnans; *sed vix mensibus tribus regnavit.* Pulk. 3) scil. reditus regis Franciae apud Ansbertum commemoratus, qui revera in a. 1191. cadit. 4) filiis Wladislai regis, ipsius patrui.

Accidit ea tempestate ut quidam principes de Saxonia opponerent se imperatori, et 1193. quia sicut dicitur nullus in regno, sed quilibet in errore consortem sibi querit, hoc illi sequentes miserunt ad ducem Premizlaum, rogantes ut id ipsum cum eis saperet, quod ilico se facturum promisit[a].

Non latuit hoc episcopum, quod statim ad aures detulit imperatoris. Cuius ille A. fol. 27. verbis nimium credulus, prefatum ducem Premizlaum tamquam lesae maiestatis et ledendae personae reum ducatu Boemiae abiudicavit, et pro eo episcopum cum vexillis, sicut mos est, sollempniter investitum in Boemiam remisit, insuper et omne debitum dimisit. Fama huius facti adventum eius longe ante precesserat, cum ecce Boemi nostri maiores natu, ut ipsi oculata fide perspeximus, ducem suum vanis seducebant spebus, iurantes et filios suos dantes obsides, quod eu n nullomodo desererent, nulla necessitate dimitterent. Verum ubi nuntiatus est adventus episcopi, procedunt quidem cum duce suo facturi fidem verbis suis, sed cum venissent ad locum (na Beron[b]) in quo multorum revelandae fuerant cogitationes, cum[c] episcopus esset na Zdice[5], ilico transfugiunt ad episcopum unus post unum incipientes a senioribus. Et dux quidem Premizlaus fugae presidio salvatus est, at episcopus magno precedentium ac comitantium tripudio deductus est Pragam. Quam post Dec. quatuor mensium obsidionem tandem in quinto recepit, scilicet imminente festo dominicae nativitatis, et presente domno Kain Olomucensi episcopo, pro quo hac de causa missum fuerat, ut castrenses vinculo anathematis innodatos absolveret, sicut et fecit. Qui etiam ordinationem fecit clericorum in choro Pragensi sabbato quatuor temporum; sed melius fuerat si non fecisset, quia ęcclesiam Christi misit in errorem per sacerdotes et levitas, quos omnes sine impositione manus ordinavit. Super hoc articulo magister Arnoldus legatione fungens predicti ducis et episcopi, consuluit papam felicis memoriae Celestinum, qui precepit, sicut ille narravit, ordinatos non reordinari, sed solummodo inter ordinandos stare ad ordinem, et solam manus impositionem recipere quam minus acceperant. Retulit hoc ex ore domni apostolici, et quamvis auctenticum super his non haberet, nichilominus tamen creditum est ei tamquam honesto viro et fideli nuntio, factumque est ita sicut dixerat, per manum domni Engelberti Olomucensis episcopi, qui predicto Kayn in brevi post mortuo[6] successerat. Quo facto, deinde post annos tres et semis domnus Petrus dia- 1194 conus cardinalis titulo ad Sanctam Mariam in Via lata, melior de mundo clericus, legatione 1197. functus apostolica in Bawariam, Boemiam et Poloniam, factum hoc vehementer corripuit, et tam ordinatorem gravavit, quam ordinatos suspendit et reordinari fecit. Sed de his hactenus satis.

Ceterum epistolas summi pontificis predicto episcopo et duci missas hoc loco insererem, sed ad manus non habeo.

Anno dominicae incarnationis 1194. sicut supra tetigimus, Heinricus dux et episcopus 1194. abiit cum exercitu in Moraviam, et terram illam sive castra terre suo dominio subiugavit. Hic obiit Witcho comes. Dehinc eodem anno cum copiis utriusque terrae profectus est in Zyrbiam iussu imperatoris Heinrici, qui offensus fuerat marchioni illius terrae Adelberto, in qua profectione qualia vel quanta facta sint mala, primo in populo christiano, deinde in ecclesiis Christi, postremo etiam in claustris, ad enarrandum manet difficile. Pro quo reatu postea vidimus episcopum compunctum flevisse in synodo et intercessiones omnium assidentium quesisse. *Reliqua huius anni require supra*[7].

Anno dominicae incarnationis 1195. Heinricus dux et episcopus crucem accepit, *et* 1195. Dec. 6. *cetera huius anni. Require supra*[8].

a) Quod sequitur verte duo folia et invenies. *Scilicet initium scriptum est in dimidia pagina quae propter lacunam Ansberti vacua relicta erat.* b) na B. (*in Beraun*) *scriptum est supra verba* multorum revel. c) cum — zdice *in margine scripta signis positis collocata sunt post* locum, *ubi sententiam incommode dirimunt.*

5) Zditz parum abest ab urbe Beraun, Pilsnam versus. 6) 1194. Ian. 12. 7) scil. quae Ansbertus scripsit, ubi in margine Gerlacus addidit: *Hoc anno Heinricus dux et episcopus Moraviam obtinuit et Zirbiam precepto imperatoris devastavit.* 8) apud Ansbertum, cuius verba, ne quid desideretur, cum auctore apographi Wokauniani et hic damus: *Dux etiam Boemiae Heinricus qui etiam episcopus eiusdem terrae, crucis signo cum suis pluribus insignitus ad eandem viam se preparabat et in desiderio erat veniendi, nisi quod domnus imperator Romanorum quibusdam intervenientibus et se interponentibus causis de parte Saxonie detentus fuit. Cum tamen a proposito suo nullatenus recederet quamvis differret, in eadem dilatione mortuus est, et sic eorum via, qui secum venire disposuerant, intermissa est.* Paullo ante Gerlacus in margine adscripsit: *Hoc anno et hac occasione Heinricus dux et episcopus Boemie crucem accepit in curia imperatoris et in festo sancti Nicolai.*

1196. Anno dominicae incarnationis 1196.

Anno dominicae incarnationis 1197. sicut supra tetigimus, domnus Petrus diaconus cardinalis[a] tytulo ad Sanctam Mariam in via lata, venit in Boemiam, et me cum Georgio
Mart. 12. comite[9] ipsum deducentibus susceptus est Pragae in die sancti Gregorii cum sollempni processione ab episcopo et duce iam infirmante et a canonicis Pragensis ęcclesiae, ubi deinde diu
Mart. 22. demoratus, sabbato medianae quadragesimae quando canitur *Sicientes*, ordines clericorum per manum domni Engelberti Olomucensis episcopi fieri precepit, in quibus ipse cardinalis a sacerdotibus plębanis, ob votum castitatis[b] quod ab ordinandis exigebatur, versis in seditionem, fere fuerat occisus, et licet pro huiusmodi ausibus condigna sint pena coerciti, tamen ex hac occasione ordines fuerunt impediti. Qui postmodum synodum celebrans,
10 elegantissimos nobis edidit sermones, et depositis Brevnoense et Procopense[10] abbatibus, consummatisque omnibus quae officii sui fuerant, profectus est in Poloniam, transactis in Boemia octo fere septimanis.

Eodem anno memoratus Heinricus dux et episcopus correptus est languore, quo diu
Iun. 15 detentus et tandem est mortuus, scilicet 17. Kal. Iulii nocte sancti Viti, quae tunc fuit in dominica. Factique sunt omnes dies eius quibus Pragensem rexit ęcclesiam, sub Friderico duce 7 anni, sub Cuonrado duo anni et semis, sub Watzlao tres soli menses, sub Premizlao duce annus et dimidius, quo depulso, sicut dictum est, presumpsit ipse ducatum pariter cum episcopatu, et regnavit in eo usque ad mortem suam feliciter per annos fere quatuor. Summa horum 15 anni et duo menses, videlicet ab eo tempore quo electus est, usque ad diem obitus sui. Causam suscepti ducatus loco suo plenius diximus, hoc modo subiungentes, quod magnum honorem non absque magno animae suae detrimento tenere potuit, quia qui prius didicerat bonus esse bonis, dux factus cogebatur malus esse malis, et non tolerare sed ferire malos. Qui cum adhuc egrotaret, dux Premyzl eius comperta infirmitate temptat cum suis irrumpere Pragam, sed conatus eius fuit inutilis, quia primates qui erant cum episcopo, aciem ex adverso direxerunt, et multis hinc inde cadentibus eum et suos in fugam converterunt. Porro episcopus quamvis in morte positus triumphasset, veritus tamen dubios eventus fecit se transferri in Egram, tamquam habiturus ibi meliorem requiem, ubi non post multos dies morbo ingravescente ad extrema pervenit, factaque confessione cum multis lacrimis sumptisque redemptionis nostrae muneribus, nec non et sacri olei liquore perunctus, multis coram adstantibus flentibus et orantibus dormivit cum patribus suis, sicut supra dictum est, 17. Kal. Iulii. Cuius corpus Doczan est deportatum, et iuxta matrem suam officiosissime sepultum. Sic cecidit aureus flos Boemiae, munimentum populi, decus cleri, religiosorum virorum propugnator eximius, cui post beatum Adalbertum nullus extitit in ista terra secundus. Cuius anima requiescat in pace, amen.

Ea[c] tempestate qua hec gerebantur, erat Prage in captivitate domnus Wladizlaus, captus ab episcopo in infirmitate sua propter germanum ipsius Primizl. Verum postquam[d] mortuus est episcopus, Boemi maiores natu exemptum de vinculis domnum[e] ac principem terrae constituunt, non ausi vota sua transferre in fratrem eius sepe dictum Primizl duabus
*fol. 28. de causis, quarum prima fuit, quia contra eum* pugnaverant, secunda quia gratiam impera-
Iun. 22. toris non habebat. Tali ordine nec non et tempore, hoc est in octavis beati Viti, domnus
Nov. 1. Wladizlaus sublimatus in ducem, deinde in Kal. Novembris misit et convocavit clerum et populum in Pragam, abbates etiam, prepositos et canonicos omnes iussit adesse, tamquam tractaturus cum eis de pontificali electione. Itaque convenimus et invenimus iam sibi persuasum a suis familiaribus, ne talem poneret qui posset aliquando recalcitrare. Quod et factum est. Nam quendam ex capellanis suis nomine Miliconem, cognomento Danielem, nobis eatenus incognitum, designavit in episcopum, negata omni electione clero, quem in odium defuncti episcopi non multum diligebat. Ibi vidimus unde satis doluimus, quod idem Daniel episcopatu investitus flexo poplite fecit ominium prefato duci Wladizlao, in preiudicium antique libertatis et in derogationem privilegiorum imperialium, que investituram Pragensis et Olomucensis episcoporum ad imperatorem pertinere, sed et Pragensem episcopum principem fore testantur imperii, quod usque ad istum episcopum antiquitas transmisit, sed in isto deperiit. Sane domnus Daniel adeptus episcopatum multas invenit contradictiones,

a) *deest in codice.* b) c. q. ab o. e. *in margine addita, nunc erasa sunt.* c) *hic manus mutatur.* d) *ita Dobnerus;* priusquam *Dobr. quod cum sequentibus pugnat.* e) *ita c.*

9) procul dubio fundatore Milovicensis monasterii, ut recte Dobnerus animadvertit. 10) i. e. Sazawensi.

maxime a quodam Arnoldo preposito tunc Sacense et canonico Pragense, qui contra eum 1197 Rome agens compulit subire peregrina iudicia et diversa, primo quidem Magdeburgensis et Salzburgensis archiepiscoporum, illius in Halla, alterius in diversis locis; postea Pataviensis et Ratisponensis episcoporum, similiter et sui metropolitani Maguncıac archiepiscopi, deinde multarum mediocrium personarum, quas brevitatis causa praetereo. Postremo coegit eum ire Romam, in quo itinere et in quibus itineribus quantam expenderit pecuniam, pro qua conquirenda quae vel qualia episcopatui fecerit dispendia, manet inexplicabile[11]. Taceo de canonicis Bononie mortuis, qui ob favorem eius se ipsos obligarant 11 pro pecunia, quae statim concepit et peperit usuram, lucrum et fenus usque in inmensum. Duravit autem hec quassatio fere per quinquennium inter episcopum et memoratum Arnoldum, cui postquam satisfactum est tum de prepositura tum etiam de rebus ablatis, deinceps ambo confederati sunt et ecclesia Dei quievit. Reliqua operum eius et dierum non fuit necesse scribere, tantum parcat ei Deus et requiescat in pace, amen. Computantur autem ab electione ipsius usque ad diem mortis sue anni sedecim et semis. Sed de his hactenus satis.

Porro sicut supra dictum est, Wladizlaus sublevatus in ducem regnavit ab octavis sancti Viti usque ad festum sancti Nicolai. Interea mortuo in Apulia imperatore Heinrico, Sept. 28 domnus Primizl et sui fautores, videlicet Scirnin et alii multi, eius morte comperta procedunt versus Pragam armati, parati aut mori aut optinere panem sibi et domino suo Primizl principatum. Quorum in occursum progressus Wladizlaus dux cum episcopo suo, cum abbatibus et aliis boni consilii viris, licet haberet incomparabilem miliciam, cessit Dec. 6. tamen hinc propter bonum pacis, inde propter affectum germanitatis, et confederatus est germano suo sub tali forma compositionis, ut ambo pariter, ille in Moravia, iste in Boemia principarentur, et esset ambobus sicut unus spiritus ita et unus principatus, quod usque hodie inter eos illibatum manet[12].

Anno ab incarnatione Domini 1198. Philippus dux Suevie, frater imperatoris Heinrici 1198. defuncti, nec non et Otto filius Heinrici ducis quondam Saxonie, per contencionem sibi usurpant imperium, et imponentes sibi singuli coronas, Otto Aquisgrani per Coloniensem[13], Philippus Maguntie per Maguntinum[14] archiepiscopos consecrantur, et quilibet eorum adiacentes sibi provintias sue subicit dicioni, sed Renus eos disterminat. Inicia malorum hec, nec potest verbis exponi, quanta ex hoc mala evenerint ecclesiae Dei et omnibus religiosis domibus in imperio constitutis. Nam quotquot ecclesiae habebant possessiones in alterius dicione, toto tempore discidii census earum non ecclesiasticis personis ad utilitatem, sed diripientibus cedebat ad rapinam. Scio ecclesiam quandam in parte Ottonis, habentem vineta et lata predia in parte Philippi, quam hac occasione constat dampnificatam plus quam ad tria milia marcarum, quod ideo insero ut ex unius ecclesiae dampno pensentur aliquomodo cunctarum ecclesiarum dispendia. Sic mortuo imperatore mortua est simul iusticia et pax imperii, cuius mortem secuta est brevi mors Celestini pape, cui Ian. 8. successit in Romana sede domnus Innocentius, vir sicut iuvenis et in utroque iure doctissimus, ita et immobiliter tenax sui propositi, qui ad cumulum tanti mali offensus Philippo nescimus quibus de causis, partem tuebatur Ottonis, in tantum ut archiepiscopos, episcopos sibi faventes foveret et contradicentes deprimeret, quorum plures corruisse ab honore suo et inter duos reges tamquam inter duas sedes medio cecidisse recordamur. Pars tamen Philippi adversante licet papa semper melior erat, tum in numero et valore provinciarum, tum etiam in robore militum, quorum fultus auxilio sepius transivit Renum, penetravit regnum Ottonis, Coloniam obsedit, Nusiam cepit[15], castrum firmissimum quod dicitur Lantscrone[16], in medio regni sui edificavit, solium suum Aquisgrani posuit[17], cum ille contra eum nec 17 cominus pugnare nec eminus adversari sufficeret. Duravit autem hec quassatio non parvo tempore, sed fere undecim annis, donec mors Philippi litem diremit[18], de cuius morte loco suo plenius dicemus. Sane imperator Heinricus frater Philippi moriens reliquerat filiolum nomine Fridericum, heredem imperii, quod Philippus patruus eius non ei servare, sed sibi

11) Confirmantur haec epistolis Innocentii III. d. 1198. Apr. 8. et sententia absolutoria d. 5. Mai. 1202. ap. Baluz I, 43. 624. Erben Reg. Boh. I, 198. 209.
12) Wladizlaus, quo vivente hoc scriptum est, obiit a. 1222. d. 12. Augusti.
13) Adolfum d. 12. Iulii.
14) per Tarentasiensem, d. 8. Sept. Cunrado Maguntino adhuc absente.
15) Neuss, m. Oct. 1205.
16) ad fluv. Ahr, a. 1206.
17) m. Ian. 1205.
18) 1208. Iun. 21.

1198. usurpare intendens, mox in ipso exordio discidii pepigit fedus amiciciae cum rege nostro Primizl tunc duce, nec non et cum Boemis suis, quos evocans de terra sua cum infinito exercitu transivit Renum, transfretavit et Mosellam, volens Aquisgrani conscendere solium regni simul et pugnare contra Ottonem, qui regnum invaserat in partibus illis, sicut supra dictum est. Itaque Boemi Teutoniam ingressi mox circa Wirtzburc versi sunt in sedicionem, et orta inter eos gravi simultate militares viri fere omnes relictis dominis suis baronibus abierunt retro et redierunt in Boemiam, unde satis debilitatus est exercitus; nichilominus tamen barones amissis licet satellitibus suis fideliter perstiterunt cum duce suo. Accessit ibi ad magnam gloriam comiti nostro Georgio, quod pares sui vel etiam maiores carebant militibus, et ipse ne unum quidem perdiderat ex suis. Et venientes
Sept. 8. Maguntiam[19], ibi Philippus consecratur in regem Romanorum simul et ducem nostrum consecratum creat regem Boemiae.

19) scil. ante expeditionem iam commemoratam.

# HEINRICI DE HEIMBURG ANNALES.

*Codex bibliothecae regiae Berolinensis inter Latinos in folio numero* 136 *signatus, chartaceus saeculi XVI. ineuntis*[1], *quem circa annum* 1700 *Andreae Hedionis professoris Regiomontani fuisse eius aevi inscriptio testatur, inde a folio primo Honorii Augustodunensis de imagine mundi librum tertium in compendium redactum praebet, cui folio* 15′ *inde ab anno* 861 *sub rubrica* „Inchoatur Cronica Bohemorum" *annales inserti sunt, hucusque inediti, quos usque ad finem saeculi XIII. productos hic suo tandem loco sistere iuvabit. Quos foliis* 26—97 *excipit Iacobi de Vitriaco historia Ierosolimitana, tum folio* 98—154 *Cronica Romana de diversis cronicis collecta usque ad annum* 1276, *Chronicon ab O. C. usque ad obitum Christi et tabulae episcoporum et principum christianorum; denique fol.* 154′—157. *annales brevissimi usque ad Karolum IV. imperatorem cum continuatione annorum* 1377—1453, *quos etiam infra proponendos iudicavimus.*

*Heinricus igitur, cuius librum iam proponimus, se ipsum anno* 1242 *Heimburgi natum profitetur, quae civitas Austriae in dextra Danubii et finibus Ungariae sita est. Sub Otakaro rege aut in patria aut in Moravia fortasse adultus, intra annos* 1260 *et* 1270 *a Iohanne Pragensi episcopo ordinem diaconatus suscepisse videtur, tum vero in foro Gmünd prope fines Moraviae et Bohemiae ecclesiae sancti Stephani praelatus, atque anno* 1279 *per Petrum episcopum Pataviensem apud Sanctum Hippolytum in Austria ad gradum sacerdotii promotus est. Bellorum inter Otakarum et Rudolfum gestorum e vicino testis, licet forum una cum ecclesia sancti Stephani a Bohemis combureretur, ab Otakari tamen partibus stetit et occisum luctu et carmine prosecutus est. Eodem animo Brunonis clarissimi Olomucensis ecclesiae episcopi, Otakari et Rudolfi regum consiliarii, obitum flevit et in laudem eius carmen ab egregio dictatore Marrario compositum memoriae servavit, atque res Moraviae praecipue et Bohemiae usque ad saeculi decimi tertii exitum, quo scribere desiit, testis oculatus et fide dignus per quadraginta circiter annos tradidit. Anterior libri pars, ut facile patet et a Jaffeo nostro in margine cuiuslibet anni notatur, ex Cosmae chronico excerpta est, quod cronicae terrae Boemiae nomine laudat. Legendas etiam Wenceslai et Adalberti novit. Continuatoribus Cosmae haud usus, res saeculorum duodecimi et sequentis intra annos* 1126 *et* 1260 *leviter quidem attingit, sed in eis fonte quodam Olomucensi usus esse videtur; paucissimas etiam notitias ex Martino Polono transscripsit.*

*Textus in universum fideliter transscriptus, levem tantum hic illic medelam desiderabat.*

1) Folium 97 anno 1504 exaratum est.

## ANNO 861. INCHOATUR CRONICA BOHEMORUM.

**Isti sunt duces terre Boemie qui ante Borziwogium, ducem primum catholicum ipsius terre, Bohemie principatum**
Cosm. ad Gervasium p. 32. **tenuerunt sibi invicem succedentes; quoto autem anno Domini quilibet regnaverit incertum est, excepto Borziwoy primo**
**duce catholico, cuius annus baptismi scribitur in sequentibus. Primus ergo dux Nezamysl, qui inter alias habuit unam**
**filiam speciosam et sapientem nimis secundum huius seculi [a] sapientiam nomine Libussa, que post mortem patris sui ac**
**sororum suarum ipsius terre rexit ducatum; multa que predixit, nescio quo spiritu, eciam postea ipsius rei veritas vera**
Cosm. I. c. 4. **esse demonstrabat, uti in cronica predicte terre scriptum hodie. Quo etiam Libussa nupsit cuidam viro nichilominus**
Cosm. I. c. 8. **discreto et sapienti nomine Przemysl, qui [b] in ipsa cronica invenitur omnia iura ipsius terre sicuti hodie habentur in-**
**stituit, plurima quoque predixit ut postmodum posteris patuit. Huic successit [c] quidam nomine Mnatha; post hunc vero**
**rexit ducatum Nedan nomine; post hunc Wogyn [d]; post hunc Hostiwicz, deinde ad Borziwogium ipsius terre potestas**
**devoluta est, qui merito dux appellari potuit, utpote qui primus ipsi genti barbarice vexillum sancte crucis antotulit, scilicet**
**in baptismo quod primus suscepit.**

894. **898. Baptisatus est Borziwoy primus dux catholicus Boemie. Qui scilicet Borziwoy postquam bapti-**
Cosmas. **satus esset, cepit proficere in fide catholica, edificavitque multas ecclesias et oratoria, sicut**
**hodie apparent in Bohemia. Genuitque uxor sua nomine Ludmilla, que hodie aput Bohemos in venera-**
**cione habetur, duos filios, quorum nomina sunt Spitigneus et Wratislaus. Qui Spitigneus obtinuit ducatum post**
**mortem patris sui Borziwoy. Quo mortuo regnat frater suus Wratislaus pro eo; qui genuit duos filios videlicet Wences-**
929. **laum; mortuoque patre Wenceslaus adeptus est ducatum; quem postea frater suus Boleslaus occidit in urbe Boleslavia**
**ubi adhuc ad demonstrandam ipsius Boleslai perfidiam sanguis innocens apparet ipsius ecclesie,**
**ante cuius fores ipsum ad instar necis Abel iusti, quem fraterna eciam invidia prostravit, cru-**
**deli manu, cum ad divinum officium iret hora matutinali, trucidavit, sicut in passione ipsius**
932. **martiris legitur. Translatus est autem post aliquot annos de Boleslawia in Pragam ab invido fratre suo, ut signa**
**que per eum Dominus operari dignatus est, non Wenceslao set sancto Vito ascriberentur. Inventum est autem**
**corpus eius incorruptum, et quod magis mirandum est, sanatis vulneribus apparuit.**

929. 932. **930. Sanctus Wenceslaus dux occisus est a fratre suo Boleslao, qui Boleslaus dictus fuit Boleslaus sevus; qui**
929. **obtinuit ducatum post necem fratris sui scilicet sancti Wenceslai, quem ipse nequam et prophanus propter sua**
967. **bona opera et suam mansuetudinem ob invidiam truci manu interimerat. Qui postquam ducatum**
**adeptus fuerat, genuit filium, nomen suum ei imponens, set valde contrario modo. Ille siquidem dictus fuit Boleslaus**
**sevus, ille vero Boleslaus pius. Qui postquam ducatum obtinuit post mortem impii patris sui, cepit se regere secundum**
**fidem catholicam. Ipse quidem sororem uterinam habuit in curia ad Sanctam Agnethem, nomine Mlada; cui apo-**
**stolicus aliud nomen imponens, scilicet Maria, que erat abbatissa eiusdem monasterii; que obtinuit sibi litteras habendi**
**episcopium in terra sua id est in Bohemia, que tunc ad Ratisponensem pertinebat. Quas litteras ipsa personaliter**
**attulit ad terram Bohemie. Moravia siquidem tunc temporis pertinebat ad Bohemiam in spiritualibus**
967. **et in secularibus. Et elegerunt episcopum nomine Dietmarus, qui non [e] uno anno vixit in episcopatu. Ipsa**
**quoque Maria monasterium sanctimonialium construxit ad Sanctum Georgium Prage in castro**
998. 999. **ubi hodie cernitur. Dux vero Boleslaus pius genuit filium, nomen suum imponens ei; quem postea dux Polonie**
999. 1002. **oculorum lumine privavit, postquam regnasset pro patre suo Boleslao pio. Post quem dux extitit Iaromir, quem frater**
1037. **eius simili modo cecavit, eique successit in ducatum. Ipse autem Iaromir uno anno post mortem Odalrici ducatum rexit.**
1038. **Nam quadam die ad necessaria nature cum sederet in priveto, a quibusdam per ipsum foramen lancea perforatus est;**
1039. **cecus quippe erat. Huic successit Brzetislaus filius Odalrici, vir strenuus et probus et audax.**

p. 50 et 51. **969. Obiit primus episcopus Bohemie Dietmarus. Post hunc ordinatur sanctus Woytiech, nacione Bohemus; set**
**cum ordinaretur in episcopum ab archiepiscopo Magutinensi [f], appellavit eum nomine suo Albertum.**

p. 58. **980. Odalricus autem dux non habuit liberos; genuitque filium ex concubina nomine Bozena [2]. Nomen vero filii,**
1002. **ut supra dictum est, Brzecislaus dicebatur; vir audax nimis, qui ipso tempore dux Morawie fuit, patre Bohemiam regente.**
p. 63. 1021. **Ipse siquidem Brzecislaus per Bohemiam intrans partes Misnensium et ibidem de quodam claustro virginem fa-**
p. 62. **mosam ac speciosam nimis velatam manu rapuit; ibi paucis suorum amissis letus et hylaris in Moraviam reversus**
p. 67. **est. Ipsa autem puella de stirpe imperatoria extitit, nomine Iuditha. Fecitque aliud; Poloniam eciam hostili manu de-**
(1054.) **vastavit, corpus beati Woytiech inde tulit, nec non infinitam pecuniam, et Wratislaw [3] civitatem et alias quam plures**
**obtinuit.**

996. **996. Sanctus Woytiech episcopus Bohemie secundus, postquam convertit Pannoniam [g], Poloniam, in Prussia mar-**
**tirisatus est in die parasceue [h], quo tunc erat beati Georgii martiris dies.**

p. 57. **1001. Mezko dux Polonie obsedit Pragam, et omnes municiones acquisivit preter Wyssegrad.**

p. 58. **1002. Heinricus imperator ordinatur, qui fundavit Bamberg et regnavit 23 annis menses 6.**

p. 60. 61. **1004. Occisi sunt quinque heremite in silva Polonie, Benedictus, Matheus, Ysaac, Cristinus, Iohannes; et sextus**
**Barnabas, evasit, qui non erat domi ipsa hora; qui modo magna veneracione habentur aput Bohemos et**
**Polonos.**

1006. **1016. Obiit Hemma coniunx pudici [i] Boleslai, que fuit plena virtutibus.**

1017. **1017. Obiit Teodatus episcopus Pragensis tercius, nacione Saxo.**

p. 62. 67. **1021. Brzecislaus dux Boemie rapuit virginem Iuditham, ut dictum est; ex qua genuit Spitigneum, Wratislaum,**
**Conradum, Iaromir, Ottonem.**

1022. **1022. Facta est persecucio maxima in Polonia.**

1023. **1023. Obiit Ekhardus episcopus Pragensis quartus, 6. Ydus Augusti.**

1030. **1030. Obiit Ziza episcopus quintus Pragensis, 4. Kal. Februarii.**

1037. **1036. Obiit Odalricus dux Bohemie, qui construxit Trzebiss. Ipso anno obiit Boleslaus dux septimus cecus.**
p. 65. 64. p. 67. **Post hunc Brzecislaus dux effectus, Poloniam hostiliter devastat ad vindictam avi Boleslai, quem dux Polonie lumine**
**privavit; corpusque sancti Adalberti de Polonia in Bohemiam tulit.**

1042. **1043. Heinricus tercius imperator totam Bohemiam obsedit; et ob hoc fames erat in Bohemia tanta, ut tercia pars**
1043. **hominum fame moreretur.**

a) *vox deest in codice.* b) ut *excidit.* c) Nezamisl *omissus.* d) Unezlau, Crezomisl, Neclau *omittuntur.* e ñ *codex.* f) *lege* Magdeburgensi. g) simul et *excidit.* h) parascene *c.* i) pudicis *cod.*

2) i. q. Beatrix. 3) Breslau.

1045. Obiit Guntherus monachus in Brewnowia Prage, qui veneracione magna habetur. 1045.

1047. Dedicatum est monasterium in urbe Boleslaw. 1046

1055. Obiit dux Brzecislaus. Post hunc filius eius Spitigneus dux effectus, eiecit omnes Theuthonicos de terra, 1055.
nec non et matrem propriam Iuditham, similiter et abbatissam Sancti Georgii. p. 76.

1056. Wratislaus autem filius Brzecislai, frater vero Spitignei, dux Morawie duxit Alheidam filiam regis Hungarie 1055.
Andree; ex qua genuit filium Wratislaum nomine. p. 77. 80.

1057. Obiit Iuditha mater ducis Spitignei, qui cuidam nupserat nomine Petro[a], ad confusionem filii sui. 1058.

1058. Obiit Spitigneus devotus multum. 1060.

1059. Obiit Alhedis uxor Wratislai. Post quam dux Wratislaus duxit Swatawam filiam Kazimir ducis Polonie; 1062.
ex qua genuit Boleslaum, Borziwoy, Wladislaum, Sobieslaum. Fratres eius Cunradus et Otto Moravie gubernacula re- p. 81.
gebant.

1060. Obiit Severus Pragensis et Olomucensis episcopus sextus. Post hunc ordinatur Iaromir, frater ipsius ducis 1067.
Wratislai; qui cum venisset Maguncaim, archiepiscopus consecrans ipsum in episcopum, nomen suum ei imposuit Ek- p. 82.
hardus[7]. Dux autem Wratislaus, ob invidiam fratris sui episcopi, alium episcopum constituit fieri in Olomucz. Ele- p. 81.
gerunt ergo quendam virum nomine Iohannem, simplicem et bonum. Quapropter Iaromir, qui et Ekhihardus, episcopus p. 85.
Pragensis, quod abstractum sibi esset episcopium Olomucense, misit quosdam in Olomucensem civitatem, qui prefatum
episcopum plagis fustium enormiter flagellaverunt; et ideo dux volebat fratrem suum de episcopatu amovere. Set tunc p. 87.
Mechthildis virgo post mortem patris sui Bonifacii rexit regna Lombardie simul et Burgundie; que iuvit episcopum de
omni honere suo, quia eius matris Iudithe cognata fuit, quam rapuerat pater eius Brzetislaus.

1082. Dux Boemie Wratislaus dimicavit cum duce[a] Austrie. p. 89.

1085. Obiit Iuditha filia Wratislai. 1085.

1086. Dux Wratislaus in regem coronatur ab imperatore Heinrico cum uxore sua Swatawa. Ipso anno obiit frater 1086.
eius Otto dux Moravie. p. 93.

1090. Obiit Ekhardus episcopus Pragensis septimus, frater regis Wratislai. p. 95 96.

1091. Brzetislaus filius opposuit se patri suo Wratislao. p. 96 sq.

1092. Obiit primus rex Wratislaus. Ipso anno obiit Cunradus frater eius et successor eius, dux Moravie. p. 100.

1095. Ipso anno fuit magna mortalitas hominum. p. 103.

1096. Iudei coacti sunt a[b] duce ut baptisentur; qui vero apostotaverunt, omnes spoliati sunt. Incepit ordo 1096.
griseus[c. 8], heu male.

1097. Obiit Cosmas Pragensis episcopus octavus. 1098.

1106. Henricus imperator expulit patrem suum Henricum de regno. 1106.

1107. Swatopluk ducem Borziwoy eiecit de regno; set propter hoc dedit imperatori decem milia marcarum argenti, p. 111.
factusque est compater ipsius Swatopluk. p. 112.

1116. Wladislaus sponte dedit ducatum Borziwoy. 1117.

1117. Terre motus factus est in Bohemia.

1118. Aqua inundavit Prage ultra pontem decem ulnis. 1118.

1120. Predictus Borziwoy perdidit ducatum tercia vice, fugitque in Ungariam[d]. 1120. 1124.

1122. Eclipsis lune fuit media nocte[e]. 1122.

1123. Obiit Othmarus[f] episcopus Pragensis nonus. Post hunc Menhardus eligitur. 1122.

1124. Obiit Borziwoy dux 16[us] in exilio Ungarie[g]. 1124.

1126. Sobieslaus ducatum adeptus est, vivente adhuc matre eorum Swatawa regina prima, quo mortuo rex 1125. p. 129.
Wladislaus rex Boemie secundus. 131.

1131. Isto tempore rexit imperium Conradus, sub quo facta est expeditio in Ierusalem.

1135. Fuit eclipsis solis 4. Non. Augusti. 1133

1138. Obiit beatus Malachias episcopus. 1148.

1143. Sanctus Bernardus migravit ex hoc seculo egregius doctor; centum et sexa- 1153.
ginta cenobiorum pater extitit.

1173. Obiit Wladislaus rex Boemie secundus in exilio. Post hunc filius eius Fridericus dux similiter expellitur de terra cum cognacione sua. Post hunc Sobieslaus rexit ducatum. Isto anno Ierusalem, quam cristiani habuerunt, perditur.

1179. Sobieslaus expellitur a Friderico filio Wladislai.

1195. Ottakarus, qui et Przemysl, rex Bohemie tercius consecratur.

1197. Innocencius tercius papa ordinatur.

1198. Obiit Heinricus filius[h].

1201. Terre motus factus est 4. Non. Maii.

1203. Isto tempore Philippus Romanorum rex filiam suam Constanciam promiserat dare comiti palatino, quam postea tradidit filio regis Ottakari Boemie Wenceslao; et propter hoc palatinus occidit Philippum.

a) orientali marchione Lupoldo *Cosmas*. b) absente *Cosmas*. c) aseus *c. facili corruptela ex* ğseus. d) *hic in codice ex Honorii chronico inseritur:* 1121. Honorius secundus papa. e) *deest c.* f) *legendum* Octobri Hermannus. g) unagario *c.* h) *scilicet* Friderici.

6) Ungariae regi. Cosmas. 7) Aliter Gebhardus. 8) Ordo asinorum, id est monachorum Sanctae Trinitatis, ita dictus quod eis in itinere asinis tantum uti liceret, anno 1197 initium cepit; ordo griseus sive Cisterciensium anno 1098; qui igitur hoc loco intelligendus erit. Cistercienses monachi haud procul a Gmunden, auctoris nostri sede, in coenobio Zwettlensi degebant.

1209. Otto cesar consecratur.

1211. Hic destituitur Otto ab imperio.

1212. Multitudo infancium ab hereticis traditur Saracenis.

1213. Franciscus et Dominicus clarent.

1213. 1215. Gerdrudis[a] regina Ungarie occiditur, mater sancte Elyzabeth.

1216. Obiit Innocencius tercius papa, vir magne sciencie. Hic canonisavit sanctum Thomam Cantuariensem et Kunegundem virginem.

1217. Leupoldus dux Austrie et Andreas rex Ungarie Ierusalem vadunt.

1220. Fridericus rex Cicilie[b] in cesarem coronatur.

1222. Obiit Wladislaus qui et Heinricus, marchio Moravie, frater Ottakari regis Bohemie.

1225. Obiit papa Honorius quartus[c].

1228. Eligitur Gregorius nonus.

1230. Obiit sancta Elyzabeth, soror regis Ungarie Bele.

1231. Obiit Leupoldus magnificus, dux Austrie.

1240. Obiit Rupertus episcopus Olomucensis. Obiit Constancia regina, coniunx regis Ottakari.

1241. Tartari vastaverunt Ungariam, Morawiam, Poloniam, nullusque eis resistit, excepto solo duce Polonie Heinrico, qui et occisus fuit ab eis cum omnibus suis. Hoc anno fuit ecclipsis solis.

1242. Ego Heinricus natus sum in Heimburg.

1244. Brunno episcopus Olomucensis eligitur, nacione Saxo.

1246. Captus est Borso et alii nobiles Moravie a duce Austrie Friderico.

1247. Occisus est dux Fridericus. Conflictum namque habuit adversus Belam regem Ungarie, et potitus victoria occiditur.

1248. Ottakarus marchio Moravie per consilium pravorum opposuit se patri suo, Wenceslao regi Boemie.

1249. Isto tempore Margaretha regina Romanorum, relicta Heinrici[d] Romani regis, soror Friderici ducis Austrie, Ottakaro copulatur qui et Przemysl, marchioni Moravie, qui factus est dux Austrie.

1251. Ungari depopulati sunt Austriam et Moraviam. Interim Ottakarus marchio Moravie extitit.

1253. Obiit Wenceslaus rex Boemie quartus. Pro eo regnavit Ottakarus filius eius.

1255. Obiit Borso illustris baro.

1256. Occisus est Wilhelmus imperator.

1257. Ducissa Bavarie decollata est per Lodovicum eius maritum. Canonisatur sancta Clara per Alexandrum papam quartum.

1259. Factus est terre motus in Moravia 4. Kal. Februarii.

1260. Ottakarus rex habuit conflictum cum Bela rege Ungarie, atque vicit.

1261. Ibant flagellatores, que secta nescio a quo spiritu processerat; set multi nostri noti in eam ibant pura intencione et sincera devocione. Procedebant namque turmatim hinc et inde per ecclesias, precedentibus vexillis et cereis ardentibus, precinentibus duobus, ceteris respondentibus, stantes nudi et affligentes se flagellis, panno qualicunque succinctos lumbos et velata capita habentes.

1262. Soror Agnes Prage claruit.

1263. Fames validissima fuit per Moraviam et Austriam, ita ut multi fame morerentur, comedentes radices, arborum cortices.

1264. Obiit papa Urbanus. Cometa apparuit.

1266. Rex Ottakarus conflictum habuit cum ducibus Bavarie. Ipso anno obiit Margaretha regina.

1267. Translata est sancta Hedwigis, soror Heinrici[e] ducis.

1268. Decollatus[f] est Cunradus, filius Conradi filii Friderici imperatoris, a Carolo rege Francie. Ipso anno eclipsis solis et lune. Obiit Bela minor rex Ungarie, qui duxit cognatam regis nostri filiam. Obiit Bela senior rex Ungarie, frater sancte Elyzabeth, qui potenter in

a) Gedrudis *c.* b) cilicie *codex; i. e.* Sicilie. c) *tertius, a.* 1227; *error in codicibus nonnullis Martini Poloni obvius.* d) henrici *hic c.* e) henrici *hic c.* f) decolatus *c.*

Ungaria regnavit 35 annis. Regnaverant autem eo vivente duo filii eius Stephanus et Bela.

1271. Ottakarus rex cum magno exercitu intravit Ungariam adversus Stephanum regem, obtinuitque Preczpurg castrum, alias municiones circa metas iacentes; et multis spoliis inde ductis iacuit in terra inimicorum fere octo ebdomades. Reverso autem rege Ottakaro, Ungari insecuti intraverunt Moraviam, et magnum dampnum fecerunt in hominibus.

1272. Ipso anno obiit rex Ungarie Stephanus. Narclitus potens camerarius Moravie obiit. Ipso anno Ungari magnum fecerunt dampnum in Moravia. Precedenti autem anno, vivente adhuc Stephano rege, Heinricus comes et alii plures de Ungaria fugerant ad regem Boemie, quos ipse honorifice suscepit ipsumque Heinricum prefecit civitati Hlawa[9] et eius 9 districtui. Mortuo autem rege Stephano, comes Egidius[a] qui fuerat summus[10] ipsius Ste- Aug. 1. phani, transivit eciam ad regem Boemie; et quia Heinricus comes odio habuit ipsum Egidium[a], nolebat ulterius manere cum rege Boemie; set exiens de terra, cepit moliri insidias[b] contra regem Ottakarum, ut rei exitus probavit.

1273. Gregorius decimus papa ordinatur. Caruerat namque pastore ecclesia ab obitu Clementis pape. Ipso anno Gregorius papa precepit elegi[c] imperatorem. Tunc Lodowicus palatinus comes, frater Heinrici ducis Bavarie, consilio illorum principum qui electionem habebant, elegit Rudolphum comitem de Haspurk in regem Romanorum. Nam a Friderico imperatore ecclesia caruit rege Romanorum. Ipso anno Heinricus[d] comes, qui regebat pueros filios Stephani regis, reges scilicet Ungarie, cepit agere contra Ottakarum regem. Nam fratrem regine propria manu occidit, et mala que facere poterat, exercuit indesinenter. Rex autem Ottakarus posuerat comitem Egetmistri super castrum Preczpurk. Set ipse tradito castro Ungaris, reversus est Ungariam. Illo tempore rex Ottakarus congregato magno exercitu cepit ire versus Ungariam contra Heinricum comitem et complices eius. Illo tempore Ulricus de Diurenholcz[e, 11], gener regis, occisus est ab Ungaris. Intravit autem Ottakarus rex Ungariam, iacuitque ibi in terra inimicorum octo ebdomades, multasque municiones machinis aquisivit, tam ex illa parte Danubii quam ex ista, terram potenter devastando.

1274. Celebratum est consilium a domno Gregorio, sedis apostolice pontifice, et aliis pontificibus et prelatis ecclesie quam plurimis in Lugduna; in quo concilio Gregi[12] ad cristiane religionis fidem conversi et apostolice[f] sedi obedire professi sunt. In ipso autem concilio statutum est, ne de cetero ecclesia tam diu pastore careat, set infra 10 dies apostolicus[f] eligatur.

1275 Obiit papa Gregorius X. Ipso anno opposuerunt se quidam de Austria regi Ottakaro. Ipse siquidem tam potenter regnavit in Austria et Stiria, sicut in Boemia et Moravia.

1276. Obiit papa Innocencius V. Ipso anno quedam cognacio in Boemia, cognomine Witigenses[13], opposuerunt se regi Ottakaro; quorum precipui fuerunt Sawiss et amici eius 13 et Borso de Risemburg. Ipso anno 15. Kal. Maii cecidit grando et audita sunt tonitrua horrenda; circa octavam autem Michaelis nix et gelu grande[g] fuit in partibus nostris. Ipso anno Romanorum rex descendens in Danubio cum navibus et apparatu multo nec non exercitu magno, intravit Austriam, venitque in civitatem Witunensem[14]. Prius autem quam intraret civitatem, occurrit ei rex Boemie Ottakarus ex ista parte Danubii cum magno exercitu, ita ut Danubius separaret amborum exercitum; ubi occisus est Bernhardus de Welfgerdorf. Videns autem rex Ottakarus se non posse tante fortitudini resistere, nec alio modo cum honore ab eo posse separari, transiit Danubium ad regem Romanorum, et subdidit se ei valde libenti animo. Resignatis autem terris suis, et reddita sibi Boemia et Morawia, pacifice cum rege confederatus ad propria est reversus. Qui veniens ad sua, tactus dolore intrinsecus pro eo quod se subdiderat, cepit moliri contra regem Romanorum insidias, ut postmodum rei exitus comprobavit.

a) *vocem supplevi, spatium nomini relictum in cod.* b) divicias *c.* c) *ita c.* d) henricus *c.* e) *vel* Dmrenholcz *c.* f) app. *c.* g) grando *cod.*

9) Laa ad Tayam. 10) summus camerarius et comes Presburgensis. 11) Dürnholz, Karinthiae praeses. 12) i. e. Graeci. 13) Vitkonides Continuatori Cosmae. 14) Wieden hodie est suburbium Viennae.

1278. Ottakarus, qui et Przemysl, magnificus rex Boemie, cepit agere contra Rudolphum regem Romanorum, qui tunc manebat in civitate Wienna[a], sicut prima fronte intraverat. Misit namque suos, qui Austriam invaderent eamque rapinis et incendiis devastarent; quod et fecerunt. In confinio quippe nostro inter cetera mala que gesserant, ecclesiam 15 sancte Marie in Weydehoven[15] incenderunt, et in cimiterio eiusdem ecclesie, ut revera percepi, 1722 homines igne perierunt, qui omnes bene noti erant, exceptis ignotis et Iul. 15. peregrinis; forum eciam nostrum[16] et ecclesiam sancti Stephani incenderunt. Circa festum autem sancti Iacobi ipse rex Ottakarus congregato omni exercitu suo intravit Austriam, et obsedit forum quod dicitur Drostendorf[17] 16 diebus, in quo tunc erat Stephanus de Mizow cum paucis. Tandem tradito sibi predicto foro, processit in Law[18] adversus Rudolphum Aug. 26. regem Romanorum; qui nichilominus occurrit ei circa aquam que vocatur Morawa, ubi in vicino aqua Tya, alias Dyge, coniungitur ipso[b] Morawe, ducens in comitatu suo Ungaros et Comanos. Rex autem Ottakarus in exercitu suo duxit paucos hospites, preter Polonos. Congressus autem ipsis in prelium, fugientibus Bohemis et Moravis, heu occisus est ille magnificus rex Ottakarus cum multis Polonis. Nunc ergo Bohemia plange! o Moravia luge, tantum perdidisse honorem, protecta quondam sub clipeo regis Ottakari.

Indefessa modo gestu testare dolorem;
Exudent oculi lacrimas, exterminet ora
Pallorem, connodet digitos[c] tortura, cruentet
Interiora dolor et verberet ethera clamor.
Tota peris ex morte sua; mors non fuit eius,
Set tua, non sola, set puplica mortis ymago.
O Veneris lacrimosa dies! o sydus amarum!
Illa tibi dies nox fuit, et Venus illa venenum.

In die quippe Veneris, hoc est sexta feria 7. Kal. Septembris, periit hisdem rex, in die Ruffi. In diebus autem suis, ut verum fatear, fuit pax et tranquillitas in omni dominio suo. Fuit quippe rex potentissimus, destruens et edificans municiones multas, humilians et exaltans multos, super omnes predecessores suos. Extitit namque rex Bohemie, marchio 19 Moravie, dux Austrie et Stirie, Carniole, dominus Egre et Portus Naonis[19]. Regnavit autem quintus a primo rege Bohemie Wratislao annis 27, et reliquit filium unum nomine Wenceslaum, et duas filias.

Isti sunt principes contemporanei et vicini sui: episcopus Patawiensis Otto et Petrus, episcopus Pragensis Nicolaus[d] et Iohannes, episcopus Olomucensis Bruno; reges, videlicet Ungarie, Bela et Stephanus, et minor Bela, et iuvenis rex filius Stephani; duces Bavarie Heinricus[e] et Otto filius eius; comes palatinus Luduicus, frater Heinrici[e]; duces Carinthie Ulricus et Philippus frater eius; dux autem Austrie et Stirie fuit ipse rex personaliter, et marchio Moravie, ut supra dixi. Marchiones eciam fuerunt isti contemporanei sui: marchio Misnensis[f] Heinricus et filius eius Theodericus, et marchio Brandeburgensis Otto, qui habuit sororem regis; marchio Brandeburgensis Iohannes filius Ottonis, qui occisus fuit; marchio Otto frater Iohannis filii sororis regis. Iste Otto intromisit se de puero regio et de terra ipsius, occiso patre eius Ottakaro.

Ipso anno obiit Iohannes episcopus Pragensis, nacione Bohemus, qui me dyaconum ordinavit. Post hunc eligitur Thobias Moravus praepositus Pataviensis, frater Benesskonis et Milothe, qui obiit anno Domini 1296.

1279. Petrus episcopus Patawiensis, postquam celebraverat ordines sacros aput Sanctum Yppolitum[20], ubi me indignum cum aliis in gradum sacerdocii promovit, obiit 7. Kal. Marcii; et eligitur Wikardus de Perchtoldesdorf in locum ipsius. Ipso anno Zawiss[21] nocte civitatem Budweys intravit, eamque omnia depredatus est. Ipso tempore miseria magna in Bohemia; ipsi idem nobiles inter se terram devastabant, ut vere posset dici: Eccl. 10,16. *Ve terre cuius rex puer est;* quia dominus terre Wenceslaus puer adhuc fuit.

a) Wień. c. b) *ipsi fluvio.* c) digittos c. d) *add. in margine eadem manu.* e) henr. c. f) Wisnensis *cod.*

15) Waidhofen ad Tayam Theutonicam, in circulo supra montem Meinhardi. 16) Gmünd oppidum haud procul a Weitrá in eodem circulo situm, in confinio Bohemiae et Moraviae, ubi hodieque vetus sancti Stephani ecclesia extat, teste viro reverendissimo et doctissimo D. Iodoco Stülz. 17) Drosendorf ad confluentes Tayarum Moravicae et Theutonicae. 18) Laa ad Tayam in circulo sub monte Meinhardi. 19) Portenau, Pordenone. 20) St. Pölten in Austria. 21) de Falkenstein sive de Rosenberg.

1280. Rudolphus Romanorum rex, sicut prima fronte intraverat civitatem Wiennam, mansit ibi cum regina sua uxore et omni familia. Congregato autem exercitu magno, tempore autumpnali intravit per Moraviam terram Bohemie adversus Ottonem marchionem Brandeburgensem, qui Polonos habebat in comitatu. Rex autem habuit secum episcopum Basiliensem, Luduicum palatinum, Ottonem ducem filium[a] Heinrici ducis Bavarie, qui et gener regis extitit, ducem Saxonie, episcopos et comites quam plures; iacuitque in terra Bohemie fere undecim septimanis. Tandem pacificati, ad propria sunt reversi. Ipso tempore rex Romanorum prefecit Ottonem ducem Saxonie terre Moravie et civitati Brunensi, qui dux eciam fuit gener ipsius regis. Ipsa hyeme fuit nix maxima, que destruxit annonam. Ipso anno obiit regina Rudolphi regis Romanorum, ductaque in Sueviam multo comitatu. Ipso anno mortuus est eciam unus filiorum regis. Ipso anno obiit beate memorie Bruno[b] venerabilis episcopus Olomucensis 17[us], nacione Saxo, pater et tutor cleri, qui monasterium sancti Mauricii in Cremsyr[22] mirabili opere construxit; cuius consilio et auxilio Ottakarus rex Bohemie in multis sepius prosperatus. O Moravia amisso[c] primo rege Ottakaro, quasi uno tuorum luminum evolso, adhuc lucem[d] me in altero habere videbaris; nunc autem utroque orbata, quodammodo in tenebras palpitare videris. Plange ergo, tantis te fore luminibus spoliatam.

In laudem ergo huius tanti presulis inter cetera commendabilia carmina cecinit ille egregius dictator Maruarius dictus[e]:

*Opto quod in seculum   Cleri flos et speculum   vivat, presul Bruno[b],*
*Quem famosa veritas   mentisque sinceritas   beat non in uno*
*Dono probitatis, bono pietatis,   cultu castitatis,   actu largitatis.*

*Hunc dedit Saxonia,   tenet nunc Moravia   patrem et patronum.*
*Tutor legis, veri lux,   pastor gregis, boni dux   est ad omne bonum,*
*Ut palmes in vite   fructum ferens vite,   fervet sine lite,   legem tenet rite.*

*Hunc pre participibus[f]   variis virtutibus   Gracia ditavit*
*Largo Dei munere,   alto gaudet genere,   quem sic sors beavit.*
*Ut verus in vita   est Israhelita,   nam archimandrita   felix vivat ita.*

*Nunc aput episcopos   quosdam nequam Atropos[g]   vagis ocat[23] filum[h],*
*Ecce[h'] datum celitus   advena proselitus   expetit asilum.*
*Quem Clotho[i] fugavit, Lachesis[k] prostravit,   ad te declinavit,   manu fortis David.*

Fortis quippe et timendus erat omnibus adversariis suis, dilectus et affabilis cunctis amicis suis, diligens[l] iusticiam, provehens clerum, preditus sciencia et virtute. Obiit autem ut dixi anno incarnacionis dominice 1280, circa carnisprivium.

1281. Rudolphus Romanorum rex post pasca inter alia iudicia, que fecit Wienne, fecit Iudeum quendam lapidibus obrui, qui fertur sacerdotem cum corpore dominico euntem luto nescio vel lapide vulnerasse. Ipso anno Rudolphus Romanorum rex circa penthecosten terram Austrie exivit, reversus in Sweviam terram suam. Ipso anno dux Austrie constitutus est Albertus filius Rudolphi Romanorum regis, seditque in civitate Wiennensi. Ipso anno dux Saxonie, qui prefuit Moravie, cepit Gerhardum de Obersen et Milotham, maiores Moravie, et cepit esse gwerra in Moravia. Ipso tempore circa Michaelis Australes obsederunt castrum Tirua adiacens Drosendorf, in quo quidam tyrannus sedit nomine Hostyel, qui postea decollatus[m] est. Destructis itaque terris Bohemie et Moravie, cepit ipso anno fames magna invalescere in ipsis locis, ita ut non modica hominum multitudo fame interiret. Ipso anno gelu terram nimio algore premente, auditum est grande tonitru.

1282. Fame invalescente et spoliis ingravescentibus tanta multitudo pauperum mortua est in Moravia, ita ut eciam omnes sepeliri non possent, set effossis in altum puteis corpora mortuorum in campis vel in vicis inventa, in ipsos puteos proiecta, tandem repletis puteis terra obruebantur.

1283. Ipso anno obiit Agnes, socra Wenceslai regis Bohemie, que fuit bone vite.

a) *deest vox in cod.* b) brunno *c.* c) ammisso *c.* d) *ita corrigo*; ducem *c.* e) d. *codex.* f) particibus *cod.* g) antropos *cod.* h) filium *cod.* h') Set cedatum *cod.* i) Clocho *cod.* k) Lathesis *cod.* l) diligendus *cod.* m) decolatus *cod.*

22) Kremsier in Moravia ad fluvium Moravam. 23) i. e. secat, praecidit.

1284. Wenceslaus iuvenis rex de Bramdemburg reversus est in Bohemiam circa penthecosten. Quidam usurpavit sibi nomen Friderici imperatoris, quem postea Rudolphus rex Romanorum fecit cremari. Ipso anno Wenceslaus duxit filiam Rudolphi regis Romanorum in epyphania.

1285. Tartari intraverunt Ungariam, quorum maxima multitudo occisa est a Theutonicis. Sept. 9. Ipso anno obiit Cunigundis[a] regina relicta Ottakari, in exaltacione sancte crucis.

1286. Wenceslaus rex colloquium habuit cum duce Austrie Alberto, et dux castrum 24 Frienstein[24] obsedit, et datum dirui iussit. Rex vero Wenceslaus multos sceleratos ut spoliatores fures in terra sua occidi precepit, maxime in Moravia. Ipso anno omnes episcopi conveniunt in Herbipolensem civitatem ad legatum.

1287. Wenceslaus rex contra Polonos de Wratislawia, et Albertus dux contra comitem Ywanum pugnavit. Ipso anno rex uxorem suam primo introduxit.

1288. Albertus dux Austrie ad patrem[b] suum Rudolphum regem Romanorum ascendit. Zawiss[25] captus. Sanctus Virgilius Zalczpurg translatus est Leonardi.

1289. Albertus dux cum Ywano Walkemburg castrum[c]......

1290. Obiit Rudolphus filius Rudolphi regis Romanorum, gener regis Boemie Ottakari, in vigilia ascensionis, que erat Gordiani et Epimachi. In illo anno Accaron depopulata est et multi christianorum occisi.

1291. Obiit Rudolphus Romanorum rex. Ipso anno novus rex Ungarorum dictus Deest[26] ivit contra Wiennam, devastans provinciam. Albertus vero dux Austrie pacificatus est cum eo, et ille rediit in Ungariam. Dux multos milicia induit. Ipso eciam tempore rex Boemie Wenceslaus exercitum misit versus Krakow.

1292. Rex Wenceslaus intravit per Krakow in Poloniam contra Boleslaum Loketkonem, quem cepit in civitate Syram; se et multos cinxit gladio. Ipso anno Albertus dux Austrie exivit Austriam, et defuit fere integrum annum.

1293. Nuncii Tartarorum venerunt ad regem Wenceslaum. Ipso tempore dux Albertus visitavit regem Prage[d]. Post hec circa nativitatem Domini rex Wenceslaus cum regina visitavit ducem Wienne.

1294. Electus est Adolphus in Romanum regem. Ipso anno rex Wenceslaus desponsavit filiam suam octo annorum filio predicti regis Romani. Ipso anno cepit esse concursus in Gurym[27].

1295. Circa carnisprivium rex Ungarie dictus . . .[28] duxit filiam Alberti ducis Austrie. Ipsa quadragesima obiit Thobias Pragensis episcopus.

1296. Obiit soror regis Elizabeth. Obiit frater regis Iessko[29], prepositus Wyssegradensis, 7. Kal. Septembris.

1297. Sepultus est rex Ottakarus et filia eius. Ipso anno coronatus est rex Wences- Iun. 2. laus cum domna regina sorore[e] ducis Austrie Alberti. Ipso tempore obiit dicta regina.

1298. Albertus dux Austrie ascendit contra Adolphum regem Romanorum, et occidit eum, et factus est rex.

1299. Rex Ruscie venit ad regem Wenceslaum in Brunnam.

1300. Ipso anno circa festum Iacobi rex Wenceslaus traduxit reginam[30]. Ipso anno ivit rex cum exercitu contra Loketkonem etc.

a) *vox excidit in c.* b) patruum *c.* c) obsedit? cepit? d) Pragen *c.* e) *deest vox in cod.*

24) Freistein ad Tayam Moravicam. 25) viduus Cunegundae. 26) Andreas. 27) Gurein, Kurzim forum in circulo Brunnensi. 28) Andreas. 29) filius Cunegundis et Zawissi. 30) Elisabetham, Pragam.

# ANNALES BOHEMIAE BREVISSIMI.

*Extant, ut supra pagina* 711 *monui, in codice bibliothecae regiae inter codices Latinos in folio numero* 136 *signato in fine, et initio saeculi XVII. exarati, ex Annalibus Cluniacensibus, Austriae diversis et Heinrici Heimburgensis aliisque usque ad a.* 1281 *compositi, deinde usque ad annum* 1333 *protenduntur, subiecta continuatione annorum* 1377—1453, *parvi quidem momenti, sed quam luci negandam non censuimus.*

Anno Domini 80. floruit sanctus Dyonisius Ariopagita.

220. floruit Origenes magnus.

340. floruerunt sancti Nicolaus et Crisostomus.

380. floruerunt sancti Ieronimus, Ambrosius, Augustinus.

570. sanctus Maurus abbas migravit ad Cristum.

590. floruit sanctus Gregorius papa.

690. floruit venerabilis Beda.

770. fundatum est monasterium Vuldense per sanctum Bonifacium Magutinensem archiepiscopum.

780. studium generale ab urbe Romana est translatum Parisius.

894. Borziwoy dux Boemie baptizatus est, et iste est princeps cristianorum in Boemia.

911. incepit ordo Cluniacensium[a] sub Odone abbate. Ann. Clun.

925. sanctus Wenceslaus dux Boemie occisus est.

975. sanctus Adalbertus martirio coronatur.

1092. incipit ordo Carthusiensis sub Brunone abbate. ibid.

1098. incipit ordo Cisterciensis sub sancto Roperto primo abbate. ibid.

1099. incipit Premonstratensis sub abbate Viperto. ibid.

1104. Leupoldus primus[b] marchio Austrie accinctus est gladio militari. C. Claustr. I.

1106. idem Leupoldus marchio Austrie Agnetem filiam imperatoris duxit in uxorem.

1114. incepta est fundari Nuwenburgensis basilica, et domnus Otto eiusdem loci prepositus lapidem primarium posuit, quod Leupoldus marchio facere noluit, affirmans id ad clericos pertinere. C. Claustr. I. 1114.

1116. 4. Non. Ianuarii terre motus factus est magnus per universam Theotoniam et Ytaliam. 1110.

1133. 4. Non. Augusti ecclipsis solis factus est et tenebre facte sunt. Eodem anno canonici seculares a loco Nuwenburgensi amoti sunt et regulares beati Augustini substituti. 1133.

1136. monasterium Nuwenburgense dedicatum est a Salczburgensi Conrado, Pataviensi Reymaro, Gurgcensi Romano. Eodem anno Leupoldus marchio fundator Nowenburgensis ecclesie obiit. 1136.

1151. Gracianus et Petrus Lampardus, qui decretum et alios libros sentenciarum conposuerunt.

1156. Fridericus imperator ordinatur Rome ab Adriano papa etc. Eodem anno marchionatus Austrie mutatur in ducatum. Eodem anno ordinantur regulares canonici in Salczburg. Eodem anno Leupoldus dux Austrie Ierosolimam ivit, et inde rediens partem sancte crucis ad mensuram virilis manus secum apportavit. C. Claustr. II. 1156. 1154. 1182.

1189.[c] Fridericus imperator volens ire Iherusalem periit in mari.

1193. Richardus rex Anglie a Leupoldo duce Austrie captivatur Wienne. 1192.

1198. incepit ordo Predicatorum sub sancto Dominico. Ann. Clun.

1202. sancta Ginigundis de tumulo transfertur.

1206. incipit ordo fratrum Minorum. ibid.

1207. Gerdrudis regina Hungarie occiditur. 1213.

1230. Leupoldus dux Austrie obiit. C. Sancr. I. 1230.

1231. opposuerunt se domini de Chuuring[d] duci Fridrico, qui sequenti anno aput Scotos miles efficitur. 1231.

1233. Fridricus dux Austrie castrum Wecow in Boemia occupavit et rex Boemie fugit. C. Sancr. II. 1234.

1234. Fridricus dux Austrie sororem suam Constanciam marchioni Misnensi copulavit. 1234.

a) Climatēn *cod.* b) pius (*cf. M. G. SS. IX,* 609, *l.* 37.) c) M.C.LXXXX.VIII. *cod.* d) chimring *cod.*

Cf. Cont. S. Cracov. II. 1236. 1236. Fridricus imperator sentencia principum condempnat Fridericum Austrie, eo quod ad curiam venire contempsit.

1237. 1238. Fridricus imperator intravit Austriam, et Conradus filius eius venit in Danubio cum magno comitatu.

1240. 1240. civitas Wienna cum tota Austria reversa est ad ducem Fridricum.

1250. 1251. 1250. Fridricus imperator obiit, et sequenti anno clerici Parisius interficiebantur a pastoribus.

Hein. Heimb. 1251 Tartari totam Ungariam et Poloniam devastaverunt. Eodem anno ecclipsis solis tenebras maximas fecit.

C. S. Cruc. II. 1251. 1252. 1252. Ottakarus rex Boemie duxit Margaretham quondam Romanorum reginam, et sibi Austriam subiugavit.

1253. 1253. obiit Wenceslaus rex Boemie monoculus, Prage ad Sanctum Franciscum sepultus.

C. S. Cruc. II. 1254. 1254. Ottakarus rex Boemie cum Bela rege Ungarie reconciliatur et eodem anno versus Prusiam proficiscitur.

1244. 1254. Fridricus dux Austrie filiam ducis de Meran[a] repudiavit.

1244. 1248. 1255. Fridricus dux Austrie interfectus est in prelio. Post cuius obitum Hermannus marchio de Paden intravit Austriam, et duxit uxorem filiam ducis Henrici de Meldich, voluitque esse dux, et non valuit.

Heinr. H. 1247. 1256. occisus est Fridricus dux Austrie.

C. L. p. 580. 1257. Ottakarus rex Boemie vincitur circa Muldorf.

H. H. 1260. Ottakarus rex Boemie vicit in bello regem Ungarie.

(cf. H. H.) 1273. generale concilium in Lugduno. Eodem anno Ottakarus rex Boemie cum rege Ungarie Stephano reconciliatur.

H. H. 1276. Rudolphus Romanorum rex intromittit se de Austria et Stiria. Et anno

H. H. 1278. occidit Ottakarum regem Boemie magnificum.

H. H. 1281. Albertus, filius Rudolphi regis Romanorum, efficitur dux in Austria.

1 1292. fundata est abbacia Aule regie[1].

1297. in die penthecosten Wenceslaus II. rex Boemie 6us est Prage gloriosissime coronatus, et in crastino illius sollempnitatis primum lapidem posuit in nova ecclesia Aule regie in presencia multorum principum.

1298. occisus est Adolphus rex Romanorum per Albertum ducem Austrie, qui sibi successit in imperio.

1305. obiit Wenceslaus rex Boemie, fundator Aule regie, ibidemque sepultus est.

1306. Wenceslaus Boemie Ungarie et Polonie rex occisus est in Olomucz in domo decani et ibi sepultus; tandem per sororem suam Elizabeth ad Pragensem ecclesiam deportatus ibique sepultus.

1307. obiit Rudolphus rex Boemie, qui fuerat dux Austrie, in castro Pragensi sepultus.

1308. occisus est Albertus rex Romanorum.

1310. Iohannes Henrici imperatoris filius, comes Luczlburgensis, duxit Elizabeth filiam regis Boemie, et factus est rex Boemie; ad cuius adventum fugit Henricus dux Karinthie, qui tribus annis occupaverat Boemiam.

1313. Henricus imperator Romanorum veneno sumpto in calice moritur, et in Pisa civitate sepelitur.

1314. duo reges Romanorum sub discordia eliguntur, videlicet Fridricus dux Austrie et Lodewicus dux Bavarie, qui multa prelia pariter comisit.

1314. ex magnitudine frigoris et nivis facta est caristia maxima et pestilencia hominum et brutorum animalium infinita multitudo, et facta est tunc miseria inaudita.

1322. Fridricus rex et Henricus frater eius, duces Austrie, per Lodewicum Bavarum in prelio capiuntur.

1328. papa scismaticus per Lodewicum Bavarum Rome ordinatur. Qui anno Domini

1330. Iohanni pape se subiecit et graciam invenit.

Notandum quod isti fuerunt duces Boemie: Primus dux Boemie Przemysl, 2us dux Nezamysl, 3us dux Mnata. 4us dux Woyn, 5us dux Umyslaus, 6us dux Crzesomysl, 7us dux Neklan, 8us Hostivit. Isti octo duces Boemie omnes fuerant pagani.

Primus dux cristianus fuit Borziwoy, quem baptisavit Methudius episcopus Moravie, anno Domini 894. 2us dux cristianus Spitigneus. 3us dux Wratislaus. 4us dux sanctus Wenceslaus martir. 5us dux Boleslaus ferus et fratricida. 6us dux Boleslaus pius creator. 7us dux Boleslaus mitis. 8us dux Wladiwoy, de quo nichil boni legitur. 9us dux Iaromir. 10us dux Odalricus, isti duo fratres uterini. 11us dux Brzicislaus qui quinque filias habuit. 12us dux Spitigneus dilator. 13us dux ecclesie Pragensis Wratislaus, primus rex Boemie. Anno Domini 1086 coronatur in regem et regnavit 6 annis post coronationem. Hic fundavit ecclesiam Wissegradensem. 14us dux ..... qui tres fratres habuit. 15us dux Brzecislaus. 16us dux Borziwoy. 17us dux Swatopluk. 18us dux Wladislaus. 19us dux

a) Merani cod.

1) Königssaal.

Sobeslaus. 20us dux Wladislaus, secundus rex Bohemie, fundator ecclesie Strahoviensis. Anno Domini 1149. coronatur, regnavit 4 annis post coronacionem. 21us dux Fridericus. 22us dux Sobeslaus. 23us dux Conradus. 24us dux Henricus et episcopus Pragensis. 25us dux Wladislaus. 26us dux Przemysl qui et Ottakarus, rex tercius Boemie. Anno Domini 1200. coronatur, regnavit 28 annis post coronacionem. 27us Wenceslaus quartus rex Boemie, qui fundavit monasterium ad Sanctum Franciscum; monoculus fuit. Anno Domini 1228. coronatur, regnavit 24 annis post coronacionem. 28us Ottakarus, qui et Przemysl, fundator monasterii ad Sanctam Coronam, rex Boemie quintus anno Domini 1260. coronatur, regnavit 17 annis post coronacionem. 29us Wenceslaus piissimus fundator Aule regie, magnificus rex Boemie sextus, anno Domini 1297. coronatur; regnavit annis 8 post coronacionem. 30us et ultimus de prosapia principum Boemie progenitus[a] Wenceslaus iunior, rex Bohemie septimus, occisus et sepultus in Olomucz; tandem per sororem suam Elizabeth ad Pragensem ecclesiam deportatus et ibi sepultus. In isto fuit naturalis stirps principum Boemie masculini generis heu miserabiliter et finaliter terminata. Regnavit uno anno sine coronacione.

Post naturales principes Boemie non naturales isti fuerunt: Primus Rudolphus dux Austrie, qui uno anno regnavit sine coronacione. 2us Henricus dux Carinthie, qui tribus annis confuse regnavit. 3us Iohannes imperatoris filius comes de Luczlburg, rex coronatus.

Reges Boemie naturales et regine ipsorum: Rex Wladislaus Boemie; regina Swatawa uxor sua. Sepulti ambo in ecclesia Wissegradensi fundacionis sue Rex Wladislaus Boemie; regina Iudita uxor sua. Rex Przemyssl Ottakarus Boemie; regina Constancia uxor sua. Rex Wenceslaus Boemie; regina Cunegundis uxor sua. Rex Ottakarus Boemie; regina Cungundis uxor sua. Rex Wenceslaus Boemie; regina Guta uxor sua. Rex Wenceslaus Boemie; regina Phiolta uxor sua.

Alienigene: Rudolphus dux Austrie; regina Elizabeth uxor sua. Henricus dux Carinthie; regina Anna uxor sua. Iohannes comes de Luczlburg; regina Elizabeth uxor sua. Iohannis filius Wenceslaus, qui post Karolus quartus imperator nominatus.

Anno Domini

1377. obiit magnificus Karolus imperator in vigilia sancti Andree, sepultus in ecclesia Pragensi honorifice.

1368. natus est Sigismundus rex Ungarie.

1362. collegium canonicorum de Saczka Pragam transfertur ad montem sancti Appolinaris per Karolum imperatorem et per Arnestum archiepiscopum Pragensem primum.

1380. viguit magna pestilencia in Bohemia, et incepit a festo ascensionis duravitque usque ad festum sancti Michaelis.

1419. obiit rex Wenceslaus IV. tercia die post assumcionem Marie.

1434. prostrati sunt Thaborite in octava sancte Trinitatis.

1437. in concepcione sancte Marie obiit imperator Romanorum et rex Boemie Sigismundus.

1453. rex Ladislaus venit Pragam ffrm[b] ante Symonis et Iude, et dominico die appostolorum Symonis et Iude coronatus in ecclesia Pragensi.

Episcopi Boemie: Dietmar. Woytiech. Strachkwas. Tedtak. Okard. Hyzza. Sebierz. Iaromir frater regis. Cozma. Daniel I. Herzman. Silvester. Mynhart. Daniel II. Ondrzey. Pelrzim. Ian I. Bernhart. Mikulass. Ian Sczedry II. Dobess. Rzehorz. Ian III. Arnestus primus archiepiscopus. Iohannes Oczko postea cardinalis 12 apostolorum. Iohannes de Gensteyn patriarcha Allexandrinus. Wolframus de Skworzecz. Nicolaus Puchnick. Sbynko Zagiecz. Albicus medicus. Conradus Wesstfalus.

a) q̄genitus *cod.* b) feria?

# NOTAE CLUNIACENSES.

*Codex bibliothecae Parisiensis inter supplementa Latina numero* 996 *signatus olim monasterii Cluniacensis, saeculo XIII in membrana exaratus quem nuper evolvi, adnotationes de origine ordinum ecclesiasticorum exhibet, quas annalibus Moguntinis supra pag* 1, *Bohemicis brevissimis supra pag.* 719 *irrepsisse videmus; quare eis hic quoque locum adsignandum statui. Addo adnotationes eiusdem generis in codice Parisiensi N.* 5030 *in folio, chartaceo saeculi XV, fol.* 118' *et* 119 *obvias, et nullo fere ordine temporum servato permixtas*[1], *quae in Gallia meridionali conscriptae usque ad medium saeculum XIV pertinent, ideoque pro maiori parte hic omittendae videbantur.*

| NOTAE CLUNIACENSES. | NOTAE CODICIS 5030.<br>*De prima creatione ordinum.* |
|---|---|
| | A. D. 412. incepit ordo Cluniacensium. |
| A. D 1083. Hoc anno incepit ordo Arroasiensis. | A. D. 1083. ordo Aroasiensium [a]. |
| | A. D. 1086. ordo Cartusiensium [b]. |
| | A. D. 1087. ordo Grandismontensis. |
| | A. D. 1090. ordo Cisterciensis. |
| A. D. 1098. Hoc anno incepit ordo Cisterciensis. | |
| A. D. 1114. Hoc anno facta est abbatia Clarevallensis. | |
| A. D. 1120. Hoc anno incepit ordo Praemonstratensis. | A. D. 1120. ordo Premonstratensis [c]. |
| | A. D. 1125. ordo militum de Templo in Ierusalem. |
| A. D. 1153. Hoc anno obiit beatus Bernardus abbas. | |
| A. D. 1170. H. a. sanctus Thomas archiepiscopus occisus est. | |
| A. D. 1197. H. a. incepit ordo sancte Trinitatis. | A. D. 1197. [d] ordo sanctae Trinitatis. |
| A. D. 1200. H. a. incepit ordo fratrum Predicatorum. | A D. 1200. ordo Predicatorum. |
| | A. D. 1205. 8. Kal. Febr.[2] ordo Vallis Tallium[3] scolarum. |
| | Domnus Symon comes Montisfortis cum cruce signatis adquisivit terram Biterrensem Carcassonensem Albigensem et comitatum Tholoza anno Domini 1209. |
| A. D. 1210. H. a. incepit ordo fratrum Minorum. | A. D. 1210. ordo fratrum Minorum. |
| | A. D. 1211. obsessa fuit Tholoza ab Alamannis et cruce signatis. |
| | A. D. 1213. domnus Petrus Arragonum rex fuit occisus apud Murellum per domnum Symonem Montisfortis et eius gentes. |
| | A. D. 1250. in festo beate Lucie Fredericus imperator depositus et excommunicatus moritur. |
| | A. D. 1359. fuit muro vallata civitas Parisiensis industria et ope prepositi mercatorum. |

a) aroēensium *c.* b) carturiensium *c.* c) premonstracensis *c.* d) 1097 *c.*

1) Ordo notarum in codice est 1197, 1200, 1210, 1205, 1125, 1213, 1359, 1209, 1211, 1250. 2) 4. Id. Febr. in libro Innocenti tertii VII. ep. 218 Brequigny 2, 633. 3) Caput ordinis in dioecesi Lingonensi Vallis caulium *Val des choux* prope Chatillon sur Seine fuit. Cf. Gallia christiana IV, 742.

# Annales Colonienses maximi

## a, Cod. Ashburnham No. 1586 in fol.

fol. 119.



Karolus Pertz scripsit, Londini 30/4 1858.

## b, Cod. Welferbytanus 74, 3

manus prima
p. 360 col. 1. extr.



Anno d. m. c. lxxxvii. Impr. xxxvi
pasch Ratispone. Pentecost
Aldeburg celebr. Igit(ur) p(re)dict(us)
Volcmarus in Regno regis

a. 1218.



cu(m) iuxta patre(m) suu(m) et matre(m)
in ecclesia sci Blasii sepelitur.

manus secunda
p. 360. col. 1. fin.



Post captam siquide(m) turrim
in p(ro)fundo nili fluminis sitam

manus tertia
pag. 381. extr.
a. 1237.



In fine eiusdem
quadragesime obiit domnus Hen-
ricus Coloniensis archiepiscopus.

G. Waitz scripsit.

## c, Codex Sanctae Mariae Aquensis
iam regius Bruxellensis 467.

manus prior fol. 105′ col. 1.



manus altera fol. 112 col. 1. initio



Anno d. incarnac. m. c. quarta
decimo indictione x. pascha
die octavo kl. maii occurrente an-
no friderici Romanorum augusti.

Karolus Pertz scripsit 1858
14/1.

# Annales Colonienses minimi.

Cod. Guelferbyt. Extravag. No. 309, 1 saec. XIII.



fol. 1. init.

K. Pertz scr. 1860.

## d, Cod. Vaticanus.

a. 1225.



# ANNALES COLONIENSES MAXIMI

## EDIDIT KAROLUS PERTZ PHIL. DR.

*Inter fontes aevi Suevici historicos Annales Colonienses Maximi, quos ad pristinam tandem formam redactos hoc loco edendos curavimus, summam auctoritatem iure sibi vindicare videntur, et hac ipsa ex causa sub nomine Godefridi monachi Sancti Pantaleonis a viris doctis inde ab anno* 1600 *non semel typis expressi sunt. Sed de Godefrido, annalium scriptore, nihil constat, quum neque libri manu scripti nomen eius praeferant, neque aliis ex fontibus exstitisse illum vel scripsisse comprobari possit. Etsi enim Trithemius in praefatione ad Annales Hirsaugienses Godefridum, quem monachum Sancti Pantaleonis fuisse dicit, annales nostros conscripsisse affirmat: tamen huius viri testimonium valde suspectum, nisi aliis testibus corroboratum sit, fidem omnino nullam obtinere poterit. Neque magis de titulo operis in libris manu scriptis certum quidquam reperimus; nam anonymum nostrum loco illo ad annum* 1148, *ubi scribit:* nichil, quod regie cronice dignum sit imprimi, hoc actum est itinere, *non tam librum suum designasse, quam de universali potius regni historia locutum fuisse, recte iam intellexit V. Cl. Ioh. Ianssen*[1], *qui etiam alium locum, apud Caesarium Heisterbacensem in Catalogo archiepiscoporum Coloniensium*[2] *occurrentem, haud magis ad annales nostros pertinere comprobavit. Hoc unum constat: annales, et annales quidem Colonienses, in manibus nos volvere; quare, quum complures alii eodem sub titulo in Monumentis Germaniae historicis iamiam prodierint, neque vero nostris, sive auctoritatem seu amplitudinem eorum aspicimus, comparari possint: ut a ceteris facilius distinguantur, hosce ipsos Annales Maximos Colonienses appellavimus.*

*Quorum quidem annalium tres hucusque recensiones innotuerunt, eaeque magna ex parte diversae, quarum una tantum typis evulgata est; reliquae, ip est prima et novissima, non multos ante annos denuo e tenebris erutae, hoc loco primum prodeunt.*

### RECENSIO I.

*Primam enim annalium Coloniensium recensionem, ab edita longe diversam, codex exhibet, quem mense Octobri anni* 1857 *Georgius Heinricus pater in*

1) Annalen des historischen Vereins für den Nieder-Rhein, Cöln 1855. 8°. tom. I. pag. 100. 2) ed. Böhmer Fontes Rerum Germanic. II, 277: *[Reinoldus] „multa et chronice regie dignissime inserenda per omnem Italiam operatus est.“*

bibliotheca Viri Nobilissimi Comitis de Ashburnham, prope abbatiam Battle in comitatu Sussex asservata, inopinato invenit ex eoque historiam annorum 1138—1175 transscripsit; priorem vero partem, annos scil. 1001—1137, mense Maio anni 1858 Londini in aedibus Comitis de Ashburnham ipsi transscripsimus. Est autem natura codicis eiusmodi:

A. Cod. Enstorpensis domni Hermanni, pastoris in Enstorp, tum bibliothecae Steinfeldensis, iam Comitis de Ashburnham, numero signatus 1586, membranaceus in 8°, saeculi XII exeuntis vel XIII ineuntis[3], folia continet 146. Folio primo manus saec. XV ex. annotavit haec: Iste liber pertinet domno Hermanno, scilicet pastori in Enstorp[4], quibus alia manus saec. XVIII subiunxit: Bibliotheca Steinfeld[5]; tertia inscriptio, duobus illis antiquior, iam erasa est. Continet liber iste Annales Colonienses inde ab anno 576 usque ad annum 1175; incipit enim fol. 1' sic: Anni Tiberii cesaris. Anno dominicae incarnationis quingentesimo 76, Urbis vero condite 1327, Tiberius Constantinus genere Trax, 55^us loco ab Augusto imperium accipiens, coronatus est etc. Desinit verbis: Qua necessitate caesar impulsus, per omne Teutonicum regnum directis nunciis, novum exercitum adunari precepit.

Prior annalium pars, id est historia annorum 576—1106, ut in secunda recensione illa et in hac, omnis ex Ekkehardo Uraugiensi desumpta est, sed ita, ut Ekkehardi textus ad verbum fere transscriptus sit, dum secundae recensionis auctor ordinem sententiarum non uno loco plane transposuit, nec non saepius verba omisit aut omnino commutavit. Deinde ab anno 1106 usque ad a. 1144 diversis aliis fontibus innititur, quorum series, quoad indagare illos potuimus, haec est: Annales Hildesheimenses et Continuatio Paderbrunnensis, Annalista Saxo, Annales Palidenses, fortasse etiam Annales Magdeburgenses et Annales Brunwilarenses (cf. annos 1145 et 1147). Inter hos autem Annales Hildesheimenses et Annalista Saxo usque ad a. 1139 soli exscribuntur, et ita quidem, ut plurima verbotenus ex his fontibus deprompta sint, alia, quamvis sine dubio ex illis excerpta, mutatis tamen verbis admodum diluta esse videantur. Haud raro etiam huius recensionis auctor de suo plura addidit, nisi forte talium locorum fontes curam nostram effugerunt; confer exempli gratia annos 1106. 1107. 1108 initium, 1109 hac illac, 1110. 1116. 1120. 1122 initium et extremum, 1124 initium, 1134 finem. Annales Palidenses nominis anno 1139 et 1140. Annales Magdeburgenses a. 1145. Annales denique Brunwilarenses anno tantum 1147 adhibentur, ita ut auctorem nostrum inde ab anno fere 1140 suis pedibus incedere veri sit simillimum.

Ex hoc igitur tempore annales nostri, magis magisque rebus gestis quae in iis narrantur coaevi, eo maiore fide fruuntur necesse est, praesertim quia auctorem anonymum in historia sui temporis describenda optimis subsidiis usum fuisse facile intelligimus. Ut enim uno verbo huius recensionis naturam exprimamus: auctori nostro, quisquis fuerit, ad capellam ut ita dicam archiepiscopalem accessus patuit, ita ut in rerum suo tempore actarum enarratione epistolis aliisque documentis ibi adservatis uti, saepe haec illac integra suis inserere posset; cf. inter alia annos 1156. 1164. 1172 cetera. Omnino autem inter auctorem illum et curiam archiepiscopalem summa, ut ex ipsa enarratione patet, familiaritas intercedebat, ita ut annales quos iussu et auctoritate Reinaldi archiepiscopi conscriptos fuisse facile persuadeamur; non itaque miramur, illum epistolam Reinaldi de proelio apud Tusculanum, anno 1167 cum

3) Vide scripturae specimen in tabula adiecta. 4) In Palatinatu superiori sub Bavariae Wils. 5) In [illegible] praepositura Praemonstratensium.

*Romanis commisso, ad Colonienses conscriptam*[6] *penitus ignorasse. Quod autem de familiari et amico Reinaldi archiepiscopi suspicari possis: in universum ad partem imperialem narratio inclinat, ita tamen ut auctorem nostrum non tam factionum studio abductum, quam uni potius veritati semper institisse concedamus. Qua in re tam caute versatus est, ut semper fere res ipsas tantum quae actae essent enarraverit, neque suum de illis iudicium vel tum addiderit, ubi res ipsa tale quid postulare videbatur. Cuius rei ut exemplum afferam: anno* 1161 *ambiguam inter Octavianum et Rolandum cardinales electionem tradens, etsi Fridericus imperator Octaviano favebat, ipse tamen dignitatem historicam usque eo tueri nititur, ut narrationi suae haec tantum verba addiderit:* Itaque imperator et qui sub Romano imperio erant, Victorem pro catholico papa habebant, aliarum autem provinciarum reguli et populi Alexandrum pro apostolico, nescio an odio imperatoris, an respectu iusticiae, excolebant.

*Ex his omnibus patet annales nostros, quum optimis fontibus innitantur et ab homine quodam conscripti sint, qui unam veritatem insequebatur, ad historiam annorum* 1140—1176 *elucidandam inter ceteros eiusdem temporis fontes, si non primum at certe tamen praecipuum locum obtinere. Neque vero liber ille manu scriptus, qui unus hanc primam recensionem exhibet, etsi sub finem saeculi duodecimi confectus, ipsum autographum est; quod iam ea ex re patet, quia initium operis, scilicet omnia quae annum* 576 *antecedebant, in codice isto desiderantur, et quod lapsu calami haud semel in illo loci exciderunt, quos secundae atque tertiae recensionis libri exhibent; cf. narrationem de expeditione Hierosolymitana apud Ekkehardum pag.* 217, *ubi in codice nostro totus sensus omnino perturbatur. Est autem locus eiusmodi:*

| *Cod. Enstorpensis.* | *Codices recensionis* 2. |
| --- | --- |
| .... etiam Babylonici regis legati conventui principum se praesentes exhibent, inter alia pollicentes, si victis Antiochenis amicum cum universis Sarracenis habeant. | .... etiam Babylonici regis legati conventui principum se praesentes exhibent, inter alia pollicentes, si victis Antiochenis, etiam Turcos de Hierosolyma pepulerint, dominum suum fratrem et amicum cum universis Sarracenis habeant. |

*Et paullo post:*

| *Cod. Enstorpensis.* | *Codices recensionis* 2. |
| --- | --- |
| .... nunciatum est eis, quod rex Babyloniorum Ascalonam venisset cum innumerabili multitudine paganorum, ducturus Francos, qui Iherosolimis erant, exercitum Babyloniorum Ascalonae esse, contenderunt obviam illis *etc.* | .... nunciatum est eis, quod rex Babyloniorum Ascalonam venisset cum innumerabili multitudine paganorum, ducturus Francos, qui Iherosolimis erant, in captivitatem et expugnaturus Antiochiam, sicut ipse praedixerat; aliter autem Dominus statuerat. Itaque cum in veritate comperissent hi, qui Hierosolymis erant, exercitum Babyloniorum Ascalonae esse, contenderunt obviam illis *etc.* |

## RECENSIO II.

*Secundam Annalium Coloniensium recensionem, quam solam adhuc typis evulgatam fuisse diximus, duo libri manu scripti exhibent, qui arctissime inter*

6) Cf. Sudendorf Registr. II, 148.

se cohaerent, ita ut alterum ab altero originem duxisse evidenter appareat. Sunt autem codices sequentes:

1. Cod. Guelferbytanus 74. 3. Augustanus, fol. min. saeculo XIII ineunte non ab una manu exaratus, paginarum 381, antea monasterii sancti Pantaleonis, quem accuratissime descriptum invenies apud Pertz Archiv etc. VII, 641 sqq. Annales in hoc libro inde ab origine mundi usque ad annum 1237 deducti ad plures tamen scriptores reducendi sunt. Horum enim prior pars, scilicet historia annorum ab orbe condito usque ad annum post Christum 1175, primam tantummodo recensionem hunc in modum repetit, ut usque ad annum 1106 Ekkehardi textum aeque ac illa potissimum prodat; sed in hac re secundae recensionis auctor ita versatus est, ut saepius non verba tantum sed rerum sententiarum ad libitum transposuerit, nec non huc illuc multa omittat aut in brevius contrahat, vel etiam de suis nonnumquam addat; qua de re confer annos potissimum 1022—1106. Deinde ab a. 1106 usque ad a. 1175, sive ad finem primae recensionis, vestigia eius maximam partem accurate insequitur, sed in hac etiam parte operis multa in brevius contrahit et nova addit. Ab anno demum 1176 suis pedibus auctor incedit et annales deinceps usque ad a. 1237 perducit. Neque vero haec omnia ab uno eodemque scriptore composita esse scripturae discrepantia ostendit: nam a. 1218 alia manus incipit, anno 1220 tertia, quarta a. 1226 pag. 371 in., quinta denique a. 1236 pag. 378. Quare primus, ut videtur, auctor anno 1218 manum ab opere amovit, quod deinceps a pluribus ad annum 1237 deductum est. Codicem hunc cum editionibus comparavit V. Cl. Georgius Waitz, eumque praeterea in textu constituendo semper ad manus habui.

Hanc secundam recensionem in monasterio sancti Pantaleonis in urbe Colonia natam esse ex multis locis operis comprobatur, quod semper monasterii illius historiaeque eius rationem habet; accedit quod codex quoque ipse in usum Sancti Pantaleonis conscriptus est, ut ex versibus patet, quos in fronte annalium legimus:

Chronica dicor ego, mendacia cuncta relego.
Mundi principio temporis acta scio.
Munus munifici custodis Theoderici
Letor ego dici; pagina plana michi.
Pantaleon, multos codices eque michi cultos,
Quos facit scribi, contulit iste tibi!
Auri splendore nitet ara chorusque colore,
Theca libris: studii sunt tria signa pii.

Itaque si primam annalium recensionem ex curia archiepiscopali, et fortasse ipsius Rainaldi archiepiscopi instigatione ortam esse diximus, haec altera editio in monasterio sancti Pantaleonis iussu custodis Theoderici condita et a monacho eiusdem congregationis, ut veri simile est, conscripta fuit, de quo tamen nihil ad nostra tempora pervenisse dolemus, nisi quod Trithemius in praefatione ad Chronicon Hirsaugiense Godefridum eum appellat. Utut haec sunt, apparet eum virum fuisse cui aeque ac prioris recensionis auctori una veritas cordi esset, quamvis et hic imperatoriis partibus addictus sit; nec minus caute suum de rebus gestis iudicium addere omittit, ut in loco illo anni 1233, ubi de Conrado Marburgensi locutus nihil de suo addit nisi haec: multi nobiles et ignobiles, clerici, monachi, incluse, burgenses, rustici a quodam fratre Conrado ignis supplicio per diversa Teutonie loca, si fas est dici, nimis precipiti sententia sunt addicti. Confer etiam quae de hac secunda recensione leguntur apud Böhmer Fontes etc. Tom. II praefat. pag. XXXIV sqq. et Tom. III praefat. pag. LXI sqq., nec non Wattenbach Deutsche Geschichtsquellen pag. 416 sqq.

*Ex hoc ipso vero codice Guelferbytano annales Colonienses editi sunt a viris doctis hisce: Marquardo* **Frehero** *in Rerum Germanicarum Scriptoribus Tom. I, anno* 1600 *et* 1624[7]; *Burcardo* **Struvio** *in tertia eiusdem operis editione, quae Argentorati anno* 1717 *prodiit, Tom. I,* 335—404. *Uterque autem posteriorem tantum annalium partem, scilicet annos* 1162—1237 *typis exprimi curavit, quare hanc lacunam Ioh. Georg.* **Eccardus** *explevit, qui eodem codice usus in Corpore historico medii aevi, Tom. I, col.* 683—944 *anno* 1723 *priorem quoque partem, scilicet ab orbe condito usque ad a.* 1162, *publici iuris fecit, et versionem quoque Germanicam*[8] *ex codice Lipsiensi*[9] *desumptam addidit. Novissime demum* **Böhmerus** *annales nostros in Fontibus Rerum Germanicarum edendos curavit, scilicet priorem partem usque ad annum* 1197 *Tomo III, pag.* 408 *sqq., posteriorem sive annos* 1198—1238 *Tomo II, pag.* 329 *sqq. Excerpta denique annalium Coloniensium leguntur apud* **Feller** *Monumenta inedita, pag.* 2 *et* **Bouquet** *Tom. XIII,* 721, *sed et haec ex cod. Guelferbytano desumpta sunt.*

1*. **Codex Lipsiensis, biblioth. Senatus,** *II,* 70 *a. membranaceus in folio minori, saec. XIV ex. conscriptus; cf.* **Pertz** *Archiv VII,* 648. *Hic ex libro antecedente exscriptus est multisque vitiis scatet, ita ut editioni nostrae nullum usum adferre potuerit.*

## RECENSIO III.

*Tertia denique annalium Coloniensium recensio, quae haud multum a proxime antecedente discrepat et sine dubio ex illa desumpta est, tribus libris manu scriptis continetur, qui ex uno omnes fluxerunt; sunt autem hi:*

2. **Cod. Sanctae Mariae Aquensis,** *iam Bruxellensis* 467, *membranaceus in folio, foliorum* 159, *saec. XIII medio binis columnis non una manu conscriptus; de eo confer* **Pertz** *Archiv VII,* 638 *sqq.; eum ipsi excussimus. Post annum* 1138 *et verba „exulare fecit" scriptor codicis locum intercalavit*[10], *qui* Prophetia sancte Hildegardis *inscriptus est quemque ex eiusdem Hildegardis „libro divinorum operum" capitulo nono secundae partis, nec non ex „Speculo futurorum temporum" desumpsit. Inter folium* 1' *et* 2 *nonnulla folia, inter folia vero* 2 *et* 3 130 *fere folia exciderunt. In fronte libri versus inveniuntur hi:*

| | |
|---|---|
| \Cronica dicor ego, | mendacia cuncta relego, |
| Mundi principio | temporis acta scio. |
| Hoc perfecit opus | iustus pius Otto scabinus |
| Nussie precibus | nostris; dilexit et hic ius. |

*Qua ex re patet, codicem nostrum Nussiae ab Ottone quodam scabino conditum fuisse, neque vero hoc ullo modo improbabile*[11] *videtur, si naturam operis paullo accuratius inspicimus. Auctor enim huius tertiae recensionis semper fere secundam verbotenus excipit, ita ut vix diversam ab hac editionem esse dicendum sit, nisi quod pro ecclesia Aquensi conscripta huc illuc additamenta adiiceret. Est autem codex Bruxellensis apographum codicis Guelferbytani, id quod multis ex causis comprobatur. Testantur id non solum loci, ubi scriptor libri apices codicis Guelferbytani haud recte legit*[12], *aut ubi*

7) Freherum ad fidem cod. Guelferbytani, non ex Lipsiensi, editionem suam curasse patet, quum ipse in praefatione libro ms. Stephani Broelmanni I. C. Coloniensis usum se fuisse dixerit, quem Eccardus in Corpore historico medii aevi Tom. I, praef. pag. 10 (§. XI extr.) iam Guelferbytanum esse asserit.

8) col. 946—1006.

9) Cf. **Pertz** Archiv VI, 209. VII, 648.

10) scil. fol. 64 r. — 101 vers. col. 1 med.

11) Cf. **Böhmer** l. c. II, p. XXXV et **Wattenbach** l. c. pag. 416. 417.

12) e. g. cod. Guelferb. anno 1189 med. scribit *Straleiz*, cod. Bruxellens. vero *Syraleiz;* anno 1190 cod. Guelferb. scribit piñ

*vel singuli vel plures versus lapsu calami omittuntur, si idem verbum in illis bis occurrit, id quod saepius accidit; testantur etiam additamenta margini codicis Guelferbytani adscripta, quae cod. Bruxellensis in textum recepit*[13]*; denique loci omnes, ubi manus secunda, sed haud multum a prima diversa, in codice Guelferbytano saepius plures lineas erasit et textum alium superscripsit: in his enim locis codex Bruxellensis semper pristinam lectionem servavit, ita ut rasuras illas demum postquam hic ex illo descriptus est, in codice Guelferbytano factas fuisse pateat*[14].

*Tertia igitur recensio hac in re potissimum ab antecedente diversa est, quod passim modo breviores, modo ampliores locos addidit, qui nondum in codice Guelferbytano exstant*[15]*; talem autem laborem ab Ottone scabino Nussiae suscipi potuisse quis est qui neget?*

2*. *Cod.* **Vaticanus**, *inter libros* **Christinae** *N.* 521 *in folio membranaceus, foliorum* 52, *saeculo XIII exeunte binis columnis conscriptus, apographum est codicis antecedentis, nisi quod prior annalium pars ex Bruxellensi excerptus magis quam fideliter descriptus esse videtur. Continet historiam annorum* 700—1237, *incipit enim:* De Tyberio qui Abscimarus LXII. Anno gratie DCC. Tyberius *etc. Additamenta codicis Bruxellensis omnia exhibet et omnino vestigia eius verbatenus premit, ita ut paucis tantum locis scripturae discrepantias adnotaverimus; collationem Romae nostrum in usum confecit V. Cl. W. N. du Rieu Dr., Lugduno-Batavus.*

2**. *Cod.* **Berolinensis**, *bibliothecae Regiae, MS. Latin. in quarto* 65, *chartaceus, saec. XVIII, ex superiore excerptus, annales continet inde ab anno* 964 *usque ad annum* 1162. *Ad huius fidem in Novis subsidiis diplomaticis Tom. XIII. p.* 1—40 *Stephanus* **Würdtwein** *annales Colonienses anno* 1789 *edidit: hoc enim codice usum illum fuisse, ex lacuna post annum* 1067[16] *et ex vitio constat, quod anno* 1001 *codex exhibet. Legitur enim loco laudato:* Corpus eius Aquisgrani ante altare sed modo in choro, porro intestina apud Augustam condita sunt, *id quod Würdtweinus quoque in textum recepit; cod. autem Vaticanus recte scribit:* ante altare sancte Marie in choro … condita sunt.

*Denique ultimo loco memorandus est:*

3. *Cod.* **Hannoveranus**, *bibliothecae Regiae, fragmentum tantum annalium Coloniensium exhibens, quem V. Cl. Georgius Waitz complures ante annos in manibus volvit; nos vero frustra de illo certius quidquam indagare tentavimus.*

*Haec sunt quae de subsidiis editionis nostrae praemittenda erant; hanc autem ita typis exprimendam instituimus, ut inde ab anno* 1106 *diversae annalium recensiones, diversis ut dicunt columnis assignatae, facile ab omnibus distingui possent. Quarum editionum antiquissima priorem columnam obtinebit, posteriorem secundae atque tertiae recensioni reservavimus.*

*Scribebam Berolini Kal. Augusti* 1860.

K. PERTZ.

(i. e. periodo), cod. vero Bruxell. p eius; et similia nobis cod. Guelferb. Dominicum, cod. B. vero Dominicum etc. 13) Cf. alia a. 1204. 14) Cf. annos 1220. 1232. 1233 etc. 15) Cf. annos 1203. 1204. 1205. 1211. 1212. 16) Desiderantur anni 1106—1132.

# ANNALES COLONIENSES MAXIMI.

[a] Cronica dicor ego, mendacia cuncta relego,
Mundi principio temporis acta scio.
Munus munifici custodis Theoderici
Letor ego dici; pagina plana michi.
Pantaleon, multos codices eque michi cultos,
Quos fecit scribi, contulit iste tibi!
Auri splendore nitet ara, chorusque colore,
Theca libris: studii sunt tria signa pii.

[b] Cronica dicor ego, mendacia cuncta relego,
Mundi principio temporis acta scio.
Hoc perfecit opus iustus pius Otto, scabinus
Nussie, precibus nostris; dilexit et hic ius.

Neminem iam esse hominum arbitror — apertissime expedire curabo. *Orosius lib. II, cap.* 1.
Rex primus apud Assyrios — sed veritatis presidio liberandum. *ibid. cap.* 2.
Regnavit Ninus annis 50 et duobus — si aliquando desistant. *ibid. cap.* 3.
Adam et Eva, ut revelatum fuit — genuit Matusalam. *Petr. Comestor I*, 25.
Sicut igitur in generatione Cain — Noë, sub quo factum est diluvium. *ibid. c.* 30.
Igitur Adam protoplasto — in quo nati sunt ei filii. *ibid. c.* 27.
Qui etiam rapinis et violentia — suos in urbibus collegit. *ibid. c.* 28.
Civitatem etiam ab Enoch — filiam nomine Naainam. *Iosephus Antiq. I*, 4.
Lamech autem res divinas — diluvio perierunt. *Petr. Comest. c.* 29.
Fuerunt Adam et alii filii — aquae erant collectae in nubes. *Iosephus I*, 4.
et pegigit cum eis — iam inceptam. *P. Comest. c.* 35.
Coepit enim Noë exercere — de antiquorum longaevitate scripta sunt *ibid. c.* 36.
quia propter virtutes — magnus annus impletur. *Iosephus c.* 8.
Post obitum vero Noë — pertingeret usque ad coelos. *P. Comest. c.* 38.
Sumebat igitur altitudo — elocutionem suam tunc habuerunt. *Ios. c.* 9.
Divisi sunt itaque post haec — mediterranea simul atque maritima. *ibid. c.* 10.
Quod autem subditur de terra Sennaar — usque ad quartam chiliadem. *P. Comest. c.* 38.
Interim vero obtinuerunt Aegyptios — libros eius combussit. *ibid. c.* 39.
Ab eodem inventa sunt idola — imagines dedicarunt. *ibid. c.* 40.
Exortum est autem regnum Assyriorum — per reges 37. *ibid. c.* 64.
Igitur Ninus Beli filius — finit prima aetas hominis.
Noë, vir iustus — murumque urbi cocto latere circumdedit.
Haec campi planitie — citas quadrigas capit. *Oros. II*, 6.
Semiramis autem — finit secunda aetas hominis annos 942.
Abraham anno 100. genuit Isaac — princeps totius terrae constituitur.
Eo tempore Prometheus — et ampliasse agriculturam. *P. Comest. c.* 86.
Igitur mortuo Ioseph — tanto magis multiplicabantur. *ibid. II*, 2.
Videns igitur Pharao — punivit Deus in errore fluminis. *ibid. c.* 4.
Servierunt igitur Hebraei in Aegypto — Finit tertia aetas habens annos 943.
Moses annis quadraginta praefuit, — sed de colore minii.
Mortuo Othoniele post 18 annos — finit quarta aetas habens annos quadringentos 82.
Mortuo Saul, — uno partu edidit.
De conditione urbis Romae — cum apud Hebraeos Ezechias regnaret. *Paul. Diac.*
Hic duos menses Ianuarium et Februarium — magnam hominum stragem facturi.
De mirabili eventu Alexandri — cum ipsi felices essent.
Decessit Alexander Magnus mensem unum — in columpnarum magnitudine mirabile. *Iustin.*
Igitur Kartaginienses Regulum ducem — de Illiricis gloriose triumphavit. *Paul. Diac.*
Hoc tempore Machabaeorum — sed homines brevi defuturos. *ibid.*
Quomodo mortuo Iulio nepos — ab Augusto Gneus Cornelius Gallus datus est. *Hist. Misc.*
Hunc primum Egyptus — per Graeciam Brondisium pervectus est. *ibid.*
Anno ab Urbe condita septingentesimo vigesimo V. — litterarum etiam monimentis abolitis censuisset. *ibid.*
Anno ab Urbe condita septingentesimo vigesimo sexto — inrevocabili dampnavit exilio. *ibid.*
Itaque anno ab Urbe condita septingentesimo quinquagesimo — Tarseus et Sitio Alexandrinus. *ibid.*
Idem vero Augustus — Tyberio successori reliquit. *ibid.*
Anno primo Octaviani — census hominum possessionumque descripsit. *Ekkeh.*
Anno ab Urbe condita 752. — in medio foro agnus locutus est. *ibid.*
Anno dominicae incarnationis secundo — unde et moritur. *ibid.*
Anno dominicae incarnationis 16. — in Campania Caligulae insidiis extinctus est. *Hist. Misc.*
Anno Domini 17. — ordinatur episcopus Ignatius. *Ekkeh.*
Anno dominicae incarnationis 72. — assecuta est. *Hist. Misc.*
Cumque Romam incendiis — sed alii hoc negant. *Ekkeh.*
Anno Domini 83. — ne quis eum imperatorem nominaret. *ibid.*
2. A. D. 84. Titus decreto senatus inter deos reputatur. *ibid.*
3. A. D. 85. Domitianus plurimos senatorum in exilium mittit. *ibid.*
4. A. D. 86. Annianus primus — cui Abilius secundus successit. *ibid.* 5. A. D. 87.

a) *his versibus incipit cod.* 1. b) *sic orditur cod.* 2.

6. A. D. 88. Domitianus mathematicos et philosophos Urbe expulit. *Ekkeh.*
7. A. D. 89. Anacletus tertius a Petro Clementi — sub Traiano 6. Kal. Mai. *ibid.*
8. A. D. 90. Domitianus forum et multa aedificia fecit. *ibid.*
9. A. D. 91. haeresis Menandri et aliorum multorum exoritur. *ibid.*
10. A. D. 92. Domitianus de Dacis et Germanis triumphavit. *ibid.*
11. A. D. 93. Domitianus prohibuit vites in urbibus seri. *ibid.*
12. A. D. 94. Domitianus persecutionem secundam — quam ille 9 annos tenuit. *ibid.*
13. A. D. 95. Domitianus multos nobilium perdidit. *ibid.*
14. A. D. 96. Dionysius Areopagita primus Atheniensium episcopus — anno a passione Domini 64. *ibid.*
15. A. D. 97. Flavia Domitilla in insulam Pontianam exiliata est. *ibid.*
16. A. D. 98. Domitianus a suis interfectus est. *ibid.*
A. D. 99, Urbis vero conditae 801. Nerva Cocceius — solis defectio facta est. *ibid.*
A. d. i. 100, Urbis conditae 851. Ulpius Crinitus — qui sedit ibi annos 11. *ibid.*
2. A. D. 101. Nerva iussu senatus inter deos refertur. *ibid.* 3. A. D. 102.
4. A. D. 103. Euaristus papa quartus — sub Traiano 6. Kal. Novemb. *ibid.*
5. A. D. 104. Traianus multos Romano subiecit imperio. *ibid.* 6. A. D. 105.
7. A. D. 106. Traianus de Dacis et Scytis triumphavit. *ibid.*
8. A. D. 107. terrae motu quatuor urbes Asiae subversae sunt. *ibid.* 9. A. D. 108.
10. A. D. 109. Traianus persecutionem tertiam — pro quo tertius heros constituitur. *ibid.*
11. A. D. 110. Plinius secundus clarus habetur et pro christianis agit. *ibid.*
12. A. D. 111. Alexander quintus — nomine primus seditque annos 15. *ibid.* 13. A. D 112.
14. A. D. 113. tres civitates Galaciae terrae motu corruerunt. *ibid.*
15. A. D. 114. Iherosolimae quartus episcopus — per annos fere 106. *ibid.*
16. A. D. 115. Traianus Armeniam et Syriam et Mesopotamiam fecit provincias. *ibid.* 17. A. D. 116.
18. A. D. 117. Salaminam Cypri urbem subverterunt Iudaei. *ibid.*
19. A. D. 118. Traianus profluvio ventris moritur. — apud Iherapolim sacerdotium gerens. *ibid.*
A. d. i. 119, Urbis conditae 870. Helius Adrianus, — Alexandriam publicis restauravit impensis. *ibid.*
2. A. D. 120. senatus inter deos refert Traianum. *ibid.*
3. A. D. 121. Alexander papa passus est. — sub Adriano 8. Id. April. *ibid.*
4. A. D. 122. Iustus Alexandriae quintus ordinatur episcopus. *ibid.* 5—7. A. D. 123—125.
8. A. D. 126. Saturnides et alii duo haeresin condiderunt. *ibid.* 9. A. D. 127.
10. A. D. 128. Quadratus apostolorum discipulus — de fide composuerunt. *ibid.* 11. A. D. 129.
12. A. D. 130. Thelesphorus papa 7. — Antiochiae quartus episcopus Cornelius ordinatur. *ibid.*
13. A. D. 131. Nicopolis et Caesarea terrae motu corruerunt. *ibid.*
14. A. D. 132. Eumenes Alexandriae 6. ordinatur episcopus seditque annos 13. *ibid.* 15—18. A. D. 133—136.
19. A. D. 137. Iherosolima ab Helio Adriano restaurata et ab eius nomine Helia vocata est. *ibid.* 20. A. D. 138.
21. A. D. 139. Adrianus morbo subcutaneo moritur. — Hebraeo transtulit in Graecum. *ibid.*
A. d. i. 140, Urbis conditae 891. Antonius filius Baionius, — Hic clerum constituit et gradus distribuit. *ibid.*
2. A. D. 141. Valentinus et Cerdo ecclesiam impugnant haeresi. *ibid.*
3. A. D. 142. idem haeresiarchae Romam venerunt. *ibid.*
4. A. D. 143. Iustinus philosophus librum — christianos fecit. *ibid.*
5. A. D. 144. Pius papa 9. sedit annos 15, migravitque 5. Idus Iulii. *ibid.*
6. A. D. 145. Antiochiae quintus constituitur episcopus Heros. *ibid.*
7. A. D. 146. Alexandriae septimus ordinatur Marcus, seditque annos 10. *ibid* 8—10. A. D. 147—149.
11. A. D. 150. Apollonius stoicus Calcedonicus claruit. *ibid.* 12. 13. A. D. 151. 152.
14. A. D. 153. Crescens quidam cynicus phylosophus — pro Christo sanguinem fudit. *ibid.*
15. A. D. 154. Antoninus commotus haeresi Crescentis, — scripsit epistolam pro christianis. *ibid.*
16. A. D. 155. Alexandriae Peladion ordinatur 8, qui sedit annos 14. *ibid.* 17—19. A. D. 156—158.
20. A. D. 159. Anicetus papa decimus ordinatur, — sub Marco et Severo 16. Kal. Maii. *ibid.*
21. A. D. 160. Iherosolimae post Marcum — Gaius 23. *ibid.*
22. A. D. 161. Antonius obiit apud Dorium villam suam. *ibid.*
A. d. i. 162, ab Urbe condita 913. Marcus Aurelius — multaque alia decreta sunt. *ibid.*
2. A. D. 163. Lucio caesari Athenis — ferri visus est. *ibid.*
3. A. D. 164. Fronto orator — Latinis litteris erudivit. *ibid.*
4. A. D. 165. Seleucia urbs Assyriae cum 300 milibus hominum a Romanis capta est. *ibid.* 5. A. D. 166.
6. A. D. 167. orta persecutione quarta — alii multi passi sunt. *ibid.* 7. A. D. 168.
8. A. D. 169. Soiher papa 11. ordinatur, — ordinatur episcopus. *ibid.*
9. A. D. 170. Theophylus vir sapiens ordinatur Antiochiae sextus. *ibid.*
10. A. D. 171. Dyonisius Corinthiorum episcopus clarus habetur — sui monimenta reliquit. *ibid.*
11. A. D. 172. Lucius Annius Antonius Severus obiit — regni consortem fecit. *ibid.*
12. A. D 173. Melito Sardensis episcopus — pro christianis dedit. *ibid.* 13—15. A. D. 174—176.
16. A. D. 177. Antyochiae septimus ordinatur Maximus. *ibid.*
17. A. D. 178. Eleutherius papa 12. ordinatur sedensque — quod et impetravit. *ibid.* 18. A. D. 179.
19. A. D. 180. Antoninus in Pannonia moritur. *ibid.*
A. d. i. 181, Urbis vero conditae 932. Lucius Aurelius Commodus Antoninus, — seditque annos 10. *ibid.*
2. A. D. 182. Panthenus et Clemens Alexandriae claruerunt. *ibid.*
4. A. D. 183. Iherosolymis ordinatur — non sunt cognita. *ibid.* 5—7. A. D. 185—187.
8. A. D. 188. Origenes Alexandriae nascitur. *ibid.* 9. A. D. 189.
10. A. D. 190. Serapion Antyochiae ordinatur episcopus 8. 17. Kal. Maii. *ibid.*
11. A. D. 191. Victor papa 14. ordinatur — seditque annos 43. *ibid.* 12. A. D. 192.
13. A. D. 193. Aurelius Commodus omnibus incommodus strangulatur. *ibid.*
A. d. i 194, Urbis conditae 945. Helius Pertinax — decollatus est. *ibid.*
A. d. i. 195, ab Urbe condita 946. Severus Septimius — Pertinacem appellari praecepit. *ibid.*

2. A. D. 196. Clemens Alexandrinus — disertissimi adhuc floruerunt. *Ekkeh.*

3. A. D. 197. quaestione orta in Asia — qui cum Iudaeis celebrant. *ibid.* 4. 5. A. D. 198. 199.

6. A. D. 200. Severus Parthos et Arabas superat. *ibid.* 7. 8. A. D. 201. 202.

9. A. D. 203. Zepherinus papa 14. — migravit 7. Kal. Sept. *ibid.*

10. A. D. 204. persecutio 5. facta est — post Demetrium Alexandriae praelatus est. *ibid.*

11. A. D. 205. Alexander ob confessionem Christi clarus habetur. *ibid.* 12. A. D. 206.

13. A. D. 207. Perpetua et Felicitas bestiis deputantur Cartagini. *ibid.* 14. A. D. 208.

15. A. D. 209. Severus bellum in Brittannos transfert. *ibid.*

16. A. D. 210. Tertullianus omnium ore celebratur. *ibid.*

17. A. D. 211. Origenes Alexandriae studet. *ibid.*

18. A. D. 212. Severus Eburaci moritur in Brittannia. *ibid.*

A. d. i. 213, ab Urbe condita 964. Marcus Antoninus Bassianus Caracalla — Romae relatum est. *ibid.*

2. A. D. 214. Alexander episcopus Capadociae — ecclesiam strenue rexit. *ibid.* 3—6. A. D. 215—218.

7. A. D. 219. editio, quam nominamus quintam, Iherosolimis est inventa. *ibid.*

A. d. i. 220, ab Urbe condita 971. Opilius Macrinus, — Phyletus episcopus decimus. *ibid.*

A. d. i. 221, Urbis vero conditae 972. Marcus Aurelius Antoninus Verus, — Alexandro imperatore 2. Idus Octob. *ibid.*

2. A. D. 222. Ypolitus episcopus — componendi occasionem dedit. *ibid.*

3. A. D. 223. Nycopolis, quae prius Emmaus — Affricano temporum scriptore. *ibid.*

4. A. D. 224. Aurelius tumultu militari occiditur. *ibid.*

A. d. i. 225, a conditione Urbis 976. Aurelius Severus Alexander — alterno convivio reponerentur. *ibid.*

2. A. D. 226. Urbanus Papa 16. — sub Alexandro 8. Kal. Iun. *ibid.* 3—6. A. D. 227—230.

7. A. D. 231. Antyochiae constituitur Zebennus Episcopus 11. *ibid.* 8. 9. A. D. 232. 233.

10. A. D. 234. Pontianus Papa 17. — Heraclas Alexandriae ordinatur 12. *ibid.*

11. A. D. 235. Origenes de Alexandria in Palestinae Caesaream transit. *ibid.* 12. A. D. 236.

13. A. D. 237. Alexander Mogontiae occiditur. *ibid.*

A. d. i. 238, Urbis conditae 989. Iulius Maximinus — post unum interiere. *ibid.*

2. A. D. 239. Maximinus persecutionem sextam — ipse passus est 3. Non. Ian. *ibid.*

3. A. D. 240. Fabianus papa 19 — Antyochiae Babillas ordinatur 12. *ibid.*

A. d. i. 241, ab Urbe condita 992. Gordianus nepos Gordiani — imperii sexto. *ibid.*

2. A. D. 242. Origines in Caesarea Palaestinae — divina imbuit sapientia. *ibid.* 3. 4. A. D. 243. 244.

5. A. D. 245. Gordianus bellum Parthis intulit. *ibid.*

6. A. D. 246. Gordianus a Philippo interficitur. *ibid.*

A. d. i. 247, Urbis conditae 998. Marcus Iulius Philippus — consortem regni fecit. *ibid.* 2. A. D. 248.

3. A. D. 249. Alexandriae Dyonisius ordinatur episcopus 13. — celebratus est Romae. *ibid.* 4. 5. A. D. 250. 251.

6. A. D. 252. Philippus senior Veronae, iunior occiditur Romae. *ibid.* 7. A. D. 253.

A. d. i. 254, ab Urbe condita 1005. Decius in Pannonia inferiori — Fabianus 14. constituitur. *ibid.*

2. A. D. 255. Cornelius papa 20. passus est 18. Kal. Octob. cui Sixtus succedens papa 21. sedit menses 10. *ibid.*

3. A. D. 256. Sixtus papa passus est — sedit annis 2, menses 5. *ibid.*

A. d. i. 257, ab Urbe condita 1008. Virius Gallus Hostilius — Demetrianus episcopus 14. *ibid.*

2. A. D. 258. Gallus et Volusianus occiduntur. — et parochias divisit. *ibid.*

A. d. i. 259, Urbis conditae 1010. Licinius Valerianus — patiturque 4. Non. August. *ibid.* 2. 3. A. D 260. 261.

4. A. D. 262. Sixtus papa 25. — martyrio coronatur 18. Kal. Octob. *ibid.*

5. A. D. 263. Theodorus cognomento Gregorius, — locus sufficeret, movit. *ibid.* 6. A. D. 264.

7. A. D. 265. Valerianus a Sapore rege capitur. — Paulus Samosatenus. *ibid.*

8. A. D. 266. Gallienus casu patris perterritus pacem christianis dat. Olimpiades 261. *ibid.* 8—10. A. D. 267—269.

11. A. D. 270. Iherosolimorum episcopus Ismenius ordinatur. — episcopus 14. Maximus. *ibid.*

12. A. D. 271. Antiochiae ordinatur Domnus episcopus 16. *ibid.* 13. A. D. 272.

14. A. D. 273. Dyonisius papa 16. — Galienus Mediolano interficitur. *ibid.*

A. d. i. 274, Urbis vero conditae 1025. Claudius, quem multi — Aquileiae occisus est. *ibid.*

1. A. D. 275. Paulus Samosathenus Antyochiae episcopus — Antiochiae subrogatur Domnus episcopus. *ibid.*

A. d. i. 276, a condita Urbe 1027. Aurelianus patre Medioci, — Heracleam a militibus occisus est. *ibid.*

2. A. D. 277. Antiochiae Timaeus ordinatur episcopus 17. *ibid.* 3. A. D. 278.

4. A. D. 279. Eusebius Laodicenus episcopus insignis habetur. *ibid.*

5. A. D. 280. Aurelianus occiditur.

A. d. i. 281, ab Urbe condita 1032. Tacitus ab Augusto 30. — sanguine interiit effuso. *ibid.*

A. d. i. 282, Urbis conditae 1032. Probus ab Augusto — supra memorias martyrum. *ibid.*

2. A. D. 283. Manes quidam genere Perses — Manichaeorum haeresis orta est. *ibid.* 3. A. D. 284.

4. A. D. 285. Cyrillus 18. Antyochiae ordinatur episcopus. *ibid.* 5. A. D. 286.

6. A. D. 287. Luticianus papa 28. — Graecis habetur a multis. *ibid.*

A. d. i. 288, Urbis conditae 1039. Carus Narbone in Gallia — cuius uxorem dicitur polluisse. *ibid.*

2. A. D. 289. Carus fulmine periit. Filii eius occisi sunt. *ibid.*

A. d. i. 290, ab Urbe vero condita 1041. Diocletianus 33. ab Augusto — in Gallia tumultum fecerunt. *ibid.*

2. A. D. 291. Dyocletianus Maximianum Herculeum caesarem fecit. *ibid.*

3. A. D. 292. Carausius sumpta purpura Brittanniam occupavit. *ibid.*

4. A. D. 293. Quinquegentiani Affricam infestaverunt. *ibid.*

5. A. D. 294. Achyllaeus occupavit Egyptum. *ibid.*

6. A. D. 295. Dyocletianus Maximianum Herculeum — Maximianum caesarea constituit. *ibid.* 7. 8. A. D. 296. 297.

9. A. D. 298. primus Dyocletianus venerari et adorari se ut Deum iubet. *ibid.* 10. 11. A. D. 299. 300.

12. A. D. 301. Zabda Iherosolimis ordinatur episcopus. *ibid.*

13. A. D. 302. Victurius magister militiae christianos — in nostros crescente. *ibid.*

14. A. D. 303. Marcellinus papa 30. ordinatur, sedit annis 4 patiturque 6. Kal. Mai. *ibid.*

15. A. D. 304. Iherosolimis praeficitur Thermon episcopus. Antiochiae Tyrannus ordinatur 18. *ibid.*

16. A. D. 305. Petrus Alexandriae ordinatur episcopus 16. *ibid.*

17. A. D. 306. Marcellus papa 31. ordinatur, sedit anno et menses 8, passusque est. *Ekkeh.*

18. A. D. 307. publicata undique persecutione — post Neronem persecutione affligit. *ibid.*

19. A. D. 308. Dyocletianus et Maximinianus — decessitque 4. Idus Dec. *ibid.* 20. A. D. 309.

A. d. i. 310, ab Urbe condita 1061. cum Dyocletianus — dedit anno vitae suae 60. *ibid.*

A. d. i. 311, Urbis conditae 1062: Constantinus ex obscuriori matrimonio, — christianas fecit basilicas multas. *Ekkeh.* — Testamentum quod statuit Constantinus — illic habeat potestatem. — Igitur Constantinus propriam volens — patria conquassantibus simulachra. *Hist. Misc.* — Eiusdem principis tempore — palam est dampnatum. *Ekkeh.* — Interea Constantinus re publica — Augustus appellatur. *Ekkeh.*

2. A. D. 312. Maximianus apud Massiliam turpiter occiditur. *ibid.*

3. A. D. 313. Quirinus Suscianus episcopus gloriose passus est. *ibid.*

4. A. D. 314. Sylvester papa 34. ordinatur, — migravit 2. Kal. Ianuarii. *ibid.*

5. A. D. 315. Constantinus Maxentio bellum infert. *ibid.*

6. A. D. 316. Petrus Alexandrinus episcopus martyrizatur. *ibid.*

7. A. D. 317. Achyllas Alexandriae episcopus — Maxentius interiit. *ibid.* 8. A. D. 318.

9. A. D. 319. Dyocletianus moritur. *ibid.*

10. A. D. 320. Licinius persecutionem movet in christianos. *ibid.* 11. 12. A. D. 321. 322.

13. A. D. 323. Licinids occiditur. Alexander ordinatur Alexandriae episcopus 18. *ibid.* 14—16. A. D. 324—326.

17. A. D. 327. concilium 300 episcoporum in Nicaea congregatur. *ibid.* 18. A. D. 328.

19. A. D. 329. crux Domini ab Helena invenitur. *ibid.*

20. A. D. 330. beata Helena papam Silvestrum adiit, — reliquiis deferendas tradidit. *ibid.*

Huc usque hystorias scribit Eusebius. Ex hinc Iheronimus. *ibid.*

21. A. D. 331. Anthyochiae ordinatur Vitalis episcopus 20. — surcesserunt haeretici episcopi numero 11. *ibid.*

22. A. D. 332. sanctus Agricius Treverim veniens, — ecclesie Treverensis ut esset, instituit. *ibid.*

23. A. D. 333. Iuvencus presbyter Hispanus euangelia versibus composuit. *ibid.*

24. A. D. 334. Athanasius Alexandriae ordinatur episcopus. *ibid.* 25—27. A. D. 335—337.

28. A. D. 338. Marcus papa 35. sedit menses 8. *ibid.*

29. A. D. 339. Iulius papa 36. sedit annis 16, obiit 2. Idus Aprilis. *ibid.*

30. A. D. 340. Constantinus imperator, — Constantinopoli iuxta Nychomediam moritur. *ibid.*

A. d. i. 341, Urbis autem conditae 1092. Constantius filius Constantini — de discrimine liberata est. *ibid.* 2. A. D. 342.

3. A. D. 343. Constantinus fratri bellum inferens apud Aquileiam occiditur. *ibid.* 4. A. D. 344.

5. A. D. 345. Maximinus Trevirorum episcopus clarus habetur. *ibid.* 6—8. A. D. 346—348

9. A. D. 349. Athanasius episcopus ad Constantis litteras regressus est Alexandriam. *ibid.* 10—12. A. D. 350—352.

13. A. D. 353. Constans haut longe ab Hispania interficitur anno aetatis 30. *ibid.*

14. A. D. 354. Gallus Constantii patruelis caesar factus est. *ibid.*

Ekkeh. 27. A. D. 964. Otto imperator natale Domini Rome moratur, ubi et filius eius Otto secundus coronatur. Hic iacta sunt fundamenta basilicae[a] sancti Pantaleonis[17], ubi sanctus Maurinus inventus[b] multis claruit miraculis. Primus[c] abbas ipsius loci Christianus factus est.

Ex Vita Brunon. cap. 43. 28. A. D. 965. sancte memorie Bruno dux et archiepiscopus ad compescendas seditiones in occidentalis regni partibus exortas et pacem componendam inter primores[d] Compendiam[e] adiit[f], ubi gravi infirmitate detentus, Remis civitatem defertur, ibique dispositis[g] et ordinatis episcopii sui rebus, migravit ad Dominum. Quando autem vel qualiter Francis rebellantibus bellum intulerit[h], Parisius urbem[i] obsidens irruperit et spoliaverit, ducem Lotharingiae ceperit, et in se ipsum ducatum et omnes successores suos, ut sint duces et archiepiscopi, annuente fratre imperatore[k], retorserit, pontem super Renum et Divitense[l] castrum propter rebelles effregerit[m], et alia miranda in construendis et ornandis[n] monasteriis et sanctorum corporibus undecumque transferendis, quia in[o] gestis de ipso specialiter conscriptis[18] continentur, hic non duximus ponenda.

Vita Brunon. cap. 48. Corpus[p] a Remis[q] Coloniam reportatum in monasterio beati Pantaleonis, quod ipse inchoavit et[r] perficiendum ordinavit, humatum est. Sedit in episcopatu annis 12, cui successit Folcmarus.

29.[s] A. D. 966.

Ekkeh. 30. A. D. 967. Otto imperator de Italia rediit. Wilhelmus filius eius Mogontiae archiepiscopus obiit.

Ekkeh. 32. A. D. 969. Mathildis mater imperatoris obiit. Archiepiscopatus Metburgensis fundatur ab imperatore Ottone.

Ekkeh. Iohanni pape succedit Benedictus VI. Qui postea a Romanis criminatus in castello sancti Angeli mancipatus, ibidem strangulatur. Sed eo adhuc vivente Bonefacius quidam papa ordinatus post unum mensem expulsus Constantinopolim petiit, et successit Benedictus VII.

Folcmarus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui bone memorie Gero successit.

Ekkeh. 34. A. D. 971. signum quoddam in celo ignei coloris apparuit.

37. A. D. 974. Otto imperator anno regni sui 38, imperii autem 13. obiit, cuius corpus cum magnis lugencium exequiis a filio, rege iam facto, translatum est in civitatem Magatburg, quam ipse construxit.

Ipso anno sanctus Udelricus episcopus defunctus est.

Anni Ottonis II.

Ekkeh. A. d. i. 975, ab U. c. 1726. Otto secundus, magni Ottonis filius, 82. loco ab Augusto regnare cepit, et annis novem regnavit, secundum alios 10. Huic pater adhuc vivens filiam Iohannis Grecorum imperatoris Theophanu nomine in coniugium sociaverat, simulque cum ipso nupcias eius Papie celebraverat, a qua filium nomine suo insignem filiamque vocabulo Mathilt procreaverat. Hic Romam profectus coram tocius regni principum frequentia ab apostolico Leone cum Theophanu uxore imperiali benedictione coronatur. Suscepti itaque imperii strennuissime disponens moderamina, Lotharium regem secedere cogit a Gallia, rem publicam undique augens et ordinans. Defuncto post haec Iohanne imperatore Grecorum, patre Theophanu, alioque rege in loco eius substituto, cum sibi de Calabria uxoris sue hereditate consuetum denegaretur tributum, affirmantibus Grecis Calabriam non Theophanu imperatricis, sed hereditatem et dotem esse sancte crucis, quam Helena regina Ierosolimis inventam, partem ibidem reliquit, partem Constantinopolim invexit. Unde idem imperator ira commotus cum exercitu, quem habebat in praesenti numero pauciorem, Calabriam ingreditur et Grecis bellum indicit. Quod audiens novus rex, congregata multitudine suorum, Sarracenorum etiam plurimum exercitum auro argentoque paciscitur in auxilium, et contra exercitum imperatoris dirigit. Qui mox imperatoris exercitum explorantes pauci contra ipsum ad prelium proficiscuntur; reliqui omnes per loca insidiis oportuna circumquaque disponuntur. Pugna conseritur, omnes pariter Sarraceni prosternuntur. Insidie undique consurgunt, bellum ingravatur, exercitus imperatoris sagittis Grecorum valde sauciatur. Iamque diutissimo prelio protracto, plurimis occisis, Romani imperii strennuissimi defensores Buccho, Ekehart, Udo ibidem interficiuntur. Imperator vero confertissimas hostium acies inpetu interrumpens, et utrimque viam gladio secans, lancea, lorica ceterisque omnibus, que oneri essent, iactis in mare, equo etiam, cui insederat, deficiente, fluctibus maris tota innatat nocte. Mane vero a piscatoribus captus, et, quis esset interrogatus, occisi imperatoris armigerum se esse respondit. Quod quidam Romani, qui periculum mortis evaserant, audientes, pro servo dominum

a) basilicae *om.* 2. b) inventus est qui (q) multis *etc.* 2. c) Primus — est *in margine cod.* d) primates 2. e) Comprendium, *manu* 2 *corr.* Compendium 2. f) *manu* 2 *superscr.* venit *cod.* 2. *(deest* adiit *in cod.* 2.*)* g) depositis 2. h) intulerit bellum 2. i) urbem *deest* 2. k) imperatore *deest* 2. l) Duutiſe 2; Duuraſe 1. m) effregerit propter rebelles 2. n) ordinandis 2. o) in antiquioribus crhonicis non invenimus preterendum esse censemus. Corpus venerabile Coloniam reportatum . . . 2; *haec erasa sunt in* 1 *et posteriore manu superscripta legimus talia:* gestis de ipso — reportatum *ut extat in exemplari impresso.* p) Corpus venerabile 2. q) a Remis *om.* 2. r) vit et *e corr. cod.* et *om.* 2. s) Anno Domini 966. XXX. Anno Domini 967. Otto imperator 2; Folcmarus XXIX. Anno Domini 966. XXX. Anno Domini 967. Otto imperator *cod.* 1.

17) Monast. S. Pantaleonis a Brunone archiepiscopo constructum est; cfr. Vitam eius cap. 48. et infra Chronicon nostrum a. 965.

18) scilic. in Vita eius a Ruotgero clerico conscripta et Scriptorum Tom. IV, 252 sqq. edita.

precio redimunt, Romam mesti letique redeunt. Infirmatus autem eodem labore atque dolore 10. imperii sui anno ibidem defunctus et in porticu sancti Petri est honorifice sepultus.

Benedictus VII papa obiit, cui successit Iohannes XIV, prius Papie episcopus. Quem Bonifacius septimus de Constantinopoli, quo prius fugerat, reversus, in castello sancti Angeli religavit[a], et fame venenoque, ut perhibent, interemit, et in eius loco ordinatus, mensibus 11 subita morte preventus interiit. Qui a suis confossus et turpiter pedibus tractus, tandem clericis miserantibus sepultus est. Cui successit Iohannes XV.

2. A. D. 976. domnus Gero Coloniensis antistes, constructor Gladebacensis cenobii, defungitur et succedit in episcopatum domnus Warinus annis 10. Oct. 24.

6. A. D. 980. dedicatur ecclesia beati Pantaleonis 9. Kal. Novembris a venerabili Warino archiepiscopo.

9. A. D. 983. Otto II imperator apud Calabriam occiso exercitu a Grecis de navi exiliens natando fugit. Ekkeh.

10. A. D. 984. Otto imperator Rome moritur 6. Idus Decembris, et ibi sepelitur, relinquens regnum filio Ottoni III. Ekkeh.

Anni Ottonis III.

A. d. i. 985, U. v. c. 1736. Otto tertius filius Ottonis secundi, admodum puer, cum matre Theophanu imperatrice 83. loco ab Augusto Romanum imperium suscepit et per annos 17 strennue administravit. Ipso anno obiit domnus Warinus Coloniensis archiepiscopus, cui successit Evergerus annis 16. Ekkeh.

4. A. D. 988. fames magna. Ekkeh.

5. A. D. 989. Iohanni papae successit Gregorius V, qui et Bruno, filius Ottonis I imperatoris.

7. A. D. 991. domna[b] Theophanu imperatrix mater imperatoris obiit, et in basilica sancti Pantaleonis Coloniae sepelitur, quam dum advixit[c] summo honore coluit et rebus propriis munificenter cumulavit.

8. A. D. 992. Gregorius papa obiit, cui successit Gerbertus Ravenne episcopus et dictus est Silvester secundus. Scandit[d] ab R (Remis) Gerbertus ad R (Ravennam), nunc papa viget R (Romae).

Hic seculari litterature et precipue astrologie deditus et ob hoc curioso imperatori Ottoni amatus fuit. Hunc, appropinquante die mortis sue, simulachrum ab eo, quando moreretur, consultum, hoc modo fefellit: *Dum Ierusalem*, inquiens, *missam celebraveris.* Est autem Rome ecclesia Iherusalem nuncupata. Ubi dum apostolica statio media ferme quadragesima facta fuisset, peractis missarum sollempniis, dum valde egrotaret, iterum consulens: *Ecce*, inquit, *morior, Iherusalem non vidi, quare me fefellisti?* Qui cum responsum accepisset, quia Ierusalem cantaverit, acta congrua penitentia de supersticione sua, non multo post catholice obiit, cui etiam Iohannes XVI successit.

10. A. D. 994. sanctus Albertus Prachorum episcopus cum genti Pruzorum verbum vite predicaret a paganis septies perfossus et capite truncatus, tribus diebus ab aquila custoditus est, et primo apud Polanos tumulatus, sed postea a Bulezlao duce ad sedem suam Pracham urbem summo cum honore est relatus.

13. A. D. 997. Cunradus dux obiit. Ekkeh.

Iohanni pape succedit Iohannes VII qui et Fassanus.

16. A. D. 1000.[e] domnus Evergerus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui succedit[f] sanctus Heribertus.

17. A. D. 1001. Otto imperator expeditionem iam tercio movens in Ytaliam — clarus virtutibus enitebat.

Ipso[g] anno sancte memorie Christianus abbas primus cenobii sancti Pantaleonis migravit ad Dominum, cui successit domnus Reginbertus.

Anni Heinrici II.

A. d. i. 1002, ab U. c. c. 1753. Heinricus secundus — demonstravit. Ekk. a. 1002.

Iohanne papa mortuo succedit Sergius IV, quo defuncto succedit Benedictus VIII.

2. A. D. 1003. Heinricus rex Italiam, Boemiam, Bolizlaum ducem cum omni Sclavorum gente subiugavit. Ekkeh.

3. A. D. 1004. fames magna facta est. Ekkeh.

5. A. D. 1007. episcopium Bavenberg a rege Heinrico constituitur. Ekk. a. 1006.

7. A. D. 1008. Bruno episcopus ex monacho a Prucis multis suppliciis afflictus et manibus pedibusque abscisis, postremo capite plexus, celos peciit. Ekkeh.

10. A. D. 1011.[h] Cum Ezzelinus palatinus comes adversaretur regi, et per continuos decem annos eiusdem comitis magnanimitate, sive confirmata ad eius senteciam sacramentis publica fide, ab universis Lotharingiis omnis regius honor eidem regi abdicaretur, rex consultius arbitratus, virum egregium beneficiis placare, quam molestiis ullis infestare, amicitiam eius exposcit, insulam quae est in Reno sancti Suitberti cum omnibus suis appendiciis, Duisburg etiam atque[i] Salaveld[k], non modica regni sibi subsid suisque liberis perpetua hereditate possidenda largitur. Duxerat hic comes uxorem nomine Mathildam[l], filiam[m] Theophanu et sororem Ottonis III imperatoris, ex qua nati sunt tres filii et septem filie, Herimannus postea Coloniensis archiepiscopus, Liudolfus[n] et Otto, Richiza, Adelheit, Teophanu[o], Heilewich[p], Mathilt, Ida et Sophya[q]; quarum Rychizam[r] Misecho[s] rex Poloniorum duxit uxorem, Adelheidis[t] in Nivella, Theophanu in Essinde, Heilewich[u] in Nusia, Mathilt in Didikircha atque Wilica, Ida in monasterio sancte Marie[v] Colonie, Sophya[w] similiter[x] in monasterio sancte Marie[y] Mogontie atque Gandersheim sanctimonialibus feminis sunt praelate loco regiminis. Constructio Brunwilar.

12. A. D. 1013. Heinricus Rome imperiali benedictione coronatur a Benedicto papa. Ekkeh.

13. A. D. 1014. Ernest dux in venatu occiditur. Ekkeh.

14. A. D. 1015. domnus Reginbertus abbas obiit, cui Kylianus[z] successit.

18. A. D. 1019. Helyas abbas efficitur.

a) *ita e corr. cod. vocabulo* sancti *eraso.* b) Domina *deest* 2. c) vixit 2. d) *versus in margine cod. legitur.* e) Domini (d') millesimo 1. f) successit 2. g) Ipso — Reginbertus *in margine cod.* h) *deest annus in cod.* 2. i) etiam atque *om.* 2. k) Salavelt 2. l) Methildam 2. m) filiam *deest* 2. n) Ludolfus 2. o) Theophanu 2. p) Helewich 2. q) Sophia 2. r) Richizam 2. s) Miseco 2. t) Adelhedis 2. u) Helewich 2. v) sancte Marie *desunt* 2. w) Sophia 2. x) similiter *om.* 2. y) in monasterio Mogontie sancte Marie 2. z) Kilianus 2.

Ekkeh. 19. A. D. 1020. terre motus magnus factus est.

Ekkeh. Ipso anno sanctus Heribertus, constructor Tuiciensis cenobii, obiit, cui successit Pilegrimus Coloniensis, sedis[a] $31^{us}$.

Ekkeh. 20. A. D. 1021. Heinricus imperator novam Troiam deditione cepit et mortalitas magna in exercitu facta est.

Ekkeh. 22. A. D. 1023. Heinricus imperator secundus anno regni sui 12, imperii 11, vitae autem 52.[b] defunctus est et sepultus Bavinberg in monasterio sancti Petri.[c]

Anni Cunradi II.

Ekkeh. A. d. i. 1024. Cunradus II ex regni primoribus unus, sed regno ante per rebellionem adversus, 85. loco ab Augusto regnum suscepit, et 15 annis regnavit. Cuius primo anno dissensio magna contra eum in regno tumultuatur, sed divinitus cito sedatur. [d]Sublimatus autem — ad meliora provexit. Benedictus papa obiit, cui Iohannes XVIII succedit prioris papae frater, ex laico papa ordinatus.

Ekkeh. 2. A. D. 1025. Heinricus, Cunradi regis filius, rex efficitur. Cunradus vero Romam — benedictione coronatur.

Ekkeh. 4. A. D. 1027. Bruno Augustensis episcopus, frater Heinrici defuncti imperatoris, — inter se conflituunt.

Ekkeh. 5. A. D. 1028. Ernest dux Alamanniae et Welpho comes Cunrado imperatori ad deditionem veniunt.

Ekkeh A. D. 1030. Cunradus imperator Stephanum Pannonie regem — Wernerus comes cum aliis multis occiduntur.

Ekkeh. 7. A. D. 1031. Stephanus rex per legatos cum imperatore pacificatur.

Ekkeh. 8. A. D. 1032. Rudolphus rex Burgundiae moriens, dyadema suum Cunrado imperatori misit. Romae Iohanni pape succedit Benedictus VIIII, qui et Teophilactus, moribus tanto ordini indignus, occupans sedem annis 12. Quo expulso Romani quendam Silvestrum pro eo constituunt, quem ipse postea excommunicavit et depulit, et sedi suae redditus, se ipsum privavit, aliumque pro se ob avariciam contra canones ordinavit. Quem Romani[e] sacra sede privaverunt et Gracianum papam ordinaverunt.

Ekkeh. 9. A. D. 1033. Cunradus imperator in hyeme Burgundiam petit. Eclypsis solis facta est 3. Kal. Iulii hora 6.

Ekkeh. 10. A. D. 1034. imperator Franciam petit contra Udonem. Item Burgundiam vastat.

Ekkeh. 11. A. D. 1035. Wirbina castellum in confinio Saxoniae positum pagani[f] — imperator cum exercitu petit. Sanctus Symeon Grecus Treveris — Heinrici regis primi Saxonici.

Ekkeh. 12. A. D. 1036. Heinrico imperatoris filio Knut regis Danorum filia coniungitur. Liutici tributarii facti sunt imperatori.

Constructio Brunwilarensis c. 16. [g]Eodem tempore Richeza regina facto inter se et regem coniugem suum divorcio, per odium et instigationem cuiusdam[h] sue pelicis, barbaros Sclavorum pertesa ritus, veste mutata venit cum paucis ad imperatorem Cunradum in Saxoniam; a quo honorifice suscipitur, et ubicumque in regno habitare[i] vellet, illi concessit. Que postea defunctis fratribus suis Ottone[k] Swevorum duce et Herimanno Coloniensi archiepiscopo, venit ad Annonem successorem eius, et Salevelt et Coburg beato Petro contulit, eccelsiae etiam sancti Nykolai[l] Brunwillere, Cloteno et alia plurima dona optulit[m], eo quod pater eius Ezelinus et mater Methildis filia Theophanu locum eundem fundassent. Non multo post apud[n] Salevelt ipsa defuncta est, corpusque eius congruo[o] apparatu Colonie delatum et ab archiepiscopo Annone in ecclesia sanctae Mariae, que est ad Gradus, cum honore est humatum.

Ekkeh. 13. A. D. 1037. Cunradus imperator Italiam — fugiensque a quodam milite occiditur.

Ekkeh. 14. A. D. 1038. Cunradus imperator obiit 2. Non. Iunii et sepultus est Spire, relinquens imperium filio suo Heinrico. Eodem anno Cuningunt imperatrix, mater pauperum Christi, — Eclypsis solis facta est.

Ekkeh. A. d. i. 1040, ab U. a. c. 1791. Heinricus III, Cunradi imperatoris filius iam dudum patre — 17 annis regnavit.

Ekkeh. 2. A. D. 1041. Heinricus rex — efficere potuit.

Ekkeh. 3. A. D. 1042. Ungarii quendam Ovonem — ab Alberone marchione deletur.

Domnus Helyas abbas moritur, et successit[p] Aaron.

Ekkeh. 4. A. D. 1043. Heinricus rex Pannoniam — apud Spiram sepelitur.

Ekkeh. 5. A. D. 1044. Heinricus rex Pannoniam rebellantem iterum sibi subiugat et inde reversus synodo Constantiensi — apud Hengelheim copulavit. Pestis pecudum, hyemps dura fuit et nivosa.

Ekkeh. 6. A. D. 1045. Heinricus rex tertio Pannoniam sibi rebellantem subiugans, Ovonem — custodiae mancipatur.

Ekkeh. 7. A. D. 1046. Heinricus rex Italiam ingressus pacifice a Romanis suscipitur, — et Suidegerum Bavenbergensem episcopum, Clementem secundum dictum, papam constituit, qui etiam 9 praefuit mensibus. Porro rex cum Agnete regina ab ipso papa imperiali benedictione coronatus, in sancto dominici natalis die per Apuliam multasque provincias ducens exercitum, cum magno honore revertitur.

Ekkeh. 8. A. D. 1047. Suidegerus papa, qui et Clemens, nono promotionis suae mense in Romanis partibus obiens, ad episcopium suum Bavenberg reportatus tumulatur, cui successit Poppo Aquileiensis patriarcha, secundum quosdam Brixiensis episcopus, et Damasus II vocatur.

Ekkeh. 9. A. D. 1048. Poppo papa, qui et Damasus, obiit, necdum completo anno, ex quo constitutus est; pro quo Bruno successit, prius Tullensium episcopus, et Leo nonus est dictus. Heinricus IV nascitur. Otto dux Suevorum obiit, pro quo Otto de Suinvorte successit.

Ekkeh. 10. A. D. 1049. Heinricus imperator — revertitur.

Ann. Brunw. Leo papa festum sancti Petri cum Heinrico imperatore Coloniae celebravit, presidente domno Herimanno[q] archiepiscopo.

Ekkeh. Synodus Mogontie habetur, cui interfuerunt[r] Leo apostolicus et Heinricus imperator.

Ekkeh. 11. A. D. 1050. Ungarii — afflixit et cum summa pace rediit.

Ekkeh. 12. A. D. 1051. imperator Heinricus iterum Pannoniam adiens, — licet inacte, rediit.

Ekkeh. 13. A. D. 1052. imperator iterum Pannoniam petit et inacte redit, ducens[s] secum[t] Leonem apostolicae sedis presulem. Inde simul tendentes in partes Reno contiguas, proximum natale Domini Wormacie celebrant. Domnus Aaron abbas obiit, qui cantum nocturnalem de beato Gregorio, a domno apostolico Leone

a) sedis $31^{us}$. 1. 2; *numerus* $XXXI^{us}$ *postea additus videtur in* 1. b) anno — $LII^{o}$ *addit cod.* 1. c) et — sancti Petri *addit* 1. d) Sublimatus — ad meliora provexit *desunt in* 2*. e) roma *corr.* romani *cod.* 1. f) paganis *corr.* pagani *cod.* 1. g) *verba:* Eodem tempore — cum honore est humatum *desunt* 2*. h) cuiusdam *deest* 2. i) ubicumque habitare in regno vellet 2. k) Suevorum 2. l) Nicholai 2. Brunwillere 2. m) contulit 2. n) in Salevelt 2. o) congruo honore et apparatu 2. p) succedit 2. q) Herimano 2. r) Brun *habet* A. s) ducē *cod.* 1. t) Brunonem *habent* A *et Ekkeh.*

**compositum, has in partes ipso tradente ab Italia primus attulit; cui Hemericus successit.**

14. A. D. 1053. domnus apostolicus Leo de Gallia Romam rediens, multis cum — episcopatum tenuit. Ekkeh.

15. A. D. 1054. sanctus Leo papa gloriose vitam finivit tertio decimo Kal. Mai et magnifice in ęcclesia sancti Petri Rome iuxta beatum Gregorium sepultus miraculis claruit. Successit autem in ępiscopatum Victor secundus, qui antea Gevehardus dictus, Eistensis erat ępiscopus. Fames magna. Cuno — Baldevinus. Heinricus IV filius Heinrici, unctus est in regem Aquisgrani in dedicatione ęcclesiae. Ekkeh.

16. A. D. 1055. domnus Herimannus Coloniensis archiępiscopus[a] decessit et successit Anno secundus. Albertus marchio et Welpho dux Carinthiorum obierunt. Heinricus — exul obiit. Ekkeh.

17. A. D. 1056. Gevehardus Radisponensis — honorifice est humata. Ekkeh.

Anni Heinrici IIII.

A. d. i. 1057, ab U. a. c. 1808. Heinricus quartus, Heinrici imperatoris filius, admodum puer, patri succedens 87. loco ab Augusto regnum accepit, et quinquaginta annis regnavit. Agnes imperatrix — a Romanis pontifex ordinatur, et Stephanus appellatur. Ekkeh.

Hic eodem anno obiit, pro quo Benedictus X antea Iohannes dictus, quorundam Romanorum gratia contra canones promotus, post 7 menses sine consecratione obiit. Deinde dissensione regis et principum et ipsorum Romanorum diversis constitutis vel succedentibus, 1. Nykolao, qui et Gebehardus, secundo Honorio secundo, qui et Chadelo, Alexandro secundo, qui et Anselmus, prius Lucensi ępiscopo, Alexander papa usque ad obitum suum honorifice in sede apostolica permansit, nequaquam de eo regni principibus vel pontificibus dissentientibus.

Huius tempore Hildebrandus postea pontifex archidiaconatus functus est officio Romae. Ekkeh.

Eodem tempore Fridericus — commotionum. Ekkeh.

Eundem namque ducatum Heinricus imperator Bertolfo comiti, qui post Carinthiorum dux effectus est, promiserat, quem post mortem imperatoris eidem Rudolfo causa filiae suae illi coniunctae imperatrix tradidit, quod animum Bertolfi valde commovit. Unde de utroque ulcisci volens, rege scilicet et Rudolfo, omnes contra regem incitavit. Ekkeh.

Conspirat cum eo Otto in Saxonia, deiectus a ducatu Bawariorum. Fiunt motus — nec rusticos latet. Ekkeh.

9. A. D. 1065. sanctus Cuno Trevirorum ępiscopus martyrizatur. Ex Annal. Brunwilar.

10. A. D. 1066. cometa — in matrimonium dedit. **Domnus Hemericus abbas obiit, cui postmodum Humbertus successit.** Ekkeh.

11. A. D. 1067. Heinricus rex Bertham Ottonis cuiusdam Italici et Adelheidae filiam — Triburiae. Ekkeh.

12. A. D. 1068. Heinricus rex adolescentiae usus libertate — succrescere. Ekkeh.

13. A. D. 1069. Agnes imperatrix, mater Heinrici, — vitam in Domino finivit. Ekkeh.

14. A. D. 1070. Teti marchio non sine Saxonie principum consilio regi rebellat. Ekkeh.

15. A. D. 1071. Otto dux Baioariae, amisso ducatu, rebellat regi; cui in ducatum successit Welpho, vir strenuus et bellicosus, natu Suevus. Ekkeh.

16. A. D. 1072. coniurant principes Saxoniae contra regem cum Ottone, quem rex usquequaque persecutus, quam plures munitiones eius vastat et diruit. Ekkeh.

17. A. D. 1073. Saxones Hartesburg munitionem regis cum aliis destruunt, et, quod dictu nefas est, cuiusdam innocentis regis filii ad iniuriam patris sepulchrum violant et ossa dispergunt. Ekkeh.

18. A. D. 1074. beatae memoriae Alexandro papa defuncto, Hildebrandus, qui postea Gregorius septimus dictus est, abbas monasterii sancti Pauli et archidiaconus Romane sedis, successit: sub quo Romana res publica et omnis ęcclesia novis scismatum erroribus periclitari coepit. Hic Heinricum regem crebris nunciis et ępistolis ad synodalia responsa vocavit. Ekkeh.

19. A. D. 1075. Heinricus rex — notatus est. Ekkeh.

20. A. D. 1076. concilium Wormatie habitum est, ubi — abdicarunt. Eodem anno circa 19. Kal. Octobris colloquium — securitatibus multis. Ekkeh.

Ipso tempore defunctus est domnus Anno Coloniensis archiepiscopus, et in cenobio Sigibergensi, quod ipse construxit, sepultus est[b], cui Hildolfus successit. Ekkeh.

21. A. D. 1077. Rudolfus indigena Suevie, que omnino regalis stemmatis est aliena, apud Forcheim in regem elevatur, et apud Mogontiam unguitur. Dein collecto copioso exercitu a Saxonia, Wirziburgenses, regi Heinrico fidem servantes obsedit, sed terrore ipsius circa Kal. Iulii ab Italia reversi, obsidio solvitur. Bertolfus autem de Zaringen, dux quondam Carinthię, pre dolore, quod videbat ex arbitrio regem Heinricum inpune cuncta vastari, frenesi occupatus vitam finit. Ekkeh.

22. A. D. 1078. bellum iuxta Strowi commissum est a Rudolfo contra Heinricum regem 7. Idus Augusti, ubi inter alios Wecel Magedeburgensis episcopus perimitur, Magnus dux despoliatur, Herimannus comes, eiusdem Magni patruus, et Albertus Wormaciensis episcopus comprehensi, ac plurimi de militibus Saxonicis turpiter sunt interempti. Ex parte quoque regis Heinrici Poppo vir mire fortis occubuit. Ekkeh.

23. A. D. 1079. domnus Hildolfus Coloniensis pontifex obiit, cui Sigewinus successit. Iterum bellum — terga verterunt, occiso ibi Meinfrido comite. Ekkeh.

24. A. D. 1080. apud Prixinam Noricam 30 episcoporum magneque partis optimatum regni conventus contra Hildebrandum habetur. Rursus inter Rudolfum et Heinricum geritur bellum iuxta fluvium Ellestram, in quo — firmavit: *Ecce ego iam regnum cum vita desero, videte, qui me solium ascendere fecistis, ut recta via me, vestra monita sequentem, duxissetis.* Hoc etiam praelio ex parte regis Heinrici Rabodo comes regi satis fidus interiit. Ekkeh.

25. A. D. 1081. rex Heinricus Italiam — in vigiliis paschae crematur. Monasterium sancti Martini Mogontiae exustum et tria monasteria prope posita, et pene omnis civitas exusta est. Heinricus iunior nascitur. Ekkeh.

26. A. D. 1082. Herimannus quidam vir prepotens ac nobilis ex Germania a Saxonibus et Alemannis rex constitutus, tam suis, quam alienis cepit in brevi despectus haberi. **Domnus Humbertus abbas obiit et successit Herimannus.** Ekkeh.

27. A. D. 1083. Herimannus cum paucis orientalem Franciam hostiliter invasit. Roma capitur ab Heinrico rege 4. Non. Iunii feria 6. ebdomadis pentecostes. Hildebrandus autem papa occulte fugiens, Salernam secessit, ibi usque ad diem mortis suae permansit. Pestilencia magna fit. Ekkeh.

a) episcopus 2. b) est *om.* 2.

Ekkeh. 28. A. D. 1084. Heinricus rex in locum Hildebrandi Wigbertum Ravennae ępiscopum petentibus Romanis statuit, et dictus est Clemens secundus, a quo ipse rex cum regina Bertha in sancta dominica paschae imperiali benedictione sublimatur. Post hec imperator de Italia digrediens, Augustam civitatem ab Alemannis invasam obsedit et cepit.

Ekkeh. 29. A. D. 1085. Hildebrandus papa, qui et Gregorius septimus, apud Salernam moritur, et ibi sepelitur, pro quo Otto, qui et Urbanus, prius Ostiensis ępiscopus substituitur.

Ekkeh. 30. A. D. 1086. Heinricus imperator Saxoniam vastat. Wirciburg a Saxonibus capta est, et mox ab imperatore adquisita.

Ekkeh. 31. A. D. 1087. Herimannus, falso regis — obsidione interiit.

Ekkeh. 32. A. D. 1088. Bertha imperatrix obiit et Spirae sepulta est. Augusta — destruitur.

33. A. D. 1089. domnus Sigewinus Coloniensis archiępiscopus obiit et successit[a] Herimannus[b] III, cognomento Dives.

Ekkeh. Imperator nuptias — uxorem. Cunradus filius eius senior ungitur in regem Aquisgrani.

Ekkeh. 34. A. D. 1090. imperator Italiam rursus ingreditur ibique fere per septem annos moratur.

35. A. D. 1091. Mathildis de Longobardia imperatori rebellat.

Ekkeh. 36. A. D. 1092. pestilentia magna hominum atque pecudum.

Ekkeh. 37. A. D. 1093. Cunradus — infamatur. Ecclipsis solis facta est 9. Kal. Oct. hora tertia, et draco visus est. Mortalitas magna subsecuta est.

Ekkeh. 38. A. D. 1094. pestilencia facta est.

Ekkeh. 39. A. D. 1095. Lupoldus marchio et Heinricus palatinus comes obierunt.

Ekkeh. 40. A. D. 1096. expedicio prima Iherosolimitana sub Petro monacho et Godefrido duce Lotharingie — Europae.

*Ekk. p. 214. *Praeterea signum visum est in sole, multaque, quae tam in aere, quam — Octobris vidimus. Stellam etiam — victorem existere. Quidam etiam presbyter hora — praescriptos credebant. Quid referam — capitibus exortos fuisse. Qualiter autem terra a gentilibus subacta sit breviter intimabimus.

*Ekk. p. 212. *Tempore Heinrici quarti Romani et Alexii — quasi semper recentibus plagis, ostentare. Igitur terra repromissionis — ingredi permitterent.

*Ekk. p. 213. *Praedictus etiam Alexius — occurrunt vocabula. Quibus omnibus venerandae sanctitatis — Italiam rediit.

De expedicione Iherosolimitana, quae facta est sub Godefredo duce Lotharingie.

Ekk. a. 1096 p. 208. *Igitur in prima expeditione diversis nationibus Petrum quendam monachum sequentes, et Ungariam attingentes, quibusdam seditionibus — capti plurimi morte multati pauci armis et rebus nudati, fugam pro maximo lucro reportabant.

*Ekk. a. 1097 pag. 208. *Interea Godefridus dux Lotharingiae — non modica instructis,

*Ekk. p. 213. *cum fratribus suis Baldewino et Eustacio

*Ekk. p. 208 extr. *iter per — consedit obsidio. Post hec sociatis sibi in ea expeditione Hugone fratre Phylippi regis Galliae,

*Ekk. a. 109 pag. 211. *Reimundo comiti Sancti Egidii, Ruberto comiti Normanniae, Ruberto comiti Flandrensis, cum turmarum copiis, quibus preerant, multa — dispersi erant.

*Ekk. p. 216 init. — 218. *Legimus Iherosolime — linguae peritiam mitigavit.

Ekk. 1099. 33. A. D. 1098. Heinricus imperator natalem — cognovisse, quae tamen turturnina nihilominus praedita fide, secundos ultra detestabatur amplexus, adeo ut post ablatum tantum corpori suo caput, reliquum vitae suae tempus labori consecravit sexagesimi fructus. Legale illud — ac statura procerus.

Ekkeh. 34. A. D. 1099. mortalitas magna facta est. Cunradus Traiectensis ępiscopus quarta feria pasche a negotiatore quodam crudeliter occiditur. Eodem tempore domnus Herimannus Coloniensis archiępiscopus decessit, in cuius locum Fridericus successit. Fames improvisa — Paschalem appellans eum.

35. A. D. 1100. Hierosolima a christianis capitur, Godefrido duce exercitum regente. Udo marchio et alii plures Saxonum barbaros qui dicuntur Liutici invasit, et honorifice triumphavit.

Ekkeh. Wigbertus[c] Ravennensis archiępiscopus — nunquam suscepisse.

Rex Wilhelmus de Anglia sagitta interfectus est in venatione; frater vero eius Heinricus dum vellet in eodem loco pro remedio animae eius monasterium construere, apparuit ei, et duo dracones eum ferentes, dicens sibi nichil prodesse, eo quod suis temporibus omnia destructa essent, quae sui antecessores in honorem Domini construxerant.

Ekkeh. 36. A. D. 1101. Cunradus rex — honorificatus fuisse.

Ekkeh. 37. A. D. 1102. imperator H(einricus), habito — ab ipsius se contineant iniquitate.

Ekkeh. 38. A. D. 1103. Heinricus imperator nativitatem — voto ipso succendit. Kuno, filius Ottonis ducis, de magnis principibus unus, quorundam funestorum hominum conspiratione occiditur. Heinricus marchio, vir sui temporis in Saxonia prepotentissimus, obiit.

Ekkeh. 39. A. D. 1104. Heinricus imperator natale — capite truncatus occubuit.

Ekkeh. Hoc anno circa solsticium aestuale — coniciebatur.

Ekkeh. 40. A. D. 1105. Dum imperator H(einricus) natale — circumquaque diffamavit.

Anni Heinrici V.

A. d. inc. 1106. mediante Heinrico iuniore — consultarum animae promisit.

## RECENSIO I.

### Anni Heinrici V.

fol. 112' extr. *fol. 113. Hoc ordine Heinricus illius nominis* quintus primum a patre deinde ab universis Germaniae principibus in regem iam secundo electus, ab apostolicis quoque legatis per manus inpositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam laicis iuxta morem patriae sacramentis, regnare cepit 89. loco ab Augusto, 50. patris sui anno, ab Urbe condita 1807. anno, ab origine mundi 5058, dominicae vero incarnationis, ut dictum est, 1106. anno.

## RECENSIO II ET III.

Hoc ordine Heinricus illius nominis quintus primum a patre, dein[d] ab universis Germaniae principibus in regem iam secundo electus, ab apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam a[e] laicis iuxta morem patriae sacramentis regnare cepit 89. loco ab Augusto, 50. patris sui anno, ab Urbe vero condita 1868. anno, ab origine autem mundi sex milibus 305, dominicae vero incarnationis, ut dictum est, 1106. anno.

a) succedit 2. b) *numerum* III. *om.* 2. c) Sigbertus *cod.* 1. *littera* S *minio post scripta.* d) deinde 2. e) a *deest* 2.

## RECENSIO I.

Delatis igitur coram rege cunctisque totius Germaniae optimatibus et presulibus omnique clero simul et populo legationibus Romanae sedis super ecclesiarum regni istius commaculatione diversa et inveterata, et e contra emendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi quam primoribus ad sanctam matrem Romanam ecclesiam tantos ac tales a partibus istis legatos transmitti, qui et de obiectis rite rationem reddere et de incertis sagaciter investigare ac per omnia utilitatibus ecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiae pleni, dignitatibus natalibus et elegantia seu divitiis precipui, nullaque secundum Deum sive seculum veneratione indigni: a Lotharingia Bruno Treverensis, a Saxonia Henricus Madeburgensis, a Francia Otto Bavenbergensis, a Baioaria Everhardus Haistatensis, ab Alamannia Gevehardus Constantiensis, a Burgundia Curiensis, nonnulli etiam nobiles de latere regis laicae professionis, idque inter cetera suscipiunt in mandatis: ut si fieri possit, domni apostolici presentiam Cisalpinis partibus inpetrent exhiberi. Verum Henricus Magdeburgensis episcopus et Bruno Trevirensis iter suum incaute disponentes, in Trendile intercepti sunt, set non paulo post a captione soluti revertuntur.

Circa quadragesimam novum et tremendum in celo signum apparuit. Nam per continuas tres ebdomadas aut amplius versus occidentem stella oriebatur radium latissimum ad instar solaris lampadis vespere occidentis emittens, et longam celi partem versus orientem hoc splendore illuminabat. Filius imperatoris festum palmarum Coloniae, invitatus ab eiusdem* sedis episcopo, agit. Inde Aquisgrani tendit pascha apud Leodium acturus, ubi pater eius tunc temporis morabatur. Cumque Aquisgrani venisset, quosdam suorum principum premisit observare pontem qui[a] trans Mosam flumen ducit ad oppidum Wegesz. Ibi Henricus dux Lotharingiae filiusque eius Paganus[17] et Godefridus de Namut venientes nilque timentes excipiunt, vulnerant, trucidant, fugant. Denique fugientes in flumine Mosa fere ad 200 equites merguntur. Inter quos periit Herimannus de Bocebach, filio regis acceptus, pluresque ingenui capiuntur. Hec in cena Domini acta sunt[b]. His adversis regis filius turbatus, itinere quo venit redit, pascha Domini in Bunna prepositura celebrat. Imperator sollempnitate pascali apud Leodium celebrata, Coloniam regreditur, urbem vallo et fossis munit

## RECENSIO II.

Delatis igitur coram rege cunctisque totius Germanie optimatibus et presulibus omnique clero simul et populo legationibus Romanae sedis super ecclesiarum regni illius commaculatione diversa et inveterata, et e contra emendatione ab universis unanimiter promissa[d], placuit tam regi quam prioribus ad sanctam matrem Romanam ecclesiam tantos ac tales a partibus istis[e] legatos transmitti, qui et de obiectis rite rationem et de incertis sagaciter investigare, ac per omnia utilitatibus ecclesiasticis sapienter consulere sint ydonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiae pleni, dignitatibus natalibus et elegantia seu divitiis praecipui[f], nullaque secundum Deum sive seculum[g] veneratione indigni: a Lotharingia Bruno Trevirensis, a Saxonia Henricus Madeburgensis, a Francia Otto Bavenbergensis, a Baioaria Everhardus Heistatensis, ab Allemannia Gevehardus Constantiensis, a Burgundia Curiensis[h], nonnulli etiam nobiles de latere regis laice professionis, idque inter cetera suscipiunt in mandatis: ut si fieri possit, domni apostolici praesentiam Cisalpinis partibus impetrent exhiberi. Ekkeh.

Verum Henricus Madeburgensis episcopus et Bruno Trevirensis iter suum incaute disponentes, in Trendile intercepti sunt, sed non paulo post a captore soluti revertuntur[i].

Circa quadragesimam novum et tremendum in celo signum apparuit. Nam per continuas tres ebdomadas[k] aut[l] amplius versus occidentem stella oriebatur, radium latissimum ad instar solaris lampadis vespere occidentis emittens, et longam celi partem versus orientem hoc splendore illuminabat. Febr. 6. [m]Cometa apparuit. Iterum inter Heinricum imperatorem et Heinricum[n] regem[o] filium eius controversia oritur. Qui Heinricus[n] rex festum palmarum Colonie agit, invitatus ab eiusdem sedis archiepiscopo. Mart. 18. Inde Aquisgrani tendit, pascha apud Leodium acturus, ubi tunc pater eius morabatur. *fol. 113'. Cumque Aquisgrani venisset, quosdam suorum principum premisit observare pontem, qui trans Mosam fluvium ducit ad oppidum Wegesz. Mart. 25. Ibi Heinricus dux Lotharingie et Paganus filius eius et Godefridus comes de Namut[p] venientes nilque timentes excipiunt, vulnerant, trucidant, fugant, ubi ad 200 equites dimerguntur[q], et plures ingenui capiuntur. A. Hildesh. a. 1106, lin. 36 sq. Haec in cena Domini facta sunt. Imperator de Leodio Coloniam regreditur[r], urbem vallo et fossis munit. Deinde Burchardus episcopus Monasterii a Coloniensibus apud Nussiam capitur, ad imperatorem ducitur, vinculis conicitur.

cf. Ann. Hildesh. a. 1106.

ibid. p. 110, lin. 44 — 47

Fridericus Halverstatensis sine officio episcopali revertitur. Generale concilium pape* indicitur. Marchio Udo provinciae strenuus defensor, Sclavorum terror, obiit. Burchardus Monasteriensis episcopus, coniurantibus adversus eum ecclesiae ministerialibus, annitente comite Westfaliae Friderico expellitur, capitur, ad imperatorem ducitur, in vincula conicitur

a) que A. b) Hec — sunt *ab eadem manu in marg. addita sunt* A. c) pp *cod.* d) permissa 2*. e) istius 2*. f) praecipiti 2*. g) secundum 2*. h) Curensis 2*. i) *verba* Delatis igitur — soluti revertuntur *ex Ekkehardo et priori Annalium recensione addidit cod.* 2*. k) ebdomadas 2. l) vel amplius 2. m) Cometa apparuit. Filius imperatoris festum palmarum *etc.* 2*. n) H. *cod.* 1. o) regem *om.* 2. p) Namut 1. 2. q) demerguntur 2. r) regreditur Coloniam 2.

17) De Pagino seu Walrabone vide Annalist. Saxon. a. 1036, necnon Annales Erphesfurdenses a. 1129. (Mon. Germ. SS. VI, 537.)

**RECENSIO I.**

A Hildesh. p. 111 init. Filius imperatoris expeditione facta Coloniam premit obsidione. Cumque per spacium mensis casso ibi labore detineretur, Aquisgranum adiit. Dux Henricus Lotharingie metu venientis exercitus presidia sua Lindburg, Rifereschit[a] ipse concremat. Annalista Saxo p. 744. Luna obscurata est per aliquot horas noctis 15. Kal. Aug.

**RECENSIO II.**

Filius imperatoris expeditione facta Coloniam obsidione premit cum ingenti exercitu; ubi civibus viriliter repugnantibus, territus aufugit.

Interim imperator Leodii regressus, parvo tempore supervivens moritur, anno regni sui 50, imperii 23. et in ęcclesia beati Lamberti ante altare sancte Marie tumulatur.

Annal. Hildesh. p. 109 extr. 110. Circa idem tempus imperator Leodii moratus, somnium relatu dignum vidit. Putabat enim se quasi in viridario proberis arberibus consito deambulare, quarum que eminentior videbatur, ad terram corruens unam arborum[b] oppressit et terrae secum prostravit. Deinde ceterae arbores paulatim lapse sunt. Quod postea rei exitus approbavit. Imperator enim non longo tempore interiecto octo diebus egrotans, nono moritur, et in ecclesia sancti Lamberti coram altari sanctae Mariae tumulatur. Quinto abhinc die comes Theodericus de Embike Aquisgrani moritur.

Annalista Saxo p. 744. Comites Godefridus et Adolfus moriuntur. Episcopus Leodicensis filii imperatoris gratiam optinet, banno solvitur, ab officio divino suspenditur.

Comites Theodericus, Godefridus, Adolfus moriuntur.

Heinricus dux Lotharingiae regi subditur, ducatu privatur, Uodoni Hildeneshiem episcopo commendatur. Godefridus comes Brabantiae dux Lotharingiae statuitur. Colonienses deditionem faciunt, insuper regi pro optinenda gratia sua 5000 marcarum solvunt. Imperator effoditur et versus Spire vehitur, papa super eo tumulando consulitur. Rex autem Heinricus Monasterium venit, Burchardum episcopum dudum eiectum sedi suae restituit. A. Hildesh. Dux Magnus Saxonum moritur, ducatus comiti Liudgero de Supelingebrug simul cum marchia commendatur. Heinricus dux de custodia fuga labitur.

Heinricus dux Lotharingiae regi Heinrico quinto subditur, ducatu privatur, Udoni Hyldinisheim[d] episcopo commendatur.

Comes Godefridus Brabancie dux Lotharingie statuitur. Colonienses dedicionem faciunt, mediante duce Bertolfo Karintie.

Imperator effoditur et versus Spiram vehitur, papa super eo tumulando consulitur.

Dux Magnus Saxonum moritur, ducatus comiti Lothario de Supelingeburg simul cum marchia[e] commendatur.

Heinricus dux de custodia fuga labitur.

Paschalis papa synodum in vico Warestal agit, ad quam episcopi, duces, comites tam Italiae quam Germaniae conveniunt. Rubertus Herbipolensis et Lugdunensis episcopi in itinere moriuntur. Plures ibi episcopi Italiae damnantur, quidam anatematizantur. Patriarcha Aquileiae anathematizatur; Fridericus Halverstatensis, accusantibus eum ecclesiae canonicis, honore episcopali privatur. Similis sententia de Widelone Mindensi habetur. Leodicensis et Cameracensis anathematizantur.

A. D. 1107. adventus apostolici Mogontiam in natale Domini nunciatur, set asperitate et viae et temporis inpeditur. Annal. Saxo. Rex vero nativitatem Domini Ratispone celebrat. Inde per Thuringiam ad Saxoniam vadit, Radinburg[c] et Bemelburg, presidia munitissima in Thuringia, propter latrocinia, que inde in finitimos exercebantur, cremari precepit. Festum purificationis Febr. 2. sancte Marie Quintilinburg agit. Ibi legatos regis Franciae pro mutuo colloquio accipit. Inde Mersebrug, postea Goslariam adiit, omnibus super causa sua eum pulsantibus regio more iudicans. Reinhardum Halverstatensi ecclesiae prefecit.

2. A. D. 1107. controversia inter regem Heinricum et apostolicum Paschalem de investitura. Generalis synodus pape[f] omnibus episcopis apud Trecas indicitur, ubi Fridericus Coloniensis archiepiscopus cum suis suffraganeis a divino officio suspenditur, eo quod se huic sancte synodo subtraxerit. Ibi apostolicus banno confirmavit, ut nemo investituram neque ecclesiasticam dignitatem a laicali susciperet manu, quousque questio haec inter eum et regem sinodaliter terminaretur.

Annal. Saxo. Marcwardus Corbiensis abbas moritur, cui rex Erkenbertum Mersebergensem abbatem adveniens substituit. Inde Patherburim veniens Westfaliam transmeat, 'fol. 114'. 'Coloniae festum palmarum agit, Apr. 7. Mogontiae pascha celebrat. Apr. 14. Generalis synodus pape omnibus episcopis apud Trecas indicitur. Rex collectis principibus quam plurimis, versus papam tendit, in itinere pleraque castella capit, Claremonz[18] et Brieth, finitimos depredantia, in deditionem accepit. Legati regis: Bruno Treverensis episcopus, Otto Bavenbergensis episcopus, Herlevo

a) *littera* s *superscripta*. b) arbor A. c) Radelburch *Annal. Saxo*. d) Hildenisheim 2. e) marcia 2. f) papa *codd.*

18) Clermont en Argonne.

RECENSIO I. RECENSIO II.

Herbipolensis episcopus, Bertholdus dux Sueviae, comes Herimannus, comes Wigbertus, papam Catalaunis adeunt omnem ei obedientiam salvo regni honore ex parte regis exhibentes. Papa regi remandat, nil ab eo se, nisi que ad honorem aecclesiae pertinent, exigere. Rex regreditur, infecto colloquio super quo rex Franciae legatos sibi direxit.

Domnus papa copioso episcoporum et[a] abbatum aliorumque catholicorum conventu synodum apud Trecas tractat[b]. [Mai. 23.] Ibi causae, super qua ipse et rex conventuri erant, inducias ad Romanam sedem ponit, ut super ea canonice agatur. Ibi Ruthardus Mogontiae archiepiscopus ab officio divino suspenditur, eo quod Udonem Hildenesheimensem sine ecclesiae consensu restituit, et quia Reinhardum contra iura canonum Halverstatensi ecclesiae ordinavit. [A. Hildesh. a. 1107.] Gevehardus Constantiensis similiter, quia his consensit, qui Godescalcum Mindensi ecclesie loco episcopi intruserunt, et quia Heinricum Magadeburg ecclesiae temerarię ordinavit, ab officio suspenditur. [ibid.] Coloniensis episcopus Fridericus cum suis suffraganeis ab officio divino suspenditur, quia huic sanctae synodo se subtraxerat. Omnibus ibi ecclesiis apostolicus libertatem suam, ut ex precepto canonum prelatos sibi eligant quos dignos viderint, restituit. [ibid.]

Peracta sinodo papa Romam regreditur ibique honorifice excipitur. Rex vero itinere quo venit rediit, pentecosten apud Argentinam civitatem celebrat. [Iun. 2.] Adalgotum[c] Magadeburg episcopum constituit. Idemque in episcopum contra papae edictum ordinatur. Apostolicus enim apud Trecas banno confirmavit, ut nemo investituram neque ecclesiasticam dignitatem a laicali manu susciperet, quoadusque questio hec inter eum et regem synodaliter terminaretur. Rex in* Saxoniam vadit, expeditionem in Boemiam ducturus ad comprimendam seditionem duorum cognatorum, qui pro ducatu Boemiae contendebant. [* fol. 115.] Quorum alter audito regis adventu perterritus abiit, alter vero Merseburg ad regem venit, pro ducatu Boemiae 5000 marcarum offerens regi. Quem rex acceptis obsidibus ducem Boemiae Goslariae constituit.

Circa festum nativitatis sancte Marie summo mane rege in secretario Goslariensis aulae dormiente, repente tonitru veniens, parietem qui erat ad caput regii lecti concussit, aliquot clavos de regis clipeo excussit gladiumque, quem rex ad latus suum collocavit, in acumine ambussit, ita ut vagina illesa permaneret. Rex vero expergefactus exilivit, et ad milites cubicularios pervenit.

Circa festum nativitatis sancte Mariae summo mane rege in Goslariensi aula dormiente, repente tonitrus veniens, parietem qui erat ad capud lecti eius[f] concussit, inde vi fulminis aliquot clavos de clippeo regis excussit gladiumque[g], quem rex ad latus collocavit, in acumine ambussit[h]; ipse rex territus foras exilivit. [Sept. 8. Cfr. Annal. Hildesh. et Annal. Sax. a. 1107.]

Rex collecto exercitu contra Rubertum comitem Flandriae, iam de Ierosolimis reversum, tendit.

Rubertus comes Flandriae Cameracum occupat et obtinet; ad cuius temeritatem reprimendam rex collecto exercitu usque Duacum, urbem satis munitam, venit ipsumque in Duaco obsidet, regionem adiacentem preda, flammis vastat. Tandem Rubertus viribus diffidens deditionem facit, Cameracum reddit, factoque iuramento homo regis efficitur, advocaciam Cameraci a rege in beneficium accipit.

A. D. 1108. rex festum natalis Domini Aquisgrani celebrat, pascha Mogontiae. [Apr. 5.]

3. A. D. 1108.

Frater regis Ungarici, Almus nomine, ad regem venit a fratre suo se propulsum conquerens et regem pro sui restitutione inplorans. Inde rex collecto exercitu, pro restituendo Almo Ungariam invadit. [Cfr. Annal. Hildesheim. a. 1108.]

A. D. 1109. rex natalem Domini Mogontiae celebrat. Comes Sifridus palatinus, quod in partem regis male sentiret accusatus, custodiae a rege deputatur.

4. A. D. 1109. eclypsis solis facta est 2. Kal. Iunii. [A. Hildesh.]

Rothardus archiepiscopus Mogontiae obiit. Eclipsis solis facta est 2. Kal. Iunii. Fridericus Coloniae archiepiscopus, Bruno Treveris archiepiscopus, cancellarius Adelbertus, comes[d] Herimannus de Winciburg[e], aliique principes satis clari, Romam vadunt inter domnum apostolicum et regem concordiam facturi. [A. Hildesh. et Contin. Paderborn. a. 1109.] Domnus apostolicus omni paternitate, omni mansuetudine eum se excepturum* spondet, si ipse se ut regem catholicum, ut ecclesiae filium et defensorem, ut iusticiae amatorem sanctae Romanae sedi exhiberet. [fol. 115'.]

a) et *superscr. in* A. b) *corr. ex* trectat A. c) Adalgorum *codd.* d) Adelbertus, comes *desunt* A. e) Wirciburg A.
f) parietem qui ad capud eius lecti erat 2. g) et gladium quem rex 2. h) combussit 2.

**RECENSIO I.**

Annal. Saxo. A. D. 1110. rex natalem Domini Bavenberg celebrat. Synodus gloriosa Nonas Martii in Lateranensi ecclesia presidente domno papa Paschali celebratur, presentibus plurimis episcopis et abbatibus, ubi omnium communi consenso hec capitula edita sunt: *Apostolorum canonibus statutum est, ut omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, et ea velut Deo contemplante dispenset. Item in Antiocheno concilio statutum est, ut que sunt ecclesie, sub omni sollicitudine et conscientia bona et fide* non ficta, *que in Deum est, conserventur; que etiam dispensanda*[a] *sunt, iuditio et potestate pontificis dispenzentur, cui commissus est populus*

**RECENSIO II.**

5. A. D. 1110. Synodus gloriosa Romae presidente domno apostolico celebratur, presentibus plurimis episcopis et abbatibus ubi plurima utilia tractata sunt. Rex apud Leodium sponsam suscepit, Heinrici regis Anglorum filiam. Inde Traiectum venit, ubi ex eius iussu quidam capite truncatur, qui in necem Cunradi episcopi consensisse arguebatur. Ibi rex sponsam suam dotavit, quam postea Fridericus Coloniensis pontifex Mogontie in reginam consecravit.

*et animae, quae intra ecclesiam congregantur. Item beatus Stephanus martir scribit: „Laici, quamvis religiosi sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus*[b] *aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas, neque deinceps fieri permittimus, set omnino interdicentes prohibemus." Si quis principum vel aliorum laicorum dispositionem seu donationem rerum, sive possessionem*[c] *ecclesiarum sibi vendicaverit, ut sacrilegus iudicetur. Clerici vero seu monachi, qui eas per potestatem illorum susceperint, excommunicationi* cfr. Mansi, S. Conciliorum ampliss. collect. XXI, 7. *subiciantur.* Sunt preterea quidam, qui vel violentia vel favore non permittunt ecclesias[d] regulariter ordinari: *hos etiam decernimus ut sacrilegos iudicandos. Qui vero* ecclesias eorum violentia vel potestativo favore susceperint, excommunicationi subiciantur. *Quicumque res naufragorum diripiunt, ut raptores et fratrum necatores ab ecclesia excludantur. Illud etiam repetitum et confirmatum est, quod in Trecensi concilio de investituris* promulgatum *est, quod* A. Hildesh. *ita se habet: „Constitutiones patrum" et cetera*[e]. Predicti legati Leodium ad regem veniunt, responsum domni apostolici referentes, ea tantum que canonici et ecclesiastici iuris sunt domnum apostolicum exigere, de his vero que regii iuris sunt domino regi se nichil im- *fol. 116. minuere. A. Hildesh. Ibi apud* Leodium dominus rex Anglici regis filiam, honorifice ut regem decet, sponsam suscepit. Godefridus dux Lotharingiae gratiam regis ob novae interventum cfr. Annal. Hildesh. reginae promeruit. Rex festum paschae apud Traiectum peragit. Ibi ex iussu regis capite quidam truncatur, quia in necem eiusdem loci episcopi Cunradi consensit. A. Hildesh. Ibi rex sponsam suam regio more dotavit. fol. 25. Hec eadem in festo sancti Iacobi apostoli in re- A. Hildesh. ginam Mogontiae ab archiepiscopo Friderico Coloniae consecratur. Expeditio in Italiam ab universis occidentis principibus Traiecti collaudatur. Circa 5. Nonas Iunii stella adulta iam nocte apparuit, radios admodum longos versus austrum de se effundens. Eclipsis lunae facta est 2. Nonas Mai. Sclavi regionem Albianorum irrumpunt, multisque occisis et captis redeunt.

Cometa apparuit.

Eclypsis lune facta est.

Annal. Saxo. Occiditur ibi comes Godefridus de Hammenbrug[f]. ibid. Inde dux Saxoniae Lotharius[g] permotus, terram Sclavorum hostiliter invadit, regionem predabundus perambulat, novem urbes munitiores et opulentiores capit, obsidibusque ab ipsis acceptis victor redit. Circa assumptionem sancte Marie rex regio apparatu Italiam ingreditur. Omnes civitates munitae, omnia castella regi subduntur. Novaria civitas clara propter quorundam rebellionem diruitur[19].

ibid. A. D. 1111. rex natalem Domini apud Florentiam celebrat. Quo peracto, 2. Idus Februarii Romae ab apostolico honorifice excipitur. Datis autem utrimque obsidibus, in aecclesia beati Petri consident[h], super negotiis ecclesiasticis tractaturi. Obsidum autem qui tradebantur ex parte regis precipuus erat Heinricus frater Friderici comitis Westfaliae, vir ibid. militaris. Dum hec aguntur, factione quorundam, quibus omnia paci et concordiae potiora erant, tumultus in gradibus ecclesiae beati Petri oritur, vulnerantur plures, quidam trucidantur. Quod cum auribus regis innotuisset, concilium disturbatur; apostolicus cum cardinalibus regie custodiae deputatur, Romani trans *fol. 116'. pontem ultra Tyberim* diffugiunt. Eadem nocte tota civitas Lateranensis tumultu bellico concutitur. Orto mane erectis signis Lateranenses unanimiter regem ex inproviso invadunt; cubicularii vero regis arma corripiunt, multitudini viriliter resistunt. Rex vero et acies sua iam adaucta, que in

6. A. D. 1111. rex Romam veniens ab apostolico honorifice suscipitur, ubi cum datis utrimque pacis obsidibus consedissent, super negociis ecclesiasticis tractaturi, factione quorumdam tumultus repentinus a Romanis excitatur, et in tantum rex angustiatur, ut pene iam fugam iniret, nisi Coloniensis archiepiscopus cum valida manu succurrisset, et Romanos inaudita cede confectos fugere compulisset. Potitus ergo victoria papam abduxit, sed postmodum invicem concordantes Romam redeunt, pacatisque Romanis, rex ab apostolico in imperatorem consecratur, cui inter communicandum cum osculo pacis confirmande[l] tradidit privilegium, quod postea, eo recedente, iussit vocari pravilegium, omnes[m] in parte eius sentientes excommunicans, Rome synodo habita contra eum 125 episcoporum.

A. Hildesh. primis rara erat, venientes audacter invadit, occurrentes multos obtruncat, ceteros fugat; plenaque victoria potitus, abducto[i] secum apostolico cum cardinalibus, versus Albam[k] civitatem tendit, castra in campis urbi adiacentibus figit, ubi per totam quadragesimam moratur. Interim Rotgerus dux Apuliae et Boamundus frater eius, Normannorum maximus, Antiochiae subiugator,

a) dispensa A. b) ta *superscr.* A. c) possessionum *Annal. Saxo.* d) ecclesias A. e) et cetera *desunt* A. f) Hammaburh *Annal. Saxo.* g) Liutgerus *Annal. Hildesh.* h) considunt A. i) adducto A. k) Albani A. l) confirmande *om.* 2. m) omnis 2.

19) Cfr. Ekkehard. Chronic. a. 1110, et Otton. Frising. Chronic. VII, 14. (ed. Urstisius p. 146.)

Turcorum et Sarracenorum victor, moriuntur. His ita gestis, regis optimates quidam, communicato consilio, papam, qui adhuc in regia custodia detinebatur, adeunt, monent, orant, ut super regis negotio mitius tractet; iniuriae, si quam adversus regem habeat, obliviscatur; fedus cum rege ineat; regis sibi fidelitatem et obedientiam proponunt; omni modo sollicitant, ut que pacis et concordiae sunt, cum primoribus regni disponere dignetur. Rex ipse pedibus eius humiliter profusus, veniam postulat, obedientiam sibi spondet, dummodo ei in regia potestate iure antecessorum suorum, catholicorum regum, uti concedat. Sicque sepius domnum papam, ut animi rigorem aliquantisper temperaret, attemptavit. Tandem Dei gratia aderat, que et domnum apostolicum a sententia pristina permutavit, et domnum regem, si quid in apostolicum deliquit, ex corde penituit. Itaque rex domnum apostolicum honorifice Romam redire permisit. [A. Hildesh.] Domnus vero apostolicus Romanis, ut pacem et concordiam cum rege habeant persuadet, cum cardinalibus ceterisque personis ad tale negotium dignis de consecratione eiusdem tractat. [A. Hildesh.] Statuta autem die, Idus Aprilis in aecclesia beati Petri, cooperantibus episcopis ad hoc opus constitutis, presentibus Romanae ecclesiae cardinalibus, Theutonicis episcopis assistentibus, coram regni* [*fol. 117.] principibus regem cum magna gloria in imperatorem consecrat. Cum autem clerus missarum sollempnia festive usque in eum locum, quo populus fidelium communicare solet, perageret, domnus apostolicus dato silentio regem his verbis alloquitur: *Hoc corpus domini nostri Ihesu Christi, natum ex Maria virgine, pro salute generis humani passum et crucifixum, sit*[a] *confirmatio verae pacis et concordie*[b] *inter me et te.* Et communicantes, invicem osculati sunt. Tantis vero sollemniis decenter peractis, imperator domnum apostolicum regiis muneribus donat, et, ne longius sermone protracto fastidium lectoribus generetur[c], imperator a domno apostolico tamquam filius a patre salutatur[d], dimittitur. Pentecosten Veronae celebrat. [A. Hildesh.] 7. Idus Augusti cum frequentissimo episcoporum aliorumque principum conventu patrem suum regio more Spire sepelit. In assumptione sancte Marie apud Mogontiam Albertus, omnium cancellariorum qui ante eum fuerant in aula regis celeberrimus, presente rege et consentiente, unanimi ecclesie electione Mogontinus archiepiscopus constituitur. Seditio inter ducem Lotharium et marchionem Rudolfum oritur, set ante natale Domini coram imperatore Goslariae pacificantur. [Cfr. A. Hild. a. 1112.] Palatinus comes Sigifridus solutus, honori suo restituitur. [ibid.]

## RECENSIO I.

A. D. 1112. imperator natalem Domini Goslariae celebrat. Eistatiensis episcopus Evirhardus Quintilinburg obiit. Dissensio ducis Lotharii et marchionis Rudolfi cum imperatore. Inde imperator commotus, principum sententia utrique damnantur[e]. Ducatus Ottoni de Ballenstad committitur, marchia Helprico. Imperator Saltquidele[f] obsidet, ipsi vero non longe, cum imperatore pugnaturi, cum exercitu manent. Set misericordia Dei omnis illa bellorum rabies dissipatur. Predicti principes gratiam imperatoris obtinent, honoribus suis restituuntur. Albertus, dudum Mogontinus[g] constitutus episcopus, regiae custodiae mancipatur. Godescalcus Mindensis episcopus obiit.

A. D. 1113. imperator natalem Domini Erpesfrod celebrat. Otto locupletissimus comes de Sudvene[20] obiit. Wigbertus ab amicis imperatoris capitur. Sifridus palatinus comes* occiditur. Imperator Wormatiae pascha celebrat; eo adducitur Mogontinus episcopus. Triveles imperatori redditur[h], denuo custodiae mancipatur. Widelo episcopus Mindensis restituitur.

A. D. 1114. imperator natalem Domini Bavenberg celebrat. Altera die post epiphaniam, collectis totius regni principibus, nuptias filiae regis Anglici ingenti cum gloria consummat. Ibi Lothowicus, qui se putabat bene in gratia regis esse, iussu eius comprehenditur et custodiae mancipatur. Que res multos principum contra regem execuit. Dissensio episcopi Coloniensis Friderici et ducis de Lovene Godefridi et comitis Westfalie Friderici fratrisque sui Heinrici et Theoderici de Are et Heinrici de Sudvene et Heinrici de Linburg. Contra quos imperator exercitum

## RECENSIO II.

7. A. D. 1112. dissensio ducis Lotharii et marchionis Rudolfi cum imperatore. [A. Hildesh. Annal. Saxo.]

Coniuratio Coloniae facta est[k] pro libertate. [A. Hildesh.]

Werra inter imperatorem et principes Saxonie, in qua Wibertus et Sigefridus palatinus comes eius perdunt gratiam, et Wibertus quidem capitur et regi offertur, et Sigefridus vulneratur, ex quo postea moritur. [Annal. Saxo. a. 1113.]

Cometa apparuit. [A. Hildesh.]

8. A. D. 1113. imperator expedicionem super Fresones[l] fęcit, ubi Colonienses, qui inter alios huic expeditioni[m] intererant[n], fraude ipsius imperatoris a Fresonibus[o] circumventi, interventu ducis Saxonum evaserunt. [Annal. Saxo. A. Hildesh. *fol. 117'.]

Otto locupletissimus comes de Sutvene[p] obiit.

9. A. D. 1114. imperator memor iniuriarum suarum in Colonienses, et illam florentissimam tocius Gallie et Germanie civitatem, toto etiam orbi famosissimam, aut extenuare aut obfuscarę toto conatu deliberans, adunato grandi exercitu Alamannorum, Baioariorum et Saxonum cum duce suo Lothario Duutense[q. 21] castrum obsidere et evertere venit, ut in illo presidio collocato, commeatus navium a Coloniensibus arceret. Cuius rei [A. Hildesh. Cfr. Ekkeh.]

a) fit *cod.;* sit *Ann. Hildesh.* b) et concordie *superscr.* A. c) gñet *cod.* d) salutatus *Ann. Hildesh.* e) *ita* A; *legendum:* utrumque damnat. f) *sic* A; Saltwidele *Annal. Hildesh.* g) Mogontinis A. h) reddit A. k) facta est Colonie 2. l) Frisones 2. m) huic expeditioni *om.* 2. n) aderant 2. o) Frisonibus 2. p) Sutvenne 2. q) Duutense 1. Divitense 2.

20) Zütphen. 21) Deutz.

RECENSIO I.

ductans, episcopatum Coloniensem[a] et omnem circa regionem preda, flammis vastat. Gulike presidium satis munitum diruit. Cum autem reverteretur, Colonienses irruunt in eum viriliter quidem, sed inutiliter. Capti enim sunt ibi ex eorum melioribus comes Gerar-
22 dus de Gulike[22], Lambertus de Mulenarke; Evirhardus de Gandernol, vir militaris, occiditur. Gumbertus abbas Paterburgensis obiit
Aug. 6. 8. Idus Augusti. Interea episcopus Coloniensis predictique principes Andernacum, Sincike ceteraque regiae possessionis destruunt, pleraque municipia capiunt, regiones Theoderici et Gerhardi vastant, Trochmunde[23] flamma et preda diripiunt. Simili modo imperatoris amici vicem eis[a*] reddunt.
Sept. 22. Circa festum sancti Mauricii imperator coadunato Bawariorum, Suevorum, Francorum, Thuringorum exercitu Westfaliam invadit, amici sicut inimici iuxta habentur, Susacienses pecunia non parva impetum eius mitigant. Provincia Westfaliae concrematur; commissum est prelium inter Colonienses et amicos regis, ubi Colonienses superiores
24. existunt, melioresque quosque hostium aut occidunt aut capiunt. Imperator Trochmunde munit, ubi et presidium collocat. Post hec
A. Hildesh. fol. 118. regreditur. Udo Hildenesheimensis[*] episcopus obiit. Predicti principes, imperatoris inimici, in episcopatu Monasterii rapinis incendiis rursus deseviunt.

RECENSIO II.

nuntium cum Colonienses accepissent, coacto in unum delecte iuventutis copioso apparatu cum valida manu sagittariorum Renum transmeant, et aciebus ordinatis virili exspectatione imperatoris impetum excipere non dubitant. Quorum audaciam imperator considerans, accepto suorum consilio, bellum usque ad vesperum[b] satagit protraherę, ut quasi tedio affęctis illorum acies attenuarentur, et sic facilius vincerentur. Interim equites utrimque quasi ad spectaculum in campo mutuo coequitantes exercębantur, sed grandine sagittarum densissimo a parte Coloniensium supervolitante, aut vulnerabantur adversarii aut interficiebantur[c]. Erat autem in exercitu imperatoris quedam legio, que loricis corneis ferro inpenetrabilibus[d] utebatur, quas dum captande aure gratia exuissent, — estus quippe erat, — continuo sagittis excepti ad sex in momento sunt extincti[e]. Verum imperator, loco non cedentibus adversariis, sed immobiliter persistentibus, satius arbitratur campo cedere, quam male pugnare, et illa nocte inter munimenta plaustrorum[f] se continens, sequenti die versus Veronam[24] et Iuliacum, presidia Coloniensium, cum exercitu properat, preda, flammis et rapinis omnia vastat. Unde reversum Fridericus archiepiscopus, Godefridus dux Lotharingie. Heinricus comes de Sutven, Theodericus comes de Are excipiunt, viriliter quidem, sed infeliciter.

Capti sunt enim ibi ex eorum melioribus comes Gerhardus de Iuliaco, Lambertus de Mulinhare; Everhardus[h] de Gandernol vir militaris occisus. Supervenientę autem Friderico comite Westfaliae[i] et fratrę eius Heinrico cum[k] valida acię, imperator bello avertitur, et insequentibus adversariis vix fuga labitur. Tercio post hinc bello in campis Anturnacensium, 9 miliaribus a Colonia distantibus, valido apparatu congrediuntur[l], ubi Colonienses, sicut solebant, victores efficiuntur. Congregato namque plurimo tam pedestris quam equestris agminis[m] comitatu, Saxonum videlicet, Francorum, Alemannorum, Bawariorum, Burgundiorum[n] quoque fortissimo equitatu, imperator per suos duces pugnaturus, cum intolerabili multitudine Antarnacum venit, ipse quidem bello[o] abstinens et non longe eventum pugnae operiens. Aderant et Coloniensium bellicosissime[p] acięs longe satis impari copia, sed non impari virtutę et audacia, ductoribus Friderico ducę et archiepiscopo suo, Heinrico quondam duce Lotharingiae, Teoderico comite de Arę, Heinrico comite de Keslę et aliis equę militaribus viris, bello adprime assuetis. In prima acie Heinricus dux cum parva manu ingentem armatorum copiam incurrens, tanta oppressus multitudine castris sę recępit. Deinde cum horrisono tubarum strepitu uterque exercitus grandi animositate congreditur, et diu anceps bellum agitur. Tandem Coloniensium lectissima iuventus efferata[q] aut vincere aut mori[r] deliberat, et gravissima cedę debachata adversarios

a) Coloniense A. a*) vicenies A. b) vesperam 2. c) aut vuln. a. interf. adversarii 2. d) impenatrabibus 2. e) occisi 2. f) *add. sed del.* eo *cod.* 1. g) plaustorum *corr.* plaustrorum *cod.* 1. h) Everhardus 2. i) Wisfalie 2. k) cum 2*, *omiserunt* 1. 2. l) congreditur 2. m) acminis *cod.* 1. *eadem manu suppl.*; maximo comitatu 2; militie *Eccardus*. n) Burgundionum 2. o) bello *om.* 2 p) bellocissime 2. q) effreta 2. r) aut mori aut vincere 2.

22) Iülich. 23) Dortmund. 24) Bonnam.

RECENSIO I. | RECENSIO II.

fugerę coartat. Ibi Theodericus comes, miles fortissimus, magna pars victoriae, totus cum suis hostibus instans, more leonis circumquaque strages inmensas operatur; plures ingenui et militares trucidantur et capiuntur, inter quos et Bertolfus dux Karinthiorum, imperatori fidissimus, captus[a], ipsius comitis[b] Theoderici[c] custodie mancipatur. Nullus preterea principalium virorum ex parte[d] Coloniensium[e] aut captus refertur aut occisus, preter Heinricum comitem de Kesle, virum egregium, qui per fraudem suorum, equorum pedibus suffocatus, Colonie iuxta aecclesiam maiorem beati Petri honorificę tumulatus est.

A. D. 1115 imperator natalem Domini Goslarie celebrat. Duci Lothario, episcopo Halverstatensi[f], palatino comiti Friderico, marchioni Rudolfo, ut curiae huic intersint edicit. Non veniunt; in presidio Walbike commorantur. Gumberto abbate mortuo successit Hamako. Bruninchus Hildenesheimensi ecclesiae preficitur episcopus. Imperator Brunesvich occupat, Halverstat devastat. Orlagemunden obsidione ab amicis eius vallatur. Contra quos dux Lotharius et principes predicti, adiunctis sibi Friderico comite Westfaliae, Heinrico fratre eius, Henrico de Lintburg, Herimanno de Calvelage, tendunt. Imperator vero haut segniter eis in loco qui dicitur Welpesholt occurrit, ibique 3. Idus Februarii acriter cum eo congrediuntur, et victoria plena potiuntur. Occiditur ibi ex parte regis Hagerus, vir fortis, et Cunradus de Merigon, multique alii. Teodericus, sancte Romanae ecclesiae cardinalis presbyter, cum frequenti Saxoniae principum conventu Goslariam venit, et quedam de ecclesiasticis negotiis utilia disseruit. Sub eodem tempore domnus imperator Mogontiam venit, cum subito eiusdem urbis familia, tam nobiles quam ministeriales, ipsum adeunt, orant, ad omne servicium suum fidelissimos se amodo promittunt, dum episcopum, quem iam triennio captum detinuit, eis reddat. Tandem precibus eorum victus, tum etiam quasi vi pro temporis articulo coactus, episcopum eis reddidit, et, quod regni primates non poterant, Mogontiacensium hoc[g] conventicula in brevi obtinuit. — ibid.

10\. A. D. 1115. imperator Bruneswich ad iniuriam Lotharii ducis Saxonum occupat et Halverstat devastat. Contra quem idem dux cum Saxonibus, adiuncto sibi Friderico archiepiscopo cum Coloniensibus, Friderico comite Westfalie[m] cum Heinrico fratre eius, Heinrico de Limburg, Herimanno de Calvelage, properat in loco qui dicitur Welpishold; ubi commisso certamine imperator terga vertit et plenam victoriam principes assecuntur. — A. Hildesh. — ibid.

Sub eodem tempore imperator Mogontiam vęnit, ubi episcopum loci iam triennio captum vi coactus civibus reddidit.

A. D. 1116. in nativitate Domini non pauci de regni principibus Coloniae conveniunt, predicti cardinalis Theoderici consilio, cuius fama iam per regnum celebris habebatur, de ecclesiae rebus dispositurі. Set idem cardinalis, in itinere morte preoccupatus, Svelme non sine lacrimis horum qui aderant obiit. Corpus eius humandum* Colonie deportatur. Magna aeris inequalitas facta est. — *fol. 118'.

11\. A. D. 1116. in nativitate Domini multi principes Coloniae conveniunt Theoderici cardinalis consilio[n], cuius fama iam per regnum celebris habebatur, de aecclesiae rebus tractaturi. Sed idem cardinalis in itinere moritur, et corpus eius humandum Colonie deportatum est. — Cfr. Annal. Hildesh.

Magna inequalitas aeris facta ęst. — Cfr. Annal. Hildesheim.

A. D. 1117. in octava sancti Iohannis euangelistae late per orbem terra terribili et inaudito hactenus terre motu concutitur, maxime vero in Italia minax hoc[h] per multos dies continue desevit, adeo ut montium collisione et subversione Edisii[i] fluvii meatus per aliquot dies obstrueretur. Verona[k], civitas Italiae nobilissima, edificiis concussis, multis quoque mortalibus obrutis, corruit. Similiter in Parma et in Venetia aliisque urbibus, oppidis et castaellis, non pauca hominum milia interierunt. Unstrot fluvius, alvei sui profundo sciſso, ex toto absortus est terre motu. Repleto autem ipso hiatu, licet post multa horarum spacia, solito fluebat lapsu. Dux Alsaciae Fridericus cum Mogontinis acriter dimicat. Occiditur ibi comes Emico, Folcholdus de Malesburg[l] capitur. Rursum ante natalem Domini occurrunt. Ibi ex parte ducis vulgi multitudo plurima perimitur. Gertrudis marchisa nobilissima et potentissima obiit. Paucis ante natale Domini diebus coelum post solis occasum rubeo colore late resplenduit, nec longe post radius quasi solis late emicuit. Luna quoque prodigiale intuentibus signum edidit. — Ann. Saxo. — A. Hildesh.

12\. A. D. 1117. in octava sancti Iohannis euangelistae terre motus[o] maximus late per orbem plurima aedificia subruit[p]. In Ytalia sane tantum desevit, ut Verona sive Berna, civitas nobilis, eodem concussa, oppressis multis mortalibus, corrueret[q]. Similiter in aliis Ytalie urbibus plures interięrunt. — A. Hildesh.

A. D. 1118. domnus papa Paschalis feliciter ad Dominum migravit. Successor eius eligitur Iohannes, ipsius antea cancellarius, qui et Gelasius dictus est. Imperator

13\. A. D. 1118. domnus Paschalis papa obiit; cui succęssor eligitur Iohannes, ipsius antea cancellarius, qui et Gelasius secundus dictus est. — ibid.

a) est et *addit* 2. b) comiti 2. c) Theoderici *om.* 2. d) ex parte *om.* 2. e) Coloniessium 2. f) Halverstensi A. g) ḫ *cod.* h) ḫ *cod.* i) Aedisii *Ann. Hild.* k) *a manu* 1 *superscr.* Berna A. l) *littera* r *superscr.* A. m) Wisfalie 2. n) *verbum* consilio *suppletum ex cod.* A *et* 2*, *deest in* 1. 2; mandato Theoderici *Eccardus.* o) fit *addit* 2. p) corruere *pro* subruit 2. q) corruere *cod.* 1. 2.

RECENSIO I. | RECENSIO II.

A. Hildesh. vero alium subrogat, Bracarensem scilicet episcopum, quem etiam Gregorium vocant. Quo facto Iohannes, electus apostolicus, Beneventum secedit; imperatorem cum idolo suo — hoc enim nomine, quem ipse substituit, vocatus est — omnesque huic parti consentientes excommunicavit. **Burchardus Monasteriensis episcopus, Constantinopolim ab imperatore directus, in itinere quo rediit mortuus.** Cuono Prenestinus episcopus, a domno Paschali missus, et eo mortuo a successore suo, quem diximus, Gelasio ad officium sibi iniunctum per episcopum Vivariensem[a], virum litteris aprime eruditum, corroboratus, Coloniam venit, ibique synodum, convenientibus ad eum Saxoniae episcopis, celebrat.

Kuno Prenestinus episcopus, a domno Paschali missus, et eo mortuo a successore suo, quem diximus, Gelasio ad officium sanctum[e] per episcopum Vivariensem[f] ordinatus[g], litteris[h] adprime auctoritate patrum roboratus[i], Coloniam venit[k] multis clericis[l] eum convenientibus, Wormacie synodum[m] celebravit.

A. Hildesh. *fol. 119. Baldwinus[b] rex* Iherosolimitanus moritur post multos pro christiana religione labores, et iuxta fratrem suum Godefridum sepelitur. Iherosolimitani alium Baldwinum, nepotem suum, in locum eius substituunt.

Balduinus[n] rex Iherosolimitanus, frater Godefridi[o], moritur[p], et *in sepulchrum suum*[q] sepelitur[p], cui *alius Balduinus* de Burg subrogatur.

A. Hildesh. A. D. 1119. domnus apostolicus Gelasius synodum in Francia celebraturus, apud Cluniacum moritur, ibique sepelitur. Cui archiepiscopus Viennae, vir religiosus, succedit, Calixtus nomine. Imperator et principes regni in festo sancti Iohannis baptistae locuturi conveniunt, et in concordiam redeunt, ita tamen, ut omnis causa, que hactenus ecclesiam disturbaverat et inter eos discordiae fomitem ministraverat, usque in presentiam domni apostolici Calixti differretur ibique determinaretur. Calixtus papa synodum Remis circa festum sancti Luce Annal. Saxo celebrat. Imperator non longe cum suis consistit, auditurus super synodalibus decretis, sicut in superiori principum conventu laudatum fuerat. Imperator anathematizatur, unde maior controversia recrescit.

14. *Anno* D. 1119. domnus apostolicus *Gelasius* synodum in Francia *celebraturus* apud Cluniacum *moritur et*[r] sepelitur, cui archiepiscopus *Vienne succedit,* et vocatur Calixtus secundus. *Hic*[s] papa synodum Remis in festo sancti Lucae celebrat, ubi imperator anathematizatur.

Imperator a Coloniensibus honorifice excipitur, episcopo absente, unde episcopus divinum officium Coloniensibus interdicit.

Imperator a Coloniensibus honorifice excipitur[t], absente episcopo, unde episcopus[u] divinum officium eis interdicit.

A. D. 1120. imperator natalem Domini Monasterii celebrat[b*]. Principes circa festum Nov. 1. omnium sanctorum conveniunt, omnesque in concordiam cum imperatore redeunt. Archiepiscopus Mogontiae cum aliquot episcopis restitit. Fridericus palatinus comes, vir bonae memorie, obiit. Castellum comitis Friderici Rudenburg[c] quidam ex hostibus eius ex insidiis occupant.

15. A. D. 1120. Terre motus factus est. Principes cum imperatore in concordiam redeunt.

Fridericus palatinus comes obiit.

A. Hildesh. A. D. 1121. dux Lotharius, comes Herimannus de Winceburg, numerosa et forti manu Monasterium vadunt pro restituendo episcopo Theoderico. In qua restitutione sancti Pauli templum, nobiliter constructum, incaute incendio conflagravit[d] cum omni fere urbis loco. Predictus dux omnes fere urbis defensores, tam nobiles quam ministeriales, captos abducit. Circa festum sancti Mychahelis in sede episcopali Wirciburg imperator et totius regni principes conveniunt et, misericordia Dei opitulante in concordiam redeunt, iudicio et consilio domni apostolici causam regis determinandam reservantes.

16. A. D. 1121. domnus Herimannus, bonae memoriae abbas, postquam prefuit 40 annis, obiit, et successit Rudolfus.

*fol. 119'. A. D.* 1122. imperator festum pente- Mai. 14. costen apud Traiectum celebrat. Ibique orta seditio inter armigeros de re modica, uti sepe fit, usque ad milites armatos pervenit, eóque excrevit, ut imperatoris amici episco-

17. A. D. 1122. Fridericus Coloniensis archiepiscopus cum Coloniensibus Kerpene[v] castellum imperatoris obsidens, cepit et diruit.

a) Iuvariensem A. b) *littera B iam erasa est* A. b*) *h. l. manus 2 saec. XIII ex. margini inscripsit haec:* Hic cepit ordo Premonstratensis anno secundo Calixti pape, 26. Henrici quinti. A. c) *vel* Rudenberg. d) conflagravit A; conflagrant *Annal. Hildesh.* e) ad officium sibi iunctum per episcopum 2; ad o. s. iniunctum 2*. f) Vivariensem 1. 2. 2*; ariensem ordinatus *in rasura additum* 1. g) ordinatus *deest* 2. h) virum litteris 2. 2*. i) adprime eruditum corroboratus, Coloniam .. 2; *post* adprime *spatium 2 verborum erasum usque ad* roboratus, *et a manu paullo recentiore additum:* auctoritatis patrem 1; virum litteris eruditum corroboratus 2*. k) venit *deest in cod.* 1, *ubi verba* multis clericis *a manu 2 in rasura addita sunt;* venit ibique ad eum convenientibus Saxonie episcopis synodum celebravit. Baldewinus 2. 2*; veniens *Eccardus.* l) multis clericis *in rasura m. 2 addidit* 1. m) Wormacie sy(nodum) *in rasura a m. 2. addita* 1. n) (B)alduinus *in rasura additum* 1. o) mitanus frater Godefridi *in rasura* 1. p) et iuxta eundem fratrem suum sepelitur 2. 2*. q) *scriptura codicis 1 evanescente, manus recentior pristinos ductus iterum pressit; hos igitur locos in sequentibus litteris quas dicunt cursivis exprimendas curavimus.* r) ibique 2. s) Ipse papa 2. t) suscipitur 2. u) eis divinum offic. interdicit 2. v) Kerpene *ab alia (?) manu s. XIII. superscriptum in* 1; *exstat in* 2 *et* 2*.

RECENSIO I. RECENSIO II.

pum cum suis intra monasterium fugere compellerent, plerosque caperent, aliquos etiam trucidarent. Ipse vero episcopus in monasterio captus et imperatori presentatus, custodiae regiae deputatur, a qua non longo tempore interiecto fuga elapsus solvitur. Omnia hec machinatione cuiusdam Gisilberti, qui episcopum infestabat, acta esse aiebant. Imperator Falkenburg[a], castrum comitis Gozwini, captum diruit. Circa festum sancte Marie Spire conventus principum fit. Ibi episcopus Hostiensis, vir religiosus, sanctae Romanae ecclesiae legatus, consulto domno apostolico Calixto, imperatorem banno absolvit. Imperator vero, ut ecclesiasticae iusticiae satisfaceret, investituras aecclesiasticarum dignitatum sancto Petro remisit, ita dumtaxat, ut libera electione precedente et canonum gravitate conservata, imperialis auctoritas quod sui iuris est in constituendis episcopis sive abbatibus vel abbatissis non amitteret; et si in constituendis his dignitatibus discordia, ut sepe fit, oboriretur, imperialis potestas consilio horum, quibus sanior mens est, contrairet, et eos qui rectum conturbarent reprimeret. Bertholfus dux de Zeringon assultum incaute ad villam Mollesheim[26] faciens occiditur, iuvenis egregius, imperatori fidissimus.

Circa festum sanctae Mariae Spire conventus principum fit, ubi Hostiensis episcopus, sanctae Romanae aecclesiae legatus, consulente apostolico Calixto, imperatorem banno absolvit. Imperator econtra investituras aecclesiasticarum dignitatum beato Petro remisit, ita dumtaxat ut libera electione precedente imperialis dignitas[e] quod suum est in constituendis[f] episcopis, abbatibus vel abbatissis non *variaret*.[g] A. Hildesh.

Bertolfus[h] dux de *Zar*ingon assultum ad villam Mol*lenk*eim[i] incaute faciens occiditur, *vir vere*[k] egregius, imperatori fidissimus.

A. D. 1123. imperator circa[b] pentecosten ad fines occidentis descendit; Sculenburg ad iniuriam episcopi Traiectensis Godebaldi obsidet. Dux Saxoniae Lotharius, episcopus Dietericus[c] Monasteriensis, ut predictum castrum ab obsidione solverent, contra imperatorem rapta acie vadunt, et non longe ab invicem fixis castris considunt. Palus interiacens ne congrederentur eos detinuit. Tandem predictus dux motis castris super Daventere irruit, hoc modo sperans imperatorem ab obsidione discessurum et pugnandi sibi locum fieri. Quidam vero de Monasteriensis episcopi parte, quasi predabundi villam predictam invadunt, *vallum transcendunt, propugnacula magna ex parte diruunt; villani vero, prout ipsa res monebat, fortiter resistendo eos repellunt, sicque aliquot amissis, in campo proximo considunt. Quo audito imperator castrum deserit, Daventeri auxilium laturus tendit; castellani ab obsidione solvuntur. Dux vero castellanis vires reparat, ipsum castrum victualibus replet. His actis, voti sui compos remeat. Imperator Wigberto marchiam in Misne tradit. Dux Lotharius in eandem marchiam Cuonradum de Witen[d] ducit et collocat. Quo facto, cum Alberto de Ballenstide usque ad Ilburg procedit, eorumque consensu qui in utrisque marchiis primates erant, ambo marchias singulas regendas suscipiunt. Wicbertus vero, auxiliantibus ei archiepiscopo Mogontino et duce Boemiae, duci Lothario congressurus venit, set quasi fugiens rediit. Dux vero Boemiae, multis amissis, in terram suam abiit. Dux autem Lotharius Libuze obsidione vallat, acceptoque obside filio Heinrici cum Capite, qui castello preerat, victor uti semper consuevit, redit. *fol. 120.

18. A. D. 1123. Gerhar*dus abbas efficitur.* Annal. Saxo.

A. D. 1124. Wormacienses quosdam infra urbem obtruncant, inponentes eis imperatorem factione eorum gravem et adversum eis effectum; unde imperator commotus munitionem in Nuehuson[27] ad nocendum eis edificat. Quam ipsi arrepto tempore, soluta scilicet custodia, diruunt. Imperator vero causa eum provocante Wormatiam obsidet plerosque ex eis meliores capit, obtruncat. Tandem longa obsidione coacti deditionem faciunt, bina marcarum milia[d*] ei persolvunt. Episcopus Bucco, quem ipsi ob imperatoris contemptum receperunt, iterum expellitur. Magnae molis grando cecidit 9. Kal. Aug. Eclipsis solis facta est 3. Idus Aug. Maxima fames accidit. Calixtus papa obiit, cui Honorius successit. Fridericus comes de Arnesberg obiit.

19. A. D. 1124. *magne* molis *grando cadit*[l] 9. *Kal.* Augusti. *Ecclipsis solis*[m] *est visa*[n] Idus Augusti. *Magna fames*[o]; *ingens aestus* asper*rimam*[o*] *hiemem*[p] *secutus*[q] *est.* Cfr. Ekkeh. a. 1124. A. Hildesh.

Kalix*tus*[r] *schismaticos et hereticos omnes, qui suo tempore invalescebunt*, *coegit*[s]. Annal. Saxo.

Heinricus imperator Traiecti infra ebdomedam pentecostes obiit; corpus eius Spire humandum[t] deportatur.

a) r *superscr. cod.* b) *h. l. vocabulum unum erasum est, nihil tamen excidit cod.* c) *h. l. nomen* Dietericus *fere erasum est in cod.* d) Witin *Annal. Saxo.* d*) quinque milia talentorum *Ekkehard.* e) dignitatis 2. f) statuendis 2. g) amitteret 2. 2*. h) Gertolfus *littera* G. *miniata* 1; Bertolfus 2. i) Mollesheim 2; Mollescheim 2*; Mollesheim *primo exhibuerat etiam* 1. k) iuvenis (*pro:* vir vere) 2 *et* 2*; iuvenis *primum cod.* 1 *exhibuerat, quod postea mutatum est in:* vir vere. l) cecidit 2. m) solaris *rec. man.* 1. n) facta est 3. Idus Augusti 2 et 2*. o) Magna fames et hiemps aspera. Renus congelatur 2 *et* 2*, *nisi quod in* 2*. asperrima *et* Rhenus *leguntur*; Renus congelatur *manu saec. XV in marg. codicis* 1 *addita sunt.* o*) asperrimum 1. p) *ita legendum esse puto; recenti manu* bellum *scriptum est* 1. q) consecutum *rec. man* 1. r) Kalixtus papa obiit, cui Honorius successit. Fridericus comes de Arnesberg obiit. Heinricus *etc.* 2 *et* 2*, *sed* 2* *scribit:* succedit *et* Arnestberg. s) *verba* schismaticos — coegit *m. recent. in rasura scripta sunt, sed olim ibi scriptum fuisse:* K. papa obiit — F. comes de Arnesberg obiit *ea ex re patet, quod post* coegit *verbum* obiit *etiam nunc extat manu antiqua exaratum* 1. t) humandum Spire deportatur 2.

26) Molsheim prope Strassburg. 27) Neuhausen prope Wormatiam.

## RECENSIO I.

A. Hildesh. A. D. 1125. imperator Traiecti infra ebdomodam pentecosten obiit; corpus eius Spire humandum deportatur. In festo sancti Bartholomei apostoli omnes totius imperii principes Mogontiae conveniunt. Ibi episcopi, duces, mar- *fol. 120′. chiones, comites* omnes unanimiter ducem Saxoniae Annal. Saxo. Lotharium in regem eligunt, virum iam inde ab adolescentia in bellis experientissimum et victoriis frequentissimum. Quocumque enim se verterat, speciali quodam fato quo Iulius Caesar usus[a] vicit; et quoniam ecclesiae studiosus defensor erat, 89. loco[b] ab Augusto rex effectus, Coloniae ab eiusdem sedis archiepiscopo Friderico in regem una cum domna Rikenza, coniuge sua, consecratur. Redespone regio more excipitur. Rebus ibi rite dispositis, remeat.

## RECENSIO II.

### Anni Lotharii[h].

**Primus annus[i]. A. d. i. 1125. ab U. c. 1876, annis ab originę mundi sex milibus 324,** Lotharius dux Saxonum bellicosissimus et victoriosissimus, 89. loco ab Augusto, ab omnibus[k] in regem eligitur, et Coloniae ab archiepiscopo Friderico cum coniuge sua domna Richeza consecratur, regnavitque annis 13.

### Anni Lotharii.

A. Hildesh. A. D. 1126. natalem Domini apud Argentinam cele- Annal. Saxo. brat. Fridericus dux Alsaciae nova quedam contra regem A. Hildesh. molitur, principum iudicio dampnatur. Rex ad patriam re- Annal. Saxo. greditur. Rotgerus, Parthenopolitane urbis episcopus obiit, cui Norbertus successit. Apud Corbeiam Wisura, glaciȩ quasi obice eam repellente, inundando totam urbis aream occupat, pavimentum ecclesiae preciosi martyris[c] Viti more stagni contegit, set paulo post, opitulante eodem sancto, sine periculo ad solitum meatum redit. Preterea multis aliis in locis diversarum regionum magni terrores seu pericula ex nimia aquarum inundatione contigerunt. Frequens principum conventus Goslariae rege presente fit. A. Hildesh. Expeditio post pentecosten contra ducem Fridericum ab omnibus collaudatur. Rex, rapta acie admodum parva, in Boemiam pro restituendo Ottone, qui iniuste honore predictae provinciae privatum se querebatur, tendit, incaute quidem. Tria enim milia, non plus, secum assumpsit, hostium vero 20 milia aut amplius erant. Ducenti vero expeditiores regem precedebant, ad precidendas indagines silvae, que Boemiam a Saxonia disterminat, dispositi. Cumque hi per invia et abrupta silvae quasi repentes laborarent, tum[d] nivium magnitudine tum indaginum incisione fatigati, hostium insidiis ex inproviso circumveniuntur. Ob- Annal. Saxo. truncantur ibi plerique terrae meliores, viri fortes et nobiles, domi *fol. 121. militiaque clari. Quibus si in plano congrediendi copia esset, profecto, quantae virtutis essent, posteris innotuisset. Cadunt tamen non ut ignavi aut fugientes. Nemo ibi averso vultu, quod signum est fugientis, set adverso corruit. Quem quisque locum vivendo optinuit, eum moriendo non amisit. Hostium strages magna fuit. Otto quoque, cuius supra mentionem fecimus, inter hostium cadavera confertissima exanimis repertus est. Marchiọ Albertus, egregiae indolis iuvenis et militaris, capitur. Quo audito rex, atrocior in hostem concitatus et ut leo efferatus, pugnae se preparat, omnia experiri[e] malens, quam turpi fuga sibique insolita vite consulere, et ut de Iulio scriptum est:

Lucan. Bell. Civ. VI, 284.

*Ire vel in clades properat, dum gaudia turbet.*

Annal. Saxo. Wotheiricus[f] vero, nam id nomen erat ei qui Boemiam obtinuit, audita regis constantia, de adversis casibus nil tremefacti, expavit, supplices ad regem legatos destinat. Tandem adductus coram rege, prosternitur. Denique gratia regis vix inpetrata, homo regis efficitur, amodo se regi subditum et fidelem fore iuramento confirmat, captivos reddere repromittit, provinciam in beneficium accipit. A. Hildesh. His actis, rex admodum tristis super fortissimorum militum interitu regreditur. Rex expeditionem movet super Fridericum ducem Alsaziae; set eo in munitiora terrae suae sese recipiente, rex infecto negotio Annal. Saxo. redit. Heinricus, dux Baioariae, et uxor eius Wilferiblt[g], A. Hildesh. filia ducis Saxonum Magni, obierunt. Treveris apud Sanctum Eucharium reperitur corpus sancti Mathiae apostoli subtus altare Iohannis baptistae. Quo digne locato, deinceps ab omni populo Theutonico maxima devotione colitur.

Annal. Saxo. A. D. 1127. rex natalem Domini Coloniae celebrat absente episcopo, epyphaniam vero Aquisgrani. Ibi temerarius tumultus coram rege exoritur, sed moderatione eius adnullatur. Theodericus episcopus pridie Kal. Marcii obiit. Karolus comes Flandriae et Willehelmus comes Burgundiae a suis crudeliter interimuntur, Karolus quidem in eccle- *fol. 121′. sia in oratione prostratus, Wilhelmus* vero noctu in cubiculo suo. Quidam nefarius homo, Gissilbertus dictus, qui dominum suum episcopum Traiectensem et ecclesias Dei sub eo positas superioribus annis sepius infestabat, con- A. Hildesh. prehensus iussu regis capitalem sententiam accepit. Rex Norinberg urbem munitissimam obsidione vallat, set nil relatu dignum actum est ibi. Henricus Partherburnensis obiit, Annal. Saxo. cui Bernardus successit. Godeboldus Traiectensis obiit, cui Andreas Leodiensis prepositus successit.

Annal. Saxo. A. D. 1128. rex natalem Domini Wirciburg celebrat. Ibi sinistro rumore percellitur: Cunradum scilicet, fratrem

---

2. A. D. 1126. Fridericus dux Alsatiae nova quedam contra regem molitur, principum iudicio dampnatur.

Treveris apud Sanctum Eucharium reperitur corpus sancti Mathiae apostoli subtus altare sancti Iohannis baptystae.

Heinricus dux Baioarie obiit.

3. A. D. 1127. rex natalem Domini Coloniae cęlębrat, absentę episcopo; epyphaniam vero Domini Aquisgrani. Ibi temerarius tumultus coram rege oritur[l], sed moderacione ęius adnullatur.

Karolus comęs Flandriae et Wilhelmus comes Burgundiae a suis crudeliter occiduntur, Karolus quidem in oratione prostratus in aecclesia, Wilhelmus vero noctę in cubiculo suo.

Quidam nefarius homo Gisilbertus, qui dominum suum ępiscopum Traiectensem[m] et aecclesias Dei sub eo positas superioribus annis sepius in*festabat*, comprehensus iussu regis *capitis*[n] sentenciam accępit.

4. A. *D.* 1128. *rex nativitatem*[o] Wirziburg *cęlębrat*[p], *ubi* rumore percellitur: scilicet Cunradum, fratrem

---

a) usu *cod.* b) octogesimo tercio *Annal. Saxo.* c) matyris *cod.* d) tunc *cod.* e) experire *cod.* f) Sobezlaus *Annal. Saxo.* g) wilf'iblt *cod.* h) Anni Lotharii *codd.* 1. 2. 2*. i) *desunt verba* 2 *et* 2*. k) ab omnibus *om.* 2, *in quo codice Lotharii imago reliquam columnae partem occupat.* l) exoritur 2*. m) Tûrensem 1, *sed litterae urensem in rasura a manu recentiori suppleta sunt, cum prius* Traiectensem *cod. exhibuisset;* Traiectensem 2 *et* 2*; Taurensem *Eccard.* n) capitalem 2 *et* 2*. o) natalem 2; nativitatem *manu recentiori in loco raso* 1. p) celebrat, Gelasius *m. s. XV in rasura adscripsit* 1; celebrat ubi sinistro rumore 2.

## RECENSIO I.

Friderici ducis Alsatiae, regium nomen usurpasse. Hac de causa Magadeburgensis[a] et Mogontinus archiepiscopi simulque plures alii, qui tunc aderant episcopi, eundem Cunradum excommunicaverunt, et postea eadem excommunicatio a domno apostolico confirmata est. Circa festum sancti Iohannis baptiste expeditio regis fuit[b] contra Cunradum invasorem regni, obseditque urbem Spire, in qua ille invasor presidium expulso episcopo collocavit. Acceptisque rex obsidibus, cum iuramento multorum nobilium discessit circa festum sancti Martini.

A. D. 1129. rex natalem Domini Wormatie celebrat. Ibi Gerhardus de Gellere absens accusatus ab Herimanno de Calvelage male in parte regis sensisse, inducias se expurgandi accepit. Rex festum purificationis sanctae Mariae Coloniae celebrat, absente episcopo, quia tunc, sicut et duobus superioribus annis, inimicicias exercebat contra regem. Ibi predictus Gerardus absque ulla conditione se in potestatem regis tradit; mille marcas pro eius liberatione et gratia regis inpetranda sui spondent. In partibus occidentis viris malo usu comam nutrientibus subito capilli circa capita multis ardere ceperunt. 17. Kal. Iunii frequens conventus principum fit apud Corbeiam presente etiam rege, ubi Fridericus Coloniensis archiepiscopus interventu principum regi reconciliatur. Post festum pentecosten rex Lotharius urbem * Spire iterum obsidione circumdat, quia fidem, quam superiori anno spoponderant, et iuramentum quod iuraverant, infregerunt.

A. D. 1130. rex natalem Domini cum multa frequentia principum circa urbem Spire in tentoriis celebrat. Tandem Spirenses, videntes constantiam regis, famę insuper et bellis coacti, sese una cum urbe deditioni regis tradiderunt in natali sanctorum Innocentum. Coniux ducis Friderici, que civibus ad solacium a duce infra urbem relicta fuerat, fame et nuditate acriter afflicta, a rege Lothario regalibus donis ditata, cum suis discessit. Rex autem cum suis ingressus, epyphaniam Domini infra urbem coronatus celebrat. Treverensis episcopus contra regem sentiens, eo inconsulto Romam tendit, regis causam apud domnum apostolicum disturbare. Set in ipso itinere a Cuonrado, cui favebat, emulo regis, miro Dei iudicio capitur et in vincula conicitur ibique in captivitate moritur. Honorius papa obiit, cui Innocentius successit. Post cuius constitutionem aliquot elapsis diębus, quidam Petrus, qui et Anacletus, filius Peterleonis[c], qui papatum multis retro temporibus affectaverat, militari manu papa substituitur, annitentibus quibusdam cardinalibus timore magis quam voluntarię. Rex pascha Goslariae celebrat, pentecosten vero Quidelingeburg. Quidam principes inter se dissidentes, ibi in concordiam redeunt. Norinberg urbem munitissimam, quam superiori anno obsederat, rex in deditionem accepit. Burchardus de Lucca, amicus regis, in cimiterio occiditur, iussu ut dicitur Herimanni comitis de Winceburg[d]; unde rex, non minima affectus animi tristicia, scilicet tam de interitu amici quam de perpetrata iniusticia, predictum castrum obsidione circumdat.

A. D. 1131. rex natalem Domini[e] Ganderesheim celebrat. Herimannus comes, diffidens rebus suis, sese una cum predicto castro potestati regis tradit. Quem rex custodiae deputat, castrum vero solo tenus everti * imperat. Dominica ante mediam quadragesimam, scilicet 11. Kal. Aprilis, celeberrimus conventus principum fit Leodii, domno apostolico Innocentio et rege Lothario presentibus, ubi multa tam de aecclesiasticis negociis, quam de regni utilitatibus provide ordinata sunt. Ibi Halverstadensis episcopus, Otto nomine, qui ab Honorio papa quorundam factione episcopali officio degradatus erat, interventu regis et principum officii sui plenam restitutionem ab apostolico promeruit. Rex pascha Treveris celebrat. Urbs[f] Traiectensis tota cum

## RECENSIO II.

Friderici ducis Alsatiae, regium nomen usurpasse. Hac de causa Magaburgensis[g] et Mogontinus episcopi et alii plures eundem Cunradum excommunicaverunt, et postea eadem excommunicatio a domno apostolico confirmatur. Contra quem rex veniens Spiram, in qua[h] illę[i] presidium suum, expulso ępiscopo, collocaverat, obsedit, sed[k] acceptis obsidibus discęssit. Annal. Saxo.

5. A. D. 1129. rex purificationem sancte Mariae Coloniae cęlebrat, absentę episcopo, quia, sicut et duobus superioribus annis, inimicicias exercebat contra regem. Annal. Saxo.

In partibus occidentis viris malo usu comam nutrientibus subito capilli circa capita multis[l] ardere coeperunt.

Ipso tempore Fridericus Coloniensis archiepiscopus[m] regi reconciliatur. * fol. 122.

6. A. D. 1130. rex Lotharius Spiram obsidens, civibus fame victis, urbem capit. Annal. Saxo.

Honorius papa *moritur*[n], cui Innocentius secundus succedit, *qui etiam*[o] *Gregorius*.

Eodem *tempore*[q] *substituitur*[r] *ei*[s] alius, Petrus, filius *Petri Leonis*[t], et[u] *Anacletus* secundus *vocatur*. *Hac dissensione* Innocentius *Roma*[v] *expulsus* ad regem in Gallia *se contulit* et ipso[w] annuentę vicęs *apostolicas his* in partibus[x] sibi vendi*cavit*. Ceterum ex illa parte Alpium *omnes*[y] Anacleto favebant. Verum *Innocen*tius, regis et optimatum reg*ni corro*boratus[z] auxilio, ex hac par*te Al*pium quatuor annos agens concilia *congre*gavit, decreta statuit, episcopos ordinavit, et omnia quae iuris apostolici erant libere ęgit. A. Hildesh. et Annal. Saxo.

7. A. D. 1131. dominica ante mediam quadragesimam 11. Kal. Aprilis, celeberrimus conventus principum fit Leodii, domno Innocentio apostolico et rege Lothario presentibus. Annal. Saxo. * fol. 122'.

Urbs Traiectensis tota cum omnibus ecclesiis ibi con-

a) Magadeburg *cod.* b) fuit *deest cod.* c) Petri Leonis *Ann. Saxo.* d) Wirceburg *cod.* e) Domini *deest cod.* f) r *superscr. cod.* g) mageB 1. 2. h) quo 2. i) illę *om.* 2. k) et 2. l) multis *om.* 2. m) archiepiscopus Coloniensis 2. n) *rec. manus* efficitur *et ita Eccardus;* obiit 2 *et* 2*. o) et 2. q) ?; *ita rec. manus et Ecc.* r) constituitur 2 *et* 2*. s) et 2 et 2*. t) *rec. manus f.* Chilionis 1. u) et *deest in* 1, *sed spatio duarum litterarum vacuo relicto; exstat in cod.* 2 *et* 2*. v) Roma 2. 2*; hinc *rec. manus* 1. *et Eccard.* w) et ipso 2; *deest et in* 1, *ubi tamen spatium harum litterarum vacat.* x) in partibus hiis 2. y) omnes *om.* 2. z) *rec. man. et Ecc.* conboratus 1; roboratus 2.

### RECENSIO I.

Annal. Saxo. omnibus ecclesiis ibidem constructis incendio conflagravit. Similiter et in aliis pluribus locis multa incendia tam aecclesiarum quam aliarum edium facta memorantur. Fridericus dux Alsaziae depredationes aecclesiarum facit, contra quem rex expeditionem movet circa pentecosten. Set duce locum pugne non dante, rex pleraque castella eius capit et destruit. Fridericus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui Bruno successit. Rex expeditione mota contra Danos, eos ad deditionem coegit; pro cuius gratia impetranda 4 milia marcarum persolvunt. Simili modo super rebellantes Sclavos irruit eosque subiugavit.

Annal. Saxo. A. D. 1132. rex natalem Domini Coloniae celebrat. Ibi Monasteriensis episcopus Ecbertus infirmatus obiit, reportatusque ad sedem suam honorifice tumulatur; cui Wernerus successit. Eclipsis lunae facta est 5. Nonas Martii. Vehementissima vis ventorum innumera edificia subruit. Elevatio corporis domni Godehardi, Hildenesheimensis episcopi; ubi Domini cooperante gratia, plurima sanita-

A. Hildesh. tum dona infirmis prestantur. Circa festum assumptionis sancte Mariae profectio regis in Italiam pro consecratione sua ab apostolico apud Romam in cesarem. In quo itinere cum ad urbem Augustanam venisset, eam pacifice ingressus est, set quorundam civium factione seditio contra[a] socios

*fol. 123. regis exorta est, et hac de causa repentino igne*, ut in tali tumultu fieri solet, civitas fere tota conflagravit, et multi tam gladio interfecti quam igne suffocati sunt.

A. Hildesh. A. D. 1133. rex natalem Domini in Longobardia apud villam, Medicinam dictam, celebrat. Per Italiam pleraque munita loca sibi resistentia capit. Tandem 2. Kal. Mai Romam cum summo favore ingreditur ibique 2. Nonas Iunii, que tunc dominica exstitit, Lateranis in basilica sancti Iohannis baptiste a domno apostolico Innocentio in cesarem consecratur. Bernardus Patherburnensis episcopus, qui tunc cum rege aderat, usum rationalis in celebrationibus missarum constitutis temporibus, et in consecrationibus aecclesiarum, seu ordinationibus aecclesiasticorum graduum, in proprio tantum episcopatu sibi suisque successoribus a predicto apostolico Innocentio promeruit. Post hec in reditu cum rex cum suis ad quendam locum venisset, qui propter situs angustiam Clus, quasi preclusus, vocatur: — quippe ex una parte excelsissimo monte adiacente, ex altera parte profundissimo flumine currente, via in medio quatuor seu quinque itinerantium spacio patente — et cum ibidem transitus regi ab incolis negaretur, ipse miro eventu et perspicuo Dei auxilio eundem locum celeriter irrumpendo, fugatis hostibus cum suis pertransiit et urbem, in supercilio ipsius excelsissimi montis positam, repentino assultu cepit, et principem eiusdem urbis, auctorem huius rebellionis, secum captivum abduxit. Duo circuli, maior et minor, circa solem apparuerunt 6.[b] Kal. Iulii circa horam terciam; minor circulus ambiens principale templum Paterburnensis sedis, et maior circumdans ipsam civitatem, ut ibidem consistentibus videbatur. Ipsa die hora nona ipsum principale templum cum omni fere civitate, proh dolor! conflagravit. Eclipsis solis facta est 4. Nonas Augusti circa horam 6. in tantum, ut stellae in celo apparerent. Magna inequalitas aeris et pluviarum

Annal. Saxo. inundatio per totum tempus messis subsecuta est. Conso-

*fol. 123'. brinus imperatoris occiditur* Traiecti a Godefrido et fratre

A. Hildesh. eius Herimanno de Kuch. Rex Dacorum[c] pluribus advenis Theutonicis terram suam incolentibus truncationes membrorum facit. Hac de causa imperator expeditionem super eum movere tendit.

### RECENSIO II.

structis incendio conflagravit. Similiter et in aliis pluribus locis multa incendia facta sunt.

Domnus Fridericus Coloniensis archiepiscopus obiit.

Rex Lotharius expedicionem super Danos et Sclavos movit eosque subegit.

8. A. D. 1132. rex natale Domini Coloniae celebrat, in cuius presentia gravissime partes fiunt utriusque ordinis, cleri scilicet et populi, in electione domni Godefridi Santensis prepositi, presidentibus tribus cardinalibus, sancte Romanae ecclesie legatis: Wilhelmo scilicet[d] Prenestino episcopo, Widone qui Innocentio Romae successit, et Iohanne Cremensi episcopo. Tandem iudicio regis et principum et ipsorum cardinalium ad unanimitatem ecclesia perducitur, atque[e] saniori consilio, Godefrido cessante, domnus Bruno, prepositus Sancti Gereonis, Coloniensi cathedrae intronizatur. Interim dum hec agenda tractantur, Ekbertus Monasteriensis episcopus, primum decanus maioris aecclesiae beati Petri Coloniensis[f], qui huic concilio intererat, ibidem infirmatus moritur, reportatusque ad sedem suam tumulatur; cui Wernerus successit.

Vehementissima vis ventorum innumera edificia subruit.

Ipso anno elevatum est corpus sancti Godehardi.

9. A. D. 1133. rex Romam proficiscitur ad restituendum Innocentium sedi apostolice. Transiens ergo per Ytaliam, pleraque munita sibi resistencia capit, tandemque 2. Kal.[g] Mai Romam summo favore ingressus, cum iam defunctus esset Anacletus[28], sedi apostolicae restituit Innocentium, a quo etiam 2.[h] Non. Iunii Lateranis in ecclesia sancti Iohannis in imperatorem consecratus, post bella et victorias aliquantas in Gallias rediit, ducens secum captivum principem quendam Ytaliae.

Eclypsis solis facta est 4. Non. Augusti, hora diei sexta, in tantum ut stellae in coelo apparerent.

Magna inequalitas aeris et pluviarum inundatio per totum tempus messis subsecuta est.

Consobrinus imperatoris occiditur Traiecti a Godefrido et fratre eius Herimanno de Kuch.

a) *h. l. vocabulum erasum, sed nihil excidit in cod.* b) 3. Kal. Iulii *Ann. Hildesh.* c) Danorum *Ann. Hildesh.* d) scilicet *om.* 2. e) et 2. f) Coloniensis 1. 2; Colonie *Eccard.* g) pridie Kal. 2. h) pridie Nonas Iunii 2.

28) Errat Annal. scriptor, Anacletus enim anno demum 1138, die 25. Ian. mortuus est.

**RECENSIO I.**

A. D. 1134. novus imperator natalem Domini Coloniae celebrat. Ibi temerarius tumultus urbicorum coram imperatore exoritur, et eo nondum sedato inde discessit. Pascha Halverstat peragit. Ibi rex Dacorum[a] veniens, sese in potestatem regis tradit, obsides dat, iuramentum facit, se successoresque suos nonnisi permissu imperatoris successorumque suorum regnum adepturum; et pulchro spectaculo, nusquam retro prioribus temporibus audito, ipso sancto die paschae idem rex Dacorum[a], regio more coronatus,

**RECENSIO II.**

10. A. D. 1134. novus imperator natalem Domini Coloniae celebrat. Ibi temerarius tumultus urbicorum coram imperatore exoritur, et eo nondum sedato, inde discessit. Annal. Saxo.

Rex Dacorum veniens, se in potestatem imperatoris tradit, obsidęs dat, iuramentum facit, se successoresque suos non nisi permissu imperatoris successorumque suorum regnum adepturos. Post hec cum pace redire permissus, in sancto die pentecostes ab emulis suis est occisus. A. Hildesh.

coram coronato de more imperatore gladium ipsius portat. Post hec in gratia imperatoris redire permissus, cum in patriam suam venisset, occiditur in sancto die pentecosten ab emulis suis, annitentibus advenis[b] Teutonicis, quos truncatione membrorum damnaverat. Norbertus Magdabergensis[c] episcopus obiit, cui Cuno[d] successit. Post festum sancti Iacobi imperator expeditionem movens super Fridericum ducem Alsaziae, plura eius castella destruit, inter quae famosum eius oppidum in Suevia, nomine Olma[29], captum incendio tradit et regionem predabundus perambulat. Fridericus dux tandem diffidens rebus suis, gratiam imperatoris per quoscumque potest[e] elaborat.

Annal. Saxo. — A. Hildesh. — Cfr. A. Saxo. Iul. 25. — 29

A. D. 1135. imperator natalem Domini Aquisgrani celebrat. Ibi Colonienses gratiam imperatoris optinent. Ibidem imperator et Coloniensis episcopus dissentientes, ab invicem discordati discedunt. Dominica ante mediam quadragesimam, scilicet 16. Kal. Aprilis, frequens principum fere totius regni conventus fit apud Bavenberg, imperatore cum valida manu electorum militum et armorum copia presente. Dei gratia astipulante predictus Fridericus dux Alsaziae annitentibus principibus in concordiam cum imperatore redit. Coloniensis episcopus ibidem interventu principum et satisfactione sua veniam promeruit delicti sui in imperatorem.* In festo pentecosten apud Magatheburg[f] primum principes regni coram imperatore firmissimam pacem domi forisque ad decem annos iuraverunt, et deinde cetera multitudo plebis tam ibi, quam per singulas regni[g] partes,

11. A. D. 1135. imperator natale Domini Aquisgrani celebrat, *ubi Colonienses* eius gratiam obtinent. Ibi etiam imperator et Coloniensis archiepiscopus dissentientes, ab invicem discordati discedunt. Postea ipse et Fridericus dux Alsaciae interventu principum imperatori reconciliantur. Annal. Saxo. — A. Hildesh. et Ann. Saxo.

A. Hildesh. — Annal. Saxo.

In festo pentecostes omnes principes regni coram imperatore firmissimam pacem ad decem annos iuraverunt, et deinceps caetera multitudo idem facere compellitur. *fol. 124. — A. Hildesh. — Annal. Saxo.

hec eadem facere suadetur et compellitur. Dux Boemiae et dux Ungariorum, inimicicias invicem habentes, ibidem confederantur. In festo sancti Mychahelis, in loco qui dicitur Molenhusen, Cunradus, aliquando regii nominis, frater Friderici ducis, imperatori reconciliatur. A. Hildesh.

A. D. 1136. imperator natalem Domini Spire celebrat. Ibi mortuus est Heinricus marchio, filius Wicberti comitis. Hoc anno obsides numero 12 Godefridi comitis de Kuch sese in potestatem regis tradunt. Ipse Godefridus cum fatre suo Herimanno ab imperatore proscribitur in terra ipsorum, scilicet Salica, more antiquorum. Irruptio Sclavorum in partes Saxoniae; contra quos Albertus marchio exercitum movens, terram eorum non semel hostiliter invasit et depopulatus est. Circa festum assumptionis sanctae Mariae expeditio imperatoris in Italiam. Inter Sosacienses et Asnesbergenses depredationes, incendia, homicidia exercentur absente imperatore.

12. A. D. 1136. imperator natale Domini Spire celebrat. Ibi mortuus ęst Heinricus marchio, filius Wiberti comitis. Annal. Saxo.

Hoc anno obsides numero 12 Godefridi de Kuch sese in potestatem imperatoris tradunt. Ipse Herimannus, frater Godefridi, cum fratre suo proscribitur.

A. Hildesh.

Circa festum assumptionis sancte Marie expedicio imperatoris in Ytaliam. Annal. Saxo.

Inter Susatienses et Arnesbergensęs[k] depredationes, incendia, homicidia fiunt absentę imperatore.

A. D. 1137. imperator natalem Domini, similiter et paschale festum, in Italia celebrat, pentecosten vero apud Barum cum generali conventu Italicorum principum. Ibi Bruno Coloniensis episcopus obiit, cui Hugo decanus Sancti Petri apostoli successit, qui et ipse post paucos dies ibidem obiit, ibique ambo conditi iacent. Princeps Apuliae, Rôizir nomine, ob cuius insolentiam maxime imperator Italiam intraverat, statuit castrum satis munitum in ipso latere civitatis Bare, in quod castrum multitudinem predonum collocaverat, qui terra marique, quoquo attingere poterant, inauditis miseriis et calamitatibus regiones opprimebant. Simili modo per totam fere Italiam fecerat. Pentecosten celebrato, imperator castrum[h] cum exercitu vallat, quod nimio sudore devincens, igni tradit soloque coequat. Predones comprehensi suspensi sunt circa turrim exustam numero 500 vel amplius.* Quo terrore omnis civitas, omnis munitio, regiae se potestati tradit. Ex hinc imperator in Calabriam[i] ambulavit. Ibi legati Grecorum ad eum

13. A. D. 1137. imperator natale Domini et pascha in Ytalia cęlebrat, pentecosten vero apud Barim cum generali conventu principum Ytalicorum. Ibi domnus Bruno secundus Coloniensis archiepiscopus obiit, et in ecclesia beati Nycholai ibidem honorificę tumulatur, cui domnus Hugo decanus Sancti Petri succęssit, et ab apostolico Innocentio ordinatus, eodem anno exul moritur. A. Hildesh.

Princeps Apulie, Rnotgerus nomine, ob cuius insolentiam maximę imperator Ytaliam intraverat, statuit castrum satis munitum in ipso laterę civitatis Barae, in quod predonęs collocaverat, qui terra marique inauditis calamitatibus regiones opprimebant. Simili modo per totam pene Ytaliam[l] fecerat. Pentecosten celebrato, imperator castrum cum exercitu vallat, quod magno labore devincęns, igni tradit soloque coequat[m]. Predones comprehęnsi[n] suspensi sunt circa turrim[o] exustam, numero 500 vel eo amplius. Quo *fol. 124'.

a) Danorum *Ann. Hildesh.* b) *glossa manu saec. XIII. ex. vel XIV. margini cod. inscripta ad hocce verbum addidit haec:* Norbertus qui instituit ordinem Praemonstratencium; *quae tamen ad verba sequentia pertinent.* c) Magda *in loco raso scripta sunt cod.* d) Bruno *m. s. XIV superscript. cod.* e) *corr. ex* potuit *cod.* f) *sic corr. ex* Magatheburg *cod.* g) regni *deest in cod.* h) castrum *deest in cod.* i) Calabria *cod.* k) Arnesburgenses 2. l) Ytaliam pene 2. m) coequant 1; coequat 2. n) comprēnsi 2. o) murum 2. 29) Ulm.

## RECENSIO I.

A. Hildesh. magnifice veniunt, quos ipse magnificentius suscepit ac remisit. Albertus Mogontinus archiepiscopus obiit; post cuius obitum[a] civitas una cum principali templo, heu proh dolor! igne concremata est. Marchio Albertus, collecta valida manu, hyemali tempore terram Sclavorum predabundus perambulat. Imperator, rebus in Italia compositis, cum iam repatriare disponit, in ipso itinere, tam senio quam infirmitate gravatus, 2. Nonas Decembris obiit. Annal. Saxo a. 1137, pag. 775. Huius regis tempora iocunda fuere[b]. Nam bona aeris temperie, omnigena terrae fertilitate, cunctarum rerum copia non solum per regnum, set et pene per totum mundum, exuberabat. Hic pace affluebat, concordia regnabat, tranquillitate imperabat, moderatione fulgebat. A. Saxo l. c. Pace belloque clarissimus erat. Merito a nobis nostrisque posteris *Pater patriae* appellatur, quia erat egregius defensor et fortissimus propugnator, nichili pendens vitam suam contra omnia adversa propter iusticiam opponere. Et ut magnificentius de eo dicamus, in diebus eius populus terrae principem terrae non pertimuit, nec violentorum manibus subiacuit. Unusquisque enim sua liberaliter pacificeque possidebat. Ergo pro pacificis erga Dei ecclesiam ab eo gestis optamus, ut alta pace in Domino quiescat et A. Hildesh. eterna beatitudine perfruatur. Corpus eius delatum in patriam, sepelitur regio more in hereditate paterna, in loco dicto Liutheron.

## RECENSIO II.

terrore omnis civitas et omnis munitio regiae se potestati tradidit. Ex hinc imperator in Calabriam ambulavit, ubi legatos Grecorum obviam habuit.

Ipso tempore Mogontia una cum principali templo combusta est.

Imperator, rebus in Italia compositis, cum iam repatriare disponit, in ipso itinere tam senio quam infirmitate gravatus 2. Nonas Decembris obiit, vir egregius et digne pater patrie appellandus, quo decedente pax et tranquillitas et rerum copia, qui eo imperante vigebant[e], hactenus cessaverunt. Corpus eius delatum in patriam, sepelitur regio more in hereditate paterna, loco[f] qui dicitur Liutheron[g]. Huius regis tempora iocunda fuere. Nam bona aeris temperie, omnigena terre fertilitate, cunctarum rerum copia non solum per regnum, sed et pene per totum mundum, exuberabat. Hic pace affluebat, concordia regnabat, tranquillitate imperabat, moderatione fulgebat. Pace belloque clarissimus erat. Merito a nobis nostrisque posteris *pater patrie* appellatur, quia erat egregius defensor et fortissimus propugnator, nichili pendens vitam suam contra omnia adversa propter iusticiam opponere. Et ut magnificentius de eo dicamus, in diebus eius populus terre principem terre non pertimuit, nec violentorum manibus subiacuit. Unusquisque enim sua liberaliter pacificeque possidebat.

### Anni Cuonradi Tercii.

Annal. Saxo. A. D. 1138. imperatrix Richinza indixit conventum principum in festo purificationis sanctae Mariae Quitelingeburg. Qui conventus inpeditus est ab Adelberto marchione et suis communipularibus, tollentibus omne servicium imperatricis quod ibi habere debuit, et introitum in urbem ei prohibentibus, et plurima dampna tam rapinis quam incendiis ei inferentibus. Colonienses episcopum sibi constituunt Arnoldum, praepositum Sancti Andreae, Mogontini 'fol. 125. quoque' super se levant episcopum Albertum iuvenem, prioris Alberti nepotem. Cunradus Suevus aliquando, ut supra dictum est, usurpator regii nominis, latenter primum levatus est in regem factione Alberonis Treverensis archiepiscopi et paucorum principum. Qui Cunradus regalia, que Heinricus dux Baioariorum, qui et dux Saxonum, gener Lotharii regis, sub se habuit, callide acquisivit, et eundem ducatu Saxonie privare voluit, dato eodem Alberto marchioni. Hinc cedes, rapinae, incendia per totam Saxoniam facta sunt. Unde Heinricus dux fratri Welponi ducatum Baioariae cum provincia committens, valida manu Saxoniam tendit, et similis factus leoni in operibus suis, diruens urbes et castella, perscrutatus est iniquos qui terram perturbabant, ipsum auctorem totius mali Albertum marchionem post dominum suum regem exulare coegit. Tunc Bernardus de Pluzeke cognatus imperatricis, licet sero penitentia ductus, tandem post subversionem urbis et distractionem facultatum suarum, domnam imperatricem adiit, pro admissa infidelitate veniam petiit et impetravit. Hermannus etiam de Wincenburg[c] a rege suscipiens bona minus sibi profutura, beneficia scilicet ad regia vexilla perti-

### Anni Cunradi.

A. d. i. 1138. ab U. v. c. 1889. Cunradus eiusdem nominis tercius, dux Alemannie, frater Friderici ducis Alsatiae, 90. loco ab Augusto[h] eligitur in regem, regnavitque annis 14.[i]

Coloniae archiepiscopus levatur Arnoldus, primus prepositus Sancti Andreae.

Ipso anno sedicio gravissima inter cives et ipsum[k] episcopum oritur, et vix tandem post magnam tumultuacionem sedatur.

Cunradus rex effectus regalia, quae penes Heinricum ducem Saxonie et Bawarie, generum Lotharii imperatoris erant, callide acquisivit, et ipsum ducatu Saxonie privare voluit, dato eodem[l] Adelberto marchioni. Hinc cedes, rapine, incendia per totam Saxoniam facta sunt. Unde Heinricus dux fratri Welphoni ducatum Baioarie cum provincia committens, valida manu Saxoniam tendit, et ipsum Adelbertum marchionem post regem exulare fecit[m].

a) obitum *in marg. prima man. suppl. cod.* b) *corr. ex* fuerae *cod.* c) Wircenburg *cod.* e) vigebat 2. f) in loco 2. g) *verba* Huius regis tempora *usque ad finem anni desunt in* 2'. h) communi consensu pari consilio ab omnibus in regem eligitur 2. i) XIII *cod.* 2; *columnam sequentem codicis totam fere Conradi tertii imago occupat.* k) ipsum *om.* 2. l) eodem *bis habet* 2. m) *hoc loco cod.* 2 (fol. 101' col. 1 med.) *historiam Hildegardis prophetissae inserit, sic pergens:* In huius regis Cunradi temporibus floruit quedam prophetissa nomine Hildegardis et hec multa de futuris temporibus in sua prophetia prenuntiavit. Unde ista dabuntur indicia ante scisma illud, sub quo episcopi et clerici de locis propriis expellentur. Ex libro divinorum operum capitulo nono secunde partis. *(Rubrica hucusque).* Cum peccata hec — et propterea timeo quod in brevi veniant super nos omnia que scripta [sunt] in libro hoc. Explicit prophetia sancte Hildegardis, que prophetavit in tempore Cunradi regis. Sequitur cronica secundi anni Cunradi regis.

RECENSIO I. | RECENSIO II.

nentia, que hactenus comes Sifridus de Homburg possederat, ab ipso comite plurimis praeliis lascescitur, devastatur; unde et viribus diffidens, datis sacramentis, tam duci quam comiti reconciliatur

**Recensio I.**

A. D. 1139. rex natale Domini Goslariae celebrat. Andreas Traiectensis episcopus obiit, cui Hartbertus successit. Circa festum sancti Iacobi apostoli expeditio regis in Saxoniam contra Heinricum ducem; set illo viriliter cum magno exercitu iuxta Crucenberg occurrente, rex infecto negocio rediit. Nec multo post idem dux veneno, ut fertur, vitam finivit. Albertus marchio morte ducis exhilaratus, cum forum apud Bremam circa festum omnium sanctorum gloriabundus adiret, ut a turbis ibi confluentibus magnifice quasi* dux patriae susciperetur, ab amicis imperatricis circumventus, fuga usus vix cum paucis suorum evasit.

A. D. 1140. rex urbem Welponis ducis Baioariorum, Winesberg dictam, obsedit et in deditionem accepit, matronis ac ceteris feminis ibi repertis hac regali liberalitate licentia concessa, ut quaeque humeris valerent deportarent. Quae tam fidei maritorum quam sospitati ceterorum consulentes, obmissa suppellectili descendebant viros humeris portantes. Duci vero Friderico ne talia fierent contradicente, rex favens subdolositati[a] feminarum dixit, regium verbum non decere immutarę.

A. D. 1141. rex festum pentecosten Wirciburg celebrat. Ibi celebris conventus principum fit pro pace et concordia in regno componenda; set infecto huius rei negotio discessum est. Imperatrix Richinza piae memoriae obiit. Ethelmarus de Rietbike[c, 30] adversus se in bellum provocans comites Ecbertum de Tekeneburg et Ottonem de Ravenesburg, ab eis primo congressu vincitur et fugatur, set denuo congressuri, ante conflictum capiuntur. Ex adverso enim insidiis deputatis, cum peringens palus transeundum eis esset, ac inarmati incederent, subito in eos insiliit, sicque inter hostes ac paludem inclusos quosque militares cepit, reliquos debilitavit. Albertus Mogontinus episcopus subito obiit, cui Marcholfus successit. Siwardus Mindensis episcopus obiit, cui Heinricus eiusdem civitatis insulae abbas successit.

A. D. 1142. rex pentecosten Frankenvort celebrat, coadunata principum tam Baioariae quam Saxoniae dignitate. Ibi quorundam familiarium[b] suorum principum fretus auxilio, domnam Gertrudam, famosissimam Saxoniae matronam, filiam videlicet Lotharii imperatoris et praedicti ducis Heinrici viduam, uni e fratribus nomine Heinrico matrimonio copulavit, prudenti et satis necessario omni regno usus consilio, quo animadvertit posse una feria pacificare* omnia. Quod et factum est. Nam principes qui hactenus resistebant regi ibi reconciliantur, omnem fidelitatem ei promittentes; quibus et ipse reconciliatus, quod cuiusque dignitatis erat restituit, ac deinde ipsos principes inter se dissidentes, ut decuit regem, pacificare curavit. Novae vero cognatae suae trecentas marcas, quas ipsa pridie pro

**Recensio II.**

2. A. D. 1139. circa festum sancti Iacobi expedicio regis in Saxoniam contra Heinricum ducem; sed illo viriliter cum magno exercitu iuxta Crucenberg[c] occurrente, rex infecto negocio rediit. Nec multo post idem dux veneno, ut fertur, vitam finivit. Albertus marchio morte ducis exhylaratus, cum forum apud Bremam gloriabundus adiret, ut a turbis inibi confluentibus quasi dux patriae susciperetur, ab amicis imperatricis circumventus, fuga usus cum paucis evasit. — Annal. Saxo. Annal. Palidenses.

Nov. 1. *fol. 125'.

3. A. D. 1140. rex urbem Welphonis ducis Bawariorum, Winesberg[d] dictam, obsedit et in dedicionem accepit, matronis ac feminis ibi repertis hac[e] regali liberalitate licentia concessa[f], ut queque humeris valerent deportarent. Quae tam fidei maritorum quam sospitati caeterorum consulentes[g], omissa suppellectili descendebant humeris viros suos portantes. Duce vero Friderico ne talia fierent contradicente, rex favens subdolositati mulierum dixit, regium verbum non decere immutari. — Annal. Palidenses.

4. A. D. 1141. rex festum pentecostes Wirziburg celebrat[h]. Ibi celebris conventus principum fit pro pace et concordia in regno componenda; sed infecto huius rei negocio discessum est. — Mai. 18.

Domna imperatrix Richiza pie memoriae obiit.

5. A. D. 1142. rex pentecosten Frankenefurt celebrat, coadunata principum tam Bawariae quam Saxoniae dignitatę. Ibi quorundam familiarium suorum principum[i] fretus auxilio, domnam Gerthrudem[k] famosissimam Saxoniae matronam, filiam videlicet Lotharii imperatoris et predicti Heinrici ducis viduam, uni e fratribus suis coniunxit, sciens, hac coniunctione multos confederari. Quod et factum est. Nam principes hactenus discordantes, hac occasione regi reconciliantur. Celebrantur ergo nuptiae regali apparatu per 14 dies, quas ipse rex per se amministravit.

*fol. 126.

a) subdolositi c. a*) riethike c. b) famiarium c. c) Crucenber 2. d) Winesber 2. e) ac 2. f) concessa licentia 2. g) consulentes ceterorum 2. h) pentecosten habuit Wircibur 2. i) principum suorum 2. k) Gerthrud 1; Gerthrudem 2.

30) i. e. de Rietberg.

**RECENSIO I.** / **RECENSIO II.**

obtinenda gratia sua persolvendas devovit, reindulsit, ac sic per 14 dies regali apparatu nuptias per se amministravit. Marcholfus Mogontinus episcopus obiit,

### RECENSIO I.

cui Heinricus ipsius maioris aecclesiae decanus successit. Wezelinus Monasteriensis canonicus ab aecclesia Osnaburgensi episcopus eligitur, set Coloniensium archiepiscopo aliisque quibusdam resistentibus, suspensione divini officii ecclesia a legitima electione arcetur, unde Philippum praepositum Daventerensium in eius locum suscipiunt.

A. D. 1143 Hoc anno hyemps validissima et prolixa exstitit. Domna Gertrudis praedicta ductrix ob difficultatem partus diem clausit extremum et apud patrem et matrem necnon priorem coniugem suum Heinricum cum me-
31 rore totius Saxoniae in Liuthero[31] sepelitur.
Febr. 21. Rex in quadragesima partes Saxoniae iterum intrare attemptans, usque Goslariam et Hildenesheim processit, cum subito dux Baioariae Welp, consociato sibi consobrino suo, filio scilicet ducis Friderici, Sueviam ingressus quaeque regis erant concremando, diripiendo acriter depopulatus est. Quae res regem remeare coegit. Tota aestate et autumpno pluviae inundabant. Innocentius papa obiit, cui Celestinus successit. Albero Corbeiensis abbas obiit, Heinricus frater Sifridi comitis successit. Hic a domno apostolico ad decus ecclesiae suae promeruit anulum, antecessoribus suis non concessum.

A. Palidens. A. D. 1144. Celestinus papa obiit, cui Lucius qui et Gerhardus successit. Natus est regi filius nomine
*fol. 126'. Heinricus, quem alii* Beringerum vocant ex nomine avi eius. Hic postea unctus est in regem. Dein natus est ei Fridericus, qui totius Alamannie ducatum adeptus est[32].

cfr. A. Magd. A. D. 1145. Lucius papa obiit. Cui communi electione Bernardus Clarevallensis monachus successit, et Romano more nomine mutato vocatus est Eugenius.

A. D. 1146. cometa apparuit, in cuius ortu astrologi aiunt famem aut pestilentiam aut mutationem regnorum prefigurari, que cuncta nunc impleta sunt. Gravis dissensio
33 inter Harpernum[33] episcopum Traiectensem et Ottonem principem filium Ottonis palatini, patruelem Herimanni Salmonis, quem Colonienses in praelio Tuiciensi ceperant, orta est; set praelio inito idem Otto ab episcopo captus est, post vero reconciliatus ac dimissus

### RECENSIO II.

Wecel Monasteriensis canonicus ab ecclesia Osnaburgensi episcopus[a] eligitur, sed Coloniensium archiepiscopo aliisque quibusdam resistentibus, suspensione divini officii ecclesia a legitima electione arcetur, unde Phylippum prepositum Daventrensium[b] in eius locum suscipiunt.

6. A. D. 1143. Hoc anno hyems validissima et prolixa fuit[c].

Domna Gerthrud predicta ductrix, coniunx Heinrici fratris regis, ob difficultatem partus diem clausit extremum, et apud patrem et matrem et priorem coniugem suum Heinricum cum merore tocius Saxoniae sepelitur in Luotheron.

Rex in quadragesima Saxoniam iterum[d] intrare attemptans[e], usque Goslariam et Hildensheim[f] processit, cum subito Welpho dux Baioariae[g], consociato sibi consobrino suo Friderico, qui postea regnavit, filio scilicet Friderici ducis, Sueviam ingressus queque regis erant concremando, diripiendo acriter depopulatus est. Que res regem remeare coegit.

Tota estate et autumpno pluviae intolerabiles.

Innocentius papa obiit, cui Celestinus II. qui et Wido, successit.

7. A. D. 1144. Coelestinus papa obiit, cui Lucius secundus, qui et Gerhardus[h], successit.

8. A. D. 1145. Lucius papa obiit, cui Eugenius III. qui et Bernhardus[i], Clarevallensis[k] monachus[l], successit. Natus est regi filius nomine Heinricus, quem alii Beringerum ex nomine avi eius vocant. Dein[m] natus ei est Fridericus[n], qui tocius Alamannie ducatum adeptus est.

9. A. D. 1146. cometa apparuit. Renus fluvius alveum suum Coloniae egressus[o], inaudita antea magnitudine excrevit. Ipso anno gravis dissensio oritur inter Harpertum Traiectensem episcopum et Ottonem principem, filium Ottonis palatini comitis, patruelem Herimanni Salmonis, quem Colonienses in prelio Tuiciensi ceperant, in tantum ut pugna conserta ipse Otto ab episcopo caperetur et custodiae traderetur. Sed postea reconciliatus ei et dimissus pugnavit cum Herimanno palatino comite, a quo iterum capitur abductus[p].

a) episcopo 2. b) Dav. prep. 2. c) *in margine eadem manu:* R. *unde Eccardus* Romae. d) iterum Saxoniam 2. e) appetens 2. f) Hildesheim 2. g) dux Baioarie Welpo 2. h) Gehardus 2. i) Brenhardus 2. k) Clarevallis 2. l) abbas 2. m) Deinde 2. n) natus est ei Fridericus 2. o) egressus Colonie 2. p) et abducitur 2; *legendum esse videtur* captus abducitur.

31) Königslutter. 32) anno 1152, obiit a. 1167; cfr. *Stälin*, Wirtembergische Geschichte, II, 101 sq. 33) Hartbertus sedit annis 1139—1150. v. Ann. Egmundanos a. 1138 sqq.

RECENSIO I.

est. Rex quoque Herimannum fratrem Heinrici de Kazenelinboche palatinum constituit, unde gravia bella et incendia inter Ottonem et eundem Herimannum orta sunt.

A. D. 1147. eclipsis solis facta est. Sequitur fames maxima per totam Galliam et Germaniam, ita ut maldrum siliginis 12 solidis emeretur, panis vero qui pro denario dabatur vix pugillum palmae excederet. Erat videre miseriam, eos qui nuper deliciose vivebant, pro panis inopia domos circuire. Famem quoque secuta est ingens pestilentia, ita ut deficientibus sepulchris multitudo fossis pariter immitteretur.

*De expeditione Iherosolimitana.*

Igitur eodem anno, qui est annus decimus Cuonradi tercii Romanorum augusti, mota sunt omnia regna occidentis et accensa desiderio eundi in Ierusalem et visitare sepulchrum Domini, ac dimicare contra gentes quae ignorant Deum, et dilatare terminos christiani imperii in oriente. Huius viae auctores maxime fuerunt Bernardus abbas Clarevallensis et quidam monachus nomine Ruodolfus. Ergo, ut diximus, non solum plebeii et milites set et ecclesiarum multarum antistites, duces, comites, principes, ipsi etiam reges in hanc se* expeditionem contulerunt. Rex etiam Cuonradus et rex Francie Luodewicus, innumerabili stipati bellatorum agmine, iter hoc aggressi sunt. Nec vero aliquis poterit credere, quanta[a] hominum multitudo cum eis et per eos adunata sit. Non ad excidium Troie tantam Grecia militiam misit, nunquam Cirus rex tanta hominum vallatus est acie, et heu proh dolor! quo plures et forciores erant, eo minora virtutis suae vestigia reliquere. Nil quod regie cronice dignum sit imprimi, hoc actum est in itinere, tantum[b] ea quae Romano plena sint rubore et infortunio. Periit maxima ex parte innumerabilis ille conventus fame, peste, paganorum gladio, plurimi a Turcis et Sarracenis capti feda servitute et vinculis consenuerunt. Solum Damascum nobilissimam Syrie urbem bello aggressi sunt, ubi Adolfus fortissimus adolescens, filius Adolfi comitis de Berge, infatigabiliter cedi Sarracenorum instans occisus est, et cum iam

RECENSIO II.

10. A. D. 1147. eclypsis solis facta est 7. Kal. Novembris circa horam diei pene 4. Ipso anno fames maxima facta est, ita ut modius siliginis 12 solidis Coloniensis monete venderetur in mense Iunio[c]. Famem etiam pestilentia et mortalitas subsecuta est intolerabilis. Oct. 26. cfr. Annal. Brunvillar. a. 1146.

Wolbero abbas[34] efficitur, cum Gerhardus[d] abbas senio gravatus curam pastoralem administrare non sufficeret, et baculum in presentia domni archiepiscopi et priorum reddidisset. 34

9. A. D. 1148. expedicio Hierosolimitana secundo facta[e] ex omni regno occidentis per Cunradum regem, anno regni sui 11, indictione 11, cum quo et Ludowicus rex Francorum et plures alii principum proficiscuntur *cum innumerabili multitudine bellatorum equestris et pedestris exercitus[f], accensi desiderio[g] eundi in Iherusalem, visitare sepulchrum Domini ac dimicare contra gentes quae ignorant Deum, et dilatare terminos[h] christiani imperii in oriente. Huius viae auctores maxime fuerunt Bernardus abbas Clarevallensis et quidam monachus nomine Rudolfus. Ergo, ut diximus, non solum plebei et milites, sed et ecclesiarum multarum antistites, duces, comites, principes, ipsi etiam reges in hanc se expeditionem contulerunt[i]. Nec vero aliquis poterit credere, quanta hominum multitudo cum eis et per eos adunata sit. Non ad excidium Troie tantam Grecia militiam misit, numquam Cirus rex[k] tanta hominum vallatus est acie. Et heu, pro dolor! quo plures et fortiores erant, eo minora virtutis reliquere vestigia. Nil quod regiae cronicae dignum sit inprimi, hoc actum est itinere, tantum ea quae Romano plena sint rubore et infortunio. Periit maxima ex parte innumerabilis ille conventus fame, peste, paganorum gladio, plurimi a[l] Turcis et Sarracenis capti feda servitute et vinculis consenuerunt. Solum Damascum nobilissimam Syriae[m] urbem bello[n] aggressi sunt, ubi Adolfus fortissimus adolescens, filius Adolfi comitis de Berge, infatigabiliter cedi Sarracenorum instans occisus est. Et cum iam civitas in manus regis Cunradi tradenda esset, perfidia Iherosolimitanorum et quorumdam principum avaricia seducti, ab ea sine victoria continuere manus. Ditata et repleta est terra paganorum de spoliis et armis, quae a Romano exercitu in hac expedicione ceperunt. Ergo quia omnia, quae hac via gesta sunt, plena sunt luctus et miserie et nullius victoriae, melius est[o] inde silere et Romano parcere pudori, nec tradere cognitioni futurorum. * fol. 127

a) quanto *cod.* b) tanta *ut videtur cod.* c) Iulio 2*. d) Gehardus 2. e) facta est ex 2. f) *verba omnino transposita sunt in cod.* 2*, *nam post verba:* equestris et pedestris exercitus *sequuntur haec:* Facta est et navalis expeditio in Hispaniam ad Ulixibonam civitatem munitissimam in monte positam mari adiacente, ubi muro Domini auxilio capta *(sic)* urbe, Sarracenis occisis et eiectis, Theutonicus exercitus omnem regionem circumiacentem obtinent et incolit; *subiunguntur his extremo huius anni:* Eodem tempore Heinricus dux Saxonum — domnus Gerhardus abbas obiit; *deinde post finem anni* 1149 *sequitur ipsa narratio expeditionis ubi modo substiterat scriptor codicis, tum inseritur locus post verba:* apud Ulixibonam miraculis claruerunt *ita:* Istis taliter patratis — prospero applicuerunt; *reliquas eiusmodi transpositiones suis locis infra notabimus.* g) accensis desideriis 2. h) suos *addit* 2. i) receperunt 2. k) rex Cirus 2. l) plurima Turcis 1. 2. m) Syriae *om.* 2. n) bello *om.* 2. o) est *om.* 2.

34) scilicet Sancti Pantaleonis, sedit autem annis 1147—1165.

RECENSIO I. RECENSIO II.

civitas in manus regis Conradi tradenda esset, perfidia Ierosolimitanorum et quorundam principum avaricia seducti, ab ea sine victoria continuere manus. Ditata et repleta est terra paganorum de spoliis et armis, que a Romano exercitu in hac expeditione ceperunt. Ergo quia omnia, que hac via gesta sunt, plena sunt luctus et miseriae et nullius victoriae, melius est inde silere et Romano parcere[a] pudori, nec tradere cognitioni futurorum.

### *De Ulixibona capta.*

**Recensio I.**

Per idem tempus in octava paschae,
Apr.27. quae fuit 5. Kal. Mai, movit exercitus nava-
Mai.20. lis de Colonia, et 13. Kal. Iunii venerunt in
portum Angliae, ubi comitem de Arscoth
cum 200 fere navibus tam Anglorum quam
Flandrensium invenerunt. Deinde in portum
Iun.6. Hyspaniae venientes, 6. feria ante pentecosten
in portum Galitiae applicuerunt, qui portus
a Sancto Iacobo apostolo octo miliaribus
distat. Ad cuius venerabile sepulchrum in
Iun.7. *fol. 127'. vigilia pentecosten venientes, sanctam* sollempnitatem exegerunt. Deinde per alveum
fluminis qui Tagus dicitur intrantes, in vigi-
Iun.28. lia apostolorum Petri et Pauli ad Ulixibonam
applicuerunt. Quae civitas, sicut tradunt
hystoriae Sarracenorum, ab Ulixe post excidium Troiae condita, mirabili structura tam
murorum quam turrium super montem humanis viribus insuperabilem fundata est. Circa
Iul.1. quam figentes tentoria, Kalendis Iulii suburbana eius divina virtute adiuti ceperunt. Post haec circa muros assultus varios non sine magno suorum et illorum detrimento facientes, machinas et turres erexerunt, et
Oct.21. usque ad 12. Kalendas Novembris eam obsederunt. Interea Sarraceni, qui habundabant alimentis, suis concivibus egentibus victum adeo negabant, ut plurimi fame morerentur, quidam autem eorum canes et cattos devorarent. Horum pars plurima christianis ultro se optulit et baptismi gratiam suscepit. Erat turris lignea, a christianis erecta et bellicosis impleta viris, quae muro supereminebat, in qua et milites regis Hyspaniae pugnabant. Qui milites magnellis Sarracenorum territi, minus viriliter resistebant, donec Theutonici eis auxilio venerant. Videntes autem Sarraceni Lotharingos tanto fervore turrim ascendere, tanta formidine sunt territi, ut arma submitterent et dextras sibi dari peterent. Unde factum est ut Algaida, princeps eorum, hoc pacto cum christianis conveniret, ut exercitus omnem suppellectilem cum auro et argento acciperet, rex

**Recensio II.**

Per idem tempus in octava paschae, quae fuit 5. Kal. Mai, movit exercitus navalis de Colonia, et 13.[b] Kal. Iunii venerunt in portum Angliae, ubi comitem de Arscoth cum 200 fere navibus tam Anglorum quam Flandrensium invenerunt. Deinde in portum Hyspanie venientes, sexta feria ante pentecosten in portum Galiciae[c] applicuerunt, qui portus a Sancto Iacobo octo miliaribus distat. Ad cuius venerabile sepulchrum in vigilia pentecostes venientes, sanctam sollempnitatem exegerunt. Dein[d] per alveum fluminis qui Tagus dicitur intrantes, in vigilia Petri et Pauli Ulixibonam applicuerunt. Que civitas, ut tradunt hystorie Sarracenorum, ab Ulixe post excidium Troiae condita, mirabili structura tam murorum quam turrium[e] super montem humanis viribus insuperabilem[f] fundata est. Circa quam figentes tentoria, Kalendis Iulii suburbana eius divina virtute adiuti ceperunt. Post haec circa muros assultus[g] varios non sine magno suorum et illorum detrimento facientes, machinas et turres erexerunt, et usque ad 12. Kal. Novembris eam obsederunt. Interea Sarraceni, qui habundabant alimentis, suis concivibus egentibus victum adeo negabant, ut plures fame morerentur, quidam autem eorum canes et cattos devoraverunt. Horum pars plurima christianis ultro se obtulit[h], et baptismi gratiam suscepit. Erat autem turris lignea, a christianis erecta et bellicosis viris impleta, que muro supereminebat, in qua et milites regis Hyspaniae pugnabant. Qui milites magnellis Sarracenorum territi, minus viriliter resistebant, donec Teuthonici eis auxilio venerant. Videntes autem Sarraceni Lotharingos tanto fervore turrim ascendere, tanta formidine sunt territi, ut arma submitterent, et dextras sibi dari peterent. Unde factum est ut Algaida, princeps eorum, hoc pacto cum christianis conveniret, ut exercitus omnem suppellectilem cum auro et argento acciperet, rex autem Hyspaniae totam civitatem cum nudis Sarracenis et tota terra obtineret. Consummata est autem hec[i] divina non humana victoria in ducentis milibus[k] et quingentis viris Sarracenorum in festivitatę undecim milium virginum. Quorumdam christianorum corpora variis occisionibus extincta[l], apud Ulixibonam sepulta[m] miraculis claruerunt*.

* Istis taliter patratis, christiani Tortuosam civitatem pari modo aggressi devicerunt, et tropheum crucis erigentes inibi militari manu munierunt. Classem deinde solventes, Christo duce Iherosolimam intento prospero applicuerunt. *Additamentum codicis* 2'.[n]

a) parce *c.* b) xiiii. 2. c) Gallatie 2. d) Deinde 2. e) quam turrium *post suppleta sunt in* 1. f) insuperabilis 2. g) assaltus 2. h) se obtulit ultro 2. i) est autem haec *om.* 2. k) militibus 2. l) sepulta 2. m) sepulta *om.* 2. n) *post haec cod.* 2' *exhibet locum, qui infra anno* 1151 *legitur:* Igitur Conradus rex *usque ad finem anni; tum omissis verbis, quae annum* 1148 *claudunt:* Eodem tempore Heinricus — Gerhardus abbas obiit, *quippe quae in initium huius anni transposita sunt, statim alius locus inseritur, quem infra a.* 1151. *expressimus:* Sed licet favorem — episcopi molimen anullans. *Sequitur denique annus* 1150.

RECENSIO I. | RECENSIO II.

autem Hyspaniae totam civitatem cum nudis Sarracenis et tota terra obtineret. Consummata[a] autem est haec divina non humana victoria in ducentis milibus et quingentis viris Sarracenorum in festivitate 11,000 virginum. Oct. 21. Quorumdam christianorum corpora variis occisionibus exstincta, apud Ulixibonam miraculis claruerunt.

**Recensio I.**

*Eodem anno Heinricus dux Saxoniae et Wernerus Monasteriensis episcopus expeditionem super gentem Sclavorum moverunt.

**Recensio II.**

Eodem tempore Heinricus dux Saxonum et Wernerus Monasteriensis ȩpiscopus expedicionem fecerunt super Sclavos. *fol. 128.

Otto princeps in custodia Herimanni comitis moritur, vel ut quidam dicunt, ab ipso[b] comite strangulatus. Domnus Gerhardus[c] abbas[38] obiit.

**Recensio I.**

A. D. 1148. Eugenius papa venit Treveris in natali Domini, ubi ab Alberone archiepiscopo honorifice suscipitur et per plures dies ibi moratur. Deinde per Gallias rediens, Remis concilium celebre habuit, ubi congregatis ex Gallia et Germania catholicis patribus multa correcta sunt. Archiepiscopus Coloniensis ab officio suo suspenditur, quia huic concilio non interfuit. Rex Cuonradus de Ierusalem rediit. Otto princeps ab Herimanno palatino captus et in castro ipsius quod Sconebrug[35] dicitur relegatus, ibidem iussu eius ut ferunt est strangulatus[36].

**Recensio II.**

12. Anno Domini[d] 1149. domnus apostolicus Eugenius Remis concilium habuit, congregatis ibi ex omni Gallia et Germania ȩpiscopis et ȩcclesiarum primatibus, ubi Coloniensis archiȩpiscopus ab officio suo suspenditur, quia se huic concilio subtraxerit. Ibi plurima de utilitate ȩcclesiae tractata sunt.

**Recensio I.**

A. D. 1149. rex filium suum Heinricum ungi fecit in regem Aquisgrani, qui non multo post obiit. Sanctus Malachias Lemoriensis[37] archiepiscopus, ex Hybernia veniens ad Clarevallense cenobium, migravit ad Dominum et miraculis multis claruit.

**Recensio II.**

Eodem anno Cunradus rex de Hierosolima rediit, filium etiam suum Heinricum ungi fecit in regem Aquisgrani, qui non multo post obiit.

Sanctus Malachias Lemoriensis archiȩpiscopus, ex Hybernia veniens ad Clarevallense cenobium, migravit ad Dominum et miraculis multis claruit.

**Recensio I.**

A. D. 1150. hyemps valida extitit. Archiepiscopus Coloniensis Romam veniens, domno papa in sententia sua perseverante, minime reconciliari potuit, et sine restitutione officii sui rediit. Urbs Traiectum tota cum aecclesiis incendio flagravit. Ibi crux lignea de alto cadens templi loco, incendio illesa permansit. Wernerus Monasteriensis episcopus obiit, cui Fridericus eiusdem ecclesiae canonicus successit.

**Recensio II.**

13. A. D. 1150. hyems validissima et nimium diuturna. Ignee acies.

Urbs Traiectum tota cum ȩcclesiis et edificiis incendio[e] conflagravit, ubi crux quedam lignea de alto cadens[f], desuper cadente templi tecto cum trabibus, illesa permansit, quo etiam diutissimo in incendio posita, postmodum incorrupta est inventa, solummodo clavis patibuli, quibus dominica[g] ymago detinebatur, liquefactis. Hec ad memoriam miraculi in templo sancti Bonifacii honorificȩ servatur.

Ipso tempore in[h] mense Maio[i] Coloniae pars aliqua civitatis exusta et dampna inrecuperabilia facta sunt.

Hoc anno ignis et aqua per diversas mundi partes innumeras clades operantur. Ipse totus annus, plenus miseriarum, subsequenti presagium erat. Domnus etiam Arnoldus Coloniensis archiȩpiscopus Romam veniens, domno papa in sentencia sua perseverante, minime reconciliari potuit, et sine restitutione officii sui rediit. Wernerus Monasteriensis ȩpiscopus obiit, cui Fridericus eiusdem ȩcclesiae canonicus successit.

**Recensio I.**

A. D. 1151. Arnoldus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui Arnoldus cancellarius regis et prepositus maioris ecclesiae licet plurimum renitens successit. Et non multo post Romam tendens, consecrationis gratiam a domno apostolico reverenter percepit.

**Recensio II.**

14. A. D. 1151. domnus Arnoldus Coloniensis archiȩpiscopus obiit, et successit domnus Arnoldus secundus, cancellarius regis et prepositus maioris domus[39].

Ipso anno fames horrenda et omnium rerum inaudita penuria.

a) Consumpta *cod.* b) ab ipso *deest* 1. 2, *extat in* 2* *et apud Würdtwein.* c) Gehardus 2. d) dominicae *cod.* 1. e) incendio *om.* 2. f) de alto cadens lignea 2. g) dominica *om.* 2. h) in *deest* 2. i) Maio mense 2.

35) Schöneberg, prope Kreuznach, ad septentrionem versus. 36) Cfr. Annales Palidenses a. 1149. 37) immo Ardmachensis fuit. 38) scil. Sancti Pantaleonis. 39) i. e. maioris ecclesiae.

RECENSIO I.

A. D. 1152. rex Cuonradus apud Babinberg infirmitate decubans et diem mortis sibi adesse sentiens, duci Friderico, filio fratris sui, regalia tradidit, filium suum Fridericum adhuc parvulum commendavit, et ut pro regno sibi acquirendo principibus loque- fol. 128'. retur suasit[40]; *sicque rex vita decessit[41] 9. Kal. Martii, anno regni sui 14, sepultusque est in civitate praedicta. Huius regis tempora admodum tristia fuerunt. Nam inequalitas aeris, famis et inedia perseverantia, bellorum varius tumultus sub eo vigebant. Erat tamen vir militari virtute strenuus et, quod regem decuit, valde animosus, sed quodam infortunio res publica sub eo labefactari ceperat.

RECENSIO II.

Igitur Cunradus rex apud Bavinberg[c] infirmitate decubans et diem mortis sibi adesse sentiens, duci Friderico filio fratris sui regalia tradidit, filium suum Fridericum adhuc parvulum commendavit, et ut pro regno sibi adquirendo principibus loqueretur suasit; sicque rex vita decessit 11. Kal. Martii, anno regni sui 14, sepultusque est in predicta civitatę. Huius regis tempora admodum tristia fuerunt. Nam insequalitas aeris, famis et inedie[d] perseverantia, bellorum varius tumultus sub eo vigebant. Erat tamen vir militari virtute strennuus et, quod regem decuit, valde animosus, sed quodam infortunio res publica sub eo labefactari ceperat. Post cuius mortem celebris conventus principum et ępiscoporum apud Frankenvort habitus est. Ibi summo favore cunctorum predictus Fridericus dux Sueviae in regem eligitur[e]. *

* Sed licet favorem multorum haberet, Henricus episcopus Maguntiensis unanimitatem quorundam circa ipsum invectivis[f] quibusdam debilitare conatus est, asserens quod fastu[g] quodam inductus inter consecretales suos concionatus fuerit: quia regnum adepturus esset, nolentibus omnibus qui adfuissent[h]. Cuius obiectionis malum archiepiscopus Coloniensis mitigavit, regem ab intemptamentis excusans et[i] episcopi molimen anullans[k]. *Additamentum codicis* 2*.

Anni Friderici regis.

Igitur post mortem Cuonradi regis celebris conventus principum et episcoporum apud Frankenvort habitus est. Ibi summo favore cunctorum predictus Fridericus dux Sueviae in regem eligitur, regnavitque 91. loco ab Augusto, anno ab Urbe condita 1903[a]. Nec Mart. 10. mora in dominica *Letare Ierusalem*, quae 6. Idus Martii illuxerat, unctus est in regem Aquisgrani ab Arnoldo Coloniensi archiepiscopo. Ipsa die consecratus est ibi Fridericus Monasteriensis[b] episcopus.

Anni Friderici imperatoris[l].

A. d. i. 1152, ab U. a.[m] 1904, annis ab origine mundi 6303[n], Fridericus dux, filius Friderici, fratris Cunradi regis, ab omnibus in regem electus, 91. loco ab Augusto regnare coepit, postea ab Arnoldo[o] Coloniensi archiępiscopo unctus Aquisgrani palacio.

Domnus Arnoldus Romam proficiscens ab apostolico Eugenio ordinatur, a quo etiam honorifice accepto[p] pallio remissus, coepit pacem diu neglectam toto studio reformare, predones severis legibus et iudiciis arcere, presidia eorum evertere, inter quae Seine, fortissimum presidium comitis Everhardi[q], combussit et solo coaequavit.

A. D. 1153. Heinricus Mogontinus archiepiscopus instinctu et voluntate regis depositus est a duobus cardinalibus Gregorio et Bernardo, in cuius locum rex Arnoldum cancellarium suum substituit. Mindensis quoque episcopus Heinricus pro obcecatione cuiusdam clerici cum se expurgare non posset, auctoritate Eugenii papae depositus, et in monachico habitu usque ad terminum vitae perstitit in insula ipsius civitatis ubi
42 quondam abbas fuerat. Cuono[42] archiepiscopus Magadeburgensis obiit, et electus est Gerhardus maior praepositus; set imperator Wichmannum Zizensem episcopum[43] eis

2. A. D. 1153. eclypsis solis facta est 7. Kal. Febr. Heinricus Mogontinus archiępiscopus[r] depositus est a duobus cardinalibus, Gregorio scilicet et Bernhardo, cui substitutus est Arnoldus regis cancellarius et Aquensis prepositus. Item Heinricus Mindensis episcopus[44], dum propter clericum quendam, qui in civitate a suis, ipso consentiente ut dicebatur, cecatus fuerat, expurgare se non posset, multis pertesus[s] adversitatibus, coram[t] prefatis[u] cardinalibus ępiscopatui renunciavit, cui successit Wernerus, eiusdem ęcclesiae maior prepositus. Eugenius papa obiit, et succedit Anastasius, qui et Cunradus.

a) *in loco raso c.* b) ........iensis *cod.* c) Bavinber 2. d) inedia *corr.* inedio 1. e) *h. l. sequitur imago Friderici I. in cod.* 2. f) invictivis 2*. g) factu 2*. h) a fuissent 2*. i) e episcopi 2*. k) anulans 2*. l) *om.* 2. m) condita *addit* 2. n) ccciii *in loco raso c.* 1. o) Arnaldo 2. p) suscepto 2. q) Eubardi 2. r) episcopus 2. s) pertensus (*corr. m. poster. ex* pertesus) 2. t) adversitatibus coram *om.* 2. u) a prefatis 2.

40) Cfr. Jaffé, Conrad III, p. 209, not. 63. 41) 15. Febr. 42) vel potius Fridericus I, qui sedit annis 1142 – 1152. 43) Sedit ab a. 1152 usque ad a. 1192. 44) Cfr. Annal. Palidenses a. 1153 sub finem.

RECENSIO I.

praefecit. Coloniae quidam Iudeus ex patre Iudeo, set converso, dum in pascha corpus Domini oretenus susciperet, ecclesiam egressus in cimiterio humo operuit. Superveniens vero sacerdos fossam aperiens, formam infantis invenit, quam cum ad ecclesiam reportare vellet, lux coelitus advenit, et cum eadem luce manibus eius elapsa coelos petiit. 7. Kal. Febr. facta est eclipsis solis circa meridiem. Ian. 26. Quarto Idus Septembris capta est Aschalona a christianis. Sept. 10. Eugenius papa felicis memoriae obiit, cui *Anastasius qui et Cunradus successit. *fol. 129.

A. D. 1154. rex expeditionem suam in Italiam indixit, quo imperiali benedictione a domno apostolico sublimaretur. Sept 29. Anastasius papa obiit, cui Nicholaus Albanensis successor electus est et Romano more vocatus est Adrianus.

A. D. 1155. Albero Treverensis archiepiscopus obiit, cui Hillinus successit. Rex Italiam ingressus, primo Placentiam Emiliae civitatem edomuit, quaedam etiam castella ob insolentiam Mediolanensium igne devastat. Terdonem quoque munitissimam civitatem per septem et amplius septimanas obsidens vicit. Spoletum nobilissimam Umbriae civitatem concrēmat, licet non magno exercitu vallatus esset, et sic versus mare Romam iter suum disposuit. Quo veniens gloriose a domno Adriano apostolico, praesentibus cardinalibus, multis astantibus episcopis, coronatus et unctus, 14. Kal. Iulii cesar et augustus est appellatus. Iun. 18. His rite gestis cives Romani repente armata manu imperatorem et suos bello premunt, set milites imperatoris fortiter eos excipientes trans Tiberim in forum remittunt, ibique in eos tanta cede debachati sunt, ut Tyberis cruore occisorum sanguinolentus incederet. Sedatis itaque imperatoria potentia Romanis, cesar in Italia compositis rebus regredi statuens, in regressu magis quam in accessu de temeritate et superbia Mediolanensium certificatus est, qualiter Laudam et Cumam[45] duas scilicet episcopales urbes destruxerint, et omnes in circuitu regiones et civitates aut subiecerint aut devastaverint, praeter solum Ticinum quae et Papia dicitur, quae iam quasi in extremo spiritu posita adiutorium cesaris flagitabat. His ergo imperator commotus, et totum commovens exercitum, quid animo gereret postea rerum probavit eventus. Imperator de Italia redit, perturbatores regni et pacis terrore adventus sui refrenat. *Inundatio aquarum insolita fuit 7. Kal. Decembris. *fol. 129'. Nov. 25.

A. D. 1156. imperator domnam Beatricem de Burgundia duxit uxorem, repudiata priori. Circa festum omnium sanctorum Coloniam venit et ab archiepiscopo et civibus honorifice suscipitur, Nov. 1 ibique quidam miles nomine Bernardus accusatus a duce Saxoniae

RECENSIO II.

Colonie quidam ex patre Iudeo, sed converso, dum sacramentum corporis Christi in paschali festivitate oretenus suscepisset et ecclesiam egressus, nescio quid exinde acturus, domum inferrę cogitasset, divinitus territus exhorruit, et nescius quo se verteret, id in cimiterio facta fossa sepelivit. Sed superveniens sacerdos et rem discens, fossam aperuit et formulam infantuli inveniens, ad ecclesiam cum reverencia asportare voluit, sed mirum dictu, luce coelitus ęmissa, cum ipsa e manibus ęius elabens coelos petiit.

3. A. D. 1154. circa festum Mychahelis expedicio regis facta est in Italiam. Anastasius papa obiit, cui Nykolaus cardinalis et ępiscopus Albanensis successit, et vocatur Adrianus.

Rex in Italiam traiecto exercitu, primo impetu Placentiam Æmiliae civitatem ędomuit, quaedam etiam castella ob insolentiam Mediolanensium et Cremensium igne devastat, deinde Spoletum, opulentissimam Umbriae civitatem, totam incendio concremat, sicque versus mare cum exercitu pacificę transiens Romam venit, ubi a pontificę Romano et omni senatu honorificę susceptus, in imperatorem consecratur, postque sollempnem ordinationem a quibusdam vulgaribus facta seditione, ex inproviso tempore meridiano[a] bello inpetitur. Imperator vero et sui subito armati, hostes strictis gladiis trans Tyberim remittunt, et tanta in eos cede deseviunt, ut ipse alveus fluminis totus sanguine occisorum immutaretur. Hac cruenta victoria 14. Kal. Iulii parva manu suorum perpetrata, sequenti die non moratus reditum instituit, et exercitum incolumem in patriam reduxit.

4.[b] A. D. 1155.[c] imperator de Italia Galliam reversus, perturbatores regni et pacis adeo ędomuit, ut in brevi quies firmissima terrorę sui adventus redderetur.

5.[d] A. d. i. 1156. imperator Coloniam circa festum omnium sanctorum veniens, ab archiępiscopo Arnoldo et civibus honorificę suscipitur, ubi quidam miles Bernardus nomine, qui in necem Herimanni de Winceburg conspirasse a duce Saxonum convictus est, inconsulte procedens iussu ipsius imperatoris decollatur.

a) mediano *corr.* meridiano 1. b) III 2. c) MCLV *corr.* MCLIIII 2. d) IIII 2.

45) Como.

**RECENSIO I.**

quod in nece comitis Herimanni de Winceburg noxius teneretur, iussu imperatoris capite punitur.

Arnoldus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui Fridericus praepositus Sancti Georgii successit.

Gravis dissensio inter papam et domnum imperatorem oritur. Nam papa quondam Innocentius Romae in muro pingi fecerat se quasi in throno pontificali sedentem, imperatorem vero Lotharium complicatis manibus coram se inclinatum coronam imperii suscipientem. Fuit et aliud incentivum et fomes discordiae. Imperatore enim curiam habente 47 cum primoribus regni apud Bisuntium[47] in Burgundia, affuerunt ex parte papae duo cardinales litteras apostolici ad eum deferentes, in quibus inter alia hoc continebatur: *Beneficium coronae tibi contulimus, neque penitencia moveremur, si excellentia tua a nobis maiora beneficia suscepisset.* Hoc verbum pro feodo interpres cesari interpretatus est. Hoc audito imperator in iram nimiam accenditur, set et cuncti principes et amici imperatoris praedictum verbum nimium ventilantes, in tantam iram exarserunt, ut eosdem cardinales acerrima morte peremissent, nisi auxilio et ductu imperatoris liberati citius migrassent. Ait ergo imperator: *Quod a solo Deo habemus, hoc ipsi pro feodi beneficio computant? Numquam in hoc consentientes erimus, set primam vocem electionis regiae episcopo Mogontiensi recognoscimus, regalem consecrationem episcopo Coloniensi, imperialem consecrationem Romano pontifici, coronam vero imperii soli Deo attribuimus. Picturae deleantur, scripturae corrigantur,*
*fol. 130. *alioquin inter me et eum numquam erit pax.* *Audita itaque ira et causa irae imperatoris, magno timore papa et omnes cardinales et cuncti Romani perculsi sunt, et crebris epistolis quas ad eum et proceres dirigebant mitigare furorem animi eius nitebantur, dicentes quod non recte verbum illud, scilicet beneficium,

**RECENSIO II.**

6.* A. D. 1157. domnus Arnoldus archiepiscopus obiit. Deinde generali electione clerus et populus habita gravi partium scissione a se invicem dividuntur, et una pars Gerhardum Bonnensem prepositum, altera Fridericum prepositum[b] Sancti Georgii acclamando variatur. Sed utrimque iusticiam[c] partis suae[d] defensantes, cum magna animositate pro confirmatione et investitura electorum primo apud Nuorinberg, postremo apud Radasponam ad audientiam imperialem et principum proficiscuntur; ubi tandem voluntate et iudicio imperii, dum partes non conveniunt, Fridericus investitur, indeque continuo cum suis electoribus digrediens Romamque veniens, a domno Adriano in archiepiscopum consecratur. Post hoc etiam accepto pallio, cum summo suorum tripudio Coloniam regrediens, in brevi castrum Randenrode[e, 46] ad favorem Gozuini[f] de Heismesburg[g] et iniuriam Harperni, eiusdem castri tutoris, obsidet et deicit, quod postmodum in melius restruitur et firmiori vallo circumdatur.

Eodem tempore inter domnum apostolicum Adrianum atque imperatorem Fridericum graves controversiae oriri coeperunt, que huiusmodi causam habuisse feruntur. Papa Innocentius, eius[h] nominis secundus, Rome quondam in muro pingi fecerat se ipsum quasi in sede pontificali residentem, imperatorem vero Lotharium complicatis manibus coram se inclinatum, coronam imperii suscipientem. Accessit huic, si dici debet, contumeliae aliud quiddam persimile, quod novae commotionis atque dissensionis magnum seminarium fuit. Imperatore etenim cum primoribus regni curiam habente in Burgundia apud civitatem Bisuntium[i], affuerunt cardinales duo litteras apostolici Adriani deferentes, in quibus inter alia hec continebantur[k]: *Beneficium corone tibi contulimus, neque penitencia moveremur, si excellentia tua maiora a nobis beneficia suscepisset.* Quod verbum, scilicet *beneficium*, hii qui circa imperatorem erant usualiter interpretantes et in contumeliam ipsius positum asserentes[l], animum eius in iram concitaverunt atque predictos cardinales iniuriis affectos e conspectu suo eiecerunt. Ait itaque imperator: *Quod a solo Deo habemus, coronam videlicet imperii, non Romano pontifici, sed soli Deo attribuimus. Primam vocem regiae electionis episcopo Mogontiensi recognoscimus, regalem consecrationem archiepiscopo Coloniensi permittimus, imperialem consecrationem Romano pontifici assignamus. Picturae itaque deleantur, scripture corrigantur, alioquin inter regnum et sacerdotium concordia et pax stare non poterit.* At Romani indignationem et iram imperatoris metuentes, aliam interpretationem nominis huius protulerunt, et beneficium quasi benefactum intelligi debere dixerunt.

a) V 2. b) p̄p̄ *cod.* c) iustitiam *om.* 2. d) partem suam 2. e) Randerode 2. f) Goswini 2; Goluunt 2*. g) heismeſbg 1. 2. Rûrinberg 2*. h) eiusdem 2. i) Bisuncium 2. k) in q. i. a. h. continebantur *om.* 2. l) ...entes, *litteris* asser *iam erasis* 2*.

46) Randerath, prope Heinsberg, districtus Aquisgranensis. 47) Besançon.

RECENSIO I. RECENSIO II.

interpretatum esset, eo quod apud eos beneficium non feodum sed quasi benefactum haberetur. Illud ergo seminarium discordiae inter Romanos et imperatorem erat. Nec hoc latet, quod domnus papa audito imperatoris adventu ad vincula sancti Petri Roma discedens, iuxta pratum quoddam cum cardinalibus Aug. 1. suis consilium habuerit, ut domnum imperatorem excommunicaret, et vix peracto hoc consilio noctu vita decesserit; et quod plurimi cardinales hoc se voto constrinxerint, quod si domnum papam vita decedere contigisset, nullum ei successorem nisi qui eiusdem esset propositi et voluntatis contra imperatorem eligerent. Unde post obitum eiusdem papae magna discordia et scisma lugendum omnibus ecclesiae filiis in ecclesia Dei factum est, ceteris cardinalibus conventionem et votum eorum ignorantibus, duravitque per 16 annos.

A. D. 1157. imperator habita generali curia cum principibus, expeditionem in Italiam contra Mediolanum indixit. Fridericus Coloniensis episcopus castrum Randerode destruxit.

A. D. 1158. imperator Italiam intraturus, Reinoldum cancellarium suum virum omni probitatis genere mirabilem, et Ottonem palatinum comitem praemisit[48]. Qui Bononiam venientes, peractis ibi negotiis suis, iter suum versus Ravennam dirigunt. Venientes itaque ad eandem civitatem, archiepiscopus eiusdem civitatis habens secum 14 episcopos, quos ob reverentiam imperatoris convocaverat, cum magno honore eos suscepit. Cumque legationem imperatoris civibus intimare voluissent, Wilhelmus praefectus eiusdem urbis totaque civitatis nobilitas et militia Anchonam profecti sunt, pecuniam[a] a Greco sibi promissam[b] *accepturi et iuramentum fidei suae ei praestaturi. Iuratum est enim ab eis eidem Graeco qui Anchone morabatur, quod ipsi personam eius et res contra omnem hominem tueri deberent. Reinoldus ergo cancellarius et Otto palatinus Ravennae morantes, reditum illorum petente episcopo praestolabantur. Cumque non redirent, Reinoldus et Otto ira moti egressi sunt de civitate post illos, et ecce illi ab Anchona revertentes occurrerunt eis magnum pondus auri quod a Greco acceperant deferentes. Erant autem fere 300. Reinoldi autem milites non amplius quam 10 erant. Irruit ergo spiritus fortitudinis in Reinoldum, et in Domino confisus multitudinem illorum cum paucis suis assiliit. Inito certamine captus est idem praefectus Wilhelmus et filius eius Petrus et sex de nobilioribus civitatis, ceteri fuga vix elapsi sunt. Dum autem Reinoldus et sui Ariminum propinquarent, praemiserunt nuncios ad consules civitatis, imperantes eis ut sibi occurrerent et eos cum captivis suis susciperent. Quod illi statim cum magno honore fecerunt. Sequenti autem die versus Anchonam iter suum dirigunt. Tantus autem terror omnes finitimas civitates et oppida invasit ut singuli clamarent: *Ex quo Ravennates qui domini terrae istius dicuntur capti sunt, quis poterit evadere de manibus tantorum legatorum?* Transeuntesque per omnes maritimas civitates, videlicet Pisaurum, Fanum, Senogalliam, honorem et terrorem advenientis cesaris diffamabant. Anchonitani vero Greco fidem servantes, ad eos exire noluerunt. Qua de causa Reinoldus cancellarius et Otto palatinus collectis undique tam militum quam peditum copiis, castra metati sunt iuxta mare, volentes civitatem assultu petere et quicquid extra

7.[c] A. d. i. 1158.[d] imperator Italiam intraturus Reginaldum cancellarium suum, postea archiepiscopum, et Ottonem palatinum comitem premisit. Qui Bononiam venientes, peractis ibi negociis imperialibus, Ravennam secesserunt, ibique ab archiepiscopo civitatis ipsius et 49 multis aliis episcopis honorifice suscepti sunt. Cumque causam adventus sui civibus intimare voluissent, prefectus eiusdem urbis et caeteri quique nobiliores ex urbe secedentes Anchonam profecti sunt, quasi non imperatori Romanorum sed Grecorum pro pecunia sibi promissa fidelitatem debitam servaturi. Quibus redeuntibus accepta pecunia, predictus cancellarius eis occurrit, et inito certamine cum 10 suis 300 illorum fugere compulit, ipsum prefectum cum filio et sex[e] nobilioribus cepit secumque Ariminum deduxit[f]. Sequenti autem die versus Anchonam iter arripuit, et dum eum suscipere renuerent, urbem cum exercitu circumdedit civesque ad deditionem coegit. Post hec intercedente archiepiscopo Ravennati pro civibus suis, quos cancellarius captos tenebat, *fol. 130'. eorum absolutionem meruit, totaque civitas domno imperatori fidelitatem iuramento firmavit, quod ante 200 annos nulli imperatorum exibitum fuerat.

a) pecunia *cod.* b) promissa *cod.* c) VI 2. d) MCLVII *corr. ex* MCLVIII 2. e) VII 2. f) duxit 2.

48) Haec narratio desumpta est ex epistola Reinaldi cancellarii et Ottonis palatini comitis ad imperatorem data, quam typis expressit H. Sudendorf Registr. II, 131; cfr. etiam Radevicum lib. I, cap. 20.

muros erat devastare. Cives vero videntes periculum sibi imminere, rogaverunt Grecum ut eis occurreret et iram eorum mitigaret. Qui misso ad eos uno comite Alexi peciit, ut et civitati vellent pro ipsius amore et obsequio parcere, *fol. 131. et ipsum alloqui et videre. Quod et *factum est. Exivit enim ad eos idem Grecus cum omnibus soldariis suis prope castra eorum, et ipsi nichilominus cum timpanis et vexillis et equis faleratis eum susceperunt. Haec autem omnia egit Reinoldus pro gloria imperatoris. Cum ergo sic in unum convenissent, cancellarius et palatinus ceperunt Greco obicere quae de eo eis fuerant nunciata. De quibus omnibus ipse se manifeste et competenter excusavit, asserens se ipsum et totam pecuniam domini sui regis Grecorum ad beneplacitum Romani imperatoris expositurum. His ita compositis, ab expeditione et armis manum continuerunt, accepto tamen ab Anchonitanis fidei iuramento. Archiepiscopus vero Ravennae ibi existens, pro liberatione hominum suorum laborans precibus hoc obtinuit, quod captivos cum integritate rerum suarum dimiserunt, hac conditione quod tota civitas debitam imperatori iuravit fidelitatem, transactis scilicet 200 annis ex quo Ravenna nulli imperatorum fidelitatem 49 fecit[49]. Haec itaque operatus Reinoldus. cum adhuc esset imperatoris cancellarius. Igitur imperator maximo exercitu Theutonicorum adunato, animose et gloriose Lombardiam ingreditur, multis sibi associatis imperii principibus. inter quos praecipui erant rex Boemiae, Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Heinricus dux Saxoniae, Fridericus dux Alamanniae, Berchtolfus dux Alsaziae, Heinricus dux Karintiae, Ludowicus lantgravius, Cuonradus palatinus Rheni, et alii quam plures Romanae virtutis proceres. Transcensis itaque Alpibus ventum est ad fluvium qui Adua nuncupatur. Mediolanenses vero pontes omnes eiusdem torrentis destruxerunt, ut imperatori impedimentum itineris facerent, mutata superbia illa qua ante cesari mandaverant, scilicet non sibi necesse esse ut se usque Mediolanum fatigaret, quoniam apud Aduam fluvium ei vellent occurrere. Itaque quidam ex militibus freti audatia, subvecti fortibus equis fluvium transvadare *fol. 131'. ceperunt; set multi *ex ipsis nimietate undarum pressi submergebantur, aliqui equis submersis vix evaserunt, ac quosdam Mediolanensium quos in ripa offenderunt fugaverunt. Boemi vero quendam de Longobardis capientes, minis extorserunt ut eis vadum torrentis ostenderet[a]. Quo demonstrato certatim evadentes, constratis pontibus tutum omni exercitui transitum fecerunt per triduum. Cesar vero ut ulteriores attigit ripas, regiones Mediolanensium ingreditur, cum ecce Papienses et Cremonenses cum valido exercitu se ei iunxerunt, qui et ipsi inimici erant Mediolanensium. Nec mora castrum cui Trittium[50] nomen est, ubi praesidia Mediolanensium erant, obsessum ceperunt. Imperator vero Mediolanum appropinquans, marscalcum suum cum 50 militibus praemisit, ut videret quo loco castra caesaris circa civitatem locarentur. Secuti sunt autem eundem marscalcum plus quam 500 milites, quorum de numero comes Austriae Eckebertus nomine erat, absque

Igitur imperator eodem anno[a*] propter insolentiam Mediolanensium valido exercitu adunato Longobardiam ingreditur, multis se comitantibus regni principibus. quorum precipui erant rex[b] Boemie, Heinricus dux Saxoniae, Fridericus dux Alamanniae, Bertolfus dux Karinthie, Heinricus dux Alsaciae, Luodewicus lantgravius, Cunradus comes palatinus, Fridericus Coloniensis archiepiscopus. Transcensis itaque Alpibus, cum ventum fuisset ad fluvium qui Adua nuncupatur, et eum sine gravi periculo nemo transire potuisset, eo quod Mediolanenses omnes[c] pontes eius diruissent, Boemii quendam Longobardum capientes, minis[d] extorserunt ut eis vadum fluminis ostenderet, et sic demum constratis pontibus per triduum incolumis transivit exercitus omnis. Post hoc Papienses et Cremonenses cum valido exercitu se imperatori coniungentes, quia et ipsi hostes Mediolanensium existebant, repente castrum, cui Trutium nomen erat, ubi presidia Mediolanensium[e] fuerant[f], obsidentes et expugnantes ceperunt.

Imperator vero Mediolanio[g] appropinquans[h], premisit marscalcum suum cum 50 militibus ad investiganda oportuna castrorum loca[i]. Quibus dum se Ekkebertus comes Austriae cum 500 et eo amplius militibus sociasset, consideratis castrorum locis, dum redirent, et comes predictus aliquantulum moras faciens tardius sequeretur, Mediolanenses ad duo pene milia subito e portis eruperunt, et commisso prelio comitem cum nonnullis peremerunt, quosdam vero captos abduxerunt. Hac temeritate eorum motus

a) ostenderent *cod.* a*) *verba* eodem anno *paullo infra, post* adunato, *exhibet* 2. b) *ita scriptum fuisse videtur; e corr.* dux 1; rex 2 *et* 2*. c) eius *pro* omnes (eius *bis ponens*) 2. d) nimis 2. e) Mediolansium 2. f) erant 2. g) Mediolano 2. h) appropians 2. i) loca castrorum 2.

49) Hucusque Reinaldi epistola. 50) Trezzo.

RECENSIO I.

iussu imperatoris cum illis profectus. Venientes itaque Mediolanum, vident civitatem omni parte munitam obseratis omnibus firmiter portis et nec sonum in ea aliquem omnino facientem. Considerantes ergo cum ociosa oportunitate civitatem, fossata, stratas et loca ubi aptius castra metarentur, nullum ut diximus ex urbe contra se bellicum motum senserunt, sicque citato cursu ad imperatorem redire ceperunt. Comes vero Eckebertus cum paucis suorum infausto auspicio tardius ac morose regrediebatur. Quod intuentes qui in urbe erant, pene ad 2000 e portis eruperunt, et eos insecuti grave bellum commiserunt. Ibi fortissimus comes Eckebertus occisus est cum nonnullis, aliqui vero captivati sunt. Quo comperto cesar inter cenandum, praedictum comitem satis luctuose deploravit, alios de inobedientia coarguit, ipse vero sequenti die cum omni exercitu Mediolanum accessit et castra sua ante portam quae Romana dicitur locari fecit, reliquis principibus circa alias portas et oportuna loca *observantibus, excisis vineis quae in circuitu urbis erant. *fol. 132. Sic ergo Mediolanum a toto exercitu omni parte obsessum est. Nec vero omnia quae in illa obsidione gesta sunt describenda suscepimus, quia nec nostrae cuncta patent cognitioni, quoniam qui singula describere vellet, modum regiae cronicae excederet, licet a nonnullis haec studiose perscripta noverimus. Cum ergo Mediolanenses sic obsessi essent, quadam die, quietis caesarianis, arma arripuerunt et e tribus portis audacter erumpunt, ex una scilicet ubi imperatoris castra erant, ex alia ubi rex Boemiae observabat, ex tercia ubi dux Saxoniae erat. Commissum est itaque grave proelium, caesarianis pro gloria, Mediolanensibus pro salute pugnantibus. Victi sunt tandem Mediolanenses et in urbem redire coacti. Ergo per aliquot dies sic obsessis[a], multitudine ruricolarum intus conglobata, cum animalia ad pascua exire nequirent, fetor ingens in urbe praevaluit. Considerantes quoque Mediolanenses nequaquam imperatoriae maiestati se resistere, deditionem facere disposuerunt. Episcopo itaque praecedente, et clero ac deinde militibus, ad extremum plebe sequente, pulchro spectaculo ad tentoria imperatoris processerunt, pacem et misericordiam postulantes. Imperator itaque ex consilio principum veniam pacemque victis indulsit sub congruenti conditione et annui tributi redibitione. Facta est conditio huius victoriae in nativitate Dei genitricis Mariae. Ipso die caesar coronatus Mediolanum intravit, multis ante imperatoribus hoc ingressu negato. Itaque imperator victoriosus inde digressus, acceptis obsidibus fere 500 velut de Mediolano securus, ad alia negotia intendit animum. Nec multo post Reinoldum cancellarium et Cuonradum palatinum misit Mediolanum pro conditione tributi, quod eis victis inposuerat. Mediolanenses vero ingenitae sibi fraudis memores, necare legatos imperatoris et bellum *innovare *fol. 132'.

RECENSIO II.

imperator, die sequenti cum omni exercitu ad loca castrorum accessit, et excisis vineis quae in circuitu civitatis erant, ipsam obsidione forti circumdedit. Cum ergo sic Mediolanenses[b] obsessi essent, quadam die, quietis cesarianis, arma corripiunt et e tribus portis audacter erumpunt, ex una scilicet ubi imperatoris castra[c] erant, ex alia ubi rex Boemiae observabat, ex tercia ubi dux Saxoniae erat. Commissum est itaque grave prelium, cesarianis pro gloria, Mediolanensibus pro salute pugnantibus. Victi sunt tandem Mediolanenses et in[d] urbem redire coacti.

Ergo per aliquot[e] tempus sic obsessis, multitudine ruricolarum intus conglobata, cum animalia ad pascua exire nequirent, fetor ingens in urbe prevaluit. Considerantes quoque Mediolanenses nequaquam se imperatoriae maiestati resistere, dedicionem facere disposuerunt. Episcopo autem precedente, et clero ac deinde militibus, ad[f] extremum plebe sequente, pulchro spectaculo ad tentoria imperatoris processerunt, pacem et misericordiam postulantes.

Imperator itaque ex consilio principum veniam pacemque victis indulsit sub congruenti conditione et annui tributi redibitione. Facta est conditio huius victoriae in nativitate Dei genitricis Mariae. Ipsa[g] die cesar coronatus Mediolanum intravit, multis ante se imperatoribus hoc ingressu negato. Itaque imperator victoriosus inde digressus, acceptis obsidibus fere 500 velut de Mediolano securus, ad Sept. 8. alia negocia intendit animum. Nec multo post Reinoldum cancellarium et Cuonradum palatinum misit Mediolanum pro conditione tributi, quod eis victis imposuerat. Mediolanenses vero[h] ingenite sibi fraudis memores, necare legatos imperatoris et bellum innovare disposuerunt. Quod cum cancellario et palatino innotuisset, mutato habitu nocte de civitate fugientes ad imperatorem venerunt et ei singula, quae acciderant, indicaverunt. Quibus cognitis imperator furore succensus, directis undique nunciis principes et exercitum readunari iussit ac denuo Mediolanum obsideri mandavit, sicque per triennium in obsidione et vastatione non urbis sed regionis insudavit.

a) obsis *c.* b) Mediolanenses sic 2. c) castra imperatoris 2. d) ad 2. e) aliquod 2. f) ad *om.* 2. g) Ipso 2. h) vero *om* 2.

RECENSIO I. | RECENSIO II.

disposuerunt. Quod cum cancellario et palatino innotuisset, mutato habitu nocte de civitate fugientes, ad imperatorem venerunt et ei singula, quae acciderant, indicaverunt. Quibus cognitis imperator furore succensus, directis undique nuntiis principes et exercitum readunari iussit ac denuo Mediolanum obsideri mandavit, sicque per triennium in obsidione et vastatione non urbis

**Recensio I.**

sed regionis insudavit. Eodem anno apud Papiam Fridericus Coloniensis episcopus obiit.

**Recensio II.**

Eodem tempore Fridericus Coloniensis archiepiscopus, qui erat in eadem expeditione, casu de equo corruens, ruptis interioribus post paucos dies apud Papiam vitam finivit, corpusque eius exossatum ad sedem propriam relatum est.

**Recensio I.**

A. D. 1159[c] imperator natale Domini in Lonbardia celebrat, exercitu regiones Mediolanensium obsidente. Colonienses vero pari voto et communi electione Reinoldum cancellarium in pontificem sibi elegerunt, qui adhuc in Italia cum imperatore erat. His diebus imperator, coadunato universo exercitu, Cremam urbem munitissimam per septem menses expugnabat. Hi autem qui in urbe erant, loci munimine freti, duos Theutonicos milites captos in conspectu caesaris suspenderunt. Quibus visis tam imperator quam exercitus urbem assultu inpetebant. Nec pacis aut veniae locus erat, set quicumque ex utraque parte capiebantur, statim suspendebantur. Interea dux Saxoniae circa ortum cuiusdam diei cum militibus fere 40 agris Mediolanensium astitit, viditque eos agriculturae operam dare et pone unumquodque aratrum equitem armatum incedere. Nacta ergo oportunitate cum clamore militari in eos irruit. Qui dimissis aratris, fugae praesidium arripuerunt. At hi, qui in civitate erant, viso duce portas clauserunt, nec fugientes socios intromiserunt. Captus est ibi a duce ex Mediolanensibus miles pulcherrimus, armis decorus ac sericis indutus, et omni membrorum qualitate spectabilis. Dux itaque Cremis ad impe-

*fol. 133. ratorem revertitur. Miles *vero ille pro vita sua duo milia marcarum spopondit, sed caesar vindictam animo gerens, equa sorte ut ceteros iubet eum ante portam urbis suspendi, multis etiam ex Theutonicis pro forma illius compatientibus. Tandem Cremenses vim militum ferre

1160. Ian. 26. non valentes, petitis dextris imperatoriae se et urbem tradunt potestati. Dedit autem imperator facultatem singulis, ut quaeque humero[a] gestare potuissent,

**Recensio II.**

8.[b] Anno dominicae incarnationis 1159

* Imperator, coadunato universo exercitu, Cremam urbem munitissimam per 7 menses expugnabat[d]. Hii autem[e], qui in urbe erant, loci munimine freti, duos Theutonicos milites captos in conspectu cesaris suspenderunt. Quibus visis tam imperator quam exercitus urbem assultu[f] impetebant[g]. Nec pacis aut venie locus erat, sed quicumque ex utraque[h] parte capiebantur, statim suspendebantur. Interea dux Saxonie circa ortum cuiusdam diei cum militibus fere 40 agris Mediolanensium astitit, viditque eos agriculturae operam dare et pone[i] unumquodque aratrum equitem armatum incedere. Nacta ergo oportunitate cum clamore militari in eos irruit. Qui dimissis aratris, fugae presidium arripuerunt. At hii, qui in civitate erant, viso duce portas clauserunt, nec fugientes socios intromiserunt. Alii ergo a militibus ducis occisi, alii sunt capti. Captus est ibi a duce ex Mediolanensibus miles pulcherrimus, armis decorus ac sericis indutus, et omni membrorum qualitate spectabilis. Dux itaque Cremis ad imperatorem revertitur. Miles vero ille pro vita sua duo milia marcarum spopondit, sed cesar vindictam animo gerens, equa sorte ut ceteros iubet eum ante portam urbis suspendi, multis etiam ex Theutonicis pro forma illius compacientibus[k]. Tandem Cremenses vim militum ferre non valentes, petitis dextris imperatoriae se et urbem tradunt potestati. Dedit autem imperator facultatem singulis, ut queque humero gestare potuissent, ex urbe afferrent. Ubi matrona quedam neglectis opibus virum suum debilem permissu caesaris humeris impositum urbe eduxit. Sic itaque Crema victa et subacta est, in qua spes maxima Mediolanensium erat.

a) gestare — deportavit *maiori littera scripta sunt in cod.* b) VII. 2. c) 1158. *corr. ex* 1159. 2. d) oppugnabat 2*. e) *haec et sequentia in brevius contracta sic extant in* 2*: Hiis autem qui intus erant viriliter repugnantibus, et multis hinc et inde corruentibus, Cremenses tandem *etc.* f) assaltu 2. g) appetebant 2. h) ex utraque *om.* 2. i) prope 2. k) *haec ita habet* 2* Cremenses tandem rebus suis diffidentes in deditionem venerunt, seque et urbem imperatoris arbitrio tradiderunt. Sic itaque Crema victa et subacta est, in qua spes maxima Mediolanensium erat. Post haec imperator in terram Brixiensium traiecto exercitu pontes et castella pontium per diversa flumina, unde mercatus Mediolanensibus apportari poterat, villasque quam plurimas devastabat. Erat quidam burgus clausus lacu, palude et montibus, natura et situ loci invictissimus, omnique genere divitiarum opulentus, adeo ut Brixienses in ipso amplius quam in Brixia fiduciam haberent et, sicut dicebant, Mediolanenses ibi se recipere cogitabant, si Mediolano pellerentur. Igitur habitatores illius loci dum se ad repugnandum confidenter praeparassent, a militibus Teutonicis, per paludem, ubi artissimus patebat introitus, ingressis, subito victi fugati cesi et capti [sunt]. Civitas capta et praeda magnifica in ipsa deprehensa. Sed intempesto noctis silentio ignis furtim immissus, praedam ipsam simul et civitatem in cyneres redegit. *Sequitur statim annus* 1160.

efferrent; ubi matrona quaedam neglectis opibus virum suum debilem permissu caesaris humeris impositum urbe deportavit. Sic itaque Crema victa et subacta est, in qua spes maxima Mediolanensium erat.

**RECENSIO I.**

Interea legati Coloniensium Italiam veniunt, domnum Reinoldum cancellarium sibi in pontificem deposcunt. Gavisus ergo imperator quod locum honoris ei deferendi invenisset, grato animo Coloniensem episcopatum et quae sui iuris erant tradidit. Nec multo post idem Reinoldus, accepta licentia imperatoris, de Italia Coloniam venit, novam militiam imperatori adducturus. Susceptus itaque honorifice a capitaneis et civibus Coloniensis ecclesiae, dispositis in brevi negotiis, cum 300 electis militibus rursum in Lonbardiam ad imperatorem revertitur.

Illis diebus imperator, relictis tentoriis ac somariis et omnibus impeditivis, expedite cum militibus et armis per diem et noctem rapuit se in terram et montana Brixiensium, destruens pontes et castella pontium per diversas aquas, unde mercatus adduci poterat Mediolanensibus; villas quoque innumeras circumquaque destruxit. Erat quidam burgus civitati comparabilis, clausus lacu Alpibus et palude, tam natura et situ loci fortissimus, quam omni divitiarum genere opulentus, adeo ut Brixienses ibi plus quam in Brixia fiduciam haberent, et ut dicebatur Mediolanenses *ibi se recipere cogitaverant, si Mediolano pellerentur. Cum igitur milites Brixienses et habitatores loci illius innumerabiles fossatis ac vectibus et multiplici munitionis genere ad defensionem se praeparassent, ubi per paludem artissimus patebat introitus attemptati a militibus Theutonicis, subito victi fugati cesi et captivati sunt innumeri, civitas capta, et praeda mirabilis in ipsa est deprehensa. Totus exercitus huius praedae copia ditatus esset, nisi intempesto noctis silentio ignis furtim immissus praedam ipsam simul et civitatem in cineres redegisset. Accessit huic fortunae, quod ante festum beati Laurentii capti sunt ex Mediolanensibus amplius quam 500, innumeri occisi, militibus Coloniensibus pugnam incipientibus et a meridie usque ad noctem cum magno hostium dampno viriliter perseverantibus, imperatore circa vesperum tantum cum centum quinquaginta militibus eis succurrente, et ita ibidem ante ipsam portam Mediolani militante. Ibi sub eo equus suus optimus est interfectus, et ipse inter clipeum et corpus

**RECENSIO II.**

Interea legati Coloniensium Ytaliam veniunt, domnum R(einoldum) cancellarium suum[a] electum[b] deposcunt. Gavisus ergo imperator quod locum honoris deferendi ei invenisset, grato animo Coloniensem ępiscopatum et que sui iuris erant tradidit. Nec multo post idem R(einoldus), accepta licentia imperatoris de Ytalia Coloniam venit, novam miliciam imperatori adducturus. Susceptus itaque honorifice a capitaneis et civibus[c] Coloniensis ecclesie, dispositis in brevi negociis suis, cum 300 electis militibus rursum in Longobardiam ad imperatorem revertitur.

Illis diebus imperator, relictis tentoriis ac somariis et omnibus inpeditivis, expedite cum militibus et armis per diem et noctem rapuit se in terram et montana Brixiensium[d], destruęns pontes et castella pontium per diversas aquas, unde[e] mercatus adduci poterat Mediolanensibus; villas quoque innumeras circumquaque devastans.

Erat quidam burgus civitati comparabilis, clausus lacu Alpibus et palude, tam natura et situ loci fortissimus, quam[f] omni diviciarum genere[g] opulentus, adęo ut[h] Brixienses[i] ibi[k] plus quam in Brixia[l] fiduciam haberent, et ut dicebatur Mediolanenses ibi sę recipere cogitaverant, si Mediolano pellerentur. Cum igitur militęs Brixienses[m] et habitatores loci illius innumerabiles fossatis[n] ac vectibus et multiplici munitionis genere ad defensionem se preparassent, ubi per paludem artissimus patebat introitus attemptati a mili-tibus Teutonicis, subito victi fugati cesi et captivati sunt innumeri, civitas capta, et preda mirabilis in ipsa est deprehensa. Totus exercitus huius prede copia ęsset ditatus, nisi intempesto[o] noctis silentio ignis furtim immissus predam ipsam simul et civitatem in cinerem redegisset. Accęssit[p] huic fortunae, quod ante festum sancti Laurentii capti sunt ex Mediolanensibus amplius quam 500, innumeri occisi, militibus Coloniensibus pugnam incipientibus et a meridie usque ad noctem cum magno hostium dampno viriliter perseverantibus, imperatore circa vesperum tantum cum centum quinquaginta militibus eis succurrente, et ita ibidem ante ipsam portam Mediolani militantę. Ibi sub eo equus suus optimus est interfectus, et ipse inter clyppeum et corpus lancea crudeliter est petitus. In alium tamen transiliens equum, per gratiam Dei intactus et omnino incolumis evasit, milęs strennuus, imperator incautus, felix uterque.

* fol. 133'.

1160 Aug. 10.

* Domnus Reinoldus imperatoris cancellarius, de quo multa iam praemisimus, ipso imperatore missis et scriptis petente et suggerente, archiepiscopus Coloniensis ecclesie eligitur et constituitur, sed nondum consecratur. Hisdem diebus imperator *additamentum codicis* 2*.

a) suum cancellarium 2. b) sibi electum 2. c) et civibus *bis habet* 2. d) Bixiensium 2. e) inde *cod.* 1; unde 2 *et* 2*. f) et 2. g) genere divitiarum 2. h) ut *om.* 1, *extat in* 2 *et* 2*. i) Bixenses 2. k) adęo brixiensis ut *corr.* ibi *cod.* 1. l) Bixia 2. m) Bixienses 2. n) innumerabilibus fossatis 2. o) intempeste 2. p) Accessit et huic 2.

RECENSIO I. — RECENSIO II.

lancea[a] est crudeliter petitus. In alium tamen transiliens equum, per gratiam Dei intactus et omnino incolumis evasit, miles strenuus, imperator incautus, felix uterque.

**Recensio I.:** A. D. 1160. imperator natale Domini in Italia celebrat necdum Mediolano subacto,

**Recensio II.:** 9.[c] A. D. 1160.

fraudulenter tamen deditionem facere disponebant. Offerebant siquidem destruere partem fossati, destruere etiam 40 ulnas muri ad introitum et exitum civitatis, ut transeat imperator cum exercitu, et deicere 30 turres equales domibus, et praeterea excellentem turrim Sanctae Mariae, dare 300 obsides, decem milia marcarum, et tributum singulis annis de civitate et provincia. Itaque imperator conscius doli illorum haec respuit universa. Illi tamen fortiter
*fol. 134. instabant pacto, regem *Boemiae et lantgravium sollicitantes precibus et promissis, ut per eos gratiam imperatoris recuperarent; set ceteri principes odio lantgravii et Boemii pactum quod offerebant imperatorem recipere non paciebantur.

**Recensio I.:** Illis diebus imperatore curiam habente apud Parmam civitatem Italiae, advenit Stephanus frater regis Ungariae, regnum laborans percipere ab imperatore, et ei tria milia marcarum per singulos annos persolvere promittebat, set ea res effectum non habuit. Ibi et nuntii Veneciorum caesarem adeunt pacem et gratiam eius obnixe postulantes, cum quibus ipse honorabiles legatos remisit. Affuit etiam ibi quidam episcopus Sardiniae, legationem ducens[b] ad imperatorem a principe Sardiniae, viro potenti et ditissimo. Promisit siquidem idem princeps investituram et coronam regni Sardiniae ab imperatoris manibus suscipere et tributum honestum annuatim ei persolvere. Dux etiam Welpho ei curiae interfuit, ducatum Spoletanum ac marchiam totius Tusciae superbe ac minaciter postulans. Set imperator talia tantaque nimis importune requirenti nil ex omnibus his concedens, inexauditum et quasi confusum abire permisit. Eodem anno Arnoldus
Iun. 24. Mogontiensis archiepiscopus a civibus suis occisus est. Populus enim furens immo demonium habens, eundem pontificem in civitate obsessum, deinde ad monasterium sancti Iacobi apostoli quod in superiori parte urbis situm erat fugientem persequens, ipsum monasterium cum claustro penitus succendit et eum intus latitantem crudeliter interemit.

**Recensio II.:** Imperatore curiam apud Parmam urbem Ytaliae habentę[d] advenit[e] quidam Stephanus, frater regis Ungarie, regnum laborans percipere ab imperatore, et ei tria milia marcarum per singulos annos persolvere promittebat; sed ea res effectum non habuit. Affuerunt etiam nuncii Venetiorum, pacem et gratiam imperatoris obnixe postulantes, cum quibus ipse honorabiles legatos remisit. Affuit etiam ibi quidam episcopus legatus principis Sardinie, viri potentis et ditissimi. Promisit namque idem princeps investituram et coronam regni Sardiniae a manu imperatoris suscipere et tributum excellentie eius condignum[f] annuatim persolvere[g].

Dux etiam Welpho eidem curiae interfuit, ducatum Spolitanum ac marchiam tocius Tusciae superbe ac minaciter postulans. Sed imperator talia tantaque nimis importune requirenti nil ex omnibus his concedens, inexauditum et quasi confusum abire permisit.

Eodem[h] anno Arnoldus Mogontiensis archiepiscopus a[i] civibus suis, cum quibus diu contenderat, apud monasterium sancti Iacobi, quod in superiori parte urbis situm erat, crudeliter peremptus est, ipsumque monasterium cum claustro igne penitus consumptum[k].

**Recensio I.:**
1159. Sept. 1. A. D. 1161. Adrianus papa obiit, et ea acta sunt quae superius retulimus. Nam
Aug. 1. cardinalibus ad electionem considentibus et in electione Ruolandi, cancellarii prioris papae,
Sept. 1. ex magna parte concordantibus, et eum in-
*fol. 134'. mantare *cupientibus, refugit obstinatissime, indignum se hoc honore et onere vociferans. Hoc illi audientes qui imperio favebant, Octavianum cardinalem virum nobilem elegerunt, et Romano more inmantatum Victorem

**Recensio II.:** 9. A. D. 1161. Adrianus papa, audito imperatoris adventu, circa festum beati Petri quod dicitur ad Vincula, cum cardinalibus suis Romam egressus consilium habuit, ut ipsum imperatorem excommunicaret, sed nocte ipsa morte preoccupatus consilium infectum reliquit. Sed dum cardinales quidam hoc sę voto pertinaci constrinxissent[l], quod nullum ei successorem, nisi qui eiusdem propositi et voluntatis erga imperatorem ęssęt,

a) et lanceam *cod.* b) ducens *supplevi, deest in cod.* c) VIII. 2. d) tenente 2. e) advenit — effectum non habuit *desunt* 2*. f) tributum condignum excellentie eius annuatim 2. g) exsolvere 2. h) Eodem — consumptum *in loco raso scripta sunt* 1. i) cum civibus 2. k) consumptum est 2. l) constrixissent 2.

RECENSIO I.

appellaverunt, et in iubilo vocis in sede beati Petri collocaverunt, qui mox Romae consecratus est Nonas Octobris[51]. Quidam vero ex cardinalibus nono die apud Cisternam castrum[52] convenientes, praedictum Ruolandum rursum eligentes inmantatum ibidem consecraverunt et Alexandrum vocaverunt. Itaque imperator, qui adhuc in obsidione Mediolani morabatur, ut hoc scisma sanctae ecclesiae removeret, curiam et concilium generale in octava epyphaniae apud Papiam indixit omnibus episcopis et principibus tam totius Alamanniae quam Lonbardiae, Tusciae, Ungariae et Franciae, misitque episcopos Praiensem[53] Verdensem et Mantuanum, vocans utrosque electos et electores ad iudicium ecclesiae. Itaque Octavianus, qui et Victor, cum suis fautoribus curiae et concilio se devote praesentavit. Ruolandus vero, qui et Alexander, audita legatione imperatoris venire recusavit. Qua de causa omnes episcopi, qui praesenti concilio aderant, Ruolandum excommunicaverunt et Octavianum pro apostolico susceperunt. Similia acta sunt apud curiam et synodum, quam imperator Cremone habuit in dominica quae est ante ascensionem Domini. Qui autem plenius eventum rei scire voluerit, ex litteris praedicti papae Victoris quas Coloniensi archiepiscopo misit colligere potest. Scripsit enim ei quae subiecta sunt: *Credimus indubitanter, frater carissime, quod tua discretio nostre promotioni in Domino congratuletur, et qualiter facta sit ardentissime nosse laboret. Quocirca te, quem hactenus dileximus et deinceps propensius diligere inteneimus, super hac certificari volumus. Domino itaque et patre nostro bonae memoriae* **papa Adriano viam universae carnis ingresso, placuit saniori parti* *fol. 135. *fratrum nostrorum, episcoporum presbiterorum diaconorum cardinalium, et cuncto clero Romano, ut ad peticionem universi populi Romani et ad assensum totius fere senatus et capitaneorum, baronum, nobilium tam extra quam infra Urbem commorantium, nos in regimen apostolicae sedis eligerent et in sede beati Petri apostoli collocarent, quod quidem non nostris meritis set divina providentia evenisse nullatenus dubitamus. Etsi iniquorum nos turba lacessat, confidimus tamen in domino Iesu, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, quod haec omnia ipsius misericordia ordinante fiant, videlicet ut iam nunc a granis paleae separentur, ab agnis*[54] *edi, a bonis piscibus mali, sicque de regno eius iam scandala multa colligantur. Novit liquido tua, dilecte frater, discretio, quanta orta fuerit inter ecclesiam Dei et imperium, inter regnum et sacerdotium discordia, ad quam sedandam spem habemus in eo confortari qui in se confitentium disponit saluti. Testis est nobis Dominus, quod huius rei fiducia hoc onus praecipue suscepimus. Idcirco te, frater carissime, in Domino exhortamur, ut una nobiscum auctorem omnium exorare non desistas, et dilectissimum filium nostrum Fridericum Romanum imperatorem victoriosissimum in ipsum admoneas, ut ipsius pio adiutorio cunctos*

RECENSIO II.

eligerent, domnum Ruolandum prioris pape cancellarium concorditer elegerunt. Quem dum Romano more 1159.
immantare[a] voluissent, restitit obstinatissime, indignum se hoc honore, quin immo onere, contestatus. Hoc Oct. 7.
illi audientes qui imperio favebant, Octavianum cardinalem virum nobilem elegerunt et Romano more inmantatum Victorem appellaverunt, et in iubilo vocis in sede beati Petri collocaverunt, qui mox Rome consecratus est Nonas Oct. Sept. 18.

Quidam vero ex cardinalibus nono die apud Cisternam castrum convenientes[b] favore Siculi[c] et eorum, qui discordiam inter regnum et sacerdotium facere nitebantur, predictam Rulandum rursus eligentes, inmantatum ibidem consceraverunt et[d] Alexandrum vocaverunt. 1160. Ian. 13.

Itaque imperator, qui adhuc in obsidione Mediolani morabatur, ut hoc scisma sancte ecclesie removeret, concilium et curiam in octava epyphanie apud Papyam indixit omnibus episcopis et principibus tam tocius Alemannie quam 53
Longobardie, Tusciae, Ungariae et Franciae, misitque episcopos Praiensem et Verdensem et Mantuanum, vocans utrosque electos et electores ad iudicium ecclesiae.

Itaque Octavianus, qui et Victor, cum suis fautoribus curie et concilio se devote presentavit. Ruolandus vero, Febr. 5.
qui et Alexander, audita legatione imperatoris, in hec verba respondit: *Ego vocare debeo, non vocari; ego iudicare debeo, non iudicari.* Quod eius responsum a sanioribus valde detestatum est, eo quod iudicium ecclesie refugeret[e]. Qua de causa omnes episcopi, qui presenti concilio aderant, Rulandum excommunicaverunt et Octavianum pro apostolico susceperunt.

Similia acta sunt apud curiam et synodum, quam imperator Cremonae habuit in dominica quae est ante ascensionem Domini. 1161. Mai. 8.

a) inmantare 2. b) venientes 2. c) seculi 2. d) et Alexandrum vocaverunt *desunt* 2*. e) fugeret 2.

51) Victor IV. die 7. Septembris electus et die 4. Octobris consecratus est. Cfr. Jaffé, Regest. p. 679.
52) inter Ariciam et Terracinam situm. 53) i. e. Pragensem. 54) i. e. hoedi.

RECENSIO I. — RECENSIO II.

*Christi inimicos et scismaticos superemus.* Simili modo Rulandus, qui et Alexander, de istis scripsit, Victorem et suos sequaces scismaticos appellans.

**RECENSIO I.**

Itaque imperator et qui sub Romano imperio erant, Victorem pro catholico papa habebant. Aliarum autem provinciarum reguli et populi Alexandrum pro apostolico, nescio an odio imperatoris an respectu iustitiae, excolebant.

*fol. 135'. Eodem anno patriarcha *Aquileiensis obiit[55], cui successor electus est quidam nobilis iuvenis cognatus imperatoris nomine
56 Uodalricus. Quo Cremonam[56] ad curiam per-
Epist. Burchardi. ducto et ab imperatore regalibus investito,

**RECENSIO II.**

Itaque imperator et qui sub eius erant imperio, Victorem loco summi pontificis habebant, aliarum autem reges et principes provinciarum, episcopi et abbates, populique omnes Alexandro, tamquam catholico pape, parebant. Qui post hec transiens in Franciam, a rege Francie omnibusque episcopis et abbatibus honorifice suscipitur, a quibus etiam per aliquot[a] tempus habundantissime sibi suisque necessaria subministrantibus detinetur[b].

cum sponsionem ei fecisset se domno papae Victori obediturum et ad ipsum se statim iturum, infirmitatem simulans et per Padum fluvium navigio descendens, neglecto papa qui tunc apud Regium morabatur pertransiit. Miserat autem imperator cum eo legatum suum[57] simulque Heinricum ducem Karintiae. Qui cum versus Aquileiam iter tenerent, mutata societate patriarcha cum legato imperatoris versus Tarvisium[58] per paludes girabant; dux vero ceptum iter peragens, cum omnes sui forti navigio veherentur, ipse in navicula segregatus a suis omnibus, a quatuor nautis Venetis ferebatur. Cumque portum transfretare deberet, ubi flumen Taliamentum in mare decurrebat, estuantibus undis ex collisione maris et fluminis impetu, dux ille inclitus cum vita pariter et navi pelago est involutus[59]. O infortunium miserabile! quem nuper missum in Greciam foris tot extera maria servaverant, domi patriae flumen absorbuit; qui a vitae cunabulis nunquam a suis solus est inventus, in mortis navicula omnium suorum unicus morti est deputatus. Dux itaque novem diebus sub aqua volutatus, decima a Venetis repertus et in civitate quae Caberloge dicitur
57 sepultus est, set per comitem Aquileyae[60] tam prece quam precio redemptus et per Aquileyam ad monasterium Rosaz[61], quod in monte situm est, delatus et in sepulchro patris sui reconditus est, planxitque eum universa terra illa et imperii curia tota.

Interea Mediolanenses totis iam viribus exhausti, veram deditionem facere cogitabant. Litigabant siquidem intra urbem unus contra alium, clericus contra
*fol. 136. monachum, monachus contra clericum, senex *contra iuvenem, populus contra
Epist. Burchardi p. 137 fin. sq. principes, eo quod urbem caesari tradere voluissent. Famam quoque invictissimi imperatoris omnes ceteri terrarum reges contremiscebant, et qui semper inimicitiis inter se bachari consueverant, nunc mutua pace firmata convenerunt in unum adversus dominum suum Romanum imperatorem, animis non proeliis, fraudibus non viribus, in tantum quod eodem anno quinque regum nuntii propter hoc foedus faciendum in uno loco convenerant. Grecus cum Ungaro treugam fecit per quinquennium. Scripsit etiam idem rex Greciae regibus Turchiae, Babiloniae, Persidis et Comaniae, nuncians illis, quod Romanus imperator terram suam et illorum occupare intendat, si de Mediolano finem faciat. Idem timebant reges Hispanus, Barcilonensis, Francigena et Anglicus. Sic enim scripserunt eis Ruolandus et cardinales eius, excitantes odium imperatori.

a) aliquod 2. b) *h. l. in cod. 1. manus paullo recentior saec. XIII. duobus foliis post adiectis, narrationem de excidio Mediolani ex cod. A verbotenus descriptam inseruit, verba scilicet:* Anno Domini 1162. Mediolanum devictum atque destructum est — in civitate vero nulli permittebatur habitatio; *haec igitur omnia omisimus, desunt etiam in codd. 2 et 2'.*

55) Peregrinus I, qui sedit ab anno 1132—1161, Aug. 8. 56) Verba sequentia usque ad finem anni 1161. desumpta sunt ex epistola Burchardi notarii ad Nicolaum abbatem Siegburgensem, quam impressit Sudendorf, Registr. II, 134. 57) scil. Burchardum notarium. 58) Treviso. 59) in Ionio mari periisse Heinricum narrant Annal. Admontens. Contin. a. 1161. 60) scil. Engelbertum, comitem de Goritia, advocatum ecclesiae Aquileiensis (1150—1186); cfr. Sudendorf, Registrum, Tom. II, p. 136, not. ††. 61) haud longe ab oppido Cividale ad meridiem situm, hodie Rosazzo.

RECENSIO I.

A. D. 1162. Mediolanum devictum atque destructum est. Quod qualiter acciderit succincte expediendum est. Clausis[62] igitur per hyemem stratis, cum illi fortiter iam artarentur, animos principum callidis propositionibus attemptabant, ut si quo modo tamquam re peracta eos securos facerent, ipsi interim vel de Brixia vel de Placentia coadunatis viribus mercatum ducerent. Set cum nil proficerent et tam ingenio quam viribus iam deficerent, tandem post multos terminos et machinationes plurimas, supprema necessitate famis et inediae coacti, in capite ieiunii termino constituto duo proponebant, videlicet ut sine omni tenore se dederent, vel per conventionem gratiam invenirent. Conventio talis erat: totum fossum cumplanare, muros et omnes turres destruere, 300 obsides dare quoscumque eligeret imperator, et ut hii per tres annos in captivitate tenerentur, potestatem quam vellet imperator sive Theutonicam sive Longobardicam *recipere, [* fol. 136'.] omnia regalia dimittere, pecuniam solvere, imperatori palacium quantum et ubi vellet, sive infra sive extra urbem, suis expensis levare, nec unquam de cetero fossatum vel murum sine verbo caesaris facere, nec cum aliqua civitate aut populo confederari aut iurare, tria milia hominum extra civitatem eicere et imperatorem cum exercitu intra urbem quam diu velit recipere. Super his igitur agitato consilio, magna pars principum, quorum caput Coloniensis episcopus, conditionem recipiendam consuluit, quia tunc plena esset victoria, et imperator vindictam et misericordiam pro velle posset exercere. Quidam etiam utrumque honestum esse dicebant imperio. Maior etiam pars, cuius caput Blandratensis, conventionem recipiendam persuasit, tum quia Mediolanenses ad hanc promptiores viderentur, tum quia ipsam solvere non possent, et tunc imperator in misericordia minus peccaret, si conventione non soluta fortius in eos vindicaret; et tandem omnes licet inviti in hanc consenserunt, eo quod quasi certum haberetur conventionem servari non posse, cum strata ad transducendum mercatum non aperiretur[a], nisi tota vel maior pars conventionis prius impleretur. Protractis igitur aliquot diebus pro remissione sacramenti, quo Mediolanenses Brixiensibus et Placentinis tenebantur, cum difficultatem conventionis attenderent, et rerum exitus longius metirentur, stupefacti, et dimissa conventione, ipsi deditionem elegerunt et ad solius misericordiae propitiatorium se contulerunt. In Kalendis igitur Martii, id est prima die mensis, [Mart. 1.] consules Mediolanensium cum aliis nobilibus numero quasi viginti, se cum civitate cum rebus et personis, remota omni simulatione fraudis qua in prima deditione imperatorem circumvenerant, sine omni tenore vel conditione prostrati cum nudis gladiis in cervicibus, palam in plena curia domno imperatori reddiderunt, praestantes sacramenta quaecumque iubebantur pro se et pro ceteris *omnibus Mediolanensibus. [* fol. 137.] Rursum sequenti die dominica qua convenienter cantabatur: *Reminiscere miserationum tuarum, Domine*, plus quam trecenti

RECENSIO II.

11.[b] Anno dominicae incarnationis[c] 1162. [pag. 285 cod. Guelferbytani.] Mediolanenses longa obsidione totis iam viribus fracti, interventu quorumdam principum adiuti, imperatorie potestati se et civitatem tradiderunt. In Kal. namque Martii consules Mediolanensium cum aliis nobilioribus 20 ante conspectum imperatoris venientes et ante pedes ipsius procidentes gladiosque nudos cervicibus suis imponentes, veniam pro se et caeteris[d] omnibus postulabant, facturi animo volenti quecumque iuberentur[e]. Iussit igitur imperator omnes consules et exconsulares, maiores, milites, legistas et iudices in obsidatu teneri, populum vero tamquam minus reum sacramento constrictum in civitatem remitti, muros civitatis cum turribus funditus destrui, fossatum impleri.

a) aperietur *cod.* b) *annum* 1162 *praecedunt in codicibus versus hi:*

Circulus annorum post sexaginta duorum
Mille cum centum fit M* digammate victum.

Hos versus olim Sibylla in Capitolio Mediolani conscripserat, sed tunc** primo cives devicta civitate*** consideraverunt, numerum illum ab anno dominicae incarnationis esse completum et duo gamma esse F, primam litteram nominis Friderici imperatoris. *codd.* 1. 2, *desunt in* 2*. c) Anno Domini 2. d) et pro ceteris 2. e) iuberentur 1; quecumque postularet aut iuberentur 2.

*) Mediolanum *superscripsit* 1. **) nunc 2. ***) devicta civitate *infra post* completum *posuit* 2.

62) Verba *Clausis igitur per hyemem stratis — in ruinam et desolationem detracta est* ex epistola Burchardi notarii ad Nicolaum abbatem Siegbergensem (apud Freherum, SS. rer. Germ. I, 236, vel editionis tertiae cura B. G. Struvii p. 330) desumpta sunt.

RECENSIO I. RECENSIO II.

electissimi milites Mediolanensium cum praefatis consulibus venientes, item praesidente domno imperatore prociderunt, et tam pulchre quam miserabiliter perorantes, solum misericordiam invocabant, claves civitatis obtulerunt, omnium portarum atque acierum resignantes vexilla principalia, quae erant numero 36, et ipsi sacramenta eadem quae consules praestiterunt. Postea
63 tercia feria venit populus cum barrocio[63] quod apud nos standare[64] dicitur, et cum reliqua militum multitudine, afferens omnium viciniarum vexilla numero 100 et paulo plura. Per ordinem igitur Novam Laudam ingressi, populus trium portarum currum praecedebat, reliqua vero multitudo sequebatur usque ad imperatoris palacium. Qui in solio excelsior residens, quam cito ab illis videbatur, tubicines stantes in curru tubis ereis fortius intonabant, et superbiae suae tunc morienti ibidemque sepeliendae[a] quasi suppremas exequias compulsabant, et finito clangore imperatoriae receptioni sunt oblatae[b]. Deinde singuli viciniarum maiores procedebant, profitentes et vexilla sua per ordinem a primo usque ad ultimum resignantes. Stabat autem currus multiplici robore conseptus, ad pugnandum desuper satis aptatus, ferro fortissime ligatus, de cuius medio surrexit arbor procera, ab imo usque ad summum ferro nervis et funibus tenacissime circumtexta. In huius summitate supereminebat crucis effigies, in cuius interiori parte beatus depingebatur Ambrosius ante prospiciens et benedictionem intendens quocumque currus verteretur. Is post omnis Mediolanensium honoris resignationem ultimus accessit, et ipse caput suum declinaturus.
*fol. 137'. *Cui qui praeerat, arte totam machinam illam et arborem illam usque ad terram declinabat[c], adeo ut nos, qui iuxta solium domni imperatoris eramus, ruinam machinae veriti excuteremur; set arbor deflexa nec cecidit nec reascendit, donec imperator fimbriam vexilli collegit currumque reascendere fecit et stare subiugatum. Tunc milites et populus unanimiter in facies suas ceciderunt plorantes et misericordiam invocantes. Post haec quodam consule miserabiliter perorante, finita oratione omnis multitudo rursus procidit, et cruces quas tenebat extendens, cum eiulatu magno in virtute crucis misericordiam invocavit. Unde vehementer moti sunt ad lacrimas quicumque audierunt, set imperatoris facies non est immutata[d]. Tertio comes Blandratensis pro illis olim amicis suis miserabiliter perorans, vim fecit omnibus ut possint lacrimari, et ipso crucem praeferente et tota multitudine item cum ipso suppliciter procidente, sed imperator[e] solus faciem suam firmavit ut petram. Deinde ab episcopo Coloniensi facta est deditionis eorum pura distinctio, et ab ipsis responsa est mera confessio. Porro imperator implorantibus illis respondit quaecumque eum decebat[f], et oportuno tempore misericordiam se facturum ex consilio promisit, et sic dimittens universos, sequenti die item omnes praesentari fecit. Illi autem spe misericordiae cruces, quas tenebant in manibus, per cancellos in caminatam imperatricis proiciebant, cum ante conspectum eius introitum non haberent. Illis igitur altera die praesentatis et plorantibus, respondit imperator, se velle facere principium misericordiae et principium iudicii, dixitque si iusticiae iudicis esset agendum, omnes eos vita debere privari, set nunc misericordiae locum dari oportere. Illi vero hoc verum esse ex
*fol. 138. legibus affirmabant, istud *respectu divinae miserationis fieri optabant. Iussit igitur imperator omnes consules et exconsulares, maiores et milites, legistas et iudices in obsidatu teneri, populum vero tamquam minus culpabilem tantum sacramento affectum in civitatem remitti. Deinde missis magistratibus in civitatem, iussit ab omnibus qui duodennes essent vel ultra, sacramenta prestari, quod et factum est. Iussit et singulas portas civitatis et circa portas fossatum et muros complanari, ut ad singulas portas singulis aciebus lata fronte, equabili gressu, pateat introitus; factumque est ita. Et cum de duobus milibus castrorum

a) *in loco raso cod.* b) id est tubae *eadem manu glossa. cod.* c) declinabant *cod.* d) immuta *cod.* e) *vox deest cod.* f) *scilicet* respondere.

63) i. e. carrocio. 64) i. e. Standarte.

RECENSIO I. RECENSIO II.

tantum quatuor ipsis superfuissent, eadem iussi resignaverunt, et hoc ad iudicium. Item domnus imperator cum Mediolanum vicisset, a misericordia victus est, et ne communione proscriptorum peccaretur, et ut misericordiae satisfaceret, personas Mediolanensium a banno imperiali absolvit. Deinde muri civitatis et fossata et turres paulatim destructae sunt, et sic tota civitas de die in diem magis ac magis in ruinam et desolationem detracta est[65]. Mediolanensibus autem 65 praeceptum est, ut quilibet ad villas et domos suas reverteretur, et ut agricolae agrorum culturae darent operam. In civitate vero nulli permittebatur habitatio.

Imperator vero in pascha Domini Papiae coronatus, magnificam ac sollempnem curiam cum ingenti omnium gaudio ibidem celebravit cum universis Lonbardiae principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis ac consulibus. His omnibus coram se de sumptu regio habunde fecit ministrari. Feria secunda paschae Pisani fideli- Apr. 9. tatem imperatori iuraverunt et expeditionem ei facere promiserunt in Apuliam, in Calabriam, in Siciliam, in Sardiniam et in Corsicam et versus Constantinopolim. *Dedit etiam imperator eis suum vexillum. Feria tertia Brixienses fol. 138'. similia imperatori iuraverunt. Octava paschae apud Taurinum curia celebris Apr. 15. est habita, et sic tota Lonbardia ac Tuscia et Romania ad nutum imperatoris fuit inclinata.

Imperator pascha Papiae magnifice celebrat. Se- Apr. 8. cunda feria paschae Pisani fidelitatem imperatori iuraverunt, et expeditionem promto animo in Apuliam, in Calabriam, in Siciliam, in Sardiniam, in Corsicam, et versus Constantinopolim facere promiserunt. Feria tercia Brixienses[a] similia[b] iuraverunt.

Illis diebus legati regis Franciae in Italiam ad imperatorem venerunt pro componenda pace et unitate sanctae ecclesiae — quorum de numero Heinricus comes de Plûs[66] erat — orantes imperatorem ut curiam generalem indiceret et Victorem papam interesse faceret, pollicentes sub sacramento fidei regem Franciae eo venturum et Alexandrum papam suum adducturum, ut ecclesiae iusticia utriusque patesceret.

Eodem tempore Ludewicus rex Franciae[c] legatos ad imperatorem[d] pro componenda pace et unitate sanctae aecclesiae misit[e], quos ipse gratanter suscepit.

Annuit his imperator, et generali sinodo indicta in municipio quod dicitur Leona[67] super fluvium Saonam in episcopatu Bisontino, maximam ibi domum in longitudine et latitudine per totam estatem fabricari fecit. Itaque in decollatione sancti Iohannis baptistae imperator cum Victore papa advenit, set et maxima multitudo archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum, principum praesenti sinodo aderat. Rex autem Franciae Luodewicus ex altera parte fluminis pridie advenerat, sed griseorum monachorum ut ferunt seductus consilio subtraxit se, et in proximo castro cui Divion[68] vocabulum est resedit, et Alexandrum papam sicut pollicitus fuerat minime praesentavit. Affuit huic curiae rex Danorum nomine Waldimarus[69], qui ibidem coronam de manibus imperatoris suscipiens, homo eius factus est. Igitur imperator et rex Danorum cum tota illa frequentia pontificum et principum, sicut in prima[70] et secunda[71] synodo, Victorem universalem papam nominaverunt et Alexandrum cum sequacibus eius scismaticos iudicaverunt. 70 Caesar vero praedictum comitem Heinricum[72] et alios fideiussores regis Franciae in obsidatu tenuit, donec beneficia quae a rege habebant de manu imperatoris *suscipientes hominium ei fecerunt, et sic imperator victrices aquilas iterum[l] *fol. 139. in Italiam convertit.

Igitur generali synodo indicto in municipio quod Leona dicitur, super fluvium Saonam[f] in episcopatu Bisontino, imperator cum papa Victore multisque archiepiscopis, episcopis[g] et abbatibus[h] affuit in decollatione sancti Iohannis baptistae. Rex autem Franciae ex altera parte fluminis pridie advenerat[i], set ex consilio papae Alexandri et sibi parentium in proximo castro resedit, nec ad imperatorem pervenit. Affuit huic synodo rex Danorum Waldimarus, qui ibidem Aug 29. coronam de manibus imperatoris suscipiens, homo eius factus[k] est. Igitur imperator et rex Danorum cum tota illa frequentia pontificum et principum, sicut in prima et secunda synodo, Victorem universalem papam nominaverunt et Alexandrum cum suis sequacibus scismaticos designaverunt.

a) Bixienses 2. b) similiter 2. c) frantie 2. d) misit pro 2. e) misit *om.* 2. f) Soanam 2. g) episcopis *om.* 2*. h) et abbatibus 1. 2. i) advenerat pridie 2. k) factus *corr. ex* factas 2. l) iterum *bis scriptum in cod.*

65) Hucusque epistola Burchardi. 66) i. e. Blois. 67) S. Jean de Losne. 68) Dijon. 69) Waldemarus I, 1157—1182. 70) scil. Papiensi synodo. 71) apud Laudam habita. 72) Campaniensem et Blesensem.

**RECENSIO I.**

A. D. 1163. imperator de Italia rediens, curiam celebrem apud Magontiam habuit in Apr. 7. dominica Misericordia Domini, plerosque convictos de interfectione archiepiscopi digna ultione multavit, et ad edomandam superbiam *pag. 286. civium murum civitatis destrui mandavit. Quendam vero cognatum suum nomine Cuonradum episcopum eis praefecit; set ille non multo post contra imperatorem in parte Alexandri papae sentiens, sponte episcopatum deseruit, et ad partes Rulandi transivit; unde imperator Christianum cancellarium suum episcopum constituit. Hoc etiam anno quidam heretici de secta Catarorum de Flandriae partibus Coloniam venientes, ibi deprehensi sunt, et extra urbem igne concremati Aug. 5. sunt Nonis Augusti quatuor mares et iuvencula, quae se igni invito etiam populo in- 73 iecit[73]. Et cum hora combustionis eorum in civitate vehentissima nimis foret pluvia, ita ut clerus qui in civitate totus remanserat pluviam exhorreret, propter fidem debilis vulgi ne una quidam gutta tam vehementis pluviae ubi combusti sunt cecidit. Ipso anno archiepiscopus Salzeburgensis occisus est a ministerialibus Sancti Ruoberti.

A. D. 1164. imperator iterum in Italiam regreditur. Occeanus limitem suum 12 pene Sept. 18. miliariis 14. Kal. Octobris egressus, multa milia hominum diversi sexus et etatis maxime circa fluvium Wiseram submersit. In para- Apr. 10. sceue, 4. videlicet Idus Aprilis, celebrante Ruolando apud Senonas[74] divina, horribiles tenebrae factae sunt, et dum quidam cardinalis passionem Domini legeret, in ipsa ubi dicitur: *Consummatum est*, fulgur tam stupendum cecidit et dein tantus fragor intonuit, ut Ruolandus dimisso altari, et diaconus dimissa lectione, et omnes qui aderant fuga *fol. 139' consulendum sibi esse iudicarent. *Victor papa apud Lukkam obiit, ibique sepultus est, cui Wido Cremensis episcopus substitutus Apr 22. est 10. Kal. Mai et ab Heinrico Leodiensi epi- Apr. 26. scopo ordinatus est 6. Kal. Mai, et Romano 75 more Paschalis est[75] appellatus. Hoc anno cum Cuonradus palatinus, frater imperatoris, Coloniensem episcopatum pro libitu transire ac praedari vellet, et montem qui Rinecke[76] dicitur occupare intenderet, Reinoldus Colo-

**RECENSIO II.**

12. A. D. 1163. imperator curiam celebrem apud Mogontiam habuit, et quosdam convictos de interfectione archiepiscopi Arnoldi digna ultione multavit, et ad reprimendam civium insolentiam murum destrui civitatis[a] mandavit. Quendam etiam cognatum[b] suum nomine Conradum episcopum eis suo arbitrio prefecit; qui nec multo post contra[c] imperatorem sentiens, sponte ępiscopatum tamquam *pro iusticia deseruit, et ad partem Alexandri papae, eo quod sibi probabilior videretur, transivit. Unde imperator Christianum cancellarium suum in eius loco subrogavit. Hoc etiam anno quidam heretici de secta eorum, qui Kattari nuncupantur, de Flandriae partibus Coloniam advenientęs, prope civitatem in quodam horręo occulte mansitare[d] ceperunt. Sed dum neque dominico die ecclesiam intrarent, a[e] circummanentibus[f] comprehensi et detecti sunt. Qui ecclesie catholice representati et diu satis de secta sua examinati, dum nullis probabilibus documentis corrigi possent, set in suo proposito pertinacissime persisterent, eiecti sunt ab ęcclesia, et in manus laicorum traditi. Qui eos extra urbem educentes, Non.[g] Aug. ignibus tradiderunt, mares quatuor et iuvenculam unam. Que dum miseratione[h] populi prope servaretur, si forte interitu aliorum terreretur et saniori consilio acquiesceret, subito de manibus se tenentium elapsa, ultro ignibus se[i] iniecit et periit. Ipso anno archiępiscopus[k] Salzburgensis a ministerialibus Sancti Rutberti[l] crudeliter interemptus est.

13. A. d. i. 1164. imperator iterum in Italiam regreditur. Occeanus limitem suum 12 pene miliariis 14. Kal. Martii ęgressus, multa milia hominum diversi sexus et aetatis maxime circa fluvium Wiseram[m] submersit. In parasceuę, 4. videlicet Iduş Aprilis, celebrante Ruolando[n] apud Senonas divina, horribiles tenebre facte sunt, et dum quidam cardinalis passionem[o] legeret, in ipsa ubi dicitur: *Consummatum est*, fulgur tam stupendum cecidit et deinde tantus fragor intonuit, ut Rulandus dimisso altari, et dyaconus dimissa lectione, et omnes qui aderant fuga consulendum esse sibi iudicarent.

Victor papa ad Luccam obiit, ibique sepultus ęst, cui Wido successit Cremensis episcopus 10. Kal. Mai et ab Heinrico Leodiensi ępiscopo ordinatus est 6. Kal. Mai, et Romano more Paschalis est appellatus.

Hoc anno cum Conradus palatinus, frater imperatoris, Coloniensem ępiscopatum pro libito transire ac predari vellet, et montem qui Rinekke dicitur occuparę intenderet, Reinoldus Coloniensis electus, qui in Ytalia cum imperatore erat, hoc fidelibus[p] Coloniensis ecclesiae[q] intimans, predictum montem preoccupari fecit. Cum autem palatinus se preventum

a) murum civitatis destrui 2. b) cognitum 2*. c) contra *om.* 2*. d) manere 2. e) et *pro* a 2*. f) cirmanentibus *(sic)* 2. g) nonas 2. h) miserationes 2*. i) ultro se ignibus 2. k) episcopus 2. l) ruberti 2. m) Wisaram 2. n) Rulando 2. o) Domini *addit* 2*. p) ecclesie Coloniensis 2. q) per legatos *addit* 2*.

73) Cfr. Caesarium Heisterbacensem lib. V, cap. 19. 74) Sens. 75) Paschalis III. 76) Rheineck.

RECENSIO I.

niensis electus, qui in Italia cum imperatore erat, hoc fidelibus Coloniensis ecclesiae per legatos intimans, praedictum montem praeoccupari fecit. Cum autem palatinus se praeventum cerneret, bellum Coloniensibus posito termino secunda feria in rogationibus indixit in campo Anturnacensi[77]. Ex industria vero Coloniensium praelatorum tantus equestris ac pedestris insuper ac navalis occurrit exercitus, qualem nostra memoria ex Theutonicis cum tot fortibus, tot praeclaris, tot nobilibus viris nunquam in acie constitisse percepimus. Plures enim erant, qui in bellatorum numero computati sunt, quam 125 milia. Unde nec palatinus nec aliquis suorum apparere ausus est, cum 12 diebus eius expectassent adventum. Interea domnus Reinoldus Coloniensis electus cum imperatore in Italia degens, super omnes qui aderant principes fidelius ac devocius servivit. Auditoque huius leticiae ac victoriae nuntio, impetrata ab imperatore licentia, cum integritate gratiae eius rediit, acceptis ab eo preciosissimis muneribus, trium scilicet magorum corporibus, qui infantiam Domini misticis muneribus venerati sunt, duobusque martiribus Felice et Nabore, qui cum praedictis magis apud Mediolanum venerabiliter reconditi erant. Itaque cum praefatis et illustrissimis donis in vigilia beati Iacobi apostoli Coloniam ingressus, gloriose ac magnifice suscipitur, maxime pro reliquiis, quas ad perpetuam *Germaniae gloriam Coloniae intulit. Iul. 24. *fol. 140. In Kalendis Octobris imperator de Italia rediens, curiam celebrem apud Babinberg habuit in octava sancti Martini episcopi, ubi aliquantulum electo Coloniensi durius locutus est pro palatino, fratre suo; set industria ac sapientia eiusdem electi indignatio haec sedata est.

A. D. 1165. natus est imperatori filius nomine Heinricus apud Noviomagum. Imperator celeberrimam curiam Wirciburg in pentecosten habuit, ubi tam ipse imperator quam omnes principes iuraverunt, quod domnum apostolicum Paschalem nunquam desererent, nec ad partem Ruolandi aliquando transirent; et tunc primum domnus Reinoldus ibidem sabbato quatuor temporum in presbiterum ordinatus est, et quam plures cum eo alii electi. Postea vero, 6. Non. Octobris, ordinatus est Coloniae in archiepiscopum a Philippo Osenburgense[78] episcopo, praesente imperatore et imperatrice.

A. D. 1166. imperator natalem Domini Aquisgrani celebravit. Ibi 4. Kal. Ianuarii cum frequentia pontificum ac principum magnoque cum tripudio cleri ac populi extulit de

RECENSIO II.

cerneret, bellum Coloniensibus posito termino secunda feria rogationum[a] indixit in campo Anturnacensi. Ex[b] industria vero Coloniensium prelatorum tantus equestris et pedestris insuper ac[c] navalis occurrit exercitus, qualem nostra memoria ex Teutonicis cum tot fortibus, tot preclaris, tot nobilibus viris numquam in acie constitisse percepimus. Plures enim erant, qui in bellatorum numero *computati sunt, *pag. 287. quam 125 milia. Mai. 18. Unde nec palatinus nec aliquis suorum apparere ausus est, cum 12 diebus eius[d] expectassent[e] adventum. 77 Interea domnus Reinoldus Coloniensis electus cum imperatore in Italia degens, super omnes qui aderant principes fidelius ac devotius servivit[f]. Auditoque huius leticiae ac victoriae nuncio, impetrata ab imperatore licencia, cum integritate gratiae eius rediit, acceptis ab eo preciosissimis muneribus, trium scilicet magorum corporibus, qui infanciam Domini mysticis muneribus venerati sunt, duobusque martyribus Felicę et Nabore, qui cum predictis magis apud Mediolanum venerabiliter[g] reconditi erant. Itaque cum prefatis et illustrissimis donis in vigilia beati[h] Iacobi Coloniam ingressus, gloriose ac[i] magnificę suscipitur, maxime pro reliquiis, quas ad perpetuam Germaniae gloriam Colonie intulit.

In Kalendis Octobris imperator de Italia rediens, Oct. 1. curiam celebrem Babinberg[k] habuit in octava sancti Martini, ubi aliquantulum electo Coloniensi durius locutus est pro Nov. 18. palatino, fratre suo; sed industria ac sapiencia eiusdem ęlecti indignatio hec sedata est.

14. A. d. i. 1165. natus est imperatori filius nomine Heinricus apud Noviomagum. Imperator cęleberrimam curiam Wirceburg[l] in pentecoste habuit, ubi tam ipse imperator quam omnes principes iuraverunt, quod domnum apostolicum Paschalem numquam desererent, nec ad partem Rulandi ali- Mai. 23. quando transirent. Et tunc primum domnus Reinoldus ibidem sabbato quatuor temporum in presbiterum ordinatus est, et quam plures cum eo alii electi. Postea vero, 6. Non. Octobris, ordinatus est Coloniae in archiepiscopum a Phylippo Osenbrucgense[m] episcopo, presente imperatore et imperatricę. Domnus[n] Wolbero pie memorie ab- Mai. 29. bas obiit, cui Wichmannus successit[n]. Oct. 2.

15. A. D. 1166. imperator natalem Domini Aquis- 1165. grani celebrat. Ibi 4. Kal. Ian. cum frequentia pontificum Dec. 29. ac principum magnoque cum tripudio cleri ac populi extulit de sarcophago ossa Karoli Magni imperatoris ubi sepultus quieverat annis 300 quinquaginta duobus, et quaedam regalia

a) in rogationibus 2*. b) Ex *om.* 2*. c) et navalis 2. d) eius *om.* 2. e) spectarent 2. f) servivit *superscript.* 2. g) venerabiliter *om.* 2. h) sancti 2. i) et 2*. k) Bavinberg 2. l) Wirciburg 2. m) Osenbrucge 2; Osenbringense 2*. n) Domnus — successit *desunt* 1* *et* 2*

77) Andernach. 78) i. e. Osnabrugensi.

**RECENSIO I.**

sarchophago ossa Karoli Magni imperatoris
ubi sepultus quieverat annis 352, et quedam
regalia xenia in vasis aureis et palliis sericis
tam imperator quam regina eidem contule-
runt ecclesiae, additis 10 marcis annuatim.
Eodem anno Reinoldus archiepiscopus et
Gerhardus Bunnensis praepositus beatissi-
mos martires Cassium, Florentinum et Mal-
Mai. 2. lusium 6. Non. Mai cum inenarrabili cleri
devotione et multitudine populi transtulerunt,
invento sicco quidem sed evidenti sanguine
ipsorum, cum annis[a] 773 passio ipsorum
transacta fuerit. Imperator expeditionem
suam in Italiam indixit, tum pro confirma-
*pag. 288. tione sui papae Paschalis tum perfidia Medio-
lanensium, qui sine permissu eius civitatem
reedificabant. Nec mora, Reinoldus[b] episco-
pus, tam a clero quam a populo Coloniensi
*fol. 140'. accepta licentia, cum *centum loricatis mi-
litibus ante egressum imperatoris, persona
sua rebusque omnibus salvis, transalpinavit,
Oct. 31. et in vigilia omnium sanctorum usque Ypo-
ream[79] pervenit. Indeque domno imperatori, qui ex altera parte per vallem ad-
venit Tridentinam, quantocius occurrit. Episcopi quoque et barones totius Lon-
bardiae cum gaudio imperatorem susceperunt.
Ian. 20. A. D. 1167. terrae motus factus est 13.
Kal. Februar. media nocte. Grando etiam
Apr. 3. maxima 3. Nonas Aprilis cecidit, ita ut ova
columbarum magnitudine aequaret. Igitur im-
perator Italiam quarto ingressus, per vir-
tutem optimatum suorum, et praecipue per
industriam Reinoldi pontificis, in brevi omnem
Italiam, Lonbardiam et Apuliam sibi subiecit.
Interim illustrissimus praesul Reinoldus Tu-
sciae partes adiit et dein Tusculanam intravit;
illi enim adhuc imperatori fideles erant. Quo
audito Romani contractis copiis ferme ad 42
Mai. 27. milia, in vigilia pentecosten, 6. scilicet Kal.
Iunii, sata et vineas Tusculanorum vastare
ceperunt et Reinoldum episcopum obsidione
artare. Ipse autem ob reverentiam sacrae diei
intra muros se continuit et quoniam tantam
multitudinem armatorum non nisi auxilio Dei-
tatis cum tam paucis militibus evadere posset.
Non enim plus quam 140 milites habebat.
Mai. 29. Itaque secunda feria pentecostes Christianus
Mogontinus episcopus et Philippus cancella-
rius imperatoris cum 500 fere sariantibus[80] per
longam et arduam viam fessi ad auxilium Rei-
noldo venerunt et castra iuxta Tusculanum[c]
metati sunt. Nec mora, Romani eos inva-

**RECENSIO II.**

xenia in vasis aureis et palliis sericis tam imperator quam regina eidem contulerunt ecclesiae, additis 10 marcis annuatim.

Eodem anno Reinoldus archiepiscopus et Gerhardus[d] prepositus Bunnensis[e] beatissimos martyres Cassium et Florentium et Mallusium[f] 6. Non. Mai cum inenarrabili cleri devotione ac multitudine populi transtulerunt, invento sicco quidem[g] sed evidenti sanguine ipsorum, cum annis 973[h] passio ipsorum transacta fuerit.

Imperator expedicionem suam in Italiam[i] indixit, tum pro confirmatione domni pape Paschalis, tum pro perfidia Mediolanensium, qui sine permissu eius civitatem reedificabant. Nec mora, Reinoldus episcopus *tam a clero quam a populo Coloniensi accepta licentia, cum centum loricatis militibus ante egressum imperatoris, persona sua rebusque omnibus salvis, transalpinavit, et in vigilia omnium sanctorum usque Ypoream pervenit. Indeque domno imperatori, qui ex altera parte per vallem advenit Tridentinam, quantocius occurrit. Episcopi quoque et barones tocius Longobardiae cum gaudio imperatorem susceperunt.

16.[k] A. d. i. 1167. terre motus factus est 13. Kal. Febr. media nocte. Grando etiam maxima 3. Non. Aprilis cecidit, ita ut ova columbarum magnitudine aequaret. Igitur imperator Italiam quarto ingressus, per virtutem optimatum suorum, et precipue per industriam Reinoldi pontificis, in brevi[l] omnem Italiam, Longobardiam et Apuliam sibi subiecit.

Interim illustrissimus presul Reinoldus Tusciae partes adiit et dein Tusculanum intravit; illi enim adhuc imperatori fideles erant. Quo audito Romani contractis copiis ferme ad 42 milia, in vigilia pentecostes, 6. scilicet Kal. Iunii, sata et vineas Tusculanorum vastare ceperunt et Reinoldum episcopum obsidione artare. Ipse autem ob reverentiam sacrae diei intra muros se continuit et quoniam tantam multitudinem armatorum nonnisi auxilio Deitatis cum tam paucis militibus evadere posset. Non enim plus quam 140 milites habebat. Itaque secunda feria pentecostes Christianus episcopus Mogontinus et Phylippus cancellarius imperatoris cum 500 fere sariantibus per longam et arduam viam fessi ad auxilium Reinoldo venerunt et castra iuxta Tusculanum metati sunt. Nec mora, Romani eos invadentes terga dare compulerunt. Quo viso Reinoldus, spem salutis habens in Domino, suos breviter allocutus audacter[m] erupit portis, Romanos cum nimia virtute et constancia invasit, prostravit, fugavit. Cesa sunt in illo praelio passim per agros 9 milia Romanorum, 5 milia capta, pluresque referuntur esse quos impetus fugiencium attrivit, quam quos gladius consumpsit. Computatum est[n] enim postea a Romanis, de 42 milibus vix duo milia in Urbem redisse[o]. Post hanc divinam non humanam victoriam[p] imperator Romam cum armata manu

a) annis *om. c.* b) Reinoldus *deest in cod.* c) Tusculañ *c.* d) geh'dus 2; Berhardus 2*. e) Bonnensis 2*. f) Malusium 2. g) quidem *om.* 2. h) 973 1. 2. 2*. i) Imp. in Ytaliam exped. suam 2. k) XV *cod.* 2. l) in brevi *om.* 2. m) aucdacter 2. n) est *om.* 2*. o) reddisse *corr.* redisse 1; redisse 2. p) Post hanc divinam victoriam, non humanam 2.

79) Ivrea. 80) i. q. servientibus.

RECENSIO I.

dentes terga dare compulerunt. Quo viso Reinoldus, spem salutis habens in Domino, suos breviter allocutus audacter erupit portis, Romanos cum nimia virtute et constantia invasit, prostravit, fugavit. Cesa sunt in eo praelio passim per agros novem milia Romanorum, quinque milia capta, *pluresque *fol. 14.
referuntur esse quos impetus fugientium attrivit, quam quos gladius consumpsit. Computatum enim est postea a Romanis, de 42 milibus[81] vix duo milia in Urbem redisse. Post hanc divinam non humanam victoriam imperator cum armata manu Romam intravit, Lateranensesque acceptis ab eis[a] 80 obsidibus coegit, et papam Paschalem in sede beati Petri collocavit, ubi etiam idem papa 3. Kal. Aug. dominica ante vincula beati Petri apostoli 15 electos, alios in patriarchas, alios in archiepiscopos, nonnullos in episcopos ordinavit. Tercia dehinc die in festo beati Petri apostoli domnam Beatricem, uxorem caesaris, in imperatricem consecravit. 81 Iul. 30. Aug. 1.

RECENSIO II.

intravit, Lateranensesque ad dedicionem[b], acceptis[c] ab eis 280 obsidibus[d], coegit[e] et papam Paschalem in sede beati Petri collocavit, ubi etiam idem papa 3. Kal. Aug. dominica ante vincula sancti Petri[f] 15 electos, alios in patriarchas, alios in archiepiscopos, nonnullos in episcopos ordinavit. Tercia dehinc die in festo beati Petri domnam Beatricem, uxorem cesaris, in imperatricem consecravit.

RECENSIO I.

*Pactum quod pepigerunt Romani cum imperatore Friderico.*

*Iuraverunt praesentes et iurabunt futuri senatores et totus populus Romanus domno Friderico imperatori fidelitatem, et quod iuvabunt eum coro am imperii Romani retinere, et defendere contra omnes homines, et iusticias suas tam infra Urbem quam extra Urbem iuvabunt eum retinere; et quod nunquam erunt nec in consilio nec in facto ubi domnus imperator mala captione capiatur, vel membrum perdat, vel aliquod detrimentum in persona paciatur, et quod senatum nonnisi per eum ordinabunt vel nuntium suum, et haec observabunt sine fraude et malo ingenio. Domnus imperator confirmabit senatum perpetuo in eo vigore in quo nunc est, et augebit illum tali tenore, ut senatus per eum ordinetur et ei subiectus fiat; et faciet inde privilegium cum sigillo auri, in quo contineantur haec: videlicet confirmatio senatus et quod faciet salva omnia iusta tenementa populi Romani quantum ad imperatorem pertinet; quod ea illis non auferet, et bonos usus Urbis et locationes, libellos tercii et quarti generis conservabit; et praecipiet in eodem privilegio non auferri Romanis in toto imperio suo plateaticum, portaticum, ripaticum *aut pedagium; et si auferre praesumpserit, incidat in penam 100 librarum auri. Haec omnia cum subscriptione principum curiae fient.* *fol. 141'.

RECENSIO II.

*Pactum quod pepigerunt Romani cum domno Friderico[g] imperatore et semper augusto[h].*

*Iuraverunt presentes et *iurabunt[i] futuri senatores et totus populus Romanus domno Friderico imperatori fidelitatem, et quod iuvabunt eum coronam imperii Romani retinere, et defendere eum[k] contra omnes homines, et iusticias suas tam infra Urbem quam extra Urbem iuvabunt eum retinere; et quod nunquam erunt tam[l] in consilio quam[m] in facto[n] ubi domnus imperator mala captione capiatur, vel membrum[o] perdat, vel aliquot[p] detrimentum in persona paciatur, et quod senatum nonnisi per eum vel per nuncium suum ordinabunt, et hec observabunt sine fraude et malo ingenio. Domnus imperator confirmabit senatum[q] perpetuo in eo vigore in quo nunc est, et augebit eum tali tenore, ut senatus per eum ordinetur et ei subiectus fiat; et faciet inde privilegium cum sigillo auri, in quo contineantur haec: videlicet confirmatio senatus et quod faciet salva omnia iusta tenementa populi Romani quantum ad imperatorem pertinet; quod ea illis non auferet, et bonos usus Urbis[r] et locationes, libellos tercii et quarti generis conservabit; et precipiet in[s] eodem privilegio non auferri Romanis in toto imperio suo plateaticum, portaticum, aut ripaticum; et si auferre presumpserit, incidat in penam 100 librarum auri[t]. Hec omnia cum subscriptione principum curiae fient.* *pag. 289.

RECENSIO I.

His itaque prospere et laudabiliter gestis, miserrima supervenit clades et pestilentia, Romanis finibus semper amica, quae, ut in Ezechiele legitur, a sanctuario Dei incipiens, omnes pene sacerdotalis ordinis dignitates deiecit, principes prostra Primo Daniel Praiensis[82] episcopus, dein Alexander Leodiensis episcopus in

RECENSIO II.

His ita prospere et laudabiliter[u] gestis, miserrima supervenit clades et pestilencia, Romanis finibus semper amica, quae, ut in Ezechiele legitur, a sanctuario Dei incipiens, omnes pene sacerdotalis ordinis dignitates deiecit, principes prostravit. Primo Danihel Praiensis episcopus, dein[v] Alexander Leodiensis episcopus in vigilia beati Laurentii obiit; dein[v] domnus Reinoldus archiepiscopus[w], vir sapiencia et industria mirabilis et in quo maxima pars glorie imperatoris erat, in vigilia assumptionis beatae Mariae decessit, omnibus sacramentis ecclesiasticis, scilicet confessione, Ezech. 9, 6.

a) eo *cod.* b) Lateranenses in deditionem 2. c) accepit 2. d) obsides 2. e) accepit 2. f) beati Petri 2. g) F. 1. *saepius, idem* 2. h) Pactum — augusto *desunt* 2*. i) iurabant 1. 3. k) eum *om.* 2*. l) tam *om.* 2; nec 2*. m) quam *om.* 2; nec 2*. n) et facto 2. o) menbrum 2. p) aliquid 2*. q) in perpetuo 2. r) bonos Urbis usus et 2. s) ut *pro* in 2*. t) au *(in fine versus) cod.* 2. u) laudaliter 2. v) deinde 2. w) Coloniensis *addit* 2.

81) De 30 milibus vix duo milia in Urbem rediisse scribit ipse Reinaldus archiepiscopus in epistola ad Colonienses apud Sudendorf, Registrum II, 148. 82) i. e. Pragensis.

**RECENSIO I.**

Aug. 9. vigilia beati Laurentii obierunt; dein domnus Reinoldus archiepiscopus, vir sapientia et industria mirabilis et in quo maxima pars Aug. 14. gloriae imperatoris erat, in vigilia assumptionis beatae Mariae decessit, omnibus sacramentis ecclesiasticis, scilicet confessione, communione, unctione, devotissime susceptis, et testamento suo commendabiliter ordinato et conscripto. Circa idem tempus Fridericus illustris dux Sneviae, filius Cuonradi regis, occubuit, et Welpho iunior, et cum eo tanta *multitudo episcoporum, abbatum, principum, militum, et diversae conditionis virorum, ut multitudo pene numerum excederet. Paucissimi enim de exercitu imperatoris redierunt, et ad hoc ipsum quasi per fugam sibi quisque subvenit. Ante idem tempus Heinricus dux de Limburg, cui imperator citra Rhenum sua negotia et archiepiscopus Reinoldus archiepiscopatum Coloniensem

Iul. 11. commiserant, 5. Idus Iul. obiit. Ecclesia Co-

81 loniensis Philippum[81], maioris ecclesiae decanum et imperatoriae curiae cancellarium, cum adhuc in Italia teneretur pontificem sibi elegit. Per idem tempus Wichmannus Magedeburgensis et Luodewicus lantgravius et Albertus marchio ceterique orientales Saxones Heinricum ducem Saxoniae et terram eius praeda et incendiis infestabant et pene

*fol. 142. attriverant, donec imperator missa *legatione ab Italia usque ad adventum suum bellum hoc differri iussit.

**RECENSIO II.**

communione, unctione, devotissime susceptis, et testamento suo commendabiliter ordinato et conscripto. Circa idem tempus Fridericus illustris dux Sueviae, filius Cunradi regis, occubuit, et Welpho iunior, et cum eo tanta multitudo episcoporum, abbatum, principum, militum et diversae conditionis virorum, ut multitudo pene numerum excederet. Paucissimi enim de exercitu imperatoris redierunt, et ad hoc ipsum quasi per fugam sibi quisque subvenit. [Ante idem tempus Heinricus dux de Limburg, cui imperator citra Renum sua negotia sua[a] et archiepiscopus Reinoldus ducatum Coloniensem commiserant, 5. Idus[b] Iulii obiit.][c]

Ecclesia[d] Coloniensis Philippum, maioris ecclesiae decanum[e] et sacri imperii per Italiam archicancellarium, cum adhuc in Italia[f] teneretur pontificem sibi eligit[g].

Per[h] idem tempus Wichmannus episcopus Magedeburgensis et Luodewicus lantgravius et Albertus marcio ceterique orientales Saxones Heinricum ducem Saxonie et terram eius preda et incendiis infestabant et pene attriverant, donec imperator missa legatione ab Italia usque ad adventum suum bellum hoc differri impetravit.

* Quo electionem de se rite factam petente a papa confirmari, ad instinctum Romanorum, ultionem tam cruente ac recentis sue stragis per Rennoldum archiepiscopum facte saltem per retardationem confirmationis expetentium, sive ioco sive serio fertur papa respondisse, se quidem confirmationem non denegare, sed ipsum electum debere ydolum, ad honorem Re-

*pag. 290. noldi hostis *ecclesie Romane sculptum, de basilica beati Petri in Colonia removere. Siquidem Colonienses ob honorificenciam et recordationem tam prestantis viri sepulchro decenter extructo imaginem ipsius in lapide sculptam superposuerunt. Sed electus non inops consilii ingeniose respondit, se id non segniter effecturum, si aliquis apostolice auctoritatis nuncius secum procedens personaliter eundem lapidem removeri demandaret. Unde hoc non obstante confirmatur. Per[i] idem tempus bellum, quod inter orientales Saxones gerebatur, imperator usque ad suum adventum differri precepit[k].

**RECENSIO I.**

Sept. 14. A. D. 1168. Paschalis papa obiit 18. Kal. Octobris[82], cui Kalixtus per eosdem fautores imperii successit. Imperator de Italia contra imperatoriam dignitatem occulte cum paucis rediit, omnibus civitatibus Italiae contra eum

Iul. 1. coniurantibus. Kalendis vero Iulii curiam Franckinvort habuit, ubi ducem et principes Saxoniae ad pacem revocavit. Phylippus Coloniensis electus, non praevalens per

**RECENSIO II.**

17.[l] A. D. 1168. Paschalis papa moritur[m], cui domnus[n] Calixtus per eosdem fautores imperii successit. Imperator de Italia contra imperatoriam dignitatem occultę cum paucis rediit, omnibus civitatibus Italie contra eum coniurantibus[o]; Kal. vero Iunii[p] curiam Frankinvort[q] habuit, ubi ducem et principes Saxoniae ad pacem revocavit.

Phylippus Coloniensis ęlectus, non praevalens per Italiam redire et iuga montis Iovis, cum maximo tam suo

a) sua *om.* 2. b) 6. Idus Iulii 2. c) *verba* Ante idem tempus — obiit *addunt* 2 *et* 2*. d) *quae sequuntur, verba scil.* Ecclesia Coloniensis — pontificem sibi elegit. Quo electionem — differri precepit, *nec non initium anni* 1168. *usque ad* domnus Calixtus *in loco raso ab alia manu saec. XIII. scripta sunt in cod.* 1. e) et imperatorie curie cancellarium, cum adhuc 2 *et* 2*. f) Italiam 2*. g) ęlegit 2 *et* 2*. h) Per idem tempus — differri impetravit *om.* 1, *exstant in* 2 *et* 2*. i) Per — praecepit *in margine eadem manu qua priora addita sunt* 1. k) *verba* Quo electionem — differri precepit, *erasis quae prius ibi scripta legebantur, scilicet loco.* Per idem tempus Wichmannus — differri impetravit *ab alia manu saec. XIII. ex. exarata sunt in cod.* 1. l) XVI. 2. m) obiit 18. Kal. Octobr. 2; obiit *omissis ceteris* 2*. n) domnus *om.* 2 *et* 2* o) iurantibus 2. p) Kal. II. Iunii 2. r) Frankinnevort 2.

81) de Heinsberg. 82) immo mortuus est 12. Kal. Octobris, id est Sept. 20; cfr. Jaffé pag. 833.

RECENSIO I.

Italiam redire et iuga montis Iovis[83], cum maximo tam suo quam suorum periculo navigio per mare ad Sanctum Egidium[84] pervenit, ubi equis conscensis in assumptione sanctae Mariae Coloniam ingressus est. In festo vero sancti Mychahelis a Traiectensi episcopo Coloniae ordinatur in archiepiscopum, praesentibus octo episcopis. Nec multo post in legatione imperatoris Rothomagum[85] regem Angliae[86] adiit, ubi archiepiscopus Mogontinus et dux Saxoniae ei occurrerunt; set qualis legatio fuerit, praeter eos et regem latuit.

A. D. 1169. imperator celeberrimam curiam 8. Idus Aprilis apud Bavinberg habuit, ubi de Francia abbas Cisterciensis et abbas Clarevallensis ipsius vocatione eum adierunt, quos cum episcopo Babinbergensi[87] in Italiam pro ecclesiae unitate direxit. Filius imperatoris Heinricus adhuc quinquennis existens, unctus est in regem Aquisgrani a Philippo Coloniensi archiepiscopo, die assumptionis beatae Mariae.

A. D. 1170. imperator post pentecosten 6. Idus Iunii curiam apud Fuldam habuit pro legatione episcopi Babinbergensis, qui cum praedictis abbatibus in Italiam ierat, set ipse nil fructuosum paci et concordiae attulit, et ideo sine diffinitione pacis et unitatis illa curia terminata est. Imperator vero ibi sicut et superius aiebat, nunquam se pro apostolico Ruolandum habiturum. Mare vehementia ventorum limitibus suis excussum, quarto Nonas Novembris terram Fresonum circa Stavern magna ex parte submersit. Terrae motus in oriente plures urbes tam christianorum quam paganorum subvertit.

A. D. 1171 imperator Coloniensibus gratiam suam accepto ab eis non modico argento reddidit, et cum magna gloria et pace civitatem Coloniam intravit, ubi et nuncios regis Grecorum[88] pro coniunctione filiae eius filio suo accepit. Aquisgrani diu mansit, et montem qui dicitur Beristein infra octavam assumptionis beatae Mariae occupavit. Luodewicus comes de Los obiit. Imperator Christianum Magontinum archiepiscopum in Italiam misit, qui per quinque fere degens annos multa strennue operatus est. Nam Anconam civitatem marittimam expulsis Grecis imperatori restituit.

RECENSIO II.

quam suorum periculo navigio per mare ad Sanctum Egidium pervenit, ubi equis conscensis in assumptione beatae Mariae Coloniam ingressus est. In festo vero sancti Mychahelis a Godefrido Traiectensi episcopo Coloniae[a] ordinatur in archiepiscopum, presentibus octo[b] episcopis. Nec multo post in legatione imperatoris Rothomagum[c] regem Angliae adiit, ubi archiepiscopus Mogontinus et dux Saxoniae ei occurrerunt; sed qualis legatio fuerit, preter[d] eos et regem latuit. Aug. 15. Sept. 29.

18.[e] A. D. 1169. imperator celeberrimam curiam 8. Idus Aprilis apud Bavinberg habuit, ubi de Francia abbas Cisterciensis et abbas Clarevallensis ipsius vocatione eum adierunt, quos cum episcopo Babinbergensi in Italiam pro ecclesiae unitate direxit. Filius imperatoris Heinricus adhuc quinquennis existens, unctus est in regem[f] Aquisgrani a Phylippo Coloniensi archiepiscopo, die assumptionis beatae Mariae. Abbas[g] Wichmannus obiit, cui Heinricus successit. Apr. 6. Aug. 15.

19.[h] A. D. 1170.[i] imperator post pentecosten 6. Idus Iunii curiam apud Fuldam habuit pro le-atione episcopi Babinbergensis, qui cum supradictis abbatibus in Italiam ierat, sed ipse nichil[k] fructuosum paci et concordiae attulit[l], et ideo sine diffinitione pacis et unitatis illa curia[m] terminata est. Imperator vero ibi sicut et superius aiebat, numquam se pro apostolico Ruolandum[n] habiturum. Iun. 8.

Mare vehementia ventorum limitibus suis excussum 4. Non. Novembris terram Fresonum circa Stavern magna ex parte subvertit[o]. *fol. 142'. Nov. 2.

Terre[p] motus in oriente plures urbes tam christianorum quam paganorum subvertit.

20.[q] A. D. 1171. imperator Coloniensibus gratiam suam accepto ab eis non modico argento[r] reddidit, et cum magna gloria[s] et pace[t] civium Coloniam intravit, ubi et nuncios regis Grecorum pro coniunctione filiae eius filio suo accepit. Aquisgrani diu mansit, et montem qui dicitur Berinstein infra octavam assumptionis beatae *Mariae occupavit. Ludowicus[u] comes de Los obiit. Imperator Christianum Mogontinum archiepiscopum[v] in Italiam misit, qui per quinque fere ibi degens annos multa strennue operatus[w] est. Nam Anconam civitatem maritimam expulsis Grecis imperatori restituit. *pag. 291. Aug. 15—22.

a) Coloniam 2*. b) VIIII 2. c) Rotomagum 2. d) preter *om.* 2*. e) *numerus deest* 2. f) Aquisgrani in regem 2. g) Abbas — successit *desunt* 2 *et* 2*. h) XVII. 2. i) MCLXIX. 2*. k) nichil *om.* 2*. l) atulit 2. m) curia *superscript.* 1. n) Rulandum 2. o) submittit 2*. p) Terre — subvertit *desunt* 1* *et* 3. q) XVIII. 2. r) argento non modico 2. s) gloria *om* 2*. t) pace et gloria 2. u) Ludewicus 2. v) archi *manu posteriore superscript.* 2. w) ibi operatus est 2.

83) St. Bernhard. 84) Saint Gilles prope Arles, ad ostium Rhodani. 85) Rouen. 86) scil. Henricum II. 87) Eberhardo II. 88) Emannelis.

RECENSIO I.

Mart. 26. A. D. 1172. imperator in media quadragesima apud Wormatiam curiam celebrem habuit, ubi conquestus de Italicis et illis qui partibus favebant Ruolandi, qui coronam Romani imperii Greco inponere vellent, iudicio cunctorum principum expeditionem in Italiam iterum indixit, post circulum duorum annorum determinatam. Qua expeditione Romanis per Coloniensem archiepiscopum divulgata, ei talia rescripserunt: *Reverendo domino et in Christo patri Philippo, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo et totius Italiae archicancellario, senatores urbis urbium salutem et sinceram dilectionem. Discretionis vestrae litteras ea qua decuit devotione perlectas, quibus invictissimum dominum nostrum serenissimum imperatorem et vos paterna nos et Romanum populum affectione diligere cognovimus, et ad inimicorum Dei et imperii desolationem solita virtute accinctum et egregios suos* *fol. 143. *principes et barrones de promovenda* **expeditione iuratos, regna et extraneas gentes sollicitatas persensimus, ingenti sumus repleti tripudio, levantes corda nostra cum manibus ad coelum, ut qui dat salutem regibus, eum per longa tempora servet incolumem, et rebelles omnes pro solito in suam reducat servitutem. Quicquid enim laudabile ubique terrarum imperator Romanus agit, respectu Romani nominis nostrum est, tamquam si pater pro filiis id ageret. Inde est quod benignitatem vestram obnixe deprecamur, quatinus vestrae Romanae urbis honorem et sacri senatus exaltationem semper in melius promoveatis. Nos enim et inclitus populus Romanus ad omne mandatum et voluntatem vestram sumus et erimus semper expositi.* Simili modo Pisenses praefato praesuli scripserunt: *Philippo sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo et Italiae archicancellario dignissimo, Pisanorum consules eius fidelissimi salutem et fidele servicium. Acceptis vestris desiderabilibus litteris et diligenter intellectis, exultavit in nobis cor nostrum et per nimium alacres facti sumus, quod sacra maiestas imperatoris super proditoribus et periuris imperii veniam non postulantibus honestissimum accepit consilium. Omnes vires et robur imperii excitavit, reges diversos, gentes plurimas et extimas nationes ad vindicandam iniuriam suam festinat inducere, archiepiscopos, episcopos, abbates, duces, marchiones, palatinos, comites, liberos et ministeriales et infinitam multitudinem potentum virorum expeditionem validissimam in proximo in Italiam promovendam iurare fecit. Ex qua re eos qui imperio fidelissimi semper exstitimus, prae ceteris aliis fidelibus gaudemus, quia in fide et dilectione circa imperiale dia-* *fol. 143'. *dema perseveravimus, et honorem imperii semper prae oculis habemus.* *Haec itaque Romanorum et Pisanorum scripta an favore an timore imperatoris digesta sint, incertum est. Per idem tempus Attrabatis[89] contigit res digna memoriae. Miles enim quidam admodum litteratus de corpore dominico bene sensit, scilicet quod nec per vomitum seu per egestionem corrumpatur. A quo quidam clericus, Rubertus nomine, suptiliter quidem sed inutiliter litteratus, contraria his et ideo heretica sentiens, inter conferendum dissensit, et ita questio ad episcopum delata est. Qui archiepiscopum Remensem cum multitudine cleri advocavit, et dum haec questio discuteretur, praedictus clericus quod non solum foret hereticus, set et alios foveret et defenderet hereticos, a

RECENSIO II.

21.[a] A. D. 1172. imperator in media quadragesima apud Wormaciam curiam cęlebrem habuit, ubi conquestus de Italicis et illis qui partibus favebant Ruolandi[b], quod coronam Romani imperii Greco imponere vellent, iudicio cunctorum principum expeditionem in Italiam iterum[c] indixit, post circulum duorum[d] annorum determinatam.

Per idem tempus Attrabatis contigit res digna memoria. Miles ęnim quidam[e] admodum litteratus[f] de corpore dominico bene sensit, scilicet quod nec per vomitum seu ęgestionem corrumpatur. A quo quidam clericus, Ruobertus nomine, subtiliter quidem sed inutiliter[g] litteratus, contraria hiis et ideo heretica sentiens, inter conferendum dissensit, et ita questio ad ępiscopum delata est. Qui archiępiscopum Remensem cum multitudine cleri advocavit, et dum hec questio discuteretur, predictus clericus quod non solum foret hereticus, sed et alios foveret et[h] defenderet hereticos, a multis est accusatus. Purgare ergo famam suam de obiecta heresi iudicio candentis ferri frustra[i] proponens[k], tam manifestę Deo operante cęcidit, ut[l] non solum in dextera in qua ferrum gestabat, sed et in sinistra manu, et in utrisque pedibus et in[m] ambobus lateribus[n], in pectore simul et ventre[o] ustura mirabiliter apparuit. Unde ex[p] mandato archiepiscopi igni iniectus et combustus ęst.

a) XIX. 2. b) Rulandi 2. c) iterum in Ytaliam 2. d) annorum duorum 2. e) quidem 2. f) litteratus quidem admodum 2. g) subtiliter sed inutiliter quidem 2. h) ac 2. i) frustra *om.* 2. k) p̄ponens 1; praeponens 2. l) ita ut 2. m) in *om.* 2*. n) lateranibus *corr.* lateribus 1. o) et in ventre 2. p) ea 2*.

89) Arras.

RECENSIO I.

multis est accusatus. Purgare ergo famam suam de obiecta heresi iudicio candentis ferri fustra proponens, tam manifeste Deo operante cecidit, quod non solum in dextera in qua ferrum gestabat, set et in sinistra manu et in utrisque pedibus et ambobus lateribus, in pectore similiter et ventre ustura mirabiliter apparuit; unde ex mandato archiepiscopi igni iniectus et combustus est. Eodem anno sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus ob invictum aequitatis tenorem ab Heinrico Anglorum rege martirizatus est 4. Kal. Ianuarii et multis miraculorum signis illustrissime claruit. Quorum de numero primum referre utile duximus, ut huius novitate alia pensentur. Cecus etenim quidam eadem die, qua sanctus episcopus occidendus erat, ex voto et salutis desiderio ad ecclesiam beati Nycholai carpebat iter. Cui quaedam effigies in specie viri occurrens, quo tenderet inquisivit. Qui cum se ad beatum Nikolaum pro desiderio visus iturum responderet, ait: *Magis nunc ad novum Christi martyrem* * *proficisci te oportet, ut per eius merita visum recipias.* Itaque eadem hora circa vesperum, qua beatus martyr in ecclesia coram altari a satellitibus regis occidebatur, templum ingressus est. Petiit ergo, ut ad corpus beati viri duceretur. Quo ductus dum precioso sanguine eius oculos sibi linivisset, statim visum recepit. Innumeris usque hodie talibus per Angliam fulget miraculis. Per idem tempus Heinricus dux Saxonum filiam regis Angliae[88] duxit uxorem[89], repudiata priori[90] ob famam consanguinitatis. Filiam vero eius[91] quam ex ea genuerat, et quae prius copulata fuerat Friderico duci[92] qui in Italia obierat[93], duxit filius regis Danorum[94]. Ipso anno plures procerum obierunt, scilicet Luodewicus lantgravius, Hugo comes de Muosal[95], Theodericus comes de Cliva, Herimannus comes de Falkinberg. Eodem anno apud Xantum ferebatur mulier infantem peperisse cum duobus capitibus et tribus brachiis et tribus pedibus. Item eodem anno quibusdam visa est forma serpentis in coelo, quae paulatim crescens ad extremum in duos rotundos circulos mutata est. Item apud Regiomagum cuidam militi gladius ex aere pendere visus.

A. D. 1173. imperator pascha Domini apud Wormatiam agit, ubi celebris conventus principum fuit. Ipso anno Heinricus dux Saxonum Iherosolimam cum 500 fere militibus[a] tendit, felici prorsus usus et honesta per terram profectione et reditu. Nam in eundo nullas Turcorum[b] passus est insidias, et a rege

RECENSIO II.

Eodem anno sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus[c] ob invictum equitatis tenorem ab Heinrico[d] Anglorum rege martyrizatus est 4. Kal. Ian. et multis miraculorum signis illustrissimę claruit. Quorum de numero primum referre utilę duximus, ut huius novitate alia pensentur. Dec. 29. Cecus etenim quidam eadem die, qua sanctus episcopus occidendus erat, ex voto et salutis desiderio ad ecclesiam beati Nycholai carpebat iter. Cui quedam effigies in specie viri occurrens, quo tenderet, inquisivit. Qui cum se[e] ad beatum Nycholaum pro desiderio visus iturum[e] responderet, ait: *Magis nunc ad novum Christi martyrem proficisci oportet*[f]*, ut per eius merita visum recipias.* Itaque eadem hora circa vesperum, qua beatus martir in ecclesia coram altari a satellitibus regis occidebatur, templum ingressus est. Petiit ergo, ut ad corpus beati viri duceretur. Quo ductus dum[g] precioso sanguinę eius oculos sibi linivisset[h], statim visum recępit. Innumeris usque hodie talibus per Angliam * fulget miraculis.

* pag 292.
* fol. 144.

Per idem tempus Heinricus dux Saxonum filiam regis Angliae duxit uxorem, repudiata priori ob famam consanguinitatis. Filiam vero eius quam ex ea genuerat, et que prius copulata fuerat Friderico duci qui in Italia obierat, duxit filius regis Danorum. 89 Ipso anno plures procerum obierunt, scilicet Luodewicus lantgravius, Hugo[i] comes de Muosal, Teodericus[k] comes de Cliva, Herimannus comes de Saffinberg. Eodem anno apud Xanctum ferebatur mulier infantem peperisse cum duobus capitibus et tribus brachiis et tribus pedibus. Item eodem anno quibusdam visa est forma serpentis in coelo, quae paulatim crescens ad[l] extremum in duos rotundos circulos mutata est. Item apud Regiomagum cuidam militi gladius ex[m] aere pendere visus est.

22.[n] A. D. 1173. imperator pascha Domini apud Wormatiam agit, ubi et celebris conventus principum fuit. Apr. 8.

Ipso anno Heinricus dux Saxonum Iherosolimam cum 500 fere militibus tetendit, felici prorsus usus et honesta per terram profectione et redito. Nam in eundo nullas Turcorum passus est insidias, et a rege Constantinopolitano honorificę susceptus et magnifice dimissus est; in reditu vero quidam rex paganus eum honorifice suscipiens, plura

a) *ita c. correctum in* milibus. b) terrarum *cod.* c) archi- *sec. manu superscr.* 2. d) Heirico 2. e) se pro desiderio visus ad beatum Nicholaum iturum 2. f) te oportet 2*. g) cum 2. h) linii|isset 2. i) Hûgo 2. k) Theodericus 2. l) et *pro* ad 2*. m) in aere 2. n) XX. 2.

88) sc. Heinrici II, nomine Mathildam. 89) 1168, Febr. 1. 90) Clementia, filia Conradi ducis de Zähringen, a. 1162. 91) Gertrud. 92) de Rothenburg. 93) anno 1167. 94) Kanut, filius Waldemari I. 95) comes Mosellae. FREHER.

**RECENSIO I.**

Constantinopolitano[96] honorifice susceptus et
magnifice dimissus est; in reditu vero qui-
97 dam rex paganus[97] eum honorifice suscipiens,
plura et magnifica dona optulit, omnesque
captivos christianos, qui sub regno eius exu-
labant, interventu ducis absolvit. Eodem anno
imperator cum maximo exercitu Bawarorum,
*fol. 144'. Suevorum, Francorum, Saxonum, *in Polo-
niam proficiscitur pro restituendo nepote suo
in ducatum. Tanta autem fuit multitudo exer-
citus, ut multi testentur nullum umquam im-
peratorem tam honesta expeditione Poloniam
intrasse. Primo itaque ingressu eius Polo-
nienses exterriti quam citissime ad gratiam
eius redierunt, ita quod octo milia marcarum
imperatori et suis contulerunt, et imperio
eius et omni voluntati sese devote subdi-
derunt. Inde imperator rediens Saxoniam
ingreditur, cui omnes principes eiusdem provinciae devote occurrerunt, prae-
ter filios Alberti marchionis, qui ideo se ei opposuerunt, quia hereditatem
comitis Bernardi et domni Martini Alberstadensis episcopi requirebat. Contra
hos itaque imperator bellum movere nisus, interventu quorundam principum
hoc distulit, qui eos ad gratiam eius re-
ducere promiserunt. Illis diebus legati regis
Babyloniae ad imperatorem venerunt, rara
*pag. 293. et preciosa munera deferentes. Legatio talis
erat, quod idem rex peteret ut filio suo filia
imperatoris matrimonio iungeretur, ea con-
ditione ut ipse rex cum filio et omni regno
suo christianitatem susciperet et omnes capti-
vos christianos relaxaret. Imperator vero
eosdem legatos per dimidium fere annum
secum detinuit, et singulas civitates et ri-
tus diligenter notare et inspicere concessit.
Dec. 1. Ipso anno in Kalendis Decembris tussis in-
tolerabilis et inaudita omne Theutonicum
regnum et praecipue Galliam Comatam per-
vasit, senes cum iunioribus et infantibus de-
bilitavit, plures morti addixit. Monasteriensis
episcopus Luodewicus eadem peste occubuit,
cui imperator Herimannum fratrem comitis
de Kazinelinboge substituit.
A. D. 1174. imperator natale Domini in
Saxonia apud Aldinburc[a] celebravit, in pascha
Mart. 24. vero Aquisgrani curiam celebrem habuit;
*fol. 145. deinde venit Noviomagum[98] et per *aliquot
dies ibi moratus, expeditionem ante biennium
Mai. 12. indictam cunctos iurare fecit. Pentecosten
99 vero apud castrum quod Cochme[99] dicitur
Iun. 9. egit. Circa festum sanctorum Primi et Feli-

**RECENSIO II.**

et magnifica dona obtulit[b], omnesque captivos christianos, qui sub regno eius exulabant, interventu ducis[c] absolvit[c'].

Eodem anno imperator cum maximo[d] exercitu Bawarorum, Suevorum, Francorum, Saxonum in Poloniam proficiscitur pro restituendo nepote suo in ducatum. Tanta autem fuit multitudo exercitus, ut multi testentur nullum umquam[e] imperatorem tam honesta expeditione Poloniam intrasse. Primo itaque ingressu eius Polonienses exterriti quam citissimę ad gratiam eius redierunt, ita[f] quod 8 milia marcarum imperatori et suis contulerunt[f], et imperio eius et omni voluntati sese devote subdiderunt. Inde imperator rediens Saxoniam ingreditur, cui omnes principes eiusdem provinciae devotę occurrerunt preter filios Alberti[g] marchionis, qui ideo se ei opposuerunt, quia hereditatem comitis Bernardi et domni Martini Alverstadensis ępiscopi requirebat. Contra hos itaque imperator bellum movere nisus, interventu quorundam principum hoc distulit, qui eos ad gratiam eius reducere promiserunt.

Illis diebus legati regis Babyloniae ad imperatorem venerunt, rara et preciosa munera deferentes. Legatio talis erat, quod idem rex[h] peteret ut filio suo filia imperatoris matrimonio *iungeretur, ea conditione ut ipse rex cum filio et omni regno suo christianitatem susciperet et omnes captivos christianos relaxaret. Imperator vero eosdem legatos honorificę secum per dimidium fere annum detinuit, et singulas civitates et ritus diligenter notare et inspicerę concessit.

Ipso anno in Kalendis Decembris tussis intolerabilis[i] et inaudita omne Teutonicum[k] regnum et precipue Galliam Comatam pervasit, senes cum iunioribus et infantibus debilitavit, plures morti addixit. Monasteriensis ępiscopus Ludewicus eadem pestę occubuit, cui imperator Herimannum fratrem comitis de Kazinelinboge substituit.

23.[l] A. D. 1174. imperator natale Domini in Saxonia apud Aldinburg cęlebrat, in pascha vero Aquisgrani curiam cęlebrem habuit; deinde venit Noviomagum, et per aliquot dies ibi moratus, expeditionem ante biennium indictam cunctos iurare fęcit. Pentecosten vero apud castrum quod Chocme[m] dicitur egit. Circa festum Primi et Feliciani cis Alpes apud Wivelinburg colloquium habuit, ubi legati transalpinorum principum eum adierunt, promittentes obsequium et conductum trans Alpes. Post hoc in nativitate sancti Iohannis baptistae Ratisponam venit, ubi nuncii regis

a) aldinbur *c*. b) optulit 2. c) ducis *om*. 2. c') relaxavit 2. d) magno 2. e) testentur numquam imperatorem 2. f) ita —contulerunt *om*. 2'. g) Uberti 2'. h) rex *om*. 2'. i) intollerabilis 2. h) theutonicum *corr*. teutonicum 1; theutonicorum 2. l) XXI. 2. m) Checme 2.

96) Emanuele. 97) Kilidsch Arslan II, rex Iconii. 98) Nimwegen. 99) Cochem ad Mosellam.

## RECENSIO I.

ciani cis Alpes apud Wivelinburg[1] colloquium habuit, ubi legati[a] transalpinorum principum eum adierunt, promittentes obsequium et conductum trans Alpes. Post haec in nativitate sancti Iohannis Ratisponam venit, ubi nuncii regis Grecorum eum iterum adierunt pro coniunctione filiae eius filio imperatoris. Iun. 24. Imperator legatos regis Babiloniae cum magno honore et multis donis remittit. Ipso anno Ludewicus rex Franciae et filius regis Angliae[2] et comes Flandrensis Heinricum regem seniorem Angliae bello petierunt. Set rex Anglorum primo penitentiam agens de occisione martiris Thomae, victoriam adeptus est, plurimis de Flandria captis vel fugatis. Totum aestivum tempus in pluvias hyemales conversum est, unde segetes et vineae sunt corruptae. Eodem anno apud Anturnacum quidam fodientes corpus Valentiniani imperatoris invenerunt, sicut in superscriptione denarii qui una secum repertus est continebatur. Ad caput quoque eius corona, ad pedes vero urna, ad latus vero gladius rubigine peresus, aureum habens capulum et lapidem victoriae, est inventus. Qui gladius imperatori ad inspiciendum delatus est. Igitur imperator validissimo adunato exercitu Italiam iterum ingreditur. Cumque ad Alpium Apenninarum aditum venisset, legati regis Iherosolimorum ei occurrerunt, dona plurima et poma aurea musco impleta afferentes, et litteras eiusdem regis, in quibus gratias imperatori retulit, dicens se iam dudum de regno expulsum, si non terrore imperatoris *paganorum reges constringerentur. Transcensis Alpibus quasdam civitates in deditionem accepit, Alexandriam novam, quae ex nomine Alexandri papae vocabulum sumpsit, obsidione cinxit. Inundatio Rheni et fluviorum insolita et diutina. Episcopus Cameracensis a vulgaribus occiditur.

Olympias 486. A. D. 1175. imperator natale Domini in castris circa Alexandriam celebrat. Hanc siquidem urbem mirum in modum absque murorum ambitu fossatum magnae altitudinis munibat, quam multitudo latrunculorum, raptorum, servorum dominos fugientium, additis Longobardorum viribus incolebat; quam cesar rogatu comitis de Monte Ferreo facile capturum se sperans obsederat, set diutius quam optaverat ibi retinendus. Magna ibi constantia ex utraque parte militaris res fervebat; interdum ex his

## RECENSIO II.

Grecorum eum iterum adierunt pro coniunctione filiae eius filio imperatoris.

Imperator legatos regis Babyloniae cum magno honore et multis donis remittit. Ipso anno Ludewicus rex Francie et filius regis Anglie et comes Flandrensis Heinricum seniorem regem Angliae bello pecierunt. Sed rex Anglorum, primo penitenciam agens de occisione martyris sancti[a*] Thomae[b], victoriam adeptus est, plurimis de Flandria captis vel[c] fugatis. Totum estivum tempus in pluvias hyemales conversum est, unde segetes et vineae sunt corruptae. Eodem anno apud Anturnacum quidam fodientes[e] corpus Valentiniani[f] imperatoris invenerunt, sicut in superscriptione denarii qui una secum repertus est continebatur. Ad caput quoque eius corona, ad pedes vero urna, ad latus autem gladius rubigine peresus, aureum habens capulum et lapidem victorie, est inventus; qui gladius imperatori ad inspiciendum est delatus.

Igitur imperator validissimo adunato exercitu, Ytaliam iterum ingreditur. Cumque ad Alpium Appenninarum aditum venisset, legati regis Iherosolimorum[g] ei occurrerunt, dona plurima et poma aurea musco impleta[h] afferentes, et litteras eiusdem regis, in quibus gratias imperatori retulit, dicens se iam dudum de *regno expulsum, si non terrore impera- *pag. 294.
toris reges paganorum restringerentur. Transcensis Alpibus quasdam civitates in dedicionem accepit, Alexandriam novam, que ex nomine Alexandri papae vocabulum sumpsit, obsidione cinxit.

*fol. 145'.

Inundatio Reni et fluviorum insolita et diutina. Episcopus Cameracensis a vulgaribus occiditur.

Olimpias 486. 24.[i] A. D. 1175. imperator natalem[k] Domini in castris circa Alexandriam celebrat. Hanc siquidem urbem mirum in modum absque murorum ambitu fossatum magne altitudinis muniebat, quam multitudo latrunculorum, raptorum, servorum dominos fugiencium, additis Longobardorum viribus incolebat; quam cesar rogatu comitis de Monte Ferreo facile capturum se sperans obsederat, sed diutius quam optaverat ibi retinendus. Magna ibi constancia ex utraque parte militaris res fervebat[l]; interdum ex his[m] et illis quidam capti, nonnulli occisi et suspensi sunt[n]. Imperator vero quiddam laude dignum[o] gessit. Tres enim ex captis ante faciem eius[p] cum essent ducti, mox oculos eorum erui precepit. Duobus primum cecatis, tercium iuniorem aliis, cur contra imperium rebellis existeret[q], inquisivit. At ille: *Non*[r], inquit, *contra te, o cesar, vel imperium tuum*

a) legatus *cod.* a*) sancti *om.* 2. b) Thome episcopi 2. c) captis et fugatis 2. e) quidam fodientes apud Anternacum 2. f) Valentiani *corr.* Valentiniani 1; Valentiani 2*. g) Iherosolimitanorum 2. h) pleno 2. i) XXII. 2. k) natale 2. l) ferebat 2*. m) his et *om.* 2. n) suspendi 2*. o) dignum laude 2. p) ante faciem suam ex captis 2. q) rebellis esset 2. r) ille, inquid: Non contra te, *priore* non *per puncta deleto*, 2.

1) Wevelsburg a meridie Paderbornae ad Alm fluvium situm. 2) Heinricus iunior.

**RECENSIO I.**

et illis quidam capti, nonnulli occisi et suspensi. Imperator vero quoddam laude dignum gessit. Tres enim ex captis ante faciem eius cum essent ducti, mox oculos eorum erui praecepit. Duobus primum cecatis, tercium iuniorem aliis, cur contra imperium rebellis existeret, inquisivit. At ille: *Non*, inquit, *o caesar contra te vel imperium gessi, set dominum in civitate habens eius iussis parui et fideliter servivi, qui si tecum contra cives suos pugnare voluerit, aequa vice ei fideliter serviam; et si oculos mihi erui praeceperis, iterum ut potero domino meo serviam.* Quibus verbis illectus imperator, luminibus ei permissis, alios cecatos in urbem ab eo reduci praecepit. Igitur ante pascalem sollempnitatem coniuratio grandis per omnem Longobardiam contra imperatorem et suos facta est. Coadunatis itaque viribus Mediolanenses, Veronenses, Novarienses, Brixienses, aliarumque Italiae urbium populi* *fol. 146. incredibilem conduxere exercitum, indicto bello publico imperatori in campis Alexandriae. Quo cognito imperator, Apr 13. in ipso paschali sollempnitate primo diluculo ab obsidione Alexandriae recedens, cum omnibus copiis eis obviam cum ingenti animositate processit et intra unius sagittae iactum iuxta tentoria hostium castra posuit. Terruit hoc Longobardos, quibus semper suspecta erat virtus Theutonicorum. *pag. 295. Nec Apr. 16. mora, quarta feria pasche signifer illorum ammonitus a filio, qui in parte caesaris militabat, colloquium expetens episcopi Coloniensis et quorumdam principum, hoc consilio et persuasu suo effecit, quod omnes Longobardi magis pacem et veniam quam bellum cuperent cum imperatore inire. Itaque omnis illa terribilis hostium acies ad castra caesaris prostrata, pacem et misericordiam postulabat, nudos in cervicibus gladios portantes. Certatim quoque ad imperatorem currentes, vexilla cunctarum urbium ipsi resignaverunt, alii vero pallium, quidam pedes, nonnulli tentorium imperatoris exosculabantur, fidem sacramento firmantes. Interventu quoque eorum Alexandrinensibus usque ad terminum Maii mensis pacem indulsit. Quibus gestis, partem militum repatriare permisit, opulentioribus secum retentis. Nec multo post Longobardi penitentes pro Alexandrinis, imperatori denunciaverunt, se omnino sacramentum fidei violaturos, nisi Alexandrinos in conditione illius pacis consortes haberet. Set imperatore id recusante, iterum more suo Longobardi fedus periurio solvunt. Qua necessitate caesar impulsus, per omne Teutonicum regnum directis nunciis, novum exercitum adunari precepit[a].

**RECENSIO II.**

*gessi, sed habens dominum in civitate eius iussis parui et ei fideliter servivi, qui si tecum contra cives suos pugnare voluerit, equa vice ei fideliter serviam; et si oculos erui mihi[b] preceperis, iterum ut potero domino meo[c] serviam.* Quibus verbis illectus imperator, luminibus ei permissis, alios cecatos in urbem ab eo[d] reduci precepit.

Igitur ante paschalem sollempnitatem coniuracio grandis per omnem Longobardiam contra imperatorem et suos facta est. Coadunatis itaque viribus Mediolanenses, Veronenses, Novarienses, Brixienses, aliarumque Italiae urbium populi incredibilem conduxere exercitum, indicto bello publico imperatori in campis Alexandriae. Quo cognito imperator, in ipsa paschali sollempnitate primo diluculo ab obsidione Alexandriae recedens, cum omnibus copiis eis obviam cum ingenti animositate processit et intra unius sagittae iactum iuxta tentoria hostium castra posuit. Terruit hoc Longobardos, quibus semper suspecta erat virtus Teuthonicorum[e]. Nec mora, quarta feria paschae signifer illorum ammonitus a filio, qui in parte cesaris militabat, colloquium expetens episcopi Coloniensis et quorumdam principum, hoc consilio et persuasu suo effecit, quod omnes Longobardi magis pacem[f] ac veniam quam bellum cuperent cum imperatore inire. Itaque omnis illa terribilis hostium acies ad castra cesaris prostrata, pacem[f] et misericordiam postulabat, nudos in cervicibus gladios portantes. Certatim quoque ad imperatorem *currentes, vexilla cunctarum urbium ipsi resignaverunt, alii vero pallium, alii[g] pedes, nonnulli tentorium imperatoris exosculabantur[h], fidem sacramento firmantes. Interventu quoque eorum Alexandrinibus[i] usque ad terminum Mai mensis pacem[k] indulsit. Quibus gestis, partem militum repatriare permisit, opulentioribus secum retentis. Nec multo post Longobardi penitentes pro Alexandrinis, imperatori denunciaverunt, se omnino sacramentum fidei violaturos, nisi Alexandrinos in conditione illius pacis consortes haberet. Sed imperatore id recusante, iterum more suo Longobardi fedus[l] periurio solvunt. Qua necessitate cesar impulsus, per omne Theutonicum[m] regnum directis nunciis, novum exercitum adunari precepit.

---

25.[n] A. D. 1176. Phylippus Coloniensis archiepiscopus, cui imperator id negotii iniunxerat, collecto novo exercitu cum quibusdam Theutonicis principibus mense Maio Ytaliam intravit, et veniens Cumis[3] ibi substitit[o], ut ibidem coadunaretur exercitus omnis. Cuius adventu

a) *his verbis explicit recensio* 1 *et cod.* A. b) mihi erui 2. c) iterum domino meo ut potero serviam 2. d) ab eo *om.* 2. e) Theuconicorum 2. f) ac veniam — pacem *om.* 2*. g) quidam 2* h) osculabantur 2. i) Alexandrinis *corr. ex* Alexandrinibus *sec. manu* 2; Alexandrinensibus 2*. k) pacem *om.* 2. l) suo fedus periurio solvunt Longobardi 2. m) Theuconicum 2. n) XXIII. 2. o) subsistit 2*.

3) Como.

cognito imperator, qui eo tempore Papye morabatur, cum paucis Cumis venit ipsumque episcopum et qui simul venerant, gratissime[a] suscepit. Interea Mediolanenses et Veronenses ceterique Longobardi collęcto inmenso exercitu Cumis appropinquabant, ut novum exercitum tamquam[b] ex itinerę fessum[c] bello appeterent et opprimerent. Quod[d] dum imperatori per exploratoręs certius[e] innotuisset et a quibusdam suaderetur ut tantae multitudini ad tempus cederet et bello abstineręt, indignum iudicans imperatoriae maiestati hostibus terga dare, assumptis his[f] qui de civitatę erant, et his[g] qui cum archiepiscopo venerant, hostibus viriliter occurrit. At Longobardi aut vincere aut mori parati grandi fossa suum exercitum circumdederunt, ut nemo, cum bello urgeretur, effugere posset. Pugnatum ęst igitur ab hora diei tercia usque ad nonam; victoria tamen Longobardis cęssit. Pluręs ex utraque partę occisi, nonnulli nobilium ex cesarianis[h] capti. Somarii quoque castra direpta sunt.

Hoc etiam anno[k] habita sunt[l] plereque[m] concilia in Ytalia cum imperatore et amicis eius pro diutino scismate sancte ecclesiae[n], et ammonitus[o] per Dei misericordiam domnus imperator iusticie cederę et tocius orbis unitatem non desererę; sed tam repente ea res nequivit finęm haberę.

26. Anno Domini 1177[p], indictione 10, paschali die 8. Kal. Mai, occurrente anno Friderici Romanorum augusti 25, in vigilia beati Iacobi apostoli[q], apud Venetiam informata Iul. 24. est et confirmata pax et unitas sancte matris ęcclesie, et domnus[r] Alexander papa catholicus et Romane ęcclesie pontifex summus ęst receptus, presente et collaudantę imperatore et de toto orbe episcopis, *abbatibus et prelatis ęcclesiarum, cum iam scisma 17[s] annis[t] *pag. 296. co inuis perdurasset. Victoria cęlebris christianorum de paganis et Sarracenis in finibus Iherusalem per virtutem sanctae crucis, sicut a fidelibus peregrinis relatum est. Rex Angliae Heinricus terram Scottorum[u] armata manu ingressus, regem eorum et eiusdem gentis homines ad deditionem[v] coęgit.

27.[w] A. D. 1178. imperator natale Domini Papiae celebrat. Eclypsis lune perspicua, quae cum 14. esset, per unius hore spacium dimidio orbe obscurato, altero fulgida remansit. Godefridus ępiscopus Traiectensis obiit, cui Baldewinus frater comitis de Hollant substitutus est. Imperator de Italia rediit, et curiam in assumptione sanctae[x] Dei genitricis Ma- Aug. 15. riae apud Bisuntium[y, 4] in Burgundia habuit. Dissensio inter ępiscopum Coloniensem et ducem Saxonie. Siquidem ępiscopus Coloniensis, aggregata preclarissima milicia, terram ducis trans fluvium Wisaram potenter ingressus, quaedam castella eius cępit, nullo sibi resistente ex parte ducis.

28.[z] A. D. 1179. imperator natale Domini apud Herbipolim quae et Wirceburch celebrat, curiam vero in octava epyphaniae Wormacie[z*] habuit pro predicta dissensione Colo- Ian. 13. niensis ępiscopi et ducis et principum orientalium Saxonum, qui omnes iusticiam de duce a cesare implorabant, cum ille tamen absens esset. Christianus Mogontinus ępiscopus capitur a marcravio[a] Ferrei Montis. Curia apud Magedeburg[b] satis cęlebris, ubi[c] querimonia omnium pene principum[d] habita est de duce Saxonum, qui iam per annum ad audientiam vocatus venire aut noluit aut timuit, ibique fraus eius et perfidia primum imperatori detecta est. Nec multo post expedicio in Saxoniam ab imperatore et principibus indicitur[e]. Ępiscopus Coloniensis collecto forti milite terram ducis iterum potenter ingressus, nullo sibi resistente, sine congressione pugne pacifice rediit. Estas tempestuosa exstitit[f], ita quod mense Iunio lapides grandinis insolite quantitatis ciderunt. Episcopus Traiectensis et comes Hollandie contra Fresones arma moverunt, sed sine honore victoriae redierunt. Kalendas Augusti terre motus fuit, et eadem die circa horam sextam stella iuxta Aug. 1. solem visa est. Eodem mense eclypsis lune in plenilunio a media nocte usque ad mane exstitit[f]. Ludowicus[g] rex Francie obiit, cui Phylippus filius eius succedit.

a) gratantissime 2*. b) tamque 1; exercitum tamque *om.* 2; tamquam 2*. c) fessum *om.* 2. d) Quo 2*. e) certius per exploratores 2. f) hiis 2. g) illis 2*. h) cesareanis 2. k) tempore 2. l) Habita sunt hoc anno 2*. m) pleraque 2; plereque 2*. n) ecclesie sancte 2. o) est *addit* 2*. p) Anno dominicae incarnationis MC quartadecimo *(sic)* 2, *ab alia manu saec. XV. superscr.* LXXVII. q) apostoli *om.* 2. r) dominus 2. s) XXVII. 2*. t) annuis *corr.* annis 1. u) Scotorum 2 *et* 2*. v) dedicationem *corr.* deditionem 2. w) *numerus deest* 2. x) s. D. g. Mariae *om.* 2. y) Bistium 2*. z) *numerus deest* 2. z*) Wirmacia 1; Wermatie 2. a) marvio 1; marchio (= marcravio) 2 *et* 2*. b) Magedebur 2 *et* 2*. c) ubi *deest* 2 *et* 2*. d) ibi habita est 2 *et* 2*. e) collaudatur 2. f) extitit 2 *et* 2*. g) Ludeuuicus 2 *et* 2*.

4) Besançon.

29.[a] A. D. 1180. imperator natale Domini apud Herbipolim celebrat. In media quadra- Mart. 27. gesima curiam apud Gelinhusen habuit. Ibi sententia ipsius cesaris et iudicio cunctorum *pag. 297. principum dux Saxonie *ducatu suo privatur, et assensu cunctorum ępiscopus Coloniensis in sua diocesi et per omnem Westfaliam et Angriam[b] eidem ducatui preficitur; reliqua autem pars per omnem Saxoniam comiti Bernardo de Hanahalt obvenit. Nuncii regis Franciae imperatorem Sinzeche[5] adeunt cum litteris eiusdem regis, in quibus se devote excusavit, numquam sibi animo fuisse ut causa ducis Saxoniae imperatori rebellaret. Id ipsum nuncii comitis Flandrensis de domino suo credi petebant. Utrorumque nuncios imperator cum honore et pace remisit. Pugna inter ducem Saxoniae et lantgravium novumque ducem Bernardum committitur, ibique lantgravius capitur cum pluribus et custodiae mancipatur. Dux Poloniorum adversus nepotem suum auxilium[c] imperatoris impetrans, decem milia cesari marcarum[d] promittit. Nuncius soltani regis Persarum illic aderat, sed cuius rei[e] gratia venerit, latet. Colonienses circa muros elaborant fossatum.

30.[f] A. D. 1181. imperator natale Domini Wirceburg[g] celebrat. Emanuel rex Greciae obiit. Ferunt huius germanum, Andronicum nomine, Turcis sociatum in paganismum lapsum, sed hortatu fratris ad christianitatem redisse, et post obitum prefati regis regnum invasisse, filium eius peremisse, uxorem eiusdem filii fratris sui, filiam scilicet regis Franciae, sibi copulasse. Imperio itaque per fraudem adepto, quosque nobiles qui erant de seminę regio comprehendens, plurimos occidit, quosdam menbris mutilavit, et sic multa mala in regno operando per aliquot annos crudeliter et tyrannicę imperavit. Quadam die nychromanticos et astrologos, quorum consilio semper utebatur, ad se accersiens consuluit eosdem, volens per eos ędiscere quanto tempore regnare vel quali fine deberet decedere. Qui per invocationem demonum edocti, tercia die ad eum reversi sunt dicentes: *Sic et sic illa die morieris, et a quodam Sach interficieris.* Ex quorum mox verbis perterritus, quosdam fideles sibi invitans sciscitatur: si aliquis in civitate de semine regio superstes nomine Sach moraretur. Illi autem diligentius causam investigantes, neminem nomine Sach, sed quendam Tyrsac, virum probum et fortem, in civitate regia habitare fatentur. Quod ille audiens, precone accito eundem sibi presentari precepit. Qui mox ad eundem veniens, mandata regis ędicit. Ille autem nequiciam tyranni intelligens, occulte in conclavi armis induitur, et sic ęquo ascenso cum eodem ad palacium ire festinat. Quem *pag. 298. cum sepius ad accelerandum *iter virga, quam manu gerebat, subsannando compelleret, iratus ille evaginato gladio caput illi amputavit, et sic per totam civitatem discurrens, extento gladio ad omnes vociferabatur, ita dicens: *Venite omnes, ego occidi diabolum!* Accurrens autem universus populus tam nobilium quam ignobilium, et putantes eum tyrannum occidisse, cum eodem ad ęcclesiam sanctae Sophiae processerunt. Et statim totum senatum convocantes, coram patriarcha et omni clero imperatorem eundem pronunciaverunt. Audiens autem tyrannus, quae facta fuerant, occultę de palacio exiens galeidam intravit, et sic per mare, quod dicitur brachium sancti Georgii, super quod palacium situm erat, fugere coepit. Veniens autem novus imperator cum omni populo ad palacium et eum fugisse comperiens, continuo alias galeidas ad capiendum illum misit. Quem statim comprehendentes, coram eo statuerunt. Qui convocans omnes nobiles, quos ille mutilaverat, precepit, ut propriis manibus crines capitis eius et barbe extraherent, et sic ad caudas ęquorum indomitorum eum ligari et per totam civitatem trahi, pueris eum prosequentibus, et lapides et lutum super eum iacientibus. Sic Andronico extincto et Tyrsach sublimato, secundum innatam Grecis maliciam Fridericum postmodum imperatorem, cum peregrinis Greciam transeuntem, in multis offendunt.

Deinde[h] conspirantibus adversum se primoribus Constantinopolitanis cum quodam Tyrsachio nomine, quem idem Andronicus necare voluerat, regno eiectus et turpi morte et vita privatur *codd. 2 et 2*.*

Christianus[i] Mogontinus[k] ępiscopus, dato non modico argento, captivitate solvitur.

a) *numerus deest* 2. b) *sec. man. correxit* Angariam 2. c) et *addit* 2*. d) cesari marcarum 1. 2. e) rei *om.* 2*. f) *numerus deest* 2. g) Wirceburc 2. h) *haec pro loco codicis* 1: Imperio itaque per fraudem adepto — Greciam transeuntem in multis offendunt *habent* 2 *et* 2*; *ad finem cod.* 2* *addit verba:* quod in hac sceduli. *(sic!)* i) Christianissimus 2*. k) Maguntinus 2.

5) Sinzich ad Rhenum.

Expedicio imperatoris in Saxoniam; castella ducis plurima dedicionem imperii faciunt, omnisque Saxonia a duce deficiens imperatoris gratiam adire festinat. Quid plura? Ille quondam famosissimus et potentissimus[a] in Romano imperio dux Heinricus, Dei voluntate humiliatus et deiectus, tandem ad dedicionem venit, sentencia cunctorum principum nomine et officio ducis privatur, quicquid ab imperio vel ępiscopis beneficiorum habuit ei aufertur, finibus imperii tribus annis cedere cogitur. Alexander[b] papa obiit, cui Lucius Ostiensis ępiscopus succedit.

31.[c] A. D. 1182. imperator natale Domini Merseburch celebrat. Dux Saxoniae exilium[d] subiens in Angliam tendit, ibique triennio, ut imperator et principes decreverunt, demoratur.

32.[c] A. D. 1183. corpus beatissimi confessoris Christi Annonis de tumulo ęlevatum est per Iohannem cardinalem sanctae Romane ęcclesiae et Petrum Lunensem ępiscopum, cum iam 108 annis in sepulchro quievisset, et Deo gloriam suam propalante innumeris claruit miraculis. Christianus Mogontinus ępiscopus in Italia moritur, cum iam ibi iussu imperatoris per 11 fere annos armata *manu Longobardos, Tuscanos[e], Grecos edomuisset[*]; cui[f] *pag. 299.
Cunradus quondam Mogontiensis[g] ępiscopus, sed ab imperatore eiectus, gratiam imperatoris adeptus, ab eo ępiscopatum recepit.

[*] Scripsit toti pene cysalpino ecclesie papa Lucius pro requie defuncti eiusdem, nam non solum imperatori, sed et apostolico sepe utilis fuit ad reprimenda hostium castra. *Additamentum codd. 2 et 2*.*

33. A. D. 1184. imperator curiam adeo celebrem[h] et famosam omni Romano orbi habuit in civitate Mogontiensi, ut nulla comparatione[i] antecessorum eius curiae huic comparari[k] possint. Non solum ęnim ex Romano imperio, verum ex multis aliis regnis honorati illic adunati fuerant, liberalissime eis imperatore per triduum copiam impertiente. Causa tante frequentiae fuit, quod filius imperatoris rex Heinricus ense miliciae accingendus erat ibi. Res autem ibi accidit tam memorabilis quam lugubris. Nam tentoriis per campestria fixis, propter nimiam frequentiam, quae in civitate collecta erat, capella imperatoria ex lignis constructa in campo erecta fuerat. Que divino iudicio et infausto omine[l] corruens, plures qui in ea erant oppressit. Simile huic precedenti anno apud Erpesfort[m] contigit[n]: ubi residentibus in solario cuiusdam domus nobilissimis viris, ex vehementi turbine solarium[o] ruit; et ex eis quinque numero — quod dictu pudori est — in cloacam ceciderunt, suffocatique sunt preter lantgravium, qui vix emersit[p]. Arnoldus Trevirorum ępiscopus obiit[q], cui per scisma[r] ęligentium duo subrogati sunt, Rudolfus scilicet prepositus ęcclesiae et Volmarus maior decanus; sed imperator Rudolfo favens regimen et iura ępiscopii tradidit; Volmarus vero pecunia preditus in Italiam tendit et gratiam apostolici et cardinalium sibi conciliat. Alter imperatoris, alter pape solatio fovebatur. Imperator post peractam gloriosissimę curiam Italiam petit circa Augustum, et Mediolani[s] et interdum Papie moratur; papa vero Lucius, qui ad colloquium imperatoris venerat, Placentiae hyemare disposuit.

34.[t] Anno Domini[u] 1185. imperater natale Domini Papiae cęlebrat, crebrique nuncii inter ipsum et papam erant, antequam ad colloquium venirent. Filius imperatoris insolenter agere et res alienas diripere coepit; unde crebra querimonia ad patrem et demum ad apostolicum dęlata[v] est. Unde cum imperator vellet, ut imperiali benedictione sublimaretur, fertur papa respondisse ex consilio quorumdam principum et cardinalium: non esse conveniens duos imperatores preesse Romano imperio. Deinde imperator regno Grecorum infestus, filiam Ruotgeri[w] regis Siciliae[6] filio suo copulare procurat. In mense Octobri insolitus turbinis ventus adeo vehemens fuit, ut tecta lapidea arboresque grandes deiceret et domos[x] plures everteret. *Dux Saxoniae peractis exulationis suae annis de Anglia *pag. 300.
rediit, proprio tantum contentus patrimonio. Imperator Cremam Longobardiae civitatem olim a se conversam[y] studiose reedificat, quae restaurata ei rebellat. Imperatrix[z][7] obiit.

a) et potentissimus *desunt* 2. b) Alexander — succedit *desunt* 1*. 3. c) *numerus deest* 2. d) exilio *corr.* exilium 1. e) Thyschanos 2; Thuschanas 2*. f) cui *om.* 2 *et* 2*, *recte; nam scriptor cod.* 1. *h. l. duas constructiones confundit.* g) Moguntiensis 2. h) curiam adeo *om.* 2*. i) cumparatione 2. k) cumpari 2. l) homine 2; omnino 2*. m) *in codice* 1 *fortasse* Erpeffort *scriptum est.* n) *corr. ex* contingit 2. o) *corr. ex* salarium 2. p) evasit *post corr.* emersit 1. q) obiit *om.* 2*. r) cisma 2. s) Mediolanum *corr. ex* Mediolani 2. t) *num. deest* 2. u) a. Domini incarn. 2. v) ęlata *corr.* dęlata 1. 2. w) Rutgeri 2. x) domus *corr.* domos 1. y) *i. e.* eversam. z) Beatrix nomine *h. l. addit* 2.

6) Constantiam. 7) Beatrix.

35.[a] Anno Domini[b] 1186. imperator natale Domini Mediolani cęlebrat. In octavis vero
Ian. 13. epyphaniae nuptias filii sui opulentissimę cum magna cunctorum pene procerum frequentia
aput Ticinum[8] agit.

Lucius[c] papa obiit, cui Urbanus Mediolanensis succedit. Rex Siciliae[d] Greco bellum inferre parans, cunctas naves per quas peregrini Ierosolimam ituri erant vi occupavit, sicque cum damno et luctu nimio singuli repatriaverunt. Papa Volfmarum[e] contra voluntatem imperatoris in ępiscopum[f] Trevirorum consecravit, et hoc quoddam discordiarum initium[g] inter apostolicum et imperatorem fuit. Reinnardus[h] Wirceburgensis ępiscopus obiit, cui Godefridus cancellarius imperatoris successit. Imperator de Italia redit. Treveris in die
Iul. 1. pentecostes, qui obvenit Kal. Iulii, quando festum sancti Symeonis colitur, quidam[i] clybanum panibus coquendis repleverunt; qui[k] omnes in sanguinem versi sunt.

Mart. 29. Mai. 17. 36. Anno Domini[l] 1187. imperator pascha Ratispone, pentecosten Aldeburg[m] cęlebrat.*
Igitur[n] predictus Volfmarus[o] in regno regis Franciae se contuens, aput Remis suffraganeis ępiscopis seu prioribus Trevirensis ęcclesiae synodum indicit. Imperator hoc audito, ne irent interdicit. Ępiscopus Metensis Bertramnus[p], quia[q] eundem Volfmarum[r] hospicio suscepit, vel quia synodum eius dictus est adisse, per Wernerum de Bolant nuncium imperatoris eicitur de ępiscopatu, bona eius confiscantur, ipse Coloniae aput Sanctum Gereonem, ubi etiam canonicus ante fuit, privatus vixit. Ępiscopus Virdunensis ob eandem
9 werram ępiscopatum sponte resignavit. Ępiscopus Tollensis[s.9] et priores Trevirenses[t] eadem occasione per Volkmarum[u] excommunicantur, quam excommunicationem[v] papa affirmat. Domnus[w] papa Coloniensi archiępiscopo Phylippo[x] ius in[y] appellatione et vicem suam tam in ępiscopatu Coloniensi quam super omnes suffraganeos sedis Coloniensis indulget et scripto confirmat. Richardus[z] filius Heinrici regis Angliae, mari transmisso, terram regis Francorum Phylippi cum copiis suis invadit[z*], unde idem rex Francorum opem Friderici[a] Romanorum augusti asciscit; pro cuius metu Anglicus[b] treugis datis ab incepto desistit. In Coloniensi episcopatu pavor ingens exoritur. Nam de imperatore rumor
*pag. 301. cęlebravit, quod exercitum per terram Coloniensium[c] in *auxilium Franci[d] regis ducere, re autem vera Coloniam in obsidione vallare intenderet; pontem etiam trans Mosellam latissimum de navibus et trabibus transituris fieri iusserat. Pro quo moti Colonienses fossatum civitatis instaurant, et in aedificiis novarum portarum insudant. Archiępiscopus castella custodiis et victualibus, oppida muris et fossis munit. Non ęnim in gratia imperatoris admodum fuit, eo quod papae, qui imperatori infestus erat, magis videretur favere, et pro hac suspicione imperatorie offense fides de facili prestita fuit huic machinationi. Attamen constat, quod[e] imperator contra Colonienses tunc temporis nichil pravum moliebatur, et ideo dum ad eum delatio cucurrisset de tumultuatione[f] et apparatu ipsorum, graviter tulit.
Aug. 15. In assumptione sanctae Mariae curiam habuit Wormacie[g], ubi coram principibus querimoniam fęcit de archiępiscopo et Coloniensibus, quod transitum ei per terram imperii[h] sui vetare et verbum tam probrosum per orbem Romanum de eo disseminare non timuissent.
Iul. 25. Itaque a festo sancti Iacobi Renum claudi iussit Coloniensibus, ne[i] frumenta vel vina solito ad eos descenderent. Tunc etiam inter Baldewinum[k] Traiectensem ępiscopum et Ottonem comitem de Gelre bęllum grave committitur pro terra Velewe, cedes et incendia grassantur; quod voluntate imperatoris agitari ferebatur, quo[l] minus auxilii partes ille ferrent Coloniensibus, et ne[m] naves[n] in superiora ire potuissent.

* In Ianuario et Februario estas quedam pro hyeme aperuit. Nam pice et corvi et diverse avicule pullos educarunt in eisdem mensibus, arbores et herbe diversi generis floribus venuste conspiciebantur. *Additam. codd. 2 et 2**

a) *sic corr. ex* XXXI' *cod.* 1; *num. deest* 2. b) Domini incarn. 2. c) Lucius — succedit *desunt* 1* 3. d) Sycilye 2. e) Volmarum 2 *et* 2*. f) episcopatum 2*. g) initium *om.* 2*. h) Reinnardus — redit *desunt* 1*. 3. i) quidam ut clybanum 2. k) statim *scripsit* 2, *eraso verbo* qui. l) Dom. incarn. 2. m) Aldeburc 2. n) Igitur *deest* 2 *et* 2*. o) Volmarus 2. p) Bertrammus 2. q) quia 1. 2. r) Volmarum 2. s) Tollensis, *corr. m. s. XV.* Tullensis 2. 2*. t) Treverenses 2. u) Volmarum 2. v) excummunicationem 2. w) Dominus 2. x) Philippo *om.* 2*. y) in *recentiori manu additum* 1; *deest* 2. 2*. z) Regis Anglie Heinricus filius Richardus 2; r. A. Heinrici f. Rychardi 2*. z*) invasit 2. 2*. a) Friderici *om.* 2*. b) *corr. ex* angelicus 2. c) Colonientium, *m. saec. XV. corr.* Coloniensium 2. d) Francii 2. e) quot 2. f) *alterum* tu *prima m. superscr.* 2; tumultulatione 2*. g) Wirmatie 2*. h) t. suam vel i. 1*; t. s. et i. 3. i) et 2*. k) Balduinum 2. l) quod 2*. m) ve 2*. n) natis 2*.

8) Pavia. 9) Toul.

*[a]De invasione sancte terrae et sancte crucis †[b] perditione.*

Anno eodem vox turturis, vox doloris et gemitus, fines christianorum usque ad[c] mundi ultima lamentabilis novitate rumoris perculit: terram sanctam Iherusalem[d], quam redemptioni nostre ipsi dedicarunt pedes Domini, spurciciis paganorum exponi, crucem salvificam captam ab ethnicis[e], stragem populi christiani factam. Quod in hanc formam fertur accidisse. Rege Iherusalem[d] mortuo et filio parvo relicto, regina filium Cunradi[f] comitis de Monte Ferreo duxit, qui posset tueri regnum, quoadusque[g] puer adolevisset. Unde comes[h] Tripolitanus patruus pueri graviter motus, quod ei potissimum hec cura deberi videretur, se ad Turcos sive Sarracenos contulit, eorum opem quesivit. Qui congregati in multitudine gravi, terram Iherosolimorum[i] intrant, civitates et castella in virtute sua capiunt, habitatoribus cesis in ore gladii; proelium etiam cum christianis committunt, in quo, pro dolor! ipsi victores existunt, sicut litterae pape Urbano directe testantur, quas huic pagine subicere non putavimus ociosum ob noticiam rerum:

*Sanctissimo patri suo Urbano, Dei gratia summo et universali * pontifici, Tirricus[k] pau-* pag. 302. *perrime milicie Templi dictus preceptor cum universo pauperrimo et fere adnichilato fratrum conventu salutem et debitam in Domino obedienciam cum omnimoda reverencia. Quod[l] quantisque calamitatibus ira Dei, peccatis nostris exigentibus, perculsi in[m] presentiarum opprimamur, nec litteris nec flebili voce, pro dolor! explicare valemus. Turci enim inmensam gentium suarum multitudinem[n] congregantes, christianorum fines acriter invadere ceperunt. Contra quos gentium nostrarum phalanges coadunantes, peccatis exigentibus, infra octavam[o] apostolorum Petri et Pauli* Iun. 29. *in eos congredi, et versus Tyberiadem, quam violenter castro suo relicto ceperant, iter arripere presumpsimus. Cumque[p] in scopulis pessimis nos induxissent, ita nos acriter expugnaverunt, quod sancta cruce et rege nostro capto, et omni nostra multitudine interfecta, vix comes Tripolitanus et domnus[q] Reinoldus[r] Sydonius et domnus[q] Balianus de miserabili illo campo[s] evadere potuerunt. Deinde in nostrorum christianorum sanguinem sunt debachati, et versus civitatem Accaron[t] cum omni sua multitudine venire non distulerunt; quam violenter capientes, totam fere terram invaserunt, Iherusalem[u], Ascolo, Tyro et etiam Berito nobis et christianitati solum relictis. Istas etiam civitates, omnibus earum fere habitatoribus in proelio interfectis, nisi divinum et vestrum assit auxilium, nullo modo retinere poterimus. Civitatem etiam Tyrum in presentiarum acriter impugnantes[v], die ac nocte violenter expugnare non cessant, et tanta est eorum copia, quod tantam terrae faciem a Tiro[w] usque Iherusalem[x] et usque Gazam[y] velut formicae frequentes cooperuerunt. Nobis igitur[z] et christianitati Orientis, ad presens omnino fere perditae, quantocius succurrere dignemini[*], ut per Deum et vestre paternitatis auxilium istas residuas civitates vestro fulti amminiculo defendere[a] possimus.*

Similia demandata sunt illustri domno[b] Friderico[c] Romanorum imperatori. Ex occasione tam luctuose legationis et facti memorati, papa Heinricum Albanensem episcopum cardinalem misit ad partes Galliarum et in omnem transalpinam[d] provinciam una[e] cum legato Iherosolimitano, invitare et cohortari[f] omnem virum strennuum et electum ad subeundam peregrinacionem pro amore[g] Christi et ligni dominici liberacione. Innumera[h] ergo[i] nobilium et vulgarium turba crucem sibi affigunt. Globi scintillarum magno agmine et longo tractu se sequentes prope terram visi sunt tempore messis, quos quidam interpretati sunt portendere expedicionem in Ierusalem.

Eclypsis solis circa festum sancti Lamberti[k] ab hora sexta usque ad octavam. Urbanus[l] Sept. 17. papa obiit, cui Gregorius VIII, qui et Albertus, ipsius cancellarius succedit. Gregorius papa obiit, cui Clemens Prenestinus episcopus succedit[l].

Ante * hyemem filius imperatoris, rebus in Italia compositis[m], cysalpinat. * pag. 303.

37.[n] Anno Domini[o] 1188.[p] imperator natale[q] Domini agit Treveris, ubi publice toti[r]

a) De i. s. t. e. s. c. perditione *om.* 2*. b) *signum crucis* (†) *om.* 2. c) ad fines mundi *primo scripsit* 2; *sed vox* fines *punctis iam deleta est.* d) ierusalem 2. e) ethinicis 1. 1*; ethnicis 2. 3. d) ierusalem 2. f) Conradi 2. g) quod adusque 2. h) omnes *pro* comes 2*. i) Ierosolomorum 2. k) Tyricus 2; Tyrricus 2*. l) *i. e.* quot. m) *vox* in *deest in codd.* n) multitudidem 2. o) oct. 1. p) Ceterique 2*. q) dominus 2. r) Reinnoldus 2. s) capto 2*. t) Accharon 2. 2*. u) invaserunt, Ierusalem 2. v) obsidentes, violenter die et nocte expugnare 2 *et* 2*. w) Tyro 2. x) Ierusalem 2. y) Basam 2. 2*. z) ergo 2. 2*. *) *eadem manu post suppletum* 1. a) salvare possimus 2. 2*. b) domino 2. c) Fretherico 2; *omittit nomen* 2*. d) cysalpinam prov. 2. 2*. e) ono 2*. f) coortari 2; coartari 2*. g) pro honore Christi 2. h) immanera 2*. i) ergo *deest* 2. k) *verba* sancti Lamberti *desunt* 1*. 3. l) Urbanus — episcopus succedit *desunt* 1*. 3. m) conpositis 2. n) *num. deest* 2. o) dominicae incarnationis 2. 2*. p) millesimo centesimo octogesimo octavo 2. q) nativitatem Domini 2. r) tote 2.

curiae et senatui[a] conquestus est, quod in provecta aetate cogeretur a Coloniensi clerico exercitum adunare, terram imperii sui vastare contra voluntatem suam. Circa natale Domini et[b] rex Galiciae terre sancti Iacobi occiditur a paganis, cum ipse tamen victor extitisset. Quidam dicebant, in plenilunio tres lunas se insimul vidisse una nocte cum alba macula et signo crucis transeunte per medium.

Febr. 2. Imperator purificationem sanctae Mariae apud Nuribergh[c] agit, ubi archiępiscopo Coloniensi post plurimos dies ex sentencia prefixos, quos ille supersedit, tandem peremptorium diem sentencialiter posuerat. Quo cum idem presul occurrisset, inde usque Laetare Iherusalem ad curiam Mogontiae[d] causa induciata est. Circa idem tempus filius imperatoris[e] Confluentiae conventum magnum habuit, citatis ad se comitibus et nobilibus Lotharingiae[f] ęt maxime de ępiscopatu Coloniensi. Cumque perquireret, qui cum eo stare vellent contra presulem et terram Coloniensem, et ei cuncti contradicerent, iratus recessit.

Mart. 27. Letarę Iherusalem curia celeberrima apud Moguntiacum[g] cęlebratur a tocius Theutonici[h] regni capitaneis, tam de clero quam de ordine laicali, presente Heinrico cardinale; quae a serenissimo imperatore[i] et filio eius[k] rege curia Ihesu Christi ante fuit intitulata. Ad eandem curiam imperator interrogavit in propria persona: quid potissimum iudicarent, an in continenti crucem sumeret[l] an deferret[m]? quia post annum iturus erat. Cumque omnes acclamarent, ne differret, crucem ab Erbipolensi ępiscopo Godefrido suscepit cum summo tripudio et laudibus ac pre gaudio fletu cunctorum. Ante eum filius eius dux Suevie Fridericus hanc susceperat. Ibi quoque archiępiscopus[n] et Colonienses reconciliantur imperatori, eodem tamen presule triplex sacramentum prestante pro obiectis, duo pro duabus curiis non quesitis, unum pro Iudeis, quos in contumeliam imperatoris diffamatus ęrat pecunia multassę. Modus autem reconciliacionis hic erat: *Dabant*[o] *imperatori duo milia marcarum, ducentas et* 60 *in curiam. Unam portarum destruunt ad unam tęstudinem, fossatum reimplebunt*[p] *quatuor locis ad quadringentos pedęs.* De quibus tamen concęssum ęst ut, si vellent, ea die subsequenti in priorem statum repararent. Quod sic factum est. Episcopus Traiectęnsis et comes de Gelre et multi alii, quos discordes antea nemo in concordiam potuit reducerę, nullo nisi spiritu Dei mediante, ibidem inter se reconciliantur[q], et plurimi *pag. 304. leti ex eis crucem sumunt[r]. Mogontinus[s] mittitur ab imperatore ad Ungarum pro * Bulgaria[t] exequanda[u] ad[v] stratas, et pro victualibus[w] providendis exercitibus signatorum; qui remandat, ita de his ordinassę, quod 100 equorum pabula marca emantur, similiter 4 bovęs Apr. 17. prestantes marca una, et cetera in hunc modum. Imperator pascha aput Gelinhusin[x] agit. Fridericus[y] filius imperatoris dux Suęvie filiam Bele Ungari regis ducit uxorem. In ascen- Mai. 26. sione[z] Domini comes de Dietsę Heinricus[*] profectus est, quem misit imperator ad Saladinum regem, ut federi quod[a] mutuo dudum pepigerat[b] renunciaręt, et quod amicus eius ęssę non possęt, immo hostem et totum Romanum imperium vel orbem contra eum moturum, nisi sub celeritate terram sanctam Ierusalem desererę, lignum dominicum in id[c] loci quo[d] id tulerat referrę, de occisis christianis qui utique hominęs ipsius ęssęnt, satisfacerę festinaret.

In Aprili eruptiones rivulorum facte, qualęs ante nemo viderat; sed et in siccis locis iuxta fluenta maximarum inundacionum ebulliciones apparuęrunt. Estas sicca et ferventissima fuit. Imperator totam[e] ęstatem circa Wisaram exegit, castella et munitiones, de 10 quibus rapinae et thelonea iniusta fiebant, destruxit. Heinricus de Aldenburg[f,10], qui antea dux fuerat, imperatori ręconciliatur, et natale solum ad tres annos abiurat et in Angliam secedit. Phylippus rex Franciae et Richardus rex Angliae abruptis crucibus bella renovant, terras mutuas devastant et nulli aetati parcunt; postea confederati contra patrem eiusdem Richardi proelia instaurant, donec eo defuncto ad rediviva iterum bella relaxantur. Destructio cenobii apud Grandimont per comitem Richardum, quod repletum ferebatur ethnicis[g].

a) senativi 2. b) et *deest* 2. c) Nurimberch 2; Mubero 2*. d) Moguntie 2. e) Heinricus *h. l. addit* 2. f) Lotaringie 2. g) Moguntiam 2. h) Theotunici 2. i) Frederico *h. l. addit* 2. k) Heinrico *addit* 2. l) sumerent *corr.* sumeret 1. m) differret *in loco raso* 2. n) a. Coloniensis 1*. 3. o) *ita codd., sed cum Frehero legendum videtur* dabunt *et* destruent. p) reinplebunt 2. q) reconsiliantur 2. r) et plurimi ex eis crucem leti sumunt 2. 2*. s) Moguntinus 2. 2*. t) Bulgariam 2. u) exequenda *corr.* exequanda 1. v) *e corr.* 1. w) vinctualibus 2. x) Gelinchusen 2. y) Fredericus 2. z) ascentione 2. *) comes Heinricus de Dietse 2. a) quot 2*. b) pepierat 2; pepiterat 2*. c) unde *pro* in id 2*. d) quod 2. 2*. e) circa *pro* totam 2. f) Aldendorp, *syllaba* dorp *in loco raso*, 2; Aldeburch 2* g) ab ethnicis 2.

10) immo de Luneburg.

Hoc anno archiepiscopus Coloniensis precavens in futurum, ad quadraginta milia marcarum et septingentas marcas summam argenti perduxit in coemptione urbium et prediorum terre Coloniensi adiacentium circum circa[a]. Filius imperatoris ante Augustum mensem de montanis Longobardie[b] rediit[c] cum detrimento suorum, resistente sibi comite Wilhelmo de Barba. Interim[d] naves fabricabantur per diversas regiones et civitates in expeditionem[e], e quibus[f] quatuor de Colonia moverunt, in quibus erant ad quindecim centum homines; tam hii[g] quam ceteri omnes ad tres annos victualia copiose habebant, armis precipuis et omni genere resistendi muniti.

Imperator militem probum Godefridum[h] de Wisenbach cum nonnullis xeniis[i] mittit ad soldanum de Yconio, confederatum suum ab antiquo, pro negocio tanti itineris. Ille visis litteris et nunciis imperatoris, plus quam dici possit gavisus est, dicens, sibi numquam[k] rem iocundiorem obvenisse, quod imperatorem Romanorum, quem semper* optaverat videre, in *pag. 305. proximo per terram suam transiturum audiret; se suaque omnia illius voluntati et imperio fore exposita. Sed hec eum in dolo egisse, rei exitus comprobavit[l]. Scripsit etiam imperatori Greco, qui solito more[m] veneni malicia repletus, legatos nec bene tenuit nec bene dimisit[n]. Attamen cum nunciis soltani[o] suos responsales remisit ad imperatorem, quos ille modice tractari fecit, nec eorum fictis legationibus fidem prebuit[p].

38.[q] Anno.[r] Domini 1189.[s] imperator natale Domini Egre agit. Cunradus de Sur[t].[11] litteras imperatori misit, rogans ut festinet venire, dicens[u] paganos eius aduentu terreri, 11 conquerens[v] etiam de Widone, qui rex fuerat Ierusalem, sed captus assignatis[w] quibusdam castellis in ius soltani[x] liberatus est, et de Phylippo[y] Flandrensi templario, quod hii[z] invidia ducti gravarent eum in multis etiam plus quam pagani*. Unde etiam argenti pondus, quod rex Anglie[a] ad subsidium christianorum miserat, diripuerunt.

Ante natale Domini imperator scripsit ducibus comitibus et cunctis[b] principibus per imperium, qui signati erant[c], ut se exspectent[d] in eundo, iuramento paratus confirmare, si non crederetur, se[e] ultra diem sancti[f] Georgii non moraturum, immo eo die apud Ratisponam Apr. 23. venturum; et quicumque Christi sint ad hoc iter expediti eo occurrant, inde secum migraturi contra Saladinum[g]. Ab hoc natali Domini[h] usque in mediam quadragesimam, ut arena maris atque[i] coeli sydera, incomputabiles signatorum catervae euntium et equitancium omnes stratas regias et per ascensum Reni loca omnia repleverunt. De tot vero premissis exercitibus ad[k] mare minima pars transire potuit, quia ad nutum imperatoris Siculus rex inhibuerat transitum peregrinis, eo quod victus deforet in transmarinis et quod manu parva nichil facere possent contra paganos ante adventum[l] regum diversorum et ipsius imperatoris.

Iherusalem muris et turribus obfirmatur ab ethnicis[m]. Sepulchrum dominicum clauditur. Acra, cum post necem[n] christianorum per aliquot[o] tempus deserta haberetur, utpote fracta[p] et diruta, iterum ab ethnicis[m] reedificatur et inhabitatur. Solam Sur[q] et Tripolim et Antiochyam et castella in montanis posita christiani optinent.

Marchio[r] Cunradus quietus in Sur[s] esse, nec confligere cum paganis statuit, ne si exercitus suus perimeretur, civitas a christianis perditum iret.

In natale Domini legati soltani[t] de Iconio[u] cum quingentis equis imperatorem adeunt mille numero; qui plures ideo missi sunt, ut eo magis crederetur his quae nunciarent. Soltanus[v] ad subsidium itineris et ad opem indefessam imperatori et exercitui eius[w] se expositum mandavit, et xenia[x] ei quam *plurima[y] transmisit. Aderant etiam legati Servia- *pag. 306. nensis regis. Est enim Severian[12] terra inter Ruteniam[z] et Ungariam posita. Isti in man-

a) circum circa *corr. ex* circa in circa *manus posterior in* 1; circa in circa 2 *et* 2*. b) Logobardie 1; Lombardie 2*. c) redit 2. 2*. d) Eodem anno naves 2; interim *om.* 2*. e) expedicione 2. f) equitibus 2*. g) hi 2. h) Godefridum *om.* 2. i) exeniis 2. k) numque *corr.* numqā 1. l) monstravit 2. 2*. m) a legatis vix manus vel venena continuo nec 2 *et* 2*. n) dimisit eos. 2 *et* 2*. o) soldani 2. p) prebuit *cod.*, adhibuit *Böhmer*. q) *numerum om.* 2. r) Anno incarn. Domini 2 *et* 2*. s) 1180 *corr.* 1189 1; 1180 *man. recent. corr.* 1179 2. t) Surs 2. u) et dicens 2. 2*. v) conquerens 2. 2*. w) a signatis 1. 1*. 2. 3; assignatis 2*. x) soldani 2. 2*. y) Phylyppo 2. z) hi 2. *) eum i. m. e. p. quam pagani *om.* 2*. a) aglie 2. b) cuntis 2. c) essent 2. d) expectent 2. e) de ultra 2. f) sancti *deest* 2. g) Soladium 2*. h) Dommini 2 i) adque 1. 2. k) amare 2*. l) adversum 2*. m) ethinicis *corr.* ethnicis 1. n) necesse 2*. o) aliquod 2. p) facta 2. q) Surs 2. r) Marchyo 2. s) Surs 2. t) soldani 2. u) Iconio *corr.* Leonio 1; Leonio 2; Leconio 2*. v) soldanus 2 *et sic deinceps.* w) eris 2*. x) exenia 2. y) plurima *deest* 1. *pagina finita*; quam plurima 2 *et* 2*; *deest in* 1*. z) Rutenia 2*.

11) Tyro. 12) Servia.

datis habebant, regem ipsorum summo gaudio perfungi pro adventu[a] imperatoris, et quod Romanorum augustum in specie peregrini per terram suam transiturum se videre speraret, nichil in hac vita iocundiſs reputare. Ad hoc scripsit ei, nobilissimam urbium suarum se ad hoc preparare, quatinus cum maxima sollempnitate eum ibi decenter exciperet, et de caetero caput regni sui eandem urbem reputare, et[b] hac libertate eam donare velle. Quibus gloriose susceptis ac remuneratis, diversa dona regi eorum remisit, glorificans Deum, quod a regibus, quos vix umquam nominari audierat, tanti haberetur.

### *Prima expeditio sub Friderico imperatore*[c].

[Febr. 26.] In quadragesima[d] naves undique[e] adventantes et sibi invicem copulatae[f], velis oppansis iter aequorẹum[g] ingressae sunt. Quae post 10 dies navigationis suae prosperante Deo terrae Sancti Iacobi applicuerunt. Erant sexaginta[h] naves ex eis, virorum vero pugnatorum ad 10 milia et amplius. Egressi in arida, ad Sanctum Iacobum adoratum pergunt. Sed cum fama nichylominus precurrisset[i], eos caput sancti Iacobi velle per vim auferrę, timore acti provinciales eos a Conpostelle urbis, ubi apostolus quiescit, ingressu arcerę temptabant. Sicque paucis[k] inde cesis, prudentibus viris obstantibus, tumultus detumuit. Inde ad naves regressi, cum in Affricae partes venissent, urbem gentilium populosam nomine Albur oppugnant[l] et capiunt, atque aurum et argentum infinitum inde detrahunt, urbicis in ore[m] gladii cesis[n]. Estas ferventissima usque ad Augustum mensem fuit[o], in quo etiam mortalitas hominum et pecudum inmensa contigit.

Godefridus dux Brabanciae et Heinricus[p] comes de Lo propter iurisdictionem[q] oppidi [13] Sancti Trudonis[13] in manu valida bella gerunt. E quibus[r] dux 60 milia hominum contraxisse[s] refertur, comes autem minus ad 60[t], in qua, sicut est[u] gens atrocissima[v], hinc inde tale quod[w] accidit. Trẹs unius partis armigerum partis alterius comprehensum compellerę[x] ceperunt, ut se ab eis redimeret. Cumque[y] se non habere diceret, unde ab eis redimi possẹt, eum in tres partes incidunt et quisque[z] partem suam tulit. Similiter autem[*] partis alterius[a] duo egerunt in captione unius, et eum per medium dividendo quisquis suum[b] tulit.

Heinricus rex Angliae obiit, pro quo filius eius[c] coronatur, qui accepit uxorem sororem[d] Phylippi regis Franciae[e]; nam reconciliati prius erant. Heinricus quondam dux Saxonum, cognita[f] imperatoris absentia, contra iuramentum de Anglia reversus, nativum solum [*pag. 307.] expetit, astipulante sibi rege Richardo cuius sororem habuit,* et rege Datio[g] genero[h] suo. Sofredus[i] cardinalis a papa Clemente missus est ad regem Heinricum[k] pro negociis ecclesie; quo mediante Iohannes, imperialis aule cancellarius, Trevirorum[l] archiepiscopus investitur a rege[m]. Rudolfus[n] maior prepositus et Folmarus maior dẹcanus ut ante ẹssę iubentur.

Bertrammus[o] Mettensium[p] presul sẹdi suae remittitur.

Eodem tempore rex expeditionem Ytalicam[q] iurare fẹcit nobilẹs, maximẹ[r] eos qui [Sept. 21.] ministerialẹs imperii essẹnt, a festo sancti Mathei post annum explendam, quatinus in Augustum ipse consecrari[s] debuisset Rome. Engilbertus[t] comẹs obiit in mense Novembri [Nov. 11.] circa festum beati Martini. Plurimi peregrinorum, qui navigio ierant, redierunt Coloniam adducentẹs secum vestes et pallia et alia quedam preciosa, que eversa quadam urbe paga- [Febr. 2.] nis abstulerant; circa festum purificationis[u] sancte Mariae revertuntur.

[Apr. 23.] Imperator[v] in festo sancti Georgii curiam celebrem Ratispone habuit, occurrentibus illic comitibus[w] omnibus[x] signatis qui cum eo per terras ire disposuerant; ibique ad peregrinandum Deo lumbos suos succinxit[y], relicta rerum summa[z] filio suo Heinrico regi. Erat

a) adventum 2. b) et *om.* 2 *et* 2*. c) *rubra in margine* 1; *deest in* 2 *et* 2*. d) In. XL. 2. e) tantumlibet *pro* undique *habent* 2 *et* 2*. f) copulare 2*. g) cum *add.* 2*. h) sextaginta *corr. ex* sexaaginta 2. i) precurrisset 1. 2; percurrisset 2*. k) hinc inde 2. 2*. l) obpugnant 2. 2*. m) more gladii *pro* in ore gladii 2*. n) cecis 2. o) suit 2. p) Heīr. 2*. q) iuris dicionem *corr.* iurisdictiionem 1. r) Equitibus 2*. s) constraxisse 2; contrassisse 2*. t) ad minus 60 2*. u) in quisierunt *pro* in qua sicut est *cod.* 2*. v) atrotissima 2. w) quod 1. 2; quid 2* *et edd.* x) comprehensum conpellere 2. y) Qui cum se 2. 2*. z) quisquis 2. 2*. *) autem *om.* 2. 2*. a) Similiter a. p. alterius *in loco raso exhibet* 1; *primo ibi scripta erant verba mox occurrentia:* Heinricus rex Anglie obiit. b) suum 2*. c) Richardus *addunt* 2 *et* 2*. d) sororem *om.* 2 *et* 2*. e) Fransie 2. f) cognata 2*. g) Dacie 2. h) genere *corr.* genero 1. i) Sofredus 1. 2; Soffredus 2*. k) Heinricum 2; Heīnr 2*. l) Treverorum 2. m) Heinrico *addit* 2. n) Rodulphus 2*. o) Bertrammus — remittitur *des.* 1*. 3. p) Mettensium 2; Metensium 2*. q) Italiam (*sic*) 2. r) et eos maxime qui 2. 2*. s) ipse c. ipse 1. 1*. t) Engelbertus 2*. u) purificationis *om.* 2. v) Fredericus *addit* 2. w) comitibus *om.* 2 *et* 2*. x) omnibus *post suppl.* 1. y) accinxit 2. z) summa rerum 2*.

13) St. Trond.

autem exercitus eius 30[a] milia[b] hominum, inter quos erant 15 milia electorum militum. A predicta ergo urbe per decursum Danubii iter moventes, venerunt in civitatem, quae dicitur Brisburc[14], et est inicium Ungarie. Ibi in diȩ pentecostes imperator conventum habuit, et Mai. 28. iurata est pax ab omnibus, et lex malefactorum lata ȩst et de processu itineris actum est. Feria quarta inde[c] moverunt. Et in octava pentecostes occurrit eis rex Ungarie cum regina, Iun. 4. obtulitque[d] imperatori tentorium[e] operosum, quod portare vix poterant tria plaustra, et alia insignia. Filiam quoque suam filio imperatoris Friderico[f] desponsavit, atque per totam Ungariam transeunti misit plerumque victualia gratis et sufficienter, providens etiam, ne in comitatu ȩius mercatum habundans[g] deȩsset. Venientibus namque eis ad civitatem Sancti Georgii[15] preparari iusserat domum plenam[h] farina[i] et pabulum, ex quibus quisque 15 pro libitu[k] accepit. Emensa Ungaria, ventum est ad flumina Marowam[l] Sowam et Drowam; quibus navigio transitis, per descensum Danubii Brundusium[16] pervenerunt. Ibique per dies octo[m] quieverunt, prospicientes sibi in vehiculis et aliis vie necessariis. Erat autem[n] tempus estivum circa festum apostolorum scilicet Petri et Pauli, obiitque ibidem Engilbertus[o] comes de Montȩ. Iun. 29. Habita est etiam ibi ab[p] imperatore curia in villa quae Belgrave[17] dicitur, ad quam duo nobiles de Alsatia pro violata pace decollati sunt. Profecti de Brundusio intraverunt fines Bulgarorum, qui ingenita sibi fraudȩ hostiliter eos[q] supra opinionem[r] exceperunt,* telis eos et sagittis lascessentȩs et inhumana crudelitate in eos debachantȩs. *pag. 308. Captum enim quendam civem Aquensem palo per intestina transfixerunt. Unde ex eis quinque capti probrose etiam suspensi sunt. Transierunt autem Bulgariam summo metu et periculo, eratque[s] semper in fronte exercitus Fridericus[t] dux Sueviae, currus vero et alia vehicula retro agebantur cum custodibus. Intra Bulgariam venerunt ad civitatem nomine Niceam[18], ubi princeps dictus Serf cum summo gaudio imperatorem excepit, datis ei nonnullis donis. 18 Ab hoc loco imperator legatos ad regem Greciae misit, Herimannum[u] Monasteriensem ȩpiscopum, Rupertum comitem de Nassowe et comitem Walravum cum 500 ȩquitibus et eorum apparatu, pro pace et conductu per terram suam et mercatu. Quos ille quidem benigne suscepit septemque diebus pacifice in Constantinopoli[v] tenuit, sed octavo die in carcerem mitti iussit, ubi et aspera multa contra ius legatorum passi sunt. Imperator autem cum suis progrediens, venit in civitatem nomine Straleiz[w] [19]. Bulgari vero tribus muris singillatim ab invicem positis iter eorum prestruxerant[x], estimantes se eos implicatos in illis absque discrimine occidere. Attamen hoc conamen eorum nostris non nocuit, eo quod staret Omnipotens pro eis; ex parte vero illorum multi ceciderunt in gladio. Emensa tandem Bulgaria, in qua circiter 8 septimanis velut in camino tribulationis desudaverant[y], intraverunt Macedoniam, partem scilicet Greciae opulentam[z], in qua maximam vinearum pomorum pabulique[*] copiam invenientes, per aliquot[a] tempus recreati sunt. Applicuerunt etiam ad civitatem Vinipopolin[b, 20], quae et Phylippis[c], cuius habitatores[d] omnes ad solam 20 venientium famam relicta urbe aufugerant. Imperator autem undique suspectus insidias[e], sciens quoniam docti semper[f] est metuere, edicto vetuit[g] ne quis suorum civitatem intraret, sed omnes foris muros urbis residerent. Ibi responsales regis Greciae ad eum venerunt, per quos ei demandavit, se salvum esse, et nichil aliud[h]. Iterato per alios ei demandavit, se post Deum esse dominum dominantium. Tercio ei demandavit, quod si regnum Romanorum dare vellet in manus eius, et ab eo loco hominii recipere, conductum ei daret per terram suam et mercatum sufficiens. Ad hoc imperator ita respondit: *Eam ego in Christo, et in[i] fratribus meis, qui pro eius crucis liberatione michi adherent, habeo fiduciam, quod eiusmodi compositionem cum eo facere opus nobis non erit.* His dictis legatos in pace dimisit. In *eodem confinio collectores pabuli cenobium quoddam expugnare aggressi sunt, quod *pag. 309. summis[k] copiis rerum necessariarum plenum invenerunt. Hii[l] vero qui intus erant, vim

a) *e correctura* 1; treginta 2. b) milium 2. c) in die 2. d) que *om.* 2*. e) tentorium imperatori 2. 2*. f) Frederico 2. g) abhundans 2. h) plena 2. 2*. i) firma *vel* firina 2. k) hibitu *vel* lubitu 2*. l) Marwam 2*. m) VIII *corr. ex* VIIII 2. n) enim 2 2*. o) Engelbertus 2. 2*. p) ad imperatore 2. q) os *superscripta manu rec. littera* e 2. r) oppinionem 2. 2*. s) eratque *om.* 2*. t) Fredericus 2. u) H. M. e. *des.* 1*. 3. v) Constantynopoli 2. w) Syraleis 2; Siraleiz 2*. x) possitis 2*. y) desudavēt 1; desudaverant 2. z) oppulentam 2. 2*. *) et pabulique 2. a) aliquod 2. 2*. b) vinipopolym 2; vinipopelim 2*. c) Phylyppis 2; Philippis 2*. d) habitores 2. e) insydias 2; insidiis 2*. f) semper *post suppl.* 1. g) venit 2*. h) aliut 2. i) in *om.* 2. k) summiis 2. l) Hi 2.

14) Pressburg. 15) Gran. 16) Branitzowa sive Branditza, ad Danubium. 17) Belgradum. 18) Nissa. 19) Stralizia, hodie Sofia. 20) Philippopolin.

**oppugnantium ferrę non valentes, missis nunciis ad imperatorem eius potestati se et sua tradiderunt. Quapropter iussu ęius omnia ablata exceptis victualibus receperunt. Tanta autem inundacio ymbrium exorta est in castris, quod civitatem intrare compulsi sunt, nunciusque imperatoris transiens per plateas singulis secundum quod oportebat mansiones distribuit. Armenii etiam quaqua[a] versum venientes, mercatum eis[b] habundantissimum[c] in omnibus prebuerunt. Cumque iuvenes quidam animosi de exercitu mercatum spoliarent, quotquot ex eis capi poterant iussu imperatoris decollati sunt. Tanta vero erat eius in iudicando severitas[d], quod nullius preces in iudicio admittebat, nec personam alicuius respiciebat, sciens quoniam bonis nocet qui malis parcit, et quia facilitas venie incendium[e] tribuit delinquendi[f]. Cuius rei gratia Armenii delectati, magis ac magis necessaria advehebant.** Imperator autem sua et legatorum suorum iniuria permotus, vidensque, rex quia nullam suis nisi coactus humanitatem exhiberet, statuit in regnum eius vehementius insurgere; 21 assumensque partem exercitus processit versus Andronopolim[g, 21]. Eam vacuam et ab incolis nuperrime desertam invenit. Erat autem tempus hyemale, circa festum scilicet Nov. 22. sanctae Ceciliae. Dux etiam Sueviae cum quibusdam ęgressus pro pabulo, accessit Dimodicam[h, 22], demandavitque urbicis ut sibi suisque mercatum preberent. Quod illi cum[i] facere dissimularent, accensis animis iussit suos armari, et hora dięi nona repente aggressus civitatem ita celeri[k] potitus est victoria, quod ad vesperam capta civitate habitatores penę omnes occiderat. Erat infra civitatem turris quam maxima, quam tuebantur milites conducti qui dicebantur[l] Aleni[m], missi illuc a Saladino. Hii strennuissimę nostris resistebant, donec tres iuvenes robustissimi, acclinata ad turrim arbore, audacter per fenestram ad eos intraverunt; et prosperata est salus in manibus eorum, omnesque illos occisos per fenestram quam intraverant eiecerunt. Tanta autem erat in hac civitate rerum omnium affluentia, quod 10 septimanis continuis[n] suffecit toti exercitui omnia victui necessaria copiose ministrare. Inter hec et milites quidam per turmas ęgressi circumquaque vagabantur[o], percu- *pag. 310. tientes quodquot[p] *invenerunt in gladio. Eodem tempore soldanus[q], cuius supra mentionem fecimus, legatos ad imperatorem direxit, quos rex Greciae cępit.

39[r]. Anno Domini[s] 1190. Heinricus rex[t] natale Domini in Suevia apud Egram[23] agit. Siciliensis rex obiit, pro cuius regno sibi vendicando rex expeditionem indicit et iurare facit. Hyems sicca et calida. Mortalitas hominum inmensa. Signatorum qui navigio ierant[u], cum in unum trans mare convenissent, erant centum milia et mille; qui partim bello, partim morbo ita sunt attenuati[v], quod in Ianuario viginti milia extincta esse passim nunciantur. Eodem etiam tempore obiit[w] illustris Ludewicus lantgravius. Unde apostolicus omnes signatos[x] qui domi remanserant excommunicavit, si post octavam paschae ire[y] dissimularent. Mai. 13. In pentecoste rex curiam apud Nurinberc habuit, ubi archiępiscopum Coloniensem[y*] curtes omnes ab eo quondam invadiatas absolvit, telonia quaedam et monetas concessit. Nitebatur enim modis omnibus eum sibi allicere, eo quod vir strennuus et victoriosus esset. Post pascha rex Moguntinum archiępiscopum et Ditherium[z] cancellarium premittit in Apuliam[*] ad explorandum eventum rerum; sed ortis inter eos simultatibus, Moguntinus statim revertitur, cancellarius in Novembri redit, omnia facilia captu indicans. In Maio grando insolita circa Moguntiam[a] ad 100 villas et amplius omnia vastavit. Omnis hic annus pluvia et crebris inundationibus plenus fuit. In Septembri Phylippus[b] comes Flandrie cum inmenso apparatu et diviciis incomparabilibus iter ad sepulchrum Domini arripuit. Godefridus dux Brabantie obiit[c]. In mense Novembri rex in Apuliam proficiscitur; sed audita morte patris et Ludewici lantgravii, Coloniensem archiępiscopum premittens ipse in Thuringiam[d] proficiscitur, eam sibi subicere temptans; postea tamen[e] fratri ipsius omnia permittens, in Apuliam tendit. Signatorum plurimi[f] de maritimis revertuntur. Phylippus rex Franciae[g] et Richardus

a) quamqua 2*. b) eius 1. 1*. 2. c) habundantissimum 1. 2. d) severitatis 2*. e) incentivum *scribendum esse iam Freherus vidit.* f) deliquendi 2. 2*. g) Andronopolym *corr. ex* Andronopolim 2; Andropolim 2*. h) Dunodicam 2. i) Quod illi cum, *voce* cum *postea superscripta*, 2; cum *deest in* 1 *et* 1*. k) sceleri 1; secleri 1*; celeri *in loco raso* 2. l) milites c. q. dicebantur *om.* 2. m) alieni 2. 2*. n) continuit 2*. o) vacabantur 2*. p) *i. e.* quotquot. q) soldani 2*. r) *numerus deest* 2. s) dominice incarn. 2. 2*. t) *h. l. imaginem Heinrici cod.* 2 *exhibet, cui superscriptum* HEINRICVS REX. u) erant 2. v) adtenuati 2. w) obiit *om.* 2*. x) signatos omnes 2. 2*. y) ire *post in margine supplevit* 2, *omisit* 2*. y*) *lege:* archiepiscopo Coloniensi. z) Ditherum 2. 2*. *) puliam, *littera* A *m. s. XV superscripta*, 2. a) Maguntiam 2; Moguntia 2*. b) Philippus 2 *et* 2*. c) cui filius eius Heinricus succedit *addit* 2. d) Thuringia 2*. e) tamen *om.* 2*. f) plurima 2. 2*. g) Franctie 2*.

21) Adrianopolin. 22) Demotica ad Maritzam. 23) Eger, prope Nördlingen.

rex Angliae cum suis exercitibus in expeditionem accinguntur, et in maritimis hyemandi gratia demorantur. Godefridus Wirceburgensis episcopus obiit. Videns rex Greciae quantum in terra et hominibus detrimentum per imperatorem et comites eius sustineret, multis missis nunciis vix tandem pacem ab eo impetravit, tali compositione, ut legatos eius honorificę remitteret et navigia[a] ad transeundum brachium sancti Georgii provideret; huiusque rei obsides 24 ex optimis terrae cum donis regiis ei transmisit. Imperator autem compositioni assensum dare noluit[b], nisi et nuncii *soldani cum suis dimitterentur. Quod et factum *pag. 311. est. Cum igitur custodiis laxarentur, date sunt eis claves omnium custodiarum, permissumque[c] omnibus christianis liberę exirę. Venientibus ergo eis omnis exercitus, velut de resurrectione[d] acceptis, summo[e] gaudio obviam processit[f]. Cum autem ad brachium sancti Georgii transsituri[g] applicarent, rex Greciae 300 galeidas[h] supra promissum eis exhibuit. In cena Domini et per continuos 7 dies dux Sueviae cum omni multitudine transivit. Mart. 23. Octavo demum die imperator transiturus procedere noluit, nisi prius omnes pauperes pere- Mart. 29. grinos transvectos[i] cognovisset; et tandem ipse in navi regia transmeans, cum ad suos transpositus esset, gavisus in Christo et confortans exercitum ait: *Fratres, confortamini et confidite, omnis terra in manu nostra est!*

Hactenus vehiculis necessaria deportabant; ex hoc iam[k] summariis usi sunt. Transito namque mari statim in montana venerunt, atque in magna victus penuria Romaniam[l] transierunt. Cumque appropinquarent Phyladelphyae[24], princeps civitatis peciit ab impera- 24 tore, ne cum exercitu urbem suam[m] intraret; se ei extra posito omnia necessaria abundantissime provisurum. Quod et fęcit. Sed quum nostri necessitate pabuli vagantes prope urbem accessissent, motus ille suos armari et eis obviam procedi edixit. Cumque multi hinc inde occumberent, nostri ex[n] consilio[o] revocati processerunt in fines Turcorum versus Laodociam[p]. Ibi imperator a legatis soldani gratantissime quasi ad ducatum in dolo susceptus est. Cumque Turci exercitum sinę intermissionę nocte dieque impugnarent, piissimus imperator in nullo eos ledi permisit, ne fedus rupissę videretur, donec eorum assultu motum contra se sensit exercitum; sicque demum ad resistendum eis se et suos animavit[q]. Cesa sunt ibi Turcorum 15400[r]. Occiditur[s] etiam ibi Fridericus[t] de Huosen, vir probus et nobilis, qui egregiae[u] laudis et honestatis pre omnibus illo in tempore nomen acceperat. Qui dum in Turcos viriliter deseviret unumque ex eis acrius insequeretur, equus eius fossatum transiliens cecidit ipseque subsequens[v] ruina expiravit. Super cuius morte tanta in castris orta est mesticia, quod[w] omissa pugna omnes clamorem bellicum mutaverunt in vocem flentium. Cum autem[x] inde progredi vellent, Turci iter eorum prope montana explorantes, currus plenos[y] lapidibus exstruxerant, quos a devexo transeuntibus desuper inmitterent. Verum nutu Dei, sub cuius alarum tegmine sperabant, duo Turci capti sunt, quorum uno sine deliberatione occiso, alter[z] sub pactione vitae *promisit se ducem eorum *pag 312. fore; duxitque[a] eos[b] infide per montem habentem tria milia in altum. Multi ibi non solum homines, sed et ęqui fortes sarcinis et estu defecerunt, quibus tamen ipsi[b*] ob penuriam victualium in cibum usi sunt. Transito monte venerunt in planiciem graminę et aqua fecundam, ubi ad modicum recreati sunt. Accrescente autem multitudine Turcorum incomparabili, nostri in summo[c] erant positi discrimine, eo quod tam calore quam labore defecerant, nec erat aliquot[d] periculi effugium, quia[d*] iter eorum ut locustae obsederant. Ibi legati soltani perfidi ad Turcos refugerunt[e], abducto secum interprete imperatoris nomine Godefrido.

Nostri vero deliberantes, quid[f] in hoc periculoso discrimine aggredi possent, — eo quod nullum diffugium pateret, si etiam hoc ipsum animo insedisset, — et considerantes quod gladiis via paranda esset, animis accensi pugnam conseruerunt et stragem multam[g] hostium fecerunt, licet[h] etiam plurimi ipsorum debilitarentur[i]. Ibi etiam imperatoris filius Fridericus dux Suevie a fundibulario duobus dentibus mutilatus est. Acta sunt autem haec quinta feria ante pentecosten. Mai. 10.

a) navigea 2. b) voluit 2. c) est *addunt* 2 *et* 2*. d) resurectione 1; resurrexione 2. e) sūpmo gaudio 2. f) procescit 2. g) transituri 2. h) galidas 2. 2*. i) transsvectos 2. k) ex hoc animalibus summariis 2. l) Ro|niam 2. m) suam *om.* 2. n) et 2. o) concilio 2. p) Laodiciam 2. q) anunavit 2. r) $\overline{XV}$CCC = 15300 2. s) occidit 2. 2*. t) Fredericus 2. u) eggregię 1. v) subseque 2*. w) quod *om.* 2. x) atem 2, *sed m. s. XV littera* u *superscripta est.* y) plenus 2. z) aliter 2. a) dixitque 2*. b) eos *addunt* 2 *et* 2*; *om.* 1 *et* 1*. b*) ipsi *om.* 2*. c) *sic secunda m. corr. quod antea scriptum erat* in sompno 1; *cod.* 2 *eodem modo* sompno *exhibet, cui m. s. XV. in marg. adscripsit* summo; sompno *etiam scribit* 2*. d) aliquod 2. 2*. d*) qui 1. e) perfugerunt 2*. f) quod 2*. g) multa 2*. h) hic *pro* licet 2*. i) debiterentur 2*. 24) hodie Alaschehr.

Progressis inde[a] Turci multa mala eisdem ingesserunt, iter eorum insequentes[b] eos- Mai. 14. que et iumenta eorum sagittis debilitantes. Secunda autem feria post pentecosten, cum[c] iam fama percrebuisset in omnibus finibus Turcorum, quod exercitus christianorum multam stragem[d] eis intulissent, mutuo se cohortantes in manu valida convenerunt, ut auxilium soltano ferrent et ultionem suorum facerent. Ipsa autem die christiani, spem suam in Deo figentes et beatum Georgium invocantes, ter congressi Turcis infinitam stragem fecerunt absque ulla sui deminutione[e]. Quibus autem Deus revelare voluit, ipsa die viderunt beatum Georgium cum multitudine albatorum[f] ęquis albis insidentium[g] albos clyppeos[h] preferentes, insignitos signo Domini rubei coloris. Qui etiam sub[i] iuramento asseverabant, eundem beatum Georgium filium soltani nomine Mylchin[k], qui prefuit Turcis, lancea quam ferebat ab equo deiecisse. Sic in perniciem Turcorum cum desevissent, fautorę Deo, nostri quarta Mai. 16. feria venerunt ad ortum[25], qui ante civitatem Yconium situs erat, ubi aggrestia animalia soltani inclusa pascebantur.

Perinde[l] imperator consilio cum suis habito fere usque ad noctis medium quos ad optinendam civitatem premitteret, decrevit ducem Sueviae, filium scilicet suum, et comitem Hollandiae Florentium nomine ad expugnationem civitatis mittere, ipse in castris insidias Turcorum sagaci animo operiens. Dux autem Sueviae cum sequacibus suis[m] ut ad civitatem *pag. 313. venit, impertesus[n] laboris — quippe * tota nocte pluerat et equi ex congerie luti multum laboraverant[o] —, invadens civitatem optinuit, obvios quosque sine miseratione necans; cum pater eius imperator Turcis retro molientibus insidias ęfficaciter resisteret et quam plures ex eis prosterneret.

Videns autem soltanus interitum et destitucionem suorum, necnon et civitatem captam, petivit ab imperatore dextras[p] sibi dari, spondens se ipsi ducatum prebiturum et in necessariis quibusque rebus profuturum. Imperator autem habiti laboris ex itinere non inmemor, nec tutum suis nec sibi reputans si moras ullas necteret, et castrum in quo soltanus in medio civitatis tutabatur obsideret, statuit proficisci.

Progressis[q] inde Leo de montanis cum victualibus copiosis occurrit, non quidem in bona fide, sed ut hoc optentu per terram suam minime transirent, eademque victualia a Turcis ablata sunt; unde peregrini tam fame quam morbo laborantes pene defecerant. Mo- Iun. 10. ventes autem castra cum ad ripam fluminis devenissent, imperator die dominica pene contra omnium voluntatem, cum diutino labore aestuaret, in fluvium[26] descendit refrigerandi gratia. Nec mora, iubente eo qui aufert spiritum principum, aquis prefocatus[r] obiit. Quod eo magis est flebiliter mirandum, quod idem fluvius non admodum altus erat, ita ut plerique testati sunt quia vado transiri potuisset. Sed Deus, cuius potentiae nemo resistere potest et sub quo curvantur qui portant orbem, fecit[s] sicut ei placuit: iuste quidem secundum[t] suae dispositionis incommutabilem et inflexibilem sentenciam, sed non misericorditer, si dici fas est, quantum ad ęcclesiae sanctae statum et terrae repromissionis vastitatem diutinam. In hoc autem loco et relatu tristi stilus noster deficit et sermo mutus est, explicare non sufficiens[u] peregrini exercitus in summo periculo deprehensi mestitudinem et angustiam; hoc quoque sentiendum, non legendum, iudicio uniuscuiusque relinquimus, ut penset quae vel fuit[v] vel fuisse poterit confusae et in terra aliena desolate multitudinis et capite diminutae vox, mesticia et desperatio. Sed hec actenus[w].

Mortuo igitur imperatore, exercitus filium eius Fridericum ducem Sueviae, virum mire strennuitatis et prudenciae, sibi prefecit; quo duce usque Antyochiam processum est, in qua per 8 ebdomadas recreati usque Tripolim, et inde usque Sur[x], grassante interea[y] morte tam nobilium quam ignobilium, cum difficultate venerunt. A Sur[z] processerunt pag. 314. Acram[27], que et Accaron[28], vel[a] [29] Ascalon. Cumque cum Ascalonitis triduano * bello conflixissent, predictus dux Fridericus diem clausit extremum. Quanta fuerit in huius viri corde circa Deum devotio, ex hoc constare potest omnibus, quod decumbenti cum a physicis[b]

a) ū 2. b) insequentis 2*. c) eum 2. d) stargem 2. e) diminutionem 2. f) abbatorum 2*. g) insedentium 2. h) clippeos 2. i) cum *pro* sub 2*. k) Milchim 2. l) Per vim *loco* Perinde *scribit* 2. m) suis *om.* 2. 2*. n) in partes laboris 2. o) laboraverunt 2. p) dextra 2*. q) Progressis *corr. ex* Progeessis 2. r) prefogatus 2*. s) fecit *om.* 2*. t) secumdum 2. u) sustiriens 1. v) quid fuerit vel fuisse *corr. ex* que vel fuerit vel fuisse 2; que vel fuerit 2*. w) actenus, *superscripta m. s. XV littera* h, 2; hactenus 2*. x) Surs 2. y) inter 1. 1*. 2; interea 2* z) Assur *codd.* a) vel *erasum in* 2. b) phiscis, *litt.* i *a manu s. XV superscripta*, 2.

25) i. e. hortum. 26) Cydnum. 27) i. e. Ptolemaidem. 28) vel potius Accon. 29) intellige: *et Ascalon.*

esset suggestum, posse curari eum, si rebus venereis[a] uti vellet, respondit: malle[b] se mori, quam in peregrinatione divina corpus suum per libidinem macularę.

Post hunc Heinricus quidam per 4 septimanas, ac deinde per 6 quidam Gerhardus exercitui prefuerunt[c]. Volentes autem pauperes Christi honestę magis mori quam ignominiose vivere, cum in obsidionę Acrae successum non haberent, applicuerunt ad Cayphas, multisque malis ibi afflicti reversi sunt versus Accaron. Desolati itaque ac vexati, et iacentes sicut oves non habentes pastorem, divisi sunt et dispersi ab invicem, et unusquisque in[d] viam suam ad patriam declinavit, incipientes a sanioribus[e].

Ita expedicio haec nutu Dei et incomprehensibili iudicio eius, sine quo nychil rectum incipitur nychilque sanctum perficitur, cassata et adnychilata est, nisi quod perpauci ex his, et nonnulli[f] ex eis qui navigio venerant, remanentes in expugnatione Acre modicum sunt prosperati.

Clemens papa obiit, cui Celestinus succedit[g].

*Primus annus imperii Heinrici VI.*[h]

Anno dominicae incarnationis 1191, ab Urbe autem condita 1943, Heinricus sextus filius Friderici 92[mo] loco ab Augusto imperare cepit et 7 annos post mortem patris imperavit. Hic in Apuliam ducens exercitum,

Anno incarnationis dominicae 1191.[i] rex natale Domini in Thuringia agit. Clemens papa obiit, cui Celestinus succedit. Heinricus rex in Apuliam ducens[k] exercitum,

Rome in imperatorem et Constancia[l] uxor eius in[m] imperatricem secunda feria pasche consecrantur. Apr. 15. Que consecratio procedere non potuit, donec imperator castrum Tusculanum in potestatem papae et Romanorum contradidit; quod illi statim expulsis et cesis habitatoribus destruxerunt. Erat ęnim inimicum eis, eo quod omne munimen imperatoris contra ipsos in illo constabat. [l]Eclypsis solis in mense Iunio, luna existentę 30.

Phylippus rex Franciae[n] et Richardus rex Angliae[o] et[p] Philippus comes Flandriae cum 500 navibus marę transeunt. Imperator in Apulia primo prosperis usus successibus, montem Cassinum cum civitate sancti Germani et centum sexaginta castella in dedicionem accępit, donec in Augusto mense aeris inconsueti intemperie corrupto[q] exercitu, omnes pene principes suos amisit, indeque[r] tandem relicta[s] uxore per dolum rediit. Obiit ibidem Phylippus Coloniensis archiępiscopus, cuius ossa[t] Coloniam delata et in domo sancti Petri condita sunt; successitque in locum eius Bruno maior 'ibidem[u] prepositus[v]. Rudolfus *pag. 315. Leodiensis ępiscopus obiit, cui ex discordia ęligentium duo successores destinati sunt, Albertus scilicet[w] archidiaconus, frater[x] ducis Brabantiae, itemque Albertus eiusdem ęcclesiae maior prepositus; sed prior suffragio cognatorum contra morem ęcclesiasticum armata manu intronizatur. Phylippus comes Flandriae in expeditionę moritur, cuius terra et comitatus postmodum comiti de Heinehau[y] cessit dono regis Franciae, qui et eodem anno de Iherosolimis rediit.

In transmarinis partibus bene a christianis contra ęthnicos[z] pugnatur. Nam cum per biennium circa obsidionem exercitus christianus et plurimi principes cum machinis et omni armorum[*] apparatu, quibus urbs scindi et expugnari posset[a], multum insudassent et parum profecissent, tandem Phylippus rex Franciae et Richardus rex Angliae cum Phylippo comitę Flandriae advenientes, forti obsidione civitatem vallaverunt, plurimas machinas[b] in circuitu statuentes. Muros etiam subfodere cupientes, machinas et alia instrumenta iuxta fossatum et muros fieri iusserunt, sagittarios[c] et fundibularios in eis statuentes, ut gentiles a menibus arcerent et fossores capita sua tuta a iaculis eorum haberent. Rex etiam Richardus ut quosque ad fodiendum robustiores redderet, spondet ut quicumque lapidem de presidio civitatis deferret suae presentiae, solidum denariorum pro munere ab

a) uen°is *cod.* 1; veneris 2; venenis 2*; venereis *Böhmer*. b) male, *litt.* l *m. s. XV. superscr.*, 2. c) prefuit *corr.* prefuerunt 1. d) in *om.* 2*. e) senioribus 2*. f) nunnulli, *a m. s. XV corr.* nonnulli, 2. g) *verba* Clemens — succedit *paullo post exhibet* 2. h) *rubrica in codd.* Primus annus Henrici imperatoris VI. *cod.* 2*. i) M.C.CCCI *cod.* 2*. k) *sic codd.* 2 *et* 2*. l) Castigantia *(sic)* 2. m) in *om.* 2*. n) Fransie 2. o) Aglie 2. p) et *om.* 2. q) corruptu 2. r) indieque 2; inde 2*. s) *sic scripsimus*, amissa *codd.*; *cfr. infra annum* 1193. t) ossam 2*. u) ibidem *om.* 2. v) propositus 2. w) silicet 2. x) super *pro* frater 2*. y) Hinehau 2 *et* 2*. z) ethinicos *codd.*, *sed in cod.* 2 *secunda m. corr.* ethnicos. *) armatura *corr.* armatorum 1; armatorum 1*. 2. a) possent 2. b) magenas, *m. s. XV. corr.* machinas, 2; magenas 2*. c) sagittatorios 2.

eo acciperet. Certatim multi periculo se ingesserunt[a] et cavatione permaxima facta*, igne supposito, murus[b] in conspectu tocius populi corruens fragorem maximum reddidit[c]. Turci vero, defensores civitatis, ad ruinam muri perterriti et longa obsidione fatigati, considerantes se non posse evadere nec civitatem diucius tueri, de vita et menbrorum salute precantur, sibi parci ab exercitu christiano deposcunt, claves urbis reddere in manus principum pollicentur.

Igitur consilio[d] inter reges et principes habito, tali conditionę consentiunt: ut incolumes ex ciuitate[e] in deditionem christianorum veniant, nuncios ad Saladinum mittant, ut crucem sanctam, quam abstulerat, et[f] civitatem Ierusalem restituat christianis[g]. Quod cum[h] factum fuisset, et Saladinus pro redemptione suorum neque crucem reddere, neque civitatem restituere vellet, 8 milia Turcorum ante muros civitatis a christianis decollantur, duo vero milia, qui pro salute sua regibus pecuniam maximam promittebant, vinculis mancipantur.

Capti sunt etiam ibidem[i] duo admirandi[k], Mustoch et Carcus[l], homo mire antiquitatis,
*pag. 316. ita ut[m] tempore *victoriosi ducis Godefridi extitisse et ducentorum 60[n] annorum esse diceretur. Hic erat consiliarius Salatini[o] multumque acceptus in eius curia, quoniam productior aetas multarum[p] rerum et arcium experienciam ei intriverat. Ibi etiam regibus et principibus ingressis civitatem, et christianis eam mundantibus, Richardus rex suspectam semper habens virtutem Alamannorum, signum ducis Austriae Lupoldi in culminę cuiusdam turris erectum in terram precipitari precepit. Quod ille indigne ferens sed tamen dissimulans, urbem[q] cum suis ęgressus tentoria ante menia civitatis posuit.

* postes et trabes sub fundamenta[r] murorum statuunt; sarmenta, stipulas et arida ligna, et omnia fomenta ignis conferunt. Post hec ignis inmissus magno spiramine suscitatur, qui[s] postes trabes et omnia ligna subposita in cinerem redegit, murus etiam in conspectu *etc. addunt codd.* 2 *et* 2*.

2.[t] Anno dominicae incarnat.[u] 1192.[v] imperator[w] natale[x] Domini in Suevia apud Hage-
Ian. 13. nove[y] cęlebrat. In octava[z] epiphanie curiam Wormatiae habuit, ubi ęlecto Coloniensi iura ępiscopatus sui duosque ducatus concessit, Wirziburgensibus[*] episcopum prefęcit. Alberto Leodiensę electo ibidem ex sentencia ępiscoporum et principum amoto, eo quod non canonicę intrasset, Lotharium Bunnensem prepositum substituit, quem ad audientiam apostolici Albertus statim vocavit. Episcopus Wormatiensis obiit, cui Heinricus prothonotarius imperatoris successit. Ignis mire magnitudinis versus Saxoniam et occiduas partes palam in
Mai. 31. celo visus est. In octava pentecostes Bruno in[a] archiepiscopum Colonie[b] consecratur a Iohanne Trevirensi archiepiscopo et episcopo Virdunense. Cui consecrationi ępiscopus Traiectensis et Monasteriensis cum adessent, interesse nolebant, eo quod sui iuris esse affirmabant, quod ipsi[c] eum iure suffraganeorum ordinarę deberent. Predictus Albertus Romam veniens, litteras a papa accepit ad Coloniensem archiępiscopum, quatinus eum in ępiscopum consecraret, vel si ipse hoc exsequi non posset vel timeret, Remensis archiępiscopus[d] hoc eius consensu impleret. Quod et factum est. Nam Coloniense ępiscopo infirmitate detento, Remensis eum consecravit secumque detinuit. Imperator ob huiusmodi
Sept. 17 – Dec. 6. simultates Renum claudi iussit Coloniensibus a festo sancti Lamberti usque ad festum sancti Nykolai[e]. Transiens etiam in inferiores partes venit Leodium, ibique bona quorumdam, qui cum Alberto contra Lotharium senserant, publicari iussit. Bellum grave in Westfalia inter comites terrae illius.

Estas ferventissima in Augusto mense subito teporę refriguit; unde febres acutae et quartanae passim in hominibus dominantur. Marchio Cunradus, qui in brachio virtutis suae terram promissionis iam diu solus defenderat, consilio Richardi regis Angliae dolo interficitur. Albertus quoque Leodiensis ępiscopus apud Remis obtruncatur; quod voluntate imperatoris esse actum[f] ferebatur.

a) iniecerunt 2*. b) etiam *add.* 2 *et* 2*. c) reddit 2. d) concilio 2. e) exeant *addunt* 2 *et* 2*. f) et *om.* 2. g) christianis restituat 2. h) dum 2. 2*. i) et ibidem 2. k) admiraldi 2. 2*. l) Caretis *corr.* 1. *m.* Carcus 1; Caretis 1*; Carcus 2 *et* 2*. m) ut et 2. 2*. n) ducentorum LX[a] 1; ducentorum quinquaginta 2 *et* 2*. o) Saladini 2. 2*. p) multorum *(sic)* 2. q) urbe 2. 2*. r) fundamento 2*. s) suscitaturque *cod.* 2 *et* 2*. t) Annus secundus *rubrica* 2 *et* 2*. u) incarnat. dominice 2. v) M.C.CII *cod.* 2*. w) Heinricus *addit* 2. x) ante natale 2. y) Hagenouue 2. z) octavus *(sic)* 2. *) Wirceburgensis 2; Virceburgensibus 2*. a) in *bis habet* 2. b) Coloniensem 2. c) opi *pro* ipsi 2*. d) ępiscopus *corr.* archiępiscopus 1. e) Nykolai 1; Nycholai 2 *et* 2*. f) actum esse 2.

3.[a] A. d. i. 1193. imperator natale Domini in Suevia *apud Egram[b] agit. Richardus rex Angliae rediens de transmarinis, ob mortem Cunradi marchionis et multa apud Acram[c] non bene[d] gesta, captus a ducę Austrasiae Lupoldo, et imperatoris custodiae traditur. Ignis in coelo etiam hoc anno visus est magnus et mirabilis cum stellis intermicantibus. Constantia imperatrix de partibus Apuliae rediens, per Ottonem illustrissimum[e] Romanorum prefectum imperatori reducitur. *pag. 317.

Domnus[f] papa Lotharium[g] Leodiensem ęlectum omnibus suis tam in spiritalibus quam in carnalibus privari iubet pro obiectu mortis domni[h] Alberti. Imperator ergo Symonem, filium Heinrici de Limburch[i], ępiscopum Leodiensibus prefęcit, concilians sibi per hoc favorem omnium comitum et nobilium Lotharingiae, qui predictam ob mortem Alberti omnes penę ab eius gratia defecerant.

Adolfus[31] maior in Colonia prepositus in archiępiscopum ęligitur, resignante curam eius Brunone[k] ob defectum aetatis et virium; idemque in monasterio, quod Berge dicitur, in habitu monachico obiit ibique sepultus[l] est.* Ordinatus est autem idem Adolfus[m] sabbato Sicientes[n] in presbyterum, et sequenti die Iudica me in archiępiscopum consecratus ab Herimanno Monasteriensi ępiscopo, presentibus Cunrado[o] Moguntino archiępiscopo et Mundensi ępiscopo. 31 Apr. 17. 18.

* iuxta fratrem suum Fridericum secundum *addit* 3.

4.[p] A. d. i. 1194.[q] imperator secundam expeditionem facit in Apuliam.

Richardus rex Angliae datis 170 milibus marcarum captivitate solvitur et repatriat.* Domnus papa promotionem Symonis Leodiensis[r] electi improbans, Albertum eiusdem ęcclesiae archidiaconum[s] ordinari precipit in ępiscopum. Episcopus Traiectensium terram Fresonum invadens, cum multo suorum dampno rediit. Episcopus Mogontiensis cum lantgravio ęventu vario confligit. Lupoldus dux Austrasie obiit. Lotharius Leodiensis ęlectus obiit.

* In Maio vinee floruisse vise sunt *addit* 2.

5.[t] A. d. i. 1195. Heinricus imperator, vir experte felicitatis, tam inopinata quam exspectabili victoria potitus, totam Apuliam Siciliam et Calabriam sibi subiugavit; filiam quoque regis Greciae[32], quae Tancredo nubere debuerat, fratri suo Phylippo uxorem dedit cum partę quadam Apuliae. Marroch[u] rex Affricae 25 summarios, auro et lapide precioso multisque donis oneratos, imperatori mittit. Imperator ut vir Deo plenus recolens miserias et captivitatem christianorum in terra promissionis, ad liberationem eius animum intendit, scribens ab Apulia[v] omnibus in Theutonica terra constitutis[w] in hunc modum: 32

*Heinricus[x] Dei gratia Romanus[y] imperator,* **rex Siciliae[z] et semper augustus, dilectis ac fidelibus suis archiępiscopis, abbatibus et ęcclesiarum prelatis, gratiam suam et omne bonum. Universitati vestre duximus significandum, quod per gratiam Dei regno Siciliae nobis subiugato et in bonum statum redacto, ad honorem eius qui brachia[*] sua[a] extendit, in crucem pro nobis immolatus, recolentes[b] miseriam et angustias, que terra promissionis peccatis[c] nostris[d] exigentibus feritate paganorum intolerabiliter oppressa sustinet, in sollempni curia apud Barum, in festo resurrectionis[e] Domini celebrata, pro redemptione eiusdem terrae mille quingentos milites et totidem sargantos[f] in expensis nostris a Marcio usque ad annum transmittere[g] decrevimus, et hoc manifestę spopondimus, unicuique militi 30 uncias auri et tantum annonae quae ei ad annum sufficiet, daturi. Pecuniam vero ubicumque naves ascendent eis dabimus, annonam autem traduci faciemus, et ex illa parte maris ubi naves applicuerint, eis presentabimus. Milites itaque et sarganti iurabunt obedire illi, quem magistrum eis ac ducem constituemus, et per annum stare in servitio Dei. Et si aliquem eorum ex hoc[h] mundo migrare contigerit[i], quicquid de pecunia vel annona ei data reliquerit, nulli assignare poterit, sed pro consilio[k] magistrorum ac ducum exercitus alii, qui vicem eius compleat et pro ipso serviat,* *pag. 318. Apr. 2.

a) Annus tercius *rubrica* 2 *et* 2*. b) agram *corr.* egram 2. c) Acaram 2. d) benigne 2. e) illustrissimorum *corr.* illustrissimum 1. f) Dominus 2. g) Lotharum 2. h) domni *om.* 2. i) Limburg 2. k) B. quarto 3. l) *sic codd.* 2. 2* *et* 3; defunctus est 1. m) Odolfus 2. n) scientes 2. o) Conrado 2. p) Anus *(sic)* iiii. *rubrica* 2 *et* 2*. q) 1194—1197. *annorum numeri e correctura* 1. r) Leodiensi 2. s) archi *corr.* archidiaconum 1; *verbum om.* 2*. t) Annus V. *rubrica* 2. u) Marroht 2*. v) Epulia 2*. w) constitutus 2. x) H. 1 *et* 2*; Henricus 2. y) romanorum 1*. 3. z) Cicilie 2. *) brachio 2*. a) suo 2*. b) reccolentes 2. c) p̄ ceteris *codd.* d) nostris *addit Böhmer, deest in codd.* e) resurrexionis, *m. s. XV. corr.* resurrectionis, 2. f) sargantes 2*. g) transmitere 2. h) hoc *om.* 2. i) contigeret 2. k) concilio 2.

31) de Altena, frater Brunonis. FR. 32) Irenen. FR.

*assignabitur. Mandamus igitur universitati vestre rogantes, ut hanc voluntatem nostram militibus et bonis hominibus in dyocesi vestra constitutis insinuarę curetis, ut si qui eorum ad propulsandas iniurias Christo et christianitati illatas instinctu divino ire voluerint, infra terminum* Apr. 12. *predictum ad iter se preparent. Datum apud Tranum 2. Idus Aprilis.*

Tirsach[a] rex Greciae a fratrę suo cecatur et cum parvulo filio Alexio de regno eicitur. Imperator de Apulia revertitur cum gloria et diviciis incomparabilibus. Cunradus palatinus comes de Reno obiit, cuius dignitates et beneficia Heinrico, filio Heinrici quondam ducis Saxoniae, cesserunt. Is ęnim filiam eius unicam duxerat. Facta est hoc anno irruptio paganorum valida et bellum ingens contra christianos in finibus Hyspaniae et Galatiae[b], ita ut rex Hyspaniae metu periculi, conditione cum eis facta, in regnum regis Franciae[c] demigraret, pacta pacę cum ethnicis usque in pentecosten sequentis anni. Bellum antiquum recrudescit inter Phylippum regem Franciae[d] et Richardum Angliae; rex autem *pag. 319. Franciae[d] prevalet. Domnus papa cardinales duos[e] a laterę suo mittit in Galliam *et quaqua versum, convenire et hortari omnem virum bonum[f] et stennuum ad subeundam peregrinacionem pro honore Crucifixi et crucis eius. Innumera ergo multitudo hominum crucem sibi assumit[g] in nomine Domini.

6.[h] A. d. i. 1196. imperator in Apuliam denuo proficiscitur[i], premissis sargantis in- 33 numeris, quos duxit Marquardus[33] dapifer eius, cui et marchiam Anconiae[k] et alia quaedam beneficia contulerat. Estas frigida et humida. Penuria frumenti et annone magna facta est, quae et in sequentem annum usque duravit; eratque fames valida, et pene omnium victualium penuria[l] inaudita. In Saxonia mulier quaedam 4 infantes infra 3 menses genuisse dicta est. Bellum inter christianos et ęthnicos in terra sancti Iacobi factum est. Episcopus Baldewinus[m] Traiectensis obiit. Imperator ab omnibus imperii principibus summa precum instancia optinet, ut filium suum Fridericum nomine, vix triennem, in regem ęligant, omnesque puerulo fidem et sacramenta prestant preter Adolfum Coloniensem archiępiscopum, qui tunc quidem in hoc minimę consensit, sed postmodum apud Bobardiam[n] consensit, iuramentum ibi prestans coram Phylippo duce Sueviae, fratre imperatoris. Felicis[o] memoriae Heinricus abbas obiit, cui Waldeverus successit, abbas Sancti Pauli in Traiecto, antea[p] monachus ecclesie nostrae.

7.[q] Anno dominicae[r] incarnat. 1197. imperator in Apulia moratur. Ibi quosdam principes, qui in necem eius conspirasse dicebantur, diversis penis occidit. Rumor[s] etiam de eo ac[t] imperatricę[u] Constancia varia seminat, scilicet quod ipse in variis eventibus preventus etiam in vite periculo sepe constitutus sit, quod imperatricis voluntate semper fieri vulgabatur. Penuria annone et frumenti magna et fames valida, ita quod maldrum siliginis in partibus Reni ad 15 solidos vendebatur. Plaga miserabilis grassatur. Nam lupi in partibus circa Mosellam plures homines devoraverunt. Eodem etiam[v] anno[w] quibusdam iuxta Mosellam ambulantibus apparuit fantasma mire magnitudinis in humana forma ęquo nigro insidens. Quibus timore[x] perculsis[y], id quod videbatur[z] ad eosdem[*] audacter[a] accedens, ne pertimescant[b] hortatur. Teodericum[c] quondam regem Verone[d] se nominat[e], et diversas calamitates et miserias superventuras universo Romano imperio denunciat. Hec et alia plura cum eisdem contulit, et ab eis recedens[e] ęquo quo sedebat Mosellam transivit[f], et ab oculis eorum evanuit[g].

Igitur[h] rumor[i] de obitu imperatoris emergens homines pravos et pestilentes ad predam et direptionem quaquaversum instigavit, qui tamquam lupi rapaces in destituta

*inter Constantinopolitanos fortior et pulchrior dicebatur, cum aliis quibusdam peremptus est. Crastina quoque die quedam cohors militum civitatis per portam Blacherne exivit ea parte, qua ingenia nostra bellica erigi feceramus; sed Deo iuvante retromissi sunt turpiter et potenter. Tunc quidam retentus est vir nobilissimus, potentior et in milicia melior omnibus Constantinopolitanis, qui consiliarius imperatoris erat. Die Mercurii post ordinationem fuit et propositum, quod in crastino fieret ad civitatem assultus, videlicet dux Veneti per mare, comes Flandrensis[a], comes Ludowicus[b] per terram assilirent, et marchio cum illis. Ego siquidem et M. de Montmorenei[c] et marsculcus Campaniae O. de Sancto Cyrone, dum assultus fieret, custodiremus exercitum forinsecus inter vallum et campos[d]; et sic fecimus. Facta autem ordinatione et proposito terminato, dux et Venetii cum quibusdam de nostris, qui navigio potenter instabant, prope muros navibus applicatis, scalas muris acclinantes, intraverunt cum virtuoso impetu civitatem, 30 turribus lucri factis[d*], iuxta quantitatem atturbati, et de civitate non modicum combusserunt. Nostri quoque suos per terram facientes insultus, scalis similiter muro[e] appositis, suas super muros posuerunt banerias et vexilla. Minitores vero muros inferius subcavantes, unam turrim straverunt. Tunc imperator, civitatis incendio et nostris insidiis undique coartatus, constituit* *pag. 333. *ad portas singulas, *quae ad campos exitum faciebant, turmas militum non paucorum, ut nos circumquaque assilirent[f] et invasos involverent et truncarent. Econtra nos similiter nostras ordinavimus pugnas, comes Flandrensis[g] cum suis, ego quoque cum meis, uterque in suo cuneo consistens. Fecimus autem custodiam, et ęquitavimus ordinate et coniuncti contra proelium nobis contrarium, eos adeo appropinquantes, quod eorum sagittarii et balistarii[h] trahebant in nos, nostri quoque in ipsos. Cum ipsi viderent nos magnanimos esse et constantes, ordinate procedere et seriatim, et nos non posse faciliter expugnari vel corrumpi, ipsi valde perterriti et confusi cedentes[i] nobis, non ausi fuerunt Dei gratia dimicare nobiscum. Et sciatis, quod non fuimus in toto exercitu nostro plures quam quingenti milites et totidem ęquites, sarиantes non[k] habuimus plures quam duo milia[l] peditum; maior enim pars statuebatur ad ingenia nostra conservanda[m]. Videntes[n] autem eos fugere et abire, noluimus[o] insequi, ne forte per eorum dolos et insidias exercitui nostro et bellicis machinis nostris vel turribus, quas Veneti ceperant, dampnum inferrent. Imperator vero rediens nocte ad palacium suum, asseruit se in crastino pugnaturum nobiscum. Eadem autem nocte media imperator latenter aufugit. Die vero Iohannis, sicut imperator promiserat, debuimus pariter dimicare. In crastino Deo cooperante fuit civitas reddita nobis, et tunc fuerunt 8 dies completi a civitatis obsidione. Tunc vero Tirsacus imperator et imperatrix uxor eius, videlicet soror regis Ungariae, qui diu in horrore carceris tenti fuerant et inclusi, nobis gratias multimodas[p] referentes mandaverunt, quod per Dei gratiam et nostrum auxilium fuerant a carcere liberati, et quod decus imperii rehabebant, et nos in crastino veniremus in palacium tamquam in nostrum cum filio suo diu desiderato; et ita fecimus et manducavimus cum eis cum magnis exultacionibus et[q] honore sollempni. Hoc ęquidem vos scire volo, quod eo usque in negocium Salvatoris processimus, quod orientalis ęcclesia, cuius olim metropolis erat Constantinopolim, cum imperatore et universo imperio eius capiti suo Romano pontifici, sicut fuit antiquitus, renodata, Romanae ęcclesiae sese esse filiam recognoscit et vult de cetero eidem more solito humiliato capite devocius obedire. Ipse etiam eiusdem ęcclesiae patriarcha huic aspirans operi et applaudens, sue dignitatis pallium a summo pontificę recepturus Romanam sedem ulterius adibit, et ipse super hoc[r] cum imperatore* *pag. 334. *iuramenti prestitit cautionem. Nos[s] igitur tot et tantis utilitatibus[t] *provocati et spe sancta futurorum bonorum detenti, apud civitatem prescriptam proposuimus hyemare et hoc[u] id fratribus nostris qui in transmarinis partibus nostrum prestolantur adventum curavimus nunciare, ut ipsi, auditis nostrorum rumoribus gaudiorum, quorum esse eos participes preoptamus[v], amminiculo sanctae spei suffulti nos Constantinopolim expectent. Noveritis etiam[w], quod accepimus tornamentum contra soltanum Babyloniae ante Alexandriam. Si quis ergo Deo vult servire, cui servire est regnare[x], et nomen habere milicie conspicuum et clarum, tollat crucem et sequatur Dominum et veniat ad tornamentum Domini, ad quod ab ipso Domino invitatur. Valete.*

a) Flandriensis 2. b) Ludewicus 2. c) Montmorenei 1. 1*. 2; Montmorener 2*. d) campum *corr.* campos 1. d*) fractis 1. 2. e) muros 2*. f) circumquaque irent 2. g) B. *addit* 2. h) ballistrarii 2. i) sedentes 2. k) non *om.* 2. l) undecim milia 2. m) conservenda 2. n) Hec videntes 2*. o) voluimus *post corr.* noluimus 2. p) multimodes 2. q) in 2*. r) hec 2. 2*. s) Hos 1. 2; Nos 2*. t) ulitatibus 1. *corr.* utilitatibus 1*. u) hec 2. v) optamus, *sed* participes *in loco raso scriptum est* 2. w) et 2. x) regnare est 2. 2*.

**Qualiter autem Tirsachio mortuo Alexius se ab eis abalienaverit et mala pro bonis reddiderit, et quomodo ab eis capta civitate Baldewinus comes Flandrie in imperatorem sublimatus sit, per hanc epistolam, quam idem comes Adolfo Coloniensi archiepiscopo transmisit, cognosci[a] potest:**

### *Epistola*[b].

*Reverendo patri*[c] *suo et karissimo domino*[d] *et consanguineo suo A. Dei gratia Coloniensi archiepiscopo Baldewinus eadem gratia fidelissimus in Christo imperator a Deo coronatus, Romanie*[e] *moderator et semper augustus, Flandriae et Hinehau*[f] *comes, consanguineus et fidelis suus, omnem beatitudinem vitae quae nunc est et futurae. Cum christiane religionis zelo, immo et nostre speciali amore personae, que circa nos aguntur paternitas vestra scire desideret, serenitati vestre declarandum esse decrevimus, quam mira circa nos usa sit divina clementia novitate, quamque non nobis quidem sed nomini suo gloriam dederit omnibus seculis admirandam. Mirabilibus eius circa nos semper mirabiliora succedunt, ut etiam infidelibus dubium esse non debeat, quin manus Domini operetur haec omnia, cum nichil speratum a nobis aut provisum ante contigerit, sed tunc demum nova nobis Dominus procurarit*[g] *auxilia, cum nychil humani videretur superesse consilii. Et quidem*[h]*, si bene meminimus, per litteras paternitati vestre*[i] *transmissas*[k] *nostri progressus et status narrationem eo usque deduximus, ut urbe populosa capta violenter a paucis, tyranno fugato ac filio Tyrsachii*[l] *Alexio coronato, mora nostra promissa foret et ordinata per hyemem, ut potenter optinerentur si qui resistere videbantur Alexio. Et nunc breviter narranda suscipimus*[m] *quae circa nos postea contigerunt, eo prenotato, quod sicut non opera hominum fuere sed Dei, quae Grecis intulimus, ita non hominum opera fuere sed demonum, quae cum imperatore novo Grecoque per omnia Grecia nobis ex perfidia*[n] *consueta retribuit. Nos *siquidem, ne discordie fomitem inter nos et Grecos ministraret moribus nostris adversa barbaries, de civitate exeuntes ex adverso civitatis interiacente* *pag. 335. 1204. *portu ad preces imperatoris castra posuimus; et ex insperato, seu innata malicia, seu Grecorum seductus perfidia, animo recedit à nobis cui tanta beneficia contulimus. Ipse enim in omnibus nobis promissis*[o] *cum patre, patriarcha et mole nobilium, periurus et mendax, tot incurrit periuria quot*[p] *nobis prestitit iuramenta. Unde nostro tandem destitutus auxilio, proelia contra nos meditatur incassum, et navigii, quod eum*[q] *adduxerat et sublimaverat ad coronam, procurat incendia; sed voto tam crudeli Deo nos protegente fraudatus*[r]*, fit pars sua per cuncta deterior, et hominum suorum cedes, incendia et rapinae proveniunt. Inminente foris pugna intus timoribus coartatur, imperatorem ei emulum parantibus Grecis, ea occasione captata*[s]*, quod nullum ad auxilium nostrum deberet habere confugium. Cumque eidem evadendi spes*[t] *unica restaret in nobis, iuratum sibi quendam Morchuflum*[u] *nomine, sanguine sibi propinquum*[v]*, de quo pro beneficiis sibi impensis super omnes alios confidebat, mittit ad exercitum nostrum, qui Blakerne palacium nobis sub imperatoris et suo iuramento promittit in obsidium donec nobis cuncta promissa reddantur. Accedit ad palacium recipiendum nobilis marchio; illudit Alexius marchioni, et quos iam nobis dederat spretis obsidibus, consueta periuria non veretur. Nocte insecuta Morchuflus*[w] *domino suo periurus et nobis, Grecis reddendi nobis palacii revelat archana, atque ex hoc in perpetuum eis eripi libertatem, et ad hoc modis omnibus veniendum esse declarat, nisi deiciatur Alexius. Cuius proditionis merito tercius in urbe imperator attollitur. In dominum dormientem et rei nescium sacrilegas mittit manus, eumque carcere tetro includens, tercium, Nykolaum quendam qui*[x] *apud Sanctam Sophiam imperiales infulas noviter usurparat, traditum sibi a Grecis, qui eum creaverant, proditione, rursus incarcerat*[y]*. Mortuoque post modicum Tyrsachio, qui animum filii sui pre omnibus, ut dicebatur, à nobis averterat*[z]*, acclamante clero Grecorum et populo ut de terra tolleremur in brevi, tantum sanguinem nostrum sicientibus Grecis, proelia contra nos proditor indictus instaurat; urbem machinis et propugnaculis muniunt, quorum numerum nemo viderat umquam. *Cumque murus* *pag. 336. *mire latitutinis, lapidibus minutis cementoque tenacitatis et firmitatis antiquae constructus, in altum valde consurgens, turres haberet amplissimas, pedibus circiter quinquagenis et paulo plus minusve distantes, inter quaslibet duas à parte maris, quo noster timebatur assultus, turris*

a) cognossi 2. b) Epistola *rubr. in* 1; *deest in* 2. c) Reverendo patri *rubr. in* 2. d) domino karissimo 2. e) Romanorum, *tam. m. r. corr.* Romanie 1; Romanorum 2 *et* 2*. f) Hinchaut 2*. g) procuraret 2*. h) siquidem 2. i) nostro 2. k) transmissa 2. l) Tyrsachii *corr.* Tyrsachi 2. m) suscepimus 2. n) perfidem 2. o) nobis promissis *hoc loco omittit et paullo infra post* nobilium *posuit* 2*. p) quod 1. 1*. 2. q) cum 2*. r) fraudatur 2. s) capptata 2. t) spem 2*. u) Morchulfum 2. v) propincuum 2. w) Morchulfus 2. x) sibi 2. y) incarceratur 1. 1*. 2; incarcerat 2*. z) everterat 2.

1204. *lignea erigitur super murum stationibus tribus aut quatuor, multitudinem continentibus armatorum, nychilominus etiam inter quaslibet duas turres seu petraria seu magonellus erigitur. Turribus autem supererigantur ligneae turres altissimae stationum sex, super quam suppremam stationem adversum nos porriguntur scale, apodiaciones*[45] *ex utraque parte et pro-*
45 *pugnacula continentes, paulo minus excelsis scalarum capitibus, quantum iacere in altum posset arcus á terra. Murum etiam ipsum murus circumcingit*[a] *inferior dupplexque fossatum, ne muris ulla applicari valerent ingenia, sub quibus possent latitare fossores. Interim mari terraque nos attemptat perfidus imperator, nos semper Domino protegente et suos frustrante conatus. Nam preter ordinationem nostram ad predam victualium procul exeuntibus*[b] *nostris usque ad millę animas hominum pugnatorum, imperator occurrit in multitudine gravi. Primo congressu dissipatur omnino, cesis captisque non paucis sine dampno nostrorum, fuga ignominiosa consulens sibi clippeum abicit, arma deponit, et nostris vexillum imperiale dimittit nobilemque quam sibi preferri fecerat yconam*[c]*, quam ordini Cisterciensi nostri*[d] *dedicavere victores. Iterato navigium nostrum flammis*[e] *aggreditur, intempesteque noctis silentio* 16 *suas navęs incensas*[f]*, velis in altum expansis et inferius colligatis ad proram, flante fortiter austro, nostras mittit in naves, sed Domino facientę cum multo laborę nostrorum custodimur indempnes*[g]*, et ardentibus navibus clavis infixis, catenis herentibus, nostrorum remigio trahuntur in pelagus, et ab inminenti mortis periculo á Domino liberamur. Nos igitur eum terrestrem provocamus ad pugnam, et ponte atque amnę transmisso*[h]*, qui exercitum nostrum separabat a Grecis, cuneis ordinatis, ante portam diu stetimus regie civitatis et palacii imperialis, quod Blankerna nuncupatur, in nomine Domini agminum Israel, precedente*[i] *cruce vivifica, parati ad proelium Grecos excipere si eis placuisset exirę. Et quidem*[k] *pro milicie exercitio exeuntem nobilem quendam nostri pedites trucidarunt. Sic in castra reversi terra marique sepius provocamur, sed dante*
pag. 337. *Domino semper ac triumphaliter*[l] *obtinemus. Mittit ad nos pacis ficte legatos perfidus incumbator imperii, postulat et obtinęt cum ducę colloquium. Cumque eidem dux magnanimus obiecisset, quod*[m] *nulla cum ęo pacis posset ęssę sęcuritas, qui dominum suum carcere conclusissęt postposita iurisiurandi religione et fidei, et ipsi pr ripuisset*[n] *imperium, eidemque bona fide consuleret*[o] *ut dominum suum restitueret et humiliter veniam postularęt, nostras etiam pro se promitteret preces, et quod cum eodem domino suo misericorditer, si vellet, agere deberemus, ac quicquid contra nos egerat venenose, si rediret ad animum, imputare vellemus etati lapsuique*[p] *consilii — et ille vana verba subintulit, quia que responderet rationabiliter non habebat. Obedientiam autem Romani pontificis et subventionem sancte terrae, quam iuramento et scripto imperiali firmarat Alexius, adeo refutavit, ut vitam amitterę preeligeret Greciamque subverti, quam quod Latinis pontificibus orientalis ecclesia subderetur. Noctu*[q] *igitur insequenti dominum suum latenter laqueo suffocat in carcerę, cum quo ipsa dię prandium sumpserat. Inde et clava ferrea, quam tenebat in manu, latera morientis et costas inaudita crudelitate confringit, casuque vitam, quam laqueo extorserat, confingit ereptam, hac*[r] *imperiali sepultura concessa, propalatum omnibus scelus funeris honore dissimulat. Sic nobis hyems tota perficitur, donec, navibus nostris scalis aptatis et instrumentis bellicis preparatis, nos et nostra recipientes*
Apr. 9. *in navibus,* 5. *Idus Aprilis, hoc est feria sexta ante passionem Domini*[46]*, unanimiter pro honore sancte Romane ęcclesie et subventione sanctae terre navali proelio invadimus civitatem; et ea die non sine multo tamen sanguine fuimus tanta perpessi, ut inimicis nostris in obprobrium verteremur, quorum ea die pars fuit per cuncta superior, adeo ut tracta in terram Grecis compelleremur bellica nostra machinamenta relinquere, et infecto negocio ad ripam redire cogeremur adversam, ea die ut videbatur inutiliter fatigati. Conturbati vero plurimum et conterriti, sed demum in Domino roborati, definito consilio rursus instauramur ad pugnam quarta*[s] *die,*
Apr. 12. 2. *Idus Aprilis, hoc est feria secunda post passionem Domini; flantę borea rursum applicamur ad muros, scalis navium scalis turrium applicatis cum multo labore nostrorum, permultum*[t] *resistentibus Grecis; sed ex quo comminus gladios sensere nostrorum*[t]*, non diu belli anceps duravit eventus. Due siquidem naves pariter colligatae, que episcopos nostros Suessionis*[u] *videlicet ac Trecenensis deferebant, quarum erant insignia paradysus et peregrina, prime scalis*

a) circumgingit *corr.* circumcingit 1. b) exeunt 2*. c) yconiam 2. d) nostro 2. e) flamis 2. f) incensa 2. g) indepnes 1. h) transito *corr. ex* transmisso 2. i) presedento 2. k) siquidem 2. l) triumphanter 2*. m) quot 2. n) proripuisset 1. 1*. o) consulerent 2. p) lapsuive 2. 2*. q) Nocti 2. r) hac 1; ac 2. s) et quarta die, 2. Idus *cod.* 2. t) permultum — nostrorum *om.* 2*. u) Sewsionis 2.

45) i. q. adminiculum. 46) Dominica passionis Domini, i. e. Iudica, anno 1204 in diem 11. Aprilis incidit.

*suis scalas turrium attigerunt, et felici auspicio peregrinos pro paradyso certantes hostibus* 1204.
*admoverunt; prima muros obtinent vexilla pontificum, *ministrisque celestium secretorum* * pag. 339.
*prima conceditur de celo victoria. Irruentibus[a] igitur nostris cedit Domino iubentę infinita multitudo[b] pro paucis, et propugnacula relinquentibus Grecis, nostri audacter militibus portas aperiunt[c]. Quorum cum imperator, qui non procul a muris in tentoriis stabat armatus, conspicaretur ingressus[d], statim tentoria dereliquit et fugit; nostri cedibus occupantur, civitas capitur populosa; recipiuntur in palaciis[e] qui nostrorum enses effugiunt, multaque cede facta Grecorum, nostri sese recolligunt, advesperascente iam die arma[f] deponunt, de assultu palaciorum in crastino tractaturi. Suos recolligit imperator et crastinam hortatur ad pugnam, asserens quod nostros in potestate nunc habeant intra[g] murorum septa conclusos, sed nocte latenter dat terga devictus. Quo comperto Grecorum plebs attonita de[h] constituendo imperatore pertractat, et dum mane facto ad nominationem cuiusdam Constantini procedunt, pedites nostri non exspectata deliberatione maiorum ad arma prosiliunt, et terga dantibus Grecis, munitissima et fortissima[i] palacia relinquuntur[k], totaque in momento civitas obtinetur. Diripitur equorum innumera multitudo; auri et argenti, sericorum, preciosarum vestium atque gemmarum, et omnium eorum que ab hominibus inter divitias computantur, tam inestimabilis habundantia[l] repperitur, ut tantum tota non videretur possiderę Latinitas. Et qui antea pauca negaverant, cuncta nobis divino[m] iudicio relinquunt[n], ut secure dicamus, ut maiora his mirabilia[o] circa bellorum casus nulla umquam narret hystoria, ut impleta prophetia manifeste videatur in nobis,*
*que dicit: „Persequetur unus ex vobis centum alienos;" quia si inter singulos victoriam par-* Iosua 23. 10.
*ciamur, quilibet ex nostris non pauciores[p] aut vicit aut possedit[q]. Nunc autem non nobis victoriam usurpamus, quia salvavit sibi dextera Domini, et brachium virtutis eius revelatum est nobis. A Domino tantum[r] factum est istud, et super omnia mirabilia mirabile est in oculis nostris. Ordinatis igitur que disponenda rerum poscebat eventus, ad electionem imperatoris unanimiter ac devote procedimus, et omni ambitione seclusa, cum 6 baronibus Venetorum venerabiles viros episcopos nostros, Suessionis[s], Halverstadensem[t] ac Trecensem[u] et dominum[v] Betlehemitanum[w], qui a partibus transmarinis apostolica auctoritate nobis fuerat delegatus, Acconensem[x] electum abbatemque Lucedii, imperatoris sub Domino nostro[y] constituimus electores. Qui oratione[z] pre-*
*missa ut decuit, dominica Misericordia[a] Domini personam nostram, quod a nostris meritis procul[b]* Mai. 9.
*erat, unanimiter ac sollempniter elegerunt, divinis laudibus clero ac[c] populo[d] acclamante; se-*
*quentique dominica in[e] qua „Iubilate[f] Deo[g]" cantatur, precipiente Petro[h] regem honorificari* Mai. 16.
*eique *obediri quasi precellenti, et ewangelia annunciante quod gaudium nostrum nemo tollet a* * pag. 339.
*nobis, cum ingenti honore ac tripudio, more[i] etiam suo applaudentibus Grecis, ad honorem Dei et sancte Romane ecclesie ac subventionem[k] terre sancte gloriose coronatum, ad imperii fastigia Deo et hominibus amabiles patres memorati pontifices[l] cum universorum applausu et piis lacrimis sublimarunt. Aderant incole terre sancte, ecclesiastice militaresque persone, quorum pre omnibus inestimabilis erat et gratulabunda leticia, exhibitumque Deo gratius obsequium asserebant, quam[m] si civitas sancta christianis esset cultibus restituta, cum ad confusionem perpetuam inimicorum crucis, sancte Romanae ęcclesie, terre Iherosolimitane, sese regia civitas devoveret, que tam diu, tam potenter adversaria stetit et contradixit utrique*. Denique divina iusticia*

* Hec est enim, que spurcissimis gentilium ritu pro fraterna societate sanguinibus alternis ebibitis, cum infidelibus ausa est sepius amicicias firmare ferales et[n] eosdem mamilla diu lactavit uberrima, et extulit in superbiam seculorum, arma naves et victualia ministrando. Quod e contrario fecerat peregrinis, magis edocere sufficiunt in omni Latinorum gente exempla quam verba. Hec est, que in odium summi pontificis apostolorum principis audire[47] vix poterat, nec unam eidem inter Grecos ecclesiam concedebat[o], qui omnium ecclesiarum accepit ab[p] ipso Domino principatum, et, sicut eorum recolit recens memoria qui viderunt, legatum apostolicum morte tam turpissima dampnavit, ut pro apostolici culminis reverentia[q]

a) Iruentibus 2. b) multitudo infinita 2. 2*. c) apperiunt 2. d) ingressum 2. e) regalibus *addunt* 2 *et* 2*. f) fessi *addit* 2. g) intra 1; inter 2. h) de||stituendo 1; destituendo *reliqui.* i) fortiss. et munitiss. 2. 2*. k) reliquntur 1. 2. l) habun||tia 2. m) cuncta divino nobis 2. 2*. n) relinqunt 2. o) mirabiliora 2. p) quam centum *addunt* 2 *et* 2*. q) aut obsedit aut vicit 2. r) tamquam 2*. s) Sewsiōn 2. t) Halverstadensis, *corr.* Halverstadensi, *ac deinceps* Halverstadensē = Halverstadensem 1; Halverstadensis *corr.* Halverstadensi 2. u) ac Trecen̄ (= Trecensem) 1; et Trecenum 2. v) dominumque 2. w) Bethleemitanum 2. x) acconē 1. 1*. 2. y) nostro sub domino 2. 2*. z) orationem 2*. a) Misē||ricordiā 1; Misericordia 2. b) protul 2. c) et 2. d) pariter *addunt* 2 *et* 2*. e) in *om.* 2 *et* 2*. f) Iubilātē 1; Iubilātē 2. g) Deo *om.* 2. h) apostolo *addunt* 2 *et* 2*. i) more *om.* 2. k) subventione 2 *et* 2*. l) pontificis 2*. m) q̄m (quoniam) *codd.* 1. 1*. 2. n) et *om.* 2*. o) consedebat 2. p) ap 2. q) reverentia *om.* 2*.

47) scil. nomen.

*nostroque[a] ministerio digna ultione percussis[b] et expulsis hominibus, Deum odientibus[c], terram nobis dedit omnium bonorum copiis affluentem, frumento, vino et oleo stabilitam, fructibus opulentam, nemoribus, aquis et pascuis speciosam[d], ad manendum spaciosam[e], et cui similem non continet orbis aere temperatam. Sed nec in his desideria nostra subsistunt, nec ab humeris nostris sustinebimus vexillum regale deponi, donec, terra ipsa incolatu stabilita, nostrorum partes[f] debeamus invisere transmarinas, et dante Deo propositum peregrinationis implere[g]. Speramus enim in domino Ihesu, quod qui cepit in nobis opus bonum ad laudem et honorem[h] nominis sui, inimicorum crucis depressionem perpetuam perficiet, confirmabit solidabitque. Celsitudinem igitur vestram propensius exoramus in Domino, ut glorie huius atque victorie et spei preoptate, cuius hostium[i] magnum nobis[k] apertum est, velitis ęssę participęs. Quod absque ulla vobis dubitationę continget, si terre vestre nobiles et ignobilęs, cuiuslibet conditionis aut sexus, eisdem desideriis accensos, ad nostras inmensasque divitias capessendas[l] temporales pariter et eternas[m], non solum permissa licentia, sed salutaribus monitis[n] accendatis. Universis enim dante Deo sufficimus, quos nobis christiane ręligionis zelus adduxerit, universos volumus simul et possumus secundum status suos varietatemque natalium et augerę divitiis et honoribus ampliare.*

Item ipso[o] anno Theodericus[p] comes Hollandie moritur, et traditur comiti de Lo provincia[q] cum filia sua. Quod graviter[r] ferens Wilhelmus frater ęius, congregatis militibus eundem comitem de Hollandia expulit, et filiam fratris abstulit.**

7.[s] Anno Domini[t] 1204. Phylippus[u] rex[v] cum exercitu Saxoniam intravit, ut castrum quoddam nomine Harlinginberch[w] a rege Ottone constructum[x] deiceret, et cives Goslarie
*pag 340. de oppressione eius et fratrum suorum liberaręt. *Sed ubi eundem in forti manu sibi occurrere cognovit, consilio cum suis habito recessit, satius ratus ad tempus cedere, quam cum hoste male pugnarę. Circa ipsum tempus Tidericus episcopus Traiectensis[y] cum exercitu et pluribus nobilibus Hollandiam intravit, et[z] provinciam comiti de Los[a] rursus[b]

| | |
|---|---|
| subiugavit[c]. Sed episcopo recedentę, cum idem comes cum suis in quodam oppido nomine | subiugavit, et Wilhelmum ex ea eliminavit, eo quod multis iniuriis ipsum episcopum frequentius provocasset et episcopatum eius incendiis et rapinis sepius vastasset. Set Wilhelmo nusquam apparente, ter una die cum fratre eius Florentio et quibusdam nobilibus parti illius faventibus conflixit[d], pluribus eorum occisis, ceteris cum ipso Florentio captis [et vinculis mancipatis][e] Sic[f] ab episcopo subiugata omni provincia et obsidibus[g] datis, cum episcopus reverteretur et comes[h] cum suis in quodam oppido nomine |

Leidin degeręt, prefatus Wilhelmus, de maritimis partibus contracta multitudine tam

nec ipsam paginam presentem sustineamus mortis illius recordatione polluere, cum nec inter martyres legatur illi[i] consimilis, licet penas eorum incredibiles invenerit ingeniosa[k] crudelitas. Hec est, que Christum solis didicerat[l] honorare picturis, et inter ritus nefandos[m] sibi spreta scripturarum auctoritate confinxerat, plerumque et lavacri salutaris, plerumque facere presumebant instando iacturam. Hec est, que Latinos omnes non hominum nomine dignabatur set canum, quorum[n] sanguinem effundere pene inter merita reputabant, nec ulla penitentie satisfactione pensabant laici monachi, penes quos sacerdotibus spretis tota ligandi atque solvendi consistebat[o] auctoritas. Hec et huiusmodi deliramenta, que epistolaris explicare non valet angustia, impletis iniquitatibus eorum, qui ipsum Dominum ad[p] nauseam provocabant, divina iusticia *etc. addunt* 2 *et* 2*.

** Circa Kalendas Aprilis visus est per tres noctes ignis discurrere per totum celum, ita ut tota regio ab eo illuminaretur[q].

a) nostro 2. b) percussit 2 *et* 2*. c) et amantibus sese *addunt* 2 *et* 2*. d) et spaciosam *addunt* 2 *et* 2*. e) spaciosam *om.* 2 *et* 2*. f) parte 2*. g) explere 2 h) gloriam 2 *et* 2*. i) ostium 2. k) nobis *om.* 2. l) capescendas 2. m) eterna 1. 1*. n) monitibus 2. o) Eodem anno 2. p) Tidericus 2. q) traditur provincia comiti de Lo cum filia sua 2. 2*. r) gŏit[u] 2. s) *num. deest* 2. t) dominic. incarn. 2 *et* 2*. u) Per idem tempus *addunt* 2 *et* 2*. v) dux Suevie 2 *et* 2*. w) Harlinginberg 2. x) *syllaba* con *a manu quae rubras scripsit addita est, erasis litteris* ex (?) *quae prius scriptae erant.* 1. y) Traiectensis episcopus 2. 2*. z) ut 2*. a) Lo 2. 2*. b) rursus *om.* 2 *et* 2*. c) subiugaret 2*. d) confluxit 2*. e) *verba* et vinc. mancipatis *addit* 2*; *desunt in* 2. f) Sic comiti ab episcopo *etc., quod sensum omnino non habet,* 2 *et* 2*. g) obsidis 2. h) *ita locus exstat in* 2 *et* 2*. i) ullo 2; illo 2*. k) ingenimiosa 2; ingeminiosa 2*. l) *sic corr. ex* dicerat 2. m) quos *addit* 2*. n) quoque 2*. o) consistebant 2. p) aut 2*. q) *haec in marg. infer. paginae manus saec. XIII med. addidit in cod.* 1; *reliqui verba in textum receperunt, et codd. quidem* 1* *et* 3 *in fine anni* 1203, *codd. vero* 2 *et* 2* *initio anni* 1204 *eadem collocarunt.*

pedestris quam navalis exercitus, plurimos eorum captivavit, ceteris in palude mersis[a], et vix paucis evadentibus cum ipso comite.* Ipso anno circa Iulium mensem Phylippus rex contracto maximo exercitu[b] Thuringiam intrat, quandam civitatem lantgravi Wizense[c][48] nomine obsidione[d] vallat, regem etiam Boemie cum maxima multitudine in auxilium ei venientem

fugat, omnia per circuitum oppida igne exurit et vastat. Lantgravius vero videns eversionem terre sue, et animositatem regis se ferre non posse, interventu quorundam principum supplex ad eum venit et eius gratiam promeruit. Post haec Coloniensem archiepiscopum

fugat, omnia per circuitum oppida igne exurit et vastat. Considerans autem lantgravius, res sibi non prospere succedere et se regi non posse resistere, interventu quorundam principum supplex ad eum venit, eius se potestati[e] et omnia sua tradidit. His ita gestis Philippus,

ad subveniendum civibus Goslarie et ad evertenda quedam castra civitati opposita, rursus Saxoniam ingreditur; set superveniente Ottone rege in multitudine gravi ab inimicis[f] undique concluditur, et vix auxilio palatini comitis Heinrici per noctem evadens cum suis liberatur. Nam idem palatinus infidelis circa[g] fratrem existens, ipso derelicto ad Phylippum se transtulit, pecunia ab eodem curruptus et promissione ducatus Saxonie[h]. Post hec Coloniensem archiepiscopum per Trevirensem, Spirensem, et Constantiensem episcopos apud Andernacum sibi conciliat[i], et ut ducem Brabantiae[k] et reliquos Lotharingiae nobiles fideles sibi efficiat**, plurima promittens rogat[l]. Coloniensis vero episcopus sacramentum, quod dudum[m] Ottoni fecerat, parvi pendens et periurium et excommunicationem apostolici non metuens, post festum sancti Martini ad eundem Phylippum cum duce Brabantiae[n] Confluentiam venit, et ei iura- Nov. 11
mentum fidelitatis cum duce ibidem fecit. Ibi etiam rex Phylippus[o] celebrem curiam om- 1205.
nibus qui aderant[p] principibus[q] in epyphania Domini Aquisgrani indicit, et Coloniensis eum Ian. 6.

ibidem in regem consecrari et ungi promittit. Quod et factum est. Rex igitur, ut proposuerat, cum pluribus regni principibus Aquisgrani venit,*** ubi rursus ab omnibus in regem eligitur et in ecclesia beate Marie a Coloniensi archiepiscopo cum Maria uxore sua ungitur et consecratur.

Hoc anno fuit estas calida et sicca, et hyemps longissima et nimis asperrima.

8.[r] A. D. 1205.[s] Syfridus Mogontiensis archiepiscopus et Cameracensis antistes a sede apostolica iudices constituti Coloniam[t] venerunt, et in ecclesia beati Petri apostoli coram clero et universo populo Adolfum

ibi in regem consecrari et ungi promittit. Hyemps longissima et nimis asperrima. Phylippus igitur rex, ut proposuerat, cum universis pene principibus regni Aquisgrani venit, ubi cum maximo apparatu et obsequio Coloniensis ei occurrit. Ibi rex, consilio cum suis habito, ut principes suam liberam electionem secundum antiquitatis institutum non perdant, regium nomen et coronam deponit[u], et ut concorditer ab omnibus eligatur precatur. Quod factum est ibidem in ecclesia beate Marie; ab omnibus eligitur, et a Coloniensi archiepiscopo cum Maria uxore sua ungitur et consecratur, Sifrido Moguntino et Camera-

* Estas calida et sicca. *add.* 2 *et* 2'.

** novem milia marcarum ei donat, Salevelt[v] eciam et alia quedam ab episcopio[w] ablata redonat[x],

*** ubi cum maximo apparatu Coloniensis ei occurrit. Ibi rex consilio cum suis habito, ut principes suam liberam electionem secundum antiquitatis institutum non perdant, regium nomen et coronam deponit, et ut concorditer ab omnibus eligatur precatur; quod et factum est, et a Coloniensi archiepiscopo cum Maria uxore sua ungitur et consecratur, Sifrido Moguntino et Cameracensi episcopo eisdem diebus cum litteris pape Colonie existentibus, et pro hac iniusta consecratione excommunicacionem ei intentantibus, Ottone eciam rege langore ibidem detento et omnium auxilio destituto[y].

a) submersis 2'. b) max. contr. exercitu 2. c) Wicinse 2. 2'. d) obsidione *deest* 2'. e) potestate 2 *et* 2'. f) inimicum 2'. g) cura 2'. h) *ita locum proferunt* 2 *et* 2'. i) consiliat 2. k) Brabansie 2. l) plurima promittens rogat *om.* 2 *et* 2'. m) quod dudum *om.* 2. n) *verba* Brabantiae — fidelitatis cum duce, *duabus lineis archetypi per errorem missis, desunt in* 2; Lovanie et aliis nobilibus viris Confluentiam 2'. o) Philippus rex consilio eius et principum, qui aderant, celebrem 2 *et* 2'. p) qui aderant *om.* 2 *et* 2'. q) regni *addunt* 2 *et* 2'. r) *num. deest* 2. s) 9. 1206. *corr.* 8. 1205. *cod.* 1. t) in *ante* C. *scriptum sed deletum est* 1. u) deponat 2; deponant 2'. v) lalevelt 2'. w) episcopo 2. x) *verba* novem — redonat *ab alia manu s. XIII med. in marg. infer. addita sunt* 1, *eadem in textum receperunt* 1'. 2. 2' *et* 4. y) *verba* ubi cum maximo apparatu — auxilio destituto *ab alia man saec. XIII in margine addita* 1, *reliqui codd. ea in textum receperunt.*

48) Weissensee in Thuringia.

episcopum excommunicatum a papa pronunciaverunt, et per omnes conventuales ecclesias et parrochias civitatis ut per singulos dominicales et sacros dięs excommunicaretur, preceperunt; hoc etiam in mandato habentes, ut si infra mensem post denominationem sibi factam Romam ad satisfactionem se non conferret, offitio et omni beneficio destitueretur* et alius dignus in loco eius constitueretur[a].

censi episcopo eisdem diebus cum litteris pape Colonie existentibus, Ottone etiam rege langore ibidem detento et omnium auxilio et solatio destituto[b]. Circa ascensionem[c] Domini prefati episcopi, a sede apostolica iudices constituti, iterum Coloniam venerunt et in[c*] maiori ecclesia beati Petri apostoli coram Deo[d] et universo populo eumdem Adolfum episcopum excommunicatum a papa pronuntiaverunt, et per omnes conventuales ecclesias et parrochias civitatis ut per singulos dominicales et sacros dies excommunicaretur, apostolica auctoritate districte preceperunt; hoc etiam in mandato habentes[e], ut si infra mensem post denuntiationem[f] Romam ad satisfactionem se non conferret, omni[g] beneficio et officio destitueretur et alius dignus in loco eius eligeretur.

Anno dominice 1205. castrum quod dicitur Hostadin a rege Ottone et Coloniensibus obsidetur, set obsidibus datis intactum relinquitur[h].

pag. 341. Per idem tempus Phylippus rex circa pentecosten celebrem *curiam Spirae habuit, ubi Adolfus episcopus de Coloniensibus querimoniam facit[i]. **Ibi Phylippus rex iudicio principum, Adolfo etiam cum suis sequacibus eum rogante et instigante, expeditionem Colonie omnibus qui aderant principibus indicit. Sed eodem in pertinacia sua perseverante, neque de excommunicatione vel mandato papae curante, prefati iudicęs, convocato[k] universo clero et
Iun. 19. populo, in die sanctorum martirum Gervasii et Protasii coram omnibus in maiori ecclesia, presente Ottone regę et aliis nobilibus viris, ab officio et dignitate pontificali deposuerunt, et ut alium ępiscopum eligerent[l], apostolica[m] auctoritate precepęrunt. Sic eo deposito, secundum sentenciam summi pontificis *** Bruno Bunnensis † prepositus in episcopum eligitur. Unde mox per totum episcopatum werre plurime et[n] graves per episcopos et eorum complices oriuntur; fiunt incendia ubique, predones emergunt undique, bona ecclesiarum rapiuntur, curtęs[o] earum[p] et ville comburuntur[q], fiunt depredationes pauperum et[r] oppidanorum, exspoliationes[s] viduarum et pupillorum. Civitas etiam[t] ab inimicis undique vallatur, nulli ingredi vel egredi libere[u] conceditur; Tiuciense[v, 49] castrum stipatum sagittariis et militibus comitis Adolfi de Monte ei opponitur[w] et adversatur. Renus superius et inferius, ne victualia vel mercimonia[x] per naves inferantur, clauditur[y]. Sic itaque cives undique artati, et maxime per castrum ipsis oppositum — sagittarii[z] enim in domo predicti comitis Adolfi constituti[a], cum[b] sepius sagittis suis eos impeterent, et maledicta et convicia plurima proferręnt, — naves maximas cum propugnaculis in medio Reno statuunt[50], et balistarios et sariantos[c], qui illis in faciem[d] fortiter resistant, plurimos constituunt. Naves etiam alias instaurant, per quas sepius transvecti eundem comitem et suos inpugnant, villas quoque super litus Reni sitas[e], ipsi subditas, rapinis et incendio devastant; et sic per annum et dimidium vario eventu simul confligunt et dimicant[f].

* Castrum Hostade a rege Ottone et Coloniensibus obsidetur, set obsidibus datis intactum relinquitur[g].

** quod Ottonem regem contra eius voluntatem et[h] imperium tenerent, iniustam[i] etiam excommunicationem pape in eum factam per Sifridum et Cameracensem pronuntiare ibidem consensissent, insuper ipsos foverent et protegerent *addunt* 2 *et* 2*.

*** clerus et populus cum aliis nobilibus viris in ecclesia beati Petri convenientes *addunt* 2 *et* 2*.

† B. B. prepositum concorditer elegerunt, nemine preter Engilbertum, maioris domus prepositum[k], et quibusdam canonicis beati Petri, eius fautoribus[l], reluctante et pro hac indignatione de civitate recedente. Unde *etc. addunt* 2 *et* 2*.

a) *verba* et alius — constitueretur *desunt* 1* *et* 3. b) Anno Domini 1205 *h. l. recte habet* 2*. c) assensionem 2. c*) in *addit* 2*. d) do 2. e) babentes 2. f) denominationem 2*. g) et alio beneficio 2; omni beneficio 2*. h) *ita locum exhibent* 2 *et* 2*. i) fecit 2. k) iudice *addit* 2*. l) eligerunt 2*. m) apostolicam 2*. n) in *pro* et 2*. o) curte 2*. p) eorum 2. q) exuruntur 2. 2*. r) et *om.* 2. 2*. s) expoliationes 1; et spoliationes 2*. t) enim 2. u) libere *post suppl.* 1. v) Tiociense 1; Tuiciense 2 *et* 2*. w) apponitur 2*. x) mercennaria 2*. y) concluditur 2*. z) sagittariis 2*. a) constitutum 2*. b) cum *deest* 2*. c) sariantes 2*. d) qui i. i. faciem *bis extant in* 2*. e) sita 2. f) *sequitur effigies Philippi regis, hanc inscriptionem prae se ferens:* PHILIPPUS REX. 2. g) *verba:* Castrum Hostade — relinquitur *ab eadem, qua superiora, manu saec. XIII in marg. adduntur codicis* 1; *reliqui codd. in textum receperunt.* h) et *om.* 2*. i) non iustam 2*. k) preposito 2. 2*. l) factoribus 2*.

49) Deutz. 50) i. e. Colonienses.

Post nativitatem vero beate Marie Phylippus rex maximo exercitu congregato Mosellam Sept. 8. transivit, et in festo sancti Mychahelis[a] archangeli ante menia civitatis Colonie veniens, Sept. 29. eam inpugnare cepit. Sequenti vero dię in supaęriori parte civitatis tentoria sua figit, Sept. 30. et tota die illa eam impugnat et impetit[b]. His autem qui intus erant fortiter repugnantibus[c], et adversariis[d] viriliter resistentibus, * cum per 5 dięs eam impeteret[e] et nichil proficeret[f], sed[g] maximum dampnum suorum** precipue[h] equorum*** ibidem acciperet[i], relicta obsidione recedit et cum universo exercitu ad expugnandam Nusiam procedit. Quam[k] cum acriter impugnaret, illi[l] de viribus suis diffidentes in dedicionem venerunt, civitatem eius precepto Adolfo episcopo tradiderunt, et obsidibus ei datis *servire promiserunt. His *pag. 342. gestis, totam terram[m] concremando, devastando[n], pertransiens † recedit.

Littere etiam domni papae in[o] his[p] diebus Colonie presentantur, in quibus invasores[q] ecclesiarum iubentur excommunicari, et tota terra eorum sub interdicto poni. Unde magis in insaniam versi idem raptoręs omnem furorem suum in clerum exagitant, curtes et predia eorum sibi vendicant, reditus omnes per biennium diripiunt, et in tantam paupertatem ecclesiae deveniunt, ut quicquid ornatus in auro et argento et gemmis preciosis in eis ab antiquitus servatum fuerat, totum distractum et venditum sit.

9.[r] Anno Domini[s] 1206. Phylippus rex cum exercitu iterum ad inferiores partes descendens, occurrente[t] sibi Adolfo episcopo cum comitibus et ceteris nobilibus terre, totum episcopatum secundum libitum[u] omnia sibi subiciendo percurrit. Rex autem Otto et Bruno, qui ipso mense in archiepiscopum ordinatus fuerat a Syfrido Mogontino, presentibus duobus episcopis de Brittannia a rege Anglie[v] missis, cum 400 militibus et duobus milibus peditum de Colonia exeuntęs cum eodem confligere statuerunt. Sed traditione Heinrici de Lymburg[w] ad castrum quod dicitur Wassinberch[x] eum prosecuti, et in palustria loca deducti et ab hostibus circumventi, terga dantes fugere ceperunt. Quos mox adversarii insequentes, et omnia que secum detulerant depredantes, plures etiam ibi milites ceperunt. Rex vero cum episcopo castrum ingressus, sed statim ab inimicis undique vallatus, occulte inde egrediens[y] cum tribus sociis evasit; episcopus autem ibidem capitur et Phylippo regi offertur, quem manicis ferreis constrictum secum duci iubęt. Multi etiam ibi[z] de vita diffidentes, paludes et aquosa loca ad occultandos se ingrediuntur; cetera multitudo armis spoliati et[a] vestibus nudati turpiter revertuntur. Post hec ambo regęs, mediante Heinrico de Kalinthin, familiare colloquium iuxta Coloniam habuerunt; sed quid simul contulerint vel consiliati fuerint, non omnibus illo in tempore innotuit. Phylippus[b] igitur rex revertens quendam montem nomine Gymnich[c, 51] iuxta Regiomagum occupat, et ad detrimentum tocius provinciae ibidem castrum[d] collocat. Colonienses vero considerantęs sibi totum imperium adversari et ubique suos conatus frustrari, consilio et auxilio ducis Brabancie et ceterorum nobilium terre, Phylippum regem Bobardie adierunt et ibidem ei reconciliati gratiam eius meruerunt. Qui etiam postea, misso Spirensi ępiscopo Coloniam, fidelitatis ab eis iuramentum exigit.

* Deo etiam per merita sanctorum, quorum corpora in ea requiescunt, ipsam protegente[e], nichil ibi laudabile gessit, set cum *etc. addunt* 2 *et* 2*.

** accepisset, tam in captione quam in occisione[f] nobilium, *addunt* 2 *et* 2*.

*** quorum maxima multitudo ibi prostrata fuit, relicta *etc. addunt* 2 *et* 2*.

† pertransit, et sicut in Iohel propheta dicitur: *Residuum locuste comedit brucus* et cetera[g], Ioel 1, 4. quicquid antea ab episcopis et eorum sequatibus remanserat intactum, cum suis omnia consumit, munitiones circumquaque sibi servire et obsides dare compellit, et sic recedens Bůnnam venit. Venerunt autem Coloniam hiis diebus quidam abbates de grisio ordine a capitulo Cisterciensi missi[h], ut de componenda pace[i] inter utrosque reges agerent. Qui ibidem a cunctis benigne suscepti, auditi et dimissi, Bonnam ad Phylippum regem se contulerunt. Quos et ipse gratanter suscipiens, et causam negocii intelligens, ducem Austrie et nobiles alios viros cum eisdem ad Ottonem remisit regem, plurima ei promittens, si regno cederet. Set hec res ad effectum[k] non pervenit. Littere *etc. addunt* 2 *et* 2*.

a) Michelis 2. b) imperit 2*. c) repugnantur 2*. d) adversum 2. e) impetisset 2 *et* 2*. f) et nichil proficeret *om.* 2 *et* 2*. g) et 2. 2*. h) et maxime 2. 2*. i) ibidem acciperet *om.* 2 *et* 2*. k) Qua 2*. l) illis 2*. m) illam *addunt* 2. 2*. n) diripiendo 2. 2*. o) in *om.* 2. 2*. p) illis 2. 2*. q) invasores *om.* 2. r) *num. om.* 2 *et* 2*. s) dominice incarn. 2. t) occurrentes 2. u) suum *addunt* 2 *et* 2*. v) Anglia 2. w) Linburg 2; Limburh 2* x) Wassinberg 2; Wassinberh 2*. y) egregiens 2. z) ibidem 2*. a) in *pro* et 2*. b) Phylipus 2*. c) *vocabulo eraso, man. s. XV eius loco nomen* Landzcrōn *supplevit* 1; Gymnich, *rubro colore in loco vacuo suppleto* 1*; Gimmich 2; Gymmith 2*. d) castrum lantzkron *vocabulo eraso manu s. XV scriptum est* 1*. e) protegene 2. f) occasione 2*. g) r. l. c. et cetera bruchriis quicquid 2*. h) misit 2. i) pacem 2. k) efectum 2.

51) hodie Landskron.

Per idem tempus Otto rex de Colonia exiens Bruneswich[a] venit, ibique rebus suis ordinatis per mare navigio Angliam intravit. Ubi a rege Angliae, avunculo scilicet suo, et cunctis eius baronibus cum magno honore suscipitur et per aliquot tempus detinetur, et 'pag. 343. postea dimissus ab eodem accepta magna pecunia 'revertitur. Eclypsis solis facta est 2. Febr. 28. Kal. Marcii hora diei 10. Nam plurimi humanum capud in sole se vidisse testantur[b].

10.[c] Anno Domini[d] 1207. Phylippus rex[e] Sinceche[f] colloquium cum quibusdam Apr. 21. principibus et primoriis[g] terrae illius habuit. Ubi a Coloniensibus invitatus in vigilia pasche Coloniam venit, et cum maximo honorę et favore tam a clero quam a cuncto populo suscipitur. Qui etiam ibi per 9 dies demoratus, omnes iniustas[h] exactiones vectigalium et iniustas monetas abiurare et[i] pacem firmam stabilire et iurare precepit[k]. Eodem anno duo cardinales, Hugo scilicet Ostiensis ępiscopus et Leo Sanctae Crucis presbyter, ad regem Phylippum in Alemanniam a curia Romana missi venerunt, ut ipsum et Ottonem regem ad pacem et concordiam revocarent, inordinata in regno ordinarent, et[l] pro Brunonę Coloniensi archiepiscopo, quem iam per annum captum tenebat[m], intercederent.

Nov. 30. Phylippo igitur rege circa festum sancti Andręae apostoli apud Augustam civitatem Sueviae celebrem curiam habente, prefati cardinales affuerunt; ubi plurima coram eis et principibus de pace et compositione regni[n] inter papam et regęs[o] tractata sunt. Ibi etiam Adolfus Coloniensis[p] quondam archiepiscopus eosdem cardinalęs adiens, interventu regis a banno solvitur, et ut ad satisfactionem Romam procedat ipsi indicitur. Rex etiam consilio et peticionibus cardinalium acquiescens, Brunonem vinculis absolvit, et ipsis revertentibus ad gratiam summi pontificis eum Romam transmisit.

11.[q] Anno Domini[r] 1208. Phylippus rex patriarcham Aquileiensem cum aliis honoratis viris ad sedem apostolicam misit pro confirmatione federis et compositionis que per cardinales inchoata[s] fuerant[t], pro consecratione imperiali, pro restitutione domni[u] Adolfi. Apostolicus autem[v] ipsum Adolfum ad se cum legatis regis supplicem venientem in osculo pacis suscepit, sed tamen quod circa Brunonem fecerat ratum esse volens, cum per biduum coram ęo ab utrisque satis allegatum fuissęt, ipsum[w] Brunonem in episcopatu confirmavit, litteras suas Coloniam ad clerum et populum et ad quosque nobiles terre illius transmittens, omnes ad eius favorem et obedientiam sollicitavit. Formam etiam pacis et compositionis, pro qua prefati legati advenerant, cum[x] suis consecretalibus approbans, rursum predictos cardinales remisit, et ut ad unguem[y] ipsum negotium perducerent imperavit. Quibus Alpibus transcensis, cum ad exequendum[z] mandatum ipsius in Theutoniam[a] pervenissent, rumor pessimus percrebuit, scilicet Phylippum regem a palatino comite de Wittillinsbach[b] Iun. 21. Ottone[c] apud Bavinberg peremptum[d]. Nam cum idem rex in festo sancti Albani filiam fratris sui Ottonis de Burgundia nuptam tradidisset duci Meranie, et cum maxima gloria ad 'pag. 344. deducendam[e] puellam processissęt, et reversus in civitatem[f] meridiano 'tempore omnibus recedentibus solus in quodam lobio cum episcopo Spirensi et aliis duobus, scilicet camerario et dapifero suo, remansisset[g], ille nefarius homo cum 16 militibus armatis adveniens introitum peciit. Qui cum iussu regis intromissus fuisset[h], aliis foris remanentibus, gladium latenter de manu cuiusdam armigeri tulit, et quasi regem[i] salutaturus[k] accessit. Quem cum audacter in capud eius vibrasset, uno ictu eum interfęcit. Quo statim mortuo, episcopo Spirensi se occultante, alios duos* fortiter vulneravit, et mox[l] egressus ascenso[m] equo cum suis fugere cepit. Sic rex Phylippus cum per 10 annos circumquaque principes[n] et nobiles subdidissęt[o], provincias et civitates[p] perdomuisset[q], papam etiam sibi[r] iam

* in eum irruere[s] volentes[t] *ab alia m. in marg. add.* 1[u].

a) Brunesvich 2. 2*. b) caput se in sole vidisse testati sunt 2. 2*. c) *num. om.* 2. 2*. d) dominice incarnat. 2. e) rex *om.* 2*. f) Sinsegeh 2; Sincegeh 2*. g) primoribus 2. 2*. h) iniustas exact. vectig. et *om.* 2, *exstant in* 2*. i) et pacem f. st. et iurare *om.* 2*. k) precipit 2. l) et *om.* 2. 2*. m) ut liberatur intercederent, *vocibus* ut liberatur *in loco raso scriptis,* 2; ut libertati redderet, intercederent 2*. n) regni *om.* 2. 2*. o) papam et *iam erasum in* 1, *exstat in* 2 *et* 2*. p) quondam Colon. archiep. 2. q) *n. deest* 2. 2*. r) dominice incarn. 2. 2*. s) incohata 2. t) fuerat 2. 2*. u) domini 2. v) ante 2. w) episcopum B. 2*. x) dum 2*. y) unge 2*. z) sequendum 2*. a) in Theutonia terra 2. b) Witullinsbach 2; Witillinsbach 2*. c) a p. c. Ottone de W. apud 2. d) interemptum 2*. e) dedeicendam *corr.* dedeicendum 2. f) sanguinem in vena minuisset, et *addunt* 2. 2*. g) remansissent 2*. h) esset 2. 2*. i) regem *post suppl.* 1. k) salutaturus regem 2. l) sic 2. 2*. m) acenso *post corr.* ascenso 1. n) potentes 2. 2*. o) perdomuisset 2. 2*. p) civitates et provincias 2. 2*. q) subdidisset 2. 2*. r) *in loco raso* 2. s) iriuere 2. t) volentibus 2. 2*. u) *locum hunc reliqui codd. in textum receperunt.*

reconciliatum haberet*, secundum dispositionem Dęi, in cuius manu sunt omnium potestatęs et[a] iura regnorum, et qui[b] transfert regna atque constituit, 11. anno vitam cum regno perdidit. Sepultus est ibidem sequenti die 10. Kal. Iulii, scilicet in festo sancti Albini. Iun. 22.

Syfridus igitur Mogontinus, capto apud Wassinberg[c] Brunone archiepiscopo, occulte de Colonia exiens Romam ad apostolicum se transtulit, ubi per biennium in ecclesia sancte Sabine ubi cardinalis erat degens, Phylippo rege occiso a papa ad sedem propriam remittitur, et auctoritate ipsius eiecto Lupoldo, á cunctis Mogontiae[d] cum gloria suscipitur. Cum quo etiam Bruno archiepiscopus[e] a papa honorifice dimissus rediens, in festo sanctorum martirum Prothi et Iacincti cum maximo tripudio et gaudio a cuncto clero et populo Colonie suscipitur. Sept. 11. Sed[f], proch dolor! gaudium illud in brevi mutatum est in merorem et luctum. Nam terrore adventus[g] eius cum tota provincia a predonibus purgata quiesceret, Adolfus etiam quondam Coloniensis archiepiscopus gratia reconciliationis ad eum Coloniam vęniens, secundum preceptum papae eius obedienciae se[h] submisisset[i], ceteri quoque eius fautoręs, comites et nobilęs, certatim ad eundem venientes fidelitatis iuramentum prestitissent et obedire promitterent, languore corripitur, et in castro quod dicitur Blankinberg[k] per aliquot dies in lecto decubans[l], sequenti die post festum omnium sanctorum morte prevenitur. Nov. 2. Corpus eius Coloniae[m] reportatum[n] in maiori ecclesia sancti[o] Petri apostoli cum planctu et lacrimis plurimorum sepelitur.

Item[p] anno Domini 1208, ab Urbe autem condita 1959, completis[q] ab origine mundi annis[r] sex milibus quadringentis septem, in festo sancti Martini apud Frankinvort[s] celeberrimus conventus principum fuit, Nov. 11 et ut pluręs testati sunt qui presentes aderant, non in pluribus annis tot nobiles, tot potentęs insimul convenisse; ubi Otto rex 93. loco* ab Augusto ab omnibus in regem eligitur, *pag. 345. dyadema cum lancea imperiali ei assignatur[t], filia Phylippi regis cum universis que possederat[u] in dotem ei datur. Que etiam coram rege et principibus de morte patris conquesta, iudicio omnium predictus palatinus et eius fautores[v] proscribuntur et dampnantur. Ibi rex primo, deinde ceteri principes, iurant firmam pacem terrae marique[w] servandam, omnes iniustas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam iura a Karolo Magno instituta observanda et tenenda. Generali[x] igitur electione Colonie habita, prioribus non concordantibus, rex missis litteris adventum suum prestolari deposcit. Qui etiam ante natale Domini Coloniam veniens, cum honore maximo suscipitur; ubi Theodericus[52] prepositus Sanctorum[y] Apostolorum eius consilio et auxilio ab omnibus in episcopum eligitur, et a cunctis nobilibus terre ipsa electio approbatur. Regalia quoque de manu eius suscipiens, ducatum Angariae — Phylippo felicis[z] memorie Coloniensi archiepiscopo a Friderico imperatore traditum[53], expulso Heinrico duce Saxoniae patre ipsius regis — cum ducatu Lotharingiae coram Heinrico palatino comite Reni fratre eius et principibus, qui presentes aderant, ipsi assignavit.

Ipso etiam anno audiens papa per totam Proventiam[a] plurimas civitatęs cum baronibus et nobilibus terre et clero a fide catholica recessisse et in heresim decidissę, cardinalem quendam virum sapientem et religiosum illuc transmisit, ut predicatione et exhortatione sua illos ad fidem revocaret. Qui mox ut fines eorum[b] attigit et eis ewangelium pacis obtulit, illi infelices ut aspides obturantes aures[c], eundem virum sanctum apprehendentes[d] crudeliter interemerunt. Cuius corpus a fidelibus collectum et ad cenobium monachorum sancti Egydii translatum, ibidem ab abbate et fratribus sepultum ęst. Sed transacto anno cum ex iussione summi pontificis sepulchrum aperiretur, ut corpus martiris in ecclesiam translatum in loco decentiori iuxta tumbam sancti Egidii poneretur, ita recens carne et sanguine sine aliqua corruptione inventum est, ac si eodem dię ibi positum fuisset. Tanta etiam illic fraglantia[e] suavissimi odoris emanavit, ut qui presentes aderant, totam ecclesiam

* et iuxta voluntatem suam omnia sibi prospere successissent, *addunt* 2 *et* 2*.

a) et omnia iura 2. b) mutat tempora et etates *add.* 2; mittat t. e. etates 2*. c) Wisinberch 2*. d) Magontie 2. e) archiepiscopus *om.* 2. 2*. f) Sed *om.* 2. g) eventus 2. h) se *om.* 2*. i) submisset 2*. k) Blenkenberg, *m. poster. corr.* Blandenberg (?) 2; Blankenberg 2*. l) decumbans 2*. m) Coloniam 2 *et* 2*. n) reportatur 2. o) beati 2. p) Item *om.* 2. q) completum 2*. r) *post suppl.* 1. s) Frankinfort 2; Frankenvort 2*. t) assingnatur 2. u) possiderat 2*. v) factores 2*. w) terra marique 2*. x) Ven'ali, *post corr.* Ven'abili 2. y) sancti, *post corr.* sanctorum 2. z) felici 1. 1*. 2; phelici 2*. a) provinciam, *cui m. s. XV superscr.* provencie 2. b) illorum 2. c) aures suas 2. 2*. d) conprehendentes 2. 2*. e) fraglantia cod. 1. 2. 2*.

52) de Berge. FR. 53) Cfr. supra a. 1180.

plenam aromatibus esse putarent. Otto palatinus comes interfector Phylippi regis iuxta Danubium in quadam curti monachorum de Evera latens, Heinrico de Kalinthin proditus[a], et mox a militibus eius circumventus, crudeliter occiditur et ut decuit digna morte vitam finivit.

Apr. 11. Item ipso anno 3. Idus Aprilis allate sunt nobis reliquie capitis beati Pantaleonis patroni pag. 346. nostri, que per Heinricum de Ulmene de Constantinopoli cum aliis innumeris reliquiis translatae, et ab eo per domnum Albertum abbatem de Lacu[54] nobis transmisse[b], et cum maxima veneratione tocius cleri et populi susceptae, recondite sunt cum aliis preciosissimis reliquiis in[c] capite argenteo et deaurato.

12.[d] A. D. 1209.[e] Innocentius papa audiens principes tocius imperii Ottonem in regem elegisse[f], et eorum consilio Phylippi regis filiam quamvis consanguinitate ei iunctam propter bonum pacis et concordie illi in matrimonio sociassę, iterum supradictos cardinales[g], scilicet Hugonem Ostiensem[h] episcopum et Leonem, in Alemanniam ad regem et[i] principes misit, et quod factum fuerat auctoritate sua confirmavit. Qui etiam singulas civitates tam Mart. 29. Saxonie quam Alemanniae visitantes, et iusticiam undique ecclesiis[k] facientes, post pascha Coloniam[l] venerunt, ubi a Theoderico[m] Coloniensi archielecto et universo clero cum gloria suscepti, et[n] magno honore per dies 15 sunt detenti. Tęodericus[o] igitur[p] Coloniensis Mai. 23. electus[q] sabbato post pentecosten a Teoderico Traiectensi episcopo in presbiterum ordi- Mai. 24. natur, et sequenti dominica, id est octava pentecostes[r], a Goardo Leodicensi[s] antistite presentibus suffraganeis suis in archiepiscopum consecratur.

Ipso siquidem anno abbas Cysterciensis et alii abbates eiusdem ordinis iterum a papa in Proventiam[t] convertendi gratia Begginos ad fidem mittuntur, sed ab eis contempti et cum ignominia repulsi sunt.

Eodem etiam anno Otto rex Ytaliam cum magno apparatu intravit, ubi principes tocius Longobardie ei occurrentes cum gloria susceperunt, civitatęs et castella eius dominio subdiderunt, infinitam pecuniam vectigalium et tributorum a temporibus Heinrici imperatoris reservatam tradiderunt. Post hec Romam progressus, occurrente sibi papa cum cardinalibus et senatu, cum honore suscipitur, et sequenti dominica post festum sancti Mychahelis arch- Oct. 4. angeli, id est 4. Nonas Octobris[u], in ecclesia maiori beati Petri apostoli in imperatorem consecratur. Quo consecrato oritur inter eos controversia propter marchiam domne[v] Me- Ekk. a. 1099. pag. 211. thildis[w], que quondam[x] fuit filia Rutgeri[y] principis Siciliae[54*], viri famosissimi, et uxor Cunradi[z] regis, ibid. filii[a] Heinrici imperatoris quarti, viri catholici et apostolice sedi subiectissimi, qui contra voluntatem patris per[b] quasdam Ytalie partes et nomen et dignitatem regis annis fere 9 obtinuit et terram spaciosissimam ibid. possedit. Post cuius mortem[c] illa turturina predita fidę secundos detestabatur amplexus, et in viduitate permanens marchiam sibi a viro relictam ut vir sapientissimus gubernabat. Que ad senilem perveniens aetatem, circumventa a papa tunc temporis, marchiam imperium attinentem, quam regebat, magistratibus et potestatibus insciis et inconsultis, beato Petro[d] tradidit. pag. 347. Que tamen post mortem eius ab imperatoribus sedi apostolice ablata et imperio restituta ęst. Hanc igitur terram papa ante consecrationem[e] sibi restitui postulans, imperator ut novus homo et rei nescius annuit et promisit; sed post consecrationęm, a potestatibus et magistratibus revocatus et prohibitus, minime restituit.

Hoc anno erat aestas tonitruis, fulminibus[f] et ymbribus valdę tempestuosa, et hyemps nimis asperrima.

13.[g] Anno Domini[h] 1210. novus imperator[i] in[k] Ytalia commoratur, que[l] ordinanda et disponenda per provincias et civitatęs erant ordinans et disponens; Apuleam[m] etiam imperio restituerę volens, quam Syculus a papa in féado se tenere affirmabat, quam etiam quidam

a) proditur 2. 2*. b) trasmisse 2. c) et capite 2. d) XII. *deest* 2. e) 1209. *e corr.* 1. f) eligisse 2. g) cardinalis 2. h) Hostiensem 2. i) et reliquos principes 2. k) eccliis *cod.* l) Colonia 2*. m) Teoderico 2. n) et cum magno 2. 2*. o) Teodericus 2. p) igitur *om.* 2. 2*. q) archielectus 2. r) pentecosten 2. s) Leodiensi 2. t) provinciam 2. 2*. u) *verba:* quarto Nonas Octobris *paullo antea post* sequenti dominica *posuit* 2*. v) domine 2. w) Methyldis 2. 2*. x) qůdam 2. y) Růtgeri 2. 2*. z) Cunrradi 2. a) imperatoris Henrici IIII. 2. 2*. b) patris et quasdam 2. c) morrem 2. d) Petro *om.* 2*. e) consecrationem eius 2. 2*. f) fluminibus 2. g) XIII. *om.* 2. 2*. h) dominice incarnat. 2. i) imp imperator *errore scripsit* 2. k) in *om.* 2. l) qui 2. m) Apuleam 1. 2. 2*.

54) Laach. 54*) Confundit auctor h. l. Mathildam marchionissam et Mathildam uxorem Conradi regis.

Rutgerus[a] nomine quondam imperio vi ablatam invaserat, exercitum satis copiosum per quosdam primores terre illius in eam transmisit, quos postea subsecutus iuxta Capuam commoratur. Hinc[b] gravissime discordiae[c] inter papam et ipsum oriuntur. Imperator a papa excommunicatur. Imperator per civitates et castella[d] custodibus deputatis, ne cui adeundi papam pro aliquo negocio licęat interdicit.

Hoc anno in adventu Domini quidam heresiarcha Bernhardus nomine cum aliis 9, quorum 4 sacerdotes erant, Parisius venientes, occulte pervertere populum nitebantur. Qui episcopo proditi comprehenduntur, et coram magistris et clero statuuntur. Sed cum satis cum eis de fide disputatum fuisset, de heresi convicti et a rege in vigilia Thome apostoli Dec. 20.
incendio perire iussi sunt. Ipsa etiam die tam vehementissimus ventus fuit, ut per provincias plurima edificia deiceret, et arbores maximas funditus evelleręt. Eodem etiam anno hortatu apostolici plurima multitudo ex omni Francia, Anglia et Lotharingia cruce signati ad eosdem Begginos[e] profęcti sunt. Qui ductoribus et rectoribus, abbate scilicet Cysterciensi[f] et Symone comite dę Monte[g] Forti ad Tolosam civitatem munitissimam deducti, eam obsidione cinxerunt. Sed cives cum fidelęs et christianos sę faterentur, et a catholica fide numquam ręcessissę, acceptis ab eis 200 obsidibus ex melioribus recesserunt, et terram Remundi, qui erat capud et princeps tocius perversitatis, et ab eis quasi Deus colebatur, intraverunt omnia depopulantes, quasdam etiam civitates cum castellis capientes, et quos ad fidem reducerę non poterant igne cremantęs. Ipsum etiam in firmissimo et altissimo castro nomine Termis[55], cum Rutgero[h] filio sororis comitis Sancti Egydii, militę pulcherrimo et ditissimo, obsederunt, ubi etiam idem Rutgerus[i] sagitta interiit. Ipse autem Remundus cum per 5 dies ibidem obsideretur, et cottidie populo se monstraret auream habens in capitę[k] cassidem, tamen diffidens de firmitate castri, noctę cum 100 sociis occulte descendens, in manus 40 peregrinorum, qui ad quendam fontem potare de castris ierant, incidit; a quibus cum omnibus suis capitur. Sed cum infinitam *pecuniam, ne in manus Theutoni- *pag. 348.
corum traderetur, promitteręt, non acquieverunt, sed capitaneis exercitus eum presentaverunt. A quibus dum[l] ad fidem rectam redire hortaretur, et non[m] acquiesceręt, incarceraverunt eum, ubi et mortuus ęst. Castrum etiam capientes et incendio destruentes, uxorem simul eius cum sorore ipsius et filia eius virgine et aliis nobilibus ceperunt. Que dum nec blandiciis nec minis molliri possent, ut relicto errore ad veritatis tramitem redirent, instructo ingenti rogo omnes cremate sunt.

14.[n] A. D. 1211. Otto imperator prosperis utens successibus, totam sibi Apuleam[o] et Calabriam subiecit, civitates in deditionem accepit, castra militibus suis munivit[p]. Ibi etiam quidam principes Siciliae cum Sarracenis, qui fortissima castra in montanis tenebant, eum invitantes, totam Siciliam eius ditioni subdendam promittebant. Ipso anno multitudo nobilium ex diversis partibus[q] cum turba innumerabili[r] ad Begginos iterum profecta, plurimas civitatęs et castra[s] ceperunt, et magnam multitudinem eorum[t] incendio et suspendio necaverunt,* terram quam subegerant comiti Symoni de Monte Forti tuendam commendantes.** Ipso etiam anno Syfridus, Mogontiensis archiepiscopus et legatus a papa constitutus[u], cum Herimanno lantgravio et rege Boemie et quibusdam principibus et nobilibus terre apud Bavinberg[v] colloquium habuit, ubi episcopum

* necaverunt[w], Tolosam etiam civitatem rursum obsederunt[x]. Set cum ibidem[y] nichil proficerent, recesserunt, *add.* 2 *et* 2*.

** Post quorum recessum Tolosenses cum ceteris Begginis Massamutum regem Marroch[z] petentes, contra catholicos eius implorabant auxilium. Qui votis eorum annuens, congregata mox innumerabili multitudine Sarracenorum[a], ad expugnandam et subdendam sibi terram christianorum transmisit. Qui navigio mare transeuntes, primo terram regis Hyspanie invadentes et usque ad 7 dietas omnia devastantes, civitates cum castellis[b] ceperunt, occisis ac[c] fugatis habitatoribus earum[d] christianis. Bellum etiam idem Massamutus omnibus in cruce Christi gloriantibus sequenti anno indixit quarta feria ante pentecostes. *add.* 2 *et* 2*.

a) Rûtgerus 2; Rotgerus 2*. b) hinc 2. c) et inimicicie *add.* 2. 2*. d) castra 2. 2*. e) Beggenos 2*. f) Cysternensi *corr.* cysterciensi 1; cisternensi 2; Cysterciensi 2*. g) de Monte *om.* 2*. h) Rûtgero 2; Rotgero 2*. i) Rûtgerus 2. k) capide 2. l) cum 2. 2*. m) si *pro* non 2*. n) XIIII. *om.* 2. 2*. o) Apuliam 2; Apuleam 2*. p) militibus intravit 2*. q) nobilium superiorum partium 2. 2*. r) et innumerabilis turba ex Suevia et Alemannia ad 2. 2*. s) castella 2. 2*. t) illorum 2. u) et legatus a papa constitutus *om.* 2. 2*. v) Bavinbert 2; Bavimberg 2*. w) necaverun 2. x) subegerunt 2*. y) ipidem 2. z) Myrroth 2*. a) Sarracenorum 2*. b) et castellas 2*. c) et 2*. d) eorum 2*.

55) hodie Termes, inter Carcassonne et Narbonne ad meridiem situm.

ipsius civitatis propter necem Phylippi regis expulsum restituerunt. Causa etiam huius negotii fuit, ut secundum preceptum papae Ottonem imperatorem relinquerent, et Fridericum[a] regem Sicilie, filium Heinrici imperatoris, eligerent. Sed cum plures assensum non preberent, infecto negotio recesserunt. Ibi[b] etiam Syfridus episcopus Ottonem imperatorem[c] excommunicavit, et missis litteris suis ad omnes archiepiscopos et episcopos, ut ipsum[56] facerent auctoritate apostolica precepit. Unde commotus palatinus comes Reni Heinricus, frater imperatoris, cum duce Brabancie et ceteris nobilibus Lotharingie et
Sept. 29. superiorum parcium, totum episcopatum Mogontiensem[d] circa festum sancti Mychahelis incendio et rapina vastavit, nichil preter civitates et castra intactum relinquens. Tunc[e]
1212. Febr. 20. etiam circa quadragesimam imperator de Ytalia rediit. *

Mai. 13 15.[f] A. D. 1212. imperator apud Nurinberg[g] celeberrimam curiam circa pentecosten habuit, ubi omnibus qui presentes erant principibus causam werre inter ipsum et papam innotescit[h]. Regnum etiam Boemie, abiudicatum Odacrio regi per sentenciam[i] principum, filio[k] ipsius, presentibus supanis et pluribus nobilibus terre, cum 6 vexillis assignat. Nam matrem iuvenis, sororem scilicet marchionis de Missene[l], repudiaverat et filiam regis[m]
Mai. 3 Ungari duxerat. ** Leodium in die ascensionis Domini a duce Brabantie H.[57], fugato
*pag. 349. Hůardo[n] [58] episcopo, capitur[o] et maxima preda et plures[p] divicie *a militibus et sariantis ibi diripiuntur.

Mai. 3. In ipsa etiam vigilia ascensionis Adolfus quondam Coloniensis archiepiscopus Coloniam veniens, prioribus et clero se a papa investitum, et Teodericum officio et beneficio destitutum affirmabat, pro eo quod a Syfrido Mogontiense archiepiscopo et legato sedis apostolice propter Ottonem imperatorem excommunicatus missas celebrasset et crisma confecisset. Clerum etiam sibi obedire apostolica auctoritate[q] precepit. Teodericus[r] vero archiepiscopus, cernens se a clero derelictum, ad satisfactionem Romam progreditur, ubi per longum tempus demoratur.

Eodem anno multitudo populi ex omni Saxonia et Westfalia et Fresia et diversis partibus cruce signati ad expugnandos Begginos proficiscuntur. Quorum multi terrore exercitus relictis civitatibus et castris fugerunt[s], alii miseratione Dei per cardinalem, qui a sede Romana illuc missus fuerat, relicto errore ad fidem catholicam revocantur, ecclesie aperiuntur et mundantur, officia divina resumuntur, misse publice coram peregrinis celebrantur. His ita[t] patratis, quidam ad natale solum revertuntur, quidam cum duce Austriae Lutpoldo[u] ad Hyspanias[v] contra ethnicos pugnaturi progrediuntur. Ibi enim infinita multitudo Sarracenorum[w] et ceterorum gentilium, a Massamuto rege Marroth[x] missa[y], navigio mare transierat[z], ut illi totam Hyspaniam subiceret[a], et omnes christianos ex ea eliminaret[b]. Commisso itaque bello a rege Hyspanie et ceteris christianis cum eo[c], domino Deo[d] populo suo victoriam conferente, inumerabilis[e] multitudo eorum prosternitur, ceteri autem ad naves fugientes in mare demerguntur.

Ipso etiam anno ex omni Francia et Theutonica pueri diverse etatis et conditionis cruce signati ad subventionem[f] sancte terre Iherosolimam proficisci divinitus sibi imperatum affirmabant. Quorum exemplo multitudo iuvenum et mulierum cruce se signantes cum eis ire disponunt. Quibus etiam quidam maligni homines admixti, ea que extulerant

Mart. 27. * et apud Frankinvort in die palmarum cum quibusdam principibus et nobilibus colloquium habuit, ubi de iniusta excommunicatione pape in eum facta[g] querimoniam facit. *add.* 2 *et* 2*.

** cum Moguntino eciam et[h] lantgravio contra ipsum imperatorem[i] ad eligendum alium regem conspiraverat. Ibi eciam episcopus de Bavinberg cum fratre suo, duce Meranie, in[k] gratiam imperatoris venit, qui et cancellarius eius constituitur. *add.* 2 *et* 2*.

a) Fredericum 2, *et sic semper.* b) Sifridus similiter a papa se legatum per Alemanniam constitutum affirmans, Ottonem *etc.* 2. 2*. c) sepius *add.* 2. 2*. d) Mogonciense 2. 2*. e) Eodem anno in quadragesima 2. 2*. f) XV. *om.* 2. 2*. g) Nyrinberg 2*. h) et omnes sibi favorabiles[a] reddit *add.* 2. 2*. i) sententiam *om.* 2*. k) filio *om.* 2*. l) Mysene 2. 2*. m) regis *om.* 2. 2*. n) Hůardo *om.* 2, *exstat in* 2. o) accipitur 2. p) innumerabiles 2. 2*. q) auct. apost. 2. 2*. r) Teodericus — demoratur *om.* 2 *et* 2*. s) fugierunt 2. 2*. t) itaque 2*. u) Lupoldo 2. v) Hyspaniam 2; Yspaniam 2*. w) Sarracenorum 2. x) Marroch 2*. y) missi *codd.* 1. 2. 2*. z) transierant 2. a) subicerent 2. 2*. b) eliminarent 2. 2*. c) eis 2. 2*. d) eciam *add.* 2; et *add.* 2*. e) innumerabiles 2*. f) subvencione 2. g) factam 2. 2*. h) et *om.* 2*. i) imperatorem 2. k) et *pro* in 2.

a) favorales 2*.

56) i. e. idem facerent. 57) Heinrico I. 58) vel potius *Hugone* II, qui sedit a. 1200—1229.

et[a] a fidelibus cottidie accipiebant[b], nequiter[c] et furtive[d] subtrahentes[e] occulte recesserunt. Quorum unus Colonie comprehensus, suspendio vitam finivit. Multi etiam illorum in silvis et desertis locis estu, fame et siti perierunt; alii Alpes transgressi, mox ut Ytaliam intraverunt a Longobardis spoliati et repulsi, cum ignominia[f] redierunt.

Circa idem tempus Otto imperator Thuringiam[g] cum exercitu intrat, et ad iniuriam Herimanni[h] lantgravii totam terram illam igne et ferro vastat; Northusin etiam nupcias celebravit, ducens filiam Phylippi regis que sibi desponsata fuerat, que quarta die rebus excessit humanis. Item ipso anno Fridericus rex Sicilie, filius Heinrici imperatoris, Romam veniens a papa cum honore suscipitur, et quorumdam principum auxilio Ytaliam transiens in Alemanniam venit; ubi a cunctis principibus et nobilibus superiorum[i] *partium letus *pag. 350. suscipitur. Otto vero imperator cum exercitu illi occurrere statuit; sed videns infirmiorem[k] partem suam, dimisso exercitu occulte ad inferiores partes se transtulit. Ipse autem Fridericus Mogontiam veniens, in festo sancti Andree apostoli celebrem curiam habuit, ubi Nov. 30. plurimi principes ab eo inbeneficiati fidelitatis iuramentum prestiterunt. Teodericus Traiectensis episcopus in die sancti Nycholai obiit, pro quo Otto frater comitis[l] de Gelrin[m] Dec. 6. succedit.

16.[n] A. D. 1213. Symon de Monte Forti cum christianis, qui ei in auxilium venerant[o], Tolosam civitatem contra comitem Sancti Egydii et Begginos profectus, bellum instituit. Ubi congressione facta, rex Arragone[p], qui Begginis[q] in auxilium venerat, occiditur, et christiani victoriam consecuntur. Eodem anno Phylippus rex Francie cum maximo exercitu Flandriam intravit, ut Ferrandum comitem expelleret et terram suo dominio subiugaret; sed non secundum voluntatem suam evenit. Nam plurimis suorum ibidem occisis, cum magno detrimento et ignominia[r] victus rediit. Circa autumnum etiam dux Brabancie cum episcopo Leodicense[s] dimicans superatur, ubi omnes fere sui aut occiduntur, aut capiuntur. Item ipso anno Otto Monasteriensis episcopus Coloniam veniens, a quibusdam fautoribus imperatoris capitur, et Werdene[t] missus iussu ipsius vinculis mancipatur. Quapropter civitas a Syfrido sedis Romane legato excommunicatur, divinaque officia in ecclesiis celebrari prohibentur.

17.[u] Anno Domini[v] 1214. domnus papa dolens sanctam terram[w] tanto tempore sub potestate et ludibrio paganorum constitutam, missis litteris suis per omnes fines christianorum, quoslibet ydoneos magistros praedicare crucem praecipit, unde[x] per diversas provincias[y] innumerabilis multitudo pro amore Christi et liberatione[z] sanctae terrae cruce se signat[a]. Eodem anno Otto imperator terram comitis de Gelrin[b] igne et ferro vastat. Circa Iulium etiam mensem idem imperator cum comite Flandriae Ferrando et duce Brabantiae et plurimo exercitu contra regem Galliae ad bellum proficiscitur; ubi iuxta Tornacum proelio commisso, rex Galliae victoriam obtinuit. Ferrandus cum pluribus nobilibus tam Flandriae quam Lotharingiae ibidem capitur, et Parisius missi vinculis mancipantur[c]. Ipso etiam tempore Fridericus rex Siciliae cum validissimo exercitu Mosellam transivit, et terrore suo quoslibet nobiles terrae illius ad favorem suum inclinavit. Deinde Mosam transiens ducem Brabantiae petiit. Qui celeri adventu eius territus[d] supplex ad eum[e] venit, fidelitatem promisit, insuper filium suum et alios nobiles viros obsides dedit. Item ipso anno 2. Nonas Marcii cometa stella apparuit, *et 16. Kalendas Aprilis eclypsis *pag. 351. 1215. lunae fuit. Mart. 6. 17.

18.[f] A. D. 1215. Fridericus rex apud Andernacum colloquium Kalendis Mai cum Mai. 1. nobilibus terre illius habuit, ubi dux Baioarie et plurimi nobiles cruce signantur.

Otto itaque imperator Colonie diu cum uxore commoratus et ab omnibus derelictus, cum nullas preces pro absolutione episcopi quem Werdene captum[g] tenebat admitteret, Adolfus comes de Monte ipsum[h] castrum quo[i] tenebatur obsedit. Quod dum per plurimos

a) et *om.* 2*. b) set illi *contra sensum addit* 2; illis committebant, sed illi *add.* 2*. c) nequiter 2. d) ea *add.* 2. 2*. e) congregata pecunia *add.* 2. 2*. f) igminia 2. g) Thuringia 2. h) Hermanni 2*. i) superorum 2. k) infirmorem 2. l) G. *addit* 2. m) adhuc iuvenis *addunt* 2 *et* 2*. n) XVI. *om.* 2. 2*. o) ad *addunt* 2 *et* 2*. p) Arrogone, *syllaba* Ar *in loco raso,* 1; Terrogone 2. 2*. q) ei *pro* Begginis *habent* 2 *et* 2*. r) *litteras* ni *superscr.* 2. s) Leodiense 2. t) Werde 2. 2*. u) XVII. *om.* 2. 2*. v) Domini *om.* 2. w) terram sanctam 2. x) mox *addit* 2. y) provincias *om.* 2*. z) liberationem 2. a) signant 2*. b) Gelre 2. 2*. c) mancipatur 2. d) perterritus 2. 2*. e) ad eundem supplex 2. 2*. f) XVIII. *om.* 2. g) quem captum Werde 2. 2*. h) ipsi 2*. i) ubi 2. 2*.

dies inpugnaret et parum proficeret, tandem per fossores maximas cavationes per fundamentum turris faciens, ipsos defensores castri in desperationem induxit. Qui necessitate compulsi episcopum cum ipso castro[a] tradiderunt, liberum recessum cum suis omnibus ab Iul. 24. eodem impetrantes. Quod factum est in vigilia beati[b] Iacobi apostoli. In ipsa etiam vigilia Fridericus rex Sicilie cum quibusdam principibus et nobilibus tocius Lotharingie Aquisgrani Iul. 25. veniens, sequenti die, scilicet in festo sancti Iacobi, a Syfrido legato apostolice sedis, Colonie[c] archiepiscopo non existente, in regem ungitur et in regali sede collocatur. Quo mox consecrato, Iohanne Xantensi scolastico crucem ibidem[d] predicante, ad subventionem sancte terre cruce signatur. Post quem Syfridus Mogontiensis archiepiscopus, Leodicensis[e], Bavinbergensis[f], Pactaviensis, Argentinensis episcopi, dux Meranie, dux Brabantiae, 59 H. dux de Lynburg[g], dux de Ancei[59], palatinus comes de Tuingin[60], marchio de Badę[h], S.[i] comes de Los[61], W.[k] comes de Iuliaco, H. comes de Seinę, H. comes de Monte[62] et alii plurimi nobiles et magna equestris ordinis multitudo[l] cruce signantur. Post hec Treblrorum archiepiscopus Teodericus[m] Coloniam veniens, cives ad concordiam et subiectionem Friderici regis[n] hortabatur. Quod dum[o] cum ducę Brabantie[p] elaborasset[q], in octava sancti Aug. 4. Pantaleonis missas in ecclesia sancti Petri celebravit, clerum et populum a nodo excommunicationis[r] absolvit. Nam civitas per annum et quinque menses propter imperatorem excommunicata[s] et sub interdicto posita fuerat, et divina in ecclesiis officia omissa[t]. In ipsa etiam die Fridericus rex civitatem ingressus a civibus et clero suscipitur, et[u] per 7 dies ibidem demoratus, omnes presentes nobiles tam superiorum quam inferiorum parcium falsas monetas et iniustas exactiones vectigalium abiurarę et firmam pacem firmare precipit.

Aug 28. Ipso anno 5. Kal. Septembris circa horam primam diei terre motus fuit. Eodem etiam *pag 352. anno papa Rome concilium[v] habuit. Ubi tam de transmarinis *partibus, quam de cunctis christianorum finibus, patriarchis, archiepiscopis, ępiscopis, abbatibus, prelatis ecclesia- Nov. 11. rum congregatis, in ecclesia sancti Iohannis baptystae concilium in festo sancti Martini in- Nov. 30. choatum[w] et usque ad festum sancti Andree protractum; nichil dignum memoriae quod commendari possit ibi actum est, nisi quod orientalis ecclesia, quod antea[x] inauditum fuit, se subditam Romane ecclesie exhibuit. Nam Constantinopoli duo in patriarchas electi Romam[x] venerunt et iudicio pape se submiserunt. Qui[y] ambos consilio cardinalium deposuit, et tercium substituit et investivit et ad sedem propriam[z] remisit.

Tidericus igitur Coloniensis archiepiscopus[a] diu ibidem demoratus, cum officii sui restitutionem minime inpetrare posset, priores ecclesiae acceptis a papa litteris alium 1216. Febr. 29. eligere iussi sunt. Qui Coloniam redeuntes, et secunda feria post dominicam[b] *Invocavit me*[c] in ecclesia beati Petri convenientes, Engilbertum maiorem prepositum in episcopum elegerunt.

Mai 1. 19.[d] A. D. 1216. Fridericus rex in festo apostolorum Phylippi et Iacobi curiam apud Nurinberch[e] habuit; ubi Petrus cardinalis Sancte Potentiane a domno papa missus affuit. Huic curie Engilbertus Coloniensis electus se exhibuit, et a domno Petro cardinale confirmatus regalia a Friderico rege[f] suscepit. Eodem anno a venerabili Tiderico Heistorum Apr. 27. episcopo consecrata est ecclesia sancti Pantaleonis 5. Kal. Mai. Nam quondam, scilicet anno dominice incarnationis 980, consecrata fuerat a Warino venerabili Coloniensi archiepiscopo, sed propter violata cornua altarium, principale altare cum aliis[g] duobus[h] ex utraque parte, scilicet beatorum Petri et Pauli, ibidem[i] destructis et novis reparatis, consecrata sunt cum capellula sanctuario contigua, que in honore sancte Katerine virginis consecrata ęst. Ipso etiam anno post octavam apostolorum[k] Innocentius papa obiit, cui Cyncius[l] cardinalis quatuor Coronatorum succedit, et dictus est Honorius. Item ipso anno Iohannes rex Anglie, diu dissidens cum baronibus et nobilibus terre sue cum se ei oppone-

a) comiti *addit* 2*. b) sancti 2. c) Coloniense *corr.* Colonie 1; Coloniensi 2. d) ibidem crucem 2. 2*. e) Leodiensis 2. f) Bavimbergensis 2*. g) Limburg 2. 2*. h) Balde 2*. i) L. comes de Lo 2. 2*. k) W. *om.* 2*. l) magna mult. equest. ordinis 2. 2*. m) T. 1. 1*. 2*; *om.* 2. n) regis F. 2. 2*. o) dum *om.* 2. 2*. p) ibidem *addit* 2. q) elaborasset 2. r) excummunicationis 2. s) excummunicata 2. t) divina off. in eccl. omissa 2. 2*. u) et *om.* 2. v) consilium 2. w) incohatum 2. x) ad consilium *add.* 2. 2*. y) Quos 2. z) propriam sedem 2. 2*. a) archiep. Colon. 2. 2*. b) dominica 2. c) me *corr.* ne 2. d) *num. om.* 2. e) Wirzeburg 2. 2*. f) ibidem *add.* 2. 2*. g) aliis *om.* 2. 2*. h) altaribus *add.* 2. 2*. i) ibidem *om.* 2. k) Petri et Pauli *addit* 2. l) Cincius 2. 2*.

59) i. e. dux Lotharingiae; cfr. Schirrmacher, Kaiser Friedrich II. p. 287. 60) Tübingen. 61) immo Ludowicus II. 62) vel potius Adolfus V, 1189—1218.

rent, quosdam ex eis capiens crudeliter interemit, reliquos[a] in Lunnense[63] civitatę, que est metropolis Anglie, obsedit. Quos dum cottidie acrius inpeteret, illi angustiati occulte nuncios mittentes, Ludewicum filium regis Francie in auxilium accersierunt. Qui pluribus navibus advectus, eum ab obsidione recedere coegit, et ab ipsis susceptus regem[b] circumquaque[c] persecutus est[d], castella et[e] civitates plurimas sibi subiciens[f]. Iohannes igitur rex pre dolore languore *correptus moritur, et[g] succedit Heinricus filius eius. Qui reconciliatis sibi baronibus terre, Ludewico regi[h] Francie secundo cum copioso exercitu et pluribus navibus Angliam revertenti occurrit, et navali prelio commisso, magnam multitudinem exercitus, captis et submersis navibus, occidit ipsumque in quodam fortissimo castro obsidione cinxit, et in tantum artavit, ut totam terram, quam pater suus patri eius abstulerat, datis obsidibus reddi promitteret[i]. *pag. 353.

2.[k] *annus Friderici regis*[l].

A. d. i. 1217. Andreas rex Ungarie, Lupoldus dux Austrie*, cum episcopis et comitibus et copiosa multitudine signatorum mare transeunt[m].

Item Wilhelmus[n] comes Hollandie et Georgius comes de Wide cum aliis cruce signatis Teutonie ad terram sanctam navigio proficisci[o] desiderantibus, super unum de nobilioribus terre fluviis, fluvium Mosam, congregati[p] sunt apud Vlerdinge[64]. Quarto igitur Kal. Iunii Mai 29.
predicti peregrini se et sua illi commendantes, cui est in vestimento et femore scriptum: *Rex regum et Dominus dominantium*, oppansis velis leti mare conscendunt. Sicque in pulchro comitatu sulcantes equora in Kal. Iunii[q] applicant in Anglia apud Dertmudin[r] [65]. Iun. 1.
Tercio Nonas huius mensis hinc recedentes perveniunt ad mare Brittannicum, ubi inter Iun. 5.
rupes in mari latentes confracta est navis de Munheim[s]. Inde[t] applicant in Brittannia apud Sanctum Matheum in finibus terrarum, quod vulgari nomine Fine posterne[66] dicitur. Hinc perveniunt ad portum Phare[67] in regno Legionensi. Ibi naves in portu relinquentes, petunt limina gloriosi apostoli Iacobi in Conpostella. Item[u] prefati cruce signati in martyrio beatorum Petri et Pauli naves intrant, mare ascendunt, ubi orta tempestate sevissima se- Iun. 29.
parate sunt naves 6. Nonas Iulii, et comes Hollandiae portum peciit cum pluribus navibus Iul. 2.
in regno Portugalense[v], in cuius introitu tres naves confracte sunt; comes vero de Wide cum aliis navibus reliquum intravit portum in eodem regno. Inde recedentes 6. Idus Iulii Iul. 10.
proxima sequenti feria portum intrant Ulixibonensem; est enim Ulixibona civitas optima, Iul. 11.
optime sita, in eo scilicet[w] loco ubi auriferus Tagus mari occeano copulatur. Hanc enim civitatem quondam construxit Ulixes, cum a Troia post eius destructionem[x] recessit; prius

* Bavinbergensis episcopus cum fratre suo duce Meranie et copiosa multitudine signatorum mare transeunt. In Maio etiam mense naves onuste omni apparatu victualium et armorum de diversis partibus adventantes, equoreum iter ingresse et in portu Anglie, cui nomen Dormude, 350 coadunate, oppansis velis et 7. die navigacionis sue prosperante Deo in portum civitatis Pharan applicuerunt. Ibi navibus egressi ad Sanctum Iacobum ad oratum pergunt. Egressi inde ad Ulixibonam civitatem Yspannie pervenerunt; ubi dum per aliquod tempus commorantes se recrearent, instrumenta et utensilia navium repararent, episcopus prefate civitatis cum episcopo Egrensi eos aggressus, magnis precibus ad obsidionem civitatis Alkaz nomine invitabant. Erat autem ipsa civitas in confinio eorum supra mare sita, turribus et propugnaculis fortissima, in qua predones sc licet Sarraceni commorantes, inauditis calamitatibus et miseriis terra marique christianos opprimebant. Sed dum plures non acquiescerent, sed ceptum iter peragere se affirmarent, Wilhelmus comes Hollandie, Georgius comes de Withe cum centum et octoginta navibus ibi remanserunt, reliquis recedentibus. Civitas in festo sancte Praxedis virginis obsidetur, machina maxima de trabibus navium fabricatur, manganelle Iul. 21
ante portas collocantur. Princeps civitatis nomine Albira, veritus excidium civitatis, nam sepius audatiam[y] ...... *h. l. addit* 2*.

a) ceteros 2. 2*. b) ipsumque regem 2. c) subesse (subēē) *addit* 2. d) est *om.* 2. 2*. e) castella et *om.* 2. 2*. f) subiciens *om.* 2; subiecit 2*. g) cui 2. h) regis 2*. i) *sequitur imago Friderici regis, cui superscriptum:* FRIDERICUS REX. 2. k) *quae sequuntur an alia manu scripta sint, non satis liquet; nonnihil tamen a praecedenti differt.* l) *rubra in margine:* Tercia expedicio ab Andrea rege et aliis principibus imperii 1; *om.* 2 *et* 2*. m) *verba:* cum episcopis — mare transeunt *om.* 2*. n) Wilhelmo 2*. o) proficissi 2. p) congressi 2. q) Iulii *codd.* r) Dertmuden 2. s) Munhem 2. t) In die 2. u) item 1; Jt = iterum (?) 2, *quod ni fallor scribendum est.* v) *sic corr. ex* Portubilense 1. w) *post suppl.* 1. x) destruxionem 2. y) *reliqua pars lineae vacua relicta est; sequitur statim:* Anno d. inc. 1218. Theodericus Coloniensis archiep[iscopus] — Engilbertum maiorem prepositum in episcopum elegerunt *(cfr. supra a.* 1215. *extrema). Tum pergit:* Eodem anno [F]ridericus rex — cui Cyncius cardinalis quatuor Coronatorum succedit et dictus est Honorius *(supra a.* 1216. *init.). Deinde sequuntur verba:* Item Wilhelmo comes Hollandie et Georgius comes de Wide cum aliis cruce signatis *etc.* 2*.

63) London. 64) hodie Vlaardingen. 65) Dartmouth. 66) Finisterre. 67) Vares in Gallicia.

enim ibidem invenerat Achillem inter filias Lycomedis in veste muliebri latentem. Nunc autem ibi veneratur corpus beati Vincentii levite et martiris. Cum itaque dicti crucesignati *pag. 354. per aliquot dies in hoc loco morarentur, *exspectantes alias naves cum quibus condixerant, accesserunt ad eos Severius episcopus Ulixibonensis, episcopus Elborensis, Martinus commendator milicie de Palmela, Templarii, Hospitalarii cum aliis nobilibus Portugalie, suas eis continuas tribulationes et angustias ex nimia vicinia Sarracenorum[a] querulose ac lamentabiliter exponebant, asserentes castrum quoddam esse in foribus ipsorum a Sarracenis inhabitatum, nomine Alchaz[b], a quo olim fratres, qui de Gladio appellantur, sunt eiecti et captivati, addentes eciam, hoc castrum in pensione 100 christianorum suo regi de Marroch singulis annnis fore obligatum. Sicque pecierunt, ut intuitu christiane religionis ab incolis huius loci valida manu eos dignarentur liberare, cum hoc castrum esset clavis et antemurale tocius erroris Hyspaniae. At dicti comites consilio cum discretis habito, attendentes viam maris ex inequalitate temporis eis esse preclusam, et presentiam ipsorum terre sancte minus fore[c] utilem, maxime cum Romanorum rex et Romani cum multis principibus Alemannie hoc tempore non transeant, elegerunt potius[d] in obsequio divino medio tempore insudare et inimicorum fidei[e] fines invadere, quam apud locum aliquem quiescendo tamquam servi inutiles ocio vacare. Sicque ad obsidendum prefatum castrum conspiratum est. Ab hoc itaque facto plurimi discordabant[f], et maxime Fresones[g], qui Iul. 26. proxima sequenti feria post festum Iacobi ab Ulixibona cum 80 navibus vel paulo plus re- Iul. 30. cesserunt. Tercio igitur Kal. Augusti a dictis comitibus obsessum est castrum, sed 3. Nonas Aug. 3. huius mensis advenerunt in pulchro comitatu prefati episcopi et fratres milicie sancti Iacobi, qui et de Gladio appellantur, cum aliis nobilibus de regno Portugalie. Statim post hec impletum est fossatum, et factus est insultus, et instrumenta bellica sunt contra murum[h], et interfecti sunt tam christiani quam Sarraceni[i], isti lapidibus illi sagittis. Postea accesserunt fossores sub terra fodientes, ut murum deicerent; at[k] Sarraceni e contrario fodientes nostros impedierunt; tamen tam illorum labore tam ex istorum circa Aug. 24. festum sancti Bartholomei cecidit una turris, nec tamen patuit aditus; interior enim pars Sept. 9. parietis mansit. Proxima itaque sequenti feria post festum nativitatis sancte Mariae[l] contra cristianos congregati sunt quatuor reges Sarracenorum in multitudine gravi, rex [68] scilicet Sibilie[68], que alio nomine Hispalis dicitur, in qua quondam beatus Ysidorus erat archiepiscopus, et rex de Corduba, unde Lucanus exstitit oriundus, sicut eius epytaphium testatur:

*pag. 355. *Corduba me genuit, rapuit Nero, prelia *dixi*
*Que gessere pares, hinc socer, inde gener;*

tercius rex de Iehen[69], quartus de Badalouz[m][70]. Isti reges fixere tentoria prope christianos ad unam leucam, volentes christianos de prefato castro effugare et captivatos secum abducere. Sed omnipotens Deus, qui superbis resistit, humilibus dans gratiam, dignatus est Sept. 10. suos confortare tribus miraculis preostensis. Ipsa enim die ad vesperas apparuit triumphale in aere vexillum sancte crucis in signum victorie. Post noctis medium venit in adiutorium[n] christianorum Petrus magister milicie Templi, et in ipso conflictu[o] visa est candi- Sept. 11. datorum turba celitus missa. Mane autem facto, in die videlicet Proti et Iacincti, in maxima elatione dicti reges a parte orientali ad pugnam sunt ordinati. At[p] christiani minores hiis numero, maiores autem merito, suas acies debito ordine struxerunt a parte occidentali. Unde refulsit sol in clyppeos aureos, et resplenduerunt montes ab eis, et fortitudo gentium corde confusa est. Quid plura? Illi in viribus, isti in fide confidunt. At Martinus commendator Palmele, parvus corpore, corde leo[71], vexillum dextra[q] vibrans clyppeumque[r] sinistro lateri adaptans, galeato vertice parumper demisso, cornipedem acuto calcare pungens[s], ruiture gentis medium prorupit in agmen; cui non minor ipso iungitur in pugna Petrus magister milicie Templi, quos audacter sequitur non segnis turba suorum. Hic equus opponitur equis, hic[t] ensibus ensis, hic clyppeus clyppeis, hic obruta casside cassis. Quid plura? Qui est ante secula humiliavit eos, quorum prius sublimes erant palpebre et super-

a) Sarrascenorum 2. b) n. a. *prima manu in margine suppl.* 1. c) esse 2. d) magis 2. e) fide 2. f) descordabant 2. g) Frisones 2. h) *supplendum:* directa. i) Sarrasceni 2. k) et 2. l) beate Marie 2. m) Badaloirz 2. n) iutorium, *syllaba* ad *praetermissa,* 2. o) afflictu 2. p) Ad 2. q) dextera 2. r) que *in loco raso* 1. s) pugens 1. 2. t) hic *post suppl.* 1.

68) Sevilla. 69) Iaen. 70) Badajoz. 71) Sequentia usque ad verba: *hic obruta casside cassis* versibus heroicis, oratione soluta intermixta, conscripta sunt.

cilia erecta. Nam duo reges ibi ceciderunt, ille scilicet de Corduba et ille de Iehen[a], preterea plus quam 14 milia Sarracenorum, preter captivos, qui infiniti erant. Insuper eciam galee, quas per mare adduxerunt[b], fugate sunt. Reliquerunt eciam in campo omnia tentoria cum tota suppellectili sua. Circa festum vero 11 milium virginum per fossores cecidit Oct. 21.
altera turris. Tunc demum perterriti infelices[c] castrum reddiderunt, et se et sua in manus christianorum dederunt, qui omnes venundati sunt. Invente sunt enim in hoc castro tam de viris quam de mulieribus quam parvulis persone circa duo milia et 50. Et redditum est castrum ex parte peregrinorum fratribus de Gladio. Post omnium sanctorum[d] festum uni- Nov. 1.
versus exercitus crucesignatorum reversus est Ulixibonam, tota hyeme ibidem bonam ducens vitam.

Item eodem anno 6. feria[e] post festum omnium sanctorum patriarcha Iherosolimitanus Nov. 3.
cum magna devotione tam cleri quam populi[f] *tollens vivifice crucis lignum, profectus *pag. 356.
est[g] ab Acaron[h] in castra Domini, que iam precesserant ad Recordanam. Hoc autem dulce lignum, post terram sanctam perditam reverenter repositum, diligenter servatum est usque ad hec tempora. Inminente siquidem conflictu Sarracenorum cum christianis, cogitaverunt prudenter christiani dividere lignum in partes duas[i], et partem unam ad prelium deferre, que ibidem perdita fuit, et partem aliam reservare, que nunc exhibetur; cui rex Ungarie et dux Austrie de loco castrorum progressi nudis pedibus occurrentes, deosculati sunt eam, cum tali signo obviam euntes soldano Babilonis, cuius filius Coradinus iactaverat se pugnaturum cum christianis, qui Acaron[h] fuerant congregati. Ideoque ordinatis aciebus obviam illi processerunt per planum Fabe usque ad fontem Tubanie, multum eo die laborantes. Premissis eciam exploratoribus, pulvis ascendens a longe adversariorum motum indicabat; sed incerti fuerunt, utrum contra eos, an fugiendo properarent. Sequenti vero die secus montes Gelboe, quos habuerunt ad dexteram et paludem ad sinistram, incedentes[k], venerunt Bethsaidam, ubi castra fixerat adversarius. Sed trium regum, Ungarie scilicet, Iherosolimitani et Cipri, non sustinens presentiam, fugiens terram
vastandam christianis reliquit. Unde Iordanem transeuntes in vigilia sancti Martini corpora Nov. 10.
sua pacifice laverunt, et requieverunt per triduum; deinde secus litus maris Galilee tres mansiones fecerunt peragrantes, in quibus Salvator conversatus est; aspicientes Betsaidam, civitatem Andree et Petri, nunc in casale modicum redactam. Demonstrata sunt loca, ubi Christus discipulos vocavit, et supra mare siccis pedibus ambulavit; desertum transierunt et loca ubi Dominus turbas pavit, et ubi cum discipulis[l] post resurrectionem[m] manducavit, et sic per Capharnaum in iumentis infirmos suos portantes reversi sunt Acaron cum preda ac multitudine captivorum. Deinde ad montem Tabor pervenerunt, ubi Coradinus castrum fortissimum cum septuaginta septem turribus construxerat, et duo milia conductorum militum[n] ad resistendum christianis locaverat. Ubi primo aquarum inopiam[o], postmodum[p] per modicam fossionem invenientes copiam, pabuli et victualium habundantiam[q] habuerunt; Sarracenum quoque impuberem ad eos descendentem baptyzarunt[r]. Porro prima
dominica adventus Domini patriarcha cum vexillo crucis montem conscendit, episcopis et Dec. 3.
clero psallentibus et orantibus; verum licet mons ab omni parte preruptus sit et excelsus
valde, et impossibilis ad ascendendum extra semitam tritam, milites tamen *satellites, *pag. 357.
equites et pedites viriliter ascendentes[s] primo inpetu straverunt castellanum et admiraldum unum cum aliis interfectis, qui portas castri egressi fuerant ad defensionem montis. Ceteris autem in stuporem versis et intra menia receptis, quo hominum consilio vel Dei iudicio ab impugnatione castri recesserint et inglorii descenderint, ignoratur.

In tercio equitatu, cui patriarcha cum ligno crucis et sacri episcopi non interfuerunt, multa dampna et incommoda[t] tam per latrunculos quam hyemis asperitatem perpessi
sunt, et presenti in vigilia nativitatis Domini et nocte sequenti; quae nisi adbreviata Dec. 24.
fuisset, propter inopiam lignorum et vestimentorum penuriam magna pars exercitus perisset in finibus Tyri iuxta Sareptam. Post hec milicia Domini quadrifaria divisa est. Reges Ungarie et Cipri cum magna multitudine peregrinorum et dampno terre promissionis Tripolim profecti sunt, licet multa supplicatio patriarche et aliorum frustra regi

a) Iehen 2. b) adduxerant 2. c) infideles *legendum esse videtur*. d) o. s. *in margine suppl.* 1; Post festum vero omn. sanct. 2. e) VI. f. *in margine scripta* 1. f) quam populi *om.* 2. g) est *om.* 2. h) Accaron 2. i) in duas partes 2. k) insedentes 2. l) dissipulis 2. m) resurresionem 2. n) *post suppl.* 1. o) quod *add.* 2. p) post *m. s. XIV. superscr.* 2. q) abhundantiam 2. r) baptizaverunt 2. s) ascenderunt: Primo *etc.* 2. t) inco|moda 2.

Ungarie facta precesserit. Rex Cipri adolescentulus post modicum tempus in Tripoli mor-
tuus est. Rex Iherosolimitanus et dux Austrie cum Monasteriensi[a] et Traiectensi[b] castrum
Cesariense Palestine semidirutum brevi tempore viriliter firmaverunt et utiliter; per quod
Deo donante ęadem civitas cito recuperabitur. Templarii vero cum paucis auxiliatoribus
peregrinis et Hospitalariis de domo Teutonicorum castrum filii Dei, quod olim Districtum,
nunc castrum Peregrinorum appellatur[c] a quibusdam, edificare ceperunt; quod positum
est in episcopatu Cesariensi inter Cayphas et Cesariam, cuius situs talis est: promuncto-
rium magnum et altum mari imminet, munitum naturaliter scopulis versus occidentem et
austrum et septentrionem. Modico[d] terre spacio[e] dudum turris ad orientem posita est, a
Templariis edificata ac possessa tam werre quam treugarum tempore. Fuit autem fundata
propter latrunculos, qui in via stricta[f] peregrinis ascendentibus in Ierusalem insidiabantur;
propter hanc causam Districtum fuit appellatum[g]. Porro toto fere tempore, quo castrum
Cesariense firmaverunt et consummaverunt Templarii, ex adverso montis fodientes et
magnis sumptibus laborantes, tandem ad fundamentum primum pervenerunt, ubi murus
antiquus apparuit, argenti quoque moneta modernis ignota in vase fictili non modica;
deinde in anteriori parte fodientes alium murum priori breviorem invenere. Postmodum
fontes novem, largas aquas effundentes, aperti sunt. Ibidem eciam lapidum et cementi[h]
*pag. 358. copiam Dominus ministravit. *Ante fontem castri due turres edificantur de lapidibus qua-
dris tante quantitatis, ut lapis unus vix a duobus bubalis in curru trahatur. Longitudo turris
centum pedes habet et amplius, latitudo turris septuaginta quatuor. Utraque turris duas
habet testudines, secundum quas altitudo disponitur. Inter utramque turrim murus novus
consummatus est, et[i] miro artificio equites armati ascendere possunt et descendere per
gradus intrinsecus[k]. Soldanus cum multitudine Sarracenorum hoc castrum aggrediens, ut
inicia municionis destrueret vel occuparet, virtute Altissimi repulsus recessit. Castrum
hoc bonum habet portum, piscariis, salinis, pascuis, agris fertilibus habundat, nec est
multum remotum a monte Tabor. Unde creditur quedam causa destructionis castri Tabor,
ab ipsis Sarracenis facta, quia nec seminare nec metere secure poterant propter habita-
tores castri filii[l] Dei.

3.[m] Anno Domini[n] 1218. navalis exercitus, qui apud Ulixibonam hyemaverat, pridie
Mart. 31. Kal. Aprilis mare ascendit; contigit autem, quod comes de Wede[o] cum paucis navibus de
nocte intraret portum quendam Sarracenorum in Kadie[p] 72), ubi due naves in sicco manse-
Apr. 5. runt, salvis tamen personis et rebus in eis existentibus. Nonis Aprilis[q] transierunt mare
strictum, quod dividit Europam ab Affrica et est latum tria fere[r] milia[s]. Quod cum trans-
issent, occurrerunt eis due naves Sarracenorum, quarum[t] spolia ablata sunt, naute inter-
Apr. 12. fecti, naves exustae. Pridie Idus Aprilis, scilicet in cena Domini, orta est maxima
tempestas, et naves separate sunt ab invicem, et quedam ex eis batellos suos vi
Apr. 15. tempestatis perdiderunt. Nocte vero pasche sevior erat tempestas et maximum passi sunt
periculum. Unde quedam naves applicuerunt apud Barcinonam in regno Arragonensi,
quedam apud Marsiliam, quedam transeuntes inter duas insulas, Sardeniam scilicet et
Corsicam, pervenerunt ad Ianuam sive Pisam sive Messanam. Messana nobilissima metro-
polis est in Sicilia, habundat enim frumento, oleo et vino. Et sic successive transfretabant,
et pervenerunt usque Acon. Ibi placuit patriarche, regi, episcopis, ducibus, Hospitalariis,
Templariis ceterisque crucesignatis navigio in Egyptum descendere, et inimicorum sancte
Mai. 25. crucis potentiam auxiliante Deo conterere. Unde accidit, ut in ascensione Domini cum
classis congregatio apud predictum castrum indicta fuisset, et maiores diem et locum ob-
*pag. 359. Mai. 28. servarent, classis ipsa Christo duce prosperis *ventis usa, Damiatam infra triduum appli-
cuit, et absque christianorum sanguinis inpensa terram hostilem viriliter occupavit, sine
capitaneis, qui paulisper morati propter predictam causam nondum venerunt. Est autem
Damiata sita inter litus maris et ripas Nili, in eo scilicet loco ubi Geon, qui et Nilus, mari
Mediterraneo recipitur, civitas pulcherrima et firmissima, infinitis turribus interius et ex-
terius decorata, habens versus fluvium duplicem murum, versus siccum triplicem. Et

a) Monasteriensis 2. b) Traiectensis 2. c) appellatur: a quibusdam edificare 1. 1*. d) Modicum 2. e) spacio 2. f) fricta 2. g) *in margine suppletum* 1. h) sementi 2. i) et muro artificio 2. k) intrincecus 2. l) fili 2. m) III. *om.* 2. n) dominice 2. o) Wide 2. p) Cadie 2. q) *sic locum emendavimus;* Non. Mai 1; Nomen Marroch 2. r) fere tria 2. s) milia *alia manu corr.* miliaria 1, *et ita* 1*. 2. 3. t) quorum 2.

72) Cadix.

nota, quod ante Damiatam in medio Nilo erecta est turris fortissima, a cuius pede maxime catene protenduntur usque ad murum civitatis, ne pateat aditus navigio intrantibus vel egredientibus Egyptum, nisi de licentia soldani. Hac enim via exeunt naves cum speciebus onerate[a], venientes ab India et tendentes versus Syriam, Antiochiam, Armeniam, Greciam et Cyprum; et ab hoc transitu rex Babylonie maximos recipit redditus. Hec civitas quasi caput et clavis est tocius Egypti; precellit enim in munitione Babyloniam, Alexandriam, Tanaim cunctas civitates Egypti. Erecta sunt postmodum instrumenta bellica contra turrim Damiate famosam, que capud unum catene continebat, reliquum turris una civitatis ad claudendum fluvium, ne naves ascenderent christianorum. Sed preter spem nostram et adversariorum timorem per partem alvei, que est inter turrim et terram, versus castra militie christiane galeide sursum ducte sunt, licet turris defensores iaculis et lapidibus transitum inpedire niterentur. Constructae sunt postmodum due scale super coggones, que dum traherentur ad turrim, et ut putabatur turris per eas capi posset, cum dolore nostro magno et stultorum blasfemia, malus, in quo suspensa fuit scala Hospitalariorum, confractus decidit cum suo pondere. Et paulo post scala[b] ducis Austriae similiter decidit, fortes agonistas Christi deorsum precipitans et per martyrii palmam ad celos elevans. Tandem magister Oliverus Coloniensis scolasticus ex puris elemosinis pauperum edificium construxit, in quo erant propugnacula et pons. Hoc opus in die sancti Bartolomei Aug. 24. turri appositum est, Sarracenis viriliter in eadem turri se[c] defendentibus, modo sagittis, modo lapidibus, modo lanceis, et maxime per ignem. Attamen divina clementia orationibus et lacrimis pauperum placata, extinctus est ignis in ponte, et turrim christiani audacter intrant et capiunt, et sic quidam ex Sarracenis sunt interfecti, quidam in Nilo submersi, quidam se in aquam proicientes evaserunt, et plus quam centum capti sunt.* *pag. 360.

Eodem anno Otto imperator iam per annos octo vinculo excommunicationis a duobus apostolicis innodatus, cum sepius honoratos viros pro inpetranda venia Romam[d] mitteret, sed tamen stare mandato eorum non admitteret, post pascha febre corripitur. Apr. 15. Deinde ingravescente morbo, ubi sibi diem mortis inminere cognovit, episcopum de Hildensheim et alios religiosos et sapientes viros, scilicet abbates et sacerdotes, convocat, et cum gemitu et lacrimis quid sibi agendum foret, vel qualiter a nodo exconmunicationis[e] absolvi posset, consulit. Ad quorum consilium cum mandato apostolici stare iurasset, ab episcopo absolvitur. Deinde[f] ordinato testamento suo factaque confessione, cum perceptione sancte communionis et sacre unctionis, cum magna contritione cordis, in castro quod dicitur Harzberg Idus Mai moritur. Mai. 15. Corpus Bruniswich[g] translatum et imperialibus indumentis et ornamentis indutum, iuxta patrem suum et matrem in ecclesia sancti Blasii sepelitur.

Post[h] captam siquidem turrim, in profundo Nili fluminis sitam, Saphadinus inveteratus, dierum malorum dolore, sicut asseritur, nimio tactus, exheredator fratruelum et usurpator regnorum Asie, mortuus est et sepultus in inferno. Postmodum in festo sancti Dyonisii Oct. 9. Sarraceni, cum galeidis armatis inprovisi venientes et principia castrorum ubi Romani tentoria fixerant invadentes, modica christianorum manu repulsi sunt, recurrentes celeriter ad galeidas; et qui gladios[i] persequentium effugere poterant, in Nilo submersi sunt circiter ad mille quingentorum numerum[k]. Sane in festo sancti Demetrii, qui uterinus frater[l] Oct. 26. eiusdem Dyonisii fuisse dicitur, summo diluculo Templariorum castra invaserunt hostes, et modicum dampnum eis inferentes, per expeditos equites fugati sunt ad pontem, et ad numerum quingentorum ibidem interempti.

Postea in vigilia sancti Andreae multa incommoda et adversa perpessi sunt fideles. Nov. 29. Nam media nocte intumuerunt fluctus maris, crescentes et excursum terribilem facientes, usque ad castra eorum. Ab alia parte fluvius inundans occupavit incautos; natabant tentoria, perierunt cybaria, et nisi fossatum extitisset[m], quod ad muniendum se fecerant, homines cum iumentis, naves cum armis et victualibus detraxisset ad hostes. Nec tamen hoc periculum evaserunt quatuor coccones, super quos edificata fuerant propugnacula ad capiendam civitatem, qui uno impetu cum quinta navi, que inter eos herebat, ad oppositam ripam vi ventorum precipitati, ante oculos eorum sunt igne Greco conbusti. Post dictam

a) honerate 2. b) scale 1. 1*; scala 2. c) se *om.* 2. d) Romam *m. secunda s. XIII. post suppl.* 1. e) excummunicationis 2. f) Demum 2. g) Brunswich 2. h) *quae sequuntur, usque ad a.* 1220 *init., alio atramento aliaque manu conscripta sunt* 1. i) galeidos *pro* gladios *habet* 2. k) numerorum 2. l) frater *om.* 2. m) extitisset *supplevi, deest in codd.*

tempestatem naves parabantur ad transitum fluminis, que cum magno periculo sursum ascendentes, inter civitatem[a] et[b] turrim captam machinis et[c] igne Greco et iaculis plurimum *pag. 361. *sunt inpedite. Unde accidit, ut una navis Templariorum vi torrentis rapta[d], prope ripam civitatis precipitaretur ad hostes; qui cum barbotis et uncis ferreis inpugnaverunt eam diutius, ignem Grecum cum lapidibus desuper proicientes de turribus. Et cum sic prevalere non possent propter defensorum audatiam, certatim navem ascendentes, precipites in eam[e] descenderunt[f] ad Templarios. Unde cum diutius pugnaretur, tandem navis perforata, sive ab hostibus sive a fidelibus incertum est, profundum peciit, submergens Egyptios cum christianis, adeo ut vix summitas mali[73] appareret super aquas. Exinde pontem hostes reparantes, aperturam adeo reliquerunt angustam, ut naves fidelium sine periculo transire non possent. Unde Theutonici et Fresones[g] indignati, auxiliante Deo pontem viriliter invaserunt. Pauciores autem viri quam decem de gente predicta contra omnem fortitudinem Babiloniorum pontem ascendentes, fregerunt eundem, et sic cum quatuor navibus, super quas pons erat fundatus, reversi sunt cum triumpho, liberam viam et apertam sursum velificantibus relinquentes. His ita gestis Sarraceni, periculum quod eis imminebat attendentes, ripam eis oppositam fossatis et argillosa materia cum propugnaculis ligneis altis munierunt, machinas et petrarias locantes ibidem Per fluvium autem navium emersiones fecerunt, cum palis infixis gurgiti transeundi eis spem auferentes. Nichilominus apostolice sedis legatus desiderium bonum habens obsidendi civitatem, naves superius congregatas urgebat ad transitum Unde coccones propugnaculis et castellulis, viris etiam armatis, muniti, Christo duce predictas navium emersiones evaserunt. Hostes vero dissimulato metu tres ordines armatorum stationi contraposuerunt, ictibus lapidum et telorum plurimis eos Febr. 5. vexantes. Sane nocte sancte Agathe virginis Deus innovans virtutis sue miracula, tantum pavorem soldano Babylonis et satrapis eius incussit, ut relictis castris, ignorantibus etiam Egyptiis quos ad resistendum ordinaverat, in sola fuga spem poneret. Quidam apostata, qui multo tempore legem christianorum transgressus cum soldano militaverat, stans in[h] ripa clamabat gallice[i] legato, regi et aliis fugam eorum nuntians. Itaque fugientibus Egyptiis, christiani[k] certatim et alacriter absque omni impedimento hostium et sanguinis *pag. 362. inpensa transierunt; et sic per gyrum ac firmiter *obsessa est civitas. Direpta sunt etiam fugientium tentoria et universe naves cum plurimis spoliis. Post hec adveniente Coradino rege cum Alapinis et magna multitudine, hostes resumptis viribus et animis locum illum occupant, a quo christiani transitum miraculosum fecerant; et sic eos obsidentes civitatem ipsi periculosius obsederunt, et nisi per divinum consilium prima castra, que erant inter mare et fluvium, retenta fuissent, maxime per Teutonicos et Fresones[l], portus eis ablatus fuisset et negotium plurimum periclitatum vacillasset[m]. Ad tantam[n] etiam Sarraceni per- Febr. 28. venerunt[o] temeritatem, ut diluculo sabbati ante dominicam Oculi mei cum gravi multitudine propius accederent, et usque in fossatum se precipitarent[p]; sed divino auxilio cum gravi dampno[q] equitum et equorum repulsi sunt.

Anno Domini[r] 1219. regina civitatum Iherosolima, que videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est a Coradino filio Saphadini foris et intus, muri eius cum turribus redacti sunt in acervos lapidum, preter templum Domini et turrim David. De glorioso sepulchro destruendo consilium habuerunt Sarraceni, et per litteras comminati sunt, quas civibus Damiate miserunt ad ipsorum solatium; sed nemo huic temeritati presumpsit manus Mart. 22. apponere[s] propter loci reverentiam. In die palmarum anni prescripti, inimici cum innumerabili exercitu equitum et peditum irruerunt super[t] fideles, undique fossatum eorum invadentes, et non est illis ea die datum gestandi alias palmas preter balistas et arcus cum sagittis, lanceas et gladios cum clyppeis. Adeo instabant et vexabant aucdacter[u], qui convenerant ad perdendum eos, studio liberande civitatis, ab ortu solis usque ad horam fere decimam; tandem fatigati[v] retraxerunt se cum dampno maximo. Item in festo ascensionis Mai. 8. Domini per terram et aquam irruerunt perfidi super fideles, sed nichil adversus vim[w] eorum

a) civitatem *in margine eadem manu scr.* 1. b) et *om.* 1; *exstat in* 2. c) machinis et *om.* 2. d) ripa 2. e) eas *corr.* eam 1. f) descendentes *codd.* g) Frisones 2. h) in *om.* 2. i) gallice *in margine ab eadem manu suppletum* 1. k) Christi 2. l) Frisones 2. m) vacillasset 2. n) totam 2. o) pervenerunt *om.* 2. p) precipitaret 2. q) danpno 2. r) domi *(sic)* 2. s) opponere 1. 1*. 3. t) *vocabulum* super *post erasum* 1 u) *sic* 1. v) fatigati *om.* 2. w) *ita supplevit* 3; *deest* vim 1. 1*. 2.

73) i. e. die Spitze des Mastbaums.

prevalere poterant. Pridie vero Kal. Augusti omnem pene quam habere poterant adducentes Iul. 31. copiam, post diutinos assultus[a] tandem fossatum contra militiam Templi transeuntes[b], pedites verterunt in fugam, adeo ut totus exercitus christianorum periclitaretur. Sed cum per milites extra fossatum non possent repelli, magister Templi cum marescalco ceterisque fratribus suis qui tunc aderant, per exitum angustum inpetu facto, viriliter incredulos vertit in fugam. Commissumque[c] est prelium ab utrisque, donec crepusculum vespertinum prelium diremit; Sarraceni priores abierunt, occisorum corpora perfidorum strata iacebant iuxta fossatum plurima, preter eos qui sauciati graviter vel[d] leviter reducti sunt ad castra. Pauci de fidelibus interfecti sunt vel capti. Instrumenta contra civitatem preparata combusta sunt a *defensoribus eius fere omnia preter scalas. Ienuenses[e], Pisani, Venetiani *pag. 363. firmiter asserebant, se civitatem expugnaturos per 4 naves, supra[f] quas scale pendebant. Quibus legatus apostolice sedis sumptus prebuit copiosos de communi. Aggredientes itaque civitatem, primo die multos interfecerunt et vulneraverunt, et quanto sepius[g] postmodum assultum fecerunt, tanto magis muri firmati sunt ligneis castellulis ac liciis[74], defensores etiam robustius et efficatius se venientibus opposuerunt, et sic scale mutilate per ignem tandem infecto negotio reducte sunt ad ripam. Et sic veraciter deprehensum est, Damiatam sola virtute divina in manus christianorum fore tradendam. Denique christiani immemores beneficiorum Dei et mirabilium que ostendit eis, provocaverunt oculos divine maiestatis[h] contra se per desidiam maiorum et murmurationes minorum. Unde factum est, ut communibus exigentibus culpis, in decollatione sancti Iohannis baptiste, licet pauci invenirentur, qui in Aug. 29. custodia castrorum remanerent, navalem et terrestrem exercitum equitum et peditum educentes ad castra Babiloniorum, tenderent inter mare et fluvium, ubi dulcis aqua reperiri non poterat ad potandum, Hospitalariis sancti Iohannis et legato sedis Romane et patriarcha, qui crucem baiulabat, multum et frustra supplicantibus ut subsisterent. Nam cum ęstus solis esset nimius, et pedites armorum pondere premerentur, propter nimium laborem et sitim terga dantes, cum equitibus extincti sunt, sine vulneribus corruentes. At Sarraceni, qui sublatis tentoriis fugam simulaverant, videntes defectum christianorum, reversi plurimam multitudinem interficiebant et captivabant. Capti sunt ibi electus Belvacensis[i] et frater eius, camerarius regis Francie, et filius eius frater Andegavensis episcopi, cum Iohanne de Arcis, viro nobili et valde strennuo, et Heinrico[k] de Ulme, et alii multi, qui trucidati sunt et in captivitatem ducti; Templarii 33 capti vel occisi sunt cum marescalco hospitalis sancti Iohannis cum aliis fratribus eiusdem domus. Persecutores ad deducendos captivos et spolia colligenda tandem redierunt, quingenta capita christianorum soldano presentantes. Meror et tristicia fideles occupavit, sed Deus in brevi luctum eorum in gaudium, merorem in leticiam convertit. Nam soldanus unum de captivis mittens, de pace vel[l] treuga cum eis tractare cepit, in quo tractatu fossatum suum et munitiones alias reparaverunt alacriter. Interea civitas obsidione longa, ferro, fame et pestilentia graviter afflicta. in sola pace, quam soldanus civibus promisit, spem posuit. Adeo enim in ea fames invaluit, ut cibi desiderabiles deessent. Nam ex angustia famis diversa morborum[m] genera vexabant eos; et inter cetera incommoda[n], que sustinuerunt, noctibus velut aorisia[o] percussi, apertis oculis nichil videre dicebantur. Illis etiam, qui foris in exercitu *Sarracenorum nos obse- *pag. 364. derunt, copia panis et pabuli cepit decrescere. Nilus siquidem, qui post festum sancti Iun. 24. Iohannis baptiste usque ad exaltationem[p] sancte crucis solet excrescere et Egypti plani- Sept. 14. ciem irrigare, ipso anno more suo non ascendit ad signum, quod ponere consueverunt Egyptii, et magnam partem terre[q] siccam reliquit, que nec arari nec seminari poterat suo tempore. Unde soldanus caristiam timens[r] et famem, etiam amore retinende Damiate, talem pacem cum fratre suo Coradino christianis obtulit, ut crucem sanctam, que capta fuit in victoria Saladini, cum civitate sancta et omnibus captivis, qui per regnum Babylonis et Damasci vivi reperiri possent, sumptus etiam ad reparandos muros Iherusalem, redderet, insuper regnum Iherosolimitanum totaliter restitueret, preter Craccum et montem Regalem, pro quibus retinendis tributum obtulit quamdiu treuga duraret. Sunt autem hec duo loca

a) assultos *corr.* assultus 1. b) traseuntes 2. c) cummissumque 2. d) et 2. e) Ianuenses 2. f) super 2. g) sepius *post suppl. ead. man.* 1. h) magestatis 2. i) Beluac. elect. 2. k) Heinricus 2. l) et 2. m) membrorum, *superscr. post ab alia, ut videtur, manu:* vel morborum 1; membrorum vel morborum genera 1*. 3; membrorum morborum genera 2. n) incomoda 2. o) acrisia *corr. ex* aorisia 2. p) exaltatione 2. q) terram *corr.* terre 2. r) mens, *syllaba priore omissa, scribit* 2.

74) castrorum aut urbium repagula; vide Du Cangium.

in Arabia sita, septem munitiones firmissimas habentia, per que negotiatores Sarracenorum et peregrini ipsorum Mecham tendentes vel ab ea revertentes transire solent, et[a] qui hec potenter tenuerit, Ierusalem cum voluerit graviter nimis cum agris et vineis ledere poterit. In hoc tandem convenerunt fideles, ut primum civitas expugnaretur, licet opus causa liberationis sancte terre fuerit inchoatum, et omnium crucesignatorum talis fuit intentio[b].

Interea soldanus magnam[c] multitudinem peditum clanculo per loca palustria[d] misit ad civitatem, quorum ducenti 40 christianis dormientibus fuerunt ingressi dominica post Nov. 3. festum omnium sanctorum; tandem per clamorem vigilum occisi sunt vel capti. Igitur Nov. 5. Non. Novemb. capta est Damiata absque deditione sine defensione, sine violenta depredatione cum tumultu, ut soli Filio Dei ascribatur evidenter victoria. Itaque cum primo civitatem intrassent, plus quam tria milia mortuorum invenerunt in ea more canum in plateis insepultos iacere. Reliqui omnes in ea debiles fuerunt. Quidam siquidem[e] christiani circa medie noctis silentium consilio, ut credimus, quorumdam de civitate intromissi fuerunt, et legatus intromissis nunciis turres et homines perfide gentis quam plurimos captivavit. Alii multi ascendentes turres fortiores, aurore lucem[f] in eis prestolabantur; exortaque luce Nonarum[g] Novembrium omnes se captivos Sarraceni Damiate dederunt, et civitatem totaliter in potestatem christianorum quamvis inviti tradiderunt. Et cum caperetur civitas in oculis regis Babilonis, more solito non fuit ausus Christi milites ad defensionem paratos per fossatum eorum aggredi[h]. Eodem etiam tempore fluvius excrevit, uberrimis aquis fossatum implens. Ipse vero confusus propria castra combussit et fugit. Invenerunt etiam in ea aurum et argentum multum nimis, pannos sericos negotiatorum[i] *pag. 365. in habundantia[k], vestes preciosas et ornatum seculi cum *varia suppellectili in superhabundantia[l]. Nam preter eos, qui vivi comprehensi sunt in ea, mortui promiscui sexus a tempore obsidionis in circuitu computantur ad 30 milia et amplius, quos sine ferro et[m] igne Dominus percussit[75].

*Primus annus imperii Friderici*[n].

Anno[o] dominice incarnationis 1220, ab Urbe autem condita 1971, completis ab origine mundi annis sex milibus quadringentis[p] decem et novem*, mortuo Ottone inperatore, Fridericus rex nonagesimo quinto loco ab Augusto in regno confirmatus, Frankinvort curiam habuit, ubi commendato[q] filio suo Heinrico principibus et ab eis licentia accepta, Romam proficiscitur, ibique a Romano pontifice Honorio et omni senatu honorifice susceptus[r], in Nov. 22. festo[s] sancte Cecilie in imperatorem consecratur.

76 * Eodem anno mortuus est Heinricus secundus, istius loci[76] abbas, et successit tercius Heinricus frater eiusdem loci[t].

A. D. 1221. lamentabilis rumor et tristis tuba omni orbe christiano insonuit: Damiatam scilicet, quam christiani summo labore et multorum sanguinum effusione[u] ceperant et possederant, soldano Babilonie redditam fuisse. Quod tali modo evenit. Ad instantiam et hortatum legati sedis apostolice ceterorumque[v] primorum, christiani ad ducenta milia Damiatam sunt egressi, copiosas naves cum victualibus secum ducentes, Kaer[77] que[w] et Babilonia dicitur, regiam civitatem, expugnaturi. Quatuordecim fere miliaria processerant ad locum ubi Nilus in[x] duo brachia dividitur, quorum unus versus Alexandriam tendit, ibique pontem extruere anticipabant. At soldanus hoc[y] conperto, cum valida manu Egiptiorum et aliorum gentilium eis occurrens, opus inceptum inpedivit et sagittis eos lacessivit. Cumque cotidiano insultu multi ex parte[z] utraque necarentur, et quadam die plurimi gentilium cecidissent, irati gentiles septingentas et quinquaginta christianorum naves cum hominibus et victualibus Greco igne conbusserunt. Preterea[a] fluvius eo tempore excrescens[b], scissuras[c] terre inplevit, homines et iumenta[d] operuit et delevit. Duplici articulo,

a) et qui h. p. t. Iherusalem *om.* 2. b) intentio *a manu eadem in margine suppletum* 1. c) magna multitudine 3; maxima multitudine 2. d) plaustria 2. e) sequidem 2. f) ducem 2. g) novarum 2. h) adgredi *om.* 2. i) negociator 2. k) abbundantia 2. l) superabbundantia 2. m) et *om.* 2. n) *rubrica in* 1; *om.* 2 *et* 2*. o) *sequentia usque ad a.* 1223. *init. ab alia manu s. XIII. conscripta sunt* 1. p) quadingentis 1. q) coronato *corr.* commendato 1. r) receptus 2. 2*. s) festo *om.* 2. t) *verba:* Eodem anno — frater eiusdem loci *in margine exteriore codicis ab alia manu saec. XIII. conscripta addita sunt* 1; *in textum eadem receperunt* 1* *et* 3; *desunt* 2 *et* 2*. u) offusione 2. v) ceterumque 2. w) qui 2. x) ad 2. y) hec 2*. z) parte *in margine alia m. s. XIII. suppl.* 1. a) Propterea 2. b) excrescens 2. c) scissura 2. 2*. d) *in loco raso* 1.

75) Universa haec narratio desumpta est ex Oliveri scholastici historia Damiatina apud Eccardum, Corp. hist. med. aevi II, 1397 extr. — 1416 init. 76) Sancti Pantaleonis. 77) Kairo.

tam fluvii inundantis, quam gentilium continua inpugnatione[a], primates christianorum artati, in hoc[b] consenserunt, ut Damiatam soldano resignarent, omnes christianos per regnum ipsius sive fratris sui Coradini vinctos recepturi. Annuit soldanus, redditisque christianis, Damiatam recepit. Ex hoc liquet certissime, peccata in hanc miseriam *chri- *pag. 366.
stianos traxisse, quod prius soldanus eis obtulerat, sese regnum Iherusalem eis redditurum, urbem reedificaturum Damiatam, quiete cum adiacente regione ad 20 miliaria possidendam, ne ulterius in terram suam procederent[78].

*Primus annus regni Heinrici*[c].

Anno Domini[d] 1222. Heinricus septimus, filius Friderici[e] imperatoris, adhuc puer, consecratus est in regem Aquisgrani ab Engilberto Coloniensi archiepiscopo, dominica ante ascensionem[f] Domini, scilicet 8. Idus Mai. Mai. 8.

Eodem[g] anno 3. Idus Ianuarii terre motus magnus fuit Colonie hora prima diei. Ian. 11.

In Longobardia eciam talis terre motus fuit ipsa die natalis[h] Domini, per duas ebdomadas quottidie[i] bis perdurans, ut in[k] pluribus locis edificia et ecclesias everteret, homines cum sacerdotibus opprimeret[l], Brixiam quoque civitatem fere totam cum populo obrueret, rupes de montibus evelleret, castra deiceret, et sic inauditas calamitates et miserias perpetraret. Rome eciam terra mixta sanguine visa est de nubibus pluere. Ipso etiam anno Waldimarus rex Dacie a comite Heinrico de[m] Scuirinh[n, 79] cum filio suo mira- 79
biliter capitur, et in quodam fortissimo castro ab eodem custodie mancipatur.

2.[o] A. D. 1223. Honorius papa missis predicatoribus circumquaque[p] crucem predicare fidelibus iterum iubet, denuncians omnibus, ut post biennium in nativitate sancti Iohannis Iun. 24.
baptiste cum glorioso imperatore Friderico parati sint[q] mare transire. Imperatori Friderico desponsatur filia Iohannis regis Ierosolimitani. Eodem anno mortuus est Phylippus rex Francie, ad liberacionem terre[r] sancte 150[s] milia marcarum legans.

Item[t] ipso anno Heinricus iunior rex Northusinh curiam habuit[u], ubi ab Engilberto[v] Coloniensi archiepiscopo pro absolutione regis Datie multum laboratum fuit.

3. annus[w]. A. D. 1224.[x] Heinricus iunior rex circa medium Maium Frankinvorth curiam habuit, ubi nuncii imperatoris cum litteris ipsius affuerunt, intimantes regi et principibus, Herimannum magistrum hospitalis sancte Marie Teutonicorum in epiphania Domini in Sicilia ad imperatorem venisse, et de succursu terre sancte ad hoc eum induxisse, ut continuo pharum disponeret transire et versus Teutoniam[y] venire[z] et cum principibus de processu suo et terre sancte negocio ordinare. Verum audiens imperator, Sarracenos, qui in monte Platano habitabant, velle se sue gratie subiugare[a], misit pro marescalco[b] suo in *[c]obsidione constituto, volens ab eo investigare de statu Sarracenorum *pag. 367.
diligencius; ob quam causam pharum transsire distulit, ipsum Herimannum predictum pro sancte terre principali tuicione ac imperii negociis in Alimanniam premittens. Hoc eciam inter cetera intimantes, quod domnus[d] imperator ad succursum terre sancte quinquaginta naves fecerit preparari, que usserie[e] nuncupantur, quarum[f] magnitudo tante capacitatis erit, ut duo milia militum cum dextrariis suis et omnium armorum suorum pertinenciis et preterea decem milia aliorum hominum valencium ad pugnam et ad bella cum armis suis in eisdem[g] usseriis[h] valeant transferri; ad unumquodque usserium fiet pons, ut milites, si necesse fuerit, armati et ascensis dextrariis suis in navibus commode[i] absque lesionis discrimine per ipsos pontes valeant exire, quasi iam ordinatis aciebus in prelium processuri, et, si opus fuerit, erectis velis intrare possint flumen Damiate vel aliud aliquod flumen.

Eodem anno Cunradus Portuensis episcopus et Sancte Rufine kardinalis a sede apostolica pro utilitate sancte terre in Theutoniam mittitur, et sexta feria post pentecosten Iun. 7.

a) gentilium c. inpugnatione *in loco raso* 1. b) hec 2. c) *rubrica in* 1; *deest* 2. 2*. d) dominice 2. e) Friderici *corr. ex* Fridericus 2. f) ascensione 2. g) *h. l. alia manus incipit* 1. h) natale 2. i) cottidie 2. k) in *post suppl.* 1. l) opprimeret, *corr.* oppriment 2. m) de *om.* 2*. n) Scuirinch 2. o) II. *om.* 2. p) circumque 2*. q) sunt 2. r) sancte terre 2. s) nonaginta *corr.* C et L 1; C et L 2. t) Item — laboratum fuit *desunt* 2*. u) *quae sequuntur, usque ad a.* 1124, *ab alia manu scripta sunt* 1. v) Engelberto 2. w) III. annus *om.* 2. 2*. x) *quae sequuntur, usque ad p.* 367, *ab alia manu scripta sunt* 1. y) Teutonicam 2. 2*. z) procedere *corr.* venire 1. a) subiungere 2. 2*. b) marscalco 2; marscallo 2*. c) *sequentia usque ad a.* 1125 *ab alia manu scripta sunt* 1. d) dominus 2. e) userie 2. f) quatuor *(sic)* 2. g) in eisdem *om.* 2*. h) useriis 2. i) comode 2.

78) Cfr. Oliveri hist. Damiat. l. c. 1428—1438 extr. 79) Schwerin.

Colonie cum honore suscipitur. Item[a] ipso anno Iohannes rex Ierosolimitanus causa peregrinacionis limina sancti Iacobi visitat; cui in reditu filia regis Hispanie desponsatur. Inde divertens versus Teutoniam, venit ad Heinricum[b] regem filium imperatoris, et cum eodem[c] Coloniam profectus, ab Engilberto archiepiscopo et tota civitate in vigilia as-
Aug. 14. sumpcionis beate Marie cum magno honore et gaudio suscipitur.

Per idem tempus Heinricus rex cum Engilberto Coloniensi archiepiscopo et Cunrado legato sedis apostolice[d] et quibusdam principibus pro liberacione regis Dacie et restitucione terre imperii ab eodem iniuste possesse[e] Saxoniam intravit, ubi per biennium[f] a comite Heinrico de Scuirinh[g] in firmissimo et inaccessibili[h] castro nomine Dannenberch[i, 80] idem rex cum filio suo captus tenebatur. Venientes itaque ad Alviam[k] fluvium predicti principes, Herimannum magistrum hospitalis Teutonicorum, qui ab imperatore in Teutoniam missus fuerat causa reconciliacionis et composicionis faciendae[l], ad utrosque, scilicet regem et comitem, premittunt. Quo mediante, ad hoc inductus est idem rex, ut totam terram quam imperio abstulerat reddere, et coronam de manu imperatoris suscipere, insuper centum milia marcarum pro absolucione sua dare promitteret. Quod cum accepta-
*pag. 368. rent principes qui cum rege *presentes aderant, Albertus comes de Uorlemunde, filius sororis[m] ipsius regis, et barones[n] Dacie[o] hanc composicionem reprobantes, et ea que promissa erant cassantes, ascensis navibus cum indignacione recesserunt, infinitam pecuniam, quam ad redimendum regem attulerant, secum deferentes. Unde predicti principes infecto negocio confusi discesserunt. Albertus igitur de Uorlemunde post natale Domini congregato exercitu Heinricum comitem aggredi statuit. Quod ut cognovit Heinricus comes in obsidione cuiusdam castri positus, relicta obsidione illi occurrit. Ubi pugna commissa cum magna animositate et multorum sanguinis effusione, ab hora diei prima usque ad vesperam dimicatum est, multis ibi corruentibus. Ipse eciam[p] Albertus ab[q] Heinrico[r] cum pluribus nobilibus captus et in castrum Danninber[s] ad avunculum suum perductus, ibidem custodie mancipatur.

Hoc anno erat hiems longissima et valde asperrima. fames eciam magna et inaudita, per biennium perdurans.

81 A.[t] D. 1225. Heinricus[u] rex curiam habuit Frankinvort[v], ubi quidam episcopus[81] missus a rege Anglie cum ceteris ipsius legatis affuit, laborans ut ipse rex matrimonium contraheret cum sorore regis Anglie. Sed cum talis contractus displicuisset principibus nec potuisset habere processum, nuncii inacte revertuntur. Eodem anno quidam heremitico habitu indutus, a Flandrensibus[w] et Hanaugiensibus propter similitudinem vultus putatus est fuisse comes ipsorum Balduinus[x], qui ante multos annos Constantinopolitanum adeptus imperium in Grecia perierat, sicut docet historia, et ab ipsis[y] ad honorem comicie rapitur. Qui per duos menses magnam partem terre[z] occupans, ornatu imperiali purpuratus, precedente se cruce, sicut mos est imperatoribus Constantinopolim, a rege Francie Ludewico aput Peronam castellum Viromandie examinatur; ubi detecta[a] eius fallacia a rege, parte tamen suorum sibi adherente, proficiscitur versus Coloniam, dicens se auxilium querere ab Engilberto archiepiscopo, qui tunc regni Teutonici gubernacula tenebat. Ubi se furtim subtrahens a suorum consorcio solivagus aufugit, archiepiscopo numquam viso. Post modicum in Burgundia agnitus et detentus, in Flandriam reductus, aput Risle[82] castellum Flandrie patibulo elevatus laqueo vitam finit, magna parte plebis etiam[b] post mortem ipsum fuisse verum comitem contendente[c].

Nov. 7. Item ipso anno 7. Idus Novembris Engilbertus venerabilis Coloniensis ecclesie archi-
*pag. 369. episcopus, pater[d] nostre patrie et decus[e] Theutonie, *heu a comite de Isenberg[f, 83] cognato ipsius miserabiliter trucidatur. Siquidem iam dictus comes regalem ecclesiam in Esende[g, 84], cuius idem advocatus erat, violenta oppressione lacerabat, homines dicte ecclesie

a) inter *(sic)* 2. b) Henricum 2. c) eo 2. d) apostoli *corr.* apostolice 1. e) possessa 1. 1*. 2. f) biennium 2. g) Scurinch *corr.* Scurinh 2; Scirrinch 2*. h) inaccessibili *corr.* inascessibili 2. i) Dannenbeech 2; Dannenbrech 2*. k) Albiam 2. 2*. l) facienda 1. 2*. m) sororis *post suppl.* 1. n) borones 2. o) Dachie 2. p) etiam *om.* 2. 2*. q) cum 2*. r) Henrico 2. s) Danninberg 2; Dannuberh 2*. t) *quae sequuntur, usque ad a.* 1126, *ab alia manu scripta sunt* 1. u) Henricus 2. 2*. v) Frankinvorth 2. 2*. w) Flandriensibus 2. x) Baldewinus 2. y) ab ipsis et honorem 2; ad honorem 2*. z) terre *om.* 2. a) decreta 2. 2*. b) et 2; etiam *om.* 2*. c) contendentes 2. 2*. d) p. n. p. et d. t. *alia manu in loco raso* 1. e) et decus *om.* 2. f) Ysemberch 2*. g) Escende 2*.

80) haud procul a Luneburg ad orientem situm. 81) W. episcopus de Carlisle; cfr. Rymer, Foedera I, 176. et Champollion, Lettres des rois de France I, 44. BÖHMER. 82) Ryssel, Lille. 83) De eo cfr. Lacomblet, Urkundenbuch etc. IV, p. 790, adnot. 84) Essen.

durissimis angariis et parangariis affligendo Quem cum ab hac iniuria prohiberet archiepiscopus, qui tunc Teutonici regni tutelam gerebat, comes non ferens frenum sue tyrannidis, mortem archiepiscopi machinatur, ad hoc[a] eciam, ut[b] dicitur, a multis nobilibus, quorum superbiam fortissimus presul contriverat, animatus. Denique domnum[c] archiepiscopum redeuntem versus Coloniam a Sosacia[85], oppido Westfalie, comitatur[d] infelici grassatione[e], habens secum 25 scutarios ad tantum scelus expeditos, nil tale suspicantem, quia huiusmodi suspicionem et ingenita audacia et naturale fedus consanguinitatis[f] ab archiepiscopo[g] removebat, licet ante paucos dies per quasdam litteras sibi transmissas fuerit premunitus. Itaque arrepto loco et tempore oportuno, non longe a villa que Suelme[86] nominatur presulem idem[h] comes 86
cum quibusdam suis[i] consiliariis cruentis carnificibus, latere eius perfosso, sceleratos sicarios in mortem ipsius exhortatur; qui in eum irruentes gladiis et pugionibus, 38 plagis ipsum confodiunt. Hoc facto recipit se comes cum suis in castrum Isenberg[k]. Iacet nobile corpus desertum ab omnibus; nam tota familia conterrita tam inopinato scelere aufugerat, excepto parvo servulo, qui solus cadaver domini custodivit. Nocte adveniente duo indigene in biga corpus deferunt reponendo in ecclesia Suelme, quam ipse sequenti[l] dominica erat consecraturus; quam ob rem et ea die qua occisus est confessionem de peccatis suis fecerat. Postera die ducitur ad cenobium Bergense, ubi a fratribus loci corpus cum ingenti fletu receptum, aromatibus conditum, et luctuosis vigiliis addita[m] psalmorum melodia est custoditum; ubi quidam fratrum testantur, se angelicas voces audisse. Quidam etiam frater eundem eadem hora sibi in sompnis apparentem vidit et dicentem, se pro iusticia triumphalem martirii lauream meruisse. Intestina eius ibidem subterrata sunt. In vigilia Martini preciosum corpus Coloniam adducitur; ubi cum inenarrabili fletu et eiulatu[n] a clero et Nov. 10.
populo[o] est receptum, et in ecclesia beati Petri depositum, ubi eidem gloriosa tumba est erecta, crebrescentibus ad tumbam eius cotidie[p] miraculis et virtutibus, nonnullis[q] egris ibi optatam recipientibus sanitatem. Constanter enim speratur ipsum martirii premia meruisse, quia equissimus iudex et strennuus[r] patrie et ecclesiarum Dei defensor fuit, et pro earum occubuit defensione. Inter cetera etiam eius *laudabilia gesta et pacem firmis- *pag. 370.
simam elaboravit; castrum Turunh[s, 87] super Mosellam situm, latibulum predonum, ad maximum commodum ecclesiarum et patrie comparavit et ecclesie Coloniensi reliquit possidendum. Cuius morte audita, Heinricus comes de Scuirinh[t] promissum in resignacione regis Dacie cassat, et mediante composicione et acceptis obsidibus et copiosa pecunia, regem absolvit, et absolutum permittit ad propria remeare. Postea 17. Kal. Decembris Nov. 15.
Heinricus prepositus Bunnensis, nacione[u] de Muolnarken, preficitur sedi viduate; qui statim post eleccionem in vindictam necis sui piissimi predecessoris coram prioribus prestitit iusiurandum. Nec longa mora intervenit, cum ad[v] mandatum eiusdem electi a vassallis Coloniensis ecclesie castrum Isenberg obsessum in dedicionem acceptum est et solo coequatum. Idem accidit de alio castro eiusdem[w] comitis, quod dicitur Novus pons[88]. In natali Domini sequente Cunradus Portuensis episcopus, apostolice sedis legatus, advenit Dec. 25.
Coloniam, qui terribili anathemate nefandum[x] Fridericum et suos complices prophanavit.

A. D. 1226.[y] Honorius[z] papa de consilio fratrum legatum in Franciam[a] mittit, dans illi[b] in mandato, ut verbum crucis predicet contra hereticos Avionenses et Tolosanos. Ad hortationem igitur legati, nomine Romani, in Franciam missi, Ludewicus rex Francorum cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, nobilibus, baronibus ceterisque magistratibus Francie, Normannie, Flandrie, Burgundie, Brittannie[c], Campanie, Hanonie, Alvernie, de Pontivo[d], de Bituria contra[e] Avionenses[f] et Tholosanos hereticos cruce signantur. Quorum adventum cum inaudito apparatu cives de Carcasone, de Burgo sancti Egidii, de Nemauso et[g] de Massilia sencientes, regi Francorum occurrunt, se cum suis

a) hec 2. b) et dicitur 2. c) dominum 2. 2*. d) comitatus *editi*. e) i. g. *alia manu in loco raso* 1. f) consanguinatis 2. g) episcopo *alia manu corr.* archiepiscopo 1; *et ita* 1*. 2. h) idem — carnificibus *alia manu in loco raso* 1. i) cum suis quibusdam 2. k) Inseberg 2; Yecnberch 2*. l) in sequenti 2. 2*. m) edita 2. n) egulatu, m. *post corr.* eiulatu 2. o) popolo 2. p) cotidie *om.* 2*. q) in multis 2*. r) strenuis 2*. s) Turunch 2; Turinch 2*. t) Scuirrinch 2*. u) nationis 2. v) ad — ecclesie *alia manu in loco raso* 1. w) *alia manu in loco raso* 1. x) nefandum, *post m. s. XV. corr.* nefandos illos 1; nefandos illos *reliqui codd.* y) *quae sequuntur usque ad pag.* 371 *ab alia manu scripta sunt* 1. z) Honorius — nomine *alia manu in loco raso* 1. a) Franciam 2. b) etiam *add.* 2*. c) Sritannie 2. d) Pontivo 1; Pontino 2. 2*. e) contra *om.* 2. f) vo de bituria contra avion *alia manu in loco raso* 1. g) auso et *alia manu in loco raso* 1.

85) Soest. 86) Schwelm. 87) Turun vel Thuron, prope Alken situm; cfr. Günther, Cod. dipl. Rheno-Mosell. II, p. 229 sqq. 88) Nienbrück; cfr. Lacomblet, Urkundenbuch etc. IV, p. 790, adnot.

omnibus ipsius dominio subiugantes, et ecclesie catholice parere[a] iuramento confirmantes. Verum Avionenses[b] prodicionem molientes, cum regem infra muros suos recepisse putassent, portas recluserunt; sed inclusi viriliter se defendentes, per aliam portam irrumpentes[c] evaserunt. Quorum prodicione rex concitatus, innumerabilem[d] pecuniam expendit in instrumentis mirabilibus et hactenus incognitis, quibus dicte civitatis murum et domos subvertit. Cumque tota terra usque ad Tolosam[e] esset ei fideliter subiugata, in reversione rex pestilencia obiit, et duo episcopi et tres comites et tam nobiles quam ignobiles infiniti.
*pag. 371. Cui succedit filius suus Ludewicus[f] adhuc *[g] puer in regnum.

Eodem anno imperator Frethericus[h] sollempnem curiam Cremone[i] indicit[k] pro statu imperii reformando et negociis terre sancte; ad quam cum multi principes Theutonici properarent, una cum filio imperatoris rege Henrico[l] apud Tridentum per 6 ebdomadas commorantur, non valentes progredi propter rebellionem Veronensium, qui clusas[m] Veronensium tunc optinuerunt. Quidam autem principes de Saxonia alia via per Austriam sunt ad imperatorem ingressi. Rex autem a Tridento, non viso imperatore, cum principibus in[n] Alemanniam inacte revertitur; in quorum discessu Tridentum civitas casuali incendio con-
89 crematur. Imperatore autem a Cremona[o] usque ad Burgum sancti Domnini[p.89] declinante, Conradus[q] episcopus Hildensemensis, qui tunc verbi crucis ministerio fungebatur, excommunicationis[r] sentenciam[s] in Longobardos imperatori cruce signato[t] rebelles tulit, annuentibus et approbantibus[u] universis Longobardie prelatis. Sed eandem sententiam postea papa Honorius revocavit, mittens Alatrinum[v] capellanum suum; cuius suggestione Mediolanum et multe civitates complices contra imperatorem coniuraverunt, facientes collegium, quod Longobardorum societas per multa tempora est vocatum.

Ipso anno Henricus[w] Coloniensis electus in archiepiscopum a Treverensi archiepiscopo
Sept. 20. Colonie[x] in vigilia Mathei apostoli cum magna sollempnitate consecratur, presentibus omnibus suffraganeis suis, nec non et Iacobo Aconensi et Herimanno Lealensi[90] episcopis.

Item eodem anno Fridericus comes, impii autor homicidii, per totum annum profugus et occultatus, a quodam milite nomine Balschun capitur, et pro duobus milibus marcarum
Nov. 11. et centum marcis venumdatus[y], Coloniensi archiepiscopo assignatur. Qui in festo Martini, sequenti scilicet die anno sequenti, qua corpus lacerum gloriosi archiepiscopi Colonie[z] est receptum, quamque idem episcopus advivens pro[a] forma compositionis agenda ipsi prefixerat, Colonie presentatus[b] est, et tercia die facta confessione et proditis complicibus huius facti, extra muros civitatis in rota positus super modicam piramidem est elevatus. Postea convenientibus episcopis et nobilibus terre, vasallis Sancti Petri, nobiles quidam, qui pro huiusmodi interfectione suspecti habebantur, licet difficulter, ab archiepiscopo et prioribus Coloniensibus ad expurgationem obiecti criminis sunt admissi.

A. D. 1227.[c] Heinricus rex filius Friderici imperatoris Aquisgrani veniens, cele-
Mart. 28. berrimam curiam cum nobilibus tocius Theutonie habuit dominica Iudica me. Inter quos precipui erant Salzburgensis, Mogonciensis, Trevirensis, Coloniensis[d] archiepiscopi, Austrie, Bavarie[e], Karinthie, Brabancie, Lotharingie duces, lantgravius, Ferrandus comes Flandrie, qui per duodecim annos Parisius in captivitate a rege Francie detentus fuerat et
*pag. 372. priori anno absolutus. Ibi eciam *convenerunt alii quam plures episcopi et comites et tocius Teutonie nobiles. Ubi a Coloniensi archiepiscopo Heinrico[f] uxor ipsius regis, filia ducis Austrie, regali benedictione consecrata et coronata in sede regia collocatur.

Eodem anno Honorius papa, cum 11 annis prefuisset, moritur; cui Hugo Hostiensis
Iul. 22. episcopus succedit, et Gregorius nominatur. Ipso anno in die Marie Magdalenae rex Danorum, prevaricator fidei et iuramenti pro absolutione sua prestiti, vindicare se parat, et
91 contracta infinita multitudine comitem de Zuirim[91] bello lacescit. A quo, adiutorio archiepiscopi Bremensis et ducis Alberti de Saxonia, idem rex superatus per fugam vix evadit,

a) parore, *ut videtur, corr.* parere 1. b) avienses *corr.* avionenses 1. c) irrupentes *codd.* d) innumerabilem — civitatis *alia manu in loco raso* 1; immunerabilem 2. e) Tholosam 2. f) Ludewicus *ab alia manu in loco raso* 1. g) *quae sequuntur usque ad a.* 1236. *alia manu scripta sunt* 1. h) Fridericus 2. 2*. i) Cremonie 2. k) indicit 2. l) Henrico *codd.* m) clausas 2*. n) et Al. 2. o) Cremonia 2. 2*. p) Dominini 2*. q) Cunradus 2. r) excommunicationis 2. s) sentensiam 2. t) cruci signato 1. u) aprobantibus 2. v) Alatridum 2. w) Henricus 1. 2. x) Colonia, *m. s. XV. corr.* Coloniae 2. y) venundatur 1*. 2*. z) Colon̄ 1; Colonie 1*. 2. 2*. a) post 2*. b) presentatus — facta *om.* 2, *linea una archetypi omissa.* c) M°.CC°.XVII, *manu s. XV. corr.* 1227, 2. d) Coloneusis 2. e) Bauuuarie 2. f) Henrico 2.

89) Borgo S. Donino, inter Parmam et Placentiam situm. 90) Leal oppidum Esthoniae, ad mare Balticum situm. 91) Schwerin.

ex parte sua quatuor milibus virorum interemptis. Ipso etiam anno Otto episcopus Traiectensis electam miliciam congregat, castrum Kuvorde[92] expugnaturus propter rebellionem eiusdem castri possessoris, qui ei iure homagii tenebatur. Cumque in die beati[a] Pantaleonis idem episcopus et comes Gelrensis cum electis et famosis militibus minus caute — Iul. 28. locus enim totus paludosus[b] est — castrum impetissent, in talem difficultatem devenerunt, unde non possent procedere nec reverti. Quo viso castri defensores subito descendentes universos comprehendunt, episcopum cum fratre preposito nefandissime decapitant, inclitos milites illos se defendere non valentes, utpote luto supra genua detentos, partim submergunt, partim transfixos crudeliter occidunt.

Eodem anno electa expeditio cruce signatorum ab omnibus mundi partibus mota[c] cassatur et dissipatur[d], Friderico imperatore, sicut dudum promiserat, non transfretante. Ob quam causam a Gregorio[e] papa excommunicatur[f]. Hoc anno in Decembri[g] ventus validus partes edificiorum stravit, arbores radicitus eruit. Hiemps nimis erat pluviosa. Ipso anno domnus Henricus[h] tercius abbas[i] obiit, cui domnus Symon successit.

A. D. 1228.[k] Fridericus imperator tractim per insulas velificando propter[l] debilitatem corporis, sicut dicebatur[m], tandem mare transit, et recuperata Iherusalem et parte terre sancte cum Sarracenis usque ad certum terminum treugas facit[n]. Sed quia quasi inobediens et excommunicatus[o] transivit, factum suum Gregorius papa[p] non approbat nec ipsum absolvit. Sed reditum eius metuens, terram suam et castra per Iohannem socerum imperatoris impugnat et occupat, pluribus civitatibus Longobardie et aliis locis sibi contra imperatorem confederatis et auxilium ferentibus militare[q]. Romanis autem imperatori adherentibus, papa Roma egreditur et cautelam sui habens Perusii moratur, et[r] per omnes provincias publice mandat, imperatorem excommunicatum[s] denuntiari, missis nunciis et maxime Predicatoribus ad id exequendum. Quorum unus, dictus Otto cardinalis de carcere Tulliano, legatione accepta in Theutoniam et Daciam mittitur, cuius intentio erat imperatoris gravamen procurare, et super hoc consilium expetere Ottonis dicti ducis de Lunimburg[t]. Sed idem Otto contra imperatorem rennuit aliquid attemptare. Qui legatus Leodium civitatem Hazbanie veniens, ab advocato Aquensi et Arnoldo de Gimmenich et aliis fautoribus imperatoris fugatur, et vix evadens in castro Hoyo[93] recipitur. Pro qua iniuria sibi illata[u] excommunicationis sententiam in *Leodiensem civitatem promulgat, exire pre- *pag. 373. cipiens totum clerum. Eadem[v] etiam excommunicatione[w] postea Aquenses ligat, pro eo quod episcopum Mutinensem[x], de Prucia post legationem suam redeuntem, dicti fautores imperatoris Aquisgrani ceperant[y] et captum detinuerant, magna quantitate auri ablata. Qui malefactores pro huiusmodi excessu Colonie satisfactione peracta veniam meruerunt.

Eodem anno episcopus Traiectensis castrum Kuvorde[z] iterum inpugnat; sed defensoribus sibi diffidentibus castrum in deditionem recipit, et nefarium Rodolphum dominum castri[a] eicit et exulare precipit. Qui exilium simulans, occulte[b] revertitur et castrum dolo captum possidet, eiectis illis quos episcopus ibi posuerat.

A. D. 1229. Fridericus imperator de transmarinis partibus revertitur, et reputans papam tempore sue peregrinationis sibi graviter iniuriatum, quedam castra et terram suam ab exercitu pape captam manu Teutonica[c] recuperat, fugato rege Iohanne socero suo. Inter que civitatem, Soram[d] appellatam, uno die impugnans capit et funditus incendio evertit. Ipso anno cives Colonienses infamibus mulierculis, per quendam Rudolphum, falsum fratrem, ut postea patuit,* conversis et congregatis, domum in fundo ecclesie sancti Pantaleonis prope vineam eiusdem ecclesie construunt, et fratribus dicte ecclesie

* quia[e] culpis suis exigentibus postmodum a domno[f] papa missus est in caveam.

a) beati *om.* 2. b) plaudosus 2. c) morta 2. d) discipatur 2. e) Grogorio, *m. s. XV. corr.* Gregorio 2. f) exconiacatur 2. g) Decembri *et quae sequuntur usque ad* treugas facit *alia manu scripta sunt, initio a.* 1228. *spatio quatuor versuum et dimidio iam eraso* 1. h) Heinricus 2. i) sancti Pantaleonis *addunt* 2. 2*. k) A. D. 1228. *erasum in* 1, *exstat in* 2. l) propte, *m. poster. corr.* propter 2. m) Fridericus. — dicebatur *iam erasa in* 1, *extant in* 2 *et* 2*; *spatium vacuum reliquit* 1*; A. D. 1228. Fridericus imperator *supplevit* 4. n) fecit 2*. o) excummunicatus 2. p) Gregorius papa factum suum 2. 2*. q) miliare 2. r) etiam, *ut videtur, corr.* et 1. s) excummunicatum 2. t) Luninburg 2; Lunnburg 2*. u) illata *corr.* allata 2. v) Eadem ... excommunicationem 2. w) excommunicationem 1. 2. x) mu *alia manu superscr., littera* v *eraso* 1. y) ceperunt 2. 2*. z) Kyuvorde 2*. a) castrum 2. b) occulto 2*. c) Theutonica 2. d) suam 2*. e) quia — caveam *alia manu s. XIII. in inferiori margine scripta sunt* 1; *eadem verba in textum receperunt* 1*. 2. 2*. f) domino 2.

92) Covoerde. 93) Huy.

contradicentibus et novum opus nunciantibus grave dampnum inferunt, domos eorum infra Coloniam sitas infringentes. Super quo errore domibus reparatis dicte ecclesie postmodum satisfecerunt. Hoc anno hiemps erat longa et aspera.

94 A. D. 1230. in Hispania rex Legionensis[a, 94] et filius suus rex Castelle arma contra Sarracenos sumunt et magnam partem terre occupant, capta civitate, que Emerita[95] dicebatur. Ipso anno rex Arragone insulam, que Maiorica dicitur, multis annis á Sarracenis occupatam capit, expugnando ibidem[b] quandam civitatem famosam, capto eius rege et tota domo regia. Eodem anno domnus[c] Symon abbas[d] obiit, et ei domnus[e] Heinricus quartus succedit. Eodem quoque anno oritur dissensio inter archiepiscopum[f] et ducem de Limburg super advocatia cenobii Sibergensis[g, 96]. Unde castrum[h] Tuiciense dicti ducis ab archiepiscopo diruitur, et castrum ducis dictum Bensbura[i, 97] longa obsidione vallatur a copioso exercitu archiepiscopi et comitis Senensis. Sed licet acriter[k] inpugnaretur, non capitur, hiis qui intus erant se viriliter defendentibus et ingeniose. Ex altera parte castrum
98 archiepiscopi dictum Tulpetum[98] casuali incendio concrematur, et propter hoc á complicibus ducis capitur; ubi multi homines igne perierunt. Multo etiam exercitu hinc inde congregato, ad pugnam non est progressum, sed incendia villarum et depredationes et vastationes civitatum et castrorum fiunt. Iussu regio bello treuge succedunt.

Otto cardinalis a Dacie partibus Coloniam veniens[l], ibidem natalem Domini celebrat, sollempniter receptus et honoratus. Inde recedens apud Herbipolin concilium provinciale indicit, sed renitentibus principibus laicis, et paucis ecclesiarum prelatis venientibus, iratus recessit. Eodem anno imperator á papa absolvitur, mediante duce Austrie Lupoldo qui tractatu pacis peracto inter papam et imperatorem, apud Sanctum Germanum in Campania
pag. 374. moritur; *cuius viscera et carnes[m] in[n] capitulo Sancti Benedicti montis Cassinensis tumulantur, ossibus in Austriam reportatis.

A. D. 1231. imperator facta pace cum papa ad[o] eandem[p] mensam[q] convivatur in civitate pape, que Anagnia dicitur, in cenaculo pape super paternum fundum constituto. Inde imperator in Apuliam revertitur. Padus fluvius in Italia mirabiliter exundat. Eclipsis
Iun. 12. solis particularis facta est circa ortum solis 2. Idus Iunii. Eodem anno imperator Ravenne curiam celebrat die natalis Domini, ibidem imperiali[r] diademate insignitus. Ante hanc curiam circiter tres menses Luduicus[s] dux Bawarie a quodam Sarraceno, nuncio vetuli de montanis, in medio suorum est occisus. Nam idem vetulus de montanis imperatori confederatus, multas iniurias, quas idem dux imperatori intulerat, intendit vindicare. Hoc autem conscientia imperatoris creditur gestum esse, quia imperator ipsum ducem paulo ante diffidaverat in rebus et in persona, misso ad hoc nuntio speciali. Archiepiscopus Coloniensis cum capitulo sancti Petri dissentit; que dissensio[t] multorum[u] malorum seminium fuit. Rudolphus de Kuvorde et sui complices a Traiectensibus in rotis confringuntur.

A. D. 1232. imperator apud[v] Ravennam manens bellum molitur contra Longobardos, sed non proficit, Longobardis viam precludentibus filio suo regi[w] et milicie Germanorum. Circa mediam quadragesimam imperator Ravenna relicta navali cursu tendit Aquilegiam. Inde itinere transiens per Venecias, ibidem honorifice suscipitur, et ingressus ecclesiam beati Marci, super altare eiusdem dona offert regalia, auro et gemmis decorata. Apud Aqui-
Apr. 11. legiam pascha celebrat, filio suo rege ad ipsum veniente et quibusdam principibus Ale-
Mai. 20. mannie. Circa ascensionem imperator in Apuliam regreditur navali itinere, in via plurimos piratas capit, quos vinculis mancipat.

Soldanus Babilonie imperatori mittit tentorium mirifica arte constructum, in[x] quo ymagines solis[y] et lune artificialiter mote cursum suum certis et debitis spaciis peragrant, et horas diei et noctis infallibiliter indicant. Cuius tentorii valor viginti milium[z] marcarum

a) Ligionensis 2. b) ibide 2. c) dominus 2. d) sancti Pantaleonis *addunt* 2 *et* 2*. e) dominus 2. f) Coloniensem *add.* 2. 2*. g) Sybergensis 2. 2*. h) castrum 2. i) Bensbura 1. 2; Bensburga 2*. k) *e corr.* 1. l) veniens Coloniam 2. 2*. m) eciam *add.* 2. n) in *om.* 2. o) et 2. p) eamdem 2. q) mensem *corr.* mensam 2. r) interiali 1. 1*. s) Luduicus 1; Ludewicus 2. 2*. t) dissetio 2. u) multum malorum 2. v) apud *m. s. XV. additum in* 2. *deest* 1. w) rege *corr.* regi 1. x) m̄ *(sic)* 2. y) solos *corr.* solis 2. z) milia 2.

94) Leon. 95) Merida. 96) Siegburg. 97) Bensberg. 98) Zülpich.

precium dicitur transcendisse. Hoc inter thesauros regios[a] apud Venusium est repositum. Accedente pascha Sarracenorum in die Marie Magdalene imperator nuncios[b] soldani et vetuli Iul. 22. de montanis ad convivium vocat, et eis, multis episcopis assidentibus et multis nobilibus Teutonicis, festivas epulas parat. Messanenses contra imperatorem rebellionem excitant[c].

Iohannes de Berito imperatori in terra transmarina repugnat; qui dum incaute se gerit, noctu superveniente manu militari spoliatis omnibus, cum paucis vix evadit. Non multo post Iohannes recuperata manu valida Ciprum occupat, et regem Cipri, filium sororis sue, sibi associat. Mittitur contra illum Richardus marschalchus imperialis, qui congressus cum ipso vincitur, multis militibus de exercitu imperiali captis.

In Teutonia multe hereses deteguntur, et heretici flammis puniuntur. Archiepiscopus Coloniensis Romam proficiscitur, petens revocari *inquisitionem contra se missam. Qua *pag. 375. suspensa post paucos dies regreditur, et postmodum hec quievit[d]. Ipso anno bellum oritur inter archiepiscopum Maguntinum et lantgravium Turingie. Opidum dictum Vritstlare[e, 1] a lantgravio concrematur, ubi episcopus Wormaciensis et omnes canonici illius 1 oppidi cum multis aliis nobilibus capiuntur. Eclipsis solis particularis post meridiem visa est[f] eodem anno, non tamen multum notabilis[f]. Coloniensis archiepiscopus[g] in Westfaliam[h] cum milicia transit, et hostibus in deditionem[i] receptis prospere revertitur[k]. Quibus hostibus cum Waleramus[l] de Limburg cum suis fautoribus in succursum[m] venisset, ab episcopo Monasteriensi[n], per[o] cuius diocesim transire intenderat, retruditur et redire compellitur.

A. D. 1233. imperator Messanam civitatem Sicilie ingreditur, et captis suis rebellibus eos igni cremat. Miranda res et nimium stupenda, quod hiis temporibus ignis contra genus mortalium sic invaluit[p]. Nam eodem fere tempore et rebelles imperatori in Sicilia[q], et in Germania infinitus numerus hominum et multa menia incendio perierunt. Nam et propter veras hereses et propter fictas multi nobiles et ignobiles, clerici, monachi, incluse, burgenses, rustici, a quodam fratre Cunrado ignis supplicio per diversa Teutonie loca, si fas est dici, nimis precipiti sententia sunt addicti. Nam eodem die quo quis accusatus est, seu iuste seu iniuste, nullius appellationis, nullius defensionis sibi refugio proficiente, est dampnatus et flammis crudelibus iniectus. Ob quam causam frater Cunradus, huius persecutionis hereticorum minister, a quibusdam nobilibus, nullum locum venie vel gratie apud ipsum invenientibus, iuxta Marburg est occisus. Ante cuius mortem modico tempore comes Seinensis super heresi falso fuit infamatus; pro cuius expurgatione seu defensione rex Heinricus conventum multorum principum apud Maguntiam habuit; ubi etiam collecta milicia idem rex contra ducem Bawarie[r] proficiscitur. In campis itaque Lici[2] secus Augustam[s] fere sex milia militum in exercitu regio sunt inventa. Inde profectus brevi tempore Baowariam[t] subiugat et ducem in deditionem recipit. Hoc[x] anno messis et vindemia fuit pluviosa; vinum plurimum, set vile. Willebrandus episcopus Traiectensis moritur. Eodem anno hyems solito asperior inhorruit et multas vineas, ficus et olivas per Italiam, Franciam et[u] Teutoniam congelavit. Apud Frankenvord[v] autem eodem rege sollempnem curiam habente, comes Seinen[w] a crimine heresis se expurgat[x].

A. D. 1234.[y] verbum crucis predicatur contra Stadingos[z] per inferiores partes Teutonie et Flandrie. Collecto itaque universo exercitu cruce signatorum in crastino ascensionis Iun. 2. idem[a] Stadingi[b] superantur, et a terra sua funditus extirpantur[c]. Fuerunt autem Stadingi populi in confinio[d] Frisie et Saxonie siti, paludibus[e] inviis et fluminibus circumcincti, qui pro suis excessibus et subtractionibus decimarum multis annis excommunicati, contemptores clavium ecclesie sunt inventi[f]. Qui cum essent viri strennui, vicinos populos,

a) regios *om.* 2*. b) *post suppl.* 1. c) incitant 2*. d) *verba* Archiepiscopus — quievit *iam erasa sunt in* 1, *extant in* 2 *et* 2*. e) Vristlaro 2. f) est — notabilis *alia manu in loco raso* 1. g) archiepiscopus *alia manu superscr.* 1. h) Wesfaliam 2. i) dedicione 2. k) p. r. *alia manu in loco raso* 1. l) Walramus 2; Walleramus 2*. m) suctursum 2. n) Monasteriensis 2. o) per *om.* 2. 2*. p) evaluit 2*. q) cicilia 1. 2. r) Bawario 2. s) Augustum 2. 2*. t) Bauuariam 2. u) et *om.* 2*. v) Frankinvor 2*. w) Seinensis 2*. x) *verba* Hoc anno — se expurgat *iam erasa* 1; *extant in* 2 *et* 2*. y) A. D. 1234. *alia manu in loco raso* 1. z) Stagingos 1; Stadingos 2. a) idem *om.* 2*. b) Stagingi 1; Stadingi 2. c) extyrpantur 2. d) confino, *m. s. XV. corr.* confinio 2. e) plaudibus 2. f) inueti 2.

1) Fritzlar. 2) Lech fluminis.

immo comites et episcopos bello pluries sunt aggressi, sepe victores, raro victi. Ob quam *pag. 376. causam auctoritate papali verbum crucis contra eos fuit *per multas dyoceses predicatum. Quorum in predicto bello circiter[a] duo milia perierunt, paucis superstitibus ad vicinos Frisones confugientibus[b]. Imperator vocatur a papa in auxilium contra Romanos, et secum[c] aliquandiu Reate[d] moratur, milites in civitate Viterbio[e] collocavit. Quorum cotidianis insultibus et depredationibus Romani adeo sunt vexati, ut non multo post cum papa pacem subirent. In hoc tamen conflictu periit quidam nobilis comes Suevie, dictus de Veingin[f, 3], sed plurimi capti fuerunt nobilium Romanorum.

Ipso anno comes Hollandie in torneamento[g] suffocatur apud Corbiam[4] in Ambianensi[h] dyocesi. Castrum de Molinnarkin[i] obsidetur in odium archiepiscopi Coloniensis á comite Iuliacensi[k] et suis complicibus. Comes Seinensis[l] collecta manu valida, uná cum archiepiscopo Coloniensi obsessores castri inpetit; qui relicto castro ordinant acies contra ipsum. Qui cum utrinque instructis aciebus iuxta villam Norvenich[m, 5] diu morarentur, post longum tractatum[n] pax intervenit. Castrum liberatur ab obsidione. Rex Henricus[o] Bobardie conventum quorundam principum habuit, ubi á quibusdam nefariis consilium accepit, ut se opponeret imperatori patri suo; quod et[p] fecit. Nam ex tunc cepit sollicitare quoscumque potuit minis, prece et precio, ut sibi assisterent contra patrem, et non paucos invenit.

A D. 1235. imperator ab Apulia Aquilegiam pervenit. Inde cum multa turba et multis thesauris versus Austriam intrat Germaniam. Filium etiam suum regem rebellem invenit, Iul. 2. sed inpotentem. Nam consilio habito, 6. Nonas Iulii apud Wormaciam in gratiam patris recipitur; sed non persolvens que promiserat, nec resignans castrum Drivels quod habuit in sua potestate, iussu patris imperatoris est custodie mancipatus. Eodem tempore soror regis Anglie rogatu imperatoris ab archiepiscopo Coloniensi et duce Brabancie ab Anglia adducitur, ipsi imperatori nuptura. Que ab omnibus civitatibus et oppidis, per que eam transire contigit, honorifice, sed á civibus Coloniensibus maiore pre aliis tripudio quinta Mai. 24. feria proxima ante pentecosten suscipitur; apud quos[q] in domo prepositi Sancti Gereonis per mensem in magna honorificencia continue moratur. Inde progrediens apud Wormaciam imperatori assignatur; ubi imperiales nuptie debito cum honore celebrantur. Imperator suadet principibus, ne hystrionibus dona solito more prodigaliter effundant, iudicans maximam dementiam[r], si quis sua bona mimis vel ystrionibus fatue largiatur.

Aug. 15. Curia celeberrima in assumptione beate Marie apud Maguntiam indicitur, ubi fere omnibus principibus regni Teutonici convenientibus, pax iuratur, vetera iura stabiliuntur, nova statuuntur, et Teutonico sermone in membrana scripta omnibus publicantur; excessus[s] regis contra imperatorem cunctis aperiuntur[t]. Otto de Luniburch[u], nepos magni ducis Heinrici[v], novus dux et princeps efficitur; quem diem rogavit imperator omnibus annalibus asscribi, eo quod tunc Romanum auxisset imperium novum principem creando, *pag. 377. Aug. 21. consensu omnium principum accedente. Fuit autem dies illa *vigilia Thimothei. In die Aug. 22. Thimothei, scilicet in octava assumptionis, imperator diademate imperiali insignitus in ecclesia Magunciensi, fere omnibus principibus astantibus, debito honore refulsit; post missarum sollempnia[w] invitans principes omnes et omnem comitatum eorum ad festivas epulas, que[x] in loco campestri magnis sumptibus fuerant preparate. Non multo post archiepiscopus Bisentinus[y] apud Maguntiam diem clausit extremum. Hiisdem temporibus rex Ungarie Austriam ingreditur, et vastata terra multa milia marcarum á duce pro pace recepit. Nam idem dux ante hoc tempus fines vastaverat Ungariorum[z], nulli parcens sexui, Nov. 1. nulli etati. In festo omnium sanctorum imperator conventum principum habuit apud Augustam, ubi rex Boemie affuit, recipiens ab imperatore 10 milia marcarum pro parte Suevie, que iure hereditario suam uxorem[6] contigit. Inde imperator se contulit ad oppidum Haginhowe[*], in quo hyemavit. Ibi affuerunt comes Tollosanus et comes Provincie.

a) *verbum* ad *primo additum, ac deinde deletum* 1. b) confugentibus 2. c) secum, *post corr.* securus 2. d) *in loco raso* 1. e) Biterbio 2. f) Vingin 2*. g) torneanto 2. h) Ambiancensi 2. i) Mâlinarkin 2; Mylinvarkin 2*. k) Iuliacensis, *post corr.* Iuliacensi 2. l) Seinea 2. m) Noruench 2. n) tractum 2. o) Heinricus 2. p) et *om.* 2. q) a quo quos *pro* apud quos 2. r) demensiam *postea corr.* dementiam 2. s) excessu 2. t) apperiuntur 2. u) Luninborch *corr. ex* Luninberch 2; Limburch 2*. v) Henrici 1. w) astantibus — sollempnia *in rasura scripta et deinde addita sunt haec:* ad festivas epulas 2. x) qui 2. y) Bisentinus, *post corr.* Bisontinus 2; Bysentinus 2*. z) Ungarorum 2. *) Haginowe 2.

3) Vaihingen. 4) Corbie. 5) Nörvenich, haud procul a Düren ad orientem situm. 6) Cunigundam, filiam Philippi regis.

Recepit autem comes Tollosanus marciam Provinciae[a] ab imperatore, homagium sibi praestans. Comes autem Provincie quinquagenarius ideo tunc primum ab imperatore ad gradum milicie est[b] provectus, quia comites sue parentele[c] se non credunt diu posse vivere, postquam gradum milicie sunt adepti. Nec adhuc miles factus esset, nisi rex Francie et rex Anglie, quorum uterque suam[d] duxerat filiam in uxorem, ipsum ad hoc prece multimoda compulissent[e], indignum reputantes suum socerum militem non esse. Ibidem nuncii regine Hyspanie[7] affuerunt, qui pulcherrimos dextrarios et magnifica munera 7
cesari attulerunt. Nec multo post[f] eiusdem regine mors est nunciata imperatori; unde plurimum doluit, quia patruelis eius fuit. Ipso anno post pascha Domini tres circuli argentei circa solem inmense quantitatis apparuerunt, quorum primus alium includebat contingentem, tercius autem duos intersecabat, transiens per corpus solare. Qui circuli licet á populo putentur esse prodigium, tamen eorum causa ab Aristotile et Seneca in Meteoris est expressa. Eodem quoque anno Constantinopolis a Grecis est obsessa.

A.[g] D. 1236. imperator, moturus bellum Longobardis sibi rebellibus, premittit quingentos milites mensurnis stipendiis conductos; quibus preficit nobilem virum et rebus bellicis expertum Geveardum[h] de Harnesten[i], ut apud Veronam expectet imperatoris exercitum subsequentem. Imperator interea descendit usque in castrum dictum Marburch, ubi in Kalendis Mai[k] innumerabilis populi affuit multitudo. Nam a multis prudentibus duodecies Mai. 1.
centum milia hominum promiscui sexus estimata sunt convenisse, ad memoriam sancte vidue Elisabeth[l], cuius glorificum[m] corpus ad capsam auream est translatum auctoritate summi pontificis, qui hoc negocium tribus episcopis commisit, videlicet Moguntino, Treverensi et Hildesemensi, quamquam ibi multi alii episcopi et principes affuissent. Ipse etiam imperator primus lapidem de sarcofago levavit et coronam auream de suo thesauro sacro capiti sanctissime vidue imposuit. Ibi preter multa *miracula[n] oleum de sacro corpore *pag. 378.
effluxit, quod religiosis viris, basilicas et altaria in honorem beate vidue Elizabeth[o] constructuris, per fratres hospitalis Theutonicorum est pie ac sagaciter distributum. Super cuius vita laudabili et virtutibus specialis historia est contexta.

Inde imperator veniens Confluentiam, inferiorum partium miliciam[p] invocat contra Longobardos; sed[q] paucis sibi annuentibus, milites de Suevia et Alsacia sibi assumit. Itaque ducens exercitum contra Longobardos, conmisit regi Boemiorum[r] et duci Bawarie et quibusdam episcopis terram ducis Austrie expugnandam, propter multiplices excessus et facinora, quibus idem dux fama publica laborabat. Qui Austriam ingressi, adiunctis sibi nobilibus terre, quos ipse dux antea iniuste oppresserat et terra sua eiecerat, totam Austriam devastarunt et imperatori subiugaverunt preter pauca castra munitissima, in quibus ipse dux profugus se recepit. Interim imperator Augustam veniens, manum militarem in campis Lici colligit, et inde profectus in vigilia Iacobi mille milites in Italiam secum ducit. Iul. 24.
Transactis itaque Alpibus miliciam suam apud Veronam colligit, que ibidem extra muros plus quam per mensem perendinavit. Dehinc Cremonensibus, qui sui fautores[s] erant, coniunctus, licet Mediolanenses et sui complices frustra[t] resisterent et imperiali agmini[u] terga darent, imperator cum Cremonensibus Mantuam sibi rebellem invadit et quecumque extra muros erant devastat. Duos eciam suorum burgos super fluvium qui dicitur Oyus[8] sitos, potenter capit; quorum unus Macharia[v, 9], alter Mosa nominatur. Imperatore autem apud Cremonam[w] manente, Paduani, Tervisini[x], Vincentini, nec non Mantuani in odium imperatoris fines invadunt Veronensium, obsidentes castrum quod dicitur Ripa alta. Igitur Ezelinus, vir militaris inter Veronenses maior, nunciis missis auxilium implorat imperatoris; qui respondit, se ipsi personaliter succursurum. Unde incredibili celeritate a Cremona usque Veronam unius diei et noctis spacio suam miliciam adduxit. Mane facto castra movit imperator adversum hostes. Apparentibus autem signis imperialibus tam inopinato

a) provinciam *corr.* provincie 1; provinci 2. b) est *om.* 2. 2*. c) perentele 2. d) suam *om.* 2. 2*. e) copulisset 2. f) *in loco raso* 1. g) *sequentia usque ad verba:* Ibi preter multa (p. 377 *extr.*) *a paullo diversa manu, ut videtur, scripta sunt* 1. h) geneardum 2; genardum 2*. i) Harinsten 2; Harnisten 2*. k) maii *corr.* mai 1. l) Elysabeth 2. m) honorificum 2. n) *quae sequuntur usque ad finem codicis ab alia manu exarata sunt* 1. o) Elysabeth 2. p) milicium 2*. q) et *pro* set 2*. r) boemiorum — episcopis *in loco raso* 1. s) fauctores 1; fautores 2. 2*. t) fustra 1. u) augmini 2. v) Machais 2; Machara 2*. w) Cremoniam 2. x) Tesuiini 2*.

7) Beatricis, filiae Philippi regis Romanorum, quae nupserat Ferdinando regi Castellae. 8) Oglio. 9) Marcaria.

tempore, adtoniti sunt hostes, et relictis tentoriis ad propria cursu precipiti remearunt. Verum imperator

cfr. Lucan. II, 657. Nil credens actum, cum quid restaret agendum,

preveniens cursum hostium ad civitatem Vincentiam pervenit, et primo incautam et tanquam cives proprios milites recipientem, licet postea frustra resisterent, cepit et igne incendit, vulgo ad maiorem ecclesiam *confugiente[a], ut se ibidem salvarent. Tandem incendiis quiescentibus imperator quiete civitatem occupavit, et in domo episcopali pernoctavit. Rebus itaque suis ibidem in Longobardia dispositis[b], et parte exercitus sui relicta, imperator regrediens ad Austriam declinat[c], et apud Wiennam nobilem Austrie civitatem hiemando, de statu eiusdem terre sibi nuper subiugate sagaciter ordinat et suis munit.

*pag. 379.

A. D. 1237. patriarcha Iacobitarum orientalium, vir venerabilis scientia et moribus et etate, cum maximo comitatu archiepiscoporum, episcoporum, nec non et monachorum sue gentis venit in Ierusalem. Cui verbum catholice fidei fratres ordinis Predicatorum in tantum exposuerunt, ut in processione sollempni, que in die palmarum in descensu montis Oliveti fieri consuevit, obedientiam sancte Romane ecclesie iurarent, omnem heresim pariter abdicantes, et confessionem suam eisdem fratribus tradentes in litteris Caldeis et Arabicis in testimonium sempiternum. In recessu eciam recepit habitum fratrum Predicatorum. Idem[d] autem patriarcha preest Chaldeis[e], Medis, Persis et Armenis, quas terras Tartari[f] pro magna parte vastaverunt, et in aliis regnis tantum dilatatur eius prelatio, quod septuaginta provincie ei obediunt, in quibus habitant innumerabiles christiani, servi tamen et tributarii Sarracenis, exceptis monachis, quos liberos[g] dimittunt a tributo. Secundum eandem formam fecerunt duo archiepiscopi, unus Iacobinus[h] de Egipto et alius Nestorianus de Oriente; qui tamen suas prelationes et subditos habent manentes in Syria et Phenice. Idem promisit facere Iafelinus[i], qui preest omnibus quos Nestoriana heresis ab ecclesia separavit, cuius prelatio per Indiam et per regnum sacerdotis Iohannis et per regna orienti magis proxima dilatatur. Patriarcha eciam Iacobitarum Egiptiorum, qui multo amplius errare solent quam orientales, quia circumcisionem[k] addunt, prohibita circumcisione et multis erroribus elisis, idem facere promiserunt. Huic subdita est maior India, Ethiopia et Libia cum Egypto. Sed et Ethiopes et Libii non sunt subditi Sarracenis. Marmorite, qui habitant in Libano, iam diu ad unitatem fidei redierunt. Soli autem Greci nostra sacramenta blasphemantes[l] in malicia[m] perseverant.

Ante hoc tempus frater Iordanus, magister ordinis Predicatorum, rediens a partibus transmarinis naufragio mortem incurrit cum duobus fratribus et aliis fere 90[n], et in littore Barbarie corpus eius est inventum; ubi Dominus per ipsum gloriosa miracula operatur.

Eodem anno Fridericus inperator ab Austria ascendit usque[o] Ratisponam, principibus apud Spiream ad colloquium evocatis. Ubi cum quidam principes convenissent, ab eo ad convivium invitantur. Filium eciam suum Cunradum[p] adhuc puerum, prius in Austria[q] regem Theutonie designatum, denuo ab ipsis[r] optinet approbari.

Ducatum eciam Austrie et Stirie apud Wiennam Romano imperio adiecerat, quorum valentia transcendit sexaginta marcarum milia[s] annuatim.*

*pag. 380. *Eodem anno Templarii transmarini quoddam[t] castrum a Sarracenis obsessum iuxta terram Halapie[u] [10] volentes redimere, quod ad eos pertinebat, voluntate sua completa, Halapie[u] terram vastant. Quos Sarraceni[v] in multitudine gravi inpugnantes et cum eis congredientes, occidunt vel capiunt ex eis circiter centum. Unde iidem pro redemptione fratrum suorum supplices mittunt litteras inperatori. Qui ad eorum peticionem parum dicitur esse motus. Imperator itaque[w] transiens Alpes, statim sibi subiugat Mantuanos et comitem de Sancto Bonefacio[x]. Postea collecto copioso exercitu de Tuscia, de Romoniola, de Longobardia, et pluribus Sarracenis, invadit fines Brixianorum, et castrum quoddam

* Sed postmodum eundem ducatum duci Austrie remisit, cum ipsum in gratiam recepisset[y].

a) confugente 2. 2*. b) dispositis *in loco raso* 1. c) reclinat 2*. d) inde 2*. e) Caldeis 2*. f) Tattari 1. g) libros, *superscr. man. poster. littera* e 2. h) Iacobus 2*. i) Iaphelinus 2. 2*. k) circumsisionem *corr.* circumcisionem 1. l) brasphemantes 1. m) in m. *post suppl.* 1. n) octoginta 2. o) usque ad R. 2. 2*. p) Cŭnradum 2. q) Austriam 2*. r) epis (episcopis) *corr.* ipis (ipsis) 2. s) marcarum milia marcarum 1. 1*; marcharum milia 2. t) in quoddam 2. 2*. u) Alapie 2. 2*. v) Sarraseni 2. w) i. itaque *e corr.* 1. x) Bonifacio 2 y) sed — recepisset *post addita sunt* 1; *desunt* 2 *et* 2*.

10) Aleppo.

quod dicitur Mons Clarus[11] iuxta Brixiam obsidet, et captis mille quingentis personis castrum solo coequat[a]. Inde se movens plurima castra capit. Tandem eo obsidente castrum, quod dicitur Pons Vici[12], Mediolanenses cum suis complicibus in manu valida et carrocio suo 12 strenue[b] munito inperatori audacter occurrunt et ei resistunt. Sed cum ibi tractaretur de pace et labor frustraretur[c], inperator voluit cum eis dimicare, sed accessum ad eos non habuit propter loca invia que fuerant interposita et aquosa. Unde ponte subtiliter facto super Oyum fluvium, inperator transmeat simulans se[d] recedere, et Mediolanensibus domum redire volentibus occurrit, et eos incautos[e] in castris prosternit. Qui cum acriter resisterent, duravit clades usque crepusculum. Nox bellum diremit. Armatorum autem circiter 5 milia se circa carrocium coadunant[f]; qui omnes noctu metu[g] inperatoris fugiunt, carrocio et multis curribus derelictis. Similiter opidani de opido quod dicitur Curtis Nova[13] una cum eis noctu fugiunt, opidum relinquentes. Mane facto inperator castra vacua et carrocium simul cum potestate capit, et ipsum potestatem Mediolanensium, filium ducis Veneciorum, in eodem curru captivum propter spectaculum[h] cum triumpho Cremonam adducit. Capta sunt autem in hoc conflictu, occisa, vel submersa in fluvio Oyo, hostium decem milia. Ex parte inperatoris paucissimi perierunt. Inperator carrocium Romam mittit in signum et memoriam huius triumphi. Natale Domini agit apud Papiam, et quedam civitates in suam veniunt deditionem, Lauda scilicet et Vercellis.

Ipso[i] anno in die beati Albini grando[k] in quantitate ovorum columbarum vites, erbas Mart. 1. et segetes plerisque[l] in locis et precipue prope Coloniam prosternit. Quidam eciam affirmabant, se vidisse[m] lapidem grandinis in longitudine dimidii cubiti et in spissitudine quatuor digitorum[n]. Ventus eciam grandinem subsequtus[o] in multis locis, maxime in Westfalia, arbores radicitus eruit, domos destruit, quosdam suffocans[p] homines et iumenta[q].

Turris, quam *venerabilis archiepiscopus[r] Engelbertus ante castrum Tuorun[s] ex- *pag. 381. truxerat, dolo capitur a fautoribus palatini. Hyems remissa, ventis, nive, pluvia distemperata. In eadem hyeme circa purificationem beate Virginis[t] comes Clivensis, comite Hol- 1238. Febr. 2. landie sibi navali exercitu succursum ferente, invadit fines archiepiscopatus Coloniensis, et castrum archiepiscopi Haspele[14] prope Res[15] situm, per traditionem castellani eiusdem castri capit et confringit. Archiepiscopus autem[u], electa manu militari celeriter congregata, inopinatus advolat hostes propulsurus. Sed mediante comite Gelrense et instanter supplicante, eundem comitem Clivensem in deditionem recipit, habundanti[v] cautione accepta de castri sui longe meliori reparatione[w] et iniurie satisfactione. Per idem tempus infra quadragesimam in Coloniensi, Trevirensi[x] et Moguntina provinciis, et maxime in diocesi Leodiensi, plurime guerre emergunt, propter quas incursus bellorum, depredationes et incendia multa fiunt.*

In fine eiusdem quadragesime obiit domnus Henricus[y] Coloniensis archiepiscopus. 1238. Mart. 26.

* Eodem anno castrum, quod dicitur Amiralde, de obsidione est absolutum. *addit* 2.

a) quoequat 2. b) strennuo munito 2. 2*. c) fustraretur 1. d) de recedere 2. e) *verba* occurrit et eos incautos *tam fisso in loco pergamenae leguntur* 1. f) coadunat 2. g) metu *ab eadem manu in margine suppl.* 1. h) cum *om.* 2. i) *h. l. in margine interiori m. s. XIV. notavit haec:* Nota: Istud precedet. 1. k) grando *m. s. XV. superscr.* 2. l) prisque 1. m) vidisce 2. n) *verba* quatuor — grandinem *desunt* 2*. o) subsecutus 2. p) suffocat 2. 2*. q) *h. l. eadem s. XIV. manu in marg. notatur:* et istud priorem annum 1. r) episcopus 2. s) Turrum 2*. t) virgini 2. u) autem *om.* 2. v) obbundanti 2. w) repulatione 2. x) Trevereasi 2. y) Heinricus 2.

11) Montechiaro. 12) Pontevico ad fluvium Oglio situm. 13) Cortenuovo. 14) Aspel. 15) Rees.

# ANNALES COLONIENSES MINIMI.

## EDIDIT KAROLUS PERTZ PHIL. DR.

*Annales, quos hoc loco sistimus, quippe qui arctissime cum antecedentibus cohaerent, mense Aprili anni* 1850 *V. Cl. Ficker in bibliotheca Guelferbytana repertos aliqua ex parte*[1] *descripsit, eiusque apographum anno* 1852 *vir beatae memoriae O. Abel publici iuris fecit*[2]. *Continent historiam annorum* 1193, 1196, 1197, 1198, 1199, 1204, 1205, 1206, *sed turbata annorum serie, ita ut ab anno* 1206 *inchoantes, illi statim annum* 1193, *tum annos* 1196, 1197, 1198, 1199 *iungant ac deinde, omissis interiacentibus, ad annos* 1204 *et* 1205 *protinus accedant. Reliqua temporum iniquitate deperdita sunt, ita ut neque de auctore nec de fine annalium certius quidquam afferri possit. Hoc unum patet, auctorem illum post annum* 1222 *annales suos conscripsisse, propterea quod initio operis Caesarium Heisterbacensem exscribit, qui libros suos hoc ipso tempore nondum ediderat*[3]; *quin etiam post annum* 1238 *opus suum confecisse statuendus erit, quum historiam annorum* 1193, 1196, 1197, 1198 *et* 1199 *ad verbum fere ex Annalibus Maximis descripserit, quorum codice usus fuisse videtur. Quare nonnisi sub finem operis, id est in historia annorum* 1204 *et* 1205 *describenda, propriis pedibus innixus, in hac tantum annalium parte et nova affert et historiae studiosis volvendus erit.*

*In edendis vero annalibus nostris duorum librorum ope usi sumus, quorum haec est natura:*

1) *Cod. Guelferbytanus, Extravag.* 302, 1, *membranaceus in octavo minori, foliorum* 17, *duabus manibus conscriptus. Continet fol.* 1—9' *Annales Colonienses, manu saec. XIII. med. conscriptos. Post folium* 9 *complura folia exciderunt. Hunc librum ipsi excussimus; ex illo descriptus est:*

1*) *Cod. Hannoveranus, chartaceus, manu recenti conscriptus ac deinceps ab alia manu ad fidem codicis antecedentis correctus. De hoc libro nihil certius indagare potuimus; apographum tamen codicis in manibus habemus, a V. Cl. Georgio Waitz accuratissime cum exemplari collatum. Fortasse idem est, quem fragmenta Annalium Maximorum continere supra diximus pag.* 728

*Scribebam Berolini die* 4. *Ianuarii* 1861.

*K. PERTZ.*

1) historiam scilicet annorum 1204 et 1205. 2) König Philipp der Hohenstaufe, p. 274—277. 3) Cfr. lib. 10, cap 48.

# ANNALES COLONIENSES MINIMI.

Anno[a] Domini 1206. Philippo rege celebrante curiam sollempnem cum principibus, signum magnum apparuit in [*fol. 1.] sole. In tres siquidem partes divisus est, ita ut intervalla essent inter partem et partem ad instar lilii tres flores haben- [Caesar. Heisterbac.] tis. Quod ubi notari cepit, multi concurrerunt super tanto miraculo disputantes. Hermannus vero lantgravius interpre- [lib. 10, cap. 23.] tatus est, quod unus ex principibus imperii eodem anno moriturus esset; nec erat ydonea interpretatio. Post multam horam coierunt partes, et redintegratum est corpus solare. Abbas Karolus Vilariensis nec non et monachus eius[b] Wigerus eidem curie interfuerunt, que dicta sunt viderunt, nobis eodem tempore visa referentes. Facta est hec visio 3. Kal. Februarii. [Ian. 30.]

Quid tibi significare videtur tripertita hec solis divisio? Deus statum[c] imperii principibus congregatis ostendere voluit. Sol videtur hoc loco designare Romanum imperium: sicut sol magnitudine et splendore precellit universa sidera celi, sic idem imperium augustius fulget ceteris regnis mundi. Apud Romanum imperium quandoque[d] fuit monarchia, *ut, sicut stelle lumen habent a sole, ita reges ut regnare possent haberent ab imperatore. Triplex solis divisio desi- [*fol. 1'.] gnabat scisma imperii, in tres principes divisi, qui omnes nomen regis[e] sibi usurpabant. Primus fuit Fridericus, qui adhuc patre vivente fuerat in regem a principibus electus; secundus Philippus, [f]patruus ipsius Friderici, qui post obitum fratris, cum debuisset esse tutor eius, invasit imperium[f]. Tercius Otto fuit, a Coloniensi archiepiscopo eiusque auxiliariis substitutus. Isti ambo Aquisgrani coronati fuerant[g] in reges[h]. Horum uno occiso, et altero deposito atque defuncto, Fridericus electus[i], qui hodie imperat, solus regnare cepit et[k] ad suam plenitudinem sol divisus rediit. In quibusdam provintiis eodem die vise sunt quinque partes; per tres partes supradictos tres reges intelligo, per duas reliquas[l] Bernardum ducem Saxonie et Bertolfum ducem Ceringie[m], qui satis pro imperio laborabant, accipio.

Mense[n] sequenti, scilicet[o] pridie Kal.[p] Martii, aliud signum apparuit in sole, non dico miraculosum quia naturale, [ibid. cap. 24. Febr. 28.] set magne rei *pronosticum. Facta siquidem est eclipsis solis tam magna tempore meridiano, ut vix aliquid splendoris [*fol. 2] superesset. Multi videntes extimuerunt, dicentes aliquid magni fore futurum. Non sum[q] Daniel, et ideo[r] non asserendo set opinando interpretor. Videtur mihi defectus ille solaris presignasse mortem Philippi[s], qui sequenti anno occisus est, et defecit. Particula illa luminosa, quae recrescere cepit et augmentari, Otto fuit, qui post Philippi mortem factus est magnus atque[t] gloriosus. Videturque eisdem temporibus impletum, quod Dominus dicit in ewangelio: *Nam virtutes* [Luc. 21, 26] *celorum movebuntur*. Celum quandoque[u] designat presentem ecclesiam et universalem, celi vero ecclesias particulares. Virtutes celorum sunt prelati ecclesiarum, episcopi videlicet, abbates, prepositi. In predicto enim[v] scismate non solum principes seculares, set et spiritualcs moti sunt, quia tum propter[w] pecuniam, tum propter[x] amorem sive timorem instabiles facti, nunc uni nunc alteri iuraverunt. Nam ipse princeps episcoporum, scilicet papa Innocentius tercius, primo Ottonem fovit et coronavit, postea ob causam multis notam illum deponens, Fridericum ei adversarium suscitavit. In luna *vero signa non defuerunt, quia eclipses magnas solito crebrius passa est. Et quia facta[y] est mentio im- [*fol. 2'.] peratorum et regum et dissensionis magne, aliqua tibi de hiis narrabo.

[A]nno Domini 1193.[z] Adolphus maior in Colonia prepositus in archiepiscopum eligitur, resignante curam eius Bru- [Ann. Colon. Maximi 1193] none quarto ob defectum etatis et virium, idemque in monasterio quod Berge dicitur in habitu monachico obiit, ibique sepultus est iuxta fratrem suum Fridericum secundum. Postea

anno Domini 1196. penuria frumenti et annone magna facta est, que et in sequentem annum usque duravit; erat- [ibid. 1196] que fames valida et pene omnium victualium penuria inaudita. In Saxonia mulier quedam quatuor infantes infra tres menses genuisse dicitur. Imperator Henricus ab omnibus imperii principibus summa precum instancia optinet, ut filium suum Fridericum nomine, vix triennem, in regem eligant. Omnesque puerulo fidem et sacramenta prestant, preter Adolphum Coloniensem archiepiscopum, qui tunc quidem in hoc minime consensit; set postmodum apud Bopardiam *consensit, iuramentum ibi prestans coram Philippo duce Suevie, fratre imperatoris. [*fol. 3.]

Post hec anno sequenti penuria annone et frumenti magna et fames valida, ita quod maldrum siliginis [ibid. 1197.] in partibus Reni ad 15 solidos vendebatur. Plaga miserabilis grassatur. Nam lupi in partibus circa Mosellam plures homines devoraverunt. Imperator etiam obiit in festo sancti Michaelis 2. Kal. Octobres, et honorifice cum multis [Sept. 29] insignibus apud Neapolim sepultus est.

A. D. 1198. werra magna et dissensio nimis periculosa oritur inter principes Theutonicos de imperio. Nam Colo- [ibid. 1198.] niensis et Trevirensis archiepiscopi electionem regis sui iuris esse firmantes, habito consilio cum quibusdam set paucis principibus, curiam aliis primoribus in Colonia habendam prefigunt in dominica *Oculi mei*[b], evocantes [Mart. 1.] eodem[c] et ducem Zeringie, quem etiam ipsi deliberaverant regem creare. Ad hanc autem curiam cum principes nulli occurrere vellent, scripserunt predictis archiepiscopis et eorum sequacibus principes Austrie et aliarum superiorum partium, ut ipsi ad curiam in Erpfort occurrerent, electuri cum eis ydoneum et dignum Deo *imperatorem et advocatum ecclesiarum. Dum ergo iam dicti pontifices ad eandem curiam iter facerent, cogno- [*fol. 3'] verunt illos iam in Philippum ducem Suevie, imperatoris fratrem, concordasse et eum in regem elegisse. Unde moti redierunt, et Bertolfo duci Cerugie fidem fecerunt, quod ipse repatrians exercitum secum duceret, et statuto sibi die Anternacum rediret, cum ibi remota omni dubitatione regem crearent. Hoc et ipse promisit, iuravit et insuper obsides dedit. Designato igitur die cum apud Anternacum ab episcopis et omni multitudine cum apparatu et desiderio maximo exspectaretur, ecce rumor pessimus et eius ignavie dignus intonuit: ipsum scilicet cum duce Suevie concordasse, et ut ipse regno et electioni renunciaret 11 milia marcarum et ducatum[d] ab eo accepisse. Hic ergo rumor et inhonestus eventus primores[e] inferiorum partium graviter afflixit, eo quod indignum sibi et intollerabile videretur, si contra suam

a) *littera A deest, spatio vacuo relicto, et sic semper* 1. b) ē *et sic semper* 1. c) statim 1. d) q̄n; 1. e) Romani regis *Caesarius*. f) patruus — invasit imperium *desunt apud Caesarium*. g) fuerunt *Caesarius*. h) regem *Caesarius*. i) electus, *m. 2. corr.* electus 1. k) et quasi ad *Caesarius*. l) quintas 1. reliquas *Caesar*. m) Thuringie *Caesar.*, *legendum* Zöringiae. n) *littera M deest* 1. o) .f. 1. p) Calendis Martii *Caesar*. q) ſ 1. r) iō 1. s) ph. 1. *et sic semper*. t) at; 1. u) q̄n; 1. v) n 1. w) pp 1. x) p̄p 1. y) facta est *m. 1 superscr.* 1. z) M. CC. nonagesimo tercio, *iam corr.*: M. nonagesimo tercio 1. a) M. nonagesimo sexto 1. b) ōcūlī mēī 1. c) eosdem 1. d) *h. l. verbum erasum* 1. e) primorum, *corr.* primores 1.

voluntatem Suevus regnasset. Constat tamen quod ipse nuncios suos ad archiepiscopum Coloniensem cum precibus trans- *fol. 4. misit, multa offerens set plura promittens, si ad suam *electionem animum vellet inclinare. Set episcopus hoc sibi tutum non credens vel honestum, hoc facere penitus recusavit; habitoque consilio, Ottonem comitem Pictavie, filium Henrici quondam ducis Saxonie, in regem elegit. **Philippus** itaque causam suam agens, et ut necessitatis proprium est ab omnibus auxilium petens, omnes pene principes muneribus sibi conciliat, urbes regias suscipit, fidem sibi fieri ab omni- Mart. 29. bus iubet, nomen regium sibi asscribit, et aput civitatem Wangionum in albis paschalibus coronatus progreditur. In inferioribus vero partibus nobiles Lotharingie ad favorem suum sollicitat. Ex quibus Walravus Henrici ducis de Limburg filius ad eum declinat, castrumque regium quod Berinstein dicitur ab ipso suscipit. Ducem quoque Boemie sibi allicit, eique ut favorem eius et opem propensius habeat, nomen regium indulget; quem et in presentia sua consecratum Bobardie coronari consentit.

ibid. 1198. Caes. Heisterb. 10, 25. Circa idem tempus, cum **de electione regis** Colonie in palatio tractaretur, circa horam[a] nonam visa est stella lucidissima concurrentibus nobis in curiam episcopi; *omnes illam vidimus, sumentes inde letum auspicium de *fol. 4'. rege nostro, qui tercio die post visam stellam ibidem electus est[b]. Cum autem Aquisgrani ad regiam sedem consecrandus properaret, invenit eam sibi oppositam, et militibus Suevi septam cum predicto Walravo. Expugnare igitur eam aggressus, multis expensis et gravi labore consumpto, tandem in deditionem accepit[c], et ingressus ab Adolfo Coloniensi archiepiscopo consecratus intronizatur. Sepedictus etiam Walravus in gratiam eius venit et castrum Berinstein, quod a duce Philippo acceperat, ab eo quoque suscipit in signum reconciliationis. Set episcopus hoc non tutum terre estimans, idem castrum expugnatum destruxit. Unde et Walravus, a rege Ottone deficiens, ad Suevum iterato se contulit, et in omnibus malis que Germania postmodum passa est, ipse dux et auctor fuit.

Nam circa inicium Octobris Philippus rex, collecto copiosissimo exercitu, cum rege Boemie et aliis suis auxiliariis ripas Moselle obsedit[d], volens transire in partes inferiores et vastare episcopatum Coloniensem. Set Otto rex et epi- *fol. 5. scopus *Coloniensis, contractis ex adverso partibus, in alia ripa castra metati sunt. Burgenses quoque Colonie cum apparatu et ornatu multo navium illo advenerant, stabatque anceps prelium, nec superioribus ad inferiores, nec inferioribus ad superiores transire audentibus. Tandem Philippus rex et sui concepta audacia transitum facere conati sunt, quibus Lotharingi in alveo fluminis obstiterunt. Ibi ab utraque parte in ancipiti pugnatum, donec nocte prelium dirimente Lotharingi sequenti mane ad castra sua redierunt, tutum sibi non arbitrantes cum infinita illorum multitudine in sua paucitate congredi. Quo viso illi statim flumen transierunt et Lotharingis, apud Anternacum collectis et cum eis congredi volentibus, copiam Martis non fecerunt, set quaqua versum omnia vastantes incendia permiscebant.

Exustum est eodem tempore Regimagum et Bûnua cum multis circa iacentibus villis, nec erat qui furentibus et vastantibus occurreret aut resisteret, omnibus ad loca munitiora se conferentibus, ita quod illa iuxta Coloniam pene ad *fol. 5'. duo miliaria accesserant. Multa nefanda et *misera relatu impurissima illa barbaries patravit, quorum unum ponam, ex quo plura conici possunt. Sanctimonialem quandam omnibus indumentis spoliatam, oleo[e] perungentes in plumis lectualibus volutabant, sicque monstruose hirsutam caballo imposuerunt, versa eius facie ad caudam caballi. Cumque ridiculosum hoc, immo miserabile spectaculum per aliquot dies circumduxissent, regi Philippo tandem res innotuit, qui zelo Dei tactus omnes sceleris huius reos aque[f] bulienti tradi iussit. Cum ergo satis in episcopatu Coloniensi desevissent, iubente Deo qui ponit terminum tenebris et in se facit confringi fluctus maris, inopinate, nullo fugante, se ad sua retulerunt, in itinere exurentes Anternacum. Interea Otto etiam rex post discessum alterius in inferioribus partibus omnia sibi pro posse subiugans, episcopos comites et nobiles Lotharingie sibi conciliat et sacramenta ac fidelitatem ab eis exigit et accipit, que tamen infirma erant et infidelia. Nam plures ex eis, in exiguo ponentes mendacium aut periurium, contra *fol. 6. conscientiam suam venire non timebant, *ore siquidem sacramenta prestantes et fidem iurantes regi Ottoni, cum cor eorum **re vera**[g] longe ab eo remotum, cum Philippo rege magis rectum videretur quam secum. Venit etiam predictus rex Otto versus Saxoniam tendens Goslariam, eam et adiacentes civitates expugnare readgressus; superveniente Philippo rege a proposito cessare coactus est.

ibid. 1199. Anno[h] dominice incarnationis 1199.[i] regum quisque suis in partibus natalem Domini celebrat.

Otto rex filiam ducis **Lovanie** sibi desponsatam **accipit**. In estate etiam movens in superiores partes exercitum, auxilio Coloniensis archiepiscopi et predicti ducis generi[k] sui, exusta parte Confluentie villisque aliquibus, Bopardiam accessit. Ibi ergo cum principes quidam et nobiles illarum partium, qui eum evocaverant eique per scripta et nuncios opem spoponderant, ad eum et eius partem non accederent, victus quoque exercitui deficeret, ad sua cum suis reversus est. Philippus autem rex, hoc cognito, collectis copiis cum militibus et eorum sequela itemque cum curribus et apparatu navium *fol. 6'. cum victualibus, transita Mosella denuo descendit et episcopatum Coloniensem pro libitu devastat *et exurit. Colligit ergo contra eum exercitum magnum nimis, tam equestris quam pedestris ordinis, dux Lovanie cum comitibus terre, paratis omnibus **modis** vel hostes finibus suis arcere vel pro patria occumbere. At illi, nescio nutu Dei, qui cum vult[l] ponit frenum in maxillis populorum, sive terrore aut timore insequentium, celerrime se ad sua contulerunt nostrisque congressionis facultatem non dederunt. Inter hec omnia fama Coloniensis archiepiscopi non erat integra, et suspectus habebatur quod negotiis manum valentius non apponeret, cum tamen revera gravissimum et impossibile ipsi fuisset cuntis pene principibus contraire et contra eorum voluntatem et consensum pro suo velle Romanum imperium disponere. Constabat enim[m] quia Otto rex, omni pene terreno auxilio et humano solatio destitutus, quantum ad respectum adverse partis, regnum aut imperium numquam optinere posset, nisi adiutorio solius Dei, qui dominatur in regno hominum et cuicumque[n] voluerit dabit illud.

A. d. i. 1204. Philippus dux Suevie, tam generis quam morum dignitate preclarus, *fol. 7. animadvertens causam suam secundo processu in *prosperum agi et regalia insignia, crucem scilicet[o], lanceam, sceptrum cum corona, potestati sue contradita, cuntosque principes ac primores unanimi conspiratione cum fidei sacramento sub pacis confirmatione iam dudum se in regem eligendo concordasse, nunc vero possibile esse rerum summam sibi cedere tociusque regni monarchiam ad se facile posse devenire: Adolfum Coloniensem

a) horam *supplevi, deest* 1. b) est *supplevi.* c) ac||accepit 1. d) obsedit *supplevi.* e) melle *rectius Ann. Maximi.* f) aq̄ 1. g) vera *supplevi.* h) [A]nnus 1. i) nonagesimus nonus 1. k) generi 1. *et Ann. Max. sed legendum est* soceri. l) wlt 1. m) .n. 1. n) cuioị 1. o) seu 1*.

archiepiscopum adhuc sibi resistentem cum aliis Lotharingie primatibus pro sui consecratione scriptis atque legationibus propensius sollicitare pertemptat. Tandem multa offerens et plura promittens eosque velle suo paria respondere persentiens, accepta iuris iurandi obligatione cum obsidibus, in epiphania Domini multo stipatus milite Aquisgrani accedens, [Ian. 6.] ab Adolfo archiepiscopo in regem consecratur. Celebrata igitur consecratione predictus archiepiscopus auro, argento, lapide pretioso, aliisque regalibus insigniis satis regaliter remuneratus, cum honore dimittitur. Rex in terram suam revertitur. Eodem tempore naves et currus, quibus victualia regis ferebantur, a Walravo[a] apud Veronam[4] diripiuntur. Dissensio[b] *gravis, controversia intollerabilis et scisma lugendum omnibus ecclesie filiis [*fol. 7'.] in Coloniensi ecclesia inter Ottonem regem et archiepiscopum oritur, consecratione Philippi regis huic periculose discordie incentivum ac fomitem ministrante. A multis etiam, quibus erat mens sanior, ad insidias regni tociusque ecclesie detrimentum factum hoc presagabatur[c], quod postea rerum exitus approbavit. Otto[d] denique rex legatos suos Romam dirigens, omnem calamitatis sue seriem pape querebundus exposuit, ipsius paternitatem ac discretionem commonitam esse imprecans[e], qualiter Adolfus[f] archiepiscopus se de terra sua, ubi divitiis honore copiosus habundabat, evocatum, favore ac consensu cuntorum Lotharingie et quorundam superiorum principum tociusque multitudinis aclamatione[g] Colonie in regem creaverit, ac processu temporis Aquisgrani ecclesiastico more consecratum regali sede sublimaverit; nunc vero se quasi repudiato ac violenter reprobato, Philippum ducem Suevie simili modo Aquisgrani[h] deductum, accepta ab eo pecunia innumerabili, ibidem in regem consecrare presumpserit, protestans omne regnum, *precipue Colonien- [*fol. 8.] sem episcopatum, insuper totam ecclesiam inde gravissime periclitari. Domnus papa, cognita tam inaudita tamque temeraria presumptione archiepiscopi, tanquam pater piissimus affluens misericordie visceribus, Ottonis regis tanquam dilecti filii deiectioni satis paterne condescendit, prudenterque apud se pertractans, ac[5] temeraria supercreatione Philippi regis regalia iura pessumdari, ecclesiastica instituta depravari, decreta canonica periclitari, et quicquid iusticie, quicquid sanctitatis, quicquid religionis esse poterat, hoc sementivo malicie in perversum[i] agi, predictum archiepiscopum Romam censuit evocandum atque in audientia sua de obiectis examinandum. Archiepiscopus vero sentiens sibi papam graviter offensum, testimonium sibi perhibente conscientia sua, ire pertimuit, unde ex sententia cardinalium tociusque Romane curie a papa excommunicatur. Verum sepius vocatus, tandemque peremptorie citatus, quia venire recusavit, omni honore, [1205.] dignitate omnique beneficio, tam seculari quam spiritali, apostolica auctoritate privatur. [Iun. 19.]

A. D. 1205. Adolfus[k] *archiepiscopus per totam Coloniam excommunicatus denuntiatur, [*fol. 8'.] idque per omne episcopium fieri apostolica auctoritate precipitur. Philippus rex in pentecosten Spire curiam habuit, ubi Adolphus archiepiscopus consilio amicorum suorum regi cuntisque [Mai. 29.] principibus se exhibuit, super contricione et deiectione sua consilium et auxilium illorum satis humiliter inprecatus. Cui rex quam[l] intime conpaciens, quippe qui propter se tam contumeliosam pateretur repulsam, ipsum blande consolatus, tempore congruo, quo pro honore ac dignitate rei publice propensius id exequi valeat, se certissime venturum pollicetur. Iurant ergo sibi mutuo rex cuntique principes, et ad expeditionem hanc in Octobri[m] celebrandam sacramentalibus se iuramentis vicissim obligaverunt. Renus superius et inferius clauditur. [A. Col. Max. a. 1205.] In festo sancti Viti Otto rex, Henricus dux de Lemburg[n], qui eo tempore curam [Iun. 15.] episcopii administrandam susceperat, una cum filiis suis Walravo et Henrico, nec non et Colonienses, adunato exercitu valido et forti, castrum quod Hoinstadin[o] dicitur aliquanto tempore obsidentes, tandem resignato sibi *predicto castro obsidibusque acceptis Coloniam [*fol. 9.] reversi sunt. Bruno[p] Bunnensis prepositus Colonie in archiepiscopum eligitur 8. Kal. [Iul. 25.] Augusti. Ad vincula sancti Petri Adolfus[q] archiepiscopus, comes Iuliacensis, comes de [Aug. 1.] Hoinstadin, cum aliis pluribus sibi sociatis cunta que ducis de Lemburg[r] filiique eius Walravi esse poterant[s], hostiliter invadentes, eo usque insana mente in eos debachati

a) Walravio 1*. b) *littera* d *deest, spatio tamen vacuo relicto in cod.* 1. c) presagiebatur 1*. d) *primum* O *deest* 1. e) inprecans 1*. f) A. 1; Adolphus 1*. g) acclamacione 1*. h) Aquasgrani 1*. i) inperverse *corr.* ipsius 1*. k) Adolpfus 1*. l) quia 1*. m) od 1. n) Lemborg 1*. o) Hoinstadim 1*. p) *littera* b deest 1. q) A. 1; Adolphus 1*. r) Lemborg 1*. s) potant 1.

4) Bonn. 5) i. e. hac.

sunt, ut etiam ipsum castrum Rode[6] usque ad murum interiorem totaliter igni consumpse-int. Succiderunt et tiliam, que diversis edificiis mirabili structura in modum propugnaculi in altum latumque deducta, intuentibus quidem delectabile prestabat spectaculum, subtus eam vero ambulantibus vel sedentibus optabile prebebat umbraculum.

